Digitized by Google

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E.
8
3 M
21
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

8. 3. M.



QVATVOR TRACTATVS IN I. P.tem S. THOMÆ.

Diſtincti Diſputationibus.

Bibl. Secr. sc Coll. Rom.

Per P. Valentinum de Herice. Pampilonenſem e Societate Ieſu, Apud Salmanticenſes quondam publicæ Theologiæ Profeſſorem, Et apud Queſitores Fidei Cenſorem.

Pampilone. Anno Domini 1623.

Ex Officina Caroli a labien Typographi Regni Nauarræ.

Soc. Jesu

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO D. D.

DIDACO DE YBARRA PHILIPPO

quarto a Conſilijs belli,& pacis;equiti inaurato militiæ D. Iacobi , ac Villahermoſſæ Commendatario.

I*N (illuſtriſſime) meis his in primam magni Aquinatis partem tractatibus lucem à tui nominis ſplendore mutuatum eo : fauſtaſque mihi in Theologicis caſtris merenti aues portēdit animus ſub ſpectatiſſima prudentia,priſca nobilitatis,laudumque omnium tutela. Prudentiam tuam magnus rerum vſus , & grauiſſima legationes commendant , quibus te noſtrorum Regum iudicia honeſtarunt, & externarum gentium admiratio. Quid enim laboris,ac fidei,capaciſſima menti,valido animo,noſtri non committerent Principes? Conſilij celeritatem, tractandarum rerum artem,mirati exteri. Quis enim*[a] ,Qui aut otium validius diligat , aut facilius ſufficiat negotio,& magis, quæ agenda ſunt,curet ſine vlla oſtentatione agendi,*te vno felici Regum adminiſtro ? Huic laudi dant ſe comites lata ſeueritas,priſca hilaritas , aliaque virtutum lumina,qua omitto;ne iuſtus candor crimini ſit. Nobilitatem familia tua , clariſſimi ex ipſa duces adaugent. Inter ipſos opulenta Iacobœa militia cruce parēs tuus Franciſcus Ybarra,inclytum bello nomen, in agmine militi gregario mixtus;verum incorrupto ducis honore,& ardore, in Hiſpani noſtri Cæſaris V. Caroli exercitu,quaſtoris , annonaque prafecti honorē,ampla vectigalia adeptus;clariſſima militaris virtutis documēta dedit. Italia, Belgio,Hiſpania,& in celebri illo Ioannis Auſtrij cum Turcica claſſe pralio vitam integram Regi vouit, Martialibuſque periculis. Huius frater Petrus de Ybarra Calatrabenſis militia eques;cuius inter eximios noſtri aui duces memoria,facinora regni faſti,fama , & aternitas colunt.*

Æmula proles Germanus tuus Chriſtophorus de Ybarra,quem apud

a Velleius P.2.Hiſt.

in

Inſubres equitatus gubernatorem, immaturum fatum abſtulit; dum Gebenenſes oppugnat.

Lucan.6 [b] Illum tota premit moles, illum omnia tela.

Nulla fuit non certa manus, non lancea felix.

Fœde dilaceratum in hoſtium ſolo inanimum cadauer repertum: ſed nôn inſigne virtutum exemplar, [c] Nec potuit quidem, niſi forte exiſtimamus patientes vulnerum formas eſſe virtutum.

Mamer. ra.act.ad ulia.

In hac ducum nomenclatura ſequitur tua militia; gloria, laboris ne maioris? incertum. Ante togam virilem inter regia ephebos apparuiſti, mox prudentiſsimi parentis iuſſu Belgium profectus; vbi ipſius commilitio bellica diſciplina capax ingenium militari prudentia excultum. Poſt varia militiæ munera apud Mediolanenſes, & Siculos, Pariſiorum Lutetia, dum ab Henrico quarto ſæua obſidione cingitur, Hiſpanus, Belgicusque peditatus tuæ moderationi commiſſi: quos, & Regiorum vexillorum honorem, Hiſpanam exiſtimationem tutatus, dum Pariſij ſe dant Henrico. Sequuta deinde laborum præmia. Belgici exercitus quæſtor. Maiori in Alberti Auſtrij domo œconomia, & diti Iacobæa cruce donatus, quin aulæ delitiæ á bellicis diſcriminibus te auocarent, ijs ſacrum. Magnam præclaris documentis prudentiæ adeptus famam: qua maius belli conſilium muniendum iudicauit tertius Philippus, qui te ad componendas res Belgicas quarta luna natum miſit. Prudentiſsimo denique quarti Philippi iuſſu ad ſanctius, quod ſtatus *vocant conſilium, euectus togatam prudentiam magnitudine, cogitationem vigore animi, prudenti ſuffragio omnium plauſu illuſtras.*

Et, vt Martiæ tuæ ſtirpi nulla contingat mortalitas, ſed continenti ſucceſsione æternet; duos militiæ filios, Marti alumnos præbuiſti, Franciſcum, ac Carolum. Illum recentes proſequuntur lacrymæ; mæror Hiſpaniæ nouo adhuc funeri parentat. Cœpit nobilem animum ab ipſa prætexta ardor militaris: ſubſiliebant enim in generoſa indole veſtræ domus ſpiritus, militares ignes, & lætiſsimo victoriarum, honorumque curſu contra Rheni Palatinum glorioſam orthodoxæ Reipublicæ nauabat operã. Tribunus militum aliquot opida momento cœpit: dum ad Bruxelas res agitur, Mansfeltanus, alijque noſtrum exercitum excipiunt. Franciſcus hoſtẽ vrgere iuſſus incredibili quodã furore ad inimicas copias adgreditur.

Luca 9. [d] Ipſe manu ſua pila gerens, præcedit anheli

Mili-

Militis ora, pedes, monſtrat tolerare labores:
Non iubet.

Manu, & copiarum impreſsione ingentem edit ſtragem, & pertinaciſsimo ardore in aduerſos numero, & animo valentes irrumpit, eos é loco ſubmouet, fundit, vincit. Verum heu conſtantiſsimam humanarum rerum inconſtantiam! in ipſo partæ iam victoriæ limine, glande traiectus diem claudit; vixit tantum: vt vinceret.[e] Quem Dij cælo vindicauerũt, ne qui dpoſt illud diuinum, & immortale factum, mortale faceret. Deberi quippe maximo operi hanc venerationem, vt nouiſsimum eſſet: *magnum omnium conſenſu facinus,*[f] Quod ego factum cuilibet veterum conſulum gloriæ comparandum reor, niſi quod naturaliter audita viſis laudamus libentius, & præſentia inuidia, præterita veneratione proſequimur: & his nos obrui; illis inſtrui credimus. *Indoluere exteræ nationes iuuenem intra iuuentam præmaturo exitu raptum.*[g] Et ipſe quidem quamquam medio in ſpatio integræ ætatis ereptus, quantum ad gloriã longiſsimum æuum peregit: quippe & vera bona, quæ in virtutibus ſita ſunt, impleuerat. *Et omnem honorum ſplendorem meruit.*

e Plin. in Panegi. ad Tra.

f Veleus 2. hiſt.

g Tacit. in Agricolæ vita.

Domeſticum ex Franciſci morte luctum Carolus abſtergit, lætiſsima noſtri ſæculi ſpes, piratarum ſatum, in cuius adoleſcentia magni mox futuri viri inſpecta documenta non leuia. Claſſem ſæpe ad occidui ſolis Indias duxit ſemper incolumem: ſuperioribus annis illuſtrem victoriam á numeroſa rebellium Belgarum claſſe noſtra tulit Hiſpania, in qua tuus Carolus Almiranti munere nauum ſe, victoremque præbuit, memor domeſticæ exiſtimationis. onerariam inſigni virtutis exemplo arpagone cõpreſsit, depreſsitque. Oculi etiam hilareſcant in filiam Beatricem intenti; beant enim tuam proſapiam non Heroes ſolum, ſed etiam Heroinæ, a qua non modo genus illuſtre, ſed omnem hauſit virtutis ſuccũ; immo verius parentes habuit timorem Dei, & pietatem; nutricem religionem; prudentiam magiſtram; & iſta decora ad grandium cibos cõuerſa in omni adhuc vitæ parte animatis ita pigmentis expreſsit, vt experimento diſcatur, non tam natam ad calathos Mineruæ, quam datam ad ſceptra Iouis: cui non tam colus in Gynicæo Bizantij, quam in ordine Senatorio faſces Romæ conueniant. Nihil de in noſtram Societatem amore, et beneficijs; quæ, cum tibi, & illi nos, & me ante alios omni ære, ac libra nexos, atque obligatos obſtringant, nec verbis capiamus, nec factis exæquemus; Deus,

 oportet,

Digitized by Google

oportet diuina quadam manu, & fauore gloriæ compenſet, poſtquam Iliacos ſenes æquaueris. Hoc voueo. Hoc precor. Vale Pāpilonæ, Idibus Iunij anno a partu ſacro, 1623.

Valentinus de Herice.

RATIO

RATIO SCRIBENDI

PRO LECTORE.

FERAX librorum hæc ætas. Libido cudendi propria cogitata; atque nocturnas vigilias illuſtrandi fœcunda mater pene infinitos parturit liberos, & libros. Hoc vitio non tribuo: ne otium obrepat. Quid enim homine, & ſapiente, ac maxime religioſo dignius, quam rem diuinam aſsidua, & prompta mente alte verſare? Verumenimvero ſcriptores aliqui ſummiſtas agunt. Antigoniſtas alij. Neutri (vt reor) authores: nec ſcio quid vtrique habeant generoſi. Priorum libri facile diuenduntur: vulgus nãque æſtimat vt vulgus, nimirum libelli exiguo pretio magnam ſibi comparare doctrinam. cum tamen nuda concluſio in Scholaſtico certamine ſit nux ſine nucleo: potus ſine dulcedine. Quippe qui Theologicarum concluſionum fontes nõ perluſtrat, & perguſtat: non imbibit veritatem abſtruſam, non inebriatur diuina ſapientia. Poſteriorum libri, ac præcipue noſtro excuſsi ſæculo pungentes aculeatis verbis, non preſsis argumentis; nimium addicti incomptæ Methaphyſicæ, & Theologiæ; illuſtre nihil moliuntur; labenti, & ruenti machinæ humeros ſupponunt, vt ſuſtentent, patiũtur fortiter: ſed timendum ne oneris grauitate tandem opprimantur: ac fractis ſuccumbant ceruicibus.

Exoptandum ergo in his, quos compoſui, tractatibus, ac in cõponendis plures annos poſui; vt non magnum volumen doctrinam contineat non exiguam; ac propterea non tranſcribo magnis caracteribus textum ſancti Thomæ millies prælo datum: at non exulat mens: imo ſiquid eſt in noſtro opere commendabile, id maxime quod ſecretiorem Angelici doctoris menten ſedula, & accurata venatur indagine, vti legenti liber ipſe probabit, & mox explico in hac prælocutione ex profeſſo.

Selegi inter alia diſputationes de Scientia, & Voluntate Dei; quia ieiune hucuſque ſcriptæ, & ſi ſcripſerint plures hac ætate. Nec hoc mirandum; nam quamdiu in hac vita mortali ſumus, nullus affirmare audebit ſe ita tranaſſe, aut perueſtigaſſe profundiores Carybdes Theologiæ Scholaſticæ, vt omnes eius ſinus, ac latebras penitus habeat exploratas. Aliquid enim poſteris relictum eſt.

Tertium adijcio Tractatum de Prouidentia, Prædeſtinatione, & Reprobatione: eum enim petit ordo doctrinæ: quoniam duo priores fundamenta ipſius ſunt. In eo (non diffiteor) ſcriptores extitere illuſtriores: verum etiam me in ipſum profundius dimiſi, vt forte nec minus, nec minus vere poſſem de ipſo exiſtimare: at abſtineo.

Propter materiæ grauitatem, & ſubtilitatem, atque doctrinæ cohærentiam tres hos

Digitized by Google

tantum Tractatus, vt primos laborum fructus, atque doctrinæ noſtræ indices in lucem communem dimittere decreueram; atque Tractatum de viſione Dei in alterum tomũ reſeruare, alio doctrinæ filo aſſutum. Nam licet inuiſibilitas Dei attributum ſit negatiuum, & ſpectet ad diuina interna: at doctores in eo tractatu deſcendunt ad qualitatem creatam viſionis exponendam, quæ nihil habet affine cum Scientia Dei, cum Voluntate, cum Prouidentia, & Prædeſtinatione. Verum ne iuniores Theologi, quibus celebris hæc materia, nobis cauſentur, quod ea deſideretur in hoc primo tomo, graui etiam conſilio amicorum impulſus quartum de viſione Dei inſerui huic volumini tractatum, ratus parum lectoris intereſſe ipſum aut in principio tomi, aut in fine legere: mea vero multum; opus enim erat inuertere locos omnes, quibus me ipſum refero: quod homini in alijs diſtento, non poteſt non eſſe moleſtum. Sed neque omnino abs re poſt prædeſtinationem agitur de viſione: quoniam quotquot creaturæ Deum vident, & in æternum videbunt, per prædeſtinationem tamquam per cauſam vident, & videbunt: atqui non alienum a recto ordine doctrinæ ex cauſæ cognitione ad cognitionem effectus deſcendere.

Sed cum liber is nunc primum in communem lucem prodeat, atque in eo grauiſsima, nec non controuerſa diſcutiantur, quiuis accuratus Theologus, & S. Thomæ verus cultor, ſcire ſtatim expetet, an quæ ipſi in eo propinatur doctrina, eam ſapiat, quæ Thomiſtica vulgo compellatur? Huic vt ſatisfacerem, putaram verum hic Thomiſtam deſcribere, atque inter oculatum, & cæcum: liberum & mancipatum diſcernere. Sed ne vllus aut apparentem offenſionis vmbram apprehendere queat, ingenuè (multis prætermiſsis) fateor me eſſe Thomiſtam; at non ſeruum, non iuratum; ſed deuotum; non actum prædeterminatione, ſed proprio euntem arbitrio. Nec enim Sant. Thom. amat diſcipulos tam ſtricto vinculo ſibi deuinctos, vt continuo obſequio Magiſtri mentem ſuam tradant mancipãdam. Nec doctiſsimi Thomiſtæ, qui antiquioribus tẽporibus merito floruere, tam arctæ ſe deuouerunt ſeruituti. Caietan. enim, qui medulla Thomiſtarum, nec ſine eius Scholæ gloria putatur, in principio Commentariorum in Geneſim ita ſcribit. *Si quando occurrerit nouus ſenſus textui conſonus, quamuis a torrente ſacrorum Doctorum alienus, æquum ſe præbeat lector Cenſorem.* Et Paulo inferius: *nullus* (ait) *deteſtetur nouum ſacræ Scripturæ ſenſum, quod diſsonẽt a priſcis doctoribus, nec enim alligauit Deus expoſitionem ſcripturarum ſacrarum priſcorum Doctorum ſenſibus; ſed ſcripturæ ipſi integræ ſub Catholicæ Eccleſiæ cenſura: alioqui ſpes nobis, & poſteris tolleretur exponendi ſcripturam ſacram, niſi transferendo (vt aiunt) de libro in quinternium.* Ego nec verba, nec Caiet. probo ſententiam: ſed ea probant non tantum inſtitutum à me propoſitum, tam verum, quam modeſtum: ſed aliud liberum a me alienum.

Caiet.

Alfonſus a Mẽdoza

Magiſt. Alfonſus à Mendoza Auguſtinianus de diuinis, & humanioribus litteris bene meritus, cum in præfatione ad quodlibeta profiteretur ſe ſelegiſſe doctrinam D. Thomæ, cui inhæreat: *quamuis* (ait) *non ita hærebo, vt ſi quando radius veritatis affulgeat aliunde, non debeam poſt eam libere, & expedite currere.*

Canus.

Magiſt. Cano 12. de locis refert ſapientiſsimum Victoriam à S. Thoma interdum diſſenſiſſe, maioremque in diſſentiendo, quam in conſentiendo laudem fuiſſe conſecutum. Idem lib. 7. de Authoritate Sanctorum hæc notatione digna ſcribit verba: *ac reuera ſequi maiores noſtros per omnia, & in illorum veſtigijs nos quoque pedes noſtros figere, vt pueri faciunt per luſum, nihil videtur eſſe aliud, quam ingenia noſtra damnare; iudicio nos priuare noſtro, & facultate inquirendæ veritatis: ſequamur veteres, bene habet, ſed vt duces, non vt Dominos: non enim fidei noſtræ dominaturi ſunt, neque illis ita debemus eſſe addicti, & mancipati, vt in ſacris litteris exponendis nullum habeamus arbitrium.* Aliena ergo eſt à mente illuſtrium Thomiſtarum hæc tam cæca, ac ſuperſticioſa propriæ mentis ſeruitus: paucis ab hinc annis, cum libri noſtrorum floreſcere cœperunt, excogitata videtur, vt ex hac ſaltem parte marceſcerent: aut vt quoſdam Cathedrarum petitores hoc metu incuſſos a vera, eximiaque arcerent doctrina.

Fideliſ-

Digitized by Google

PRO LECTORE.

S·Thom. Fideliſsimus huius veritatis teſtis S.ipſe Thomas:nam 3.p.q.63,art.3.referens opiniones oliorum de gratia,quam conferebat circumciſsio,ita ait:*quod & aliquando mihi viſum eſt;ſed diligentius conſideranti apparet hoc etiam non eſſe verum:quia,&c.* En D. Thomas a propria recedit opinione,& nouam ſeligit,cuius veritas ipſum iam dudum latebat. Eſt enim Angelicus Doctor ſol ſplendidiſsimus rorantibus ſapientiæ radijs refulgens,menteſque fecundans:at ſol etiam cognouit occaſum ſuum,& aliquando obſcuratur obiecta ex parte nubecula. Quod ſi aliquando à ſe recedit,non amat diſcipulos ſibi prorſus addictos. An Thomas omnino ſuos eſt ſecutus magiſtros?Numquam ne refellit Alenſem? num ſemper adhæret Alberto quamuis magno? An Pariſienſium eſt adſtipulatus doctrinę?

Auguſt. Auguſtinus quoque huius ingenij faſtidiebat diſcipulos,ſic aiens lib.de Bono perſeuerantiæ cap.21. *Neminem velim ita amplecti omnia mea,vt me ſequatur,niſi in ijs,in quibus me non errare perſpexerit. Nam propterea nunc facio libros,in quibus opuſcula mea retractanda ſuſcepi, vt nec me ipſum in omnibus me ſequutum fuiſſe demonſtrem.* Pronunciat igitur Magiſtrorum Coriphæus ſibi diſplicere adeo mancipatos diſcipulos,vt ipſum quandoque per inuia errantem conentur ſectari. Poſt relatos in hanc rem Ambroſium,Hieronymum,Athanaſium, Gregoriũ tomo 2. Epiſtola 111. luculenter hoc ipſum ita docet. *Neque enim quorumlibet diſputationes, quãuis Catholicorum,& laudatorum hominum,veluti ſcripturas Canonicas habere debemus, vt nobis non liceat ſalua honorificentia,quæ illis debetur hominibus aliquid in eorum ſcriptis improbare, atque reſpuere, ſi forte inuenerimus,quod aliter ſenſerint,quam veritas habet,diuino adiutorio vel ab alijs intellecta,vel a nobis. Talis ego ſum in ſcriptis aliorum,tales volo eſſe intellectores meos.* Tam altè inhæſit menti Auguſtini hæc veritas, vt alloquens Hieronymum, ita ſcribat Epiſt.19. *Nec te mi frater ſentire aliquid aliter exiſtimo,prorſus (inquam) non te arbitror ſic legi tuos libros velle, tamquam Prophetarum, vel Apoſtolorum,de quorum ſcriptis,quod omni errore careant,dubitare nefarium eſt.* En vult omnes Doctores quantumuis doctiſsimos,vt Hieronymus,vt Aug.ita eſſe errori obnoxios,vt liceat quandoque ab eis diſcedere,ſcribunt enim partas humano ingenio veritates, non diuino ſpiritu afflatas. An Thom.plus ſibi arroget,quam Auguſt?quam Hieronymus, Vir humilitatis amantiſsimus,ſupra fidem modeſtus?Cohibendus ergo anniſus eorum,qui ſatagunt Thomam ſemper,& per omnia ſubſequendum.

Sapientia quippe nobilis,& ingenua eſt,atque in ijs,qui ipſam aſſequi ſtudent,deteſtatur ſeruitutem. illi namque diſcipuli,qui ſe totos ſuo dedunt Magiſtro,ſicut mancipiorum ęmulantur obſequia;ita nihil ſapiunt generoſum. Plato. Plato de Republica Dialogo, 7. *Nullam* (ait) *diſciplinam cum ſeruitute liberum hominem diſcere conuenit.* Etenim dum integram operam vni impendunt,laceſcunt vires ad noua & præclara quæque indaganda;& inuenire non curant,quæ erant ſtatim ab ipſis contemnenda,ſi Magiſtri ſcriptis non fuerunt exarata. Seneca. Anne hac cauſa hodie quorumdam libri ab antiqua cecidere exiſtimatione? Seneca eos inſimulans Epiſt.33. rigidè ſtomachatur,& carpit: *Omnes* (ait) *iſtos numquam authores ſemper interpretes ſub aliena vmbra latentes,nihil puto habere generoſi.* Pręterea ait. *Qui alium ſequitur, nihil ſequitur,nihil inuenit,imo nec quærit. Quo vſque ab alio moueris? & impera,& dic,quod memoriæ tradatur,aliquid de tuo profer.* An ne ideo multorum hodie ſcripta obliuioni traduntur, quia ſcribunt ſub aliena vmbra? quia nihil de ſuo proferunt,quia ab alio mouentur vt ſerui, nihil imperant vt domini? nec mirabile,ſi negligant legere libros, eiſdem ſemper hærentes veſtigijs. Nec timendum,ne is,qui de ſuo nouos fert fructus,detrahat gloriæ magiſtri:id etenim non vergit in Magiſtri dedecus;imo gloriam auget,teſte Ambroſio Epiſt. 2.ſuper cap.2. ad Theſſalonicenſes: *authoritas enim Magiſtri* (ait) *in diſcipulorum eſt fiducia,cum ſe in accepta gloria faciunt digniores.* Hæc ergo pellenda formido,cum potius Magiſtri honor,& authoritas conſiſtat in alacritate animi diſcipuli, qua audet attentare diſcipulus proprio labore,& induſtria nouos ferre fructus,& gloriam,quam a Magiſtro mutuauit,recentibus cumulare incrementis. Etenim qui ante nos fuerunt non domini noſtri, ſed duces fuerunt.

Meum

Digitized by Google

Meum ergo in his,& alijs diſputationibus,quas pro ſecundo tomo habeo ferè diſpoſitas,conſtituo ducem S. Thomam,a quo,vix recolo,in quo diſſentiam in hoc opere, & ne vix quidem in quo mentem ipſius,aut ex commentatoribus,aut ex varijs eiuſdem locis inter ſe collatis ſummo ſtudio,atque veneratione non indagem;hinc exiſtimo forte a me erutas quaſdam ſecretiores eius mentes.Itaque S.Thomam mihi vt exemplar viuum,quod exprimam,propono:neque enim me tanti facio,vt auſim ſine duce, & præceptore nouam ingredi viam.Quod ſi non ſemel Recentiores Thomiſtas refello, non a S.Thoma;ſed a præpoſtero,& alieno eius ſenſu diſſentio.Nec ideo ſuccenſere libro, aut authori quiſquam debet.Imo inhærere lenitati & modeſtiæ eorum, qui ſuſtinent redargui,patiunturque refelli.Cicero eloquentiſsimus orator, & prudentiſsimus Philoſophus lib.2.Tuſculanarum ſub initio.*Nos ipſi ait redargui,refellique patiamur, quod quidam ferunt animo iniquo,quia certis quibuſdam,deſtinatiſque ſententijs quaſi addicti,& conſecrati ſunt, ea que neceſsitate conſtricti,vt etiam quæ non probare ſoleant,conſtantiæ cauſa cogantur defendere.Nos qui ſequimur probabilia,neque vltra id,quod vero ſimile occurrerit,progredi poſſumus,& refellere ſine pertinacia,& refelli ſine iracundia parati ſumus.*Si ita ſentit Ethnicus, quid fide ſancta,quid ſacris,& religione initiatus ſentiat,oportet?Claudo priſca formula,*aquam,& ignem,qui aliter faxit*.Vale.

INDEX

Digitized by Google

INDEX DISPVTATIONVM ET CAPITVM.

TRACTATVS PRIMVS DE SCIENTIA DEI.

Decem Diſputationibus diſtinctus.

DISPVTATIO I.
De exiſtentia ſcientiæ Dei.
Diſtincta tribus capitibus.

In 1. Perfectionum ſcientiæ Dei expoſitio cōpēdioſa.
In 2. De fide certum eſt, eſſe ſcientiam in Deo, & lumine naturali euidens.
In 3. Rationē, qua id probat D. Thomas, a n. 1. diſcutio.

DISPVTATIO II.
De natura ſcientiæ Dei.
Diſtincta tribus capitibus

In 1. Scientiam Dei non eſſe realem actum primum, vt comparatur ad obiecta neceſſaria.
In 2. Nec eſſe realem actum primum, vt refertur ad obiecta libera.
In 3. Nec ratione noſtra eſſe actū primū in ſciētia Dei.

DISPVTATIO III.
De conſtitutione naturæ diuinæ per intellectionem.
Diſtincta quinque capitibus.

In 1. Sententia negans, intellectione conſtitui.
In 2. Notanda pro eligenda ſententia.
In 3. Affirmans ſententia præfertur.
In 4. Quid ſentiat D. Thomas?
In 5. Reſponſio ad argumenta ſententiæ negantis.

DISPVTATIO IIII.
De obiecto increato ſcientiæ Dei.
Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. Deus ſe intelligit per ſe in ſe ipſo.
In 2. Deus ſe cognoſcit in alio.
In 3. Deus non ſe cognoſcit ex alio.
In 4. Deus ſe comprehendit. In quo de Dei incomprehenſibilitate à creatura.

DISPVTATIO V.
De obiecto creato poſſibili ſcientæ Dei.
Diſtincta ſex capitibus.

In 1. Deus diſtinctè ſcit poſſibilia.
In 2. Quid ſit non repugnantia creaturarum?
In 3. Deus cognoſcit poſſibilia in ſe ipſo.
In 4. Deus cognoſcit poſſibilia in ſe ipſis.
In 5. Deus cognoſcit poſſibilia ex ſe ipſo.
In 6. De numero poſſibilium, quæ Deus cognoſcit.

DISPVTATIO VI.
De obiecto contingenti abſolutè futuro ſciētiæ Dei.
Diſtincta capitibus octo.

In 1. Deum cognoſcere contingentia abſolutè futura, de fide certum. An demonſtretur? difficile eſt; id diſcutio.
In 2. In cauſa ſecūda libera, proxime ad operandum diſpoſita, non cognoſcit Deus hæc futura. Hic effugia quædam noua præcludo.
In 3. In decreto Dei circa hæc futura Deus ea ſufficiēter non cognoſcit. Vbi quale ſit hoc decretum.
In 4. Futura non coexiſtere æternitati toti ex æternitate.
In 5. Quid interſit coexiſtentia rerum in æternitate ad certam cognitionem Dei?
In 6. Quid ſit contingentis futuritio?
In 7. Propoſitiones de futuro contingenti abſoluto, vel eſſe determinatè veras, vel determinatè falſas.
In 8. Concordia infallibilis præſcientiæ Dei de futuris contingentibus cum libertate.

DISPVTATIO VII.
De obiecto futuro contingenti conditionato ſcientiæ Dei.
Diſtincta capitibus duodecim.

In 1. Status controuerſiæ. Varia propoſitionum conditionatarum genera. Propugnatores affirmantis ſententiæ.

INDEX DISPVTATIONVM.

In 2. *Teſtimonia ſacræ Scripturæ pro ſententia noſtra affirmante.*
In 3. *Quædam teſtimonia expendo; & effugia præcludo.*
In 4. *Ex quadam Patrum doctrina probo ſcientiam conditionalium.*
In 5. *Eamdem ex S. Auguſtino.*
In 6. *Eamdem ex S. Thoma.*
In 7. *Impugnatio decretorum erga futura contingentia conditionata.*
In 8. *Ratione probo ſcientiam conditionalem: & declaro obiectum, in quo cognoſcuntur à Deo conditionate futura.*
In 9. *Nullum ſuum decretum vt futurum cognoſcit Deus.*
In 10. *Veritatem propoſitionum contingentium conditionalium menſurandam non eſſe ex bonitate conſequentiæ. Et quid iudicandum de diſparatis. Et de nomine ſcientiæ mediæ.*
In 11. *Contrariæ ſententiæ fundamenta, & ſolutiones.*
In 12. *Alia fundamenta contrariæ ſententiæ, & ſolutiones.*

DISPVTATIO VIII.

De non ente, & malo formaliter, vt ſunt obiecta ſcientiæ Dei.

Diſtincta duobus capitibus.

In 1. *Deus cognoſcit entia rationis; non fingit.*
In 2. *Deus cognoſcit omnia mala. Explico modum, quo ea cognoſcit.*

DISPVTATIO IX.

De diuiſione ſcientiæ Dei.

Diſtincta capitibus tribus.

In 1. *Explicantur variæ diuiſiones ſcientiæ Dei.*
In 2. *Quid reſpondeat ex parte obiecti triplici ſcientiæ Dei?*
In 3. *Diuiſio ſcientiæ Dei in practicam, & ſpeculatiuã.*

DISPVTATIO X.

De proprietatibus ſcientiæ Dei.

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. *Scientiam viſionis vt ſic non eſſe cauſam obiecti proprij.*
In 2. *Mens D. Thomæ in hac controuerſia cap. 1.*
In 3. *Nec ſcientiam Dei eſſe diſcurſiuam, nec variabilem.*

TRACTATVS SECVNDVS DE VOLVNTATE DEI,

Decem Diſputationibus diſtinctus.

DISPVTATIO XI.

De exiſtentia diuinæ Voluntatis.

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. *In Deo eſſe voluntatem, de fide eſt: & euidens ratione naturali.*
In 2. *Diſcuſsio, atque defenſio rationis S. Thomæ.*
In 3. *Demonſtratur neceſſaria connexio inter cognitionem, & appetitum.*

DISPVTATIO XII.

De natura voluntatis Dei.

Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. *Non eſt in voluntate Diuina conceptus actus primi per ordinem ad volitionem.*
In 2. *Volitionem Dei non eſſe metaphyſicum conſtitutiuum naturæ eius.*
In 3. *Obiectiones, & ſolutiones.*
In 4. *De appetitu innato Dei.*

DISPVTATIO XIII.

De obiecto increato volitionis Dei.

Diſtincta ſex capitibus.

In 1. *Non habet Deus affectum ſpei circa ſe ipſum.*
In 2. *Rei difficultas circa amorem ſpecialem, & ſtrictum.*
In 3. *Sententiæ Theologorum.*
In 4. *Prima Recentioris ſatiſfactio refutata.*
In 5. *Alia alterius Recentioris ſatiſfactio refutata.*
In 6. *Propria reſolutio per tres concluſiones.*

DISPVTATIO XIIII.

Qualis ſit amor Dei erga ſe ipſum?

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. *Amor Dei de ſe ipſo neceſſarius eſt quoad exercitium.*
In 2. *Qualis ſit amor Dei erga bona diuina: an concupiſcentiæ? an charitatis propria?*
In 3. *Nec eſt amor concupiſcentiæ realis, nec formalis amicitiæ inter diuinas perſonas; ſed alia quadam eminentialis amicitia.*

DISPVTATIO XV.

An Deus ſe diligat propter creaturas?

Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. *Sententia negans.*

In 2.

Digitized by Google

INDEX DISPVTATIONVM.

In 2. *Refutatur modus quidam defendendi ſententiam affirmantem.*
In 3. *Sententia affirmans defenditur ex proprijs principijs.*
In 4. *Dilutio argumentorum cap. 1.*

DISPVTATIO XVI.
De libertate volitionis Diuinæ.
Diſtincta duodecim capitibus.

In 1. *De fide eſt, Deum liberum eſſe.*
In 2. *Ratione naturali demonſtratur libertas Dei: & proponitur rei difficultas.*
In 3. *Reiicitur ſententia Thomiſtarum, explicans libertatem Dei per reſpectum rationis.*
In 4. *Reiicitur Caietanus, & alij Sectatores magis tẽperati.*
In 5. *Diſcuſsio, & refutatio ſententiæ P. Suarij, & ſectatorum.*
In 6. *Refutatur noua quædam ingenioſi Magiſtri ſententia.*
In 7. *Refutatio alterius nouæ ſententiæ.*
In 8. *Refutatur ſententia P. Albertini.*
In 9. *Sententia Aureoli: & varij modi defendendi libertatem per extrinſeca connotata.*
In 10. *Argumenta contra Aureo. & explicatio propriæ ſententiæ.*
In 11. *Infero corollaria, & diſcutio modos dicendi relatos cap. 9.*
In 12. *Solutiones argumentorum contra propriam ſententiam.*

DISPVTATIO XVII.
Appendix de mutatione neceſſaria in rebus; de affectu efficaci, & inefficaci libero: de ordine intentionis, & executionis: atque de ſignis rationis decretorum Dei.
Diſtincta quinque capitibus.

In 1. *Quænam mutatio ad extra neceſſaria ſit pro exercitio libertatis Diuinæ, cum votum vellet relaxare?*
In 2. *Nullum Deus poteſt remittere peccatum ſolá extrinſeca condonatione: ſed neceſſaria eſt variatio in rebus cum peccatis pugnans.*
In 3. *Quá ratione in doctrina noſtrá affectus efficaces, & inefficaces Dei defendi poſsint?*
In 4. *Defenſio ordinis intentionis, & executionis ſecũdum noſtra principia.*
In 5. *Explicatur ordo liberorum decretorum Dei ſecũdum noſtra principia.*

DISPVTATIO XVIII.
Quomodo amet poſsibilia Deus; atque creaturas propter ſe, & propter ipſas, & de Diuinis virtutibus moralibus.
Diſtincta quinque capitibus.

In 1. *De amore poſsibilium.*
In 2. *Deus amat creaturas propter ſe, & propter ipſas.*
In 3. *Rei difficultas.*
In 4. *Reijciuntur varij modi ſatisfaciendi.*
In 5. *Vera ſatisfactio.*

DISPVTATIO XIX.
De modo concurrendi voluntatis Diuinæ cum agentibus liberis: & de malorum volitione.
Diſtincta quinque capitibus.

In 1. *Sentẽtia affirmans, Deũ concurrere decreto efficaci intrinſeco antecedenti.*
In 2. *Refutatio prædictæ ſententiæ.*
In 3. *Dilutio argumentorum.*
In 4. *Sententia Scriptorum Societatis, & noſtra.*
In 5. *De volitione Dei, vt comparatur ad mala.*

DISPVTATIO XX.
De proprietatibus, & affectibus voluntatis Dei.
Diſtincta quinque capitibus.

In 1. *Voluntas Dei eſt immutabilis, & æterna.*
In 2. *Grauis difficultas contra immutabilitatem volitionis Diuinæ ex libertate.*
In 3. *De affectibus proſecutionis Dei erga creaturas.*
In 4. *De affectibus fugæ erga creaturas.*
In 5. *Non neceſſario Deus vult optimum.*

TRACTATVS TERTIVS DE DEI PROVIDENTIA, PRÆDESTINATIONE, ET REPROBATIONE.

Diſtinctus decem & quinque Diſputationibus.

DISPVTATIO XXI.
De exiſtẽtia prouidẽtiæ, & prædeſtinationis
Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. *De nomine prædeſtinationis, & prouidentiæ.*
In 2. *Eſſe in Deo prouidentiam, & prædeſtinationem,*

Digitized by Google

nem, de fide certum eſt.
In 3. Quantum de prouidentia, & prædeſtinatione ratione naturali oſtendi poſsit?
In 4. Aliquot diſcrimina inter prouidentiam, & prædeſtinationem.

DISPVTATIO XXII.

De natura Prouidentiæ, & prædeſtinationis.

Diſtincta ſeptem capitibus.

In 1. Prouidentiam, & prædeſtinationem eſſe actus Dei immanentes, & æternos.
In 2. Scientiam naturalem, & liberam Dei neceſſariā eſſe ad prouidentiam, & prædeſtinationem.
In 3. Scientiam conditionalium neceſſariam eſſe ad prouidentiam, & prædeſtinationem.
In 4. Imperium ex parte intellectus neceſſarium eſſe ad prouidentiam, & prædeſtinationem: & quale illud ſit.
In 5. Voluntatis Diuinæ actus neceſſarios etiam eſſe ad prouidentiam, & prædeſtinationem: vbi qua ratione differant electio, & dilectio; de quo S. Tho. art. 4.
In 6. Prouidentiæ, & prædeſtinationis eſſentiam conſtare actibus intellectus, & voluntatis.
In 7. Prouidentiam, atque prædeſtinationem definio; & ſeligo actus intellectus, & voluntatis, in quibus earum natura eſt conſtituenda.

DISPVTATIO XXIII.

Vtrum in Deo ſit voluntas abſoluta dandi gloriam Prædeſtinatis ante præuiſa eorum merita?

Diſtincta capitibus quatuordecim.

In 1. Notationes pro ſtatu controuerſiæ.
In 2. Quo pacto ſe gerat diuina voluntas circa finem, & media: & circa præmium, & merita?
In 3. Vtraque ſententia affirmans, & negans prælectionem gloriæ ante præuiſa merita; & vtriuſque propugnatores.
In 4. Quinque teſtimonia S. Scrip. quæ allegantur pro ſententia affirmante, diſcutio.
In 5. Alia quædam teſtimonia pro ſententia negante diſcutio.
In 6. Quantum faueat D. Auguſtinus ſententiæ affirmanti.
In 7. Teſtimonia Auguſt. pro electione poſt merita, & intelligentia mentis ipſius in hac controuerſia.
In 8. Electionem abſolutam ante præuiſa merita non eſſe neceſſariam.
In 9. Intentionem omninò abſolutam gloriæ ante merita Prædeſtinati pugnare cum libertate eam adquirendi, & amittendi.
In 10. Electionem abſolutam ante præuiſa merita pugnare cum aliis diuinis decretis: ac præcipue cum voluntate dandi gloriam propter merita.
In 11. An per ordines intentionis, & executionis fiat ſatis argumento capitis ſuperioris?
In 12. Diſcutiuntur cetera, quæ pro ſe adducit P. Sua. & maior doctrinæ noſtræ declaratio.
In 13. Explicatio, & defenſio propriæ ſententiæ.
In 14. Quædam argumenta contra doctrinam capitis ſuperioris, & ſolutiones.

DISPVTATIO XXIIII.

An confirmati in gratia, ſeu eximie Prædeſtinati ſint efficaciter electi ad gloriā ante præuiſa merita?

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. Opinio Ambroſi Catherini.
In 2. Quid ſit eximie prædeſtinatum in gratia confirmari?
In 3. Propria reſolutio.

DISPVTATIO XXV.

De cauſa prædeſtinationis ex parte prædeſtinati.

Diſtincta nouē capitibus.

In 1. Varij errores: & indicantur loca, vnde refutantur.
In 2. Error Pelagij, & vindicatus P. Suar. ab impoſtura mag. Nauarreti.
In 3. Error Semipelagianorum: & quantum poſuerint meritum gratiæ in natura.
In 4. Quid ſit illud ſupernaturale, quod Semipel. noſtrum arbitrium mereri de congruo dixerunt?
In 5. Semipelag. non tantum poſuiſſe initia fidei ex nudo arbitrio, ſed etiam aliorum operum pietatis.
In 6. Aliqui ex Maſsilienſibus conceſſerunt, quoſdam præueniri à gratia Dei.
In 7. Quid ſentiendum de Chryſoſt. an eum Caſſiano ſenſerit?
In 8. Refutatio erroris Semipelag.
In 9. Argumenta a parte Semipelagian. & ſolutiones.

DISPVTATIO XXVI.

De ſententijs Catholicorum circa cauſam prædeſtinationis ex libero arbitrio.

Diſtincta tribus capitibus

In 1. Scoti, Gabrielis, Durandi, & Caiet. ſententias Semipelagianiſmum ſapere.
In 2. fero iudicium de ſententia Scoti Ricar. Gerſo. qui ponunt diſpoſitionem remotam ex libero arbitrio ad gratiam.
In 3. Quid ſenſerit S. Thom. de diſpoſitione ad gratiam ex libero arbitrio?

DISPVTATIO XXVII.

De vera mēte eius axiomatis: facieti, quod eſt in ſe, Deus non denegat gratiā.

Diſtin-

INDEX DISPVTATIONVM.

Diſtincta quinque capitibus.

In 1. *Sententia P. Molinæ, & fundamenta.*

In 2. *Defenſio P. Molinæ ab impugnatione M. Aluar.*

In 3. *Vt ab alijs Theologis hoc axioma defendatur, aut refutetur.*

In 4. *Vt explicetur hoc axioma à P. Suario.*

In 5. *Alia authoris explicatio.*

DISPVTATIO XXVIII.

De cauſa prædeſtinationis ex procedẽtibus a gratia.

Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. *Sententia affirmans.*

In 2. *Vera ſententia negans.*

In 3. *Solutio argumentorum.*

In 4. *Non eſt in poteſtate prædeſtinati prædeſtinatio quoad omnes effectus.*

DISPVTATIO XXIX.

De cauſa prædeſtinationis ex meritis aliorum.

Diſtincta capitibus quinque.

In 1. *Chriſt. D. eſt cauſa meritoria omnium effectuum prædeſtinationis.*

In 2. *Chriſt. D. eſt cauſa meritoria noſtræ prædeſtinationis.*

In 3. *Chriſt. D. meruit ſpecialem dilectionem prædeſtinatorum, vt eſt electio.*

In 4. *Qua ratione Chriſt. D. exiſtens, atque merens independenter à progenitoribus præuiſus fuerit?*

In 5. *De cauſa prædeſtinationis per meritum puri hominis.*

DISPVTATIO XXX.

De effectibus prædeſtinationis.

Diſtincta ſex capitibus.

In 1. *Quatuor conditiones omnis effectus prædeſtinationis.*

In 2. *Quænam præuenientes gratiæ ex congruis, aut non congruis, ſint, aut non ſint effectus prædeſtinationis?*

In 3. *Quinam actus ſupernaturales ſint, aut non ſint effectus prædeſtinationis?*

In 4. *Infuſio gratiæ iuſtificantis, etiam prima, cum per peccatum interrumpitur, & glorificatio ſunt effectus prædeſtinationis.*

In 5. *Quo pacto res naturales ſint, aut non ſint effectus prædeſtinationis?*

In 6. *Permiſſio peccati an ſit effectus prædeſtinationis?*

DISPVTATIO XXXI.

De concordia Prædeſtinationis cum libertate: & certo numero prædeſtinatorum.

Diſtincta duobus capitibus.

In 1. *Concordia prædeſtinationis cum libertate.*

In 2. *De certo numero prædeſtinatorum.*

DISPVTATIO XXXII.

De exiſtentia, & natura reprobationis.

Diſtincta duobus capitibus.

In 1. *De fide certum eſt, eſſe in Deo reprobationem ſine defectu in prouidentia.*

In 2. *Explicatio naturæ reprobationis.*

DISPVTATIO XXXIII.

De cauſis reprobationis.

Diſtincta octo capitibus.

In 1. *Sententia recentiorum Thomiſtarum, & fundamenta ex M. Aluar.*

In 2. *Duplex reprobatio ex Scoto declaratur.*

In 3. *In adultis reprobis eſt cauſa poſitiua reprobationis.*

In 4. *Quid de reprobatione paruulorum ſentiendum ſit?*

In 5. *Mens S. Thom. & quidam Theologi ab impoſtura vindicati.*

In 6. *Satisfactio ad fundamenta M. Aluar.*

In 7. *Satisfactio ad alia difficiliora fundamenta.*

In 8. *Quid ſit induratio, & an Deus eius cauſa aliqua ratione dici poſſit?*

DISPVTATIO XXXIIII.

De effectibus reprobationis.

Diſtincta capitibus octo.

In 1. *Quatuor conditiones omnis effectus reprobationis.*

In 2. *Mors in ſtatu peccati aliquando eſt effectus reprobationis, aliquando non.*

In 3. *Permiſſio primi peccati non eſt effectus reprobationis; aliæ autem permiſſiones à prima effectus eſſe poſſunt.*

In 4. *Nulli adulto reprobo, quantumuis indurato negat Deus auxilium ſufficiens.*

In 5. *Non confertur auxilium ſufficiens ſingulis momentis.*

In 6. *Semper adeſt auxilium ſufficiens, cum vrget tentatio, cum præceptum, cum neceſſarium eſt ad vitandum nouum peccatum.*

In 7. *De mente Auguſtini, & Proſperi in quæſtione; an obduratis adultis negetur auxilium ſufficiens?*

In 8. *Obiecta, quæ reſtant, diluo: & quid ſit peccatum ad mortem?*

DISPVTATIO XXXV.

De remedio ſufficienti paruulorum.

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. *Sententia negans, omnes paruulos habuiſſe remedium ſufficiens.*

In 2. *Eligitur ſententia affirmans.*

In 3. *Obiectionum ex Auguſtino ſolutio.*

TRACTA-

INDEX DISPVTATIONVM.

TRACTATVS QVARTVS

DE VISIONE DEI,

Diſtinctus decem & ſex Diſputationibus.

DISPVTATIO XXXVI.

De exiſtentia, & poſſibilitate viſionis Dei
Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. *De fide eſt exiſtere viſionem Dei.*
In 2. *Quid ſenſerit Chryſoſtomus.*
In 3. *Quid alij è patribus ſenſerint.*
In 4. *Non pugnat cum ratione Deum videri a mente creata per gratiam.*

DISPVTATIO XXXVII.

De appetitu naturali ad viſionem Dei, an ſit in nobis?
Diſtincta tribus capitibus.

In 1. *Quædam noto, & varia refero placita.*
In 2. *Sententia authoris de appetitu innato.*
In 3. *Argumenta pro prima ſententia, & ſolutiones.*

DISPVTATIO XXXVIII.

De appetitu elicito viſionis Dei, an ſit in nobis?
Diſtincta ſex capitibus.

In 1. *Duplex ſententia affirmans reijcitur.*
In 2. *Tertia ſententia negans, viſionem vt ſupernaturalem, appetitu naturali elicito appeti poſſe improbatur.*
In 3. *Quædam notanda pro amplectenda ſententia.*
In 4. *Actus ſupernaturalis quoad ſubſtantiam ferri poteſt ad obiectum formale non ſupernaturale.*
In 5. *Ferri poteſt actus naturalis ad obiectum ſupernaturale ſub motiuo ſupernaturali, modo improportionato.*
In 6. *De appetitu elicito naturali viſionis Dei, an eſſe poſſit abſolutus, & efficax?*

DISPVTATIO XXXIX.

De poſſibilitate viſionis Dei, an ratione naturali poſſit demonſtrari?
Diſtincta duobus capitibus.

In 1. *Sententia affirmans, & eius refutatio.*
In 2. *Poſſibilitas viſionis ratione naturali tantum probabiliter oſtendi poteſt.*

DISPVTATIO XL.

De ſpecie impreſſa Dei intuitiue viſibilis, an diuinitus fieri poſſit?
Diſtincta octo capitibus.

In 1. *Mens D. Thomæ de ſpecie impreſſa, & verbo.*
In 2. *Prima opinio negans, & fundamenta ex Thomiſtis.*
In 3. *Nulla ex his rationibus conuincit intentum.*
In 4. *Alia fundamenta ex alijs pro neganda ſpecie impreſſa.*
In 5. *Solutio primi fundamenti.*
In 6. *Obſeruationes de natura ſpeciei impreſſæ.*
In 7. *Diluo argumenta Recentiorum.*
In 8. *Species impreſſa ad videndum Deum diuinitus fieri poteſt.*

DISPVTATIO XLI.

De eſſentia diuina, an inſtar ſpeciei vniri poſſit cum intellectu Beati?
Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. *Sententia negans.*
In 2. *Sententia affirmans eligitur, & declaratur primum argumentum.*
In 3. *Expoſitio argumenti 2.*
In 4. *Expoſitio 3. & 4. argumenti.*

DISPVTATIO XLII.

De Deo, & ſpecie impreſſa, vtrum eorum concurrat de facto ad viſionem Dei?
Diſtincta quinque capitibus.

In 1. *Species à lumine gloriæ diſtincta neceſſaria eſt.*
In 2. *Sententia affirmans ſpeciem concurrere, & fundamenta.*
In 3. *Defenſio ſententiæ affirmantis, Deũ de facto efficere viſionem.*
In 4. *Deus per omnipotentiam immediate concurrit ad viſionem.*
In 5. *Beatos neceſſario producere verbum.*

DISPVTATIO XLIII.

De corporea facultate cognoſcendi, an eleuari poſſit ad videndum Deum?
Diſtin-

INDEX DISPVTATIONVM.

Diſtincta tribus capitibus

In 1. *Facultas videndi non poteſt Deum videre per naturalem virtutem.*

In 2. *Nec per obedientialem.*

In 3. *Fieri non poteſt à Deo potentia corporea cum virtute videndi ipſam.*

DISPVTATIO XLIIII.

De intellectu, an per naturalia Deum poſsit videre?

Diſtincta duobus capitibus.

In 1. *Intellectus per ſua naturalia non poteſt videre Deum.*

In 2. *Refutatur Durandus.*

DISPVTATIO XLV.

De exiſtentia, & functionibus luminis gloriæ.

Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. *Quam ſit certum Beatis ineſſe lumen gloriæ.*

In 2. *De munere diſponendi, & recipiendi luminis gloria.*

In 3. *De munere efficiendi luminis gloriæ.*

In 4. *Argumenta aduerſariorum, & ſolutiones.*

DISPVTATIO XLVI.

De intellectu, an influat in viſionem vt cauſa, an vt inſtrumentum?

Diſtincta duobus capitibus.

In 1. *Variæ ſententiæ.*

In 2. *Iudicium de re, & ſententijs.*

DISPVTATIO XLVII.

De intellectu, an ſine auxilio intrinſeco eleuari poſsit ad videndum Deum?

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. *Sententia negans.*

In 2. *Sententia affirmans præfertur.*

In 3. *Solutio argumentorum.*

DISPVTATIO XLVIII.

De ſubſtantia ſupernaturali, & lumine, an illa eſſe poſsit, & hoc ei connaturale?

Diſtincta quinque capitibus.

In 1. *Punctus controuerſiæ, & pars affirmans.*

In 2. *Varias diſcutio ſententias.*

In 3. *Statuo propriam ſententiam de ente ſupernaturali.*

In 4. *Sententia negans, & diſcutio rationes negandi.*

In 5. *Enodatio argumentorum.*

DISPVTATIO XLIX.

De inæqualitate viſionis beatorum.

Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. *De fide eſt vnum Beatum alio perfectius intueri Deum.*

In 2. *Expoſitio compendioſa parabolæ Matt. 10.*

In 3. *Quanta ſit inæqualitas in beatitudine.*

In 4. *De cauſis phyſicis inæqualis viſionis.*

DISPVTATIO L.

De viſione Beatorum, vt eſt intuitio Dei in ſe.

Diſtincta duobus capitibus.

In 1. *De viſione abſolutorum neceſſariorum in Deo.*

In 2. *De viſione Dei in ordine ad relatiua*

DISPVTATIO LI.

De viſione Dei, vt fertur ad creaturas poſsibiles in ipſo.

Diſtincta ſex capitibus.

In 1 *Beatus creaturas poſsibiles in Deo poteſt cognoſcere.*

In 2. *Cognitio matutina, & veſpertina ex mente Aug. quid?*

In 3. *Argumenta contra noſtram ſententiam, & ſolutiones.*

In 4. *Quot è creaturis poſsibilibus poſsint videri in Verbo,*

In 5, *De cauſa videndi has potius, quam illas creaturas.*

In 6. *De viſione Dei in ordine ad creaturas poſsibiles in communi.*

DISPVTATIO LII.

De viſione Dei in ordine ad decreta libera, & creaturas exiſtentes.

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. *De viſione Dei in ordine ad decreta libera.*

In 2. *De viſione Dei in ordine ad creaturas exiſtentes.*

In 3. *Quid de facto videant Beati?*

In *commentario articuli 10. S. Thomæ, vtrum Beatus omnia, quæ videt in Verbo, ſimul videat, & quomodo? explico ex profeſſo.*

In *cõmentario articuli 11. Vtrum a puro homine in hac vita aut videri poſsit, aut viſus Deus ſit?*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS PRIMVS
DE SCIENTIA DEI.
DECEM DISPVTATIONIBVS diſtinctus.

DISPVTATIO PRIMA. DE EXISTENTIA SCIENTIÆ DEI.

Diſtincta tribus capitibus. In primo perfectionum ſcientiæ Dei expoſitio compendioſa. In ſecundo de fide certum eſt eſſe ſcientiam in Deo, & lumine naturali euidens. In tertio rationem, qua id probat D. Thomas artic. 1. diſcutio. art. 1. ſ. Th.

Cap. I. Perfectionum ſcientiæ Dei expoſitio compendioſa.

Num. 1

Explicatur Paulus ad Epheſ. c. 3.

DIVVS Paulus ad Epheſios c. 3. explicans immenſitatem diuinarum perfectionum hæc ait. *Quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum, &c.* in quibus verbis per trinam dimenſionem, quaternamque eius poſitionem, quam fabuloſe Poetæ tribuebant falſis dijs. Dei veri optimi atq; maximi, perfectionis immenſum pelagum eleganter deſcribit. Quia verò Paulus nihil diuinum in particulari deſignauit; cuius, latitudinem, longitudinẽ, ſublimitatem, profunditatemq; declaraſſet: ideo varie locus is à ſanctis Patribus, Pauliq; interpretibus expoſitus eſt. Quidam & nõ abs re, myſterio redemptionis, & œconomiæ Xp̃i Domini ea verba applicuerunt. Eo quod Paulus ipſe ſubiecerit. *Scire ſuper eminentem ſcientiæ charitatem Chriſti*, hoc eſt, ſcire dimẽſiones omnes, quæ cernuntur in ea ſingulari charitate, qua redemit nos. Per *latitudinem* intellige redemptionis extenſionem, & vniuerſalitatem: qua non liberauit ſolum à ſeruitute peccati, populum Iudaicum ſibi ab initio charum, aut homines a Chriſti aduentu exiſtentes: ſed Iudæos & Gentiles à primo, vſque ad extremum ſub omni lege degentes. Per *longitudinem* intellige æternam Chriſti abſque principio prædefinitionem pro reparanda humana natura: Per *ſublimitatem*, aut euectionem humanitatis noſtrę in Chriſto, ad eſſe diuinum ſuper omnes cælos, aut excellentiam gloriæ diuini intuitus, qua ipſe Deus beatus eſt. Deniq; per *profunditatem* virtutem redemptionis Chriſti vſque ad inferos penetrantem.

1. Expoſitio.

2. expoſiti. Bernardus.

Alij verò, ea Pauli verba ipſi diuinæ eſſentiæ optimè etiam aplicuerunt D. Bern. lib. 5. de conſideratione in fine ſic ait. *Diuina eſſentia res vna cum ſit, eſt tamen longitudo propter æternitatem, latitudo propter charitatem, ſublimitas propter maieſtatem, profunditas propter ſapientiam, hæc quadriga Dei &c.* S. verò Gregor. 11. moral cap. 10. & 11. paulò aliter; per latitudinem, accipit charitatem, per longitudinem, longanimitatem, per ſublimitatem incomprehenſibilitatem Dei, qua a beatis nequit comprehendi, licet clariſsimè videatur; per profundum inſcrutabilitatem iudiciorum Dei in damnatis premendis. Crucis Santiſsimæ dimẽſionibus alij. Alij deniq, Eccleſię Chriſtianæ partibus, & ędificio, cuius altitudo cœlum eſt, profundum infernus, longitudo, quod Eccleſia Dei, florebit omni ſęculo, & tẽpeſtate; latitudo quod ſit omnium terrarum, & gentium.

S. Gregor.

His & alijs (quæ á me quàm breuiter enarrata ſunt) Hieronym. Auguſt. Anſel. Greg. & alij Patres illuſtrant hęc Pauli verba. Quod ſi diuinæ ſcientiæ, quæ eſt noſtri operis argumen-

Hiero. Auguſt. Anſelm. Gregor.

tum, quatuor illę poſitiones, trineq; dimenſiones, ita mirificè conueniunt, vt eis delineare prima manu aptè poſsimus, omnem diuinæ ſcientiæ naturam, & perfectionem in primo huius operis exordio licebit Paulina verba noſtro etiam inſtituto accommodare.

2. *Explicantur perfectiones ſciẽtiæ Dei per longitudinẽ, latidinem, ſublimitatẽ, & profunditatem.*

Ioannis 5. Pſalmo 138. Hilar. Eccleſiaſ. 15

Primo ergo per *longitudinem* poſſumus intelligere duas perfectiones ſcientiæ Dei; prima qua æterna eſt, ſine principio in tempore, & ſine principio in cauſalitate; Deus enim vitam habet à ſemetipſo, vt dixit Ioan. cap. 5. Vita autẽ Dei eſt ipſa ſcientia, & intellectio Dei, vt explico infra diſp. 3. cap. 3. Hanc longitudinem explicauit Dauid Pſal. 138. ibi. *Intellexiſti cogitationes meas à longe*, hoc eſt, ab æterno; nam teſte Hilario illud *a longe*, non eſt referendum ad ſpatium loci, ſed temporis: hæc vero longitudo, adeò perennis eſt, vt nullam patiatur interruptionem, aut intermiſsionem, quia ſemper Deus eſt in actu puro cognoſcendi, nõ ex parte in actu, & ex parte in potentia, vt creaturæ. Ita Eccleſiaſt. 15. *Videns omnes ſine intermiſsione*, & 17. *Oculi eius ſine intermiſſione inſpicientes.* Et cap. 39. *à ſæculo vſque in ſæculum reſpicit, & nihil eſt mirabile in conſpectu eius.* Ex quo etiam liquet ſecunda perfectio huius longitudinis ſcientiæ Dei, ſcilicet quod ſit ſine fine.

3 *Quid per latitudinem.*

Eccleſiaſti. 39. Iob. 28. Paulus ad Hebr. 4. Eccleſiaſ. 23. Matth. 1. Lucæ 12. Pſal. 146. Pſal. 138. 4:

Per *latitudinem* intelligere poſſumus perfectionem, quaſi extenſiuam ſcientiæ Dei, qua, tum deum ipſum comprehendit, tum omnia, quæ extra Deum ſunt, videlicet poſsibilia, contingentia, conditionatè, & abſolute futura, vt in progreſſu explanandum eſt. Id ſignificauit Eccleſiaſticus, cap. 39. *Non eſt quidquam abſconditum ab oculis eius.* Iobus cap. 28. *ipſe fines Mundi intuetur, & omnia quæ ſub Cælo ſunt, reſpicit.* Paulus ad Hbræ. 4. *Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda, & aperta oculis eius, etiam* reconditiſsima. Et Eccleſiaſticus cap. 23. *Oculos Dei (ait) & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes in abſconditas partes.* Matt. 10. & Lucæ. 12. in numerato habere etiam *capillos capitis*. Pſal. 146. *multitudinem ſtellarum proprio vocare nomine*, & Pſal. 138. ibi *forſitam tenebræ cõculcabunt me* (ideſt) *obſcurabunt, ne videat Deus*, nam quod calcatur pedibus, oculis quidem ſubtrahitur, & addit: *Nox illuminatio mea in delitijs meis, quia tenebræ non obſcurabuntur à te; Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius*, hoc eſt, apud te nox & tenebræ ſunt lux, & dies clariſsima, ita vt nihil te latere poſsit. Ecce *latitudo*.

4 *Quid per ſublimitatem.*

Sublimitates ſcientiæ Dei.

Per *ſublimitatem*, ſeu *altitudinem* ſcientiæ Dei intelligere poſſumus perfectionem eius, quaſi intenſiuam ſupra omnem humanam, & angelicam perfectionem: eſt enim primo ſublimis ſcientia Dei ratione ſuæ entitatis, qua eſt ipſa dei ſubſtantia, & natura, vt doceo diſp. 3. non accidens, vt in Angelis & hominibus. Secũdo eſt ſublimis, quã eſt actus purus vltimus reſpectu omnis obiecti non actus primus, & in potentia, vt in Angelis, & hominibus. Tertio ſublimis eſt ratione medij, nec enim eget ſpecie impreſſa, aut diſtincta a ſubſtantia, vt Angeli, & homines, aut indiſtincta, vt doceo diſput. 2. Quarto ratione modi cognoſcendi, quo omnia comprehenſiue penetrat, & omni modo, quo cognoſci poſſunt, cognoſcit, vt doceo in diſcurſu materiæ. Quinto ratione ſimplicitatis, quatenus vnica ſimplicisſimaq; cognitione, abſq; compoſitione diuiſione, aut diſcurſu, ad omnia vnico fertur amplexu; vnde ſapien. 7. ſpiritus ſapiẽtiæ dicitur vnicus. Sexto ratione veritatis, & certitudinis ſummæ etiam de ipſis incertis, & variabilibus obiectis, vt conſtat in cognitione futurorum contingentium, de qua diſp. 6. & 7. Septimo ratione claritatis, & euidentiæ, quam eleganter explicuit Eccleſiaſticus cap. 23. ibi: *Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem circunſpicientes, &c.* Etenim ſummæ claritatis ſimilitudine, quæ apud nos eſt, diuinæ ſcientiæ ſummum fulgorem explicat, vbi nota claritatem hanc diuinæ ſciẽtiæ exageraſſe triplici illa particula *multo, plus, ſuper ſolem*: Nam lumen ſolis deficit eclypſi, nocte obſcuratur, nube obumbratur, non lumen ſcientiæ Dei. Octauo ratione vniformitatis, & inuariabilitatis in cognoſcendo; nec enim ſcientia Dei perfici poteſt, aut deficere, vt dicitur ſapientię 7. *Spiritus ſapientiæ ſtabilis.* Nono ratione celeritatis in cognoſcẽdo, nam omnia ſimul cognoſcit inſtantaneo ictu. Decimo ratione cauſalitatis, eſt enim omnium rerum factibilium effectrix ſcientia Dei, vt eſt ars cauſa artefactorum in artifice Pſal. 103. *Omnia in ſapientia feciſti* Prou. 30. *ſapientia Dominus firmauit terram, ſtabiliuit Cælos prudentia.* Pſal. Pro. 30. Denique ratione fęcunditatis, & communicationis, qua ſe ipſam diffundẽs, & facit cognoſci, & cognoſcere omnia: Nam, vt lux ſolis largiſsime diffuſſa præſtat, vt videantur omnia, quæ perfunduntur eo lumine, & vt omnes qui facultate videndi præditi ſunt, videant, ita ſapientia Dei, &c. Ecce *ſublimitas*.

5 *Quid per profunditatem.*

Paul. ad Roman. 11.

Per profunditatem intelligere poſſumus abyſſum diuinorũ iudiciorum, vnde Paulus ad Rom. 11. *Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.* Iudicia ſpectant ad ſcientiam, viæ ad ſapientiam: exempli gratia cur hi prædeſtinati? non illi? cur diuina ſapiẽtia, & prouidentia res ſic diſpoſuerit, vt Ioſeph media venditione, & carcere fuerit exaltatus; Saul per regiam dignitatem depreſſus, & damnatus? Gregorius lib. 29. Moral. cap. 21. & Chriſoſtomus in hunc locum, *tanta eſt profunditas.* S. Gregor. Chriſoſt.

Digitized by Google

funditas iudiciorum Dei (inquit) *vt ea nemo queat ſcrutari, nedum comprehendere.* Nota vero ſublimitatem, ſeu altitudinem, idem re eſſe, & ſola ratione diſtingui; nam profunditas reſpectu noſtri incipit a parte ſuperiori, & deorſum vergit in profundum: altitudo vero incipit a parte inferiori, & pergit ſurſû in altum. Sic dicimus puteum eundem altum, & profundum en profunditas.

QVÆSTIO XIIII.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Deo ſit ſcientia.

CONcluſio S. Thomæ propter diuinam inmaterialitatem, neceſſe eſt eſſe in Deo ſcientiam perfectiſsimam.

Cap. 2. de fide certum eſt in Deo *ſcientiam eſſe, & lumine naturali euidens.*

9 CVm in Deo ſcientiam eſſe affirmamus nô ſumimus ſcientiam prout vulgo accipitur pro ſola cognitione concluſionum deriuata ex præmiſsis certis, & euidétibus, ſed pro cognitione intellectuali quacumque vera, certa, & euidenti. In hoc ſenſu D. Thomam vſurpaſſe ſcientiam in artic. 1. obſerbauit Caietanus ibidem, quo reſpondemus quorundam calumniæ in D. Thomam dicentium plus reſpondiſſe in articulo, quam quæſierat in titulo; reſpondit enim non tantum eſſe ſcientiã in Deo, ſed etiã eſſe perfectiſsimam, quia loquebatur de omni cognitione certa, & euidenti, quæ eſt omniũ perfectiſsima, vt ſup. annotaui.

In hac apellatione eſſe ſcientiam in Deo probant plura, quæ adduxi cap. 1. ſunt præterea præclariſsima teſtimonia in ſacra ſcriptura. D. Thomas hic, cap. 1. vtitur teſtimonio Pauli ad Ro. 11. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei?* vbi nota nomine diuitiarum copiam, & exûberantiam in ſacra ſcriptura ſignificari conſentaneè ad fraſsim Hebræam, qua D. Paulus delectatus frequenter vſus eſt, vt ad Rom. 2. *An diuitias bonitatis eius, &c?* & cap. 9. *Vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ.* Ad Eph. 1. *Secundum diuitias gloriæ, quæ ſuperabundauit in nobis, &c.* Ad Coloſſen. 2. *In quo ſunt theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi.* Voce *theſauri* præter diuitias ſcientiæ ſignificat eas eſſe valde precioſas, atque reconditas; vnde ipſa ſapientia Prou. 8. gloriatur ſe inſtar theſauri à Deo poſsideri, *Dominus* (ait) *poſſedit me*, ideſt tanquam theſaurum poſſedit. His illuſtrata probatio S. Thomæ.

Paulus ad Rom. 11.

Rom. 2. & 9.

Ad Epheſ. 1.

Ad Coloſ. 2

Prob. 8.

Eſter. 14.

Præterea Eſter 14. perſpicue affirmatur ſciẽtia Dei, ibi, *Domine qui habes omnium ſcientiam* Iob. 21. *nunquid Deum docebit quiſpiam ſcientiam?* Eccleſiaſt. 23. *Oculi Domini lucidiores ſunt. ſuper ſolem circunſpicientes omnes vias hominum, & profundiſsimum abyſsi.* & 42. *cognouit enim Dominus omnem ſcientiam, &c.* Plura ſunt teſtimonia. Sed pluribus fruſtra vtemur propter rei perſpicuitaté. Non omittam eam ratiocinationem, qua eleganter vſus fuit Dauid Pſal. 93. ibi *dixerũt non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob in telligite inſipientes, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurem non audiet? qui finxit oculum non conſiderat?* Quaſi diceret, vt ait Genebrardus, eſt ne probabile, vt qui vim audiendi, & cernendi hominibus tribuit, ipſe res humanas, nec videat, nec audiat. Hæc probant propoſitionem præfixam eſſe de fide certam.

Iob. 21.

Eccleſiaſ. 23

Pſal. 93.

Genebr.

Eſſe vero naturali ratione euidentiſsimam probo hac ratione. Deus eſt ſubſtantia viuens perfectiſsimo modo: ſed ſubſtantia viuens perfectiſsimo modo, eſt ſubſtantia intelligens: ergo Deus eſt ſubſtantia intelligens. Maior tam perſpicua eſt ex ipſis terminis, vt à rationis compote ignorari non poſsit. Circa illam lege, ſi placet Ariſtotelem 12. Meta. cap. 7. vbi diſputans: an primus motor (ſic nuncupat Deum) optimam, ac perfectam actualem vitam habeat, ſumma, & perfectiſsima iucunditate affectam, quæ ducat originem ex ſui contemplatione, profert hæc verba memoriæ digna, *Si ita ſe habet Deus: ſicut nos aliquando, admirabile eſt; quod ſi magis, admirabilius eſt; at ita ſe habet &c.* Videtur ſane Philoſophus expertus quandam maximam animi oblectationem, ex contemplatione ſubſtantiæ Dei, 7

Ratione probatur eſſe ſcientiã in Deo.

Ariſt.

Digitized by Google

& per eam gradum feciſſe ad contemplandam fœlicitatem illam, qua Deus potitur ex arctiſsima, & perenni coniunctione intellectuali cum ipſius met ſubſtantia, maximè omnium intelligibili. Erga maiorem propoſitionem videri etiam poteſt P. Franciſcus Suarez 2. tom. Meta. diſp. 30. ſec. 14. Minorem ſic oſtendo: ſubſtantia viuens intelligens perfectior eſt ſubſtantia viuente non intelligente, ſed Deus eſt ſubſtantia viuens perfectiſsimo modo, ergo eſt ſubſtantia intelligens. Conſequentia nota eſt.

2. ratio. Secunda ratio procedit ex effectibus, qui à Deo producuntur; nam Deus producit ſubſtantias viuentes intellectuales, & intelligentes, item producit intelligens ea, quæ producit, ergo, &c. Antecedẽs probãt 1. Angeli, & homines Probãt 2. Orbis cæleſtis, atq; terreſtris concinnus ordo, diſcolor rerum pulchritudo, ponderata menſura, ad mirabilis conſonantia &c. qua ratione vſus fuit. Dauid Pſal. 93. ſup. citato.

8. Nec dici poteſt ad has rationes, in Deo ſolum eſſe ſcientiam eminenter, non formaliter, nam licet creaturarum ſcientiam accidentariã, pluribuſque alijs imperfectionibus admixtam ſolum contineat eminenter; at ſcientiam ſuam diuinam ab omni imperfectione liberam, & abſolutam, qua ſine principio & dependentia omnia cognoſcit, formaliſsimè habet, & in vniuerſum (id eſt notatione dignũ) omnia inferiora, quæ in Deo ſolum eminenter ſunt, eſſe in ipſo per aliquam formalitatem formaliter exiſtentem: ita creaturas omnes poſsibiles eminenter continet per omnipotentiam in Deo formaliter exiſtentem.

Aureolus in 1. diſt. 35. art. 2. in 1. propoſitione, non putant demonſtratiuam eſſe hanc rationem, qua ſcientiam in Deo colligimus ex productione creaturarum. Supponit enim (ait) Deum omnia producere, quod à pleriſquè philoſophis negatum. Cæterum, ne quæſtionibus thelogicis philoſophicas miſceamus alibi oſtendendum eſt nullã rem non infinitam eſſe poſſe à ſe. Fateor difficile quidem id demonſtrari. Qua propter nequis in eo oſtendat cum Aureolo, vtor alia ratione hoc pacto. Deus omnium conceptione eſt ens nobiliſsimum, atq; perfectiſsimum, ac proinde in eo eſſe debet quidquid perfectionis eſt liberum ab omni imperfectione, ſiue talis perfectio procedat à Deo, ſiue nõ: ſed intelligere formaliter eſt perfectio libera omnino ab imperfectione ex his, quas vocãt ſimpliciter ſimplices, ergo Deo negandum non eſt. Hæc ratio intentum reuincit independenter à proceſsione creaturarum à Deo. Mi. probatur quia in vno quoque ente ipſi melius eſt atquè perfectius intelligere, & percipere, quam eſſe priuatum intellectione, & perceptione. Quo pacto autem Deus eſſe poſsit in actuali rerum omnium perceptione, ſine vlla imperfectione, conſtabit ex operis diſcurſu, ac precipue ex ſecunda diſp. 9

Hæ rationes contendunt etiam probare ſcientiam diuinam eſſe actualem, non potentialem, aut habitualem. Cæterum de hac re prolixior redibit ſermo infra diſp. 2. quia res obſcurior eſt, vberiorique indiget explicatione.

Cap. III. Rationem, qua idem probat S. Thomas, diſcutio.

10. NISI tãta eſſet S. Tom. in re theologica auctoritas, ſuperuacaneum foret tẽpus inſũmere ad examinandam rationis ab eo allatæ efficaciã: maximè cum res ipſa quam probare contendit, tam ſit per ſe aliundè conſpicua, quàm à nobis ſuperioribus capitibus demõſtratum eſt, quia verò propter dignam ſancti præceptoris venerationem, ratio eius ab omnibus Theologis, tum antiquis, tum modernis diſcutitur, hoc loco, nos non debuimus abſtinere ab ea ſatis quidem difficili, curabo tamèn inter tractandam ſancti Thom. rationem doctrinam docere non contemnendam.

Ratio D. Thom. digeſta in Quædam cõtinentur propoſitiones in ratiozinatione S. Thom. 1. eo diſtingui cognoſcentia à non cognoſcentibus, quod illa ſolum recipere poſſunt formas proprias materiales: hæc verò præter eas recipiunt formas alienas ſine materia, hoc eſt, ſpecies intẽtionales. Secũda, cognoſcẽtia maiorẽ habent amplitudinem, quàm nõ cognoſcẽtia, hæc ſequitur ex prima. Tertia, hæc coarctatio, & limitatio nõ cognoſcẽtium eſt à materia, quia ſcilicet materialitas eſt ratio limitationis. Quarta, rẽ eo eſſe perfectius cognoſcitiuam, quo immaterialior eſt, & ſecundum modum immaterialitatis, eſſe etiam modum cognitionis. ex harum propoſitionum veritate, & euidentia, & connexione ipſarum inter ſe, optimè infert Deum, qui ſummè in materialis eſt, eſſe ſummè cognoſcitiuum. *quat or poſitiones.*

Magni ſemper facta eſt ratio hæc à S. Thoma, vbicumque enim incidit in hanc rem, ea vſus eſt, vt videri poteſt in 1. diſt. 35. q. 1. artic. 1. de veritate, q. 2. artic. 2. & lib. 1. cõtra Gentes paſsim. Eam verò confutarunt OKam in 1. diſt. 11 *S. Thom.* *OKam.*

Digitized by Google

diſt.35.q.1.& Gabriel ibidem, ſingulaſq; propoſitiones refellerunt. Hic nota immerito Aureolum, in hac parte, vt contrarium adduci ab authoribus, Nam etſi ibi diſt. 35. q. 1. artic. 2. argumenta contra S. Thomam oppoſuerit, at aliorum ſententia ea oppoſuit, & propoſitione 3. late defendit D.Thomam, & obiectis ſatisfacit §. *Nō valet etiam.*

Aureolus vēdicatur ab impoſtura.

Obiectio. Ferrar.

Ferrarieſis 1. contra Gentes cap.44. § *Ex his patet ſolutio*, obijcit cōtra 1. propoſitionem D. Thomæ, quod etiam non cognoſcentia ſuſcipiunt formas alienas, vt paries ſuſcipit albedinem. Item corpora diaphana ſuſcipiunt ſpecies intentionales, ergo non cognoſcentia ſuſcipiunt formas alienas, tum realiter, tùm intentionaliter.

Dilutio.

Cæterum obiectio hæc nullius momenti eſt; quia S.Thomas in præſenti non agit de cuiuſcumque formæ alienæ ſuſceptione, ſed de ſuſceptione ſpecierum intentionalium, quæ cum principio cognoſcitiuo coniunctæ ordinantur ad cognitionem eliciendam: ſpeciali vero ratione appellantur a D. Thoma formæ alienæ; nam licet ſecundum ſuam entitatem diſtinguātur ab obiectis, quorum ſpecies ſunt; at ſecundum repræſentationem, & intentionaliter non diſtinguuntur, & ipſæ formæ alienæ dici poſſunt, quatenus imago rei non ſemel res ipſa appellari conſueuit: corpora vero diaphana ſolum recipiunt ſpecies has materialiter ſecundum ſuam entitatem accidentalem, & propter aliud, ſcilicet propter ipſa cognoſcētia, ſuntq; veluti media, per quæ ipſa perueniunt ad potentiam cognoſcendi. Ex quo conſtat primam propoſitionem diui Thomæ veriſsimam eſſe. Item ſecundam in eodem ſenſu, in qua nihil eſt difficultatis.

12. Tertia vero, quoad rem noſtram difficilior eſt, in ea enim agitur de coarctatione, ſeu limitatione, & impedimento ad recipiendas ſpecies, & affirmatur huiuſmodi impedimentum eſſe materiam, difficile enim eſt explicatu quid poſſit S.Thomas intelligere nomine materiæ, vt ex ea deducat impedimentum ſpecierum recipiendarum.

Notatur ex Herueo. **Ariſtotel.**

Pro explicatione noto 1. ex Herueo, in 1. diſ. 35.q.1.art.1.ad 2. hic non accipi materiam a S. Thoma pro ea, quæ eſt altera pars compoſiti phyſici, ſed pro corporea mole conſtante ex partibus homogeneis, & confuſsis, non diſtinctis organizatione. Qua de cauſa Ariſtoles li.2. de Anima textu 124. dixit, plantas non ſentire, etſi forma viuenti gaudeant, quia mediocritatem non habent, neq; principium tale, vt ſenſibilium ſine materia ſuſcipiant formas, ideſt, quia carent temperie neceſſaria ad organizationem ſenſorij, ac proinde carent principio receptiuo ſpecierum, & ipſa virtute ſentiendi, ea

Quod ſit in Thraſi S.Th. formam eſſe materialē

igitur forma ſubſtantialis erit, alia materialior, & incapax recipiendi formas alienas, quæ petat huiuſmodi diſpoſitiones in ſubiecto: Vnde ipſe S.Thom.2.cōtra Gentes ca.68. formas omnino materiales, & totaliter materiæ immerſas, ait illas eſſe, quæ nullam operationem poſſunt exercere, niſi ad quam ſe extendūt diſpoſitiones materiæ, vt formæ elementorum; formæ vero minus materiales in hoc ſenſu ſunt, quæ minus indigent huiuſmodi diſpoſitionibus, vt formæ ſenſitiuæ, ſed alijs perfectionibus, vt organis &c Et in vniuerſum quò operatio formæ nobilior eſt, eò ipſa magis immaterialis, & ſuperans materiam, & ſuſceptiua erit formarum ſine materia. Quo fit, limitationem hanc prouenire à materia ſic ſumpta. 13.

Ex quo 4. propoſitio deducenda eſt, eo ſcilicet rem fore perfectius cognoſcitiuam, quò fuerit immateriaalior; per immaterialitatem autem non intellexit S. Thomas negationem materialitatis, ſed poſitiuam quandam perfectionem, ad quam conſequitur illa negatio, vt immerito aduerſarij oppoſuerunt. 14.

Quare immaterialitas de qua S. Tho. ſit ratio cognoſcitiui.

Sed petet à nobis quiſpiam: quare immaterialitas hæc ſic accepta ſit ratio cognoſcitiui, ita vt hæ duæ quaſi rationes formales adeò inter ſe neceſſario connexę ſint, vt mutuo ſeparari nequeant, in hoc enim explicando punctus huius difficultatis conſiſtit. Et vt hoc commode explicemus, rationes contrarium ſuadētes breui proponamus.

Rationes in contrarium.

Prima, multa ſunt accidentia adeò immaterialia, vt ſpiritualitatem attingant, atqui illis nō ineſt vis cognoſcitiua, nec receptiua formarum ſine materia, ergo immaterialitas hæc neceſſario coniuncta non eſt cum vi cognoſcendi.

Secunda, quare repugnat fieri a Deo per potentiam abſolutam ſubſtantiam immaterialem ſine vi cognoſcitiua? Quis repugnantiam hanc demonſtret? Dum vero non demonſtratur, ratione diui Thomæ demonſtrari nō videtur in Deo ſcientiam eſſe: Imo de facto formę cæleſtes magis ſunt immateriales, quam formæ ſublunares ſenſitiuæ, at hæ vim habent cognoſcendi, non illæ, ergo nec vis cognoſcendi coniuncta eſt cum immaterialitate, nec hæc è conuerſo cum vi cognoſcendi.

Defenſio rationis S. Thomæ.

Nihilominus propoſitionem D.Thom. defendēdam ſuſcipio cū Herueo, Capreolo ſup. & Aureolo, & Caietano hic, qui poſt eam declaratam complacens in ſua declaratione concludit commentarium in hæc verba. *Diſces eleuare ingenium, & alium rerum ordinem ingredi*, & P.Mol qui clarius, quam Cai. rem explicuit; imo Val. hic. q. 4. puncto 1. Cai. ſubtilitas (ait) ne dicam obſcuritas ſatis faceſsit negotij. dilucide nihilominus Caiet. declarauit.

Digitized by Google

Pro defenſione nota hanc immaterialitatem formarum, & ſi nomine negatiuo declaretur, eſſe poſitiuam quandam perfectionem in illis, qua ſuperant formas inferiores magis materiales: nam forma ſenſitiua rationalis, & ſubſtantia angelica ſuapte natura ſibi vendicant quandam perfectionem eſſentialem, qua aptæ ſunt ad recipiendum ſpecies intentionales, ſiue immediatè & proximè in ſe, ſi non diſtinguntur facultates cognoſcendi ab ipſis, ſiue mediatè, & remotè, ſi diſtinguuntur. Itaq; hi tres gradus creaturarum gaudent hoc conceptu communi eis, quo diſcernuntur ab alijs inferioribus.

Immaterialitas perfectio poſitiua eſt.

15\. *Fundamentalis ratio.* In eis vero duplicem conceptum inadæquatum poſſumus formare, priorem, in quantum poſitiua illa perfectio fundat negationem materialitatis; poſteriorem, in quantum fundat capacitatem ſe coniungendi cum ſpeciebus intentionalibus, eas intra ſe recipiendo, veluti ſemen quoddam ordinatum ad pariendam poſtmodum notitiam: licet vero cõceptus hi duo inadæquati inter ſe diſtincti ſint in mente noſtra, at in obiecto eandem rem prorſus concipiunt, diuerſo tamen modo, quia eam concipiunt per ordinem ad diuerſos terminos, quæmadmodum natura ſubſtantialis, & cõcipi poteſt in ordine admodum eſſendi per ſe, & in ordine ad ſuſtentationem accidentium, quibus ſubſternitur, ita tamen vt conceptus ille inadæquatus in ordine ad modum eſſendi per ſe prior ſit ratione noſtra conceptu alio ſuſtentationis, quia eſt fundamentum eius, ideoq; hæc eſt bona cauſalis, quia ſubſtantia eſt ens per ſe ſuſtentat accidentia. Ita in noſtro propoſito. Dixi vero conceptum illum, quo fundat negationem materialitatis priorem eſſe alio conceptu, quo fundat capacitatem ſpecierum, quia illa negatio materialitatis eſt quid præ requiſitum, veluti remouens impedimentum capacitatis ſpecierum, ac proinde prior ratione noſtra, ſicut è conuerſo, materialitas in entibus non cognoſcitiuis prior eſt in capacitate ſpecierum, ita docẽte Ariſtotele lib. 2. de anima cap. 12. textu 124. vbi hanc materialitatem aſsignat pro ratione cur plantæ non habeãt principium ſentiendi, & capacitatem ſpecierũ, ergo pari ratione negatio materialitatis erit ratio cur entia cognoſcentia ſint capatia ſpecierum.

Ariſtot. 2. de anima.

Probatur inductione. Id confirmo, & declaro generali quadam inductione, nam primo angelica ſubſtantia, quę ex innata ſibi perfectione tam perfectum ſortita eſt gradum immaterialitatis, vt à ſe excludat compoſitionem ex materia & forma, ideo maiori gaudet amplitudine, & capacitate ſpecierum, & alias creaturas facile ſuperat in vi cognoſcitiua: deinde forma rationalis etſi veniat in informationem compartis materialis, at quia ſuapte natura in ſe ipſa fundat negationẽ omnis materialitatis, ideo etiam latitudine & capacitate ſpecierum recipiendarum & virtute cognoſcendi vincit ſenſitiuas formas. Denique quia hæ exigunt ex natura ſua accidẽtia minus craſa, tenuiora, atque ſuptiliora accomodatã ſpeciebus intentionalibus in certa parte corporis, in qua functiones cognoſcendi exercent, ideo præ formis inferioribus capacitate ſpecierum recipiendarum, & virtute cognoſcendi excellentiores ſunt. Ipſi etiam facultates ſenſitiuæ, quo magis liberæ ſunt à conditionibus materialibus, eò perſpicatiores, hac ratione viſus, & auditus cæteros antecedunt ſenſus externos perfectione, & perſpicacitate. En quo pacto hæc immaterialitas per ſe coniungatur cum virtute cognoſcendi, & hęc ex illa a priori probari poſſit, & hanc puto eſſe mentem diui Thomæ introſpectam.

Ad hæc, nullus negare poteſt immaterialitatem hanc a nobis explicatam aptam eſſe pro recipiendis ſpeciebus, radicemq; virtutis cognoſcendi, cum id experientia ipſa clarius doceat, quam probari quæat; ergo ſiue Deus poſſit, ſiue non poſſit formare aliam creaturam in materialem alia inmaterialitate, quæ non ſit radix ſeu principium cognoſcendi, nec enim exiſtimo nos habere principia, quibus tute poſsimus id aut dare, aut negare omnipotentiæ Dei, ſiue ergo creatura illa poſsibilis ſit, ſiue non, nemo inficiabitur quin immaterialitatem hanc, qua videmus gaudere res creatas quæq; ſecum affert annexam perfectionem aliam capacitatis ſpecierum & virtutis cognoſcendi longè, latèq; aliam illam commentitiam ſuperare imperfectione; etenim ex genere ſuo nobilius eſt habere ſcientiam, quam non habere, habere virtutem cognoſcendi quam nõ habere, ergo cum Deus ſit ens nobiliſsimum & inmaterialiſsimũ immaterialitate eleuatiori, quam excogitari queat, ex eius immaterialitate efficaciter colligitur virtus cognoſcendi; non quidem per receptionem ſpecierum accidentalium propter plures imperfectiones, nec per habitus nec per vllum actum primum, vt diſputatione ſequenti definio, ſed alio eleuatiori modo ab omni imperfectione immuni.

Alia ratio probãs intentum S. Th. ex immaterialitate q; â facis eſt in cognoſcentibus.

16\. *Reſponſio ad argumẽta ad 1.* Ad primam rationem ex oppoſitis reſpondeo concedendo immaterialitatem in accidentibus non probare virtutem cognoſcendi, at probatio D. Thomæ non erat de accidentibus, ſed de ſubſtantijs: etenim cum de Deo ageret, de quo ſubſtantiã eſſe á nullo eſt ignoratum, ad rem D. Thomæ non erat comprehendere immaterialitatem accidentariam.

Ad 2. Ad ſecundam, ſunt qui contendant demonſtratiue oſtendere repugnantiam, quare per poten-

Digitized by Google

potentiam abſolutam fieri nō poſsit ſubſtantia immaterialis ſine vi cognoſcitiua: at hi difficilem ſuſcipiunt prouinciam, & debilibus fundamētis nitantur neceſſe eſt, quam par erat pro eo negando omni potentiæ Dei; maxime cum, vt ſupra adnotaui, id non ſit neceſſarium, vt ratio D. Thomæ ſuam habet efficaciam.

Quare tranſeat antecedens, nego conſequentiam, quæ non procedit ex ea ſubſtantia immateriali commentitia, quam admittimus Deum efformare poſſe, ſed ex his immaterialibus, quas efformauit, quaq; Deum gaudere neceſſe eſt, quippe quæ perfectior eſt illa poſsibili, & Deus carere non poteſt perfectiori immaterialitate.

Ad Confirmaſ. Ad confirmationem nego formas cæleſtes eſſe tam immateriales, quam ſunt ſenſiles formæ, nam etſi illæ, qua diafanæ ſunt, excipiant ſpecies intentionales, at non excipiunt eo modo quo formæ ſenſiles, ſcilicet quaſi modo vitali radicali in ordine ad opperationem vitalem, quæ procedere debet conflato vno principio ex ipſis ſpeciebus & formis. Præterea cū immaterialitas hæc perfectio ſit poſsitiua, vt ſupra adnotaui, & cum omnium conſentione formæ ſenſitiuæ perfectiores ſint formis cæleſtibus, non poſſunt non illæ magis immateriales eſſe.

17. S. Thom. *Duo errores erga ſcientiam Dei.* Pro periodo hoc loco moneo, conſulto me nullum retuliſſe errorem, qui neget ſcienciam Deo, & ſi non me lateat. S. Thom. q. 2. de veritate duos recenſuiſſe, alter effutiebat non eſſe propriè in Deo ſcientiam, ſed metaphroicè, ſicut affectus iræ & alij: alter non eſſe formaliter, ſed cauſaliter quatenus, Deus eſt cauſa ſcientiæ creaturarum, tāta enim eſt huius, erroris ſtoliditas vt indignus ſit qui referatur & refellatur, vnde Damaſc. eleganter ex ipſo nomine diuino Græco *Theos*, a *Theaſte*, quod eſt conſiderare, & contemplari Deum compellat omnium contemplatorem lib. 1. de fide cap. 2. Imo addo de fide certū eſſe, lumine naturali cognoſci poſſe, in Deo eſſe ſciētiam ex Paulo ad Rom. 1. ibi *quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, Deus enim illis manifeſtauit, inuiſibilia enim eius a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas* prædixerat Paulus verſu immediato quoſdam homines *veritatem Dei in in iuſtitia detinere*, hoc eſt, licet agnoſcerent eſſe verum, & vnicum Deum omnium rerum principem, & opificem, atque rectorem; hunc Deum non coluerunt, ſed Deo debitum cultum creaturis, & idolis iniuſtiſsimè, dederunt, ideoquè veritatem Dei, quaſi incarcerarūt in iniuſtitia. Nequis autem Paulo obijceret; gentes Deum non cognouiſſe, vnde enim agnoſcerent? ponit verba relata. *Quod notum eſt Dei, &c.* Hoc eſt, quod in Deo naturali lumine ſine ſupernaturali illuſtratione attingi poteſt: *manifeſtum eſt in illis*, hoc eſt & cognoſcitur iam, & cognoſci debuit per creaturam mundi intellectu conſpectam, non per Angelos, non per profetas, aut per ſcripturam, itaquè licet omni, Dei niſi ſupernaturali lumine cognoſci poſſint, quædam tamen quæ *Dei nota* Paulus appellat, & cognoſci poſſunt, & gentes illa cognouerunt, hæc autem Paulus ait *eſſe inuiſibilia Dei*, hoc eſt, diuina attributa, *vt eſſe æternum, immēſum, omnipotentem, omniſcium optimum maximum &c.* hęc enim ſignificat Paulus per ſempiternam eius virtutem, & diuinitatem, vt docet cōmunior Patrum, & interpretum expoſitio. Vnde verſu ſequēti, eos appellat: *in excuſabiles a culpa*, quod cum Deum cognouiſſent authorem, creatorem, conſeruatorem mundi, cùm pro mundi fabrica non glorificauerunt, ſicut Deum, aut gratias egerunt, in quibus verbis apertiſsime docet Paulus gentes naturali lumine ita ad Dei notitiam aſcendiſſe, vt reuera cognouerint Deum capacem eſſe glorificationis, & gratiarum actionis, cognouerunt igitur Deum eſſe rem intellectualem: ſcientia prędictum nulla namquè res ſcientiæ expers capax eſt gratiarum actionis, & glorificationis, vt euidētius eſt quam oſtendi poſsit. Hue faciunt verba ſapientię cap. 13. *Vani ſunt (ait) omnes homines, in quibus non eſt ſcientia Dei, & de his quæ videntur bona potuerunt intelligere eum, qui verè eſt, neq; operibus attendentes agnouerunt, quis eſſet artifex*, in quibus perſpicuè affirmat potuiſſe homines naturali lumine agnoſcere ex his quæ videntur Deum eſſe artificē eorum, quę potuerunt agnoſcere lumine naturali Deum habere eorum artem, ars autē eſt ſcientia rerum agendarū, ergo de fide eſt naturali lumine poſſe cognoſci eſſe in Deo ſcientiam rerum omnium.

Damaſc.

De fide diuina eſt cognoſci poſſe lumine naturæ Deum intelligētē eſſe.

Paulus ad Rom. 1. explicatus.

Sap. c. 13.

Digitized by Google

DISPVTATIO SECVNDA.

DE

NATVRA SCIENTIAE DEI.

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. Scientiarum Dei non eſſe realem actum primum, vt comparatur ad obiecta neceſſaria.

In 2. Nec eſſe realem actum primum, vt refertur ad obiecta libera.

In 3. Nec ratione noſtra eſſe actum primum in ſcientia Dei.

ARTICVLVS QVARTVS.

VTRVM INTELLIGERE

DEI SIT EIVS SVBSTANTIA.

CONcluſio S.Thomæ, cum Deus ſit ſuum eſſe, & actus purus etiam ſecũdum eſſe intellectuale, à ſcientia à ſe diſtincta perfici nequit; vnde intelligere Dei eſt eius ſubſtantia.

Cap. I. Scientiam Dei *non eſſe realem actum primum, vt comparatur ad obiecta neceſſaria.*

S. Th. hic art. 4.

POST explicatam exiſtentiam ſciẽtię Dei, ordo doctrinæ poſtulat, vt naturam eius explicemus, de qua S.Thomas art. 4. affirmat intelligere Dei eſſe ipſius ſubſtantiam, corpuſque articuli concludit per hæc verba, notatu digna, pro infra dicendis. *Et ſic patet ex omnibus præmiſsis, quod in Deo intellectus intelligens, & id quod intelligit, & ſpecies intelligibilis, & ipſum intelligere ſunt omnino vnum & idem.* Nihil poterat dicere clarius, vt omnem actum primum à diuina ſciẽtia remoueret.

1\. Nom. 1. *Attributa diuina ſcientiæ.*

Obſeauandum primo hoc loco eſt, diuinæ ſciẽtiæ competere attributa omnia communia alijs diuinis perfectionibus: vt eſſe ſubſtantiam, non ſolum identice, ſed ex ſe ipſa formaliter; eſſe ſpiritualem, hoc eſt, in dependentem ab omni materia; eſſe vitam intellectualem, non quomodocumque, ſed à ſe. Quo fit, rationem actionis, & paſsionis realem, non ſolum diſtinctam, ſed etiam indiſtinctam a diuina ſcientia prorſus reijciendam eſſe. Porro ei tribuere debemus infinitatem, vel abſolute, & in omni genere, ſi in ea conſiſtat eſſentia diuina, de quà re diſput. 3. vel ſi eã includat, aut ſaltem in ſuo genere ſcientię. Deinde ſimplicitatem, puritatem actus, immutabilitatem, æternitatem in ordine ad tempus, immenſitatem in ordine ad locum, incomprehenſibilitatem in ordine ad intellectum creatum, denique inuiſibilitatem in ordine ad naturam. Quia certa ſunt hæc & communia, in eorum confirmationem hic immorandum non eſt.

Ariſt. 12. Met. c. 9. *Deus eſt in actu continuo intelligendi.*

Deũ vero eſſe debere in actu cõtinuo intelligendi, vel ipſi ethnici aſſecuti ſunt, ex philoſophis ſolum producam Ariſtotelis elegans teſtimonium 12. Meta. cap. 9. *Quia ſi ſemper* (ait loquens de Deo) *non eſt in actu intelligẽdi quid nã erit præ excellens? erit enim vt dormiens*, & hoc poſtea proponit argumentum, *ſi tamen ſic actu ſemper intelligit, vt ab actu intelligendi diſtincto a ſubſtantia habeat nobilitatem ſuam, ergo Dei non eſt ipſa ex ſe nobilliſsima ſubſtantia*

Et reſ-

Digitized by Google

Et reſpondet Deum actu ſemper intelligere, non tamen actu addito realiter ſubſtantiæ ſuæ, ſed per ſuammet ſubſtantiam.

2. Hæc quidem probant non ſolum non eſſe in Deo reale principium ſuæ ſcientiæ, verum nec formale aut ex natura rei cõtra Scotum & Scotiſtas, qui vt in perfectionibus alijs diuinis facile concedunt diſtinctionem ante opus intellectus & ex natura rei, eodem modo poſſent dicere intellectionem diuinam ab eius ſubſtãtia, & potentia intellectiua ſimiliter diſtingui. Quod cum diuina ſimplicitate, immutabilitate, puritate actus pugnare nõ eſſet difficile demonſtrare, ſi eſſet is opportunus locus. Legite P. Molinam 1. par. ad q. 24. artic. 2. diſput. 2. §. *Deinde rationibus Scoti*, vbi putat non ſatis tutam eam ſententiam, & P. Vaſquez tom. 2. in 1. partt. diſpu. 120. cap. 2. vbi refert ex Concilio Rhemenſi ſub Eugenio 3. hanc propoſitionem damnatam eſſe, *Deus non eſt ipſa ſua ſapiẽtia*, ibi, *cum dicitur Dominum ſapientia ſapientem, credimus non niſi ea ſapientia, quæ eſt ipſe Deus ſapientem eſſe*, item diſpu. 116. capi. 5. cõtra Scotum multa alia congerit. De hoc argumento multa habes apud ſanctos Patres, qui referuntur ab his Doctoribus. Duo ego teſtimonia non ommitam, Primum Auguſtini. 7. de Trinit. cap. 7. *Deo* inquit, *hoc eſt eſſe, quod ſapientem eſſe*. Et S. Gregorij Niſeni cap. 6. ibi, *cuius eſſentia ſapentia eſt*.

Mol. — Vazq. — Conc. Rhemeſe. — Auguſt. — Niſſenus.

Ex quibus primò colligo Deum per ſuammet ſubſtantiam eſſe in actu ſe ipſum intelligẽdi. 2. eſſe etiam in actu alia extra ſe intelligẽdi; ponimus enim hic contra quoſdam Philoſophos Deum alia extra ſe intelligere: id quod, & eſſe fide certum, & naturali ratione euidens in progreſſu demonſtro.

Sed quia inter ea, quæ Deus extra ſe intelligit, eſt maxima inæqualitas: alia enim ſunt poſſibilia, quæ habent neceſsitatem ſimpliciter in eſſendo, alia contingentia, quæ eam non habent: inde maximè inſurgit difficultas, an erga hæc omnia ſit Deus in actu ſecundo intelligendi. Circa poſsibilia propter neceſsitatem ſimpliciter in eſſendo res facilior eſt. Circa contingentia obſcurior, & quæ exigit diſtinctum caput.

Cap. 2. *Nec eſſe realem actum primum, vt refertur ad obiecta libera.*

3. *Argumẽta ad probãdũ eſſe in Deo actum primũ realem, in ordine ad ſcientiam liberam.*

OBIECTA libera cognoſcit Deus per ſcientiam liberam. Hæc ſecundum communem conſenſum Theologorum ad ſcientiam neceſſariam ſolum addit reſpectum rationis, ex qua doctrina ducit originem difficultas propoſita, nam additione ſolius reſpectus rationis nec fit Deum mutabilem eſſe, nec compoſitum: nec finitæ perfectionis, nam quotidie reſpectus rationis à nobis fictos, Deus in ſe recipit, quin id deroget, aut diuinæ immutabilitati, aut ſimplicitati, aut infinitati, ergo cum ſciẽtiam Dei non eſſe realem actum primum ex his diuinis attributis collegerimus cap. 1. in ordine ad obiecta neceſſaria: ſi quoad hæc res integra manet in ordine ad obiecta libera, ex dictis nõ fiet non eſſe realem actum primum in ordine ad ſcientiam liberam.

Secundo ſic vrgeo difficultatem, quam plurima Deus non ſcit hac ſcientia libera, quæ tamen poſſet ſcire, ergo eſt in actu 1. ſciendi reſpectu eorum. Antecedens probo, quia plura Deus poteſt creare, quæ nunquam creaturus eſt, quæq; ſi creare decreuiſſet, hoc ipſo cognoſcerentur à Deo ſciencia libera, quæ tamen modò non cognoſcit, ergo multa hac ſcientia non ſcit Deus, quæ poſſet ſcire. Conſequentia etiam videtur manifeſta, quia actus primus ſciẽdi nihil eſt aliud, ſed neq; eſſe poteſt, quàm potentia ad ſciendum ex parte cognoſcentis, & carentia cognitionis, ſed Deus reſpectu obiectorum, quæ poſuimus, & habet potentiam cognoſcendi, quia ea ſcire poſſet, ſi creare decreuiſſet, & habet priuationem actualis ſcientiæ liberæ, quandò ea actu non cognoſcit ſcientia libera, ergo eſt in actu primo cognoſcendi reſpectiuè ad illa.

Tertium argumentũ procedit à ſimili, Deus in tempore adquirit quoſdam reſpectus rationis his ſimiles; vt reſpectum dominij, creatoris, conſeruatoris, gubernatoris, hos enim ſolum habet à tempore, quo res produxit, conſeruauit, ac rexit: ergo pari ratione poſſet Deus aliquid horum obiectorum de nouo ſcire. Cõſequentia patet, quia hęc ſcientia ſolum addit ad neceſſariam reſpectum rationis per communem conſenſum Theologorum. Exempli gratia, ſi Deus in tempore decerneret producere aliquid, quod non decreuerat ab æterno producere, illud cognoſceret de nouo. Dices, eſſe non poſſe decretum hoc de nouo; ſed cum per communem Thologorum hoc etiam decretũ ſolum addat reſpectum rationis ad volitionẽ neceſſariam Dei, qua ſe ipſum amat, ad illud deuoluitur tota difficultas. 4.

Deniquè propoſitam difficultatem vrgeo aliomo-

Digitized by Google

alio modo, hęc obiecta, quę Deus facere decreuit, ita Deus noſcit ab æterno ſcientia libera, vt poſſet etiam ab æterno non cognoſcere ea ſcientia; etenim ſi non hæc; ſed alia creare decreuiſſet, vt poterat; non hæc, ſed alia cognoſceret hac ſciētia: ergo pro aliquo priori, priuſquam haberet actum ſecundum ſciendi hæc obiecta fuit in potentia ad illa cognoſcēdum, & non cognoſcendum: ergo etiam fuit ab æterno in diuino intellectu aliqua reductio, ſeu proceſſus ex potentia ad actum, & determinatio ex actu primo ſciendi ad actum ſecundum. Conſequentiæ factæ manifeſtæ videntur, & ſatis confirmatæ ex dictis. Ex his vero duo infero, primum non repugnare, Deo actum primum ſciendi reſpectu prædictorum obiectorum. Illationem probo, quia Deo non repugnat id, quod in inſtanti æternitatis habuit: ſed habuiſſe actum primum in inſtanti æternitatis probatum eſt, ergo ille non repugnat.

Secundum, quod etiam in tempore poterit Deo competere ſimilis progreſsio, & determinatio, ex actu primo ſciendi ad actum ſecundum relatè ad hæc obiecta, probo hanc ſecundam illationem, etenim ratio repugnantiæ prouenire non poteſt ex eo, quod ille trāſitus ex actu primo ad ſecundum fiat in hac, aut illa duratione temporis, vel æternitatis; ſed ex eo quod ipſe tranſitus, ſeu determinatio ex ipſo rei conceptu contineat imperfectiones contra diuinam immutabilitatem, ſimplicitatem, infinitatem. Ad hæc, ſi argumentum factum probat in ipſa æternitate progreſsionem illam ex actu primo ad ſecundum Deo competiuiſſe, planè probat, in ea nullam eſſe inuolutam imperfectionem pugnantem cum diuinis perfectionibus. Quare ergo in tempore competere non poterit, ſi ſemel fatemur illud eſſe ab imperfectione liberum, & in æternitatis inſtanti in Deo extitiſſe?

4 Si lector meus argumenta propoſita attenta mente expendit, tam profundam in eis difficultatem vidit, quantam vix poſſumus in hac vita ſuperare; tota vero procedit ex arcano nobis omnino occulto actuum liberorum Dei, animus tamen nō eſt in præſenti tractare quid de eis dici poſsit, in tractatu de voluntate diuina, diſp. 16., id præſtare decreuimus. Solum ergo noſtri muneris in hoc loco erit, aliqua ratione ijs occurrere argumentis, ne eis ſuperati cogamur deſerere veram, & communē opinionem Theologorum, quæ omnino negat in ſcientia Dei, actum primum realem reſpectu alicuius obiecti.

Ex P. Molin. duo entiū rationis genere.

P. Molina in hac quæſtione art. 15. ad ſecundum in hanc difficultatem incidens, ea pene oppreſſus, vt erat ingenua mente ornatus, planè fatetur, ſe in hac re deſiderare magiſtrum. Nihilominus, vt ex parte reſpondeat, duo genera entium rationis diſtinguenda putauit. Primū quorum ratio fundandi extra Deum exiſtit, vt creatio paſsiua, conſeruatio creaturarum, vnio verbi diuini ad humanitatem. Secundum, quorum ratio fundandi exiſtit intra ipſum Deum, vt decretum liberum, & ſcientia pariter libera. Concedit priora entia rationis Deo poſſe ex tempore aduenire, abſq; vllo incommodo, id quod efformata argumenta videntur reuincere, negat poſteriora aduenire poſſe in tempore, eo quod proxima eorum ratio fundandi eſt decretum, & actus ſcientiæ Dei, quæ etſi libera ſint, in ipſo tamen Deo reuera exiſtunt, ſuntq; ipſi intrinſeca, eiuſq; actus vitales, ac proinde, hoc ipſo, Deo in tempore aduenire non poſſunt, ſine ipſius mutatione, compoſitione, & imperfectione. Hanc doctrinam tetigit S. Th. in eo art. 15. ad primum, & latius Gandauenſis infra referendus.

S. Th. Henriq. refutātio. Nulla realis additio fit ſciētiæ neceſſariæ per ſcientiam liberam.

Verum doctrina hæc ſufficiens non eſt, vt ea fiat ſatis argumentis allatis, & modo ſuppono cum ipſo P. Molina, communioriq; Theologorum ſententia tempeſtate noſtra omnino ab omnibus affirmata, nempe decretum liberum, & ſcientiam liberam nihil reale intrinſecum addere volitioni neceſſariæ, & ſcientiæ neceſſariæ, ſiue dicas id eſſe re ipſa diſtinctum, ſiue ſolum ratione: etenim ſi affirmas, id eſſe re ipſa diſtinctum, euertis diuinam ſimplicitatē, puritatem in ratione actus, & perfectionem vndequaq; infinitam, vt in tractatu de voluntate vbi ſupra fuſe probo. Si dixeris, ſola ratione eſſe diſtinctum, & nihilominus fieri quandam additionem rationis, cum nec additio, nec diminutio realis fieri poſsit rei per ſuammet realitatem, quantumuis tu eam in varios diuidas conceptus, planè affirmas contra ipſum lumen naturæ.

Porro illud quod fateris additum eſſe, & transfundi in identitatem cum actu neceſſario aut volitionis, aut ſciētiæ re vera eſt quædā formalitas realis in ipſo exiſtens independenter ab omni cogitatione intellectus, etſi ille fundamentum habeat ad diſtinguendam eam ratione à formalitate reali actus neceſſarij exiſtentis in Deo, ac proinde ipſa formalitas realis eſt in Deo ipſe Deus, ſiue formaliſsimè perſe ipſam, ſiue identice, ſicut relationes diuinæ ſunt in Deo ipſe Deus, ſiue formaliſsimè; ſi intra ſe continent eſſentiam, ſiue identice, ſi non continent; & cum ex alio capite potuerit illa eadēmet realis formalitas ex æternitate ſimpliciter non eſſe in Deo, quippe qui potuit velle creare alium orbem, aliaſq; creaturas in ipſo contentas, & velle non creare hunc; conſequens eſt potuiſſe ſimpliciter non eſſe aliquam formalitatem realem, quæ modo eſt ipſe Deus, &

quæ

Digitized by Google

quæ modo adoratione latriæ coli poteſt, & debet. Quis non videat, quam ſit hoc indignum ſentire de Deo?

Denique argumentum illud ſupra à nobis formatum manet adhuc in ſua vi, nam ſi additio hæc, qualis qualis ſit, potuit ab æterno fieri, ita vt accretio illa nouæ entitatis pro poſteriori rationis iam aſsignato, nullam inuoluit imperfectionem Deo indignam, fiat modo in tempore, nam vt argumentum contendebat, repugnantia non conſiſtit, in eo quod accretio fiat in hac, aut illa duratione, ſed in hoc quod vere fiat, ſiue in hac, ſiue in illa duratione.

5 *Sciẽtia libera addit reſpectum rationis, ſecundum cõmunem.*

Qua propter perſiſtendum eſt in doctrina communi, quæ affirmat tùm decretum liberum voluntatis, tum ſcientiam pariter liberam ſolum addere reſpectum rationis, ſeu connotationem extrinſecam; etenim dum alia non ſuppetit via ſatius eſt in cõmuni doctrina perſiſtere, etſi non ſatisfaciat, quam in abſurdas, & chimericas abire ſententias. Sed de hac re prolixã producam diſputationem in tractatu de voluntate Dei, diſp. 16. Poſito vero ſolo nouo reſpectu rationis, ſic formo argumentum contra ſolutionem datam: nam ſi loquaris de proprio reſpectu rationis ficto cum dependentia ab actu fingente alicuius intellectus, falſum planè affirmas, & abſurdiſsimum, nec enim Deus liberè vult, aut ſcit relatione rationis, aut à ſe, aut ab alio ficta. Quis enim dicat volitionem Dei, qua vult creaturas, eſſe fictam, nõ realem, atq; propriam, cum ſacra ſcriptura paſsim affirmet, Deum velle creaturas, atq; gubernare illas ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, quæ locutiones in ſenſu proprio intelligendas eſſe conſtat, tùm quod abſque vlla imperfectione, aut incommodo intelligi poſſunt, tùm quòd eas ita intelligunt Eccleſiæ Patres. Deinde nec hoc ſufficit, nam cur ea fictio in tempore fieri nequat, ita vt per fictionem tranſeat Deus ex actu primo ſciendi, & volendi in actum ſecundum. Denique deſtruit hoc ipſam ſolutionem, nam ea ponebat actus liberos ſcientiæ, & voluntatis nihil eſſe præter actum neceſſarium, & reſpectum hunc rationis, ſed nec actus neceſſarius ſcientiæ, nec voluntatis, quo Deus, (vt ferunt Theologi aliqui) ſimplici complacentia complectitur creaturas omnes poſsibiles, eſſe poſſunt fundamentum proximum illius reſpectus, quia tàm ſcientia, quàm volitio ex æquo terminantur ad creaturas omnes poſsibiles: ergo non eſt cur, aut ſcientia fundet proximum reſpectum rationis ad has creaturas, potius quam ad illas, aut volitio proximum reſpectum efficacis volitionis, per quam hæ creaturę potius, quam illæ accipiant exiſtentiam, ergo hac ipſa ſolutione corruit totum fundamentum, in quo nitebatur ſolutio, quæ dicebat hos reſpectus fundamentum habere intra ipſum Deum, quod falſum eſſe planè oſtendi, ex eo quod actus ipſi neceſſarij fundamentum eſſe non poſſunt, & actus ipſi liberi, vt ſic ſunt ipſi reſpectus, non eorum fundamentum in ipſorum ſententia.

Si loquaris vero de reſpectu rationis improprio, prout dicit ſolam extrinſecam denominationem, ſeu connotationem ad obiectum extrinſecum actuum liberorum, præter quam quod non explicas, in quo nam rationem actus liberi conſtituas, corruit doctrina illius ſolutionis, quia ad has extrinſecas denominationes, ſeu connotationes, nulla ratio fundandi proxima; ab eis aliqua ratione diſtincta neceſſaria eſt, ſicut ad relationes, nec in Deo conſtitui poteſt.

6 *Propriæ ſolutionis 1. propoſitio.*

Sed ne longius quàm par eſt protrahatur ſermo circa actus liberos, de quibus ſolum obiter in præſenti tractamus, in noſtra re dicendum primo puto, ex præciſſa additione entis rationis propriè ſumpti nihil ſequi contra Dei immutabilitatem, ſimplicitatem, & puritatem in ratione actus, vt probatum iam eſt, & infra explico amplius.

Actus ſcientiæ neceſſariorũ, eſt etiã actualis ſcientia contingẽtiũ in quacũq; exiſtant temporis differentia.

Dico ſecũdo, ipſe actus ſciẽtiæ neceſſariorũ eſt etiam re ipſa actualis ſcientia omnium cõtingenter exiſtentium in quacumq; differentia temporis exiſtant. Nec enim intelligendũ eſt diuinam mentem in aliquo inſtanti æternitatis etiã ratione noſtra extitiſſe, quaſi in actu ſecũdo in ordine ad obiecta neceſſaria, & quaſi in actu primo in ordine ad obiecta libera, aliàs ſcientia Dei partim eſſet in actu primo, & in potentia reali, nam vt ſcientia libera abſolutè realis eſt, ita actus primus in ordine ad illam eſt abſolutè actus primus realis: immo de facto concedi deberet actus primus realis in ordine ad ſcientiam liberam, quæ modo non eſt, poſſet tamen tunc eſſe, & concedi deberet aliqua intellectio, & volitio libera Dei ſimpliciter poſsibilis, quæ eſſe poſſet actus ſecundus realis huius actus primi. Denique inter hunc actum primum, & ſecundum concedi deberet proceſsio aliqua actiua, & paſsiua, atquè adeò realis actio, & paſsio, hæ enim ſunt dependentiæ eſſentiales, quas intellectio, vt forma vitalis habet à potentia intelligendi, quæ eſt actus eius ſecundus, & volitio à potentia volendi. Quis autem non videat abſurdum eſſe, concedere actum ſciendi neceſſariorum eſſe actum primum realem in ordine ad actum ſecundum liberorum, cum omnis actus ſecundus ſcientiæ, ſiue relatum ad obiecta neceſſaria, ſiue ad libera non reſpiciat alium actum ſecundum, tanquam ſuum actum primum, ſed potentiam vitalem, vt conſtat in cognitionibus creatis in ordine ad quas (ſecludendo imperfectiones

nes

Digitized by Google

nes diuinas) debemus concipere, & declarare, ſi cupimus ſecuram doctrinam tenere, nec temere procedere, & abſurdum eſſe concedere intra ipſum Deum rationem realem poſsibilem, quæ abſolutè, & re ipſa potuit in identitaté transfuſſa eſſe ipſe Deus, ſiue formaliter, ſiue identicè, vt ſupra dicebam, denique abſurdum eſſe intra Deum conſtituere formalem actionem, & paſsionem, quę ſine dependentia actus ſecundi ab actu primo conſtitui nequeunt; cum omnis actio, & paſsio eſſentialiſsime ſint ipſæ dependentiæ, vt cap. 3. vrgentius, & efficacius demonſtro. Qua propter nec in tempore, ſed nec in æternitate actus ſcientiæ neceſſarius comparari debet ad ſcientiam liberam, tanquam actus primus ad actum ſecundum.

7. *Obiectio.* Dices ipſum intellectum diuinum, & comparari poſſe ad actum neceſſarium, & ad actum liberum; reſpectu actus neceſſarij eſſe in actu ſecundo, reſpectu actus liberi, quem poſſet habere, ſi decreuiſſet alia ab his, quæ decreuit, producere, eſſe in actu primo, ac proinde, partim eſſe in actu ſecundo, partim in actu primo reali.

Reſponſio. Reſponſio hæc attingit difficultatem tractandam, capit. 3. quæ re vera ex iam dictis ſatis impugnata eſt; nec enim ſine imperfectione in Deo conſtitui poteſt actus primus realis in ordine ad actum immanétem, & vitalem; propterea quod aliqua formalitas, quæ abſolutè eſſe poſſet in Deo, concipienda foret ſub poſsibilitate cum aliqua dependentia à principio actiuo, & paſsiuo, vt ex profeſſo proſequor loco iam allegato.

3. *Conclus.* *Scientia Dei eſt actuali omnium ſcibilium.* Dicendum ergo tertio eſt, diuinam ſcientiam neceſſariam, tum propter infinitatem in ratione ſcientiæ, tùm propter abſolutiſsimam rationem actus puri, eſſe ſcientiam actualem omnium obiectorũ, tùm neceſſariorum, tùm liberorũ, & actu reddere Deum intelligentem ea omnia, hoc ipſo quod illa cognoſcibilia ſint ex parte ſua; quemadmodum, quià omnipotentia Dei eſt infinita ſimpliciter, & actus purus in ratione omnipotentiæ, omnis creatura, hoc ipſo quod non habeat repugnantiam ad exiſtendum, contineri debet actu in ea, non partim in actu, partim in potentia, quia foret limitata in ratione potentiæ productiuæ, nec actus purus, etenim admitteret potẽtialitatem aliquam in ratione continentis actu; & ſicut quia immenſitas Dei eſt infinita ſimpliciter, & actus purus in ordine ad Deum in loco conſtituendum, neceſſariò diuina natura omne ſpatium replet, hoc ipſo quod ſpatium ipſum capax ſit repleri, ità quia ſcientia diuina eſt infinita ſimpliciter in ratione ſcientiæ, & actus purus eſſentialiter, eſt actualis ſcientia omnium ſcibilium, hoc ipſo quod illa ſcibilia ſint, non partim actualis, partim potentialis.

Ad hæc, quidquid pro tota æternitate intra ipſam extitit, exiſtit, aut exiſtet, ex æternitate habet obiectiuam determinatam veritaté, vt in progreſſu tracto ex profeſſo. Hinc fit ſciẽtiam actualem Dei, ex æternitate ferri in hæc obiecta, ab ipſiſque comprehenſiuè cognoſci, aliàs nec infinita eſſet ex omni parte in ratione ſcientiæ, nec actus purus. Quod vero obiecta hæc ex æternitate habeãt prædictam determinatam veritatem obiectiuam, in cauſa eſt voluntas diuina, à qua tanquàm à prima radice per actum liberum eam efficienter ſuſcipiunt, ac maxime illæ, quæ à Deo procedunt ſine cooperatione cauſæ liberæ; etſi formalem determinationem obiectiuan, ex ſua ipſorum exiſtentia habeant, vt explico diſp. 6. cap. 6. & 7. Vbi nota de facto id ita eſſe, quia Deus in tempore nihil de nouo liberè vult, vt exiſtat, vnde ex æternitate rebus dedit determinationes, quas habent, atque adeò ex æternitate ſcibiles ſunt; atqui, etiam ſi, in tempore poſſet Deus habere aliquem actum liberum ſuæ voluntatis, nihilominus res illa, quam Deus ex tempore vellet efficaciter, vt exiſteret, ex æternitate haberet veritatem determinatam obiectiuam; nam vt antequam ſe Deus libere determinauerit in tali tempore, verum eſſet voluntatem ipſius determinandam fore, ita verum eſſet ex æternitate rem illam à Deo in tempore efficaciter volitam, vt exiſteret, determinatè extituram: quo pacto noſtræ liberę operationes ex æternitate veritatem habent obiectiuam determinatam, quo fit ſcientiam diuinam ſimpliciter infinitam neceſſario actu ferri ex ipſa æternitate in hæc obiecta. Hinc explicata manet ratio, quare Deus non poſsit accipere ex tempore nouam ſcientiam alicuius obiecti, inexplicata, verò quarè non poſsit velle, cuius ratio difficillima omnibus ſemper viſa eſt, ea quæ nobis verior videbitur infra commodius breuiter ſubijcienda inter reſpondendum ad argumenta.

Ad primum fateor additionem reſpectus rationis nihil obeſſe, aut diuinæ immutabilitati, aut ſimplicitati, aut puritati, id quod ſuprà oſtendi: nego tamèn ex eiſdem attributis diuinis non fieri, ſcientiam Dei in ordine ad obiecta libera non eſſe actum primum realem, nam ex ratione infinitatis ſimpliciter in gradu ſcientiæ, & actus puri ſupra intuli omnem realem actum primum remouendum eſſe à ſcientia Dei. Nec verum eſt quod argumentum ſupponere videtur, nempe ſcientiam liberam cõſiſtere in ſolo reſpectu rationis; nam aliud eſt illam ſolum addere ad ſcientiam neceſſariam reſpectum rationis, aliud in eo conſiſtere, hoc falſum eſt, quia re ipſa ſcientia neceſſaria 8. *Reſp. ad 1. arg.* *Accretio reſpectus rationis nihil obſtat diuinæ immutabilitati, ſimplicitati, & puritati.*

eſt

eſt ſcientia libera, & ipſa repræſentatio neceſſariorum eſt repræſentatio liberorũ propter infinitatem in ratione ſcientiæ; & licet nos diuerſos efformemus conceptus repræſentationis neceſſariorum, & liberorum propter diuerſos terminos, ad quos eas repræſentationes referimus, at ipſa in ſe vna, & eadem indiuidua repræſentatio eſt.

Ad ſecundum, illa propoſitio antecedens æquiuocationem continet, & omnino diſtinguenda eſt, quam plurima Deus non ſcit hac ſcientia libera, quæ tamen poſſet ſcire, ſi illud *non ſcit* negat ex parte Dei aliquam formalitatem realem ſcientiæ, ſeu repræſentationis, in ordine ad quam Deus ipſe non ſit in actu, ſed in potentia, falſa eſt propoſitio, & neganda propter rationes ſæpe dictas: ſi vero ſolum neget ex parte creaturarum obiectiuam determinatam veritatem abſolutam, vera eſt propropoſitio; etenim Deum ſcire quid complexum eſt, & ex parte Dei importat actualem ſcientiam; ex parte obiecti actualem cognoſcibilitatem, complexum hoc obſolutè deficit: vnde in rigore negandum abſolutè eſt Deum ſcire illa, quia vt deficiat abſolute, ſufficit defectus ex parte, non verò deficit ex parte ſcientiæ actualis in Deo, ſed ex parte actualis cognoſcibilitatis in obiecto. Ex quo etiam conſtat probationem illius antecedentis, eodem modo diſtinguendam eſſe. Conſequentia vero ex præmiſſa diſtinctione neganda eſt. In probatione conſequētiæ, maior propoſitio vera eſt, minor falſa; nec enim in Deo eſt priuatio alicuius actualis ſcientiæ liberæ, ſecũdum omne, quod ſcientia libera dicit ex parte diuinæ repræſentationis; quod vero ſcientia hac libera Deus actu non cognoſcat, quæ numquàm facturus eſt, non prouenit ex defectu ſcientiæ, vt dixi, ſed ex defectu veritatis obiecti, quorum vtrumq; neceſſarium eſt, vt dicamus Deum ea actu cognoſcere.

9 **Obiectio.** Obijcis, in Deo eſt actualis ſcientia, & formalis repræſentatio horũ obiectorũ, quæ nunquã erunt, ergo Deus ab actuali ſcientia, & formali repræſentatione conſtituitur actu ſciens, & formaliter repræſentans hæc obiecta. Probo conſequentiã ex creatis congnitionibus, & in vniuerſum ex omnibus formis, quæ hoc ipſo quòd inſint ſubiectis cõnaturalibus nõ poſſunt non ipſis dare ſuum effectum formalem.

Reſponſio quorundã. Aliqui vim conſequentiæ timentes negant antecedens, dicuntq; diuinam ſciētiam neceſſariam ſolum eſſe repręſentationē eminētem obiectorum liberorum; & poſita ex parte eorum cognoſcibilitate eam transferri in repræſentationem formalem.

Cõfutatio. Sed doctrina hæc conſtare non poteſt cum his, quæ diximus, & vera eſſe arbitramur; nam tranſlatio illa de eminenti repræſentatione ad formalē, eſt tranſlatio ex actu primo ad ſecundum. Porro contra illam redeunt omnia argumenta facta; nam, vel per tranſlationem fit additio alicuius entis rationis, vel alicuius entis realis: non primum, vt ſatis ſuperq; probatum iam eſt, nec enim Deus hęc obiecta cognoſcit, aut repræſentat per ens rationis formale: nec ſecundũ, quia ea formalis repræſentatio, nec eſſe poteſt diſtincta ab eminẽti, nec in diſtincta, vt ſup. dixi. Deniq; aut illa eminens ſola repræſentatio ſine formali ſufficiens eſt, vel nõ. Si primũ, quid addis formalem? ſed dic eminentem formalē eſſe. Si ſecũdum, ergo formalis aliquid addere debet, quando per te eminens ſufficiens non eſt; nihil vero addere poteſt, vt probaui, ergo non benè negatur antecedens illud, nec res aptè explicatur per eam diſtinctionem.

Quarè antecedens concedendum eſt cõſentaneè ad doctrinam traditam, & neganda conſequentia, quod vt explices, accipe terminos appoſitos, (nec eſt parui momenti in re tam difficili voces adinuenire, quibus aliqua ratione tantæ difficultati accurri poſsit.) Dicito ergo ſcientiam Dei neceſſariam eſſe actualē ſciētiam, & formalem repræſentationem quaſi ſufficientem horum obiectorum, ideoq; ipſum Deum cõſtitui habentem actualem ſcientiam, & repræſentationem formalem ſufficientē eorum, non verò actu ea cognoſcere efficaciter, nec ipſum denominari actu cognoſcentem efficaciter, nàm actu ſcire efficaciter præter formã quæ eſt actualis ſcientia, & repræſentatio formalis ſufficiens obiecti, prærequirit ex parte eius cognoſcibilitatem, ex cuius defectu non eſt hęc denominatio. 10 **Vera reſpõſio.**

Ad hoc confirmandum adduco ex D. Thoma primo contra Gentes, cap. 82. elegans teſtimonium, vbi inſtituens probare D. Thomas à diuina voluntate omnem potentialitatem remouendam, hæc ait. *Quaſi conſideretur in potentia ad vtrumque, vt primo ſit volens potentia vtrumque, & poſt modum volens actu, ſed ſemper eſt volens actu, quidquid vult, non ſolum circa ſe, ſed etiam circa cauſata.* Idem dictum puta de ſcientia, ſcilicet ſemper eſſe in actu ſufficiēter, non ſolum circà neceſſaria, ſed etiã circà libera. Non habemus ad hoc explicandũ in creatis exemplum, quale quale ſummo ex figura depicta Cæſaris vt modo depingitur, quæ etſi numquã fuiſſet, aut fururus eſſet Cęſar, aut nec poſsibilis eſſet formaliter, ſufficienter ipſum repræſentaret, & efficaciter hoc ipſo quod Cæſar poneretur in rerum natura. Hugo victorinus, lib. 1. de Sacramentis part. 2. cap. 16. explicatius præ alijs mentem hanc noſtram videtur expreſſiſſe in hæc verba, **D. Tho.** **Hugo Victorinus.**

ſi futura non eſſent, in Deo præſcientia non eſſet? ſed ex hoc nihilominus in Deo fuiſſet, quia ipſa, qua præſcientia eſt, in Deo fuiſſet. En eandẽ præſcientiã actualem, quæ modo eſt, dicit fore pręſcientiam quorumcumq; futurorum, ſi ipſa futura fuiſſent. Concedo itaq; Deum per ſcientiã neceſſariam conſtitui actu habentẽ ſcientiam, quæ eſt repræſentatio formalis omniũ ſcibiliũ, & etiã omnium ſcibiliũ, ſi forent ſcibilia, nego vero eũ actu conſtitui ſcientẽ efficaciter non ſcibilia.

Ad probationem conſequentiæ reſpondeo diſtinguens in rebus creatis duo genera formarũ, primum earũ, quæ ſolũ reſpiciunt ſubiecta,
11 & in cõmunicatione ſui effectus formalis à nullo alio extrinſeco pendẽt: ſecundũ earum, quæ præter ſubiectum, quod informant, reſpiciunt aliquo ordine obiectũ extrinſecũ, quod eſſentialiter pręrequirunt; vt tribuant ſubiecto ſuũ effectum formalem. Exemplum primi generis ſit quæuis forma ſubſtantialis, aut abſoluta, quę hoc ipſo quod ſubiecto adhæreat, ſi ipſum cõnaturale eſt neceſſario, & ineuitabiliter tribuit ei ſuum effectum formalem. Exemplum ſecundi generis conſtituo in omni actuali notitia, & amore obiecti. quę formę nõ poſſunt conſtituere intellectum ſcientem, & voluntatem amantem, quin obiectum aliquod denominent ſcitum, & amatum, atqui ad denominationem ſciti, & amati in obiecto ſupponitur ratione ſaltem ſcibilitas, & amabilitas, ita vt repugnet etiam per potentiam abſolutam denominari ſcitum obiectum, non ſcibile, & amatum, non amabile; & cùm etiam repugnet de potentia abſoluta formas has creatas denominare intellectum ſcientem, & voluntatem amantẽ, quin ſimul obiectum, eademq; indiuiſibili formalitate denominetur ſcitum, atq; amatum. Hinc eſt, quòd huius generis formę pendeant in tribuendo ſuo effectu formali, non ſolum à receptione ſubiecti connaturalis, ſed etiam ab extrinſeco obiecto; vnde ſi per impoſſibile Deus in oculo corporeo conſtitueret viſionem Dei, adhuc oculũ non denominaret vidẽtẽ Deum propter ipſius inuiſibilitatẽ ab oculo corporeo, ſed is quaſi materialiter ſuſtentaret entitatem viſionis.

Ad probat. conſequen. *Quædã formæ tribuunt ſubiecto cõnaturali ſuum effectũ formalem independenter ab omni extrinſeco, quædam non.*

Ex quo adnoto diſcrimen animaduerſione
12 dignum, inter ſcientiam Dei de obiectis his liberis, quæ numquam erunt, & inter ſciẽtiam creatam cuiuſcumq; obiecti; etenim hæc, quia ab obiectis ſummit ſuam ſpeciem, & dependet ab eorum ſcibilitate neceſſario ſemper præſupponit in eis cognoſcibilitatem, ante quam exiſtat in potentia; vnde non poteſt in ea exiſtere quin tribuat ipſi effectũ formalem actu ſcientis efficaciter; at ſcientia Dei exiſtit in diuino intellectu omnino independenter ab obiecto, nec ab eo ſummit ſuam ſpeciem, vnde totam actualem exiſtentiam in Deo poteſt habere, quin in obiecto præſupponatur ſcibilitas, atque adeò quin tribuat Deo effectum formalem actu ſcientis efficaciter, ſed ſolum habentis actualem ſcientiam, & formalem repræſentationem ſufficientem omnium, quæ quoquomodo rationem ſcibilis induere poſſunt.

Diſcrimen notatu dignũ inter ſcientiam creaturarũ, & Dei de obiectis liberis.

Quia res ſubtiliſsima eſt, & difficultate plena, libet eam duobus exemplis explicare, alterum ſummo à propoſitione vera mentali, quæ affirmet Petrum currere in differentia temporis ſibi coexiſtenti, dum currit Petrus, vera eſt, & verè cognoſcentem intellectum denominat. dum non currit, ſi conſeruatur, vt poteſt, à Deo; eadem entitas propoſitionis mentalis, quæ vera erat, ea vera non eſt; quippe quæ affirmabat Petrum currere toto tempore ſibi coexiſtenti, & iam non currit. Ecce quo pacto eadem entitas propſitionis mentalis omnino inuariata modo denominat intellectum, in quo eſt, verè cognoſcentem non modò denominat cognoſcentem vere propter diuerſam obiecti conditionem, ſic ſcientia Dei inuariata omnino denominare poteſt Deum actu, & efficaciter cognoſcentem obiecta libera, quæ numquam erunt, ſi ipſa forent, & non actu efficaciter cognoſcentem Deum, quia ipſa non erunt propter ſolam diuerſam conditionem obiecti. Alterum ſummo ex potentia noſtra intelligendi relatè ad hæc eadem obiecta, ipſa enim in ſe eſt facultas intuitiua eorũ, ſi ea ſunt exiſtentiam habitura, non eſt facultas intuitiua, ſi non ſunt habitura; dum in eo ſtatu perſeuerant: ita ſcientia Dei eſt actualis efficax ſcientia eorum, hoc ipſo quod extitura ſint; non eſt, ſed ſufficiens hoc ipſo quod non ſint extitura. Verum eſt, potentiam noſtram propter potentialitatem, reduci ad actum intuendi per formam diſtinctam, non vero ſcientiam Dei ad actum efficaciter ſciendi, quia ſcientia Dei illimitata eſt, & actus purus, facultas noſtra limitata, & potentia paſsiua. His vt potui ſeci ſatis argumento ſecundo, & obiectioni proximæ. Namque in tractatu de voluntate Dei explico fuſè, diſp. 16. cap. 10. meam ſententiam, erga rationẽ conſtitutiuam actuum liberorum diuinorum; & declaro, an obiectum, à quo pendet ea denominatio efficaciter volentis, ingrediatur tanquam eſſentialiter conſtituens eas denominationes, nam modò tantum affirmo dependere effectum formalem ab extrinſeco connotato, quod in omni ſententia verum eſt, ſiue extrinſecum connotatum conſtituat, vt pars, eam denominationem, ſiuè non.

Duobus exẽplis explicatur doctrina.

Ad

Digitized by Google

Ad 3. arg. Ad tertium concedo antecedens, quod affirmabat Deum de nouo adquirere reſpectus rationis dominij, creatoris, &c. diſtinguo illud conſequens: ergo *pari ratione poſſet Deus aliquid horum obiectorum de nouo ſcire, per poſitionem nouæ ſcientiæ ex parte Dei nego, per poſitionem nouæ ſcibilitatis ex parte ipſorum obiectorum concedo.* Hoc ſatis ſupra explicatum eſt. Ad probationem conſequentiæ reſpondeo, quando communis conſenſus Theologorum ait ſcientiam liberam ad neceſſariam ſolum addere reſpectum rationis, ſolum ſibi vult, nihil reale mediũ intercedere inter ſcientiam neceſſariam, & obiectum liberum; non vero vult Deum per reſpectum rationis cognoſcere obiecta libera, ita vt in eis conſiſtat ea ſcientia; vt ſupra animaduerti.

13 Ad exemplum, quod in confirmationem adducitur, ſatis reſponſum eſt. Sed id difficile ibi eſt explicatu, quarè Deus non poſsit in tempore velle aliquid libere de nouo, quando hæc volitio nihil reale addit volitioni neceſſariæ? conſulto ſuppono Deum non poſſe velle aliquid de nouo in tempore, licet non me lateat oppoſitum dixiſſe Antonium Delfinum, lib. de rerum euentu, pag. 23. quia continet, quod ſupponimus, veritatem de fide certam, ex cap. 23. Numerorũ, & cap. 19. Proberbiorum, vt in tractatu de voluntate probo ex profeſſo, diſp. 20. cap. 1. in qua re non eſt contemnẽda doctrina ſubtilis Henrici quodlib. 9. quæſt. 2. de quo iam fecimus mentionem. Diſtinguit is auctor reſpectus rationis, qui primo incipiunt à creatura, quia ipſa refertur ad Deũ, & protinus per quandam correſpondentiam alij intelliguntur reſultare in Deo. Alij ſunt reſpectus, qui perſe primo in Deo formantur, vt reſpectus eligentis, prædeſtinantis, &c. De prioribus concedit in tempore de nouo Deo aduenire poſſe, de poſterioribus negat, & benè, quia id verum eſt; cęterũ non reddit rationem diſcriminis. Pater Molina ſupra adductus dicebat, licet ex adquiſitione horum reſpectuum in Deo non fieret mutatio propria, fieret tamen quędam viciſsitudinis obumbratio, quæ ex Iacobo cap. 1. non minus repugnat Deo, quàm propria mutatio.

Quare Deus non poſſit in tempore nouũ actũ liberum volũtatis habere.

Henriq.

P.Molin.

Cõfutatur. Verum reſponſio hæc, in eò defectuoſa eſt, quod diſtinguit præter mentem Iacobi viciſsitudinis obumbrationem, à propria mutatione, & ſupponit eſse aliquid minus illa, viciſſitudinis namque obumbratio mutatio vera eſt per ſucceſsionem vmbræ ſignificata. Iacobus Deum vocauerat Patrem luminum inſtar ſolis: at nè in hoc ipſo decipiamur monet Deum non pati mutationes perpetuas, quas ſol patitur, ſæpe obumbratus. Auguſtinus in libro de Speculo, *apud Deum* (inquit) *non eſt tranſmutatio, & ideo apud Deum curſus temporis, diei, noctiſque alternatione nequaquam variatur.* Ratio à priori eſt, quia inter immutabilitatem, & veram mutationem, nullum inuenies medium; etenim, aut per viciſsitudinis obumbrationem adquiritur aliquid reale, vel ſolum aliquid rationis: ſi primum, vera eſt mutatio; ſi ſecundum nihil obſtat immutabilitati, & nunquam redditur ratio, quarè obſtet. 14

P. Franciſcus Suarez 2. tom. Meta. diſput. 30. ſec. 9. §. *ad tertiam difficultatem* fuiſſe paritèr, ac doctè tractat rem hanc, aliorum refert, & refellit ſententias. Ego ſolum id, quod mihi verius videtur, ſic propono, cõcedo nihil fieri contra Dei immutabilitatem directe, & immediatè ex eo quod Deus in tempore aliquid decerneret, indè tamèn in Deo probari vitium morale, & animi inconſtantiam directè & immediatè, & indirectè phyſicam mutabilitatem. Vt id explicem, ſummo ſcientiam ſimplicis intelligentiæ antecedere omnia decreta diuinæ voluntatis, illamque proponere rerum omnium amabilitatem, & modos eas producendi, rationeſque, & motiua, quibus voluntas Dei moueri poterat ad ea producenda, aut non producenda; præſuppoſita hac ſcientia, ratione noſtra poſsumus conſiderare diuinam voluntatem ſe gerere tribus modis, in æternitate erga hæc obiecta: primo ſuſpendendo omne decretum liberum, & remittendo determinationem in tempus: ſecundò partim quædam decernendo ab æterno, & quædam alia prætermittendo decernenda in tẽpore: tertiò deniq; ſimul ex æternitate decernendo omnia producere, quæ producturus eſt in tẽpore, & decernendo nõ producere quæ nõ producturus eſt. Modo oſtendo hoc tertio modo ſe gerere debuiſſe Deum, vt immunis eſſet à vitio inconſtantiæ. In ſuſpenſione omnis actus primo eſt imperfectio potentialitatis, ſecundò quod tunc non eſſe creaturarum non eſſet directè voluntarium Deo, quod abſurdum reputatur à Theologis, vt tracto in materia de voluntate Dei, diſput. 19. capit. 5. tertio formo hoc argumentum. Vel cognouit Deus ex ęternitate ſuam voluntatem in tempore determinandam in aliquam partem, vel non cognouit: ſi non cognouit, probatur imperfectio in ſcientia, cum aliquod ex his extremis ſit determinatè cognoſcibile, vt ſup. notaui. Si cognouit, cum nulla ſit ratio boni in dilatione determinationis ad tempus, nec illi poſsit repræſentari à ſcientia, non poterit Deus non, ſtatim ac proponuntur obiecta, decernere. Imo eſt ratio mali, ſcilicet carentia exercicij libertatis perfectioris nempè poſitiuæ pro tota æternitate aparte ante, ſi hoc

P. Suarez. *Vera reſolutio.*

exerciciū ponit aliquid intrinſecū Deo, dico ſi, quia nōn ponere fuſe oſtendo, diſp.16.cap. 10.11.&.12.hic autē loquimur ſupponentes alienas ſententias ex ipſorum principijs.

Reſponſ. cōfutatio. Dicis poſſe ſuſpendere pro ſua libertate. Contra, vbi non eſt ratio boni pro ſuſpenſione, non poteſt voluntas velle ſuam ſuſpenſionem, aut formaliter, aut interpretatiuè, ſed in dilatione determinationis ex æternitate vſque ad tempus nulla eſt ratio boni, vt conſtat, ergo, &c.

Alia Reſp. Reſpondebis eſſe aliquam rationem boni in ſuſpenſione, ſcilicet, vt Deus habeat exercicium libertatis in tempore, ſivero ſemel decerneret omnia ex ęternitate: cum neceſſario perſeuerare debeat in eo decreto, ne ſe priuaret hoc exercicio libertatis temporario, potuiſſe partim aliqua decernere ab ęterno, partim alia in tempore decernēda prætermittere.

Confutatio Reſponſio hæc deſcendit in ſecundum modum, quem ſupra conſiderauimus in voluntate Dei, & facile confutatur, nam ſi Deus ex æternitate ſimul decreuit circa omnes creaturas, toto tempore habet exerciciū libertatis: nàm omne tempus clauditur intra inſtans adequatum æternitatis: vnde licèt tempus noſtrum non ſit menſura exercicij libertatis diuinæ, ſed inſtans æternitatis; at cum hoc, & ſi indiuiſibile, formaliter contineat in ſe infinitam vndequaque durationem, & omnem ſucceſſionem temporis imaginariam: ſi Deus pro inſtanti æternitatis actu decernit ſimul circà omnes creaturas, toto tempore imaginabili gaudet exercicio libertatis ſuæ. Imo ſi, vt obijciens volebat, decreuiſſet ex æternitate, erga quaſdam creaturas, & in tempore, erga aliàs ex æternitate, non plenè exerceret ſuam libertatem, ſed partim eſſet in actu, partim in potentia, & toto illo temporis ſpatio ſaltèm imaginario, quod intercedit inter æternitatem, vt eam concipimus infinitam à parte ante, & inter inſtans illud reale, vel imaginarium temporis noſtri, in quo inciperet, foret ex parte priuatus exercicio libertatis: etenim tunc eſt ęxercicium libertatis, & non ante, quando libertas eſt in actu, quia ipſe actus eſt exercicium, non quando eſt in potentia. Itaque, cùm Deus ab ęterno circa omnia ſimul decreuit, habet exercicium libertatis toto tempore, ſi verò non decreuiſſet non ſolum aliquo tempore, ſed infinito tempore ſyncathegorematicè, ſed dicunt priuatus eſt exercicio libertatis, vnde ex reſponſione data planè ſequitur oppoſitum ei, quod obijciens intendebat: ac proindè in inceptione exercicij libertatis in tempore nulla eſt ratio boni, imò inuoluit imperfectionem, cū ex genere ſuo eſſe in actu perfectio ſit. & eſſe in potentia imperfectio: vnde qui in actu pleno eſt, perfectiori gaudet ſtatu, quam qui partim in potentia, lege ſi placet diſputationem, 16. in qua acurate explico diuinam libertatem, & diſput 20. cap.2. in qua hoc diſcutio magis.

Sed ſciſcitabitur quiſpiam. Quæ nam erit ratio quare Deus (etſo ſimul, erga omnes creaturas ex æternitate decreuerit) non poſsit in tempore mutare propoſitum, & nolle producere creaturam, quam producere decreuerat, ex æternitate? ratio dubitationis eſſe poteſt, quod etſi ita faceret, nihil ex eo fieret contra Dei immutabilitatem. Reſpondeo præmiſſa interrogatione, vel Deus nouit ex æternitate mutandum à ſe tale decretum? vel non nouit? ſi nouit: ergo nouit etiam caſum, & ſine effectu futurum, quid ergo habuit decretum efficax? non poterit excuſari ab animi leuitate. Vrgeo magis hanc partem, vel nouit ab æterno cauſas mutandi decretum in tempore ſibi occurrendas? vel non nouit? ſi nouit, ergo cum ex æternitate obiectiuè haberet præſentes cauſas omnes, & rationes mutandi eiſdem ſemper cauſis perſeuerantibus ſine vlla mutatione, aut in ſubſtantia rei, aut in circunſtantia, modo vult producere creaturam, modo vult non producere, in quo ſane leuitas animi, & ipſa ratio inconſtantiæ ſita eſt: ſi nec nouit mutandū decretum, nec cauſas mutandi, plane probatur in ſcientia imperfectio, nam cum, & mutatio futura, & cauſæ offerendæ determinatam habeant veritatem obiectiuam, ex æternitate ſecundum omnes, vbicūq; illam habeant, in quo diſcordia eſt. vt dico diſput.6. cap.6. & 7. determinatè ſcibiles ſunt ex æternitate, & ſi ignorentur nihilominus à Deo, ſolum tribui poterit imperfectioni in ſcientia. Ijs immediatè, & directè oſtenditur fore in Deo vitium morale, ſi quædam in tēpore de nouo ſtatueret. aut producenda, aut regenda. Quo proxime fit Deum eſſe non poſſe eum, qui vitio morali ſubeſt, nec enim magis repugnat cum diuina, quaſi Methaphyſica perfectione mutatio Phyſica, vt nouæ perfectionis acquiſitio quàm cum rectitudine, & ſanctitate Dei vitium morale: nec minori rationis efficacia fieret Deum non eſſe eū, qui nouam accidentariam formam in ſe ſuſcipere poſſet, quàm eum, qui poſſet mentiri, ſiuè id faceret ſine mutatione, ſiue non, ſemel autē probato nō gaudere diuinitate eum, qui capax eſt vitio morali, præter quam quod, id ſatis ſuperque eſt ad noſtrum inſtitutum, fit etiam eum capacem eſſe mutationum Phyſicarum, euertiq; diuinam immutabilitatem, & alia plura abſurda colligi facile poſſunt, ideoque ſupra dixi, ex decreto libero in tempore habito mediatè. & in directè colligi contra immutabilitatem Dei.

Ad

Digitized by Google

Ad 4. Reſp. num. 14. Ad quartum argumentum ex dictis facile reſpondeo, maior propoſitio, quæ affirmabat Deum de facto, ita cognoſcere ab æterno obiecta libera, vt potuerit ea non cognoſcere diſtinguenda eſt, potuerit ea non cognoſcere propter defectum ex parte ſcientiæ actualis ſufficientis ad ea cognoſcenda nego; propter defectum cognoſcibilitatis liberæ eorum, quam habuerunt contingenter, concedo. Conſequentia verò omnino neganda eſt, nec enim Deus pro aliquo priori, etiam rationis in ipſo etiam inſtanti æternitatis fuit, aut intelligi debuit in actu primo in ordine ad ſcientiam, ex ſe ſufficientem ad omnia cognoſcenda, dũ modò ipſa ſint cognoſcibilia, & cum ſcientia hæc Dei in dependens ſit in ſua exiſtentia ab obiectorum liberorum cognoſcibilitate, vt notaui, n. 12. & ſi ipſa careant cognoſcibilitate libera, vt carere contingens eſt, nihilominus eſt in Deo actuali ſcientia: ſufficiens, & formalis repræſentatio eorum. Ex hoc autem duæ illæ illationes, quæ in argumento quarto inferebantur, manent ſine neruo, & virtute. Id fateor, ſi ſemel mihi probatur tranſitus aliquis ex actu primo in actum ſecundum in inſtanti æternitatis in ſcientia Dei, affirmarem ratione talis tranſitus non eſse repugnantiam, quod ille fieret tempore, quippe ab æterno ſic foret conſtituendus, vt in conceptu eius tranſitus, vt ſic, nulla contineretur imperfectio, dico *ratione tranſitus*; quia ex alijs capitibus neganda eſt Deo adquiſitio temporaria ſcientiæ nouæ, vt iam conſtat ex dictis.

Rei difficultas, & ſubtilitas in cauſa fuit, lõgius protrahendi hoc ſecundum caput, ſed ſi lector acie mentis cõſideret, doctrinam quam continet, verba non ſuperfluere deprehendet, vt ſpero. In eo vero procedimus ex principijs communibus, vt videat, qui eam amplectitur, qua ratione cõſentaneè procedere debeat, qui vero in materia de libertate Dei, noſtra principia, atque doctrinam noſse concupiſcit, adire debet diſput. 16. ac maximè, cap. 10. 11. & 12. & diſput. 20. cap. 1. & 2.

Cap. 3. *Nec ratione noſtra eſſe vllum actum primum in ſcientia Dei.*

INter res difficiles, quæ in noſtra materia ſolent agitari, hæc in hoc capite à nobis propoſita locum habet non contemnendum; eam ſub diſtinguẽdam putaui per aliquot paragraphos, commoditati mei lectoris proſpiciens, neque etiam ipſi ingratum erit noſſe inter noſtros magiſtros acri hanc fuiſſe rem diſputatione diſcuſſam, ego anno Domini 1615. in Salmanticenſi Academia omnium noſtro ſæculo celeberrima, ac maximè in re Theologica docui publicè concluſionem capite præfixam, modo re iterum perſpecta, eandem ſuſcipio tutandam, ſubijciam tunc mihi obiecta, & diluam.

§. *Primus, ſenſus difficultatis propoſitæ, & variæ ſententiæ.*

17 *Difficilis controuerſiæ ſenſus.* Quia in ſcientia creata, quatuor veluti actus primi antecedere poſſunt, & ſolent ipſum actum ſciendi, nempe potentia radicalis intellectiua, quæ eſt ipſa ſubſtantia intellectualis, & potentia formalis intellectiua, quæ eſt ipſa facultas proximè intelligendi, ſi (vt communior fert opinio) diſtinguitur ante intellectus operationem à natura intellectuali, & ſpecies intelligibilis, ac denique habitus ipſe ſcientiæ, cuius eſt cõferre facilitatem, & expeditionem; quia (inquam) hi quatuor actus primi in ſcientia creata inueniuntur; diſputatio circa in creatam ſcientiam non poteſt non hos omnes implicare, & continere.

Non video apud antiquos propoſitæ difficultatis difficilem ſenſum explicatum; quod apprimè neceſſarium eſt, pro vera huiuſce rei reſolutione. Primo ergo obſerua, non controuerti, an in Deo ratione noſtra diſtinguantur potentia intellectiua, ſiue radicalis, ſiue formalis, ratio ſpeciei intelligibilis, & habitus, ex vna parte: & actualis ipſa intellectio diuina ex alia, vt diſtinguere ſolemus attributa diuina inter ſe, abſoluta à relatiuis: etenim ſi ſemel inter concertantes conſtet, ſubſtantiam illam diuinam eſſe in ſe reſpectu ſuæ intellectionis eſſentialis virtutem intelligendi radicalem, & proximam, ſpeciem intelligibilem, & habitum, nulli iam dubium eſſe poterit circa diſtinctionẽ rationis harũ formalitatum inter ſe.

Pro clariori huius rei explicatione admonuerim duplicem rationis diſtinctionem celebrem iam eſſe in ſcholis. Prima dicitur præciſsiua ex parte obiecti, ea eſt, quæ in ipſo obiecto ex formalitatibus, quæ Phyſicè loquẽdo in ipſo idem ſunt, propter aliquã Metaphyſicam, aut virtualem diſtinctionẽ inter ipſas intellectus cognoſcere poteſt, vnam formaliter, quin aliam formaliter, & actu cognoſcat. Hanc rationis diſtinctionem conſtituunt quidam inter 18 *Duplex diſtinctio rationis, & præſcindens, & nõ præſcindens.*

Digitized by Google

ter prædicata ſuperiora, & inferiora: negant alij Logici, quidam Theologi conſtituunt inter diuinas perfectiones, inter quas eſt diſtinctio quædam virtualis ex natura rei, ſeu virtualis intrinſeca, vt inter abſoluta, & relatiua, vt inter intellectionem, & volitionem, de qua re fuſſe tractatu de Trinitate indiuidua. Alia eſt non præciſsiua ex parte obiecti, licet præciſſiua, ſeu in adæquata ex parte cognitionis noſtræ; ea eſt, quæ totum obiectum ex parte eius attingit, nulla re, aut formalitate ex parte ipſius, actu & formaliter non cognita, licet non adæquate; quia obiectum ſuum, quod cōtingit habere plures effectus, aut extremos terminos non concipit, niſi per ordinem ad vnū, aut ad alium, & per ſpeciem intentionalem alienam, & in adæquatam ſolum ab hoc, aut illo effectu depromptam. Hoc prælibato, id ſolum ponebamus, vt certum, & extra controuerſiam aliqua harū diſtinctione rationis diſtingui debere illos quatuor actus primos ab intellectione actuali in Deo, ſi in ipſo ſunt, nam cuique, vt libuerit, licebit duos de Deo formare conceptus, alter in quantum connotare poteſt virtutem intellectiuam creatam radicalem, formalem, ſpeciem intentionalem, habitum ſcientiæ, alter vt referri poteſt ad intellectionem actualem creatam: vtra vero harum diſtinctionum rationis tunc competeret, non definio.

Omniū actūprimum ſciētiæ creata actualis Deus eminenter cōtinet per aliquā rationē formalem in ipſo exiſtētem.

Nec etiam controuertitur, an Deus per aliquam formalitatem in ipſo exiſtentem eminenter contineat illos creatos quatuor actus primos, nam cum ipſe cauſa efficiens ſit omnium creatarum perfectionum, nemo poteſt merito indubium vocare, an in ipſo præcontineantur. Verum etſi præcontineri conſpicuum ſit, id non ſufficiet; vt adſcribamus Deo formaliter numeratos illos quatuòr actus primos; id conſtat ex effectibus omnibus, qui cum eminentèr contineantur in Deo, non tamèn in ipſo reſpondet aliqua formalitas propria ipſorum in Deo formaliter exiſtens (ſcio quendam Thòmiſtam ex per illuſtri Dominicanorum familia oppoſitum docuiſſe, ſed & ſcio quam male audiuerit hæc ſententia. Non vacat hic eam refellere, nec enim omnia vbique miſcenda.) Noſtra doctrina conſtat in productione equi, hominis, & Angeli, cum quibus etſi Deus communicet in prædicatis quibuſdam logicè communibus, vt in ratione entis, ſubſtantiæ completæ ſubſiſtentis, at in Deo formaliter non reperies rationem ſubſtantiæ materialis compoſitæ ex materia, & forma, aut ex animali inhibili, aut rationali, ſuſtantiæ compoſitæ ex natura, & ſubſiſtencia, licet hæ eminenter præexiſtânt in omnipotentia Dei formaliter in ipſo exiſtente, vt notabam diſp.1.num.8.

Senſus cōtrouerſiæ.

In eo ergo nodus præſentis difficultatis cōſiſtit, an in omni prædicato proprio potentiæ intellectiuæ, ſiue radicalis, ſiue formalis ſpeciei intentionalis, habitus ſcientifici ſit imbibita imperfectio, quæ repugnat cum ratione formaliter exiſtente in Deo, vt enim modo dicebam, omnis ratio formaliter exiſtens in Deo ab omni imperfectione debet eſſe libera, & abſoluta; & hoc ipſo quod in eſſētiali ratione prædicati inuoluatur imperfectio, non poteſt eſſe formaliter in Deo, ſed ſolum eminenter, quæ doctrina vniuerſalis eſt, & pro ſimilibus quęſtionibus prorſus neceſſaria. v. g. quando vocatur in controuerſiam à Thologiſnum in Deo ſit formaliter iuſtitia diſtributiua, aut commutatiua, qui opinantur in ipſa ratione eſſentiali iuſtitiæ diſtributiuæ, & commutatiuæ imperfectionē incluſam eſſe, eā ſpecialiter ſumptam, conſtanter negant Deo, & ſolum concedunt iuſtitiam quandam communem largè, propriè tamen, ſumptam. Qui vero, è conuerſo arbitrantur eſſentialem rationem iuſtitiæ diſtributiuæ, atq; commutatiuæ imperfectionem non implicare, adſcribunt Deo ipſam conſentaneè ad ſua principia. Pariter in re noſtra, ſi proprius conceptus actus primi ſciendi liber eſt ab omni imperfectione, formaliter Deo tribuendus erit, ſi non liber, non erit. Dixi *proprius*, quia actum primum intelligendi ſumnere debemus vt condiſtinctum ab actu ſecundo: etenim actus primus refertur ad actum ſecundum tanquam quid extrinſecum, nō tanquam in actu ſecundo eſſentialiter incluſum, quod hæc ratio demonſtrat. Actus primus reſpicit ſecundum relatione cauſæ efficientis, & quia in noſtra re actus ſecundus vitalis eſt, & inmanens relatione etiā cauſæ materialis. Atqui tùm cauſa efficiens, tum materialis extrinſeca ſunt relatè ad effectum, ergo cum agimus de prædicato proprio actus primi; an ne reperiatur in Deo formaliter, id eſſe debet condiſtinctum a prædicatis proprijs actualis ſcientiæ. 19

Porro, cum diſceptamus, an ratione noſtra ſit ratio principij intellectiui in Deo, non loquimur de conceptu fingente, non concipiente Deum, vt eſt in ſe; ſed per extrinſeca alio modo, ac eſt in ſe; nam ſicut per ſpecies rerum corporearum mens noſtra poteſt conſiderare, & ſolet Deum, vt quid corporeum & fulgore coruſcans; ita etiam per potentiam noſtram intelligendi, per ſpecies intentionales, per habitum ſcientiæ, hoc dumtaxàt extrinſeco fundamento Deum poſſumus conſiderare, vt habentem intellectiuam potentiam, ſpecies, & habitus, ſed vt inibi fingit ratio noſtra, nec Deum concipit, vt eſt in ſe, ita etiam contendimus

Digitized by Google

dimus fingere, cum affigit Deo actum primum intelligendi.

20 1. Sententia Henr.

His præiactis, prima ſententia affirmat abſolute in Deo eſſe proprie, & formaliter potentiam intellectiuam. Ita Henricus 1. par. ſummæ art. 36. lege ipſum quæſt. 1. & 2. ad finem, & 3. inuenies conceſsiſſe propriam in Deo potentiam intellectiuam, & rationem principij elicitiui, & paſsiui ipſius intellectionis ſecundum rationem noſtram. Durandus in 1. diſt. 35. quæſt. 1. num. 8. intellectum Dei appellat potentiam cognoſcitiuam. Item Alenſis 1. parte quæſt. 19. num. 1. adduci etiam poteſt Scotus in 1. diſt. 2. quæſt. 8. In hac ſententia eſt etiã P. Molina 1. parte quæſt. 41. art. 4. §. *Tota rei huius difficultas eſt*. P. Chriſtophorus AEgydius, lib. 2. Tractatu 2. cap. 4. à num. 3. P. Vazquez pluribus ſuorum operum locis tetigit hanc rem 1. parte quæſt. 13. art. 2. num. 30. & diſput. 102. cap. 1. num. 2. diſp. 60. cap. 1. diſput. 119. cap. 3. in quibus obiter, leui manu ſemper concedebat potentiam, & ſpeciem impreſſam ratione noſtra in ordine ad actus immanentes. Argumenta pro hac ſententia partim inſero in diſcurſu §. 2. partim diluo §. vltimo.

Durandus. Alenſis. Molina. AEgydius Vazquez.

2. Sententia

21 Aureolus.

Petrus Aureolus Archiepiſcopus Acquenſis primus, vt opinor, præter antiquorum ſententias aggreſſus eſt tueri, nec ſecundum rationem eſſe in Deo actum primum ſciendi, & pro hac ſententia in 1. diſt. 35. art. 3. acutas, & ſolidas format rationes. Gabriel eo poſterior 173. annos, eum ſecutus eſt ibidem dub. 1. ad primum. P. Franciſcus Suarez 2. tom. Metaph. diſ. 30. ſec. 15. num. 9. planè affirmat non eſſe in Deo potentiam intellectiuam reſpectu intellectionis eſſentialis, quia hæc formaliter ſumpta imperfectionem claudit, & num. 10. non eſſe habitum, & num. 11. non eſſe ſpeciem intentionalem, quæ per modum actus primi ſuppleat vicem obiecti: cum verò num. 12. excitaſſet dubiolum, an quæ dixerat intelligenda ſint etiam ſecundum rationem, & relata controuerſia inter Capreolum, & Aureolum de hac re, adhæſit Capreolo contra Aureolum, & fatetur nos concipere in Deo aliquid per modum actus primi, vereq; affirmari eſſe in ipſo vim intelligendi præſcindentem ab actuali intellectione. eſſeq, in Deo ſufficientem rationem ad repræſentandum intentionaliter, præſcindendo ab hoc, quod talis repræſentatio ſit actualis, & expreſſa. Vnde licet aquibuſdam adducatur pro poſteriori ſententia, reuera tamen priori fauet.

Gabriel. P. Suar. pro 1. ſententia.

§. *Secundus Vera reſolutio.*

22 Prima concluſio. Non eſt in Deo ſecundum rationem potentia intellectiua radicalis, nec formalis. Pro hac concluſione allego primum S. Thomam in hoc artic. 4. in illis verbis relatis ſuprà cap. 1. in principio, quatenus docet eſſe omninò vnum, & idem intellectum intelligentem ſpeciẽ intelligibilẽ, & ipſum intelligere in quibus per ly *omnino* diſtinctionem etiã rationis excludit, eã ſcilicet, quę eſt cũ fundamento in ipſo Deo, Nam S. Thomæ ſolemne eſt, cum vult excludere diſtinctionem hanc rationis cum fundamento in obiecto, id per particulam *omnino* ſignificare. Ad hoc habeo elegans teſtimonium in tractatu de diuina Trinitate, ex q. 41. art. 1. ad ſecundnm vbi hæc habet verba. *Ad ſecundum dicendum quod actus notionales ſecundum modum ſignificandi tantum diſtinguntur a relationibus perſonarum; ſed re ſunt omnino idem. Vnde Mag. in 1. d. 26. dicit. Quod generatio & natiuitas, alijs nominibus dicuntur paternitas, & filiatio.* Ecce cum ſignificare vult. S. Th. in diſtinctionem etiam rationis, cum aliquo fundamento intrinſeco in obiecto ipſo, ſed ſolum extrinſeco de prompto a creaturis, qualis diſtinctio tantum eſt inter actus notionales, & relationes diuinas, vtitur termino illo *omnino*, excludit eam, ſcilicet, quæ eſt cum fundamento in ipſo Deo, & eadem quęſt. 41. art. 4. ad tertium, vbi poſtquam conceſsit potentiã creandi, & generandi, ait, *ſed intelligere, & velle non ſunt tales actus, qui deſignent proceſsionem alicuius rei a Deo diſtincta, vel eſſentialiter, vel perſonaliter, vnde reſpectu horum actuũ non poteſt ſaluari ratio potentia in Deo.* Verum eſt ſubijcere hæc verba, *niſi ſecundum modum intelligendi, & ſignificandi tantum*, in quibus non vult propriè eſſe potentiam in Deo ſecundum rationem cum fundamento in ipſo Deo, ſed ſolum poſſe à nobis intelligi, & ſignificari per ſpecies petitas, à potentijs creatis, ſicut etiam intelligitur per ſpecies deprõptas, à rebus corporeis. Vnde 2. contra gentes, cap. 10. *potentia* (ait) *Dei propriè loquendo non reſpicit huiuſmodi actiones, ſcilicet, intelligere, & velle.* Atqui ſi propria ratio potentiæ formaliter eſſet in Deo, non poſſet non propriè reſpicere, intelligere, & velle, vt mox demonſtro. Igitur, etſi videam verba D. Thomæ ſubobſcura eſſe, mens tamẽ à nobis eſt. Allego deinde omnia loca S. Th. in quibus docet intellectionem actualem conſtituere formaliter naturam Dei, quod ſi ita eſt, non poteſt S. Thom. non negare actum primum ratione noſtra antecedẽtem ad actualem intellectionem, nam conſtitutio illa eſt per rationem, ad eum modum quo rationale conſtituit naturam hominis, atſi actus primus ratione noſtra antecederet in Deo actualem intellectionem, neceſſario antecederet natura diuina conſtituta per

1. Con.

S. Thom.

Non è in Deo ſecundum rationem potentia intellectiua radicalis, aut formalis, ex S. Th.

Digitized by Google

ſuũ conſtitutiuũ, nã vel ipſe actus primus eſſet conſtitutiuum, vel aliquid eo antecedens, vt conſtat in omnibus entibus intellectualibus à Deo, de quo eſt hic ſermo; quod verò S. Th. affirmet naturam diuinam conſtitui ſua intellectione oſtendo, diſp. 3. cap. 2.

23 *Ratio fundamentalis Pro concl.*

Vt ſtatuam rationem fundamentalem attẽte conſidero prædicata omnia communia, inquibus illi quatuor actus primi conueniunt formaliter cum Deo, & imprimis potentia intellectiua formalis, ſpecies intentionalis, & habitus ſcientiæ cum accidẽtia ſint in rebus creatis, ex hac parte ſolum poſſint conuenire cum Deo in ratione entis. Porrò ſi hæc omnia conferantur ad ſubiectum, , cuius actus ſunt, conueniunt etiam cum Deo in ratione actus, nam ſpecies, & ſciẽtia actus ſunt facultatis intelligẽdi, & is eſt actus naturæ intellectualis; differunt verò in eo quod hi ſunt actus informatiui, Deus non eſt actus informatiuus, quia vero actus informatiuus, & non informatiuus participant in ratione communi actus, ideo dixi, etiã ex hac parte conuenire, in quo etiam communicat cum his omnibus actus ipſe ſciendi, qui præter hoc, prædicatum aliud commune habet cum Deo, ſcilicet rationem actus puri, quam limitatẽ & imperfectè participat propter rationem informatiui: intellectus vero nõ eſt hoc modo actus purus, cum ſit potentia paſſiua, nec ſpecies intentionalis, nec habitus, quia ſunt potentia effectiua actus immanentis. Hoc loco id nota, ex ratione potentiæ ſpeciẽ intentionalem, & habitum ſcientiæ minorem habere repugnantiam, ad hoc vt formaliter in Deo conſtituantur, quàm potentiam intelligendi, tum radicalem, tum formalem; nam actus intellectionis, nec in ſpecie, nec in habitu immediatè recipitur in veriori ſententia, nec ipſe actus eas reſpicit, vt ſubiecta à ſe informatiua, ſed ſolũ, vt principia productiua realiter diſtincta: eſſe autẽ principiũ formale productiuũ effectus realiter diſtincti in Deo formaliter inuenitur: potentiã vero intelligendi radicalẽ, & formalem reſpicit actus ſciendi, tum vt reale principium productiuum, tum vt ſubiectum proprium ſuæ informationis; nam, vt ab vtroque principio fit actus vitaliter, & immediate, ita in vtroq; immediate recipitur in ſententia inter peritiores hodie philoſophos recepta: ergo cum repugnet aliquam formam reſpicere Deum, vt ſubiectum ſuæ informationis proprium, ideoq; tale prædicatum à nullo in Deo formaliter conſtituatur, ex hac parte maiorem repugnantiam implicat potentia intellectiua, quam habitus, & ſpecies; ex alijs verò capitibus hæc etiam ſufficientem habent repugnantiam, vt dico §. ſequenti.

Prædicata principij radicalis communia cum Deo.

Venio ad principium radicale intelligendi, in quo aduerſarij magis inſiſtunt, quod prę ter dicta, alia habet prædicata formaliter communia cum Deo. Primum, prædicatum ſubſtantiæ. Secundum, perſonæ, de cuius ratione eſt eſſe principium radicale cognoſcendi. Tertium, non repugnantia, vt cognoſcat.

Vt verò planè conſtet communicare in his prædicatis cum Deo, non ſufficere, vt conſtituamus actum primum ratione noſtra in Deo, recolendum eſt, quod ſupra notaui prædicata communia actui ſecundo, & actui primo, ſeu actuali intellectioni, & principio eius, non eſſe propria principij intelligendi, illud conſtituentia in ratione principij, & diſtinguentia ab actuali intellectione: nam cum principium intelligendi comparetur ad actualem intellectionem ratione noſtra, ſumpto fundamento ab omni principio creato tanquam cauſa extrinſeca vnum quodq; hoc eſt, tum principium ipſum, tum actualis intellectio intrinſecè, vltimo conſtitui debet per proprias differentias, quibus mutuò ea inter ſe ſecernantur, atqui per prædicatum formale logicè commune actui primo, & ſecundo, ſeu intellectioni actuali, & principio eius non differunt nec ſecernũtur, ſicut homo, & equi nõ differũt in prædicato communi animalis, vt conſtat. Ergo ad hoc, vt conſtituamus principium intelligendi proprium, ſecundum rationem formalem principij per rationem in Deo non ſufficit conſtituere prædicatum commune actui primo: & ſecundo: licet illud eſſentiale ſit vtriq; nec enim controuerſia eſt, an in Deo formaliter conſtitui poſsit prædicatum eſſentiale vniuerſale principij, ſed an prædicatum eſſentiale propriũ principij cõſtitutiuũ, quo diſtinguatur ab omni re, quæ nõ eſt principium.

24 *Formatur ratiocinatio.*

His prę iactis, in quibus totum robur noſtræ probationis conſiſtet, ſic ſcholaſtico more ex ijſdem, formo rationem noſtram. Nullum eſt prædicatum proprium potentię radicalis, & formalis, quod in ſuo formali conceptu ex ſe ſe non inuoluat imperfectionem, ſed ratio noſtra Deum, vt eſt in ſe, concipiens adſcribere Deo non poteſt prædicatum, quod ex ratione eſſentiali inuoluit imperfectionẽ, ergo nec per rationem conſtitui poteſt in Deo potentia intelligendi radicalis, aut formalis. Maior huius diſcurſus per ſe perſpicua eſt. Minor probata eſt in prælibata doctrina, conſequentia eſt euidens. Sed quia ad minorem tota contentio deuoluenda eſt, libet eam amplius confirmare: & ſummo potentiam radicalem intellectiuam, quam aduerſarij conſtituũt in Deo, & comparo illam cum actuali intellectione diuina. Hæc ex propria ratione formali ſubſtantia eſt, nec ſolum quia identificatur cũ principio radicali vel cum natura diuina, vt in

ter

ter omnes conſtat. Deinde ex propria ratione formali ens completum ſubſtantiale eſt exigẽs ſubſiſtentiam non quancunq; ſed perſonalem. Ergo in his duobus prædicatis non poteſt conſiſtere ratio actus primi, quam aduerſarij conſtituere nituntur in Deo. Conſequentia hæc eſt euidens, nam vt dixi ratio actus primi propria non poteſt eſſe conceptus communis actui ſecundo, ſed hæc prædicata formalitèr inueniuntur in actu ſecundo, ergo in his non poteſt cõſiſtere ratio propria actus primi, tũc ſic, quodcumq; prædicatum adijcias proprium potentiæ, quo diſtinguas eam ab actu ſecundo, in eo inuoluas imperfectionem, neceſſe eſt; eo quòd hoc prædicatum neceſſariò includere debet reſpectum ad actum ſecundum, nam omnis actus primus, ſeu potentia conſtituitur in propria ratione per reſpectum ad eum actum, cuius eſt actus primus, & cuius eſt potentia: ſed omnis reſpectus omnium actuum primorum ex his, quos nouimus, aut Deum creare poſſe intelligimus, eſt reſpectus cauſæ, & efficientis, & paſsiuæ per actionem, & paſsionem, ergo qui conſtituit prædicatum proprium potentiæ intellectiuæ in Deo in ordine ad ſuam intellectionem re vera conſtituit reſpectum cauſæ realis pér rationem, principijq; elicitiui, & paſsiui in ordine ad eſſentialem intellectionem, vel fingit aliquid chimęricum, quod pro libito ſine ſundamento appellat principium, & actum primum.

Confirmatur. Reſpectus cauſæ realis, atq; principij elicitiui, & paſsiui non eſt ad ſe; nec ad aliquidquod ſecũ idẽ eſt, nã omnis cauſa ſupponit ſuum eſſe ad omnem effectionem, ergo ordo cauſæ reſpicere non poteſt in re ipſa id, quod cum ipſa idem eſt. Qua ratione Theologi ex reali potentia generatiua optime probãt diſtinctionem realem Patris, a filio, ergo qui ponit per rationem prędicatum reale formale principij in Deo, niſi abeat in chimęram, re uera ponit ordinem realem cauſæ, principijq; elicitiui, & paſsiui in ordine ad intellectionem eſſentialem ſecum identificatam; & qui per rationem ita diſtinguit intellectionem hanc a ſuo principio, vt eam comparet cum illo, tanquam actum informantem; & illud cum ea tãquam cauſam efficientem, & recipientem, chimeras effingit, non ſolum quia diſtinguit, quę indiſtincta ſunt; ſed etiàm quia rei indiſtinctę in ſe tribuit eſſe actum informantem, cum nõ ſit; & principio tribuit eſſe elicitiuum, & paſſiuum eius actus, cum reuera non ſit. Igitur ratio concipiens Deum, vt in ſe formaliter eſt, ab ipſo depellere debet omnem rationem principij intellectiui formalem, & propriam.

25 *Reſponſio recentiorum.* Prætermiſsis alijs leuioribus rationibus, venio ad ea, quę noſtri magiſtri ad hoc fundamẽtum reſpondebant. Deum aiebant, diuerſis cõceptibus, à nobis in ordine ad diuerſa munera concipi poſſe, prius quidèm expreſſe in ordine ad aliquod ex natura rei primum munus, deindè in ordine ad alia munera poſteriora, ita tamen vt ex priori illo conceptu expreſſo primę functionis inferre liceat alios conceptus expreſsiores aliarum functionum, & hac ratione Deum ipſum expreſſe conceptum in ordine ad primum munus eſſe per rationem primũ in ordine ad poſteriora munera, eo quod ad rationem actus primi per rationem ſufficit quod ex eo primo munere cum fundamento in ipſo obiecto inferantur alij poſteriores conceptus, qui ſunt veluti actus ſecundi per rationem. Hæc verò priora, & poſteriora munera ſic explicant, idem Deus in ſe indiuiſibilis eſt in ſe ſubſtantia completa, quaſi radix ratione noſtra perſonalitatis à ſe independentis ab omni genere cauſæ. Hic eſt prior conceptus, & proprius naturæ intellectualis, in quo nec expreſſe concipimus actualem intellectionem nec virtutem proximam ſe, & alia cognoſcendi, quatenus fundat negationem repugnantiæ ad cognoſcendum ſe, & alia, nec etiam concipimus, vt habentem maximam determinationem ex obiecto, quatenus continet ſpecies intelligibiles omnium rerum, nec deniq; vt habentem ſummam expeditionem, & facilitatem in cognoſcendo ſe, & creaturas. Sic ponunt quatuor actus primos potentiam radicalem in conceptu naturę completæ; per ordinem ad perſonalitatem à ſe formalem in cõceptu virtutis cognoſcẽndi ſe, & alia, quatenus fundat negationem repugnantiæ ad cognoſcendum, ſeu quatenus opponitur impotentiæ cognoſcendi, ſpeciem intentionalem in maxima determinatione ex obiecto, habitum ſcientiæ in ſumma expeditione, & facilitate. Hi poſteriores conceptus quatenus expreſſiores ſunt de Deo, & ex prioribus inferuntur, dicuntur actus ſecundi per rationem, ſicut priores actus primi.

Acutè quidèm hæc dicta. Sed quæ non infringunt noſtrum argumentum. Quæ dicunt de ſpecie, & habitu confutantur §. ſequenti, 26 *Cõfutatio.* in hoc quæ de potentia radicali, & formali. In primo illo conceptu ſubſtantiæ completæ diuinæ in ordine ad perſonalitatem à ſe in eo deficiunt, quod in prædicato communi logicè actuali intellectioni diuinæ, & ei principio, quod ipſi appellant, conſtituunt rationem propriam principij intellectiui. Quæ vt à nobis iam demonſtratum eſt, condiſtingui debet à prædicato logicè communi principio, & actuali intellectioni, nam tunc non conſtituitur actus primus, ſeu principium, ſed ratio vniuerſalior, & logicè communis, nam vt gradus animalis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

malis non eſt actus primus, nec per rationem noſtram in ordine ad rationalitatem, & inhibilitatem, ſed ratio vniuerſalis per rationem noſtram, ita prædicatum commune intellectioni eſſentiali Dei, & ei quod ipſi appellant principium, non eſt actus primus per rationē noſtram, ſed prædicatum logicè vniuerſale. Quod ſic probo, ex his, quæ ipſi concedunt, & vera ſunt, nam ex prædicato communi logicè vniuerſali, non licet inferre affirmatiuè differentiam, vt ex animali, rationale; at ex actu primo, ſeu potentia radicali intelligendi per rationem licet inferre intellectionem eſſentialem, quæ neceſſaria eſt, vt bene valet, Deus eſt ſubſtantia completa à ſe, & perſonata, ergò eſt intelligens ſe, & alia; ergò prædicatum commune logicè intellectioni eſſentiali, & principio, non eſt actus primus per rationem. Quod vero conceptus ille, quo Deum concipimus vt ſubſtantiam completam à ſe perſonatam, ſit communis, patet euidenter, quia eſſentialis intellectio diuina non ſolum identicè, ſed ex ſibi eſſentialibus eſt ſubſtantia, eſt completa, eſt à ſe, eſt ſubſiſtens perſonalitate, ergo &c. Vnde licet verum ſit in eo priori conceptu importari intellectualitatem, quatenus importatur perſonalitas, quæ eſt propria ſubſiſtentia naturæ intellectualis, at verum non eſt importari intellectualitatem potentiæ radicalis, aut formalis, ſed intellectualitatem actus puriſsimi, & vltimi.

Præterea damus, hunc eundem gradum intellectualitatis diuinum poſſe nos expreſſius per varios conceptus declarare, ſicut quãcumq; naturam creatam; at hoc ſufficiens non eſt, vt noſtro conceptui reſpondeat ex parte Dei prædicatum aliquod, quod in ipſo ſit, & ſit proprium, & formale potentiæ, ſiue concipiatur illud expreſſe, ſiue confusè. v. g. quando concipimus hominem, neceſsario concipimus actualem rationalitatem in ipſo reuera exiſtentem, ſiue expreſsè, ſiue confuſe eam concipiamus, nec dici poterit eſſe in ipſa natura hominis actum primum & ſecundum ad ſe ipſam per rationem noſtram, etſi circa illam verſari poſsint diuerſi conceptus, eo quòd cuicumque neceſsario actualis rationalitas reſpondere debet, ita quia cuicumque conceptui, quem formamus de Deo in quantum ſubſtantia completa à ſe perſonalitate ſubſiſtens eſt, reſpondet actualis intellectio, etſi de Deo diuerſos conceptus expreſsiores, & confuſiores efformemus, nulli tamẽ ex parte Dei reſpondet prædicatum proprium principij intellectiui, non eſt dicendum eſſe in Deo actum primum per rationem noſtram in ordine ad intellectionem eſſentialem.

27 Secundum eodem ferè diſcurſu refello; nã vel virtus illa cognoſcendi ſe, & alia, vt fundat negationem repugnantiæ, ſeu oppoſitionem cum impotentia eſt prædicatum commune principio intelligendi, & actuali intellectioni, vel eſt proprium principij, vt ab ea condiſtinguitur, ſi primum, euidenter probatum à nobis eſt, prædicatum commune non eſſe ſufficiens ad conſtituendum actum primum per rationem: poſſe autem ipſam actualem intellectionem tum Dei, tum creatam fundare negationem aliquam repugnantiæ ad intelligendum: licet non eam quam fundat potentia condiſtincta ab actu certum eſt, ita docet S. Th. 1. p. q. 41. art. 4, ad 2. vbi ait poſsibile, ſeu non repugnans ad eſſe dup. accipi poſſe. Vno modo, vt opponitur neceſſario, altero, vt continetur ſub neceſſario, atq; ita Deum eſſe, & filium eius generari non eſſe poſsibile primo modo: ſed 2. modo, quia ex eo quod Deus ex ſe neceſſario habet actum eſſendi, & filius neceſſario eſt actu genitus, dici poteſt Deus poſsibile exiſtere, & filius poſsibilis generari; deprehendo tamen diſcrimen inter modum, quo Deus dici poteſt poſſe exiſtere, & non repugnare ad exiſtendum, & filius dici poteſt poſsibilis generari, & nõ repugnare, quod generetur, nam quia ad exiſtentiam Dei non poteſt nec ratione noſtra præſupponi potentia, aut realiter, aut ratione diſtincta; qua Deus aptus exiſtere ſeu exiſtibilis conſtituatur, ideò eius non repugnantia ad exiſtendum, ſeu oppoſitio cum impotẽtibus exiſtere fundatur immediatè in ipſo actu, non in potentia, at quia ad generationem filij ſupponitur origine potentia realis generatiua in Patre; eius non repugnantia, vt generetur, & oppoſitio cum ingenerabilibus, duplex habet fundamentum. Primum in potẽtia reali generatiua, per quam immediate opponitur impotentiæ ingenerabilium. Secundum actualis generatio; ita creaturæ omnes dicuntur, & fundare non repugnantiam ad exiſtendum per potentiam earum productiuam eis extrinſecam, & per actum exiſtentiæ, nam qui actu eſt, non repugnat eſſe actu: itaq; illa nõ repugnantia ad cognoſcendum, & fundari poteſt in actuali cognitione, & in principio productiuo cognitionis, ſi vero ponitur ab aduerſarijs non repugnantia fundata in prædicato cõmuni principio, & actui, non poteſt vt demonſtraui ratione eius non repugnantiæ conſtitui potentia formalis cognoſcendi in Deo. Si verò conſtituatur non repugnantia propria potentiæ cognoſcitiuæ fundata in prædicato proprio eius, vt cõdiſtinguitur ab actu, redit argumentum factum. Nam prædicatum proprium potentiæ, vt condiſtinguitur, & fundare poteſt negationem repugnantiæ ad cognoſcendum, eſt reſpectus cauſæ realis, principijq; elicitiui,

Probatur non eſſe in Deo potentiam formalem cognoſcendi per rationem,

S. Thom.

Negatio repugnantia ad cognoſcendũ fundari poteſt tũ in ipſa actuali cognitione, tum in principio cognoſcitiuo.

& paſsiui

& paſsiui actualis intellectionis. Sed reſpectus huiuſmodi cauſę in ordine ad intellectionem eſſentialem repugnat Deo, ergo non repugnantia ad cognoſcendum fundata in prædicato proprio potentiæ repugnat Deo.

Optima cõfirmatio pro cõcluſione. Vt concludam impugnationem vtriuſq; huius partis, adijcio confirmationem, pone poſsibilem eſſe intellectionem aliquam, cuius prædicata communia ſint eſſe ſubſtantiam completam, indiuiſibilem, ſpiritualem, exigentem ſubſiſtere perſonalitate, & in his prædicatis formaliter, cum Angelo communicare. Pone deinde vltimam eius differentiam, qua ab alijs diſtinguatur rebus, actum eſſe vltimum intelligendi, ita quod quemadmodum hominis natura athomè conſtituitur rationalitate actuali, ita ea intellectio conſtitueretur actuali cognitione. In hac non eſſe potentiam cognoſcendi radicalem, aut formalem ratione noſtra inficiabitur nemo. Nam is qui in hac etiam natura, vt a nobis eſt conſiderata, in quęrendo actu primo per rationem adhuc perſiſteret propter illos conceptus magis, & minus expreſſos, mendicatò quæreret actum primũ, nec eum tueretur eo modo, quo defenſores actus primi à nobis allegati §.1. n. 20. tuentur, vnde eorum authoritas ei nonſuffragaretur, & re vera concederet Aureolo, ſecundæq; ſententię totum quod intendit, & quæſtionem totam ad voces reuocaret, ac deniq; pro libito eum actum primum appellaret, quem nullus authorũ eo nomine nuncupauit. Quod ſi in ea ſubſtantiali intellectione nullus eſt actus primus, qui affirmat Deum ita in ſe conſtitutum, vt nos eam meditabamur naturam, cogitur remouere a Deo omnem actum primum; ita verò eſse Deum conſtituendum conſtat, ex eo quod diuiſio gradus intellectualis in potentiam, & actum in rebus creatis prouenit ex limitatione, nam ratio potentiæ intellectiuæ eſt quaſi inchoatio quædam gradus intellectualis prouenit etiam ex compoſitione, qui vero Deum conſtituit perfectius, & ſimplicius, altius, & dignius de natura diuina ſentit, ergo propria ratio conſtitutiua naturæ Dei actualis intellectio eſſe debet; vt ampliusproſequor diſput. ſequenti capit. 2. & 3. & ſequentibus.

Dices, licet in Deo negandus ſit influxus aliquis principij intellectiui in actum intelligendi, at in ipſo fundamentum habet ratio noſtra, vt concipiat ipſum diuinum intellectum per modum influentis in actum, v. g. intellectionem ipſam concipimus, vt radicem volitionis; quatenus ratio noſtra fundamẽtum habet, intellectionem prius concipiendi, poſterius volitionem; quia hæc in Deo etiam prærequirit intellectionem, ita in noſtra re erit fundamentum ad concipiendum principium, veluti quid præſuppoſitũ, & radicale intellectionis.

Sed contrà, vel in Deo eſt aliquis influxus principij in actum, vel non. Si eſt, ponis in Deo imperfectionem, vt probaui. Si non eſt, ergo quando concipis Deum cum principio influente in ſuammet intellectionem eſſentialem, non concipis Deum, ſicut eſt in ſe, ſed conceptum, quem facis in creatura, immerito apponis Deo, adeo vt ſi affirmes eſſe in Deo principium influens in intellectionem eſsentialem, etſi inter ſe ea non diſtinguantur, falſum affirmas. Nec obſtat ſimile deſumptum ab intellectione, & volitione diuina: primo quia intellectio, & volitio diuina in Deo formaliter ſunt ratione inter ſe diſtincta abſque vlla imperfectione: imo & virtualiter intrinsecè inter ſe diſtincta, in quantum ſunt formalia principia proceſsionum paſsiuarum, & perſonarum realiter diſtinctarum; & ſicut proceſsio filij prior eſt origine, & ratione proceſsione ſpiritus ſancti, ita intellectio diuina eſt prior ratione volitione diuina; at potentia intellectiua, tum radicalis, tum formalis eſſe non poteſt formaliter in Deo ſine imperfectione, ſecundũ propriũ conceptũ potentiæ, vt ſæpe oſtendi, ergo ex ſimili illo nihil fit contra nos.

Porro, licet intellectio ratione præcedat volitionem, non comparatur ad illam tanquam actus primus ad ſecundum; cum enim intellectio Dei non ſit potentia volitiua ſecundum proprium conceptum intellectionis, non eſt actus primus volitionis, hæc namque cum talis eſt, vt ex natura ſua præſupponat actum primum, petit vt talem potentiam volitiuam, quam reſpicit vt principium elicitiuum, & paſſiuum, intellectionem verò, quam requirit ex parte intellectus ſolum vt conditionem principij, ſeu vt rationem mouentem facultatem appetentem, vt ergo nemo dixerit approximationem loci eſſe actum primum calorisproducti, ſed conditionem actus primi nempe principij calefactiui, ita inepte appellauerit quispiam intellectionem diuinam principiũ volitionis, deniq; neceſſaria ſcientia in Deo prior eſt ratione libera, item volitio neceſſaria prior eſt libera, quatenus ex non poſſunt eſſe ſine illis, illæ autem poſſent eſſe abſolute, at nec ſcientia neceſſaria, nec volitio pariter neceſſaria, ſunt actus primi reſpectu actuum liberorum, ergo prioritas rationis inter prædicata, quæ ſunt formaliter in Deo ſufficiens nõ eſt, vt dicamus prius prædicatum eſſe actum primum, poſterius actum ſecundum; quo verò munere fungatur diuina volitio in conſtitutione naturæ Dei explico diſputatione ſequenti cap. 3. modo ſufficiat non eſse actum ſecundum reſpectu intellectionis. Obijcies intellectio diuina, & eſt cognitio obiectorum, & eſt ipſius

Digitized by Google

ipſius naturæ diuinę conſtitutiuum, vt doceo diſ. ſequenti. Licet autem, vt eſt perceptio obiectorum, eaq; proponit voluntati, non ſit actus primus volitionis, vt autem eſt natura diuina radicaliter volitiua, erit actus primus.

Reſp. niſi in ratione actus primi comparatione actus 2. vitalis eſſet imperfectio à me ſupra explicata, optime poſſet intellectio quatenus natura Dei eſt, eſſe actus primus comparatione volitionis, vt obiectum probat; at propter imperfectionem quam implicat ratio actus primi, negandum eſt intellectionem eſſe actum primum, vnde intellectio in hoc ſenſu non eſt radicaliter volitiua, ſed ratio prę ſuppoſita atq; primaria ex natura rei ſine dependentia tamen volitionis ab ea, atq; influxu in illam aut efficienti, aut paſſiuo, vt explico diſp. 12. ar. 1. Obijcies pari ratione eſſe poſſet aliqua ratio in Deo prior intellectione, in qua natura diuina ſita eſſet, quę tamen comparatione eius non eſſet actus primus.

Reſp. obiectionem hanc attingere materiā ſequentis diſputationis. Id probat, non probari actum primū ex eo quod aliqua ratio prior præſupponatur. An autem ſit ratio aliqua ſpecialis, quare negandū ſit præcedere ratione ad intellectionem aliquam rationem conſtituentem naturam Dei, & affirmādum eam, ſi præcederet, neceſſario fore actum primum, definio diſputatione ſequente.

§. Tertius vera reſolutio de ſpecie intentionali, & ſcientia.

28 Paragrapho ſuperiori duos actùs primos confutauimus, alij duo reſtabant confutandi, nempè ſpecies intentionalis, & habitus ſcientiæ: ſemel autem exploſſa à Deo potentia radicali, & formali, in his refutandis actum agimus; nam cum munera omnia ſpeciei intelligibilis verſentur immediatè circa potentiam intellectiuam, vbi non eſt potentia, nec ſpecies eſſe poteſt, munera autem ſpeciei breuiter hæc ſunt, primo complet potentiam in ratione agendi veluti ſemen, & inſtrumentum obiecti; ſecundo mouet, ac determinat illam quatenus ex ſe indifferens erat ad varia obiecta; tertio coniungit remotè potentiam cum obiecto, dico *remotè*, nam proxima, & actualis vnio inter potentiam, & obiectum ipſa cognitio eſt: quis verò non videat? nullum ex his muneribus erga Deum exercere poſſe, ſi ipſe ex eſſentia ſua abſq; vlla potentia radicali; & formali actualiſsima, & puriſsima cognitio eſt.

Pari ratione negandus omnis habitus eſt etiam per rationem, primo ex negatione potentiæ intellectiuæ, propter quam ſunt omnes habitus intellectuales; ſecundo quia ſi Deus ex eſſentia ſua, eſt vera, & neceſſaria cognitio, ſui, & aliorum, quid ei datur habitus? qui ſolum aut propter indifferentiam in potentia, aut propter difficultatem in operando eſt.

Oppones nobis, Diuum Thomam in hac quæſtione art. 2. in corpore ibi, *Ita vt nequè careat ſpecie intelligibili, neq; ſpecies intelligibilis ſit aliud à ſubſtantia intellectus diuini, ſed ipſa ſpecies eſt ipſe intellectus &c.* In quibus verbis apertè videtur concedere ſpeciem in Deo, nam volens probare Deum ſe intelligere per ſe ipſum, hoc eſt, ſine medio diſtincto à ſua ſubſtantia, licet excludat medium ſpeciei impreſſæ diſtinctæ, non excludit ſpeciem idētificatam cum ſua ſubſtantia, & in art. 4. ibi, *cum ipſa ſua ſubſtantia ſit etiam ſpecies intelligibilis*, & art. 5. & alibi, & latius primo contra gentes cap. 46. & 47.

Reſpondeo ſubobſcura hęc S. Thomæ verba ex alia eius doctrina interpretanda eſſe. Nam 1. part. quæſt. 56. art. 1. & 2. affirmat quando aliqua ſubſtantia per ſe ipſam intelligibilis eſt, excludendam ab ea rationem formalem intelligibilis ſpeciei, quia ipſa ſubſtantia tanquam forma præſtat, quod ſpecies præſtare ſolet. Item quæſt. 12. art. 2. ad tertium quia diuina eſſentia, ait, per ſe ipſam mouet, & determinat intellectum Beati ad ſui ipſius viſionem, excluſſa ſemel in corpore articuli ſpecie impreſſa Dei, non, ait, ipſam eſſentiam eſſe ſpeciem; ſed præſtare, quod creata ſpecies præſtare ſolet. Idem ego dico in noſtro propoſito, quando in teſtimonijs in oppoſitum allegatis affirmat ſubſtantiam Dei eſſe ſpeciem intelligibilem intellectus diuini, non vult ipſam eſſentiam Dei eſſe ſpeciem intelligibilē, cum per ipſum S. Thomam eſſentia Dei conſtituatur actuali intellectione, nam in eo art. 4. ab aduerſarijs citato ad tertium ita concludit. *Cum tamen ipſum intelligere Dei ſit eius eſſentia non habens principium*, vt doceo diſputatione ſequenti cap. 3. Sed vult per ſe ipſam præſtare, quod præſtat ſpecies, non in quantum obiectum per ſpeciem mouet efficienter potentiā ad actum, atq; determinat, ſed in quantum in genere cauſæ formalis ipſa actualis intellectio eſt actualiſsima determinatio, & formaliſsima repræſentatio, ſicut etiam per ſe ipſam eſt cognitio ſui, & res à ſe ipſa cognita, de quo diſput. 4. cap. 1.

§. Quartus difficiliora quædam obiecta, & ſolutiones.

Contra noſtram doctrinam §. 2. ſtatutam quædam ſunt argumenta, quæ pro prima ſententia adduci ſolent, difficiliora ſolum propono, & explico. Primum peti ſolet ex communi 29 1. obiectio.

Digitized by Google

ni Theologorum locutione aiente Patrem æternum generare filium per intellectum, Patremq;, & filium producere ſpiritum ſanctum per voluntatem, quæ non conſonant cum doctrina noſtra, in qua nec ſecundum rationem eſt in Deo intellectus, ſed intellectio, nec voluntas, ſed volitio.

Solutio. *intellectus, pro intellectione.* Pſalm.77. Euthym. Genebrar. Pſalm.118. Pſalm.135. S.Thom. S.Bonauet.

Reſpondeo per intellectum, & voluntatem non intelligere Theologos potentiam, ſed actum; imo ſi conſulas ſacram ſcripturam voce *intellectus* ſæpè actus intelligendi ſignificatur ita Pſal.77.verſ.79. ibi, *& in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos*, vbi, vt notauit Euthymius perſiſtit Pſaltes in metaphora ouium, quas paſtor dirigit manu, & ſignificat prudenter, atque intelligenter manibus peritis prudentia diſpoſitis præceſſiſſe illis ducem exhibuiſſe, ita etiam Genebrardus, & alij, item, Pſalm.118. verſ.34. *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam*, hoc eſt, intelligere fac me propriè legem tuam, & verſ. 74. denique Pſalm.135. ibi, *Qui fecit cælum in intellectu*, hoc eſt phraſi Hæbrea, ſumma ſapiētia. Id etiam annotarunt S.Thomas quæſt.17 de veritate artic. 1. in principio corporis, & Bonauentura in 2.diſtinct. 39. ar. 1.quæſ.1.n.7.

Voluntas, pro volitione. Paul. 2. Ad Corint.

Quod verò voluntas in ſacra ſcriptura ſignificet actum, non potentiam, tam notum eſt, vt teſtimonijs opus non ſit, vide Paulum 2. epiſt. ad Corint, cap. 8. ibi, *ſed ſemetipſos dederunt primum Domino, deinde nobis, per voluntatē Dei*, hoc eſt, Deo volente, & infra *ſi enim voluntas prōpta eſt*, & in verbis antecēdentibus. *Nunc vero, & facto perficiet vt quemadmodum proptus eſt animus voluntatis, ita ſit perficiendi*, hoc eſt, volendo perficere, ex quo loco forte ſumptum illud voluntas pro facto reputatur, in quo etiam voluntas ſignificat volitionem: imo fere numquam in alia inuenitur ſignificatione.

2. Obiectio. Auguſt. Anſelm.

Secundum etiam ſummi ſolet ex alia Thologorum phraſi, videlicet Patrem filium generare ex memoria fœcunda, & veluti prægnante, quæ locutio ſumpta eſt ex Auguſtino lib.5 de Trin.c.7. & li.15.c.15. & ex Anſelmo in Monol. cap. 27. atqui memoria fœcunda, & grauida prior eſt actuali intellectione, quippè quæ ab ea procedere ſolet, ergo admittenda eſt in Deo potentia intellectiuà.

Solutio. *Quid memoria fæcunda Patris.*

Reſdondeo negando minorem, imò ipſa eſſentialis intellectio cum relatione paternitatis, vt eſt potentia generatiua, vt latius in tractatu de Trinitate diuina, ità etiam dicitur memoria fæcunda, & prægnans in quantum, vt ſic virtutem continet edendi fœtum, & conceptum producendi, hoc eſt, generandi filium, & producendi verbum.

3. Obiectio

Tertium ſic procedit, in Patre eſt potentia generatiua, non ſolum ad filium genitum realiter à ſe diſtinctum, ſed etiam ad generationem actiuam, non diſtinctam realiter à potentia, ergo pari ratione admitti debet potentia intellectiua in ordine ad actualem intellectionem; nihil obſtante, quod ab ea non diſtinguatur realiter.

Solutio. *Non eſt in diuinis potentia generatiua in ordine ad generationem actiuam.* Caietan. Canarieſis. D.Thom. Gregor. Capreolus.

Reſpondeo negando eam partem antecedentis, in quo affirmatur eſſe in Patre potentiam generatiuam in ordine ad generationem actiuam, ita docent plures Doctores, 1. part. quæſt. 41. art.4. vbi Caietanus, & Canarienſis, & idem docent de potentia creandi in ordine ad creationem, quia cum D.Thoma, tum ibi, tum quæſt. 25. artic. 1. ad tertium; tum quæſt 2. de potentia, artic.1. in fine exiſtimant creationem non eſſe quid medium elicitum inter creaturam, & Deum creantem: id etiam docuit Gregorius in 1. diſtinct 7. quæſt. 1. artic. 1. ad primàm Aureoli, & Capreolus, ibidem artic, 2. ad ſecundam Aureoli contra primam concluſionem, qui conuicti rationibus Aureoli exiſtimarunt in Deo non eſſe potentiam reſpectu actuum notionalium, ſed reſpectu perſonæ productæ. Ego id ſic declaro, ipſa actualis intellectio Patris cum Paternitate eſt ſimul potentia generatiua, & generatio actiua in ordine ad terminum diſtinctum realiter à generante. Itaque in Patre eſt potentia generatiua propriè, & formaliter: immo hæc duo diſtingūtur ratione non tamen præſcindente: item cōceptus potētiæ generatiuæ eſt prior conceptu generationis actiuæ; & à priori infertur ex potētia generatiua generatio actiua: nō tamen ideo illa eſt potentia reſpectu huius in Deo, nec comparari poteſt illa ad hanc per rationem Deum vt eſt in ſe, concipientem, tanquam actus primus ad actum ſecundum; vti diximus ſupra cap.2. de intellectione reſpectu volitionis, & de actu neceſſario reſpectu actus liberi. Ratio à priori eſt, quia, vt reuera non procedit generatio actiua à potentia generatiua, ita ratio concipiens rem, vt eſt in ſe, non poteſt concipere potentiam generatiuam, vt principium generationis actiuæ; vnde generatio hæc actiua ſolum dicitur talis in ordine ad ipſum terminum, quem immediatè reſpicit, non verò in ordine ad potentiam generatiuam.

Declaratio authores.

D.Thom.

D. vero Thomas, cum quæſt.41. art.4. ad tertium dicit eſſe potentiam ſecundum rationem, explicandus eſt de ratione concipiente rem, non vt eſt in ſe, ſed per alienas ſpecies petitas ſolum ex cauſis, & actionibus creaturarum, nō ex Deo.

Cōcil. Remenſe. P. Vazqu.

Quartum ſummitur ex quadam propoſitione Cōcilij Rhemenſis relati à P. Vazquez 1. part. diſp.120.c.2. propoſitio affirmat *eſſe in Deo id, quod eſt ſapiens; & id, quo eſt ſapiens;*

ergo videtur præſupponi Deus conſtitutus ad actualem ſapientiam, qua denominatur ſapiēs: ergo in Deo ſic prius conſtituto præcedit per rationem aliqua potentia,& actus primus ad actualem ſapientiam.

Reſpondeo inſtitutum Concilij eò loci eſſe, definire Deum ſapientem non eſſe ſapientia realiter diſtincta; ibi enim hæc ſcribuntur verba; *ſicubi verò dicit Deum ſapientia dominū, ſapientia ſapientem, magnitudine magnum, diuinitate diuinum eſſe*,& alia huiuſmodi, *credimus non niſi ea ſapientia, quæ eſt ipſe Deus, ſapientem eſſe*. Quæ verba a nobis ſunt quatenus in eis affirmatur, Deum ipſum eſſe ſuam ſapiē tiam,& idem eſſe in Deo eſſe ſapientem, & eſſe ſapientiam diuerſo modo à nobis conceptum abſtractè,& concretè.

5. Arg. Quintum formant quidam moderni, quia in Deo eſt intellectualitas fixa, & permanens, ſed conceptus intellectualitatis fixæ,& permanentis eſt conceptus proprius potentiæ, & habitus, non actus; ergo datur in Deo per rationem prædicatum proprium actus primi, vt condiſtinguitur à ſecundo.

Solutio. Reſpondeo, negando minorem, nam cum Dei ſubſtantia conſtituatur ſua actuali intellectione, tam permanens eſt intellectualitas actus in Deo, quam eſt fixa, & permanens natura Dei, vnde conceptus intellectualitatis permanentis non eſt proprius potentiæ intellectiuæ, ſed communis actui, & potentiæ; quod etiam inuenies in actu intellectionis creato; etenim, ſi verum eſt Angelum non poſſe ceſſare a ſui intellectione per actualem intellectionem, habet intellectualitatem fixam,& permanentem:& Beati, de quibus certum eſt non poſſe ceſſare à viſione Dei, quippe quæ neceſſaria eſt,& perpetua ex natura ſua, per actualem intellectionem ſunt conſtituti in intellectualitate fixa, atque permanenti.

6 Arg. Deniq; obijcies, in creaturis intellectualibus potentia radicalis,& proxima, ſpecies intentionalis,& habitus ſcientiæ diſtinguuntur realiter: ergò in Deo diſtinguuntur ratione. Probo conſequentiam, quia intellectio,& volitio in Deo,& attributa, ideo ſola ratione diſtinguūtur, quia in nobis diſtinguuntur realiter

Solutio. Reſpondeo negando conſequentiam. Ad probationem tranſeat quod ex reali diſtinctione creatæ intellectionis, & volitionis, atq; virtutū ſummat cogitatio noſtra fundamentū ad diſtinguenda in Deo ratione attributa, & volitionem,& intellectionem; at eſt diſcrimē manifeſtum, quod intellectio, & volitio atq; attributa formaliter in Deo ſunt, propterea quod abſoluuntur ab omni imperfectione, potentia vero intellectiua, ſpecies intentionalis, & habitus non ſunt formaliter in Deo propter imperfectionem, quam includunt; nec omne, quod in creatura diſtinguitur realiter, in Deo conſtituendum eſt formaliter ratione diſtinctum; ſi quod eſt in creatura diſtinctum realiter, imperfectionem implicat. Qua ratione negamus in Deo accidentia diſtingui ratione à ſubſtantia, licet in ſubſtantijs creatis realiter diſtinguantur.

Sed contra, licet diſtinctio realis, quę eſt in creaturis, imperfecta ſit; at abſq; imperfectione eandem virtualiter in Deo conſtituimus in ordine ad munera diſtinctionis; non aliter ac ſi actualis, atq; formalis eſſet, vt cōſtabit ex tractatu noſtro de diuina Trinitate: ergo licet actu realiter, influere principium intelligendi in actum ſecundum vitalem immanenter, ſit imperfectio in creatura, poterimus adſcribere facultati intelligendi diuinæ influxum quendam virtualem in eſſentialem intellectionem, & explicare per hoc, quod eo modo ſe habeat in ordine ad habendam eſſentialem intellectionem, ac ſi reuera immanenter in eam influeret.

Reſpondeo, negando conſequentiam; id diſcrimen declaro, ex eo quod diſtinctio actualis realis creaturarum imperfecta eſt, non præciſſe ex ratione diſtinctionis actualis realis, cum hæc etiam reperiatur in perſonis diuinis, ſed ex diſtinctione actuali reali naturarum, ſeu in ordine ad naturas. Vnde cum ea diſtinctio virtualis intrinſeca, quam in diuinis conſtituimus non ſit in ordine ad diſtinguendas naturas, ſed tantum in ordine ad productionem realem, atq; diſtinctionem perſonarum, vt in hac actuali atq; formali reali diſtinctione nulla eſt imperfectio, ita nec in illa virtuali. At e conuerſo, vt influxus actualis realis potentiæ intelligendi creatæ in ſuum actum immanentem, imperfectione liber non eſt. Ita neq; influxus virtualis, qui idem præſtet, quod formalis ſine imperfectione, conſtitui non poteſt. Alias omnes creaturarum imperfectiones poſſent in Deo hac ratione virtualiter collocari. Nec ſatis concipitur quid ſit ille virtualis influxus, nam aut intelligis reuera influere, ac recipere, cum appellas virtualem: vel non? Si primum imperfectionem das Deo per rationem: ſi ſecundum, non conſtituis potentiam intelligendi per rationem in Deo, ſed fingis in Deo eſſe cum non ſit, vt declaratum non ſemel eſt, & tracto diſp. 12. cap. 1.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO TERTIA
DE
CONSTITVTIONE NATVRÆ DIVINÆ per intellectionem.

Diſtincta quinq́; capitibus.

In 1. Sententia negans intellectionẹ conſtitui.

In 2. Notanda pro eligenda ſententia.

In 3. Affirmans ſententia præfertur.

In 4. Quid ſentiat D.Thomas.

In 5. Reſponſio ad argumenta ſententiæ negantis.

ARTICVLVS QVARTVS.
VTRVM INTELLIGERE DEI SIT EIVS SVBSTANTIA.

CONcluſio, cum Deus ſit actus purus in eſſendo, & intelligendo, & nullo diſtincto à ſe perfici poſsit, eius intelligere, eſt eius ſubſtantia.

Cap.1. Sententia negans intellectione conſtitui.

1 *In Deo quadam rationes primaria quadã ſecũdaria*

TAMetſi diuina natura indiuidua omnino in ſe ſit ob ſummã ſimplicitatẽ, & infinitã vnitatẽ, at ex cõcordi Theologorũ ſentẽtia ſubſũmendũ e[illegible], eſſe quaſdã in ipſa rationes primarias, quaſdã ſecundarias, illaſq́; à nobis merito concipi, vt ſpectantes ad primariã, ſeu methaphyſicã naturę diuinæ conſtitutionẽ: has verò vt ad ſecundariã, & ad phyſicã, imò poſteriores has eſſe veluti proprietates priorũ in eis radicatas, quaſi logicè. ſeu eas neceſſario ratione noſtra preſupponẽtes. Id declaro quibuſdã exẽplis. Primũ ſit volitio Dei neceſſaria, quæ ad ſecundariã Dei conſtitutionẽ ideo ſpectat, quia eſt intellectione poſterior ratione noſtra cũ fundamẽto in ipſo Deo. Secũdũ ſit volitio, & ſcientia libera. quæ ſunt neceſſarijs ratione poſteriora, propterea quod terminatio eorũ actuũ ad obiecta libera præſupponit terminationẽ neceſſariorũ ad obiecta neceſſaria, cùm fundamento, tum in ipſis obiectis; nã cognoſcibilitas neceſſariorũ prior eſt ratione cognoſcibilitate liberorũ, vt fuſe declaro cũ deuenerim ad ſciẽtiã Dei circa hæc obiecta. Tũ in ipſo Deo, hoc fundamentum ex obiectis in Deũ trãsfũditur. Tertiũ in diuinis relationib' quæ ratione poſteriores ſũt formalitatib' abſolutis. Quar. deniq; in immutabilitate, quæ eſt ratione prior æternitate. Et in immenſitate, quæ etiã præcedit ratione immobilitatẽ in ordine ad locũ. Id etiã abundè probabunt, quæ in hoc cap. ſubijcio ex ſanctis Patribus pro ſententia negante, è Theologis Scholaſticis, bene de hoc argumẽto, Altiſiodorenſis lib.1. ſummæ c.3. quæſt. vlt. Altiſiod. Alb. in 1. diſt. 2. ar. 19. Alb. Alẽſis 1.p.q.52. membr. 1. Alenſ. Capreolus in 1.d.8.q.4.ar.1. Capreolus. P.Mol. 1.p.q.2. art.3. ad finẽ, vbi diſtinguit prædicata quaſi eſſentialia Deo, vt eſſe ens, ſubſtãtia, ſpiritualis, P.Mol.

Digitized by Google

à ſe ab alijs quę veluti affectiones in Deo ſunt, ideoq; attributa Dei nũcupãtur vt eſſe misericordé, iuſtũ, & alia id genus, quę reuera nihil ſũt aliud, quam actus liberi virtutum. P. Vazquez tom. 1. in primam partem q. 13. art. 2. n. 30. & tom. 2. diſp. 113. c. 6. n. 34. diſ. 119. c. 3. Genebr. li. 1. de Trinit. fol. 61. Galatinus li. 2. de Arcanis.

P. Vazquez
Genebr.
Galatinus.

Quæ ſint in Deo quędam veluti primaria & eſſentialia prædicata alia vt ſecundaria, & affectiones Dei.

Ratio à priori huius veritatis hæc eſt. Licet natura diuina in ſe omnino ſimplex ſit, et ex omni parte, ſeu in omni latitudine infinita, non obſtãte tamé ea ſimplicitate, & hac infinitudine, pręſtat omne, quod pręſtat eſſentia, & natura creata; omne, quod perſonalitas creata; omne deniq; quod proprietates creatæ, qua ratione propriſsimè dicimus Deũ, eſſe Deũ natura ſua, nõ proprietate perſonali: naturã diuinã eſſe terminũ formalé generationis, vt eſt cómunicatio, nõ relationé: ité relationé produci generatione, nõ naturã: ité relatione terminari naturã, eáq; ad relationé terminari, nõ è cõuerſo relationé natura: Patré æternũ intellectu, non voluntate generare Filiũ: Filiumq; æternum cum Patre voluntate ſpirare Spiritum Sanctum, non intellectu. Propter has ergo naturæ diuinæ functiones, adiuncta Analogia, & ordine ad res, naturaſq; creatas, mens noſtra inadæquatè & imperfectè, per alienaſque ſpecies e reb⁹ corporeis hauſtas, denudãs rationes has ab imperfectionib⁹, quibus ſcatẽt in creaturis ipſas Deo affingit, quaſdãq; perfectiones, vt eſſentiales, & primarias non immerito concipit, alias vt ſecundarias, & veluti affectiones Dei.

2
1. Sententia Negans.
Capreolus.
Caiet.

Hac doctrina pręſuppoſita intellectionem, ſeu ſapientiam Dei inter ipſius perfectiones ſecundarias (quæ ſupponunt eſſentiam Dei cõſtitutã) vult cõmunis ſententia Thomiſtarũ annumerãdas eſſe. Ita Capreol⁹ in 1. diſ. 8. quæſ. 4. art. 1. & diſt. 25. quæſt. 1. art. 2. vbi refutat Aureolum. Caietanus 1. part. quæſt. 1. art. 7. ſapientiam numerat inter attributa, quæ conſequuntur Deitatem, & in hac quæſt. art. 5. §. *ad hoc igitur*, ait, propoſitionem hanc, *Deus eſt ſua intellectio*, eſſe identicam. Et 2. 2. quæſ. 1. art. 1. § *ad euidentiam* expreſsis verbis *non ita ſe habet Deus* (ait) *ad eſſe ſapientem, ſicut ad eſſe verum, quia eſſe ſapientem addit naturam ſapientiæ ſupra naturam Deitatis, licet ſint idẽ realiter*; ſed eſſe verum, non addit aliquam naturam ſupra Deitatem, ſed eamdé alio modo ſignificat. Idem tenuit Ferrarienſis 1. contra gentes cap. 45. Banes quæſt. 8. articul. 8. vbi ſicut immutabilitas in Deo eſt ratio æternitatis, veluti proprietas eius, ita intelligibilitas eſt proprietas diuinæ eſſentiæ: ergò multo magis erit intellectio, quæ intelligibilitatem pręſupponit. Ex noſtris Doctoribus in eadem ſunt ſententia P. Molina 1. parte quæſt. 2. art. 3 in fine, vbi inter attributa diuina, & affectiones Dei numerat intellectum, voluntatem, ſapientiam, bonitatem &c. P. Vazquez 1. part. quæſt. 13. art. 2. n. 30. & tom. 2. diſp. 119. cap. 3. in principio, & nouiſsimè P. Aloiſius Turrianus, diſ. 2. de obiecto formali fidei dub. 1. vbi affirmat veritatem hãc efficaciter probari ratione quã infra ſubijcio, & quam ipſe leuiter attingit, & P. Petrus Arrubal. 1. tom. in 1. part. nuper edito diſp. 28. cap. 3.

Ferra.
Banes.
P. Mol.
P. Vazquez
P. Turrian.
P. Arrubal.

De D. Thom. res eſt controuerſa, cui parti ſuffragetur, hinc inde in patrociniũ adducitur. Eius mẽté c. 4. ſcrutabor ex varijs eiuſdé locis.

3
Probatio 1. ex Patribus.
Chriſoſt. t. 5. diſp. contra Anomeos.

Hæc ſententia probatur 1. ex Patribus Primo Chriſoſtomus homil. 1 de incõprehenſibili Dei natura, non longè ab initio agens de Dei ſubſtantia, atq; ſapiẽtia, *non à ſapientia* (inquit) *ſubſtantia, ſed ex ſubſtantia ſapientia eſt*. In quibus aperte ſignificare videtur ſapientiam eſſe attributum Deitatis: nam cum voluerit ſignificare ſapientiam Dei in re ipſa procedere à diuina ſubſtantia, neceſſarium videtur, mentem ipſius fuiſſe, eſſe poſteriorem ratione Deitate, & attributum eius. Gregorius Niſſenus in libello de eo quod non ſint tres dij, parum ab initio ait *Nomina, quæ Deo attribuimus, non ſignificare naturam diuinam, ſed illa, quæ ipſam circunſtant*. Et deinde ait. *Vnum ex his nominibus eſſe illud, quo Deum appellamus ab actu ſpectandi, & videndi*, & concludit *efficaciam, itaq; & non naturam ſignificat nomen Deitatis*. Igitur exiſtimauit Gregorius nomine Dei, quo ſignificatur operatio intelligendi, non ſignificari naturam Dei, eo quod in operatione intelligendi, natura Dei conſiſtere non poſsit.

Niſſen.

Deniq; Damaſ. lib. 1. de fide cap. 4 agens de Dei incõprehẽſibilitate ad finẽ ibi, *quæcũq; autẽ de Deo per Theologiã affirmatiuã dicimus, nõ naturã eius, ſed ea, quæ ſũt circa naturã, inſinuãt nã ſiue bonũ, ſiue iuſtũ, ſiue ſapiẽtẽ, ſiue quiduis aliud dixeris, nõ naturã dicis Dei, ſed ea, quæ ſũt circa naturã*. Sẽſus eſt, naturã diuinã à nobis nõ explicari, cũ eũ appellam⁹ ſapiẽté, bonũ, iuſtũ &c.

Damaſc.

Afferri etiã ſolet Auguſt. 15. de Trinit. vbi à cap. 5. ſæpè ſapientiam Dei eodem modo de Deo affirmari vult, ac iuſtitiam; ſed iuſtitia attributum eſt, ergo ſapientia.

Aug. non bene affertur.

Sed teſtimoniũ hoc leue eſt, nã ibi ſolũ ſibi vult, Auguſtinus has perfectiones non dici de Deo relatiue ſicut generari & genitum eſſe, vt videnti conſtabit.

Secũdo probatur ſententia ex Ariſt. lib. 12. Met. c. 7. à tex. 36. vbi cũ dixiſſet, eſſe aliquid æternũ, quod nõ motũ mouet, quodq; ſubſtãtia & actus ſit, deinde docuit, intellectioné in hoc æterno eſſe principiũ volitionis, & intelligibile principiũ intellectionis: ergò vt volitio non eſt de ratione intellectionis, nec eſſentialis naturæ Dei, ita nec intellectio eſt de eſſentia principij

2. ex Ariſt.

Digitized by Google

principij intelligibilis, per quod natura Dei conſtituenda erit.

4 Tertio probatur ratione, quia intellectio habet pro obiecto primario diuinam eſſentiam; ergo non poteſt formaliter conſtituere illam. Probo antecedens, quia intellectio ſupponit diuinam veritatem, & intelligibilitatem obiectiuam, ergo eſſentiam; conſequentiam probo Primo ex S. Iuſt. Mar. lib. Chriſtianarũ quæſtionũ ad gentes quæſt. 3. in refutatione reſpõſionis Græcorũ, vbi probat voluntatẽ Dei diſtingui ratione ab ipſo Deo, quia Deus ipſe eſt obiectũ ſuę voluntatis. *Quomodo igitur* (ait) *idẽ eſt cum eſſentia voluntas, cum volũtas, & quod volũtate expetitur aliud, & aliud ſit; ſicut ſẽſus & id quod ſub ſẽſũ cadit, &c.* Quæ ratio pariter probat de intellectione reſpectu obiecti intelligibilis. Secundo probo ex S. Th. hic ar. 4. cũ (ait) *ſicut eſſe ſequitur formã, ita intelligere ſequi ſpeciẽ intelligibilẽ, & in Deo nõ eſſe aliã formã, & ſpeciẽ præter eſſentiã diuinã*, ergo ſenſit plane ex huius rationis efficacia intellectionẽ Dei eſſe attributũ eſſẽtiæ. Tertio ex eodẽ S. Th. 3. cõtra gẽtes ca. 26. vbi in 2. ratione, cũ dixiſſet obiecta eſſe naturaliter priora actibus potentiarum, infert obiectum voluntatis eſſe prius eius actu, atq; adeò actum voluntatis non poſſe eſſe primum volitum; & ratione 3. agens de actu intellectus *in omnibus potentijs* (ait) *quæ poſſunt conuerti in ſuos actus fertur primò in obiectum, & poſt modum in ſuum actum; ſi enim intellectus intelligit ſe intelligere, prius oportet ponere, quod intelligat rem aliquam, & conſequenter quod intelligat ſe intelligere, nam ipſum intelligere quod intellectus intelligit alicuius obiecti eſt, vnde oportet quod, vel procedatur in infinitum, vel ſi eſt deuenire ad primum intellectum, hoc non erit primum intelligere. Sed aliqua res intelligibilis.* Qua ratione probatur intelligibile diuinum ſaltẽ ratione præſuponi debere ad actualem intellectionẽ Dei; atq; adeò nõ poſſe ea conſtitui naturam diuinam.

3. Ratione.

Iuſtinus. Mart.

D. Thom.

Id 3.

Deniq; quia conceptus naturæ diuinæ, vt eſt ens à ſe per ſe ſubſiſtens, ſpirituale, vndequaq; infinitum fundamentum, & radix proprietatum perſonaliũ abſtrahit ab actuali operatione, & eſt prior conceptũ eius, ſed negari non poteſt in illis prioribus rationibus naturam Dei conſiſtere, ergo intellectio eſt attributum naturæ, & extra illam conſtituta. 4. Ratione.

Cap.2. *Notanda pro eligenda ſententia.*

5 ETSI diſputatione præcedenti, fundamenta iecerimus, è quibus petenda eſt vera reſolutio noſtræ rei, quia tamen tam altè peruolat cogitatio noſtra in ea, vt perſcrutetur ſecretiora Dei, & penetrare audeat naturæ diuinę intimos ſinus, ideo apprimè quædam notanda ante definitionem.

Eſſentiam Dei ſecundum omnẽ latitudinẽ perfectionis omnibus attributis conſtitui.

P. Suarez. Canar. P. Molin.

Primo non agimus de eſſentia Dei ſecundum totam latitudinem perfectionis in genere entis a ſe, nam eſſentiam Dei ſic ſumptam continere intra ſe tum intellectionem, tum volitionem, tum omnia attributa, tam neceſſaria, quam libera mihi perſpicuum eſt, & bene demonſtrat P. Suarez tom. 2. Meta. diſp. 30. ſec. 6 & Canarienſis de Trinit. quæſt. 28. diſ. 2. dub. 1. P. Mol. ibidẽ diſ. 4. etenim eſſentia Dei ex ſe eſt infinita in omni genere entis à ſe, ſummeq; perfecta, vnde ſicut ex eſſẽtia ſua eſt exiſtẽs, & gaudet beatitudine, ita cõtinere debet omnẽ perfectionẽ excogitabilẽ. Nõ dico in ipſa eſſentia diuina re, aut ratione includi attributa nã diſtinctio includentis, & incluſi re ipſa in Deo eſſe nõ poteſt, nã includẽs reſpectu incluſi eſt totũ diſtinctumque ab illo. Quæ etiam ratio forte probat nec ratione noſtra attributa mutuo ſe ſe includere, aut eſſentiam attributa poſſe: Nam ſi miſericordia v.g. includeret iuſtitiam, eſſet totum includens reſpectu eius, & iuſtitia eſſet veluti pars, ac proinde miſericordia eſſet maius, iuſtitia minus, miſericordia continens, iuſtitia contentum: etſi è conuerſo iuſtitia includeret miſericordiam, iuſtitia eſſet includens, & totũ; miſericordia incluſum, & pars: iuſtitia maius, miſericordia minus: iuſtitia continens, miſericordia contentum: concipere verò de eodem ratione noſtra, & eſſe includens & totum, & eſſe incluſum & partem, & eſſe maius, & eſſe minus, & eſſe continens, hoc eſt, vltra rem contentam, habere aliquid extra eã, & eſſe contentum, hoc eſt, cõtineri intra eam, & non habere aliquid extra, non eſt Deum, vt eſt in ſe, conſiderare; ſed comminiſci chimeras, quas nec forte apprehendere poteſt. Sed de hoc alias. Tractatu de Trinitate.

6

Nec re, nec ratione includi attributa in Dei eſſentia.

7 Secundo prænotandum, non agere nos de omni prædicato eſſentiali incluſo in diuina eſſentia, ita tamen generali, vt ſit veluti quoddam tranſcendens omni perfectioni diuinæ, v.g. Deum eſſe ens à ſe, in quo prædicato negatur dependentia omnis cauſæ ex quatuor generibus, fundatur eſſe per eſſentiam, & negatur eſſe ens per participationem, fundatur negatio defectus perfectionum, quarum capax eſt, continetur integritas, ſeu bonitas Dei abſoluta infinitudo, immutabilitas inceptionis, aut deſitionis, & aliter ſe habendi, inuariabilitas ſucceſsionis in duratione; hoc eſt

De quibuſdam prædicatis trãſcendentibus diuinis

eſt æternitas, infinitas in exiſtentia in loco, hoc eſt, immenſitas; tandem ſimplicitas, & alia huiuſmodi. Nam hæc prædicata, etſi eſſentialia, ita communia ſunt, vt cuicumque perfectioni diuinæ, ſiue abſolutæ, ſiue relatiuæ competant. adeo vt quiuis conceptus de perfectione Dei expreſſe concipiens quamlibet harum rationum reſolui debeat in plures conceptus, alium proprium perfectionis conceptę v.g. iuſtitiæ, paternitatis &c. alios iam enumeratos; nam quęuis perfectio Dei eſt ens à ſe independens ab omni ex quatuor generibus cauſarũ, ens per eſſentiã infinitũ, immutabile, inuariabile, immẽſum, ſimplex &c. Hoc notarim propter quoſdã modernos, quorum ſcripta nondum typis excuſſa, ſcripta tamen vt excudantur, qui cum in hanc difficultatem incidiſſent plus iuſto digrediuntur in explicandis his prædicatis erudite, ſed abs re. Etenim cardo huius difficultatis in eo verſatur, vt aſſignemus in Deo per rationem noſtram conſtitutiuum vltimum quaſi metaphyſicum, quo non ſolum diſtinguatur à creaturis, vt diſtinguitur per illa omnia prædicata, ſed quo diſtinguatur Deus ab alijs formalitatibus, quas in Deo eſſe agnoſcimus, ſed merito vt ſecũdarias cõcipimus cũ fundamẽto in Deo, vt explicui cap. 1. n. 1. hoc autẽ prædicatũ duas habere debet conditiones. Prima vt ſit ex genere ſuo omnium perfectiſſimum, nam vltima ratio cõſtitutiua rei ſemper eſt omnium, quæ in re ſunt perfectiſſima. Secunda quod ex ea veluti ex radice ceteræ erumpant quaſi logicè, hoc enim etiam proprium eſt formalitatis vltimæ conſtituentis, & naturę rei.

Impugnatio modernorum quorum ſcripta typis excudenda.

8 Tertio prænotandum, quoſdã nouiter diſtinguere aggreſſos, inter eſſentiã, & naturam; eſſentiam dicunt dictam ab eſſe, & proprie ſignificare, id quo aliquid eſt, ſeu rationem eſſendi intra ſe præciſſe ſine vllo ordine ad operationem, naturam vero inuoluere hunc ordinẽ, ſeu proximã rationem operandi. Allegant Auguſtinum 12. de Ciuitate Dei cap. 2. ibi, *ſicut ab eo quod eſt ſapere, vocatur ſapientia, ſic ab eo quod eſt eſſe vocatur eſſentia nouo quidem nomine, ſed iam noſtris temporibus vſitato.* Et Diuum Thomam infra quæſt. 39. art. 2. ad tertium & opuſc. de ente & eſſentia cap. 1. Bonauenturam in 3. diſt. 5. art. 2. quæſt. 1. ad finem, vbi eſſentiam, in quadam abſtractione conſiſtere, ſcilicet, ab operatione, & principio operãdi ait, naturam vero vltra eſſentiam dicere explicate principium operationis docuit Ariſtoteles 2. Phyſ. textu 3. Et 5. Met. cap. 4. & conſtans eſt apud Philoſophos.

Diſtinctio eſſentiæ diuinæ á natura nõ recipienda.

Auguſt. D.Thom. Bonauent. Ariſt.

Ceterum in hac diſtinctione parum video emolumenti, & fundamẽti. & vt omittam modo, ſolemne eſſe paſſim apud ſanctos Patres naturam pro eſſentia, & eſſentiam pro natura vſurpare, vt conſtat tum ex allegatis teſtimonijs pro ſententia negante, tum ex Auguſtino lib. 2. de moribus Manichęorum cap. 2. & Boetio lib. de duabus naturis ad initium, tum denique ex Ariſtotele lib. 5. Meta. cap. 4. vbi recte P. Fonſeca. Vt (inquam) hoc omittam ſi eſſentia rei, pro integra ratione ſpecifica ſumatur, vt ſumi debet, nõ poteſt diſtingui à natura, niſi ſecundum conceptum magis aut minus expreſſum, non tamen ita vt conceptus naturæ addat aliquam rationem formalem, à qua præſcindebat conceptus eſſentiæ. Declaro in eſſentia hominis ſpecifica, hæc cum concipitur in quantum eſt homini ratio eſſendi hominis, poteſt ſanè eſſentia appellari, at in eo conceptu rationalitatem actu concipimus, quæ eſt vltima differentia hominis, quæque eſt principium ratiocinationis; vnde etſi duos conceptus formare poſſimus eſſentiæ hominis, alterum in ordine ad dandum eſſe hominis, homini, alterum in ordine ad operationem ratiocinandi, cuius virtus eſt rationalitas, & eſſentia hominis, at neuter eorum conceptuum abſtrahere poteſt à rationalitate. Pariter in eſſentia Dei, ſi illam concipimus perfecte quaſi ſpecifice conſtitutam non ſolum in adæquate per prædicata quędam generalia tranſcendentia numerata in ſecundo prenotato, non poſſumus præſcindere ab actuali intellectione, principioque operandi magis, quam (vt dicebam) de rationalitate, diuerſis conceptibus, & expreſſius, & confuſſius conſiderare poſſumus, & vt eſt Deo ratio eſſendi Deum, & vt eſt operatio, ſeu operationis principium. Vnde ſiue conceptum priorem appelles conceptum eſſentiæ, & poſteriorem conceptum naturæ, de quo non curo; at neuter abſtrahit ab intellectione actuali per quam natura diuina conſtituitur; & quemadmodum qui de homine concipit eſſe ens ab alio, eſſe per participationem, contingens, finitum, mutabile, ſubſtantiam cõpletam &c. non concipit eſſentiam hominis, ſed quid cõmune eſſentiæ hominis & alijs eſſentijs, & ſi concipiat homini eſſentialia: Ita qui de Deo concipit eſſe ens à ſe per eſſentiam, neceſſarium, infinitum, immutabile, æternum, immenſum, ſimplex &c. Non concipit adæquate eſſentiã Dei, ſed prędicata quędã cõmunia eſſentiæ Dei, & alijs, quæ ſunt extra eſſẽtiã Dei, vt attributis, & relationibus. Nã licet in Deo nõ ſit proprie genus, & differẽtia, ſicut in homine, poſſunt tamẽ circa ipſũ verſari cõceptus prędicatorũ vniuerſaliũ, & vltimorũ, ergo vt cõceptus eſſentię hominis nõ poteſt preſcindere a rationalitate, ita cõceptus eſſẽtiæ Dei nõ poteſt præſcindere ab actuali intellectione ſi per

Auguſt. Boetius. Ariſt. P. Fonſeca.

Digitized by Google

ſi per ipsã cõſtituitur vltimo eſsẽtia Dei. Quæ autẽ allegabantur ex Auguſtino, D.Th. Bō. pro ea diſtinctione, non probant eſſentiam abſtrahere à natura, aut naturam nouum adferre prędicatum. Sed vel ethymologiam horum nominum aliam, & aliam eſſe, aut ratione noſtra eſſentiam, vt eſſentiam diſtincta conſideratione, ac reſpectu dici, quàm naturam vt explicatum iam.

Denique prænotandum, in hunc axem ſolummodo deuoluendam eſſe omnem diſceptationem inter Doctores primæ ſententiæ, & ſecundę; quod illi contendunt repugnare non conſtitui naturam diuinam per aliquid prius intellectione, ſcilicet per radicalem vitam intellectiuam, & eo vt id probent, referuntur omnia eorum argumẽta, ſi vero illi cogitare poſſent quo pacto ipſa actuali vita intellectuali conſtitui poſſet Deus in ſua natura, non negarent, tum eam conſtitutionem ex genere ſuo perfectiorem eſſe, quatenus omnis actus perfectior eſt potentia ex genere ſuo, tum Deum ita conſtitui debere, quia à naturæ lumine inſitum omnes habent Deum conſtitui in ſua natura eo perfectionis genere, quo nihil eſſe, aut cogitari poteſt excellentius. Secunda vero ſententia contendit omnem implicationem propellere, idque rationes eius demonſtrant, eaque propulſa tota res geſta eſt.

Cap. 3. *Affirmans ſententia præfertur.*

9 *Tria P. Suarez dict.*

PAter Franciſcus Suarez noſtri ſæculi orbe plaudente communis Mag. tria docuit. Primum. 2. tom. met. diſput. 30. ſect. 6. & lib. 1. in primam partem, cap. 11. nempè omnia attributa eſſe non tantum eſſentiam Dei, ſed de ipſius eſſentia, in eaque eſſentialiter, & in ſe ipſis mutuo incluſa. Secũdum, ſect. 15. num. 4. reſpectu actualis ſcientiæ eſſe in Deo actum primum ratione noſtra. Tertium, n. 14. intellectionem actualem nihilominus eſſe de eſſentia Dei ſpeciali quadam ratione tãquam proprium conſtitutiuum formale, ſpecificæ quaſi naturæ Dei, propter maiorem perfectionem gradus intellectualitatis præ alijs. *Quidã primũ cũ tertio nõ cohærere.* Quidam arbitrantur non conſtare primum cum tertio dicto, eo quod ſi omnia attributa ſunt de eſſentia Dei in ea incluſa, veluti rationale includitur in eſſentia hominis, omnia attributa conſtituunt quaſi ſpecificam naturam Dei: nõ ergo intellectio ſeu ſcientia eſt ſpeciali ratione conſtitutiuum naturæ ipſius. *Demõſtratur cohærere.* Sed hi mentem P. Suarez non inſpexerunt, & vt ommittam modo mihi non probari illam incluſionẽ, etiã ratione noſtra attributorũ in eſſentia, & inter ſe propter rationẽ, quam tetigi ſup. c. 2. notatione prima: at vero duplex cõſtitutio in diuina natura cõſiderãda eſt, alia quaſi phyſica, quatenus natura diuina infinita eſt in omni latitudine entis diuini; ideoq; ex propria ratione ſecũ idẽtificat omnes perfectiones, quarũ ipſa eſt capax, & ſic ſe ipſam integre, & perfectè vndequaque bonam conſtituit; alia quaſi metaphyſica. Hæc conſtitutio actu non continet in ſe cumulum perfectionum phyſice formaliter veluti integrantium eſſentiam Dei, ſed formalitatem ſolum in ſublimiori gradu entis diuini conſtitutam, primariamque, & immediatè determinantem prędicata, quaſi communia, & tranſcendentia Dei, eaque redigentem ad naturam ſpecificam metaphyſice, ita vt ex ea veluti ex primaria conſtitutione emanare intelligantur, alia ſecundaria, de quibus phyſice integrare diximus naturam Dei. *Duplex naturæ diuinæ cõſtitutio alia Phyſica alia metaphyſica.* Hoc poſito primum dictum Patris Suarez de prima cõſtitutione verum eſt, & conſtat cum tertio accepto in ſecunda conſtitutione. Quod etiam verum eſſe in hoc articulo conabor oſtendere.

10 *Secũdum cum 3. non cohærere oſtẽdit author.*

Ego quidem minus percipio quopacto in concordiam veniat ſecundum dictum cum tertio. Nam ſi agnoſcit ipſe actum primum ratione noſtra reſpectu intellectionis actualis, agnoſcat neceſſe eſt vitam intellectualem per modum actus primi ratione præcedentem actualem intellectionem, adeò, vt à nobis concipiatur veluti radix actualis intellectionis, & cum ex alia parte nullam in eo actu primo Pater Suarez percipiat imperfectionem, propter quam repugnet formaliter eam eſſe in Deo, aliàs non attribueret Deo eum actũ primum, ſi exiſtimaret formalem eius conceptum non poſſe abſolui ab imperfectione. Ex his, (inquam) ego non video, quo pacto potuerit ipſe conſtanter aſſerere, & actualem intellectionem eſſe vltimum quaſi ſpecificum naturæ diuinæ metaphyſice conſtitutiuum, & radicem cæterorũ, quæ in Deo formaliter ſunt: etenim actus ille primus vitæ intellectualis, vt eſt ratione præcedens, & veluti radix actualis intellectionis, eſt primum metaphyſice conſtitutiuum, per quem redigitur natura diuina ad primum ſpeciei athomæ cõceptũ, eumq; perfectiſsimum per ipſum, & radicẽ cæterorum: ergo intellectio actualis pertinere non poteſt ad primariam conſtitutionem naturæ diuinæ, ſed ad ſecundariam ex alia priori deriuatam: Vnde vt volitio reſpectu intellectionis perti-

Digitized by Google

net ad ſecundariam & quaſi phyſicam Dei cō-ſtitutionem,ita intellectio reſpectiue ad illum actum primum erit veluti ſecūdaria ratio ſpectans ad ſolam Dei phyſicam conſtitutionem, quin in hoc diſcrimen aliquod momenti poſſit excogitari.

Autores pro ſecūda ſentētia. Vnde omnes ſcholaſtici,ac præcipuè Aureolus, qui dedit initium huic doctrinæ hoc ipſo quod negarunt actum primum, eſſentiam Dei primùm metaphyſicè conſtitui intellectione arbitrati ſunt,è conuerſo vero ſcholaſtici adſcribentes Deo actum primum intelligendi aſſeruerūt in eo actuprimo cōſtitui naturā Dei, & intellectionem actualem extra eſſentiā Dei conſiderarunt, & vt ſolum identicè ſpectantē ad conſtitutionem naturæ abſolutæ.Omnes retuli diſputatione ſuperiori,cap. 3.negantes actum primum, eoſdemque pro hac ſententia relatos puta.

11 Auguſt. *Probatur ex Patribus.* Pro ſententia igitur affirmante non deſunt ſanctorum Patrum teſtimonia. Primum adduco Auguſtinum 6. de Trinit. cap.6.&7. & 15. cap. 5. vbi habet hæc notanda verba: *non eſt aliud ſapientia eius, aliud eſſentia, cui hoc eſt eſſe quod ſapientem eſſe*, quibus probatur contra diſtinguētes eſſentiam à natura (de quibus capite ſuperiori annotatione 3.) ſapientiam Dei non ſolum eſſe de conceptu naturæ, ſed etiam de conceptu eſſentiæ.Legi etiam poteſt Dionis. Dioniſius lib. de diuinis nominibus, cap. 2. vbi ex profeſſo oſtendit Deum eſſe eſſentialiter vitam actualem,& ſapientiam.Porro S.Maximus apud Euthymium in Panoplia parte,1. titulo 3. cap.cuius initium eſt.*Deus qui cognitio per eſſentiā.*& infra cap. quod incipit Deus propriè, ſic proſequitur: *Deus proprie nec intelligere dicitur,nec intelligit,ne compoſitus exiſtimetur,nam quod intelligit coniunctā habet intelligendi poteſtatem, & quod intelligitur poteſtatem habet coniunctam vt intelligatur,nec intelligentia proprie dicitur;ſiquidem intelligentia naturaliter habet eſſentiam ſubiectam ipſius intelligentiæ ſuſceptricem. Reliquum igitur eſt, vt poſt hæc cum non poſsimus Deum intelligentiam dicere, dicamus eum ipſam per eſſentiam intelligentiam,& totam intelligentiam, & intelligentiam ſolam, atque omni intelligentia præſtantiorem.*In hoc ſecundo teſtimonio non poterat preſsius ad ſcholaſticum morem noſtram ſententiam proferre.In primo verò cognitione actuali conſtitui non ſolum naturam, verum & eſſentiam expreſsis verbis ſcripſit.

S.Maxim. S.Maxim. & Ziparſ. Euthymius Produco præterea ex Ioanne Zipariſioto decade 10 cap.7. verba eiuſdem S.Maximi *Deus (ait) ſecundum eſſentiam ſuam quodcumq;eſt ſecundum ſubſtantiam cognitio eſt ineffabilis, quæ in mente,& verbo, & ſpiritu ſancto per ſe exiſtit.* Ecce naturam communem tribus perſonis eſſe cognitionem ineffabilem.Marius Victorinus,lib 3. aduerſus Arrium ante medium. *Nō eſt aliud*(ait) *quod viuit,& aliud quo viuit, quod viuit,& viuere. & intelligere idem omnino eſt*,tomo 5.ſacræ Bibliothecæ habentur verba,de hoc Mario Afro facit mentionem Aug. lib.8. confeſsionum, cap. 2. qui in ſumma ſenectute ad fidem eſt conuerſus, poſt conuerſionem relictis gentilium libris quædam Theologica ſcripſit;aduertit tamē Bellarminus,libello de ſcriptoribus eccleſiaſticis, cautè legenda quæ ab eo ſcripta ſunt, quia author magis arti Rethoricæ, quam Theologicæ, aut litteris ſacris operam dedit.

Denique S. Iuſtinus,vt refert idem Zipariſiotus decade 10. cap.4. *Deus (inquit) vt mens perſpicax intelligere poteſt ſemper eſt energia,id eſt actu.non ex imperfecto ad perfectum procedit,nec aliud quidquam præter ipſum per ſe actum eſt ipſa per ſe ſubſtantia.* Hæc teſtimonia ideo refero,quia de ſapientia Dei ſpeciatim loquntur. Alia adferri ſolent abs re, quia ſolū dicunt generaliter quidquid eſt in Deo eſſe eius eſſentiam, in quibus Patres ſolum volebant in Deo non eſſe diſtinctionem realem, non eſſe accidens, non eſſe compoſitionem, vel ſolum loquebantur de conſtitutione quaſi phyſica naturæ Dei. S.Iuſtinus. ex Zipariſ.

12 Aliud arg. *Quid nomē* Deus? *quid nomē qui eſt? ex S.Tho.* Deinde pro noſtra ſentētia ſūmo argumētum non contemnendum ex doctrina D.Thomæ 1.part.quæſt.13 art.8. vbi S. Thomas decernendum ſuſcipit an hoc nomen *Deus* ſit nomen naturæ, quem articulum inſtituit,vt declaret ſententiam Damaſceni 1.de fide,cap. 12.ideoq; cum ipſe tueatur eſſe nomen naturę, adeò vt proprius per ipſum ſignificetur natura Dei,quam per nomen *qui eſt*. Primum argumentum contra ſuam reſolutionem petiuit ex Damaſceno ſupra,ſcilicet,quod Deus dicitur Atheym,quod eſt curare,& fouere vniuerſa; vel ab Ethym, id eſt,ardere; vel à Theaſte, quod eſt conſiderare omnia.Et reſpondet doctrina ſatis trita aliud eſſe id,à quo ſumitur nominis Ethymon,aliud id, ad quod ſignificandū nomen imponitur, declarat exemplo lapidis, quod nomē naturā lapidis cum ſignificet, deſumptū eſt ab aliqua actione eius, quia lædit pedē,ita (inquit) Deus,quia innoteſcit nobis ex operationibus,vel effectibus,vbi nota nō loqui D.Thomam de operatione eſſentiali, qualis eſt intellectio,ſed de operatione ad extra, ita dicente D.Thoma in eo articulo: *Vnde,hoc nomen Deus eſt nomen operationis quantum ad id à quo imponitur ad ſignificandum, imponitur enim hoc nomen, ab vniuerſali rerum prouidentia*, in quam ſentētiam allegat Dioniſium 12. cap. de diuinis nominibus dicentem quod Deitas eſt, quæ omnia videt prouidentia, &

boni-

bonitate perfecta. Quod ſi nomen *Deus* ſignificat propriè naturam Dei, ex D. Thoma, pro quo ſunt fere omnes Patres, etſi primo impoſitum ſit ex externa rerum prouidentia, & gubernatione; at cum ipſum in rigore ſignificet cognitionem Dei, qua ſe, & cuncta videt, & à qua, tanquam à cauſa perſe, omnium gubernatio procedit, ſignum eſt propriſsimã naturam Dei in cognitione conſiſtere.

Moderni memorati cap. 2. vtrumq; nomen *qui eſt & Deus* contendunt pertinere ad eſſentialem rationem Dei id confirman tex quibuſdam Patribus, quos vt in concordiam redigant, vtuntur ea diſtinctione eſſentiæ, & naturæ, & volunt nomen *Qui eſt* eſſentiam ſignificare, nomen *Deus*, naturam. Patres allegat P. Vazq. to. 1. in primam partẽ diſput. 58. c. 1.

Qui diſputatione ſequenti, cap. 3. num. 9. affirmat nulla ratione deffendi poſſe, nomen *Deus*, magis proprium eſſe Dei, quam nomẽ, *Qui eſt*, cum id expreſſe docuerit D. Thomas, contra quem duo obijcit. Primum licet nomẽ *Deus* ſubſtantiam ſignificet, eam etiam ſignificat nomen, *Qui eſt*, aut Tetragrammaton: ergo paria ſunt. Secundum quod nomen *Deus*, ab actione deriuatum eſt, nomen *Qui eſt*, ab eſſe & proprio actu naturæ, ergo explicatius hoc nomine ſignificatur, quam illo natura Dei.

13 Neutrum horum probo. Nõ primum propter futilem diſtinctionem eſſentiæ à natura capit. 2. notabili tertio impugnatam. Non ſecundum quia licet nomen, *qui eſt*, pertineat ad eſſentialia Dei: at non explicat rationem vltimo conſtituẽtem metaphyſice naturam Dei, ſed communem repertam in omnibus perfectionibus diuinis primarijs, & ſecundarijs, abſolutis, & relatiuis; nomen vero *Deus*, ſignificat ipſum formale vltimum conſtitutiuum naturæ Dei, vt ſæpè dixi. Ex quo patet ad primam rationem P. Vazquez cõtra D. Thomam. Ad ſecundam iam reſpondimus ex ipſius doctrina, nam licet nomen *Deus*, ex actione externa gubernandi primam acceperit ethymologiam, propriſsime tamẽ ſignificat actum purum, & vltimum intelligendi, qui eſt propria radix externæ actionis. Nomen vero *Qui eſt* ſolum ſignificat actum communem naturæ; nihil ergo iis obſtantibus argumentum; quod ex doctrina D. Tho. depromſimus ſuam retinet efficaciam.

Efficax ratio pro cõclusione

Denique probo vnica ratione, prætermiſsis alijs, quas proſequitur Aureolus in primo diſtinct. 35. quæſt. 1. §. 2. & 3. ratio ſic ſe habet. Natura diuina conſtitui vltimo debet per gradum vitæ intellectualis, ſed in Deo nõ eſt gradus vitæ intellectualis per modum principij, & actus primi, ergo conſtitui debet per gradum vitæ intellectualis actualis. In maiori propoſitione etiam aduerſarij conueniunt. Eam tradit Ariſtoteles 12. meta. textu 39. & 51. vbi nõ agnoſcit in Deo aliam rationem vitæ, & gradum intellectualis, niſi actualem, & ipſius intellectionis intellectionem. Probatio eius à priori eſt quia gradus vitæ eſt ex ſuo genere perfectiſsimus in omni viuente, & cum in Deo ſicut nec in Angelis non ſit gradus vitæ vegetatiuæ, aut ſenſitiuæ formaliter, ſolum coſtitui poterit per gradum vitæ intellectualem. Porro cũ nos agimus de conſtitutiuo per rationem noſtram naturæ diuinæ, eo modo conſtituere eam debemus, quo conſtitutas videmus, & conſideramus naturas omnes creatas, imo & creabiles, etenim alius modus conſtituendi naturam commentitius eſt, & ſine vllo fundamento: at qui omnis natura creata conſtituitur in ſua ſpecie per gradum eius perfectiſsimum: ergo pariter natura diuina per rationem noſtram conſtitui debet per gradum ipſius perfectiſsimum ex his perfectionibus, quæ formaliter ſunt in Deo: ſed gradus perfectiſsimus eſt gradus vitæ intellectualis, vt modo ſubſummo, ex vera & communi doctrina: ergo natura diuina per rationem noſtram conſtitui debet per gradum vitæ intellectualis.

Aureolus. **Ariſtot.**

Obiectio. **Solutio.**

Dices non per hunc ſolum ſed etiam per vitam volitiuam. Ad hoc iam reſpondi ſupra tum in hoc capite num. 9. tum cap. 2. num. 5. diſtinguens in Deo conſtitutionem naturæ, quaſi phyſicam à conſtitutione, quaſi metaphyſica. Si obiectio loquitur de conſtitutione phyſica, verum dicit; non ad rem. Si de metaphyſica, negandum eſt, gradum volitiui eſſe de conſtitutione metaphyſica: rationem reddidimus locis allegatis, & iterum de hac redibit ſermo capite 5. in ſolutione argumentorum. Minor propoſiti ſyllogiſmi probata fuſſe à nobis eſt, diſput. 2. cap. 3. §. 2. num 24. Conſequentia eſt euidens. Qui quæ diximus attente conſideret aliam non deſiderabit rationem pro noſtra ſententia.

Cap. 4. *Quid ſenſerit D. Thomas.*

14 *Teſtimonia D. Th. expenduntur.*

Mens D. Thomæ in hac re ſatis obſcura diuerſis ſuorum operum locis ſparſa, ex ſcopo, quem ſibi propoſuit in vnoquoque loco, venanda eſt, atque in primis in articulo 1. huius quæſtionis ad primum, cum dixit ſcientiam Dei non eſſe qualitatem, vel habitum, ſed ſubſtantiam, & actum purum. Arbitror hoc teſtimonio

Digitized by Google

monio ſolum probari identitatem realem inter naturam Dei,& ſcientiam, eo quod argumento,quod contedebat in Deo non eſſe ſcientiam, quia non eſt habitus,ſufficienter fiebat ſatis per eam identitatem realem.Deinde art.4 cũ ait *quod intelligere Dei eſt eius ſubſtantia* ſolum probatur identitas, eo quod ſcopus D. Thomæ ibi ſolum erat oſtendere,intelligere Dei non eſſe accidens, ad quod ſufficit identitas realis:Qua propter immerito adferuntur teſtimonia hæc pro noſtra ſententia. Porro,infra quęſt.54.art.2.cum concludit corpus articuli,per hæc verba *vnde ſolum eſſe diuinum eſt ſuum intelligere,& ſuum velle*, nulla ratione vult naturam Dei conſtitui intellectione, eo rigore,quo nos contendimus; tum quia eodẽ modo loquitur de volitione, per quam apud nos etiam conſtans eſt,non conſtitui naturam Dei,tum deniq; quia D. Thomas ibi diſquirebat vtrum intelligere Angeli ſit eius eſſe,& diſquiſitioni reſpondet negatiue, proquo ſtatuit diſcrimen inter intelligere Angeli,& intelligere Dei.Ad ſufficiens vero diſcrimen ſtatuendum ſufficit identitas,nec requiritur,vt natura diuina conſtituatur per intellectionem, vt conſtat.Eodem modo venit interpretandum aliud teſtimonium quæſt.19.art.1 vbi in hæc verba claudit corpus articuli. *Et ſicut ſuum intelligere eſt ſuum eſſe, ita ſuum velle.* Tantum ab eſt; vt hæc verba faueant noſtræ ſententiæ,vt primam probare videantur,ſi fiat vis in particula *ſicut*,perfectamq; retineat ſimilitudinem in omnibus,quam tamen retinere non poſſe ex teſtimonijs,quæ ſubijcio,oſtendo. Vnde ſolum comparare voluit intellectionem,& volitionem,cum eſſe diuino in identitate reali,quæ ſuo inſtituto ſufficiens erat.

Idem. **Idem.** **Idem.**

15 *teſtimonia D.Th. quæ probant Deum intellectione cõſtitui* **Primum teſtimonium**

Hæc cum ita ſint,alia nihilominus video teſtimonia apud S.Thomam, quæ quia inſufficienter per ſenſum identicum exponi queunt,quia inſtituto S.Thomæ id non ſufficiebat,probant plane ſecundam ſententiam, nempe intellectionem eſſe formale conſtitutiuum naturæ Dei.Primum teſtimonium allego ex hoc articulo 4.in corpore in ſecunda ratione ibi,*cum ipſa ſua eſſentia ſit etiam ſpecies intelligibilis, vt dictum eſt,ex neceſsitate ſequitur, quod ipſum eius intelligere ſit eius eſſentia,& eius eſſe* In quibus verbis non loqui ſolum de identitate reali naturæ,& intellectionis,ſed de formali conſtitutiuo,colligo ex eo,quod eodem modo vult eſſe de eſſentia Dei intelligere, & eſſe ſpeciem intelligibilem,ſed ſi natura diuina habet rationem ſpeciei intelligibilis aliquo modo, eam habet per naturam non per aliquid identificatum naturæ,vt per proprietates perſonales:ergo cum S.Thomas in ea ſecunda ratione contendat intelligere tam arcte eſſe ipſam eſſentiam Dei,ac eſſe ſpeciem intelligibilem,non loquebatur in ea ſecunda ratione de identitate reali ſed de cõſtitutione formali.

2 **Teſtimon.**

Secundum teſtimonium ſumo ex quæſt.18. art.3.vbi definiens S.Thomas Deo conuenire vitam perfectiſsimam,& ſempiternam,in quo ipſum diſcernit ab alijs viuentibus longo diſcurſu, hæc ait,*Illud igitur, cuius ſua natura eſt ipſum eius intelligere.* Quæ verba non poſſunt probe intelligi,niſi affirmet in eis D. Thomas intelligere eſſe de natura Dei,nam ibi intendit probare,viuere eſſe de natura Dei, & non agnoſcit aliam vitam in Deo,niſi intelligere,ergo per D.Th.intelligere Dei eſt de natura eius,vnde ad ſecundum,*quod ſicut Deus* (ait) *eſt ipſum ſuum eſſe,& ſuum intelligere, ita & ſuũ viuere,& propter hoc ſic viuit,quod non habeat viuendi principium.* Ecce in ordine ad eſſentiã Dei in eodem gradu conſtituit viuere,& intelligere,& vtrumq; ſine principio.

3 **Teſtimon.**

Deniq; euidentius teſtimonium ſummo ex quæſt.27.art.2.vbi S.Thomas ad propriam generationem viuentis ait *neceſſarium eſſe, quod procedat ſecundum rationem ſimilitudinis in natura eiuſdem ſpeciei*, ſicut homo procedit ab homine,& equus ab equo,ex quo pilos,& vermes genitos in animali, non habere (ait) propriam rationem generationis.Et quæſt. 33.ar. 2. ad quartum *quanto* (ait) *fuerit propinquior forma generantis,forma genita,tanto verior,& perfectior eſt generatio*,& quia in diuina generatione Verbi eſt eadem forma non ſolum ſpecie,ſed numero generantis,& geniti, deducit generationem Verbi omnes creatas generationes in perfectione excedere, ex quo defendit Verbum diuinum generari,non Spiritum Sanctum,*quia ex vi proceſsionis intellectualis cõmunicatur illi directe intelligere*,quod,ait,eſt eſſe Dei.Quæ verba Diui Thomæ non poſſunt ſummi in ſenſu identico niſi Diuo Thomæ impingamus abſurdam rationem, qua probaretur contra fidem in ſenſu identico,ſcilicet proceſſionem Spiritus Sancti eſſe generationem,quia velle eſt etiam idem cum eſſe diuino : vnde ex ſcopo Diui Thomæ,& materia, quam illic verſabat,colligitur euidenter ipſum ſenſiſſe intellectionem diuinam eſſe,quaſi ſpecificum conſtitutiuum naturæ Dei.

Hoc loco obſerua,inter alia commoda huius ſententiæ non eſſe contemnendum,quod in ea clariſsima ratione,& Theologiæ Diui Thomæ valde affini,reddimus rationem,quare proceſsio Verbi diuini ſit generatio, non proceſsio Spiritus Sancti.Magni autem facienda eſt a Theologo opinio,quæ ſternit viam alijs rebus Theologicis expediendis,præſertim nobilibus, vt hæc eſt,de qua re fuſe tractatu de Trinitate.

Cap.

Digitized by Google

Cap.5 Solutiones ad obiecta capita 1.

16. Expoſitiones Patrum Chriſoſt. AD Primum ex Chriſoſtomo Reſpondeo, cum certum ſit eum in illis verbis, *non a ſapientiæ ſubſtantia, ſed ex ſubſtantia ſapientia eſt*, nolluiſſe ſignificare ſapientiam, Dei in re procedere à diuina ſubſtantia, vt ibi adnotabam, ſolum velle poteſt de natura Dei includente intellectionem duos a nobis conceptus poſſe efformari, alter quo ipſa intellectio intelligitur dare eſſe Dei ipſi Deo, ſecundum quem appellamus ſubſtantiam Dei, alter quo dat intelligere ipſi Deo, ſecundum quem appellamus ſapientiam Dei, at ex hoc non fit re vera naturamDei non conſtitui intellectione, ſed in ea duos conceptus à nobis formari poſſe, alium priorem & confuſsiorem, cui tamen reſpondeat in obiecto ipſa intellectio; alium poſteriorem & expreſsiorem intellectionis, ex quo non fit, aut actu primo intelligendi conſtitui naturam diuinam, vt ſatis oſtendi diſput.2.cap.3. aut non conſtitui intellectione, vt etiam adnotaui cap.2. annotatione 3. nec Chriſoſtomo tunc erat cura de his ſubtilitatibus Scholaſticis vt definire voluerit vnam aut aliam partem ex aduerſis, ſed alia contra Anomeos vt legenti conſtabit.

Ad Niſſ. Gregorij Niſſeni mens apertior eſt ibi enim ſolum vult nomenDei ſecundum primam eius ſignificationem, & ethymologiam, qua Deus nuncupatur ab actu gubernandi, & prouidendi creaturis non ſignificare naturam Dei, hoc tamen non obſtat quo minus hoc ipſum nomen ſatis accommodate ad ethymologiam tranſlatum ſit ad ipſiſsimam Dei naturam ſignificandam, quæ in intellectione conſiſtit, quatenus hæc eſt proximum, propriumq; principium gubernationis, & prouidentiæ exterioris, vt expendi cap.3. ſecundo argumento pro noſtra ſententia.

Ad Damaſ. Ad Damaſcenum reſpondeo nolluiſſe Deũ non conſtitui in ſua eſſentia ſua ſapientia, & bonitate, ſed nominibus & conceptibus, quibus nos ſignificamus, & explicamus naturam Dei, per ſapientiam, per bonitatem, non eam exprimi vt eſt in ſe, ſed attributis quibuſdam ſecundum modum noſtrum concipiendi, & per partes, ideoq; prius ipſe dixerat conuenientius eſſe de Deo, *per omnium ablationem facere ſermonem*, & infra cap. 12. vt nos doceat non bene à nobis explicari naturam Dei per conceptus, per quos poſitiuè attribuimus ipſi ſapientiam, & bonitatem, ſic ſubdit. *Vniuerſum enim id quod eſt tanquam immenſum quoddam, & infinitum eſſentiæ pelagus complexu ſuo continet*. Deinde ſubiungit, *nec enim in Deo prius ipſius eſſentiam dicere licet, poſtea bonitatem*. Quæ verba optima ſunt ad conſtitutionem illam phyſicam eſſentiæ Dei, de qua feci mentionem cap.3. num.9. non tamen ex his fit non conſtitui metaphyſicè naturam Dei intellectione ſpeciali ratione, vt ibidem annotabam.

Ad Ariſt. Ad propoſitionem ex Ariſtotele allatam vt reſpondeam; noto primò rem apprimè neceſſariam pro expendenda authoritate Ariſtotelis in re omnino Theologica; nam cum ille non fuerit fidei diuinæ lumine perfuſſus, de Deo pauca, & obſcure aſſecutus fuit, ac maxime cum res tam difficilis, atq; ſubtilis eſt, ſicut hæc, de qua eſt noſtri ſermonis argumentum, quæ etſi intra fines luminis naturalis aliqua ratione contineatur; at lumen fidei maximum eſſe adiumentum pro huius veritatis adquiſitione negari nequit: vnde ego plus do authoritatis in hac re, & in ſimilibus Theologo Catholico bonæ notæ, vt ſunt ſcriptores Scholaſtici, vt in plurimum, quam Ariſtoteli, tum quia lumine fidei illuſtrati, tum quia poſt Ariſtotelem quæſtiones hæ Scholaſtico examine locupletatæ, atq; illuſtratę. Non erat ergo cur nos moraretur explicatio Ariſtotelis, vt non morantur aliæ. Sed quia apud graues authores moris eſt, breuiter reſpondeo, nihil fauere ibi Ariſtotelem intento obijcientis, nam ſolum affirmat ipſum exiſtens bonum, hoc eſt prima cauſa, ſeu primum mobile eſſe primum voluntabile (ſic loquitur) hoc eſt volibile, ipſumq; eſſe primum intelligibile, non autem ibi affirmat intellectionem in eo eſſe principium volitionis: & intelligibile, principium intellectionis. Verba Ariſtotelis ſatis demonſtrant ipſum loqui de noſtro modo appetendi, & intelligendi, ſic habent. *Appetimus autē, quia videtur magis quam videtur, quia appetitus principium eſt intelligentia intellectus autem ab intelligibili mouetur* Non curo de explicandis verbis etſi difficilibus, quia non refero, vt explicem, ſed vt conſtet loqui de noſtro modo appetendi, id vero conſtat ex verbo *appetimus*. Deniq; Ariſtotelem recte ſenſiſſe, & à nobis eſſe conſtat ex verbis, quę ex ipſo retuli ſupra capit. tertio.

Id eſt difficilius explicatu in hac re, quo pacto volitio referenda ſit ad diuinam naturam intellectione conſtitutam; nam cum per nos referri non poſſit ad illam, tanquam ad principium radicale volitiuum, eo quod in eo militent omnia, quæ diximus contra principium *Quo pacto volitio referenda ſit ad diuinam naturam intellectione cõſtitutam.*

radica

radicale intellectiuum diſput.2.& cum nec ad intellectionem referatur tanquam ad actum primum,vt manifeſte ibidem probatum eſt, nullus videtur relinqui modus noſtræ rationi eam conferendi naturæ diuinæ, & ea ipſam cōſtituendi.

Reſpondeo de hac re fuſſe tractandum eſſe in tractatu ſecundo de voluntate Dei diſput. 12.ca.2.breuiter modo dico,comparandam eſſe tanquam actum ſecundarium puriſsimum actui primario puriſsimo:ita vt ex duobus actibus ratione noſtra,quorū alter præſupponitur ad alterum,ſine vlla tamen inter ipſos dependentia,conſtituatur natura Dei in omni latitudine entis infinita ſimpliciter. Qua etiā ratione tres diuinæ relationes comparandæ ſunt ad eſſentiam Dei,non tanquam ad ſubiectum, quod informant etiam ratione noſtra, propter imperfectionem contentam in informatione,& receptione;ſed tanquam actus ſecundarij puriſsimi relatiui accedentes ſine vlla dependentia tanquam exacti ab eius fæcunditate,ad actum puriſsimum abſolutum primarium.

Verum obijcies; vt volitio diuina accedit intellectioni tamquam actus puriſsimus ſecundarius, quin ex hoc fiat intellectionem eſſe actum primum comparatione volitionis.Ita poterit ipſa intellectio aduenire alicui rationi priori præſuppoſitæ; quæ,licet non ſit actus primus, ſit tamē aptitudo,ſeu habilitas quædam, ad hoc vt per intellectionem ſibi iddentificatam conſtituatur intelligens abſq; illa informatione,aut receptione, ſed omnimoda iddentitate.

Hanc difficultatem diſp.ſuperiori cap.vltimo in hunc locum remiſsi explicandam. Ego cenſeo diuerſam eſſe rationem de volitione comparatione intellectionis & de hac comparatione illius rationis prioris, ſeu habilitatis: nam cum intellectio ſit actus puriſsimus,volitio non poteſt comparari ad eam tamquam ad ſubiectum ipſam recipiens,nec per rationem.Hoc ipſo namq; quod intelligeremus intellectionem,vt recipientem volitionem,præter imperfectionem,quæ in ipſa receptione implicatur,negaremus eſſe ipſam intellectionem actum puriſsimum,ſed partim actum, partim potentiam,cum ex noſtro conceptu iā ſit capax receptionis:accedit ergo volitio ſubſiſtēs, intellectioni ſubſiſtenti vtraque,vt actus puriſsimus.Intellectio autem, comparatione illius rationis præſuppoſitæ,quam appellas habilitatem ad intelligendum,neceſſario comparāda foret,vt cum potentia paſsiua,quæ per intellectionem fit actu intelligens, & ante illam erat apta,vt intelligeret actu Vix,aut ne vix quidem percipi poteſt quod illa aptitudo reducatur ad actum per intellectionem,& quod hæc non comparetur,vt forma ſaltem per rationē ad illam.Nec obſtat iddentitas,quam cum ea haberet.Nam qui ponunt actum primum,& ſecundum per rationem,non negant realem iddentitatem:atq; ea præſuppoſita ipſos vrgemus probando in ipſo actu primo comparatione formę iddentificata (ſi per illam intelligis eſſe debere per rationem aliquam informationem,atq;receptionem,)inqua tamen neceſſario implicatur imperfectio,pariter argumentum inſtruitur comparatione huius habilitatis,quæ ſi ſibi annectit intellectionem, etſi cū ea iddentificetur,ita vt per illam reddatur intelligens,aliqua informatio per rationem intercedere debet,nec aliud mēs capit; informatio autem per rationem eſt imperfectio per rationem, quæ etiam per rationem vitanda eſt a Deo,vt ſæpe dixi diſputatione ſuperiori, & attingo diſp.12.cap.1.

Ad hæc,vel ea habilitas eſt non repugnantia ad intelligendum fundata in prædicato proprio potentiæ,vel in prædicato proprio actus, vel in prædicato communi actui, & potentiæ. Si primum;remouenda eſt a Deo,propter imperfectionem iam explicatam diſputatione 2. cap.3.Si ſecundum;non eſt habilitas ad intelligendum.vt condiſtinguitur ab actu, ſed ipſe actus intelligendi,vt fundat negationem impedimenti,vt ipſe percipiat. Vide quę dixi cap. 3.num.27.ex doctrina S.Thomæ. Si tertiū ponitur prædicatum quoddam vniuerſale logicè,quod non eſt ad rem,vt oſtendi ca.illo 3.n. 26,Denique ad quid ponitur hæc habilitas ad intelligendum ſine receptione,& informatione,& ſine probabili fundamento in aliqua re ex creatis,quas nouimus?Ad hæc, vel naturam Dei conſtituit illa habilitas adæquatè, aut inadæquate.Non primum;quia ex genere ſuo intellectio eſſentialis perfectior eſt,illa habilitate,vt dixi diſ.1.cap.3.num.13.at natura Dei conſtitui debet conceptu perfectiori.Nec ſecundum;quia,cum intellectio diuina ex eſſentiali conceptu ſit ſubſtantia completa,nequit intrare ad conſtituendam naturam Dei, vt vltima differentia inadæquata,& incompleta; immo cum ratio ſubſtantię incompletę ex proprio conceptu inuoluat imperfectionem, nec dici poteſt illam habilitatem eſſe rationem incompletam.Quis demum neget perfectiorem fore naturam ſola intellectione tanquam ratione completa conſtitutam,quam habilitate, & intellectione ſimul:reijcienda eſt ergo illa habilitas,quia imperfecta, quia inutilis, quia chimęrica.

Ad tertium argumentum ex ratione petitum fuſſe reſpondeo diſputatione quarta c.1. quæ agit de obiecto in creato ſcientiæ Dei. Ad tertium

Modo

Digitized by Google

Modo ſolum propoſitionibus formalibus in forma reſpondebo, vt conſtet quæ concedenda, quæ neganda, aut diſtinguenda ſit. Conceſſo primo antecedenti, quod intellectio Dei habet pro obiecto primario diuinã eſſentiam, nego conſequentiam. Ad probationem negandum eſt antecedens; ſcilicet, intellectionem Dei ſupponere diuinam intelligibilitatem obiectiuam adæquatam. Ad probationem conſequentiæ ex S.Iuſtino Martyre dico rationẽ illam non minus militare contra eos, qui opinarentur naturam diuinam conſtitui per volitionem diuinam, ſicut nos opinamur conſtitui per intellectionem, eo quod in omni ſententia fatendum ſit Deum amare volitionem ſuam, qua bona eſt; & tunc procederet ratio Iuſtini inter volitionem, & amorem volitionis, ſiue diſtinguerentur à natura Dei ratione; ſiue non: & tunc concluderet ratio proceſſum in infinitum, quem vitandum eſſe conſtat & magis constabit ex dicendis diſp.4. cap. 1. Iuſtinus vero pie intelligendus de creatis actionibus, non de diuina volitione, aut intellectione.

Duæ probationes, quæ reſtant in eo argumento, deſumptæ ſunt ex S.Thoma. Sed eius mentem, & doctrinam in hac parte commodius explico proxime citato loco.

Ad quartum rationem concedo nos poſſe formare conceptum naturæ diuinæ vndequaq; infinitæ, vt eſt ens à ſe, & per ſe ſubſiſtens per ordinem ad proprietates perſonales. Concedo etiam hunc conceptum priorem eſſe conceptu expreſſo intellectionis; nam vt ſic cognoſcimus Deum per ordinem ad obiecta, quorum eſt imago vitalis expreſſa: nego vero priorem conceptum abſtrahere ab actuali intellectione; nam ab eo conceptu actu percipitur, & ei actu reſpondet, tametſi per ipſum non ita exprimatur, ſicut per ſecundum, & poſteriorem, vt ſatis dixi diſp.2. cap.3. & in huius cap. 2. prænotato 3. num.8. Ad 4.

DISPVTATIO QVARTA.

DE

OBIECTO INCREATO SCI*ENTIAE DEI.*

Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. Deus ſe intelligit, per ſe in ſe ipſo.

In 2. Deus ſe cognoſcit in alio.

In 3. Deus non ſe cognoſcit ex alio.

In 4. Deus ſe comprehendit. In quo de Dei incomprehenſibilitate a creatura.

ARTICVLVS SECVNDVS.

VTRVM DEVS INTELLIGAT SE.

Conclusio D.Thom. cum Deus ſit actus purus ſumme immaterialis intelligit ſe per ſe ipſum

ARTICVLVS TERTIVS.

VTRVM DEVS COMPREhendat ſe ipſum.

D Conclu-

Digitized by Google

Concluſio S, Thom. Deus ſe ipſum comprehendit, quia cognoſci quantum cognoſcibilis eſt.

Cap. 1. Deus ſe intelligit per ſe in ſe ipſo.

n. 1.

Quid obiectum materiale ſcientiæ quid formale.

VT in obiectis ſciẽtiæ creatę ſunt obiecta formalia & materialia, ita etiã in obiecto ſciẽtiæ Dei. Obiectũ formale appellari ſolet illud, quod eſt alteri ratio vt cognoſcatur, ideoque quod dat ſpeciem actui. Obiectum materiale, quod ratione alterius, ſcilicet per formam, quam in ſe habet, terminat ſcientiam, ideoque per ſe non dat ſpeciem actui. Iſte modus loquendi in obiectis tranſlatus mihi videtur ex compoſitis phyſicis, inquibus pars formalis ea eſt, per quam materia recipit ſpeciem, eiuſque denominationes; pars vero materialis ea, quæ ratione alterius, ſcilicet formæ, quam in ſe habet, conſtituitur in determinata natura ſpecifica. Qua ratione in obiectis proportionate paſsim Theologi. & phyloſophi aſsignare conſueuerunt partem formalem & materialem. In re noſtra obiectum formale, & veluti ſpecificatiuum ſcientiæ Dei, dicunt eſſe Deum ipſum increatum; materiale vero, & ſecundarium, cæteras res creatas, ad quas ſecundario terminatur ſcientia Dei, per obiectum primarium, ita vt ratione eius cognoſcantur, vnde creaturæ nec ſunt obiectum formale, nec primarium ſcientiæ Dei, nec illa ab ipſis aliquam ſumit ſpecificationem. Sed in his multa inuoluuntur magis diſputatione ſequenti à nobis diſcutienda. Pro huius exordio ſufficit ea leui manu tetigiſſe modo, quo vulgariter tradi ſolent.

Circa obiecta, quæ Deus cognoſcit, non ſolũ enarranda ea ſunt, nã omnibus numeratis negotiũ ſcientiæ Dei confectum erit, ſed id accurate ab eximijs Theologis, præſtãdũ quibus modis, & in quibus obiectis ea cognoſcat, nec enim obiectum vno ſolum modo, aut in vno ſolum obiecto cognoſcit, nam ſi vnum obiectum diuerſis modis ſcibile eſt, atque in diuerſis obiectis, his omnibus modis ſub ſcientia Dei contineri debet, dum nulla imperfectio in eo modo ſciendi inuoluatur, quod etiam ſapientiſsime præſtitit S. Thomas in hoc art. 2. qui eſt huius 4. diſputationis præcipuum argumentum: nam cum in titulo articuli quæſiuiſſet, vtrum Deus intelligat ſe, in concluſione nõ ſolum reſpondet ſe intelligere, ſed etiam ſe per ſe ipſum intelligere explicans non ſolum obiectum, quod cognoſcit, nempe ipſum Deũ, ſed etiam modum, quo ipſum cognoſcit.

Obſerua hoc loco modum cognoſcendi, quem S. Thomas explicat, non ſe tenere ex parte obiecti, nam vt ſtatim explico Deus ipſe ex parte ſua minus proprie obiectum dici poteſt, etſi propriſsime dicatur cognitus; quãdo ergo dicitur, Deum ſe per ſe ipſum intelligere, illud *per ſe ipſum* ſignificat modum ex parte cognitionis, hoc eſt per ſuammet intellectionem, quæ eſt ipſius naturæ diuinæ formaliſsimum conſtitutiuum, nullã ſpecie intelligibili interueniente, nullaque potentia intelligendi, quæ ea indigeat. Illud ergo *per ſe* excludit omne principium, omneque genus cauſæ efficientis ad Deum ſe ipſum intelligendum, & ſolum conſtituit cauſam formaliſsimam, qua ſe intelligit, eamque ait, eſſe ſuam metipſius eſſentiam.

Fateor id deducere D. Thomam ex obſcuriſsimis præmiſsis, quas vt penetrarem legi quoſdam ex Thomiſtis Dominicanæ familiæ, & quoſdam ex noſtris, non ſine labore; at non ſperaui exitum fælicem; qua propter cum res, quam ibi docet Sanctus Thomas ſit fide certa, & lumine naturæ euidentiſsima, ſatius duxi prætermiſſa textuali difficultate ad rem pergere.

Concluſ.

Certa de ſide explanatus Paulus 1. ad Corint. ca. 2.

Pauli ad Corint. cap. 2. duo teſtimonia.

Sit ergo concluſio, Deus ſe intelligit. Concluſio hæc mille locis ſacræ ſcripturæ expreſſa eſt. Duo ſolum produco, vtrunque ex Paulo ex 1. epiſt. ad Corint. cap. 2. Primum verſ. 10 in quo dixit Deum reuelaſſe Apoſtolis, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum per ſpiritum ſuum; & addit *ſpiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei*, hoc eſt, penetrat, & perſpicit omnia vno mentis ictu, & intuitu: per *profunda Dei* intelliguntur ſecretiora & intimiora Dei concilia, & ita profunda Dei ſcrutatur, vt nihil remaneat in Deo incognitum: ſed eius cognitio, & viſio obiectum ſuum adæquet, Deumque tantum cognoſcat, quantum cognoſci poteſt, quo loco optime etiam probatur, Deum ſe comprehendere, de quo infra cap. 4. Alterum verſ. 11. quo probans ſpiritum Dei profunda eius ſcrutari, hæc ſubijcit verba *quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? ita, & quæ Dei ſunt nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei.* Quæ clariſſima ſunt, ſolũ occurrit animaduertẽdũ per illa verba *niſi ſpiritus*, etſi intelligas Spiritũ ſanctũ tertiã perſonã, nõ excludi Patrẽ & Filiũ, quia in commu-

Digitized by Google

communibus & eſſentialibus, qualis eſt cognitio, non excluduntur quæ eandem habent naturam, ſed quæ aliam.

Euidens ratione naturali. Probo concluſionem euidenti ratione, Deus in ſe eſt obiectum intelligibile, imo nobiliſsimum intelligibilium, nam omnis res, qua res intelligibilis eſt, & qua perfectior, intelligibilior: ſed Dei ſubſtantia perfectiſsima omniũ eſt; ergo eſt nobiliſsimũ intelligibiliũ, atqui mens Dei, ſiue per modũ actus primi, ſiue per modum actus ſecundi concipiatur, eſt maxime proportionata in virtute cognoſcendi intelligibilitati naturæ Dei: ergo Deus ſe cognoſcit. Confirmatur, omnis creata vis intelligendi proportionatiſsima eſt naturæ, cuius eſt, ideoque aptiſsima, vt eam cognoſcat, ergo pariter in natura Dei; atque ita egregie Paulus, *Sicut quæ ſunt hominis nemo nouit, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in ipſo, ita quæ ſunt Dei, &c.* Veritas hæc ſupponenda magis, quam probanda erat.

Ex qua eadem proportione infertur alia cõtenta in artic. 1 S. Thomæ, videlicet *per ſe ipſum in ſe ipſo cognoſcere*. Iam explicui quid ſibi velit *per ſe ipſum*, hoc eſt, per ſuammet eſſentiam, qua eſt formaliſsima ſui cognitio; *in ſe ipſo* vero ſolum ſignificat, Deum directe, & immediate cognitione, quæ erga ipſum Deum ſine medio verſatur, cognoſci, cuius ratio hæc eſt, nam Deus in ſe ipſo directe, & immediatè intelligibilis eſt infinitè perfectius, quam omnes res creatæ, ergo à ſe in ſe ipſo immediate cognoſcitur. Probo conſequentiam: nam ſi in ſe ipſo immediate cognoſcibilis eſt, maxime erit reſpectu cognitionis propriæ.

Difficile argumẽtũ contra cõcluſionem Hæc cum clariſsima ſint, obſcuriſsimum contra ea oppono argumentum, ſatis inter quoſdam Theologos celebratum. Diſputatione 3. cap. 3. docuimus actualem intellectionem Dei eſſe primum naturæ ipſius metaphyſicum conſtitutiuum; ergo Deus non poteſt ſe, per ſe, in ſe ipſo cognoſcere. Conſequentia videbitur difficilis. Eius robur ſic inſtruo, illa actualis cognitio, qua primo formaliter conſtituitur eſſentia Dei non terminatur ad ſe ipſam, ergo ad aliud diſtinctum à ſe ipſa. Tunc ſic, nõ ad aliquid increatum diſtinctum à diuina cognitione, aut re, aut ratione: ergo terminatur ad aliquid extra Deum, quod non terminetur ad aliquid in Deo, à diuina eſſentia in re diſtinctum patet, quia nihil eſt in re diſtinctum ab eius eſſentia. Quod non terminetur ad aliquid ratione diſtinctum patet, quia cognitio diuina de ſe ipſo intuitiua eſt, ergo non præſcindit in cognitione in his, quæ in re idem ſunt. Conſequentia prior cui dens eſt, ex qua infertur obiectum primum, & directum cognitionis Dei, non eſſe Deum in ſe ipſo, ſed aliquid creatum extra Deum, contra certam, & ſtabilitam iam concluſionem.

Reſponſio. Dices; hoc argumento ſolum probari Deum non ſe cognoſcere in ſe ipſo prima cognitione directa, non vero non ſe cognoſcere in ſe ipſo alia cognitione reflexa, & quaſi ſecundà.

Impugnat. Sed contra primo; ſi ſemel damus argumento, Deum cognoſcere ſe, in ſe ipſo, cogimur etiam dare primo ſe cognoſcere in ſe ipſo, cognitione ad ipſum immediate terminata: etenim vt ipſius eſſentia in ſe eſt primum, nobiſsimumque intelligibile; ita etiam eſſe debet primum cognitum à ſe, & in ſe.

Contra ſecundo; communis ſententia, de qua diſputatione 5. capit. 4. docet prius aliqua prioritate Deum cognoſcere creaturas in ſe ipſo, quam in ſe ipſis, ſi verum eſt illas in ſe ipſis cognoſcere, de quo proxime citato loco: ergo non poteſt prima cognitio Dei terminari ad creaturas, & ex eis cognitis ad ſe ipſum cognoſcendum procedere.

Contra tertio, quia Verbum procedit ex cognitione, qua Deus ſe in ſe ipſo cognoſcit, vt eſt indubitatum, ſed cognitio, qua Verbum procedit, eſt prima, vt etiam conſtans eſt apud omnes Theologos: ergo cognitio, qua Deus ſe cognoſcit in ſe ipſo, eſt omnium prima.

Contra quarto, vel diuina eſſentia primo metaphyſice conſtituitur actu illo directo priori terminato ad aliquid extra Deum, vel actu reflexo poſteriori cognoſcente illam primam cognitionem. Non primum, tum quia ille non eſt nobiliſsimus actus Dei, cum non ſit cognitio obiecti nobiliſsimi, ſed alterius extra Deum; vnde nec in illo conſiſtere poteſt beatitudo diuina eſſentialis, quæ vt eſſentia ipſa, ita actu nobiliſsimo excogitabili conſtitui debet; hæc enim eſt inter alias excellentia eſſe diuini, quod per ipſam naturam ſuam eſt beatus: ergo actus ille primus tendens ad aliquid extra Deum, nequit eſſe primum conſtitutiuũ diuiniſsimæ naturæ Dei. Nec ſecundũ nam actus ille reflexus poſterior ſupponit iam Deum viuentem vita intellectuali, cum ſupponat cognoſcentem, item amantem &c. Ac proinde conſtitutum in ſuo eſſe, ergo nequit conſiſtere eſſentia Dei in actu illo reflexo, quo Deus ſe, in ſe ipſo cognoſcit.

Contra quinto, ex S. Thoma in hac quæſtione art. 5. qui cum in corpore articuli dixiſſet Deum videre alia in ſe ipſo, in reſponſione

ſione ad tertium adiecit *intellectionem Dei non ſpecificari, per id quod in alio intelligit, ſed per principale intellectum, in quo alia, intelliguntur.* Et primo contra gentes cap. 48. ratione tertia in illis verbis *reſtat igitur nihil à Deo eſſe cognitum, quaſi primo, & per ſe intellectum, niſi ſuam eſſentiam,* quod ſi Deus aliud extra ſe primo intelligeret, nec eſſentia eius eſſet primo, & per ſe cognitum, nec à ſua eſſentia, ſed à creaturis ſumeret ſpecificationem Dei cognitio, vtrumque vero eſt contra S. Thomam; ergo, &c.

Hanc difficultatem tetigi ſupra diſput. 3. cap. 1. & cap. 5. in hunc locum explicandam remiſsi. Fateor nullum legi, qui huic argumento neruos præciderit. Illud inter recentiores magiſtros ſolum agitatur, prætermiſsis, quæ ab ijs dicuntur, ſic accedo ad reſpondendum ad ſingulas propoſitiones obiectas. Concesſo antecedenti, nego primam illam conſequentiam, *ergo Deus non ſe cognoſcit in ſe ipſo* In probatione eius, propoſitio illa, *intellectio actualis, qua conſtituitur eſſentia Dei, non terminatur ad ſe ipſam,* æquiuoca eſt, & omnis æquiuocatio, ſeu vocum confuſsio à nobis accuratè excutienda, & rigor ſermonis ſeruandus. Pro quo animaduerto in eſſentia Dei integre ſumpta, & eſſe prædicata quædam diuina communia, & eſſe ipſam intellectionem actualem, per quam illa redigitur ad naturam, quaſi ſpecificam, vnde intellectio, qua Deus ſe, in ſe cognoſcit comparari poteſt, aut ad prædicata illa communia tranſcendentia, quæ etiam cognoſcit, aut ad ipſam cognitionem, quam etiam cognoſcit. Difficultas tota procedit in hac ſecunda comparatione, quidque in prima dicendum ſit, etiam mox aperio. In ſecunda ergo comparatione, concedo propoſitionem illam; *intellectio actualis, qua conſtituitur eſſentia Dei, non terminatur ad ſe ipſam,* nam in rigore ſermonis vera eſt, quia ſcientia Dei, vt eſt de ſe ipſa præciſſe non terminatur ad obiectum reale, nec habet obiectum reale terminans, nec enim eſt de ratione ſcientiæ, vt ſic, quod terminetur realiter ad obiectum, neque quod habeat ordinem tranſcendentalem realem ad illud, imo neque quod ſit imago intentionalis obiecti; nam hę conditiones imperfectionem inuoluentes ſunt, aut ſcientiæ diſtinctę realiter ab obiecto, aut ſcientiæ creatæ procedentis ab ipſo media determinatione per ſpeciem intentionalem: de ratione vero ſcientiæ in ſuo puriſsimo conceptu ſumptæ, ſolum eſt quod ſit cognitio vera, certa & euidens rei, ſiue hæc res, cuius eſt ſciētia, ſit diſtincta ab ipſa, ſiue non; ſiue ſit reale obiectum, & terminus, ſiue non; ſiue ſit repræſentatio intentionalis eius, ſiue non; denique ſiue ſit ordo tranſcendentalis ad eam, ſiue non. Ratio horum generalis eſt, quia obiectum reale, terminus realis, res intentionaliter repræſentata, & terminans ordinem realem tranſcendentalem diſtingui realiter debet, à repræſentatione intentionali ſui, & ab ordine reali tranſcendentali ad ipſam; nam omne eſſe intentionale, quod eſt ſiue in ſpecie impreſſa, ſiue in expreſſa debilius, & imperfectius eſt ex genere ſuo, quā eſſe reale, cuius eſt imago, hoc enim ſemper eſt ſolidius, atque perfectius, vt inductione facili demonſtrari poſſet, & Deo dante, id præſtabo in tractatu de Angelis, At cognitio illa, qua Deus ſe in ſe cognoſcit, præcipue vt ad ſe ipſam cōparatur non diſtinguitur realiter ab eſſentia Dei, imo eam metaphyſice conſtituit: ergo eſſentia Dei, vt ſic, non eſt obiectum reale, neq; terminus realis ſuæ cognitionis, licet ſit per ipſam cognita. Maior propoſitio huius ratiocinationis manifeſta eſt, nam obiectum, ſeu terminus operationum immanentium, eſt id, quod eis obijcitur, eaſque terminant, ſed nihil poteſt realiter obijci ſibi ipſi, nec ſe realiter terminare, nec eſſe imago intentionalis ſui ipſius, vt conſtat inductione in omnibus realibus tendentijs, ſi eas attenta mente perluſtres; ergo obiectum reale, & terminus realis, ob prædictam oppoſitionem, eſſe debet diſtinctum realiter ab eo, cuius dicitur obiectum reale; at vero eſſe idem cognitio, & idem cognitum non habēt hāc, oppoſitionem, & licet nos ægrè hæc concipiamus, qui altas egimus radices in concipiendis creatis cognitionibus realiter diſtinctis ab obiectis: in cognitione vero diuina puriore nulla ratione, procedente ab obiecto, eleuatius hæc concipienda ſunt, dicendumque ex vna parte cognitionem illam ſe ipſam cognoſcere perfectiſsime, atq; comprehendere, & ex alia non eſſe obiectum reale, ſeu terminum ſui. Quod ſi obijcias, in fraſsi communi Theologorum, creaturas eſſe obiectum ſecundarium & terminus ſecundarius ſcientiæ Dei: ergo ipſe eſt primarius terminus, primariumque obiectum. Reſpondeo Theologos, ita communiter loquentes, pro eodem vſurpare terminum, & obiectum; ac cognitum, non omni rigore excutientes propriam vocum ſignificationem.

Sed neque his omnino hoc inuolucrum explicatum, qua propter addo neque eſt terminus ratione noſtra neque eſſe ratione noſtra obiectum ſui. Sic explico, quia nullus eſt conceptus communis huic cognitioni, vt ad ſe ipſam terminari dicitur, & cæteris terminis, nam de ratione communi termini, vt ſic, eſt aliquis ordo ad ipſum, ſeu quod idē eſt terminatio

minatio actualis ad ipſum, proindeque diſtinctio aliqua intercedere debet inter terminum ex vna parte, inter ordinem, & terminationem ex alia: atqui inter cognitionem, & ſe ipſam, vt eſt per ſe ipſam cognita, nulla eſt diſtinctio rationis cum aliquo fundamento; ergo ſeruando rigorem ſermonis, non poteſt dici terminus ratione noſtra.

Nec eſt etiam obiectum ratione noſtra.

Minor eget probatione, ante quam ſubijciam probationem eius, oportet explicare, an etiam negandum ſit in rigore ſermonis illam cognitionem, vt ſe cognoſcit, eſſe obiectum ſui, reſpondeo negandum eſſe: nam licet inter cognitionem illam, vt cognita eſt, & alia obiecta cognita ſit prædicatum quoddam commune, in quo conueniunt, ſcilicet prædicatum cogniti, cum & ipſa diuina cognitio, & obiecta cuiuſcunque alterius cognitionis ſunt reuera cognita, vno ſolo, quoad rem noſtram attinet intercedente diſcrimine, quod prædicatum cogniti cæteris obiectis realiter à cognitione diſtinctis, eſt non ſolum accidentale, verum etiam extrinſecum; in diuina vero cognitione eſſe cognitam eſt ipſi prædicatum intrinſecum, & eſſentiale; vnde omnia obiecta cognitionum conueniunt in prædicato vniuerſali cogniti, differunt in eo quod obiectis realiter diſtinctis hoc prædicatum extrinſecum eſt, non diſtinctis intrinſecum, ac proinde licet non dicatur terminus ratione noſtra, nec obiectum propter neceſſariam diſtinctionem, quæ inuoluitur in ratione obiecti, vt addit aliquid ſpeciale ad rationem cogniti poterit vero dici cognita.

Cognitio vt eſt cognitio, & vt eſt cognita nõ diſtinguitur ratione preſcindẽte.

Addo vero hanc rationem cogniti, & rationem cognitionis, quæ ſimul ſunt in diuina cognitione, non diſtingui inter ſe ratione noſtra præſcindente, quid vero ſit ratio noſtra præſcindens, & non præſcindens explicui diſput. 2. cap. 3. numer. 18. Id probo hac generali ratione, quæ etiam eſt probatio minoris ſupra ſubſumptæ. Quando inter formalitates, quæ in re ita ſunt idem, vt non intercedat diſtinctio virtualis intrinſeca, quæ eſt fundamentum oppoſitionis, non poteſt ratio noſtra præſcindere in obiecto vnam rationem formalem ab alia, licet de illis formare poſſimus diuerſos conceptus, & loquamur veluti de diſtinctis & præciſsis, ſed inter cognitionem, vt cognitio eſt, & ipſam vt à ſe cognita eſt, non eſt hæc virtualis diſtinctio, ergo non eſt præciſio rationis in ipſo obiecto. Maior a libi probanda, in qua ſolum affirmo negatiuã propoſitionem non eſſe præciſionem, vbi non eſt ea virtualis diſtinctio: nõ vero affirmo affirmatiuam partem nẽpe eſſe præciſionem, vbi eſt virtualis diſtinctio, nec modo definio. Minorem ſic probo; diſtinctio hæc virtualis intrinſeca tunc eſt in diuinis quando in ordine ad munera diſtinctionis eodem modo ſe gerit Deus, ac ſi in ipſo eſſet realis, & formalis, ideoque de prædicatis ſic diſtinctis, veræ ſunt propoſitiones contradictoriæ, vt Patrem diuinum communicare filio æterno eſſentiam, non communicare paternitatem, Patrem diuinum generare Filium ſuum intellectione, non volitione; an vero propoſitiones hæ in rigore contradictoriæ ſint, non decerno, decreturus Deo dante in Tractat. de Trinitate; atqui inter cognitionem illam vt eſt cognitio, & eandem vt eſt cognita a ſe, non eſt fundamentum ad ſimiles propoſitiones contradictorias: nam hoc ipſo quod à Patre Filio communicetur cognitio neceſſario communicatur, cognitionem illam eſſe ab ipſa cognitam: pariter Spiritui Santo; etenim omnes tres perſonæ ſunt cognoſcentes, & cognitæ per ſe, & in ſe vna, & indiuiſibili cognitione formalitate; ergo licet diuinã illã cognitionẽ modo cognoſcamus inadæquate, vt eſt cognitio per ſpecies creatarũ cognitionũ, modo vt eſt cognitũ per ſpecies creatorũ obiectorũ, eadẽ tamẽ formalitas omnino reſpondet ex parte obiecti. Quod ſi indiuiſibilis formalitas ſemper reſpondet etiam reſpectu rationis præſcindentis, nec ratione noſtra datur in eo obiecto ex vna parte terminatio, & ordo, & ex alia terminus. Hinc minor illa probata. Dices, communiter Theologi affirmant Deum habere obiectum primarium, & ſecundarium, ergo negandum non eſt Deum vt ſe cognoſcit eſſe obiectum ſui. Reſpondeo primo loqui largiori ſignificatione, & extra hanc controuerſiam, pro eodem vſurpantes cognitum, & obiectum. Reſpõdetur 2. in omni rigore veram eſſe eam locutionem comparatione aliarum diuinarum perfectionum, quæ ratione diſtinguntur à cognitione.

Hæc doctrina quia vniuerſalis, eſt obſeruatu digna. Ad eã confirmãdam habeo, ex S. Thom. elegantiſsimum teſtimonium ex hac 1. parte quæſt. 87. art. 3. vbi agens, an intellectus cognoſcat proprium actum, & in corpore articuli diſtinguens intellectum diuinum ab Angelico ſic ait, *eſt enim aliquis intellectus, ſcilicet diuinus, qui eſt ipſum ſuum intelligere, & ſic in Deo idẽ eſt quod intelligat ſe intelligere, & quod intelligat ſuam eſſentiam, quia ſua eſſentia eſt ſuum intelligere.* In quibus verbis expreſiſsime affirmat in Deo intellectionem ſuæ eſſentiæ, & illam eſſe intellectam idem eſſe prædicatum formaliſsime ratione noſtra. Ne vero quis exiſtimet non locutum D. Thomam de identitate rationis, ſed reali, legat ipſum ſic ſcribentem in eodem loco, *eſt etiam alius intellectus, ſcilicet Angelicus, qui non eſt ſuum intelligere ſicut ſupra dictum eſt, ſed tamen primum obiectũ*

7

D. Thom. Eleganti teſtimonio D. Tho. id probatur.

obiectum ſui intelligere, eſt eius eſſentia, vnde et ſi aliud ſit in Angelo ſecundum rationem, quod intelligat ſe intelligere, & quod intelligat ſuám eſſentiam, tamen ſimul, & vno actu vtrumq; intelligit. Ecce affirmat D. Thomas Angelum intelligere actum, quo intelligit ſuam eſſentiam ſe ipſo abſq; reali diſtinctione, cum diſtinctione tamen rationis inter ipſum, vt eſt intellectio ſui, & vt eſt intellectio ſuę eſſentiæ, quam negauit in diuina intellectione, quando in hoc conſtituit diſcrimen inter intellectionem Angelicam, & diuinam.

8

Comparatio diuinæ cognitionis ad prædicata diuina communia, ad attributa, ad proprietates perſonales.

Huc vſq; comparauimus diuinam intellectionem, qua naturam diuinam quaſi ſpecifice conſtitui diximus diſp.3. cap.3. ad ſe ipſam vt eſt intellectio ſui: at pro infra dicendis animaduertendum eſt, comparari item poſſe ad prædicata communia, atq; tranſcendentia diuina, ad attributa, ad proprietates deniq; perſonales; nam vt in Deo hæc omnia ſunt; ita in cognitione Dei eſt cognitio horum omnium, nam per ipſam cognoſcit Deus ſe eſſe ens a ſe per eſſentiam independens ab omni cauſa, æternum, immenſum, infinitum &c. Cognoſcit etiam ſe eſſe iuſtum, miſericordem, ſe eſſe Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum &c. Itaq; cognitio illa conſiderari à nobis poteſt, non ſolum vt eſt cognitio ſui, ſed etiam vt eſt cognitio prædicatorum communium, & tranſcendentium, & vt eſt cognitio attributorum, & vt eſt cognitio proprietatum perſonalium. Hinc addo licet, vt ſe cognoſcit præciſſe, non habeat terminum, nec ratione noſtra, vt dixi, at vt cognoſcit volitionem Dei, & vt cognoſcit proprietates perſonales dicere poſſumus eam terminum habere ratione noſtra. Id ita demonſtro, nam volitio propter diſtinctionem virtualem, item attributa diuina propter eandem plus diſtinguuntur ratione noſtra à cognitione, quam ipſa à ſe ipſa diſtinguatur: ergo licet ipſi, vt ſe cognoſcit præciſſe, nullum demus terminum ratione noſtra; at dare debemus eì, vt cognoſcit volitionem, & proprietates perſonales.

An vero habeat etiam terminum aliquem ratione noſtra, vt cognoſcit prædicata communia, omnipotentiam ſuam, & alia, quæ ſunt in Deo indiſtincta virtualiter intrinſecè ab illa, ex dicendis in ſolutione quarundam obiectionum, quæ modo proponendæ ſunt, colligendum erit.

1. obiectio difficilis.

Obijcies ergo primo, quia omne obiectum præcedit actum ſaltem ratione: ſed ipſa cognitio, vt ad ſe terminata, eſt obiectum ſui: ergo vt ſic eſt prius ratione ſe ipſa, vt eſt cognitio.

Secunda.

Obijcies ſecundo ea cognitio reflexa eſt, vt eſt ſui cognitio, vt vero cognoſcit prædicata communia, attributa, atq; proprietates diuinas perſonales eſt directa: ſed omnis cognitio directa præcedit reflexam, & ab ea diſtinguitur ratione, ergo concedi debet in ipſa cognitione, vt ſe cognoſcit, & vt alia cognoſcit rationis diſtinctio, imo prioritas & poſterioritas rationis.

9

Reſpond. ad primum Non omne obiectum ratione præcedit ſui cognitionem.

Ad primam obiectionem nego propoſitionem illam antecedentis vniuerſaliter prolatam; eius falſitas conſtat primo a poſteriori in generatione æterna Filij, quæ in vera ſententia, & magis communi, procedit ex cognitione trium perſonarum, duæ tamen perſonæ Filius & Spiritus Sanctus non ſunt ratione poſteriores Patre, licet ſint poſteriores origine, nam bene ſtat ſimultas rationis, quatenus ratio non poteſt vnum ſine alio concipere, vt in correlatiuis, quæ ſunt ſimul in cognoſci, cum prioritate, & poſteritate originis, vt in Tract. de Trinitate fuſsius. Itaq; licet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus ſint obiectum cognitionis, per quam procedit Filius, non ſunt tamen priores ratione proceſsione Filij. Conſtat à priori, quia obiectum erga cognitionem duo poteſt munera habere primum determinantis, & cauſæ per ſpeciem intentionalem, ſecundum puri termini, ſeu obiecti cogniti: ad primum munus neceſſaria eſt prioritas naturæ, & rationis, quatenus ex veriſsima doctrina omnis cauſa prior eſt ſuo effectu; non ad ſecundum, nam vel obiectum eſt diſtinctum à ſcientia: vel non. Si diſtictum eſt, tale vero vt à quo ſcientia nó pendeat, nulla præcedentia rationis neceſſaria eſt, vt conſtat in creaturis poſsibilibus, & exiſtentibus, quæ ſine prioritate rationis ſunt obiectum ſcientiæ Dei, imo cum poſterioritate reali, & rationis, vt explico in progreſſu, cum ad hæc obiecta deuentum fuerit. Si vero non diſtinguitur obiectum à cognitione, nec ratione, vt in noſtro caſu, euidentius eſt nullam eſſe poſſe prioritatem rationis ex parte obiecti.

10

Prædicata diuina tranſcendentia intellectione Dei ratione priora.

Cum hoc tamen duo vera ſunt, primum in ea comparatione cognitionis ad prædicata communia diuina, atq; tranſcendentia, obiectum aliquo modo ratione præcedere ipſam cognitionem, quatenus prædicatum vniuerſalius, v.g. animal, habet aliquam prioritatem rationis ſaltem logicam reſpectu prædicati particularis, vt rationalis. Hanc appellauit Ariſtoteles eam, à qua non valet ſubſiſtendi conſequentia; vnde hæc conſequentia *eſt animal: ergo eſt rationale*, non tenet, cum è conuerſo teneat: pari ratione in diuinis *eſt ens à ſe per eſſentiam infinitum* &c. *Ergo eſt actualis intellectio*, non tenet, quia poteſt eſſe paternitas, filiatio, & ſpiratio, liaq; ſecundaria attributa: at è conuerſo tenet, *eſt intellectio diuina: ergo eſt ens à ſe per eſſentiam infinitum*, &c. Vnde licet cognitio Dei vt terminatur ad illa prædicata

cata

cata terminetur ad aliquam rationem ſecum iddentificatam, terminatur ſimul ad obiectum ſe prius ratione ſaltem prioritate logica vniuerſali. Quod ideo addiderim; vt abſtrineam an hæc ſit præciſiua, nec ne: ego puto non eſſe præciſiuam, propter indiſtinctionem virtualem inter hæc prædicata, & intellectionem: at hoc non obſtat, quin ſit diſtinctio & prioritas rationis iam explicata, cum nulla ſit in intellectione Dei, vt ad ſe ipſam comparatur. Hanc etiam rationem prioritatis agnoſco inter communiſsimam rationem obiecti, & rationem cognitionis, quatenus illa vniuerſalior eſt, quam hæc, & illa in ſui cognitione magis independens eſt à cognitione cognitionum, per quas cognoſcitur, quam ſit cognitio cuiuſcunq; obiecti, quæ independenter ab eo exacte cognoſci nequit.

Secundum, cognitionem Dei, vt terminatam ad attributa, & relationes, non eſſe illis ratione poſteriorem, etſi obiecta ſint cognitionis; immo eam eſſe ratione priorem in quantum ipſam cum fundamento in re ſæpe explicato concipimus, vt primum naturæ diuinæ conſtitutiuum; attributa vero, vt ſecundarium, & relationes, vt quid extra eſſentiam.

Reſpond. Ad 2. obiectionem. *Quidā admittunt proceſſum infinitum rationis inter cognitiones diuinas reflexas.* Secunda obiectio male exagitauit quorundam recentiorum ingenia; nam propter illam admittere non dubitarunt proceſsiones in infinitum in diuinis cognitionibus ratione noſtra, ſupra ſe reflectentes ſine termino, aliqua ſemper earum, etſi indeterminata, & inſignabili relicta incognita arbitrantur enim cognitionem cognitionis, etiam in diuinis, diſtinctam eſſe ratione, à cognitione cognita. Cæterum moderni hi, aut non legerunt aut non animaduerterunt D. Thom. hunc proceſſum in infinitum intuliſſe, vt magnum abſurdum 3. **Cõfutātur.** contra gentes capit. 26. in ratione 3. verba formalia retuli diſput. 3. cap. 1. & reuera abſurdum eſſe, conſtat ex eo, quod cum cognitio Dei, qua ſe per ſe ipſum, & in ſe ipſo, cognoſcit ſit intuitiua, atq; comprehenſiua, rem cognoſcens, vt eſt in ſe, ita vt nihil eius latere poſſit; repugnat cognitionem illam, qua alia Dei cognoſcuntur, non eſſe cognitionem ſui abſq; vlla rationis diſtinctione, ea enim reflexa cognitio eſt formalitas in Deo exiſtens formaliter non diſtincta in re ab alijs formalitatibus: ergo ſi non cognoſcitur ſe ipſa, aliqua formalitas non diſtincta manet incognita atque adeo erit præciſiua, non intuitiua, neque comprehenſiua.

II **Vera reſp.** Qua propter ego ſic duco rem declarandam cognitio Dei, vt terminatur ad prædicata communia, atque tranſcendentalia, item ad attributa, atque proprietates perſonales, dinique ad quaſcumque creaturas, quas in Deo cognoſcit eſt aliqua ratione directa ſaltem ratione noſtra. Dico ſaltem ratione noſtra, quia etſi vt cognoſcit creaturas, habeat obiectum diſtinctum realiter, & extra ſe, quod eſt de ratione cognitionis directæ: at vt cognoſcit cætera quæ ſunt in Deo, & modo numerabam, ſolum habet obiectum diſtinctum ratione, & ideo ſolum eſt ratione noſtra directa cognitio. Porro Deus cognoſcit, tum ſe cognoſcere ipſam cognitionem, tum ſe cognoſcere prædicata communia diuina, & attributa, & proprietates perſonales, denique creaturas. Vt ergo Deus cognoſcit ſe cognoſcere prædicata communia, attributa, & proprietates perſonales, dici poteſt illa cognitio aliquo modo reflexa, quia eſt cognitio cognitionis directæ terminatæ ad obiectum ratione diſtinctum ab ipſa cognitione: dico aliquo modo, quia in eo differt à cognitionibus proprijs reflexis, quod hæ habent pro obiecto directo, & immediato, cognitionem priorem à poſteriori diſtinctam tantum, aut re aut ratione, quantum ſufficiens eſt ad hoc, vt prior cognitio dicatur obiectum, aut terminus poſterioris; at cognitio diuina, quę, vt poſterior à nobis apprehenditur, quatenus cognoſcit cognitionem attributorum, aut prædicatorum communium, cum tamen in ſe non ſit poſterior, non habet tantam diſtinctionem rationis; vt enim dixi num. 6. non poteſt in rigore ſermonis dici terminus, aut obiectum re, aut ratione, cum tamen prædicata communia Dei propter diſtinctionem rationis à qua non valet ſubſiſtendi conſequentia, & attributa, atque proprietates perſonales, propter diſtinctionem virtualem intrinſecam dici poſsint terminus, & obiectum ratione noſtra: vt vero eſt cognitio ſuæ cognitionis præciſè, non eſt cognitio reflexa, quia non eſt cognitio cognitionis directæ ad aliud obiectum aliquo modo terminatæ. Vnde, vt ſic, nec eſt reflexa, vt probaui, quia reuera nulla eſt in ea reflexio, nec rationis, ſed abſque reflexione, altiori, & eminentiori modo ſe ipſam cognoſcit: nec eſt directa, quia, vt ſic non tendit ad obiectum a ſe re aut ratione diſtinctum. Ad horum confirmationem recognoſce dicta Sanctorum Patrum, quæ retuli diſput. 3. cap. 3. num. 11. & lege Ariſtotelem lib. 12. Meta. cap. 9. vbi lo- **Ariſt.** quens de intellectione diuina, *ſe ipſam* (ait) *ergo intelligit, ſi eſt quidem quod optimum eſt, & eſt quidem intellectio, intellectionis intellectio.* Itaque hæc diuina intellectio vnica, atque ſimpliciſsima cum ſit, poteſt ratione noſtra per conceptus inadæquatos concipi, vt reflexa, & vt directa, ſine imperfectionibus tamen, quæ ſunt in cognitionibus reflexis, & directis. Id eſt perfectionis, in cognitione directa, quod perfectiſsime repræſentet, & percipiat ſuum

obiectum,id etiam imperfectionis eſt, quod illud ſit re ipſa diſtinctum à cognitione,vt poſſit directe in illud tendere abſq; reflexione,illud primum inuenies in diuina cognitione,vt cognoſcit ea, quæ ipſi Deo intrinſeca ſunt, non vero hoc ſecundũ. In reflexa cognitione, id eſt,perfectionis,quod ſit repræſentatio ſui, illud eſt imperfectionis,quod ſupponat neceſſario cognitionem directam habentem obiectum à ſe ipſa diſtinctum,& quod tendat in illud non per ſe primo, ſed in obliquo, prout eſt obiectum directæ cognitionis; illud primum inuenies in intellectione diuina; non hoc ſecundum.

12 S.Thom. Ex hac doctrina ſolutæ manent duæ illæ probationes,quas in hunc locum remiſsimus diſput.3.cap.1.Prima erat ex S.Thoma art.4. at ibi *ſolum* (ait) *in Deo non eſſe aliam formam, & ſpeciem,præter eſſentiam Dei*, quod pro nobis facit,nec ex eo infertur intellectionem eſſe attributum Dei, ſed ipſam per ſe habere quidquid aliæ cognitiones habent ex ſpecie intentionali. S.Thom.

Alia probatio erat ex tertio contra gentes cap.26.vbi contendit S.Thomas nec volitionem eſſe primum volibile,nec intellectionem primum intelligibile,quod in Deo verum eſt reſpectu obiecti in adæquati:nã tũ volitio, tũ intellectio habẽt obiecta inadæquate à ſe ipſis ratione diſtincta,vt ſæpe dixi,nõ tamẽ verũ eſt reſpectu obiecti adæquati;nam cum Deus velit ſuam volitionem,& intelligat ſuam intellectionem,& in hoc per D.Thomam non poſſit eſſe proceſſus in infinitum, etiam ratione noſtra, neceſſarium eſt,quod ipſa volitio, & intellectio contineantur intra obiectum adæquatũ earum. Exemplum afferri poteſt in viſione beatorum,quæ (ſi vera eſt communior ſententia) eſt viſio Dei,& ſui, contineturque intra obiectum ſuum adæquatum. S.Thom. Hoc ipſum affirmauit S.Thomas in cognitione,qua Angelus ſuam eſſentiam cognoſcit, vt ſupra retuli in hoc cap.num.7.

Cap. 2. Deus ſe cognoſcit in alio.

13 *Quid ſit in alio cognoſci.* ILLVD in ſe cognoſcitur,quod cognitionem immediate, & directe terminat,non antecedente cognitione alterius determinantis,vt vltra progrediatur cognitio in alia quædam ſecundario cognita,propter connexionẽ, quam cum obiecto in ſe cognito habent,hoc pacto Deum ſe in ſe cognoſcere,vidimus cap. 1.Beati etiam vident ipſum,& nos prima principia penetrare ſolemus.Cognoſci in alio eſt ſimul cognoſci cum altero indiuiſibiliter etiã reſpectu rationis noſtræ præſcindentis,ita tamen vt maior penetratio,ſeu expreſsio alterius in ſe cogniti ſit cauſa,quare alia in illo cognoſcantur;cauſa,inquam, non efficiens, ſed formalis extrinſeca determinans; hoc modo, & à Deo ipſo, & à Beatis cognoſci dicuntur creaturæ poſsibiles in omnipotentia Dei, de qua re diſput.ſequenti cap.1.& effectus in cauſa,& cauſa in effectu.Denique res quæ ſunt termini aliquorum ordinum traſcendentalium, aut prædicamentalium.

Cognitio in alio attingit vltimas differentias eorumque in alio cognoſcit. Aduerte hoc loco,cognitionem rei in alio, etſi dicatur immediata alterius,& negetur eſſe cognitionem in ſe cognitorum in alio;nihilominus tamen immediatè,& diſtinctè, cognoſci ab ea proprias, & vltimas differentias rei in alio cognitæ;v.g.Deus in ſua omnipotentia diſtinctiſsime, atque expreſsiſsime percipit differentias vltimas,rationes particulariſſimas, & formalitates minutiſsimas omnium & ſingularium creaturarum. Itaque cognitio rei in alio,non negat diſtinctionem, & claritatem rei in alio cognitæ, nec immediatam,& particulariſsimam expreſsionẽ propriarum rationum eius,ſolum negat directam,& primariam terminationem cognitionis: negat directam,quia non per ſe,ſed per aliud,in quo continetur, vel cum quo connexionem habet neceſſariam,obijcitur intellectioni; negat primariam,quia habet cognitio illa obiectum aliud principalius,a cuius cognitione determinatur,vt eadem cognitio non ſiſtens in obiecto principali procedat vſque ad cognitionẽ aliorum minus principalium in ipſo.

Hoc etiam loco obſerua;cognitionem hãc non terminari prius natura,aut ratione ad obiectum principalius,deinde poſterius natura, aut ratione ad obiectum minus principale:etenim vna formalitas cognitionis indiuiſibilis, etiam reſpectu rationis noſtræ præſcindentis, ſimul eſt cognitio principalis,& minus principalis obiecti,ſimul eſt ordo traſcendentalis vtriuſque,etſi cum ſubordinatione,quam explicui in obiectis.Itaque ſecundum quod eſt ipſa directa penetratio obiecti principalis, eſt etiam indirecta penetratio obiecti minus principalis,& obliqui;hoc namque ex propria natura ſibi vendicat cognitio hæc, eſſe indiuiſibilem ordinem tranſcendentalem diuerſorum obiectorum in ratione obiecti reſpectu huius cognitionis inter ſe ſubordinatorum,non tamen 14 *Ad quid terminetur cognitio in alio*

Digitized by Google

men negamus, diuerſos nos poſſe formare conceptus inadæquate eam concipientes, in quantum illa refertur ad hæc diuerſa obiecta, & affirmare denominationem cogniti, quam tribuit principaliori obiecto ſuperare in dignitate denominationem cogniti, quam tribuit minus principali, hæc tamen maioritas dignitatis non fundatur in ipſo ordine, aut cognitione, quæ vt dixi, prorſus indiuiſibilis eſt, ſed fundatur in toto complexo coaleſcente ex cognitione, & obiecto principali, & ex cognitione eadem, & obiecto minus principali. Hæc pro perſpicuitate tituli præfixi, & eligenda veriori ſententia. Quid vero ſit aliquid cognoſci ex alio? declaro in principio c. tertij.

15 Argumẽta partis affirmantis.

Videndum modo, quibus argumentis certantes ſe vtrinque impetebant. Qui propendent in partem affirmantem, ſupponunt prius Deum cognoſcere creaturas poſsibiles, non ſolum in ſua omnipotẽtiã, ſed etiã in ſe ipſis independenter à cognitione omnipotẽtiæ adeo vt ſi per impoſsibile, De⁹ creaturas nõ cognoſceret in omnipotentia adhuc in ipſo relinqueretur ſcientia creaturarũ in ſe ipſis. Hoc ſupponunt, quia id neceſſarium putant ad tutandam partem affirmantem; ſuppoſitum vero, in quã tum ponit per impoſsibile nullam creaturam à Deo videri ex vi viſionis ipſius, defacto ita contingere fuſſe defendit P. Vazquez 1. parte tom. 1. diſp. 50. in cuius articulo 6. pro ea allegat Bonauenturam, Scotum, Gabrielem, Almainum, Maiorem, Marſilium, Okamum, Petrum Aliacenſem, Palludanum, imo D. Thom. ad ſuam etiam ſententiam reducere contendit. Suppoſitum ergo illud, non vt impoſsibile, ſed vt à nobilibus Theologis probabile reputatum, dandum eſt huic parti.

1. Argum.

Eo ſuppoſito, ſic probant primo, cognitio Dei, qua creaturas in ſe independenter ab omnipotentia cognoſcit, eſt comprehenſiua earum; ergo per ipſam comprehendit Deus ordinem tranſcendentalem dependentiæ eſſentialis, quem illæ, hoc ipſo, quod creaturæ Dei ſint, habent ad ipſum. Conſequentia hæc euidens eſt, quia ordo is tranſcendentalis eſt de eſſentia creaturarum & cognitionem comprehenſiuam nihil rei comprehenſæ latere poteſt, nedum eſſentiale lateat? Ex hac conſequentia, ſic infero ſecundam; ergo Deus in comprehenſione talis ordinis neceſſario cognoſcitur, vt terminus eius ſaltim indirecte, & in obliquo, ergo Deus ſe cognoſcit, non ſolum in ſe ipſo, ſed in alio ſcilicet in creaturis.

2. Argum.

Secundo probatur ab exemplo, Angelus hoc ipſo, quod creaturas comprehendit naturales, neceſſario Deum cognoſcit, vt terminũ eſſentialis dependentiæ, quatenus in natura creaturæ comprehenſa videt eam dependere à Deo, ergo pari ratione de Deo dicendum eſt, maxime cum Deus infinite perfectius, quã Angelus ſupercomprehendat creaturas.

Tertio, Deus cognoſcit effectum in cauſa propter continentiam cauſæ: ergo è conuerſo cauſam in effectu propter dependentiam, & tranſcendentalem ordinem effectus ad cauſam: ergo vt cognoſcit creaturas in ſe, vt in cauſa continente, ita, & ſe in creaturis, vt in dependentia, & ordine ad ipſum. 3. Argum.

Denique a priori, quia modus iſte cognoſcendi ſe in creaturis nullam inuoluit imperfectionem, & ex ſe perfectionem affert; ergo nõ eſt Deo negandus. Antecedens probatur primo, quia Deum creaturas in ſe ipſis cognoſcere, eſt maxima perfectio, vt ſupponunt, ſed cũ hac cognitione neceſſario coniuncta eſt cognitio ſui, vt termini, vt oſtenſium eſt in præfatis argumentis; ergo in hac cognitione nulla poteſt ſubeſſe imperfectio; ſecundo quia ex nullo capite oriri imperfectio poteſt, non ex eo quod, vt ſic, nõn ſit intuitiua Dei, nec explicita Trinitatis; quia ea ipſa cognitio Deum intuetur, & Trinitatẽ exprimit, nec ex eo, quod ſit in alio, quia Deus creaturas in ſe cognoſcit, ergo ex nullo capite. Hæc a parte affirmante. 4. Argum.

Ex aduerſa ſententia ſectatores, obijciunt primo euertentes potiſsimum fundamentum, nempe Deum cognoſcere creaturas in ſe ipſis, vt in proprio genere, vt contrariũ doctrinæ S. Thomæ.

Secundo obijciunt, cognitio Dei in creaturis, in ſuo conceptu eſſentiali includit imperfectionem: ergo neganda eſt Deo. Antecedẽs probant primo, quia cognitio talis, vt ad Deũ terminatur ſolum eſt, quoad an eſt, non quoad quid eſt hoc eſt, ex vi eius cognitionis ſolum cognoſcit Deus ſe eſſe, & eſſe terminum ordinis tranſcendentalis, non vero cognoſcit ſuam ipſius naturam, & quid ſit; omnis autem cognitio non quidditatiua ad ſolam exiſtentiam rei terminata, & non ad eſſentiam, eſt imperfecta; ergo hæc imperfectionem inuoluit in ſuo conceptu eſſentiali. Secundo quia cognitio hæc, vt ad Deum terminatur, ſolum eſt preciſsiua; ergo eſt imperfecta. Probo antecedens; quia cognoſcit exiſtentiam, & non eſſentiam & cognoſcit vnitatem in Deo, quatenus creaturæ ad Deum, vt vnum, ſolum dicunt ordinem tranſcendentalem; non Trinitatem; ergo eſt præciſsiua Probo conſequentiam, quia cognitio præciſsiua non cognoſcit rem, vt eſt in ſe, ſed ex formalitatibus, quæ in re idẽ ſunt vnam cognoſcit non aliam, atque adeo imperfecte, & inadæquate rem cognoſcit: ergo eſt imperfecta. Tertio, ideo communis ſententia remouet à ſcientia Dei formalem actum ſimpli- 16

Digitized by Google

ſimplicis apprehenſionis, quia ex ſe eſt prima intellectus operatio, & inchoatio quædam cognitionis perfectæ Dei; ergo pari ratione cognitio rei, quoad an eſt, non penetrans quidditatem rei, remouenda eſt. Probo paritatem rationis, quia cognitio rei, quoad an eſt, eſt ſolum inchoatio cognitionis perfectæ rei, nam ea præſuppoſita, procedit intellectus ad rei naturam indagandam.

17 Inter hæc ſic arbitror, & diiudico; primo cenſeo immerito primis opinantibus negari ſuppoſitum, tum propter rei probabilitatem, tum quia illud ſibi admitti volunt tanquam quid impoſsibile, non deſtruens præſentis cōtrouerſiæ directam, atque formalem deciſsionem; tum denique quia etſi verum ſit, vt communior fert ſententia, Deum cognoſcere creaturas in ſe nō poſſe, adhuc negari cēſeo ab ipſo Deo creaturas immediate, & directe in ſe ipſis in proprio genere, vt dicunt, cognoſci, de quo diſputatione ſequenti cap. 4.

1. Concl. *Authoris inditium.*

2. Concl. Secundo cenſeo, immerito affirmantis ſententiæ ſectatores ad hoc ſuppoſitum punctum huius difficultatis reuocaſſe. Probo ſic, Deum comprehendere creaturas poſsibiles indubitatum eſt, atque de fide certum, quoquomodo id fiat ſiue in omnipotentia Dei, ſiue in ipſis creaturis, itaque modus comprehenſionis ſub opinione eſt, non ipſa comprehenſio; ergo nec ſub opinione eſt Deum comprehendere ordinem tranſcendentalem eſſentialis dependentiæ, quem creaturæ in quocunque ſtatu, ſiue poſsibili, ſiue exiſtentiæ habent ad Deum; nam, vt notabam ſupra, is ordo tranſcendentalis latere non poteſt notitiam comprehenſiuam, quippe quæ exhaurit totam rei cognoſcibilitatem; atqui ex comprehenſione huius ordinis hi opinantes deducere connantur, Deum in eo cognoſcendum eſſe aliquo modo vt terminum eius ordinis; ergo non erat cur redigerent ſententiam, quam tuebantur, ad illud ſuppoſitum, quod adhuc ſub iudice eſt, cum omnia eorum argumenta eundem prorſus locum habeant, data illis ſola comprehenſione talis ordinis, quam fides diuina dat omnibus catholicis.

3. Concl. Cenſeo tertio, & pro parte affirmante ſententiam meam pronūtio, ea intellecta, vt mox ſubijcio. Ad eam confirmandam ſummo doctrinam, quam docui 3. parte quæſt. 11. diſſerens de ſcientia indita animæ Chriſti, vbi præter ſcientiam beatam, qua Chriſtus Deum intuitiue in ſe ipſo intuebatur, ex communi Theologorum ſententia, docui habere ſcientiam inditam, per quam comprehendebat res creatas naturales & ſupernaturales, & in ipſis Deum, quoad an eſt, per comprehenſionem ordinis tranſcendentalis eſſentialis dependentiæ creaturarum ad Deum. Itaque idem Chriſti intellectus per vnam ſcientiam actualem cognoſcit Deum intuitiue vt in ſe eſt per aliam in alio, indirecte, vt terminum ordinis tranſcendentalis, nec Theologi grauiſsimi, quos ibi pro me allegaui, & nobiſcum ſenſerunt ei modo cognoſcendi aliquam imperfectionem neceſſario annexam arbitrati ſunt, præter communes imperfectiones cuiuſuis ſcientiæ creatæ, vt quod ſit accidens dependens ab obiecto indigeat ſpecie intentionali, habeat principium recipiens & efficiens &c. Ergo ſecluſis ijs communibus imperfectionibus, non video quare vna ſimpliciſsima ſcientia Dei ſimul eſſe non poſsit, & cognitio comprehenſiua ſui in ſe ipſo & cognitio indirecta ſui in alio, vt terminus ordinis tranſcendentalis ad ipſum, ita vt ex vi cognitionis, quam haurit ſui in hoc ordine Deus habeat de ſe hoc iudicium, *ad me ipſum ſecundum propriam rationem meam, non ad alium, nec ſecundum rationem communem mihi, & alijs terminatur ordo tranſcendentalis creaturarum, quatenus ipſa ex propriſsima ratione creaturæ, vt ſint, quoquomodo ſint, me exigunt authorem, & omnipotentem.* Rationes partis affirmantis hoc efficaciter probant, nullam antem ſubeſſe imperfectionem in hac ſcientia, vt à nobis ponenda, ex obiectionibus differte explicatis manifeſtius fiet.

Ad primam obiectionem conſtat ex prima noſtra cenſura, quam immerito negetur ſuppoſitum parti affirmanti. Conſtat etiam ex ſecunda nec ab eo pendere veritatem, quam nitimur continere partem, quæ affirmat. 18

Reſ. ad argumēta ſententiæ negantis.

Ad ſecundam obiectionem, quæ contendit imperfectionem ſubeſſe in hac ſcientia, negandum eſt antecedens, quod triplici probatione cōfirmabatur. Ad primam probationem nego antecedens; quia cognitio illa ex parte ſua ſemper eſt comprehenſiua reſpectu ſui obiecti directi, ita quod nec ratione noſtra præſcindere poſsimus in ea formalitatem, per quam terminatur ad Deum, à formalitate, per quam terminatur ad creaturas, vnde propoſitio illa probationis *ſcientia illa præciſſè, vt terminatur ad Deum eſt abſtractiua*, falſa eſt, & de ſubiecto nō ſupponente: Falſa quia ſubſumit ſcientiam præciſſe, vt terminatur ad Deū, cum hæc præciſsio fieri non poſsit, vt dixi, & licet nos vti poſsimus terminis ſignificantibus præciſsionem, non poſſumus vero eos illi ſcientiæ applicare, quia in ſe impræſcindibilis eſt; & ideo etiam eſt de ſubiecto non ſupponente, quia ſupponit pro ſcientia præſcindente, & ſolum ad Deū terminata, cum nulla talis ſit. Eſt ergo illa ſcientia ſimul comprehenſiua creaturarum, quæ ſunt obiectum directum eius, & eminentem ſolum, ſeu melius æquiualenter abſtractiua reſpectu

Cognitionem Dei in alio nō eſſe formaliter abſtractiuam ſed ſolum æquiualenter.

Digitized by Google

pectu obiecti indirecti,& obliqui. Itaque ego remouendam cenſeo a diuina ſcientia omnem cognitioné formaliter abſtractiuam, eò quod exiſtimem imperfectionem includere propter hãc rationẽ. Nam vel obiectũ quod cognoſcit abſtractiue in ſe cognoſcit; vel in alio? ſi in ſe? ergo imperfectè cognoſcit, nam cum omne obiectum in ſe quidditatiue, & comprehenſiue cognoſcibile ſit, cognitio ſiſtens in abſtractione,non cognoſcit illud, quantum cognoſcibile eſt, atq; adeò defectus perfectioris ſcientiæ ex intelligente procedit: ſi in alio?tunc peto,aut illud aliud comprehendit, vel non? ſi nõ comprehendit,reddit argumentum factum, ſi comprehendit: ergo cognitio illa, qua obiectum indirectum abſtractiue attingitur ex ſuo conceptu eſſentiali, eſt cognitio comprehenſiua reſpectu obiecti directi, in quo caſu verſamur modo, & tunc propter maximam eius cõprehenſionis perfectionem habet penetrare quidquid cum obiecto directe comprehenſo connexionem habet in ratione cognoſcibilis, eo modo quo in obiecto directè comprehenſo cognoſcibile eſt, tantum abeſt ab imperfectione in cognitione hæc penetratio vſque ad obiectum indirectum, vt impoſsibile ſit à comprehenſione perfecta nõ attingi illud v. g. in noſtro caſu,Deus comprehendens ordinem tranſcendentalem eſſentialis dependẽtiæ creaturarum ad ipſum, ſi in eo non cognoſceret Deum ipſum, & non alium eſſe proprium terminum, quem exigunt creaturæ per dependentiam eſſentialem, non penetraret illas, quantum penetrabiles ſunt, vt clare conſtat.

Quid eſt eſſe æquiualen er abſtractionem. Quando vero dico,eam cognitionem ſolum eſſe eminenter, ſeu æquiualenter abſtractiuam id volo, non poſſe in Deo diſtingui,& cõſtitui ratione noſtra duo iudicia, alterum quo affirmat,creaturas omnes habere ordinem eſſentialis dependentiæ ad Deum, alterum quaſi ex hoc illatũ, quo affirmet Deum eſſe. Id enim ſpectat ad cognitionem vnius, ex alio, de qua cap. 3. ſolum ergo conſtituimus primum illud iudicium, quo indirecte,& in obliquo attingitur Deus in alio, quod appellamus eminẽter,ſeu æquiualenter abſtractiuum,quia in eo formale abſtractiuũ cõtinetur,&ex eo legitima eius illatio fieri poſſet,niſi ei ſubeſſet imperfectio,ex eo autem quod iudicio formali abſtractiuo in ſit impefectio,non ſit in eſſe illã eminenter ſolũ abſtractiuo,vt conſtat.Ex quo patet,ad ſecũdam probationẽ,negandũ eſſe cognitionẽ illam formaliter eſſe præciſiuam, & affirmare formaliter Deum exiſtere, Deum eſſe vnum, cum ſolum affirmet creaturas habere ordinem eſſentialem dependentiæ ad Deum exiſtentem, ad Deum omnipotentem, quod iudicium formaliter non eſt illud, ſed ſolum eminenter, ſeu æquiualenter. Vide in tractatu 2. diſput. 15. cap.2.

Ad tertiam probationem reſpondeo, ſolum probare ita repugnare Deo cognitionem abſtractiuam obiecti directi, ſicut repugnat ſimplex apprehenſio formalis, primaque operatio intellectus,non vero probat cognitionem abſtractiuam virtualiter repugnare, ſicut nec repugnat ſimplex apprehenſio virtualis.Solida vero ratio quare formalis ſimplex apprehẽſio in Deo nõ ſit,ea mihi eſt,quia omne obiectum,quod ſimpliciter apprehenditur,hoc ipſo eſt ſcibile per iudicium, etenim neceſſarium eſt, quod omnis res cõſtet quibuſdam prædicatis,quæ de ea affirmari poſsint,& quibuſdam non conſtet, quæ de ea negari poſſint. Vnde cognitio ſiſtens in ſimplici apprehenſione in quocumque obiecto, non penetrat illud,quantum penetrabile eſt,cum amplius penetrabile ſit, per iudicium, at terminus ordinis tranſcendentalis in comprehenſione eius, non eſt amplius cognoſcibilis,quã à Deo cognoſcitur. *Simplex apprehenſio formalis non eſt in Deo.*

19 *Obiectio difficilis.* Obijcies, hoc diſcurſu probari poſſe in Deo inueniri iudicium probabile obſcurum & fallibile, quod abſurdum eſſe nemo eſt,qui neſciat. Vt probem ſequellã ſummo tria certa iudicia,& primũ affirmat Deum eſſe trinũ, & vnum probabiliter, ſecundum,fide diuina, tertium, fide humana. Hæc iudicia comprehendantur à Deo, ergo per nos ea comprehenſio terminatur ad ipſum indirectè, & in obliquo. Tunc ſic inſtruo argumentum. Ordines tranſcendentales primi, ſecundi, & tertij iudicij inter ſe diſtinguũtur ſpecie; ergo in comprehenſione ordinis proprij iudicij probabilis, ſolũ Deus cognoſcit ſe eſſe probabiliter,& in comprehenſione ordinis iudicij diuini,ſolum obſcure & in comprehenſione ordinis iudicij humani,ſolum fallibiliter. Probo hanc conſequentiam,hoc ipſo quod Deus cõprehendat ordinem ad ipſum neceſſario ſe cognoſcit, vt terminum ordinis,quantũ cognoſcibilis eſt,ſed in his ordinibus ſolum cognoſcibilis eſt probabiliter,obſcure,& fallibiliter: ergo ſic ſe cognoſcit.

Reſponſio. Reſpondeo tria illa iudicia dupliciter à nobis conſiderari poſſe. Primo ſecundum conceptum communem creaturarum, per quem eſſentialiter pendent à Deo.Secundo,vt ſunt tales creaturæ, ſic de Deo indicantes; ſecundum priorem conſiderationem, iam dixi, ſolum Deum ſic iudicare: *ordo tranſcendentalis eſſentialis dependentiæ harum creaturarum me exigit, vt terminum proprium,meamque omnipotentiam,vt principium effectuum;* quod iudicium non eſſe formaliter abſtractiuum conſtat ex dictis. Secundum poſteriorem conſiderationem *Doctrina notandã.*

Digitized by Google

derationem ſolum ſunt in Deo hæc iudicia. *Hi actus iudicant me eſſe vnum, & trinum, primus probabiliter, ſecundus obſcure, tertius fallibiliter.* Hos vero tres actus, ita de Deo iudicare, Deus cognoſcit euidentiſsime, & comprehenſiue. Ex his iudicijs bene inferuntur alia, ſcilicet, ex primo iudicio infertur probabiliter, Deum eſſe; ex ſecundo infertur certo, & obſcure, Deum eſſe; ex tertio infertur incerto, & obſcure Deum eſſe trinum, & vnum: hæc quidem iudicia in ſe euidentiſsima ſunt, non probabilia, non fidei diuinæ, aut humanæ; nihilominus non ſunt formaliter prima illa iudicia, ſed eminenter in illis continentur, quatenus ex eis deduci poſſunt, vt dixi. Quod vero euidentiam in ſe contineant patet, quia iudicium probabile ſupponit rei probabilitatem obiectiuã, & iudicium fidei diuinæ ſupponit primam veritatem reuelãtem, & iudicium humanum ſupponit hominem fide dignum dicentem Deũ eſſe trinum, & vnum; ex hoc vero, & præcipue poſt facta iudicia circa hæc obiecta per comprehenſionem eorum euidenter infertur, ex vi primi iudicij, probabile eſſe, Deum eſſe trinum, & vnum; ex vi ſecundi, de fide diuina eſſe; ex vi tertij, de fide humana.

In quo aduerte ex illis præmiſsis duas inferri poſſe concluſiones, aliam abſolutam, & directe affirmantem *Deus eſt trinus, & unus*, & hæc illata, ex primo, & tertio iudicio, ſolum habebit veritatem probabilem, & fallibilem, cui falſum ſubeſſe poſſet; ex ſecundo obſcurã, & certam. Alia quæ ſolum affirmet reflexe, ex vi illorum trium iudiciorum *Deum eſſe trinum, & vnum probabile eſſe*, de fide diuina, & humana eſſe, quæ omnino euidens eſt. Nos vero neutram harum concluſionum damus intellectui diuino, ſed ſolum iudicium illud comprehenſiuũ ordinis tranſcendẽtalis triũ, actuũ in quibus ſe cognoſcit, vt terminum iudicij probabiliter, obſcurè, & fallibiliter affirmantis ſe eſſe trinum, & vnum. In quo nullam eſſe imperfectionem obſcuritatis, aut fallibilitatis conſtat, quia comprehenſiuum eſt obiecti directi. Exhucuſque dictis ſatis liquet, concluſionem, quæ affirmat Deum ſe in alio cognoſcere, immerito nouitatis inſimulari poſſe: cum ea immediate adhereat, initeturq; veritati ſancitæ fide diuina, nempe Deum comprehẽſiuè cognoſcere omnem ordinem tranſcendentalem eſſentialis dependentiæ creaturarum ad ſe ipſum.

Cap. 3. Deus non ſe cognoſcit ex alio.

20 COGNOSCI aliquid ex alio eſt cognoſci illud aliud immediate, & directe in ſe, per cognitionem tamen determinatam ex alterius cognitione, hoc pacto concluſionem cognoſcimus ex præcognitis præmiſsis; in nobis vero, qui diſtinctis vtimur cognitionibus regulariter, quãdo hoc ex illo cognoſcimus, duplex eſt determinatio, alia obiectiua, tenens ſe ex parte rerum cognitarum, alia quaſi formalis, tenens ſe ex parte actuum cognoſcentium. Hæc ſecunda determinatio in actibus naſcitur ex prima determinatione obiectiua; ea quæ eſt in actibus, in eo conſiſtit, quod cognitio terminata ad priorem rationem in obiecto, quæ apta eſt, vt ex ea conficiatur demonſtratio *propter quid*, determinat virtutem cognoſcendi ad alium actum terminatum ad poſteriorem rationem in obiecto, ad eum fere modum quo cognitio appetibilis præcedens allicit principiũ appetendi ad appetitum, hoc interueniẽte diſcrimine, quod cognitio nõ ſẽper determinat ad appetitum: prior vero cognitio determinat ad poſteriorem. Determinatio vero obiectiua ſolum conſiſtit in connexione obiectorum inter ſe, ratione cuius vnum ex alio ſcibile eſt, ſiue à priori, ſiue à poſteriori, vnde in ſcientia Dei, ſi per eam Deus poſſet vnum ex alio cognoſcere, cùm in ipſa non ſit diſcurſus, nec formalis actuum diſtinctio ex natura rei, ſolum eſſe poteſt obiectiua determinatio, & quædam actuum diſtinctio rationis, propter quam dicamus vnum actum priorem eſſe ratione alio, & poſteriorẽ eſſe deductũ ex alio ratione noſtra propter vim determinãdi, quã habet quẽcũq; vero ex illis, ſuũ directum atq; immediatu, obiectum habere; primum, rationem primariam obiectiuam, ſecundũ, ſecundariã.

Cognoſci aliquid ex alio, quid.

Duplex determinatio cognitioni obiectiua, & formalis.

In ſciẽtia Dei ſolum obiectiua determinatio.

Hoc præſuppoſito, ſtatim puto quæſtionem reſoluendam, quia affinis eſt noſtræ reſolutioni capitis præcedentis, hac concluſione, *Deus non ſe cognoſcit ex creaturis.* Concluſio hæc videtur expreſſa S. Thomæ in hac quæſt. art. 6. ad ſecundum, vbi in hæc verba, *Ad ſecundum dicẽdum quod eſſentia creaturæ comparatur ad eſſentiam Dei, vt actus imperfectus ad perfectum, & ideo eſſentia creaturæ non ſufficienter ducit in cognitionem eſſentiæ diuinæ, ſed è conuerſo.* In quibus verbis expreſſe affirmat Angelicus Doctor cognitionem deductam ex eſſentia creaturæ, & procedentem ad eſſentiam Dei neceſſario fore imperfectam, è conuerſo vero concluſionem deductam ex cognitione eſſentiæ Dei, & procedentem ad cognitionem creatu- 21 Concl. D. Thom.

Idem ræ non eſſe imperfectam. Et artic. 7. in corpore vbi diſtinguens in noſtra ſcientia duplicem diſcurſum, alium ſecundùm ſucceſsionem, alium ſecundum cauſalitatem, & vtrumque negans Deo ſic concludit, *vnde manifeſtum eſt. quod quando cognoſcitur primum, adhuc ignoratur ſecundum, & ſic ſecundum nō cognoſcitur in primo, ſed ex primo, terminus vero diſcurſus eſt, quando ſecundum videtur in primo, reſolutis effectibus in cauſas, & tunc ceſſat diſcurſus, &c.* In his verbis profunde diſtinxit cognitionem rei in alio, à cognitione rei ex alio, primam expreſſe concedit Deo, & negat in ea eſſe diſcurſum. ibi, *vnde cum Deus effectus ſuos in ſe ipſo videat ſicut in cauſa, eius cognitio non eſt diſcurſiua,* ſecundam negat, & affirmat in ea eſſe diſcurſum cum aliqua imperfectione. quam iam explico. Teſtimonium hoc mirificè confirmat doctrinam noſtram vtriuſque capitis.

Ratione probatur. Ratione ſic probo concluſionem, cognitio Dei ex creaturis continet in ſe duas formales cognitiones ratione noſtra cũ fundamento in noſtris cóceptibus, prima terminatur ad creaturas directe, atq; immediatè, & hæc perfecta eſt. & comprehenſiua, ſecunda ad Deũ ipſum immediatè, & directè in ſe, ex priori cognitione creaturarum quodamodo procedens, quæ neceſſario imperfecta eſt: ergo cognitio Dei ex creaturis neganda eſt Deo. Hanc partē antecedētis poſſemus probare: quia cognitio hæc videtur dependens à prima; omnis autem dependentia dicit imperfectionem; ergo, &c. Hac ratione ſupra vſi ſumus diſput. 2. cap. 3. ad negandum Deo potentiam intellectiuam etiam ratione noſtra, quia ſcilicet omnis actus ſecundus vitalis obſolui nō poteſt etiam per rationem ab actu primò, & potētia vitali. Sed abſtineo ab hac probatione; propterea quod patitur inſtantiam illam de volitione Dei, quæ cum ſupponat cognitionem, à qua noſtræ volitiones pendent, nihilominus tamen damus Deo tùm volitionē, tum intellectionē formaliter abſq; dependentia, cũ quadam præſuppoſitione rationis, quā ego per hanc conditionalē explicare ſoleo, *ſi diſtingueretur in Deo realiter intellectio, & volitio; hæc illam præſupponeret realiter; non è contra; & ſi in Deo eſſet vera dependētia, volitio penderet ab intellectione, non è contra.* itaq; vt ponimus volitionem & intellectionem formaliter abſq; omni depēdentia, & imperfectione, ita conſtituere quis poſſet cognitionē ſui in Deo ex creaturis formaliter abſq; vlla dependētia cognitionis Dei ex creaturis à cognitione creaturarũ in ſe, & ad hoc ita conſtituendum ei ſuppeteret optima ratio à priori noſtris principijs valde conſentanea, videlicet, quod vt volitio non cōparatur ad intellectionē, tanquam ad actũ primũ elicitiuum, & receptiuum eius, ita cognitio Dei ex creaturis non eſſet comparāda ad cognitionem creaturarum in ſe tanquam ad actũ primum elicitiuum, & receptiuum eius.

Volitio in Deo ponenda, ſine dependentia ab intellectu.

Qua propter hæc eſt eius antecedentis ſolidior mihi probatio, hoc ſecundũ iudicium Dei ratione noſtra illatũ ex primo nō cognoſcit naturam Dei, ſed ſolũ aſſirmat ipſum exiſtere, nō cognoſcit ipſum eſſe trinum in perſonis, quando deducitur ex ordine creaturarum perſe reſpiciente Deum, vt vnum, nō vt trinũ; ergo hoc iudicium, Deũ cognoſcit abſtractè, & inadæquatè, ergo in ſe inuoluit imperfectionem. Probo conſequētiā hanc quia omnis cognitio præciſsiua, & adæquata eſt confuſa, quippe quæ nō cognoſcit rem, vt eſt in ſe; ſed omnis cognitio confuſſa imperfecta eſt, vt conſtat, ergo, &c. 22 Probatio ſolida.

Replica. Dices, Deum non eſſe amplius cognoſcibilem ex creaturis, ideoq; imperfectionē hanc non in cognoſcentem, ſed in obiectum referēdam eſſe. Reſpondeo verum eſſe antecedens obiectum, ex eo tamen non fieri, tale iudiciũ Deo adſcribendum eſse, non quod Deus, non cognoſceret ſe ex creaturis, quantum ex ipſis cognoſcibilis eſt, ſed quod ex earũ cognoſcibilitate, licet illam expleat Deus, haurire ſibi non poſsit cognitionem ſui nō imperfectam, qua ratione negamus Deo iudiciũ probabile ex principio probabili illatũ, licet ex tali principio ſolũ concluſio probabiliter cognoſcibilis ſit, quia in ipſo aſsenſu probabili eſt imbibita imperfectio falibilitatis; pariter quia in noſtro iudicio ex creaturis eſt imbibita imperfectio præciſsionis, & confuſsionis, neganda eſt Deo, etſi alio modo ex creaturis cognoſcibilis non ſit. Solutio.

Alia obiectio. Obijcies primo ex doctrina noſtra. c. 2. ſtatuta, nō repugnat Deo cognitio præciſiua, & inadæquata ipſius, vt termini indirectè, & in obliquo cogniti; ergo nō repugnabit cognitio præciſsiua, & inadæquata Deo, vt obiecti directi & immediati. Vrgeo obiectionē; ideo nos concedimus in noſtris principijs cognitionē Dei in alio, etſi præciſsiuā, & inadæquatā, quia cognitio Dei, & alterius, adeò in ſe indiuiſibilis eſt, vt nec ratione noſtra præſcindi poſsit cognitio Dei à cognitione illius alterius, ſed etſi cōcedam' cognitionē directā Dei ex creaturis, tũ ad creaturas in ſe, tũ ad Deũ ex creaturis terminatam immediatè, non poterimus præſcindere vnam cognitionem ab alia, ergo vel vtraq; concedenda eſt, vel neutra, Probo hanc minorem, quia fundamentũ cognitionis præciſsiuæ, ſi quod datur, eſt diſtinctio virtualis intrinſeca in diuinis, vt docui diſput. 2. cap. 3. numer. 18. & diſput. 4. capit. 1. nu. 6. Confirmatur.

Digitized by Google

ad finem; ſed inter cognitionem Dei ex creaturis, & cognitionem creaturarum in ſe, non eſt hęc virtualis diſtinctio; ergo non poteſt præſcindi vna cognitio ab alia.

Alia Obiectio. Obijcies ſecundo Angelus per comprehenſionem creaturarum per alium actum ex illa illatum cognoſcit Deū eſſe; ergo pariter Deus

23 Reſp. ad 1. Ad primam obiectionem, nego conſequentiam; quia cognitio præciſsiua formaliter, & inadæquata, eſt imperfecta; non vero cognitio eminenter, ſeu æquiualenter præciſsiua obiecti indirecti. Vtrumq; iam declaraui ſupra, iſtud capite ſecundo, illud vero cap. 3.

Ad confirmationem obiectionis damus in neutro caſu nos admittere præciſsionem; negamus, propter ſolam impræciſsionem, nos admiſiſſe cognitionem Dei in alio, ſed quia in cognitione Dei in alio maxima eſt perfectio ſine vlla imperfectione; at cognitio Dei ex alio duas formalitates, & actus rationę noſtra ſecum affert, nępe duo illa iudicia explicata; ſicut iuſtitia, & miſericordia in diuinis duas afferunt formalitates virtutū moraliū, ſiue vna ſit præſcindibilis ab alia, ſiue nō. *Doctrina notanda.* Fundamentū ad concipiendam hæc per modum duarum formalitatum habemus in noſtris actibus, tum in intellectu, tum in voluntate; in intellectu, quatenus diuerſis aſſenſibus, principijs, & cōcluſionibus efficimus, in volūtate quatenus in nobis diſtincta virtus eſt iuſtitia a miſericordia, quod ſi in actu formali iuſtitiæ ſpecialis, commutatiuæ, aut diſtributiuæ, eſſet eſſentialiter incluſa imperfectio, vt plures hodie opinantur, nihilominus non eſſet Deo concedendus, etſi non poſſet præſcindi á miſericordia, ſi ſemel concederetur. Ita ſi in iudicio illo Dei ex creaturis eſt incluſa imperfectio, quam iam explicui, non eſt Deo concedendum, etſi, eo ſemel conceſſo præſcindi non poſſet a comprehenſione creaturarum in ſe. Duplex itaque inuoluitur diuerſa quæſtio in obiectione, in qua committitur æquiuocatio ex diuerſis principijs definienda. Prima an aliqua formalitas ſit in Deo conſtituenda, nec ne? Quæ definienda eſt ex eo quod illa in ſuo conceptu formali inuoluat imperfectionem, aut non inuoluat. Secunda an poſita illa formalitate in Deo, ab alia, quæ in ipſo eſt, præſcindi ratione poſſit vel non? Ad quam definiendam multum iuuat diſtinctio illa virtualis intrinſeca. In eo peccat obiectio, quod nititur conſtituere formalitatem in Deo propter impræciſsionem, cum conſtituere deberet illam propter perfectionem ſine imperfectione.

Reſp. ad 2. Ad ſecundā obiectionē nego, ſequellā. Negationis ſequellæ ratio clara eſt, quia Angelo nō repugnat cognitio imperfecta, ſicut Deo.

An vero propter dicta etiam repugnet Deo cognitio creaturarum ex ſua omnipotentia definio diſput. 5. cap. 5. & an, ad abſtergendam formalitatem quæ de ſe imperfecta eſt ſufficiat identitas cum Deo, definio tractatu de volūtate Dei, diſput. 15. cap. 2. quo modo aliqui recentiores accurrunt huic difficultati.

Cap. 4. Deus *ſe comprehendit.*

24 *S. Thom. art. 3.* CVM Theologi Scholaſtici in materiam de Dei incomprehenſibilitate incidunt, ſolemne illis eſt, varias comprehēſionis vſurpationes referre. Id ſolum noſtro inſtituto ſufficiens, ſi ita tueamur Deum ſe comprehendere, vt ſimul viam ſternamus, qua diuina incomprehenſibilitas reſpectu cuiuſcumq; creaturæ, etiam de potentia abſoluta facile defendi poſſit, nec eſt animus aliorum placita referendi, aut refellendi, ſed doctrinam noſtram confirmandi, & ab obiectionibus propugnandi.

Quid comprehenſio ex Aug. Naturam comprehenſionis diſerte explicui in hac 1. p. ad quæſt. 56. S. Thom. in materia de Angelis, ibiq; Scholaſtico more alijs comprehenſionis vſurpationibus relictis eam docui comprehenſionem eſſe, quam definiuit Auguſt. Auguſtinus perſpicuo ingenio epiſt. 112. cap. 8. his verbis, *Aliud eſt videre, aliud eſt totum videndo comprehendere, quando quidem id videtur quod præſens vtcumq; ſentitur: totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem: aut cuius fines circumſpici poſſunt.* In quibus verbis duas conditiones videtur poſtulare Auguſtinus ad exactam, perfectamq; comprehenſionem. *Comprehēſionis perfectæ duplex conditio.* Prima, vt res ita cognoſcatur, vt nihil eius lateat, hoc eſt, nihil in ea formaliter exiſtens, deinde nihil alterius, hoc eſt, nihil quod in illa, aut ex illa cognoſci poteſt, lateat comprehendentem. Secunda, quod ea cognitione perfecta res comprehenſa cognoſcatur, qualem petit nobilitas cognoſcibilitatis obiecti. Primam harum conditionum explicuit Auguſtinus in illis verbis *vt nihil eius lateat videntem*, ſecundam in illis, *cuius fines circumſpici poſſunt*: nam duplici perfectione conſtare debere omnem perfectam comprehenſionem, alia extenſiua, per quam nihil lateat, alia intēſiua ſubſtantiali intēſione, non graduali, per quam prorſus fines rei circūſpiciantur, hoc eſt tam alte res penetretur, quā ipſa penetrari petit, ſtatim demonſtro. Vtramq; hanc perfectionem brebibus verbis complexus eſt Idem Auguſtinus lib. 12 de Ciuit. c. 18. Auguſt. ibi, *quia quidquid ſcientia comprehenditur, ſcientis comprehenſione finitur*, hoc eſt, quaſi continetur in capacitate, & repreſentatione cognitionis, ita vt ea exæquetur, & concludatur

Digitized by Google

datur tota rei cognoſcibilitas; atqui certum eſt rei cognoſcibilitatem non exæquari, aut concludi ex omnium rerum, quæ in obiecto ſunt, cognitione, aut earum, quæ in illo, aut ex illo poſſunt cognoſci, ſed præterea neceſſariũ eſt, quod ipſa cognitionis ſubſtantia in ſua intrinſeca perfectione talis ſit, quæ congruat intrinſecę etiam cognoſcibilitati obiecti in ſua intrinſeca perfectione; nam vt obiecta ipſa diuerſam participant hanc intrinſecam cognoſcibilitatem, quædam nobiliorem, quædam ignobiliorem pro cuiuſcumque rei natura, ita non omnis cognitio congruit cuicumq; obiecti cognoſcibilitati, etſi ex alia parte ad omnia obiecti ſeſe extendat.

25 *Oſtẽditur ex S. Tho.* Et certè hic eſt legitimus diſcurſus S. Thomæ in hac quæſtione, artic. 3. vbi deſcribens comprehenſionem, ait tunc contingere quando res cognoſcitur, ita, perfectè, ſicut cognoſcibilis eſt, exemplum ponit ſuæ doctrinæ his verbis *ſicut propoſitio demonſtrabilis comprehenditur, quando ſcitur per demonſtrationem, non autem quando cognoſcitur per aliquam rationem probabilem.* Ecce duas affirmat eſſe partes perfectæ demonſtrationis, aliam, quà cognoſcitur, totum cognoſcibile, & hæc ſola inſufficiens eſt, quia ſi cognoſcatur probabiliter ſolum, aut non tam perfectè, quàm res petit cognoſci, etſi euidenter cognoſceretur, cõprehenſio nõ eſſet. *Idem.* Idem docuit quæſt. 12. art. 7. ibi. *Illud comprehenditur quod perfectè cognoſcitur; perfectè autem cognoſcitur, quod tãtum cognoſcitur, quantũ cognoſsibile eſt, nullus autẽ intellectus creatꝰ pertingere poteſt ad illum perfectũ modũ cognoſcendi diuinæ eſſentiæ, quo cognoſcibilis eſt, quod ſic patet, vnumquodque enim ſic cognoſcibile eſt ſecundum quod eſt ens actu, Deus igitur cuius eſſe eſt infinitum, vt ſupra oſtenſum eſt infinite cognoſcibilis eſt.* In his verbis ſolum videtur S. Thomas meminiſſe alterius conditionis ex duabus explicatis, nempè perfectionis intenſiuæ: etenim ex perfectione Dei, qua eſt ens à ſe in actu, & infinitum nulla facta mentione multitudinis, in Deo, & ex Deo cognoſcibilis, deducit, comprehenſionem Dei præditam eſſe debere infinitate in cognitione. A nobis ſunt cum D. Thoma omnes diſcipuli, qui hac vtuntur ratione. Quidam vero ex illis eam non comprehenderunt, vt mox conſtabit. Præterea eam videtur ſecutus Bonauentura in 3. diſtin. 14. art. 1. quæſt. 2. Richardus, art. 1. quæſt. 4. Scotus, quæſt. 1. §. ad primum argumentum in ſolutione ſecundæ, probationis argumenti primi. Durãdus quæſ. 1. n. 10. Maior. in 4. quæſ. 15

Bonauent. Richardus. Scotus. Durandus. Maior.

26 *Secundũ cõditio cõfirmatur ratione.* Quia totum robur noſtrę doctrinæ in accurata harum duarum conditionum diſtinctione, & confirmatione ſitum eſſe debet, eas ratione à priori confirmare prius; poſtea Patrũ teſtimoniis opere pretium erit, in condiritione vero perfectionis extenſiuæ, nihil eſt negotij, cum ea apud omnes in confeſſo ſit, & perſe ſe perſpicua. Alteram ergo conditionem perfectionis intenſiuæ hac ratione probo. Theologi omnes negant rem ſpiritualem potentia corporea, de potentia abſoluta, videri poſſe item Deum in ſe viribus naturæ; cuius nulla alia ratio eſt, niſi quod res ſpiritualis propter naturæ nobilitatem, in ſe petunt in cognitione, altera ſpiritualitatem intrinſecam, pariter Deus ſupernaturalitatem; ergo obiecti nobilitas in cognoſcibilitate, quæ ſequitur naturam eius, veluti propria paſsio taxat in cognitione perfectionem intenſiuam ſubſtantialem quæ vt dixi, non conſiſtit in graduali intenſione accidentaria, quam etiam habere poteſt corporea viſio, & intellectio naturæ viribus elicita, ſed in ſubſtantiali naturæ ſpecificæ perfectione.

Confirmo diſcurſum, quò res eſt in ſua ſubſtantia perfectior, eò amabilior, petitque amorem in ſua ſubſtantia perfectiorem, qua ratione Thologi omnes dicunt Dei bonitatem, à nulla creatura pro dignitate amari poſſe de potentia abſoluta; ergo ſimiliter quò res in natura perfectior eſt, eò ſibi vendicat veritatem obiectiuam perfectiorem; nam verum, & bonum hac ratione dicuntur paſsiones entis; ergo vt nulla creatura bonitatem Dei pro dignitate amare poteſt, ita etiam cognoſcere, nam vt amor ille Dei ita congruit diuinæ bonitati, vt ille ſolus ipſam exhauriat, & exæquet, ſimiliter cognitio illa Dei, ita congruit diuinæ veritati obiectiuæ, vt illa ſola eam exhauriat, & exæquet.

Ex hac quidem ratione totum huius rei negotium mihi per actum eſſe videtur, nam ex ea, primo conſtat Deum ſe comprehendere, quam veritatem eſſe fide, certam dixi & probaui cap. 1. num. 3. ex Paulo 1. epiſt. ad Corith. cap. 2. *Paulus.* Deinde à nulla creatura Deum comprehendi poſſe ex eadem concluſum eſt, nam ſola cognitio Dei ſecundum perfectionem intrinſecam, quam habet in ratione cognitionis exæquat perfectionem cognoſcibilitatis Dei, in ratione cognoſcibilis, non enim ſuperat illam, cum Dei cognoſcibilitas eſſentialiter inſuperabilis ſit à cognitione; ergo quam certum eſt nullã cognitionem creatam, tam perfectam eſſe poſſe in ratione cognitionis, quã eſt intellectio illa Dei, qua natura diuina conſtituitur, vt docui, diſp. 3. tã certũ eſt, Deũ incõprehenſibilẽ eſſe à creatura, etiam per potentiã Dei abſolutam. 27 *Greg. Mag*

Nec deſunt Sancti Patres, qui hanc eandem rationem incomprehenſibilitatis Dei reddi- *Confirmatur Patrũ teſtimonijs*

Greg.Mag. reddiderunt. Gregorius Magnus 12. Moral, capit. 28. in fine loquens de Beatis ait, *nec tamen videbimus ſicut videt ipſe ſe ipſum, longe quippe diſpariliter videt creator ſe, quam videt creatura creatorem. Nam quantum ad immenſitatem Dei quidem nobis modus figitur contemplationis, quia eo ipſo pondere circunſcribimur, quo creaturæ ſumus.* Quibus verbis, ideo docet immenſæ perfectionis pelagum à nobis ideo comprehendi non poſſe, quia quo creaturæ ſumus fines noſtræ contemplationis poſitos ita habemus; vt eum viſionis modum pertingere non poſſimus, quem immenſitas petit, & quo ipſe ſe videt.

August. Auguſtinus lib. 4. de Geneſi ad litteram cap. 6. *quanquam* (ait) *etſi corda mundiſſima, & mentes ſimpliciſſimas gereremus ſanctis que Angelis iam eſſemus æquales, non vtique nobis ità eſſet nota diuina ſubſtantia, ſicut ipſa ſibi.* Atqui, donec ita ſit nota nobis diuina ſubſtantia, ſicut ipſa ſibi, non comprehendimus illam, quia omnem cognitionem, quam Deus de ſe habet, pro prio iure exigit ſibi diuina cognoſcibilitas, ergo vt nequit eſſe nobis, ita nota diuina ſubſtantia, ſicut ipſa ſibi, ita nequit à nobis comprehendi. Fulgentius in doctrina Auguſtinianus in libro reſponſionum ad Ferrandum Diaconum ad quæſt. tertiam hunc locum exponens, noſtram ſententiam expreſſe tradidiſſe videtur, nam reddens rationem dicti Auguſtini ſic ait, *Quia ipſa diuinitas ſic ſe nouit, vt inueniat ſe eſſe, quod nouit, anima vero ita nouit deitatem, vt Deitas non ſit.* Ac ſi diceret, ideo ipſa diuinitas ſe comprehendit, quia ſe cognoſcit ipſa diuinitate, & cognoſcendo ſe ipſa diuinitate, cognoſcit, ipſam diuinitatem eſſe cognitam; tantam ergo exigit exæquationem & correſpondentiam inter ipſam diuinitatem, & cognitionem eius comprehenſiuam vt neceſſarium ad hoc eſſe cenſeat, ipſam cognitionem nihil aliud eſſe, quam ipſam diuinitatem, & ideo concludit, *quia anima non nouit deitatem, ita vt ipſa deitas ſit, deitatem non comprehendit*: nihil dicere poterat, aut pulchrius pro noſtro inſtituto, aut ad noſtram doctrinam accommodatius.

Folg.

Cyrillus Ieroſolimitanus diſtinguit cognitionem intuitiuã à comprehenſiua. Denique Cirillus Ieroſolimitanus Chathecheſi ſexta hæc ait *Ad monet igitur nos infirmitatis noſtræ Dominus dicens, Deum nemo vidit vnquam, quid igitur (dicat aliquis) non ſcriptum eſt, quod Angeli paruulorum ſemper vident faciem Patris, qui in Cœlis eſt? vident ſane Angeli, ſed non ita vt eſt, ſed ſecundum quod eſt, & ipſi capiunt. Ipſe enim alias dicit quod Patrem nemo vidit, niſi qui eſt de Cœlo, hic vidit Patrem, vident Angeli ita vt capiunt, & Archangeli ita vt poſſunt, Throni vero, & Dominicationes plus quidem quã illi, ſed minus, quam pro Dei benignitate, ſolus autem Spiritus Sanctus, vt oportet videt.* Ecce diſtinxit euidenter cognitionem beatorum intuitiuam, à cognitione Dei ipſius cõprehenſiua, hancque conſtituit in eo, quod videat ipſum pro benignitate, & ut oportet, hoc eſt, pro dignitate, & vt exigit videri, non captu limitato, vti eſt creatus, ſed illimitato, vti eſt diuinus.

Scio P. Vazquez 1. parte diſput. 52. hæc, & alia teſtimonia alio detorquere aggreſſum, vt defendat, non eſſe de fide Deum eſſe incomprehenſibilem contra quoſdam recentiores ex noſtris, inter quos eſt P. Suarez 3. parte diſp. 26. & 1. part. lib. 2 cap. 29. & P. Salas 1. 2. diſp. 4. ſec. 6. de qua re modo non curo, quia negabit nemo, veritatem hanc eſſe ita calculo omnium Theologorum confirmatam, vt ſinẽ auſu temerario, aut erroneo hodie negari nõ poſſit, idque præcipue teſtimonijs Patrum confirmandum eſſe; ea vero præſuppoſita veritate, teſtimonia præfata aptiſſima eſſe ad noſtram doctrinam confirmandam, & verba ipſorum ſubiecta, & gloſſulæ noſtræ aperte demonſtrant. P.Vazquez P.Suar. P.Salas.

28 *Obiectio ex D. Tho contra noſtram doctrinam.* Teſtimonium in contrarium D. Thomæ firmitudinem huius noſtræ doctrinæ ſolum eleuare poteſt, duo ſunt loca, quæ ex diametro cum ea pugnare videntur, alterum eſt 1. parte q 12 artic. 8. in hæc verba *Ille igitur intellectus poteſt in cauſa cognoſcere omnes cauſæ effectus, & omnes rationes effectuum, qui cauſam totaliter comprehendit. Nullus autem intellectus creatus totaliter Deum comprehendere poteſt, vt oſtenſum eſt. Nullus igitur intellectus creatus videndo Deum poteſt cognoſcere omnia, quæ Deus facit, vel poteſt facere, hoc enim eſſet comprehendere eius virtutem.* Ergo D. Thomas ad comprehenſionem virtutis Dei, ſolum petit alteram comprehenſionis conditionem, ſcilicet extenſiuam. Secundus locus eſt 3. part quæſt. 10. ar. 2. vbi cum dixiſſet animam Chriſti non cognoſcere in verbo omnia poſſibilia, ſubdit rationem in hęc verba, *hoc enim eſſet comprehendere omnia: quæ Deus poteſt facere, quod eſſet comprehẽdere diuinam virtutem, & per conſequens diuinam eſſentiam; virtus enim qualibet cognoſcitur per cognitionem omnium, in qua poteſt.*

Retorquentur, contra ipſum. Si teſtimonia hęc noſtrę aduerſantur doctrinę, prius ipſi D. Thomę aduerſentur neceſſe eſt: nam ea ex viſceribus S. Thomę in teſtimonijs ſupra allatis de prompta eſt. Nullum certe preter hunc nodum habet. Quidam

Quomodo aly explicent.

Digitized by Google

quidam moderni ita intelligẽda putant, quod D. Thomas ex viſione omnium poſsibilium in virtute Dei, quod ea infinita ſunt, immediate deducat infinitatem in viſione, & mediate comprehenſionem, & propter hæc abſurda, neget omnium poſsibilium viſionem in virtute Dei.

Confutantur. 1. Sed obſtat primo quod illæ duæ conſecutiones D. Thomæ non eſſent legitimæ, ſi ea eſſet eius mens, vt hi putant; nam vt videri eſſentia infinita Dei poteſt in ſe ipſa abſque infinitate in viſione, ita infinitudo poſsibiliũ viſa in virtute Dei reuera non probat infinitatem in viſione. Porro data hac infinitate, non fieret ex ea altiſsima ea comprehenſio, quam continet doctrina noſtra, nec enim ad eam ſufficiens eſt quæcumque infinitudo in genere cognitionis, ſed ea quæ eſt infinita ſimpliciter in omni genere cognitionis, qualis eſt diuina cognitio: vnde vt cognitione creata infinita conceſſa, ea tamen in ratione cognitionis adhuc ſuperaretur in infinitum à diuina cognitione, ita comprehenſio Dei non eſſet.

Cognitio infinita nõ eſſet ſufficiens ad cõprehendẽdũ Deum.

Obſtat ſecũdo, quod argumentum D. Thomæ eſſet imbelle, nam conatur deducere ad abſurdum minoris momenti, quam res, de qua differit, etenim cognitionem infinitam à Deo creari poſſe, vel non poſſe, continetur intra cancellos opinionis philoſophicæ; at Deum incomprehenſibilem eſſe, vt minimum dogma Thealogicum eſt, vt maximum dogma fidei, non benè ergo effirmaretur argumentatio ad abſurdum tam parui momenti.

29 *Duplex authoris expoſitio S. Tho.* Negotium faceſſunt loca obiecta, accipe duas expoſitiones. Prima docet D. Thomam loqui in vtroque teſtimonio de comprehenſione extenſiua tantum, eamque negare, tùm animæ Chriſti, tùm cuicumque Beato. Hanc colligo ex ſcopo, quem D. Thomas ſibi inſtituit in eis articulis, nàm articulus 8. primæ partis hunc habet præfixum titulum. *Vtrum videntes Deum per eſſentiam, omnia in Deo videant*, vbi non agit, an comprehendant, vel non: nàm articulo 7. ſuperiori, id tractauerat, & definitum reliquerat non comprehendere, quia non cognoſcunt Deum quantum cognoſcibilis eſt: vnde cum in articulo 8. quærit, an omnia videant in Deo, agit iam de alia cognitione inferiori, quam ſit perfectiſsima comprehenſio conſtans vtraque conditione, ideoque argumenta in oppoſitum obiecta in eo articulo non contendunt probare Deum à Beatis comprehendi, ſed omnia ab ipſis in Deo videri. Pariter in articulo 2. quæſt. 10. tertiæ partis, ſolum petit; vtrum anima Chriſti in Verbo cognouerit omnia cum articulo 1. ſuperiori petierit. Vtrum anima Chriſti comprehenderit Verbum, ſiue diuinam naturam! & definito non comprehendere, quia infinitum non comprehenditur à finito, vlterius quæſiuit articulo 2. an ſaltem habuerit aliam cognitionem inferiorem, qua omnia in Verbo cognouerit? Ex quibus fit, cum in vtroque articulo negat tum Chriſtum, tum Beatum omnia videre in Verbo, non ſolum negare comprehenſionem, quam negauerat iam articulis ſuperioribus, ſed aliam inferiorem cognitionem, quæ non immerito comprehenſio etiam appellari poteſt ſaltem extenſiua: nam nomen hoc, à comprehenſione corporali per analogiam tranſlatum eſt ad comprehenſionem intentionalem. Vnde vt inter corpora, tunc vnum alio comprehenditur, quando latera ſuperficiei conuexæ vnius intra latera concauæ alterius continentur, etſi profunda rei contentæ non attingantur, ita cognitio, quæ omnia videret in Verbo comprehenſio iure diceretur, quatenus ſinu ſuo complecteretur omnia, etiam ſi non attingeret cognoſcibilitatem obiecti, ea perfectione intenſiua cognitionis, quam ipſa petit. Hanc etiam comprehenſionem minus perfectam, vtrique negat D. Thomas, & Beato, 1. parte in hac quæſt. articul. 8. & animæ Chriſti, 3. parte, quæſt. 10. artic. 2.

Secunda expoſitio primam iuuat, affirmat menten D. Thomæ ſolum eſſe de compre- 30 *2. Expoſitio.*
henſione omnipotentiæ Dei, vt eſt virtus productiua creaturarum, non vero, vt in ſe eſt ipſe Deus. Hanc verba D. Thomæ, ſi attente diſcutiantur, indicant, nam artic. 8. ſic ait *boc enim eſſet comprehendere eius virtutem*, in quibus verbis, ſi formaliter loquitur, agit de omnipotentia Dei, vt virtus eſt creaturarum: totus etiam diſcurſus D. Thomæ in corpore eius articuli hoc nobis ſignificat, nam vtitur exemplis cauſæ, & principiorum demonſtrationis in ordine ad effectus, & concluſiones in eis penetrandas, loquitur ergo de cauſa, vt cauſa, & vt ſolum ad effectum refertur, & non ſecundum perfectionem, quam in ſe habet, & de principio demonſtratiuo, vt principium concluſionis eſt, non ſecundum perfectionem ſuæ entitatis. Item artic. illo 2. poſt quam illud *omnia* diſtinxiſſet, & conceſsiſſet animam Chriſti cognoſcere omnia, ſi diſtribuatur pro omnibus, quæ quocumque modo ſunt, vel erunt, vel fuerunt, vel facta, vel dicta, vel cogitata à quocumque ſecundum quodcumque tempus negans omnia cognoſcere; ſi illud *omnia* extendatur ad omnia quæcumque ſunt in potentia Dei, ſic ait *boc enim eſſet comprehendere omnia, quæ Deus poteſt facere*. Ecce loquitur non iam de comprehenſione ipſius Dei, ſed de comprehenſione eorum, quæ ſunt termini omnipotentiæ Dei, & negat cognitionẽ finitã

ad ea omnia ſe ſe ſimul extendere poſſe, & vno complexu intra ſe comprehendere. Nec obſtant verba quæ ſubdit, ſcilicet, *quod eſſet comprehendere diuinam virtutem*, & per conſequens *diuinam eſſentiam*. Nam priora intelligit de diuina virtute formaliter, relatè ad creaturas ſolum ſecundum perfectionem, quã ex eorum continentia intelligimus habere, nõ vero ſecundum perfectionem, quam in ſe, & à ſe habet omnipotentia Dei, poſteriora vero manifeſte commonſtrant ipſum non fuiſſe locutum de comprehenſione directa eſſentiæ Dei. Vnde cum ait, *& per conſequens diuinã eſſentiam*: ſolum vult, eam fore quandam comprehenſionem, quaſi ſecundariam diuinæ eſſentiæ, quatenus foret comprehenſio diuinæ omnipotentiæ, quæ ſpectat ad ſecũdariam Dei conſtitutionem, & non ipſius, vt in ſe eſt, ſed relate ad creaturas, quas continet, vt iam adnotaui. Itaque mens D. Thomæ in his locis, ſolum eſt negare hoc genus comprehenſionis, quod an in noſtris principijs negandum ſit, nõ dijudico, ſolum aſſero ex huc vſq; iactis non fieri illud negandum eſſe de potentia abſoluta, ſed nec D. Thomas loquitur de potentia abſoluta, ſed de facto. Ad hanc ergo quæſtionem definiendam in hoc ſenſu, ad alia principia recurrendum.

31 *1. Arg. ex P. Vazquez. Argumẽta contra noſtrã doctrinam.* Modo obiecta alia diluenda. Obijcit nobis primo Pater Vazquez ſupra diſp. 53. cap. 2. nomen comprehenſionis à corporali comprehenſione tranſlatum ad ſpiritualem, & ſicut vt vnum corpus aliud comprehendat corporea comprehenſione, parum referre, quod corpus continens ſit eiuſdem, aut minoris perfectionis, nam ſphæra auri, à ferrea optimè comprehendi poteſt, ſed opus tantum eſt, vt quantitas conuexa quantitati concauæ adæquetur, ita etiam, vt obiectum intelligibile intellectione comprehendatur, non eſt opus ipſam intellectionem eiuſdem eſſe perfectionis, cuius eſt ipſum intelligibile, ſed ſatis eſt, ſi repræſentatio illius, ita latè pateat, vt intra ſe quidquid in ea repræſentari poteſt diſtinctè, & ſicuti eſt contineatur.

Solutio. Reſpondeo hac ratione ſolum probari cõprehenſionem illam extenſiuam, minus perfectam eſſe poſſe, non vero omnino perfectam quæ conſiſtit in ſubſtantiali claritate cognitionis, v. g. color, vt octo lucidus videri clare poteſt, viſione intenſa accidentaria intenſione, vt octo, nullus dicet colorem, vt octo lucidum perfectè videri viſione clara, & intenſa, vt quatuor, quia ſcilicet coloris intenſi viſibilitas adhuc exigit intenſiorem & clariorem viſionem, pari ratione quodcumque obiectum intelligibile, hoc ipſo, quod ex ſua ſubſtantia nobiliori in ſpecie ſit, eleuatiorem habet intelligibilitatem, taxatque ſibi in ſui ipſius cognitione, non ſolum gradualem intenſionem, quæ communis eſt omnibus cognitionibus, ſed etiam ſpecificam euidentiæ perfectionem determinatam; vnde etſi à pluribus ſpecie cognitionibus clarè, & diſtinctè cognoſcatur, ab ea ſolũ comprehenderetur, quæ nobilitatem ſuæ intelligibilitatis exæquauerit perfectione ſubſtantiali cognitionis; an vero hæc exæquatio deſummi debeat à perfectione entitatiua, inter rem cognitam, & cognitionem, an à perfectione intentionali in eſſe cognoſcibili, proxime explico.

Exemplum, a comprehenſione corporea deſumptum leuis momenti eſt, vt conſtat ex dictis; præter quam quod ſphæra illa ferrea immediate, ſolum cõprehendit ſuperficiem concauam ſphæræ aureæ: vt vero perfectè, & immediatè comprehenderet ſuperficies omnes profundas ſphæræ aureæ, eas omnes penetrare & ambire deberet, ita comprehenſio ſpiritualis, quæ omnes intimos ſinus rei cognitæ penetrat, non ſolum quidquid in ea eſt, & ex ea, aut in ea cognoſci poteſt intra ſe continere debet, verum etiam altam rei cognoſcibilitatem ita pertingere, vt eam exæquet, vti dictum eſt. Vnde nobis etiam fauet corporea comprehenſio. *Comprehẽſio corporea pro nobis eſt.*

Sed recentiores quidam magiſtri præſtanti ingenio, quibus arriſit noſtra hæc doctrina, poſt eam à nobis publice traditam, quædam alia nobis obiecerunt. Primum fieri ex ea nullam creaturam ab alia poſſe comprehendi, probant ſequellam, quia nulla creatura poteſt aliam cognoſcere tã perfecto modo, ac Deus; ergo ſicut ideo Deum non poteſt comprehendere, quia non poteſt cognoſcere Deum ſicut ipſe ſe cognoſcit, ita nec creaturam. *2. Argum.*

Solutio. Non fit ex doctrina noſtra nullam creaturam ab alia poſſe cõprehẽdi. Reſpondeo ad comprehenſionem neceſſarium non eſſe quod res cognoſcatur meliori modo quo poteſt, ſed quod res cognoſcatur meliori modo quo petit illa cognoſci: vnde etſi creata cognitio non ſit tam perfecta, ac diuina in rebus creatis cognoſcendis, poteſt tamen eſſe comprehenſio earum; quia cum res creatæ finitam habeant cognoſcibilitatem non poſſunt petere cognitionem infinitam diuinam, ſed ad ſui comprehenſionem cognitione finita contentæ ſunt. Vnde etſi cognitio diuina etiam, vt quamlibet cognoſcit creaturam infinite perfecta ſit, eam tamen infinitatem habet identicè, & quaſi materialiter ex ſubiecto, non formaliter & ex obiecto; nam ſi Deus eſſet finitus eam comprehendere poſſet.

Obijciunt ſecundo, eſt aliqua creatura, quę à Deo petit cognoſci, ergo quæ non poteſt cõprehendi ab alia. Probant antecedens, quia eſt crea- *3. Argum.*

Digitized by Google

eſt creatura, quæ a ſolo Deo petit produci vt Angelus, ergo quæ à Deo petit cognoſci. Probant conſequentiam, quia hoc ipſo quod petunt Deum productorem, petunt Deum agentem per intellectum, ergo cognoſcentem.

32 Solutio. *Nulla creatura petit cognitionem Dei, ſecundum omnẽ ſuã perfectionem.*

Reſpondeo eodem fere modo; concedendo antecedens, immo, vt omnes creaturæ petunt a Deo fieri, ita a Deo cognoſci, & comprehendi, non vero petunt à Deo ſolo comprehendi, quia non petunt cognitionem diuinam ſecundum eum gradum perfectionis, quem habet in Deo, & vt Dei eſt, ſed petunt cognitionem Dei, vt ſufficiens eſt ad eas producendas, & cõprehendẽdas. quæquidem, vt dixi ſufficiẽs eſſet, etſi finita eſſet, aut eſſe poſſet, vnde ſi Angelus ſuperior gauderet potentia creatiua Angeli inferioris per ſcientiam comprehenſiuam quam eius habet, creationem eius dirigere optime poſſet.

Obijciunt tertio vrgentius. Eſt creatura quæ petit amari à Deo: ergo, & cognoſci: ergo ſaltim hæc nonpoterit comprehendi ab alia creatura. Antecedens probant in gratia iuſtificante, quæ vt eſt participatio diuinæ naturæ, & iuſtũ cõſtituit conſortẽ in ea; & vere amicũ Dei, ita petit Deum ipſum redamantem. Conſequentiam probant, quia ad amorem præſupponitur cognitio per ſe, ergo creatura, quæ petit amorem Dei, vt Dei, ita etiam cognitionem Dei, vt Dei. nam amor Dei à ſola diuina cognitione dirigitur.

Solutio. *Quo pacto gratia iuſtificans petat amorem Dei.*

Reſpondeo, quidquid ſit, an gratia comprehendi poſſit, vel non, a creatura; hoc argumento nec contra nos quidquam fieri, nec probari comprehendi non poſſe. Ad antecedens, nego gratiam petere amorem Dei ſecundum omnem perfectionem amoris diuini, nec enim petit amorem illum, vt eſt amor ſui, ratio a priori eſt, quia gratia iuſtificans etſi hominem cõſtituat charum Deo, conſtituit tamen per bonitatem limitatam, vnde in ea ſolum fundari poteſt amabilitas, limitata, ac proinde ꝑ ſe ſolũ digna eſt, quæ ametur, amore limitato, nã vt in ſe non eſt natura diuina, ſed participatio eius & imago quædam viua eius, ita non petit amorem diuinum, vt Dei eſt ſecundum illum gradum perfectionis, quo ſe amat. Petis quem ergo amorem petit? Reſpondeo charitatis infuſæ: nam vt voluntas cuiuſcumq; creaturæ intellectualis eſt principium amoris magis proportionati relate ad ſuam naturam, ita charitas infuſa, quæ eſt veluti voluntas iuſtificantis gratiæ eſt principium amoris, magis proportionati relate ad ipſam.

Gratia petit amari charitate infuſa.

33 Replica. Reſponſio. D.Thom.

Ais, ergo non petit Deum redamantem, & amicum, ſed alium iuſtum. Reſpondeo negando conſequentiam. Nam charitas & gratia, vt ait S.Thom. 2.2. quæſt. 26. art. 2. *Reſpicit principaliter id in quo principaliter inuenitur, illud bonum ſuper cuius communicatione fundatur ſicut amicitia politica, principalius reſpicit principem ciuitatis, a quo totum bonum ciuitatis dependet, amicitia autem charitatis fundatur ſuper communicatione beatitudinis, quæ conſiſtit in Deo eſſentialiter, ſicut in primo principio, a quo deriuatur in omnes, qui ſunt beatitudinis capaces.* Verba ſunt S. Thom. ex qua doctrina, art. 3. etiam concludit Deum plus eſſe diligendum, quam ſe ipſum, quia Deus eſt veluti bonum commune, & beatitudo eſt in eo tamquã in communi, & fontali principio omnium qui beatitudinem participare poſſunt: quo fit gratiam, & charitatem in Deum, vt in amicũ ferri, non tamen, vt in amicum particularem, & ſimpliciter æqualem, ſed vt in principem, & caput, parentemque totius amicitię charitatis; nõ tamen inde fit, quod intendit obiectio, nempe exigere à Deo redamationem infinitam, ſed eã ſolum, quæ expleat bonitatem gratiæ; quæ ſane finita cum ſit ad amorem infinitum trahere nullius voluntatem per ſe poteſt: ſed per accidens ſeu concomitanter, quatenus per ſe reſpicit Deum, vt caput eius amicitiæ, & Deum amore finito amare non poteſt, hinc eſt dari ipſi infinitum ſupra ſuam exigentiam: at ſi Deus ſimul, & Deus, eſſe poſsit, & agere finito amore, expleret ſanè eo totam charitatis nobilitatem, & redamationem: qua etiam ratione, omnes quas Deum diligit creaturas diligit amore infinito, cum tamen non quæcumq; creatura digna ſit, quæ amore infinito ametur: vt fatebitur obijciens.

Obijciunt 4. nos non ſtatuiſse certam regulam; qua dirigamur in definiẽdo, quænam creatura ex intellectualibus aliam poſsit comprehendere, nec enim explicuimus, an ea proportio inter obiectum, & cognitionem metienda ſit perfectione entitatiua obiecti, & cognitionis an alia menſura? & quænam hæc ſit? 5. argumentum.

Regula generalis ad diſcernendum quæ creatura aliam poſſit comprehendere.

Reſpondeo id ita verum eſse, ſed à nobis tunc non agebatur hoc negotium, ſicut nec nunc agitur: ſed declaramus qua nam ratione grauis difficultas inter Theologos, de diuina incomprehenſibilitate commode poſsit expediri, quod ſperamus præſtari doctrina noſtra. Sed neque dificile eſt, deducere ex ea regulam certam ad id definiendum. Nam primo omnis creatura intellectualis, quæ ſecundum ſuam vim cognoſcendi connaturalem capax fuerit ſpeciei impreſsæ plenæ, & adæquatæ cognoſcibilitati obiecti; quæque proprijſsime deſeruit comprehenſiuę cognitioni; tale obiectum naturaliter poterit comprehendere, quæ vero per potentiam obedientialem ſolum ſupernaturaliter, quæ vero capax nullo modo

fuerit, nullo modo poterit. Secundo etſi non patiatur præſens difficultas tam minutam rerum,tamque particularem expeditionem,cen ſeo dicendum quamcumque creaturam intellectualem,& ſui;& omnium inferiorum naturarum compotem eſſe,tum ſpeciei impreſſę, tum cognitionis comprehenſiuę, naturaliter; ſupernaturaliter vero cuiuſcuique obiecti creati comprehenſionem habere poſſe. At ſuperiores creaturas naturaliter comprehendere non poſſe. Moueor,quia rei cognoſcibilitas re uera non diſtinguitur ab obiecti natura, perfectio etiam virtutis cognoſcendi deſumenda eſt ex radicali principio cognitionis, nā quo natura intellectualis perfectior eſt, eo eſt vis cognoſcendi perfectior , ergo reuera ea proportio deſumenda,atque metienda eſt ex perfectione rerum entitatiua. Objicies ergo vt Deus taxat ſibi ſuam cognitionem cum omni perfectione,quam habet, tū in genere cognitionis:tum in genere entis,ita quodcumque obiectum creatum ſimilem taxabit ſibi perfectionem in ſui comprehenſione, ac ideo a forma accidentali nequiuit comprehendi.

Cum hoc argumentum à me proponeretur; quidam Magiſtri,qui hunc noſtrum modum dicendi ſunt ſecuti,negarunt antecedens ſequelę dicebantq; per ſe tantum neceſſarium eſſe ad diuinā comprehenſionem , quod cognitio diuina ſit perfectiſsima in omni genere cognitionis,non autem in genere entis;ita quod ſi vnum genus ab alio poſſet ſeparari,primum ſufficeret,ſecundum ſuperflueret ad munus cō prehenſionis,vnde licet per ſe coeant ea duo genera in diuina comprehenſione ratione identitatis, interea quæ per ſe eſt,non tamen ratione comprehenſionis,ei enim vt ſic,per accidens accedit infinitas in genere entis.

Verum qui rem introſpexerit intuebitur primam ſequelę propoſitionem veram , atq; ſolidam doctrinam continere. Primo,quia dici non poteſt,Deum,vt eſt obiectum,non ſibi taxare in ſui cognitione determinatum gradum perfectionis. Nam vt alia obiecta eum taxant, imo in hoc principio inititur totus diſcurſus & fundamentum huis modi dicendi,cur Deus nō taxet gradum determinatum. Secūdo, quia ſi De⁹ tantum per ſe ſibi taxaret cognitionem in omni genere cognitionis perfectam præſcindentem à perfectione in genere entis, taxaret per ſe cognitionem implicatoriam, atq; chimęricam,quia ea cognitio cum ſola illa perfectione exiſtere nequit:quis autem non videat hoc eſſe abſurdum? tum quia de ratione cognitionis eſt eſſe ens reale,& talis cognitio niſi eſſe ens reale tale,& talis entis realis,talē habere determinatam perfectionem in ratione entis:tum quia omnis cognitio comprehenſiua eſt intuitiua,licet non e contra,omnis autē intuitio eſſentialiter eſt exiſtens,& de obiecto exiſtenti;ergo Deus non poteſt taxare cognitionē,vt ſe comprehendat,cui repugnet exiſtere. Tertio,quia diuina comprehēſio cum omni perfectione,quam habet,vt diſtinguitur ratione ab obiecto,eſt ei æqualis,& proportionata;nam quis dicat inæqualem eſſe , aut per exceſſum,aut per defectum? ſicut amor diuin⁹ æqualis eſt diuinæ bonitati,eamq; pro meritis amat,ergo verum non eſt,Deum,vt eſt obiectū,non per ſe petere omnē perfectionem,quæ eſt in diuina comprehenſione in omni genere, tum cognitionis,tum entis:neganda eſt ergo conſequentia,& diſcrimen petendum ex dictis,quod etiam continet doctrinam valde conſentaneam noſtræ in diſp.3.vbi de conſtitutione naturæ diuinæ per ſui comprehenſionem: ex quo efficitur Dei naturam eam eſſe,quę petit actuali cognitione conſtitui,& cum à ſe ipſo ſolum comprehendi poſsit,quia ſola cognitio ipſius exhaurit ſui cognoſcibilitatem, petit ſane conſtitui ſui ipſius comprehenſione: vnde determinat ſibi (vt comprehendatur) rationem ſe ipſum conſtituentem , nulla autem creatura petit conſtitui actuali ſui cognitione, ſed tantum radicali,ad conſtituendā ergo æqualem menſuram perfectionis in cognitione ad radicalem perfectionem reccurrendum eſt,nō ad eā quæ eſt in actuali cognitionæ; vnde, etſi hæc ſit accidens,optime poterit obiectū creatū comprehendere,dum non ſuperet radicem eius cognitionis.

Difficultas rei plus iuſto diſtraxit ſermonem,in quo ſemper locutus ſum de comprehenſione obiecti naturalis,ſecluſa eius potentia obedientiali,nam hæc forte, Deo incomprehenſo,comprehendi non poterit de quo alias. Nec etiam vnio hypoſtatica,tum quia neceſſarium eſſet extrema eius vniònis comprehendere,tum quia impoſsibilis eſt creatura, quę exigat vnionem hypoſtaticam , ita etiam quæ comprehenſionem eius poſsit elicere.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO QVINTA.

DE

OBIECTO CREATO POSSIBILI SCIENtia Dei.

Diſtincta ſex capitibus.

In 1. Deus diſtinctè ſcit poſsibilia.

In 2. Quid ſit non repugnantia Creaturarum.

In 3. Deus cognoſcit poſsibilia in ſe ipſo.

In 4. Deus cognoſcit poſsibilia in ſe ipſis.

In 5. Deus cognoſcit poſsibilia ex ſe ipſo.

In 6. De numero poſsibilium, quæ Deus cognoſcit.

ARTICVLVS QVINTVS.

VTRVM DEVS COGNOSCAT ALIA A SE.

CONcluſio S.Thom. per ſuam eſſentiam perfectè cognitam, Deus cognoſcit alia à ſe.

ARTICVLVS SEXTVS.

VTRVM DEVS COGNOSCAT ALIA A SE PROPRIA COGNItione.

CONcluſio S.Thom. Deus per ſuam eſſentiam omnia continentem alia à ſe diſtincta, propriaque cognitione cognoſcit.

ARTICVLVS. XI.

VTRVM DEVS COGNOSCAT SINGVLARIA.

CONcluſio S.Thom. eſt affirmatiua.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS XII.

VTRVM DEVS POSSIT COGNOSCERE INFINITA.

Conclusio S.Thom. omnia quæ ſunt actu, & potentia, quæ infinita ſunt, Deus cognoſcit.

Caput. 1. *Deus diſtincte ſcit poſsibilia.*

nũ. 1. Gregor. Ariſt. Auerr. *Aliqui Ariſt. tribuunt errorē Deum nihil extra ſe cognoſcere.*

GREGORIVS Ariminenſis in prim. diſtinct. 35. arbitratur Ariſtotelem, & Commentatorem in ea fuiſſe ſententia, vt negarint Deo omnem ſcientiam extra ſe, idque prolixe deducit ex Ariſtotele 12. Meta. textu 51. ſtatuens tres Philoſophi concluſiones. Ita etiam ſenſit Aureolus ea diſtinc. 35. 2. p. art. 1. addens contra Themiſtium, qui putauit omnia immediate, hoc eſt, non media eſſentia diuina, obijci intuitui, & proſpectui diuino egiſſe Auerroiſtam, dum opinatur nihil Deum extra ſe cognoſcere; immo ipſe Aureolus in eandem videtur prolapſus, loco citato in §. *Quod nihil aliud*, ſic ait, *Quod nihil aliud a Deo terminat eius intuitum, contra vtramq; opinionem, & ſic remanet opinio Ariſtotelis vera.* Pater Valentia hic pun. 3: refert Clementem Alex. Theodoretum, Ambroſium opinionem hanc Ariſtoteli adſcribentes.

Aureolus. Themiſt. P. Valentia

P. Molina. *Aly vindicant Ariſ. ab errore impoſito.* Marſ. Ferrar.

At Pater Molina diſputatione vnica ad articulum quintum & ſextum, cum cenſeat non multum curandum eſſe, quid cenſuerit Auerroes, nec mirandum ſi ſibi inconſtans extiterit, quia in quibuſdam locis, quos notauit Marſilius in 1. diſt. 38. art. 3. & Ferrarienſis primo contra gentes cap. 50. oppoſitam huic doctrinę videtur affirmare. At Philoſophum vindicandum putat ab hac impoſtura, quod etiam docte fecit P. Suarez 2. tom. Meta. diſput. 30. ſec. 11. num. 41. congerens plura loca, in quibus Ariſtoteles palam docuit Deum alia à ſe cognoſcere. Præcipua ſunt lib. 1. de Anima textu 80. tertio Meta. textu 15. vbi infert tanquã abſurdum Deum non cognouiſſe elementa 19. Ethic. cap. 8. & alijs in locis, an autem Ariſ. negauerit Deo vniuerſalem rerum omnium prouidentiam tract. 3. diſput. 21. caput. 2. defendo negaſe.

P. Suarez.

Explicatur Ariſ.

Verum eſt lib. 12. Meta. cap. illo 9. primo aſpectu declinaſſe in prædictum errorem: at ſolum fuit mentis eius non eſſe in Deo ſcientiã, quæ pendeat a rebus extra ſe emendicatam ab ipſis, quæ ve intercipiat ſubſtantiæ ſuæ nobiliſſimæ perennem contemplationem. Quo vno verbo Ariminenſi, & alijs impingentibus Ariſtoteli hunc errorem ſatis fecimus. Nec res pluribus indiget.

2 August. fundamentum primũ *Fundamẽta pro errore.*

Cuiuſuis error ſit, habet pro ſe non contemnenda fundamenta. Primum ex Auguſtino lib. 83. quæſtionum quæſt. 46. ita aiente, *non enim extra ſe quidquam poſitum intuebatur; nam hoc opinari ſacrilegum eſt*; ergo negat Deo ſcientiam creaturarum.

Abac. c. 1. Hieron.

Secundum, ex difficili atque vulgari teſtimonio Hieronymi in caput primum Habacuc in illa verba. *Mundi ſunt oculi tui.* Sub finem, vbi videtur hallucinatus circa diuinam prouidentiam, dicens *abſurdum eſt ad hoc deducere Dei Maieſtatem, vt ſciat per momenta ſingula, quot naſcantur culices, quot ve moriantur, quæ cimicum & pulicum, & muſcarum ſit in terra multitudo. Quanti piſces in aqua natent, & qui de minoribus maiorum prædę cedere debeant. Non ſimus tam fatui adulatores Dei &c.* Verba adferuntur ad longum à Molina hic art. 5. a Vazquez in Commentario art. Valentia pun. 4. à quibus etiam agitatur teſtimonium.

P. Molin. P. Vazq. P. Valentia

Tertium fundamentum conſtat ex rationibus Aureoli, quas ipſe fuſe proſequitur, quod exiſtimauerit quæſtionem hanc omnium nobiliſsimam. Nos eas breuius, atque ordinatius digeremus. Præcipua ſic procedit, ſi intuitus Dei proſpicit creaturas in particulari, diſtincte exprimens earum vltimas differentias ſiue ipſæ ſint obiectium primarium, ſiue ſecundarium, non poteſt non diuina intellectio aliqua ratione pendere à creaturis, quod abſurdum eſſe conſtat, ex eo quod diuina intellectio eſt ipſe Deus, ſi ergo ipſa penderet à creaturis,

Deus

Digitized by Google

Deus ipſe penderet, & penderet à non Deo, quorum vtrumque abſurdiſsimum eſſe conſtat. Quod vero intellectio diuina penderet à creaturis in noſtro caſu conſtat, quia ſi creaturæ poſsibiles non eſſent, non eſſet in Deo formalis repræſentatio earum, ergo aliquid, quod eſt in Deo, & eſt ipſe Deus pendet a poſsibilitate creaturarum.

Reſp. Communis ſolutio negare ſolet cognitionẽ ſemper pendere ab obiecto tanquam a cauſa, vel tanquam menſuratum a menſura, quam dependentiam explicuit Phyloſophus 5. Meta. textu 20. & hoc proprium eſſe ſolum noſtrarum cognitionum, diuinam vero ſolum pendere vt a puro termino.

Id contra. Contra eam vrgenter ſic obijcit, cognitio Dei, vt creaturarum poſsibilium eſt in ipſo maxima perfectio, & ad hoc vt ea deficiat in Deo ſufficiens eſt, ſi creaturæ ſunt puri termini cognitionis eius; nam ſi ipſæ poſsibiles non eſſent, non eſſet in Deo ſcientia poſsibilitatis earum, ergo deficeret Deo aliqua ipſi intrinſeca perfectio. Qua ratione Anſelmus in Monologio cap. 15. probat nullam relationem Dei ad creaturas perfectionem importare, & hoc etiam ſibi voluit Ariſtoteles ſupra relatus, cũ dicit, *ſi primum principium intelligeret aliquid extra ſe villeſceret, quia indigeret in ſua nobili operatione aliquo inferiori ſe.*

Anſelm. Ariſt.

Propter hæc, quidam Doctores, de quibus infra cap. 4. dicunt cognitionem harum creaturarum, vt ſic, non eſſe perfectionem in Deo. Verum cum hæc ſcientia, vt ſic, neceſſaria ſit, non poteſt non afferre perfectionem Deo neceſſariam, vt proſequor loco proxime citato. Nec etiam valet quod alij dicunt, ſcilicet Dei intellectionem ſpecificari à ſolo obiecto primario ſcilicet à Deo, non a ſecundario, ſcilicet a creaturis. Nam vel cognitio Dei ſiſtit in ipſa diuina eſſentia præciſe, vel procedit vſque ad creaturas diſtinctiſsime percipiens vltimas earum differentias, ita vt verè ſint multa cognita. Si primum, habet Aureolus intentum, opinio enim eius fuit, quod ita intelligit creaturas Deus, vt ſolum terminet ſuum intuitum ad diuinam eſſentiam ibi ſiſtendo, nec vlterius procedendo, ita tamen vt eminenter, & pluſquam æquipollenter Deus cognoſcat omne aliud extra ſe. Verba ſunt Aureoli ſupra cap. 2. Si ſecundum, ergo vltra repræſentationem obiecti primarij eſt in Deo vitalis imago expræſſa, & neceſſaria creaturarum poſsibilium, qua Deus omnino priuaretur, circunſcripta a creaturis ipſarum poſsibilitate, ergo pendet ab ea perfectio intrinſeca Dei. Alia fundamenta leuioris momenti non refero.

Aureolus.

3 Concluſio. Nihilominus de fide diuina certum eſt, & naturali ratione euidentiſsimum Deum extra ſe cognoſcere omnes creaturas poſsibiles expreſiſsima cognitione. Ad probandum veritatem hanc eſſe de fide certam imprimis vti poſſumus communibus ſacræ paginæ teſtimonijs, quibus in vniuerſum docemur, nihil eſſe inuiſibile in conſpectu Dei. Omnia eſſe nuda, & aperta oculis ipſius. Vocare ea, quæ nonſunt tanquam ea, quæ ſunt. Nominis autem apta impoſitio procedit ex vera eius cognitione. Legite Paulum ad Hæbr. & ad Rom. cap. 4. Gen. cap. 1. Eccleſiaſticum cap. 16. Prouerbia 18. Iobum 28. & alia paſsim. In quibus etſi directe de exiſtentibus affirmet à Deo cognoſci; at cum etiam vniuerſaliter dicat, nihil cognoſcibile Deum latere, comprehendit etiam poſsibilia, qua cognoſcibilia ſunt. Huius generis teſtimonia plura habeo diſput. 6. cap. 1.

De fide eſt & naturali ratione euidẽs deũ alia extra ſe cognoſcere.

Paulus ad Rom. 4. & ad Hebr. 4. Geneſ. c. 1. Eccleſ. c 16 Prob. 18. Iob. 28.

Secundò vti poſſumus teſtimonijs, in quibus affirmatur Deum eſſe vniuerſalem conditorem creaturarum omnium, quæ paſsim etiã obuia ſunt; & cum certum etiam ſit Deum per intellectum, & voluntatem agere prius naturam rei producendæ, & modum, quo ſuapte natura produci petit, cognoſcens, & per cognitionem dirigens actualem productionem, ex ijs teſtimonijs ſit manifeſte præeſſe in Deo ſcientiam creaturarum ad earum effectionem & decretum efficiendi; ergo poſsibilium. Porro vt producit creaturas in ſingulari, productioneq; attingit omnes eius rationes formales vſque ad differentias propriſsimas, ita cognitione: ergo &c.

Probatur ratione. Concluſionem, hac probo demonſtratione, ſcientia Dei eſt ſimpliciter infinita in omni genere ſcientiæ, ergo actu cognoſcit quidquid actu ſcibile eſt. Conſequentia hæc euidentior eſt, quam probari poſsit, atqui creaturæ poſsibiles ſunt actu ſcibiles ſecundum ſuum ſtatum poſsibilitatis: ergo actu cognoſcũtur a Deo. Probo minorem, quia in eo ſtatu habent aliqualem eſsentiam, ſeu non repugnantiam ad eſse, aut compoſsibilitatem prædicatorũ inter ſe, per quam diſtinguntur a chimera. vt magis explico cap. 2. ergo ſunt actu cognoſcibiles. Patet conſequentia hæc, quia eo modo quo aliquid habet eſse, eſt cognoſcibile.

4 *Aureolo error impingitur, immerito.* Hoc loco antequam ad diluenda venio fundamẽta, obſerua ſententiam Aureoli à Capreolo, & a modernis notatam erroris, & ab alijs parum tutam, ab alijs in fide ſuſpectam appellari. Sed hi mentem Aureoli non introſpexerunt, nec enim ille negat veritatem fide ſanctam, nempe Deum propriſsimam, veriſsimamq; notitiam creaturarum habere extra ſe; nam vt modo ex eo referebam, concedit eas a Deo cognoſci eminentiſsime, & pluſquam æquipollenter, hoc eſt, maiori cum diſtinctione, quam ſi intuitus Dei extra diuinam eſsentiam ferretur

Digitized by Google

tur ad creaturas in particulari, etſi refugiat cōcedere formaliter ad eas terminari, eo quod putat fieri ex ea terminatione intellectionem Dei aliqua ratione dependere à creaturis. Itaque non negauit cognitionem, ſed dependentiam. Verum eſt tamen, ipſum tutari ſententiam falſam, & in terminis ipſis implicantem; Nam ex vna parte dicere, eſſe in Deo notitiam propriam creaturarum, & ex alia negare eſſe in diuina cognitione formalitatem, per quam diſtinctiſsima cognitione vitaliter exprimantur ſpecificæ, atque indiuiduales differentiæ creaturarum omnino ſecum pugnant. Nec valet inſtantia, quam ipſe ex eſſentia diuina ſibi aſſumere conatur; nam licet eſſentia diuina, vna cum ſit, ſit formaliter Deus, & eminenter creaturæ omnes, at hæc eminentia creaturarū in Deo, eſt in ipſo aliqua formalitas formaliter in ipſo exiſtens, ſcilicet omnipotentia, quæ in ipſo formaliter eſt. Itaque & in Deo eſt formalitas, qua ipſe Deus eſt, & eſt formalitas, qua continet eminenter creaturas, ita etiā in diuina ſciētia, & eſt formalitas, qua Deus ipſe ſe cognoſcit; & eſt formalitas, qua creaturas poſsibiles cognoſcit, quoquomodo diſtinguantur formalitates hæ inter ſe, ſiue ratione præſcindente, ſiue non præſcindente. Licet ergo Aureolus veritatem fidei non negauerit, eam ſuſcepit defendendam modo inintelligibili.

5 Reſ. ad 1. *Aug. explicatus.* Ad primum fundamentum ex Auguſtino reſpondeo in eo loco diſputare de diuinis idæis, mentemq; eius eſſe Deum eas intueri non exemplar extrinſecum extra ſe poſitum producere res omnes: nam ibi his verbis rationem reddit, *quoniam ſacrilegum eſt opinari Deum ad exemplar aliquod extra ſe poſitum reſpicere inſtar pictoris, per quod res cognoſceret, & modum illas fabricandi, ad cuius imitationem illas produceret.* Non ergo ait poſsibilia non cognoſci à Deo, ſed non egiiſſe exemplari extra ſe poſito ad ea fabricanda.

Ad ſecundum. Molina. *Hieronymi difficilis locus accurate explicat⁹.* Ad ſecundam, ex Hieronymo, pie dixit Pater Molina verba illa Hieronymi pie accipienda, quæ duplex habent explicatum. Primum Deum non cognoſcere ſucceſsiue nouis cognitionibus, quot de nouo naſcantur culices, natent piſces, volitent muſcæ: hoc indicant verba illa, *vt ſciat per momenta ſingula quot naſcantur culices &c.* Secundum quod non fuerit mentis eius negare ſcientiam, & prouidentiam generalem, ſed eam ſpecialem, quam habet de rebus humanis, quomodo dixit Paulus 1. ad Corint. cap. 9. *Num quid Deo cura eſt de bobus?* Quibus verbis ſignificare voluit non eſſe de animali bruto eam prouidentiam, quæ eſt de homine, nam eſſe prouidentiam ſimpliciter de bobe, cæteriſque animantibus de fide eſt, vt conſtat ex Deuteronomio 25. ibi *Non alligabis os bobi trituranti.* In quibus vetuit De⁹ claudi capiſtro ora boum triturantium, ne comedant ex ſua tritura, alludit ad morem Palæſtinum, & modo etiam (vt lego apud quoſdā) Canarinum, qui boum claudunt ora, quia circum actis vngulis pedum ſegetum grana excutere ſolebant, horum ergo boum vetat claudi ora, quia par eſt animalia laborantia comedere de ſuo labore. & is eſt eius loci litteralis ſenſus, qui typice ad Eccleſsiæ miniſtros altari miniſtrantes, & de altari viuentes transfertur: ita etiam Deum proſpicere de victu paſſerum, & de pullis coruorum habetur, Matt. 10. & Pſa. 146. Hanc ſecundam explicationem libentius amplector, quippe eam expreſſam video in ipſo Hieronymo in eodem capite. *Non ſimus ait tam fatui adulatores Dei, vt dum potentiam eius ad ima detrahimus, in noſmet ipſos iniurioſi ſimus, eandem rationabilium, quam irrationabiliū prouidentiam eſſe dicentes,* ea etiam eſt calculo D. Thomæ confirmata 1. p. q. 22. art. 2. ad 5. & Magiſtri in 1. d. 36. art. 4. Patris Suar. 1. p. lib. 3. cap. 3. Hugonis de Sancto Victore in ſumma tractatu 1. cap. 1. Valentiæ hic puncto, 4. addidit hunc forte eſſe vnum ex locis, quos ipſe Hieronymus in Apologia contra Rufinum, ſe multa in Commentarijs ſuper prophetas ex aliena ſententia ſcripſiſſe.

Paulus 1. ad Corint. c. 9.

Deuteronomij 25.

D. Thom. Magiſter. Suar. Valentia. Hieron.

P. Vazq. opinatur Hieronymum fuiſſe in errore. Matt. 10. Eo erat P. Vazq. ingenio acri, vt cum D. Hieronym⁹ tā ſolide tueri poſſet nō dubitauerit affirmare ipſum, Ariſtotelemque in eodem errorem verſatum, quo Deo negarent peculiarem rerum prouidentiam, ſed ſolum generalem quandam, & communem, Hieronymùmque tacitè ſe correxiſſe ad cap. 10. Matt. dicens parua animalia abſque authore Deo, non decidere, explicans illa verba. *Non ne duo paſſeres aſſe veneunt.*

Vindicatur Hier. Sed hæc P. Vazq. acrimonia, & ſeueritas in condemnando Hieronymo ingrata eſſe debet cuicumque Theologo Hieronymum obſeruāti pietate debita, nec quia eius verba ſonāt errorem primo auditu, ideo ſtatim grauiſsimus Eccleſiæ Pater erroris inſimulandus. Non alia ratione ipſum Prophetam Abacuc poſſet erroris redarguere, quod hæc locutus fuerit in eodem capite. *Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris, quare non reſpicis ſuper inique agentes &c.* Et affirmare ipſum Deo negaſſe iniquitatis, & iniquorum ſcientiam, quia verba id ſonant primo ſonitu, vt ergo mens prophetæ neutiquam eſt intelligenda de ſcientia Dei ſpeculatiua, ſed de practica, & approbante vias iniquorum, quaſi diceret ſcio quoniam malum, iniuſtum que non libenter aſpicis, vt ibidem vertit Hieronym⁹. Ita quādo ille dixit. *Cæterū obſcur*

Abac. c. 1.

Hieron.

dum

Digitized by Google

dum eſt ad hoc deducere Dei maieſtatem. Hæc ſunt duriora verba, non negat ſcientiam ſpeculatiuam rerum particularium, nec is erat ſcopus Hieronymi, nec ad rem eius erat: ſed ſolũ non eſſe apud Deum eam ſcientiam, prouidentiamq́; , quę eſt circa res humanas, ac maxime iuſtorum, & prædeſtinatorum, quia dum in hac degunt mortali vita opprimuntur ab iniuſtis diuitibus huius ſæculi, & inſtar piſcium cædũt prædæ potentum. Hunc eſſe germanum Hieronymi ſenſum conſtabit legenti cap. illud.

Ad 3. ex ratione. *Scientia Dei reſpicit poſsibilia, vt puros terminos.* Ad tertium fundamentum, quod erat ex rationibus Aureoli de promptum reſpondeo, me admittere communem illam ſolutionem, in qua affirmatur creaturas poſsibiles eſſe puros terminos ſcientiæ Dei, concedo etiam, nullam ab ijs ſcientiam Dei ſumere ſpecificationem, in eo ſenſu quod cum ſcientia Dei nulla indigeat ſpecie impreſſa, nec per rationem ei dari poſsit in ordine ad quodcumq́; obiectũ cognoſcendum, vt dixi diſput. 2. cap. 3. §. 3. nõ poteſt ab ijs creaturis ſumere ſpeciem, quo autem ſenſu verum ſit ſumere ſpecificationem ab obiecto primario, vt cum D. Thoma docent communiter Theologi, explico infra ca. 4. Item an cognitio hæc creaturarum, vt terminatur ad poſsibiles, afferat Deo intrinſecam alignam perfectionem? nam hac tempeſtate celebris eſt ſententia, quæ negat nullam perfectionem hanc ſcientiam, vt ſic importare, nec ratione diſtinctam à perfectione, quam ponit in Deo cognitio ſui ipſius, nihilq́; fore Deum minus perfectum; etſi non cognoſceret aliquã creaturam, caſu quo earum poſsibilitas de medio tolleretur. Doctrina hæc accipit ſuum robur ab ea, quam docui diſp. 2. cap. 2. de ſcientia Dei circa creaturas, quæ pro aliqua differẽtia rẽporis eſſe habent, in qua docui eã docui, vt eſt actualis viſio earũ nullã addere Deo intrinſecam perfectionem in ratione ſcientiæ. Recognoſcenda ſunt ibi à nobis dicta, & ad ſcientiam poſsibilium applicanda.

Verum doctrina illa vtimur in ſcientia libera, quaſi fide diuina coacti, & Theologi fatentur vix in hac vita aſſurgere mentem noſtram poſſe ad eam ita penetrandam, vt mens quieſcat, ac proinde niſi ſimili preſſura adſtricti nõ debemus Theologiam noſtram in eas redigere anguſtias, maxime ſi ſuppetit alia facilior expeditio circa ſcientiam poſsibilium, de qua re ex profeſſo capitibus ſequentibus: eſt enim hæc difficultas inter maiores maxima, de ea in ſecundo tract. longam habeo, diſputationem 16.

Cap. 2. *Quid ſit non repugnantia creaturarum poſsibilium.*

6 PER obſcurę difficultates nos expectant in capitibus, quę reſtant ex hac diſputatione. Cæterum nec primum in eis gradum facere poſſumus ante differte explicatam, & à radice enucleatam propoſitam in titulo dubitationem, quæ non ſolum ad dicenda, verum ad alias plures res Theologicas apprime neceſſaria, quia tamen intra metaphiſicos limites continetur, a Theologo velociter excurrenda.

Comparatio non repugnantię creaturarum cum omnipotẽtia, & ſciẽtia Dei. Non repugnantia creaturarum, & comparari poteſt ad omnipotentiam Dei, & ad omniſcientiam, & in vtraq; locum habet, an ea non repugnantia ſit ratione prior, aut poſterior omnipotentia, aut omniſcientia. In hoc capite particulatim de comparatione ad omnipotentiam, ex cuius reſolutione in ſequentibus manifeſtum erit, quid de comparatione ad omniſcientiam ſentiendum ſit.

Opinio Methaphiſici iunioris. Prob. Iuniores quidam metaphiſici nuper opinãtur nec eſſentiam, nec exiſtentiam alicuius rei antecedere ratione omnipotentiam, imo ſubſequi. Probant primo quia omnis conceptus quidditatiuus creaturæ, eſt eſſe ens per participationem ab alio; ergo conceptus omnis creaturæ ſupponit omnipotentiam, tanquam illud a quo eſt.

Secundo, non repugnantia harum creaturarum eſt conceptus poſsitiuus, in quo, vt ſic, diſtinguitur a Deo; ergo eſt illo poſterior. Probant antecedens, quia non repugnantia nihil aliud eſt, quam cõpoſsibilitas prædicatorum, quibus conſtat natura rei creatę. Deinde repugnantia ad eſse eſt conceptus negatiuus, quia eſt incompoſsibilitas prædicatorum, ergo non repugnantia eſt conceptus poſsitiuus. **2. Probatur**

Cæterum his ſuperficie tenus, res tacta, vt eius penetres profundum; nota primo hanc non repugnantiam rei cuicunque creatæ in omni ſtatu competere. Etenim rei exiſtenti competit non repugnantia ad exiſtendum, imo ipſi Deo a ſe exiſtente ſua quoque non repugnantia ad exiſtendum competit, vt notaui, & explicui diſput. 2. cap. 3. Item rei non exiſtenti, contentæ in potentia agentis, etiam competit ſua non repugnantia, ſuumque eſse diminutum, ſeu obiectiuum, de quo bene P. Suarez 2. tom. Meta. diſput. 31. ſec. 2. & 3. Modo etiam nos verſamur in hac harum rerum non repugnantia in hoc ſtatu explican- 7 **Explicatur res.** *Cõfutatio. Non repugnantiæ cuicunque rei in quo cumq; ſtatu.* **P. Suarez.**

Digitized by Google

explicanda. In quo creaturæ in ſe ſunt ſimpliciter in quodam puro non eſſe, ſunt vero in alio, hoc eſt in potentia agentis, in qua continentur in eo eſſe, in quo eſt potentia, at vltra per non repugnantiam, quam in ſe ipſis habent ad huc in hoc ſtatu eſſe poſſunt, & ſunt obiectum ſcientiæ, & potentiæ.

Non repugnãtia medium quid inter priuatiuum, & negatiuum.

Hoc purum non eſſe, quod in ſe habent nec eſt proprie negatiuum, nec priuatiuum: non negatiuum, quia ad actum reduci poteſt; non priuatiuum, quia non præſupponit ſubiectum priuatum. Eſt ergo a nobis concipienda hæc non repugnantia, tanquam quid medium participans aliquid de extremis, tùm de negatiuo, tum de priuatiuo: de negatiuo participant in quantum non ſupponunt ſubiectum priuatum; de priuatiuo in quantum non repugnantia apta eſt, vt ad actùm exiſtendi reducatur, v. g. vacuum, eſt etiam veluti quoddam medium inter negatiuum, & priuatiuum, de extremis aliquid participans; id habet cum negatiuo commune, quod in vacuo nullum eſt ſubiectum priuatum exiſtentiæ in loco: id cum priuatiuo, inquantum vacuum capax eſt, quod repleatur entitate reali.

Obiectio.

Sed obijcies, *hoc non eſſe medium* inter priuatiuum, & poſitiuum incapacitatem habere, vt ſit actu, nam *hoc non eſſe*, eſt negatio exiſtentiæ, Deus autem efficere non poteſt, etiam de potentia ſua abſoluta, quod negatio exiſtentiæ exiſtat. Reſpondeo diſtinguendam eſſe negationem annexam rei non repugnanti in hoc ſtatu poſſibilitatis, ab ipſa re, quam dicimus non repugnare. Verum eſt a Deo fieri non poſſe, quod negatio illa, quæ eſt annexa rei, exiſtat poſitiue, imo dum res eſt in eo ſtatu, hoc, eſt quando illa non exiſtit, negatio actu eſt ſecundum eſſe negatiuum, & quando res actu eſt, negatio eſt in potentia ſecundum eſſe negatiuum: fieri vero poteſt quod ſubiectum huius negationis exiſtat, quod ſolum a nobis affirmatum. Vt explicem, quid nam ſit hoc ſubiectum negationis, & rem totam penitus euoluam, conſidero tres conceptus à nobis efformari poſſe circa non repugnantiam ad exiſtendum. Primus eſt communiſsimus entis, quatenus res recedit immediate à non ente, & is conceptus præſcindit a non repugnantia ad exiſtendum a ſe, vel ab alio: nam cum Deus, & creatura conueniant in conceptu non repugnantis ad exiſtendum, in quantum per entitates ſuas poſitiuas fundant negationem repugnantiæ ad exiſtendum, quæ competit chimeræ, non poteſt

Reſponſio

Tres diuerſi conceptus circa non repugnantiam.

Primus Deo, & creaturis communis

non conceptus is abſtrahere a non repugnantia ad exiſtendum a ſe, vel ab alio, quippe qui eſt communis Deo, & creaturis. Hunc ergo conceptum puto eſſe generaliſsimum entis, in quo Deus, & creaturæ, anologicè ſaltem communicant.

Secundus proprius creaturarum.

Secundus conceptus eſt non repugnantis exiſtere ab alio, Iam is aliquid deſcendit, & proprius eſt creaturarum: ſed quia quædam pendent ab alio per generationem, quædam per creationem, quædam dependentia eſſentiali, quædam non, ideo etſi conceptus is ſit eſſentialis omnibus creaturis, in eo vero abſtrahunt a dependentia ab aliquo creato, vel increato. Probatur, quia omnis dependentia agentis increati eſſentialis eſt; ſed hæc dependentia ab alio communis eſt eſſentiali, & non eſſentiali; ergo in ea præſcinditur a dependentia ab agente increato inquantum conceptus vniuerſalior ſemper ſaltem ex parte modi concipiendi præſcindit à conceptu minus vniuerſali.

Obiectio.

Obijcies dependentia ab alio non eſſentialis eſſentialiter præſupponit dependentiam ab alio eſſentialem, quia omnis productio creaturæ ab alia creatura ſupponit productionem eius priorem a creatore, ergo conceptus dependentiæ ab alio per eſſentialem emanationem, prior eſt conceptu dependentiæ ab alio per non eſſentialem, ergo non poteſt dari conceptus communis dependentiæ eſſentiali, & non eſſentiali. Probo hanc conſequentiam, quia ſi eſſet communis, vt ſic, non poſſet non eſſe prior ratione, & ex alia parte probatum eſt omnem dependentiam ab alio non eſſentialem eſſe poſteriorem dependentia ab alio eſſentiali; ergo ſimul eſſet prior, & poſterior, quod repugnat.

Reſponſio.

Reſpondeo, non fieri aptam comparationẽ ab obijciente, nam prioritas illa, quam omnis eſſentialis dependentia habet ad non eſſentialem, eſt prioritas realis, ſæpe temporis, & naturæ, & ſæpe ſolius naturæ, vt cum ſol eodem inſtanti reali, quo a Deo accepit eſſe per depẽdentiam eſſentialem, effudit lumen dependentiã non eſſentiali; at prioritas illa conceptus communis eſt ſolum prioritas rationis, a quã non valet ſubſiſtendi conſequentia. Eſt manifeſtum exemplum in conceptu entis communi Deo, & creaturis, ac proinde ratione priori vtriſq; cum tamen creaturæ omnes ſint poſteriores Deo tempore, & natura; ita conceptus non repugnantis exiſtere ab alio communis eſt, non repugnanti exiſtere per eſſentialem dependentiam, & non repugnanti exiſtere per non eſſentialẽ, ac proinde ratione prior, cum tamen prima eſſentialis dependentia ſit natura, aut tẽpore prior omni nõ eſſentiali.

Ter-

Digitized by Google

Tertius cōceptus eſſentialis dependentiæ. Tertius deniq; conceptus eſt eſſentialis dependentiæ, vel formalis, vel radicalis ab alio, is eſt creaturarum proprius, per quem Deum ſolum reſpiciunt creaturæ omnes, tum quæ creatione, tū quæ generatione ab ipſo fluunt. Dixi *radicalis*, vel *formalis* propter actus vitales, qui forte à potentijs vitalibus eſſentialiter proxime pendent, radicaliter vero ſolum à Deo à quo potentia vitalis per eſſentialem dependentiam ſuum eſſe accipere.

8 *Tres diuerſi conceptus in Dei omnipotētia reſpondentes.* Tres ſimiles conceptus pariter conſidero in omnipotentia Dei, ijs reſpondentes (alia diuina pronunc prætermitto) Primus eſt, quo intelligimus omnipotentiam Dei habere non repugnantiam ad eſſe, per quem immediatè recedit à non ente, & fundat negationem repugnantiæ ad eſſe: In hoc conceptu conuenit cum omni reali entitate. Per ſecundum conceptum illam intelligimus, vt potentem alia producere, & vt habentem virtutem, per quā ab ipſa alia extra ſe egrediantur: In hoc conceptu omnipotentia Dei conuenit cum omnibus cauſis efficientibus. Per tertium deniq; conceptum eam intelligimus, vt habentem virtutem à ſe, non per participationem ab alio: huic conceptui proxime adiungitur alius per quem intelligimus eam eſſe primum fontem omnis eſſentialis dependentiæ, ita vt quid quid eſt diſtinctum ab ipſa, quo quomodo ſit, eſſentialiter ab ea pendere neceſſario debet; *Proprius ipſius conceptus.* is eſt proprius conceptus omnipotentiæ Dei, per quem, & ea conſtituitur in ratione omnipotentiæ, & diſtinguitur ab omni cauſa creata.

9 *1. Conc. In ſtatu nō repugnantia non eſt dependentia omnipotentiæ ad creaturas, nec barū ab omnipotētia.* His prælibatis, affirmo primo, in ſtatu non repugnantiæ creaturarum, non eſſe realem dependentiam, aut prioritatem omnipotentiæ ad creaturas, aut creaturarum ad omnipotentiam. Ratio à priori eſt ea, quam tetigit Anſelmus relatus à nobis cap. 1. ſcilicet, quia omnipotentia Dei non eſt reſpectus ſecundum eſſe ad creaturas in vllo ſtatu, ſed ſe ipſa eſt omni potentia libere ab omni reſpectu dependentiæ, & quidquid perfectionis habet, à ſe habet cum omni independentia ab omni extrinſeco; & hunc reſpectum tranſcendentalem dependentiæ appellat Anſelmus relationem ſecundum eſſe ad aliud, quæ tunc ſolum eſt quā- *Non repugnātia nō eſt realiter prior omnipotētia.* do aliquod eſſe, ſeu perfectio rei ſumitur ex alio, cum dependentia ab ipſo, & in hac ratione idem ſentiendum eſt, de ſcientia, ac de omnipotentia; & ſicut ipſæ creaturæ poſsibiles ſe ipſis independenter à Deo reali cauſalitate, habent non repugnantiam vt ſint, iam explicatam; ita Deus independenter ab omni extrinſeco habet eſſe omnipotentem, & omni ſcientem, & quidquid perfectionis eſt in omnipotētia, & omni ſcientia. Ratio à priori eſt, quia nulla res poteſt habere in omnipotentiam, aut in ſcientiam phyſicam cauſalitatem, & ea efficere, vt omnipotentia aliquid contineat, aut ſcientia ſciat, nedum id efficiat pura non repugnancia.

10 *2. Conc. Aliquis conceptus non repugnantiæ eſt prior ratione omnipotētia logice.* De prioritate vero logica, ſeu rationis ex illis tribus conceptibus, quos tum in rebus, tùm in omnipotentia conſiderauimus res definienda eſt, & affirmo ſecundo conceptus ille primus, per quem res non repugnat ad eſſe, & in quo cum Deo conueniunt, eſt prior ratione quàm conceptus ſecundus & tertius omnipotentiæ. Hoc aſſertum patet, quia conceptus ille primus dicit nō repugnantiam ad eſſe, & præſcindit à nō repugnantia ad eſſe à ſe, vel ab alio, ſed conceptus ſecundus, & tertius omnipotentiæ eſt in quantum ipſa virtutem habet dandi eſſe rebus, quæ non repugnant accipere eſſe ab alio, ergo ille primus conceptus non repugnantiæ ad eſſe prior eſt conceptu ſecundo, & tertio omnipotentiæ. Probo hanc conſequentiam, quia conceptus vniuerſalior eſt ratione prior, vt ſæpe dixi. Sed ille conceptus eſt vniuerſalior, vt probaui, ergo &c. Quo fit aliquem conceptum eſſentialem creaturis ſecundum prędicatum commune, per quod non repugnant ad eſſe, eſſe priorem conceptu ſecundo, & tertio omnipotentiæ.

11 *3. Concl. Alter etiam conceptus creaturis eſſētialis prior omnipotentia, vt eſt potentia a ſe.* Affirmo tertio conceptum ſecundū creaturarum per quem illæ non repugnant exiſtere ab alio, eſſe priorem ratione conceptu omnipotentiæ, vt eſt potentia à ſe, nec eam reſpicere, vt exiſtentem, ſed vt abſtrahit ab exiſtentia, & non exiſtentia. Hoc aſſertum probo hac ratione, quia ſecundum hunc conceptum creaturę præſcindunt à dependentia ab agente creato, aut increato, à eſſentiali, vel non eſſentiali, ſed conceptus omnipotentiæ nō poteſt præſcindere ab eſſentiali dependentia eorum, quæ ab ea dependent, ergo ille vniuerſalior eſt, is minus vniuerſalis, ergo ille prior ratione, is poſterior. Totum probatum iam eſt.

Obiectio. Objicies, creaturæ per hunc cōceptum dicunt ordinem dependentiæ ab omnipotentia Dei, ſed non poſſunt dicere ordinem ad omnipotentiam abſtrahentem ab actuali, & poſsibili exiſtentia ergo dicunt ordinem ad eam vt exiſtentem à ſe, & neceſſario. Probo maiorem, quia ſi dicunt ordinem dependentiæ ab alio in eſſe, maxime dependentiæ a Deo, Deus enim eſt, a quo omnes creaturæ dependent. Probo minorem, quia conceptus omnipotentiæ abſtrahens ab exiſtentia actuali eſt chimericus, quippe qui, hoc ipſo quod abſtrahat non eſt omnipotentia.

Reſponſio. Reſpondeo, diſtinguo maiorem, dicunt ordinē dependētiæ ab omnipotētia Dei ſecūdū

 pro-

propriam rationem omnipotentiæ nego; ſecundum conceptum communem, in quo communicat omnipotentia cum alijs agentibus creatis concedo. Ad probationem, pariter reſpondeo, diſtinguendo ipſam omnipotentiam diuerſis conceptibus, vno in quantum conuenit cum potentijs creatis, alio in quantum ab illis ſecernitur, & fateor ordinem illum creaturarum terminari etiam ad omnipotentiam ſpecificatiue, hoc eſt, ſecundum conceptum communẽ, nego terminari ad eam reduplicatiue, hoc eſt, ſecundum quod omnipotentia eſt. Ad minorem pariter diſtinguo, ſi ordo eſſet ad omnipotentiam, vt omnipotentia eſt, concedo non poſſe abſtrahere ab exiſtentia actuali, ſed quia ordo eſt ad omnipotentiam, ſecundum conceptum communem illi, & alijs potentijs poteſt abſtrahere. Quæ res inſtantiam habet manifeſtam in conceptu entis, qui etſi ſit Deo eſſentialis, quia communis eſt creaturis abſtrahimus ab ente actuali, & potentiali, nam etſi Deus neceſſario ens actu ſit, non tamen id habet ex conceptu entis præciſſe, aut quia ens eſt, ſed ex conceptu talis entis, quia eſt ens à ſe, ſimiliter in omnipotentia. Quo etiam minoris probatio eneruata eſt.

Inſtantia manifeſta

12 *4. Concl.* *Aliquis conceptus non repugnãtiæ creaturarũ poſterior ratione omnipotẽtia Dei.*

Affirmo quarto, tertius conceptus creaturarum, quo eas concipimus, vt non repugnantes ad eſſe, per dependentiam eſſentialem, eſt poſterior ratione conceptu tertio omnipotentiæ, hæc vero rationis poſterioritas non eſt minoris vniuerſalitatis, ſed dependentiæ, quaſi logicæ; item conceptus tertius omnipotentiæ eſt prior ratione prioritate àquo rationis conceptu tertio creaturarum. Vt hoc quartum aſſertum explicem, & probem, noto in cognitione vera, & perfecta, ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci, nec enim nos pro libito poſſumus ponere hanc eſſe, vel aliam cognitionem àpriori, ſed ea eſt à priori, quæ ex aliquo priori obiecto, & independenti deſcendit ad aliquid poſterius, & dependens. Hoc aſſertum probãt rationes in principio formatæ, nam concept⁹ eſſentialis dependentię ab alio præſupponit aliud, à quo emanauit illud eſſe; ſed etiam creaturæ in ſtatu non repugnantiæ, ſecundum illud eſſe medium a nobis explicatum, habent hanc eſſentialem dependentiam ab alio; ergo ſunt poſteriores omnipotentia Dei exiſtente. Probo minorem, quia etiam ſecundum illum ſtatum non repugnantię ſunt creaturæ, ſunt limitatæ, non ſunt ens a ſe, imo ipſe ſtatus id manifeſte demonſtrat; ergo ſunt ab alio per eſſentialem dependentiam, ſed non ab alio, quam ab omnipotentia Dei, vt conſtat, ergo &c. Vnde ſecundum hanc tertiam comparationem, hæc eſt cauſalis a priori, *omnipotentia Dei exiſtit, ergo creaturæ habent non repugnantiam ad eſſe per eſſentialem dependentiã*, quia etſi phyſice non manent ab ea, ſecundum hoc eſſe nõ repugnantiæ; at logice intelliguntur manare. At ſecundum alios duos conceptus creaturarum, vt non repugnant ad eſſe collatos cum proprio conceptu omnipotentię Dei illa conſequentia, *omnipotentia Dei exiſtit, ergo creaturæ non repugnant ad eſſe*, etſi legitima ſit, & teneat, non tamen eſt cauſalis, nec a priori, ſed veluti ex inferiori ad ſuperius affirmatiue, vt hæc, *eſt homo, ergo eſt animal*; vnde ſicut non tenet, è conuerſo: *eſt animal, ergo eſt homo*, ita nõ tenet, *eſt non repugnantia creaturarum ad eſſe, tam prima, quam ſecunda, ergo exiſtit omnipotentia Dei*, immo ex prima non repugnantia, quæ abſtrahit ab eſſe a ſe, vel alio, nulla infertur potentia; ex ſecunda infertur a poſteriori aliqua potentia, ſiue exiſtens, ſiue non exiſtẽs, ex tertia etiam a poſteriori omnipotentia exiſtens.

Omnipotẽtia Dei exiſtit ergo creaturæ non repugnant ad eſſe. Cauſalitas a priori in quo ſenſu.

13 *Reſ. ad argumenta*

Videamus quid probent argumenta Iunioris illius metaphyſici. Primi argumenti antecedens, ſolum verum habet in tertio conceptu non repugnantiæ a nobis explicato, non vero in alijs duobus conceptibus. Item conſequens ſecundi argumenti, antecedens verum eſt, nam omnis conceptus entis non repugnantis poſitiuus eſt, nempe ſua vniuſcuiuſque rei eſſentia, quæ in hoc ſtatu optime declaratur per cõditionalem propoſitionem, nempe, *ſi Deus vult producere id, quod nos intelligimus per hominẽ debet facere, vt exiſtant hæc prædicata, animal, & rationale in vna, eademque ſubſtantia, alias quidquid efficiat, non efficiet hominem.* Prima probatio antecedentis bona eſt. Secunda ſupponit falſum, ſcilicet repugnantiam ad eſſe, eſſe conceptum negatiuum, etenim vt ſunt poſſibilia duo genera entium, aliud reale, aliud rationis, vtrumq; quidem poſitiuum, nam chimæra, ſecundũ eſſe rationis, quod habet, quid poſitiuum eſt, imo vt ens reale per non repugnantiam aptum eſt, quod producatur a Deo, ita ens rationis per partes reales, quas habet, etſi realiter incompoſſibiles, habet non repugnantiam, vt per rationem in ſuo eſſe cõſtituatur; vnde vtrumq; horum entium poſitiuũ eſt, & ſuam negationem fundat, ens reale negationem repugnantiæ; ens rationis negationẽ non repugnantiæ realis ad eſſendum, ac proinde licet repugnantia, ſeu incompoſſibilitas prædicatorum, quæ eſt in ente rationis nominibus negatiuis ſignificari ſoleat in ſe ipſa, tum ex parte obiecti, tum ex parte rationis, poſitiuum quid eſt, vt explico latius, cum de ente rationis in quantum eſſe poteſt obiectum ſciẽtiæ Dei.

Non repugnãtia ad eſſe eſt vltima rei differẽtia.

Repugnantia ad eſſe conceptus eſt poſitiuus.

Non repugnantia cõceptus poſitiuus eſt.

Cap.

Digitized by Google

Cap. 3. Deus cognoſcit poſsibilia in ſe ipſo.

14 *De omnipotētia, de ſciētia Dei de ſimplici complacentia, moueri poteſt dubitatio.*

TRia in Deo ſunt, in quibus creaturæ poſsibiles ab ipſo cognoſci poſse videntur. Primum eius omnipotentia, quatenus eſt adæquata earum cauſa. Secundum eius ſcientia, quatenus eſt earum repræſentatio expreſsa ſecundum vltimas earum differentias Tertium actus quidam complacentiæ voluntatis diuinæ, quem dicunt Theologi habere Deum erga omnęs naturas poſsibilium, & ſingulas earum, ſiue actus ille neceſsarius ſit, vt frequentius ferunt Theologi, ſiue liber; de qua re, diſput. 18. cap, 1. Animus non eſt in hoc capite materiam præſentem hinc, inde agitandi, quia in hac 1. parte, quæſt. 12. artic. 8. vbi an Beati in Verbo poſsibiles creaturas neceſsario videãt; an videre poſsint, propriam ſedem habet: ſolum ergo contendo propriam ſentẽtiam hac in re explicare, munire, & ab obiectis liberare, vti fecimus, diſp. 4. cap. 4. in Dei incomprehenſibilitatem incidentes. Nihilominus, quia ſententia noſtra circa tria illa in principio propoſita pronuncianda eſt, perſpicuitatis gratia caput hoc duco ſubdiſtinguendum in quoſdam paragraphos.

§. 1. *Deus cognoſcit poſsibilia in omnipotentia ſua.*

15 *S. Thom. Deũ cognoſcere creaturas in omnipotẽtia.*

Quid ſit aliquid in alio cognoſci diſſerte explicui, diſput. 4. cap. 2. in principio. Concluſio in §. propoſita eſt expreſſa S. Thomæ in præſenti, tùm art. 5. tum 6. cum ait. Dei eſſentiam habere in ſe, quidquid perfectionis habet eſſentia cuiuſcumq; rei, & adhuc amplius Deus (ait) in ſe ipſo poteſt omnia propria cognitione cognoſcere, idem affirmat ad primum & ſecundum, item quæſt. 12. art. 8. ibi, *omnia ſunt in Deo ſicut effectus virtute in ſua cauſa, ſic*

Idem.

igitur videtur omnia in Deo, ſicut effectus in ſua cauſa, & infra illum intellectum, ait, poſſe in ſua cauſa cognoſcere omnes cauſæ effectus, qui cauſam totaliter comprehendit, & infra quæſt. 55. art. 1. ad tertium, *in eſſentia Dei ſunt omnia perfectè, ſicut in prima, & vniuerſali virtute, & ideo Deus per eſſentiam habet propriã cognitionem de rebus omnibus.* Idem docuit primo contra Gentes, cap. 49. & lect. 3. in cap. 7.

Idem.

S. Dioniſij de diuinis nominibus *in ipſo* (inquit) *diuino eſſe exiſtit omne eſſe, aliter enim per ſuam eſſentiam non poſſet omnia cognoſcere, niſi omnia cauſaliter in ipſo eſſent.* Hæc tam expreſſa teſtimonia adduco propter patrẽ Vazquez, quem valde demiror, quanto animi conatu contendat, 1. part. diſput. 50. cap. 5. in ſuã

Medẽrni immerito S. Th. inducunt in cõtrariã ſententiam.

ſententiam detorquere S. Thomam, qui ſane, ſi hæc tam expreſſa teſtimonia attentè conſideraſſet omnem animi conatum, & ardorem depoſuiſſet. D. Thomam ſequuntur his in locis moderni Thomiſtæ, vt Bañez, & Zumel, Ferrarienſis 1. contra Gentes, cap. illo 49. ex noſtris P. Suarez. prima parte lib. 2. cap. 25. à num. 7. Molina in art. 8 quæſt. 12. diſput. 2. ante medium. Valentia 1. par. diſp. 1. quæſt. 12. pun. 6. P. Enricus Enriquez, tom. 2. de vltimo fine hominis cap. 10 §. 2. & 3. P. Ioannes à Salas, 1. 2. diſput. 4, ſect. 4. num. 38. à quibus referuntur fere omnes antiqui plena fide, quibuſdam exceptis nominalibus, quos pro ſe adducit P. Vazquez ſupra. Cum ergo concluſio à periori ſit Theologia recepta, opus non eſt authores nominatim referre.

Bañez. Zum. Ferrar. P. Sua. Molina. Valentia. Enriquez. Salas.

D. Dioniſ. *Probatur ex Dioniſ.* Perionius.

Sanctum Dioniſium, lib. de diuinis nominibus, cap. 7. primum babet patronum hæc ſententia. Primo in illis verbis ex verſione Perionij, *diuina mens omnia continet ſcientia, quæ ſecreta eſt ab omnibus, quod per cauſam rerum omnium in ſe omnium rerum ſcientiam anticipatã habet*, secũdo, ibi, *nec enim ea quæ ſunt, ex his quæ ſunt diſcens nouit diuina mens, ſed ex ſe, & in ſe per cauſam rerũ omniũ earum cognitionẽ, & ſcientiam habet anticipatam, non quod per ſpeciem ſingula conſideret, ſed quod vno cauſa complexu omnia ſciat, & contineat*, & infra eleganti id explicat ſimilitudine, *quemadmodum lux per cauſam in ſe tenebrarum notitiam anticipatam habet, quod non aliunde quam ex luce tenebras norit ſe ipſam, ergo cognoſcens diuina ſapientia nouit omnia*, ac ſi diceret: ſicut lux ſi eſſet intellectualis ſe ipſam intelligendo, & nõ alio modo intelligeret tenebras, ita exiſtimãdum (ait) Dioniſius de luce increata, quæ eſt diuina ſapientia, qua ſe ipſum Deus, vt lucem infinitam cognoſcit, & creaturas, quæ ſunt inſtar lucis in ipſo. Rurſus paulo inferius loquens de diuina ſcientia, ſic ait. *Ipſa enim ſe ipſum omnium cauſam noſcens nullo prorſus modo eã, quę à ſe profecta ſunt, & quorum cauſa eſt, ignorauit.* Superfluum eſt alia ex Dioniſio referre, cum hæc ita perſpicua ſint. Poſsem etiam adducere in patrocinium Auguſtinũ pluribus in locis, in quibus cognitionẽ matutinam diſtinguens à veſpertina hanc eſse dicit, qua videntur creaturæ in ſe, illam qua in verbo, ac præcipue, lib. 11. de Ciuit. cap. 7. & cap. 29. & lib. 4. de geneſsi ad litteram cap. 22. & cap. 26. & lib. 65. quæſtionum, cap. 26. Quod ſi ex Auguſtino Beatus in Verbo videt creaturas poſsibiles, nedum ſentiat Deum videre. Sed libens prætermitto exactam ho-

Probatio ex Auguſt.

rum locorum enucleationem, quia ſpectat ad quæſtionem 12.art.8.

16 *Solida ratio pro cõcluſione.* Ex verbis relatis Dioniſij, & D. Thomæ, dici eam eſſe ſolidam rationem pro concluſione, quæ ſumitur ex ratione cauſæ. Antequã eam formem, aduerto totam difficultatem ad hoc punctum deuoluendam eſſe, an creaturę in omnipotentia Dei, qua eas continet, cognoſcibiles ſint, non ſolum communi quadam, & generali cognitione, ſed diſtincta, & propria penetrante vſque ad vltimas, & intimas differentias? nam ſi ſolum cognoſcibiles eſſent cognitione illa generali nõn diſtinguente, neque diiudicante proprias rerum differentias, negandum eſſet, Deum cognoſcere in ſe ipſo creaturas poſsibiles, quippe cum ea cognitio imperfecta ſit, atque confuſa; ſi vero creaturę poſsibiles cognoſcibiles ſunt, in omnipotentia Dei cognitione diſtincta, atque perfecta, danda erit Deo talis cognitio; nam nulla rei cognoſcibilitas latere poteſt ſcientiam in omni genere ſcientiæ infinitam ſimpliciter.

17 *Poſsibilia cognoſcibilia ſunt in omnipotẽtia.* Hoc poſito ſic formo argumentum, omnes creaturę poſsibiles ſecundum proprias, & vltimas perfectiones continentur in omnipotentia Dei: ergo in ea ſunt cognoſcibiles diſtincta cognitione. Probo conſequentiam, ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci; ſed res poſsibiles habent ſuum eſſe in omnipotentia Dei, non ſolum commune, & generale, verum etiã ſpeciale, & vltimum; ergo cognoſcibiles ſunt, non ſolum ſecundum eſſe vniuerſale creaturæ poſsibilis, verum etiam ſecundum eſſe proprium.

Vrgeo argumentum, nemo negabit, quin, omnipotentia comprehenſa, cognoſcantur creaturæ poſsibiles ſaltem in communi, & generali quadam ratione, nec enim omnipotentia quidditatiue cognoſci poteſt, ne dum comprehenſiuè, quin cognoſcens ſciat de illa, eſſe potentem producere, quidquid non implicat contradictionem, ſed nulla eſt ratio quare cognoſcantur in ea creaturæ in communi, & generali ratione, & non in particulari: ergo etiam cognoſcuntur in particulari. Probo minorem quia creaturæ ſecundum eſſe particulare, & vltimum continentur in omnipotentia Dei, imo in rigore non continentur ſecundum eſſe commune, & generale, quatenus Deus eſſe commune per ſe producere nequit; ſed ratione particularis differentię: & licet nos concipiamus omnipotentiam Dei; vt continentem quidquid non implicat contradictionem; at ideo continet, quidquid non implicat contradictionem, quia continet in ſe hanc, illam, & illam creaturam in particulari, ita vt reuera cõtinentia ſit per ſe huius, & illius creaturæ in particulari, non rationis communis, etſi illa conſiſteret in ordine tranſcendentali ſecundum eſſe, vt aliqui arbitrantur, talis ordo reſpicere non poſſet communem rationem non repugnantię, ſed hanc, & illam creaturam in particulari, inquantum particularem. Etenim ordo ille eſſet ordo realis a parte rei exiſtens, & non mente conceptus ſolum, ſed nullus ordo realis, qui non ſit actus intentionalis mentis noſtræ, reſpicere poteſt rationes communes, & vniuerſales, vt conſtat: ergo ſi omnipotentia Dei diceret ordinem tranſcendentalem ſecundum eſſe ad creaturas poſsibiles, ille ordo neceſſario reſpiceret omnem collectionẽ earum; tamquam adæquatum terminum, & ſingulas in collectione contentas, tamquam inadæquatum, quo fundamento mens noſtra poſſet concipere, tum ordinem, tum terminum ordinis ſub ratione communi, ſicut concipit diuerſas rerum ſpecies ſub ratione communi generica ex ſimili fundamento.

Sed obiicies primo creaturas non contineri formaliter in omnipotentia Dei, ſed ſolum eminenter: ergo omnipotentia Dei non eſt ſufficiens medium, in quo creaturæ cognoſcãtur formaliter, ſed ſolum eminenter. Probo conſequentiam ex eodem principio, ſicut ſe res habet ad eſſe, ita ad cognoſci imperfecta cognitione, at non ſunt formaliter, ſed ſolum eminenter in omnipotentia Dei: ergo in ea ſolum eminenter cognoſci poſſunt. Quo argumento, vt minimum probari videtur perfectiorem, magiſque formalem futuram cognitionem creaturarum in ſe ipſis, quam in omnipotentia: etenim vt in ſe ipſis habent eſſe magis formale, quam in omnipotentia, ita magis formaliter in ſe ipſis cognoſcuntur: quo fit negandam Deo cognitionem creaturarum in omnipotentia, & concedendam ſolum cognitionem earum in ſe ipſis, etenim formalior, & perfectior cognitio Deo attribui debet. **Obiectio.**

Reſpondeo ſi cognitio diuina in ſola ſiſteret omnipotentia ipſius, vt putabat Aureolus quem refutauimus cap.1. ea ſolum eſſet creaturarum, veluti eminens cognitio non formalis, in quo beneualet proloquium illud, quod ſicut ſe res habet ad eſſe, ita ad cognoſci: nam vt omnipotentia ipſa ſecundum eſſe, eſt eminenter res omnes, ita cognitio omnipotentiæ eſt in cognoſci, veluti eminens cognitio rerũ omnium, at non ſiſtit in omnipotentia, ſed eã penetrando in ea formaliſsime, & diſtinctiſsime vitaliter repræſentat omnes vltimas differentias creaturarum, ad hoc autem vt in ea repræſentari formaliter poſsint, neceſſarium nõ eſt vt ea omnipotentia formaliter ſit omnis creaturarum formalitas, ſed quod ſit eminenter, nam vt cognitio ipſa eſt formalis cognitio formalitatum creaturarum, vſque ad vltimas earum 18 *Etſi creaturæ non ſint formaliter in omnipotẽtia formaliter cognoſci poſſunt.*

earum differentias, quin in ſe ſit formaliter ipſæ formalitates creaturarum, ſed ſolum intentionaliter, ita omnipotentia Dei, quia eſt in ſe eminenter omnis creaturarum formalitas, etſi non ſit formaliter, in ea ſunt formaliter intelligibiles, quia hac ratione habet eſſe obiectiuum intentionale formaliter: vnde Deus in omnipotentia tam formalem, ac expreſſam cognitionem habet creaturarum, vt minimum, quam in ſe ipſis: vnde, ſiue vltra cognitionem hanc ſit danda ipſi altera cognitio creaturarum in ſe ipſis, ſiue non, de quo cap. 4 at neganda non eſt cognitio creaturarum in omnipotentia.

Alia obiectio. Obijcies ſecundo, omnipotentia non eſt ordo tranſcendentalis ſecundum eſſe ad creaturas; ergo non poſſunt ipſæ in omnipotentia cognoſci.

19 *Vt non ſit in Deo ordo tranſcendentalis ſecundum eſſe, ad creaturas.*

Hæc obiectio quibuſdam grauis viſſa eſt, nobis leuis, aduerto ſemel, quando nos negamus ordinem tranſcendentalem ſecundum eſſe ad creaturas, non negare continentiam creaturarum eſſe in Deo aliquam perfectionem, de quo hucuſque nihil à nobis aſſertum, ſed ſolum quidquid eſt in omnipotentia perfectionis abſolutum eſſe ab omni dependentia a creaturis; imo quidquid eſt in Deo ab omni dependentia debet abſolui, & per ordinem tranſcendentalem, ſecundum eſſe, ordinem dependentiæ intelligimus cum Anſelmo relato cap. 1. Hoc animaduerſo in eo ſenſu concedimus antecedens, negamus conſequentiam, reddimus rationem ex cauſis creatis, in quibus duo inueniuntur in ordine ad ſuos effectus. Primum eorum realis continentia. Secundum ordo tranſcendentalis dependentiæ, talis vt ſi effectus eſſent in aliquo caſu impoſsibiles, hoc ipſo in cauſis deſideraretur aliqua perfectio ad menſuram perfectionis effectuum, quos impoſsibiles eſſe ſupponimus: Illud primum nihil continet imperfectionis, ideoque abſque controuerſia Deo conceditur ab omnibus: hoc ſecundum, ſub lite eſt, an inuoluat imperfectionem, an non? Nos vero non affirmamus hoc ſecundum, ratione ordinis tranſcendentalis dependentiæ neceſſarium eſſe ad hoc, vt Deus in omnipotentia ſua creaturas cognoſcat, neque id probare poterit argumentum, imo certum putamus ordinem tranſcendẽtalem ad terminũ, ſi preſcindat a continentia eius aliquali, ſufficientem non eſſe ad cognitionem quidditatiuam termini, vt conſtat in cognitione ordinis tranſcendentalis creaturarum ad Deum, quia ſufficiens non eſt, quantumuis penetretur ad Deum quidditatiue cognoſcendum, vt ſatis conſtat ex dictis in diſput. 4. cap. 2. & 3. Solum ergo dicimus continentiam eminentem creaturarum, quę a nullo negari poteſt ſufficiens medium eſſe Deo, vt omnes illas formaliter cognoſcat.

Obijcies tertio, omnipotentia Dei eſt poſterior ratione ſcientia Dei, ergo non cognoſcit in ipſa creaturas. Probo antecedens, quia omnipotentia pertinet ad ſecundariam conſtitutionem Dei, vt conſtat ex diſp. 3. cap. 2. ſcientia vero pertinet ad primariam conſtitutionem, vt conſtat ex loco citato cap. 3. ergo hæc eſt prior ratione, illa. Conſequentiam probo, quia obiectum in quo, vel ratione præcedit ſcientiam, vel ſaltem non eſt poſterius illa. 3. obiectio.

Confirmo obiectionem, ſi Deus cognoſceret creaturas in ſua omnipotentia vera eſſet hęc cauſalis, *quia Deus eſt omnipotens creaturas cognoſcit*, conſequens falſum eſt, ergo. Falſum eſſe ſic probo, quia contraria cauſalis vera eſt, ſcilicet, *quia Deus eſt omniſcius, eſt omnipotens*, nam prius ratione conſtituit Deum ſcientia, quam omnipotentia.

20 *Quomodo ſe habeant omnipotẽtia, & ſciẽtia. Obiectum non habet eſſe reale prius ratione quã cognoſcatur.*

Hanc obiectionem tractat Pater Suarez 1. parte lib. 3. cap. 3. a num. 9. Sed prætermiſsis eius ſolutionibus quas examinare non vacat, ex principijs traditis diſput. 4. cap. 1. facile reſpondeo, & nego cõnſequentiam. Ad probationem, nego, obiectum, quod ſolum eſt pure terminus, eſſe debere in ſuo eſſe prius, aut ſimul ratione, quam ſcientia. Inſtantia eſt manifeſta in diuinis relationibus, quæ cum ratione poſteriores ſint ſcientia, in conſtitutione diuinarum perſonarum ſunt obiecta ſcientiæ. Eſt etiã manifeſta inſtantia in his creaturis poſsibilibus in omni ſententia, nam in omni ſententia verum eſt eas cognoſci à Deo, in omni etiam verum eſſe debet, eſſe poſsibile earum ſecundum eſſentialem dependentiam, quam habent à Deo, eſſe ratione poſterius ipſo Deo, vt cõſtat ex dictis cap. 2. Ratio a priori eſt, quia cognitio vndequaque perfecta in ratione perfectionis non ſolum pertingit obiectum, quod vna ſecum eſt duratione reali, & rationis; ſed quod poſt ipſum eſt duratione reali, & rationis; eo quod eſſe poſtea futurum ſufficiens eſt, vt duratione antecedenti ad illud terminetur ſcientia, vt dicemus diſputatione ſexta, & ſeptima ex profeſſo.

Ad confirmationem, reſpondeo cauſalem illam æquiuocum, continere ſenſum, ideoque diſtinguendam ſic eſſe; quia Deus eſt omnipotens, hoc eſt, quia Deus prius ratione conſtituitur omnipotentia, quam ſcientia, ideo in omnipotentia cognoſcit creaturas; & in hoc falſa eſt cauſalis, quin potius vt probatur in obiectione, cauſalis illi contraria verum habet ſenſum, ſcilicet, *quia Deus, eſt omniſcius, eſt omnipotens*; Nam ſi omnipotentia in Deo eſt attributum ratione diſtinc-

Digitized by Google

diſtinctum à volitione,& intellectione,vt fert recepta magis modo ſententia, eſt illis ratione poſterior,eo quod omnipotentia Dei ex propria ratione omnipotentiæ non eſt operatiua,niſi vt directa per intellectum , & determinata per voluntatem , vnde ſicut in actuali operatione omnipotentiæ præcedit ad ipſam directio artis diuinæ, & imperium voluntatis eius,ita ad eius conſtitutionem præcedere debet conſtitutio ſcientiæ directricis, & voluntatis imperatricis;ſi vero ſenſus ſit,*quia Deus in ſua omnipotentia continet creaturas , etſi poſterius ratione eas contineat, ideo eas in ipſa cognoſcit, tanquam in cauſa* , verus eſt ; nec enim omnipotentia eſse poſset obiectum in quo, vt in cauſa, cognoſcerentur creaturæ , niſi eas contineret.

Omnipotētia ex propria ratione ſupponit in Deo intellectū & voluntatem.

21 Obiectio. Dices,ergo omnipotentia,in quantum continet creaturas , habet aliquam prioritatem ad ſcientiam.Probo conſequentiam per illam cauſalem,quæ in eo ſenſu,in quo vera eſt, probat rationis prioritatem.Reſpondeo habet aliquam prioritatem rationis , in ordine ad Deum conſtituendum nego,in ratione obiecti concedo;Nam omnis res,quæ eſt diſtincta, vel re,vel ratione à ſcientia,etiam ſi in ſuo eſſe ſit poſterius illa,habet aliquam prioritatem rationis ad ſcientiam, quatenus obiectum in cognoſci minus dependens eſt à cognitione ſcientiæ,quàm ipſa ſcientia à cognitione obiecti;ideo vero hæc prioritas obiectiua nihil obſtat alteri,quia hæc intentionalis eſt, illa realis; hæc ſumitur per ordinem ad noſtras cognitiones magis,aut minus dependentes inter ſe, dū verſatur in cognoſcenda ſcientia; & obiecto, in quantum ſcientia,& in quantum obiectum, illa vero ſumitur per ordinem, quem habet res in ſui reali conſtitutione. Vnde cum noſtra etiam cognitio deſcendit ad dignoſcendā hanc conſtitutionem,prius Deum conſtitui affirmat ſcientiā, quàm,omnipotentiā: hoc ex profeſſo explico tractatu de Trinitate, & magis declaro diſ.6.dico,limitatè ſolū de re,quæ eſt diſtincta re , vel ratione a ſcientia , propter cognitionem Dei,qua ſe ipſam cognoſcit ſine rationis reflexione , diſtinctione , prioritate aut poſterioritate;nā hæc vt explicui diſ. 4.cap.1.nulla ratione eſt prior.

Obiectum a ſcientia diſtinctū in ratione obiecti,ratione ante ſcientiam eſt.

4.obiectio. Obijcies quarto,ſi Deus per impoſsibile non contineret creaturas in ſua omnipotentia nihilominus illas cognoſceret , ergo defacto non cognoſcit illas in omnipotentia.

Reſp. Reſpondeo,diſtinguo antecedens,eas cognoſceret in omnipotentia,vt in cauſa nego, in ſe ipſis concedo.

Replica. Dices,ergo de facto non cognoſcit omnes creaturas in omnipotentia. Probo conſequentiam,quia peccati malitiam non continet in ſua omnipotentia. Reſpondeo breuiter malitiam peccati cognoſci à Deo per cognitionē bonitatis oppoſitæ in ſua omnipotentia. De hoc infra redibit ſermo diſput.8. cap. 2 , vbi quomodo Deus cognoſcat mala

Reſp. Deus cognoſcit malitiam peccati per bonitatem oppoſitam.

§. 2. De cognitione creaturarum in ſcientia.

22 Non agimus in hoc §, de ſcientia Dei , vt eſt idem cum omnipotentia,& vt in ea creaturæ cognoſcuntur a ſcientia Dei , quę cum ſe ipſam , atque omnipotentiam intueatur , & comprehendat , nequit ſcientiam ab omnipotentia præſcindere,ideoque reſpectu cognitionis diuinæ ſecundum ſe ſpectatæ,locum non habet difficultas propoſita, ſed præſuppoſita rationis diſtinctione inter ſcientiam,& omnipotentiam, facta per intellectum viatoris, dubitamus in præſenti,an ſcientia Dei non in quantum cognoſcit omnipotentiam , ſed in quantum cognoſcit cognitionem directam creaturarum,quam diximus ſupra diſput. 4. cap.1.aliquo modo eſſe reflexam , an inquam Deus in ea cognitione creaturas omnes cognoſcat? Vt difficultati liberior concedatur locus,aut pone omnipotentiam realiter eſſe diſtinctam à ſcientia,aut creaturas non cognoſci in omnipotentia,tunc diſquirimus,an in ſola ſcientia creaturarum reflexe comprehenſa cognoſcantur a Deo creaturæ,tanquam in obiecto primario cognito?

Senſus dubitationis

23 A parte,quæ affirmat,afferri poteſt S. Thomas hic art. 5. in fine corporis in hæc verba, *alia autem à ſe videt non in ipſis , ſed in ſe ipſo, in quantum eſſentia ſua continet ſimilitudinem aliorum ab ipſo.*Ergo affirmat D. Thomas non ſolum a Deo videri creaturas in omnipotentia,tanquam in cauſa,ſed etiam in eſſentia,tanquam in continente ſimilitudinem illarum, hæc autem ſimilitudo non poteſt eſſe ſpecies intentionalis impreſſa,quæ nec eſt in Deo reſpectu ſuæ cognitionis , nec ſecundum rationē noſtram,vt docui diſput.2.cap.3.§.3. nec etiā alio modo eſt in Deo,niſi vt in cauſa, ergo loquitur de ſimilitudine expreſſa,quæ eſt in ſciētia.

Pro parte affirmātē. D.Thomas

Secundo,fauet etiam doctrinā noſtra paragraphi ſuperioris,nam ibi dicebamus creaturas formaliter cognoſci in omnipotentia, etſi ſolum in ea eminenter ſint,ergo multo melius poterunt cognoſci in ſcientia,in qua in eſſe intentionali formaliter, & expreſſe ſunt. Nec obſtat in ſcientia,vt ſic,non eſſe creaturas ſecundum eſſe reale,quia vt non obſtat ad hoc,vt in omnipotentia cognoſcantur,non eſſe in ea ſecundum eſſe reale formale,& ſufficit eſſe ſecūdum eſſe reale eminentiale ſolum virtualiter,

ita

Digitized by Google

ita ſufficiet eas eſſe in ſcientia ſecundum eſſe formale ſolum intentionale;etenim quod deficit omnipotentiæ de formali continentia,habet ſcientia,& quod deficit ſcientiæ de continentia reali,habet omnipotentia,itaque inuicem ſe ſuperant ; & exuperantia vnius ſimul cum defectu,per alterius exuperantiam,& defectum compenſatur.

24 *Diſcrimẽ notandum inter omnipotẽtiã, & ſciẽtiã*

In partem quæ negat inclinat P.Suarez 1.p. lib.2.cap.25.a num.41.eandem pariter , ac in omnipotentia defendit P. Vazquez 1. p. diſp. 50.cap.4.eam ſequuntur frequentius recentiores,quæ etiam mihi magis arriſit in Tractatu de ſcientia Chriſti , quem dictaui octo retro annis.Huius partis ratio fundamentalis ea eſt, quia formalis ſcientia eſt,per quam intellectus habentis, redditur cognoſcẽs ſuum obiectum, ea incognita , non vero eſt obiectum aptum, vt in eo cognito,cognoſcatur obiectum eius. Ratio a priori eſt ; quia ſcientia, vt ſcientia, nec eſt imago realis obiecti,nec ipſum continet ſecundum eſſe reale,ſed ſecundum eſſe intentionale,quod eſt ex genere ſuo inferius,& debilius,quam eſſe reale,in quo cernitur manifeſtum diſcrimen inter omnipotentiam , & ſcientiam,quod illa,quatenus eminenter continet creaturas.eas habet per formam eminentiorem,in qua omnes earum formalitates habent eſſe nobilius infinite,vnde ſicut ea forma apta eſt,vt in ipſa reuera ſint eminentiori modo,ita vt in ipſa contineantur;hæc vero, ſcilicet ſcientia,vt ratione diſtincta ab omni continentia,quatenus illas continet in ſolo eſſe intentionali , quod reuera eſt debilius, & imperfectius,vt apta non eſt,vt in ea ſit reuera eſſe reale entitatiuum obiecti,ita vt in ea cognita cognoſcantur:Nec iuuat expreſsio,ſeu formalitas,qua ſuperat omnipotentiam, nam eſt in genere inferiori,apto quidem, vt,tanquam forma incognita,reddat cognoſcentem intellectum habentis,non vero,vt tanquam in obiecto cognito.

25 Hæc ſane,& rationem a priori huius partis continent,& fundamentum partis affirmantis infringunt.Verum contra eam rem altius conſiderans,hoc argumentum cogitaui:Deus comprehendens ſcientiam ſuam de creaturis habet hoc iudicium:*hæc mea ſcientia vera eſt, & eſt comprehenſiua.* Sed hoc iudicium habere non poteſt,niſi in ea cognoſcat creaturas; ergo cognoſcit creaturas in ſua ſcientia. Probo maiorem,quoad primam partem,ſcilicet habere iudicium , quia in Deo non eſt ſimplex appræhenſio formalis,vt docui diſp.4.cap.2. ergo omnis formalis ſcientia iudicatiua eſt. Quoad ſecundam partem ſcilicet Deum iudicare de ſua ſcientia eſſe veram, & comprehenſiuam.probatur,quia Deus comprehendit ſuã ſcientiam per reflexionem in illam, ſed de ratione ſcientiæ Dei eſt eſse veram,& comprehenſiuam,ergo per comprehenſionem reflexam in illam cognoſcit has eius perfectiones, altera,qua vera eſt,altera,qua comprehenſiua eſt.Minorem probo,primum de veritate, veritas iudicij conſiſtit in eo,quod ita enunciet iudicium,ſicut res eſt in ſe , ſed non cognita re, vt eſt in ſe,non poteſt ferri iudicium de ſcientia , an illa dicat rem eſse,vt eſt in ſe; ergo ſi Deus cognoſcens ſcientiam ſuam cognoſcit illam veram eſse.in ea cognoſcere debet creaturas,vt ſunt in ſe;nam vt videns effigiem Chriſti domini iudicare non poteſt,an ſit vera , nec ne,niſi viderit figuram Chriſti,vt in ſe fuit , ita cognoſcens propoſitionem hanc: *homo eſt animal rationale*,in quocumque intellectu ea ſit, non poteſt diiudicare an ſit vera nec ne,niſi ſimul cognoſcat hominẽ, vt eſt in ſe, ergo hoc ipſo quod Deus iudicet de ſua ſcientia, quam de homine habet,veram eſse,debet in ea cognoſcere hominem eſse animal rationale , vti ab ipſa iudicatur.Secundum de comprehenſione probo , comprehenſiua ſcientia eſt ea, cuius nihil latet videntem , & obiectum cognoſcit,vt cógruit eius dignitati,& omne quod ex illa,aut in illa cognoſcibile eſt,vt declaraui diſput. 4. cap.4. ergo ſi Deus iudicat de ſua ſcientia,quam habet de homine non ſolum eſſe quidditatiuam,vtcumque,ſed etiam comprehenſiuam,debet iudicare eam talem eſse, quæ congruit in dignitate cognoſcibilitati obiecti, exhauritque totam rei cognoſcibilitatem,complectiturque quidquid in illa,aut ex illa cognoſcibile eſt. Quis autem non videat hoc iudicium ferri non poſse ab eo, qui ignoret dignitatem,atque naturam obiecti , & ea quæ cum ipſo habent connexionem ; ergo ſi Deus de ſua ſcientia iudicat comprehenſiuam eſse, in ipſa penetrare debet ipſum obiectum.

Hoc argumentum mihi efficaciter probat de nulla cognitione formari poſse iudicium ſcientificum,quo feratur iudicium hoc:*cognitio hæc eſt ſcientia,eſt quidditatiua, eſt vera,aut comprehẽſiua*,quin aut ſimul, aut antea habeat ſic iudicans cognitionem ſcientificam , quidditatiuam,aut cóprehenſiuam obiecti. non tamen probat argumentum cognitionem hanc hauri in penetratione ipſius ſcientiæ , quinimo niſi aliunde cognitio reflexe cognoſcens ſcientiam iuuaretur,minime poſset in ea taliter obiectum cognoſcere , vt mihi bene probat argumentum ſupra factum a parte negante , quod apud me ſemper magni momenti fuit. 26

Nulla cognitio poteſt ſcientifice, aut comprehẽſiue cognoſci, non cognito, aut præcognito obiecto ſcientifice aut comprehẽſiue.

Itaque ex vna parte aſserimus , de ſcientia iudicari non poſse, illam eſse ſcientiam veram quid-

Digitized by Google

quidditatiuam,aut comprehenſiuam,non cognito obiecto,vt eſt in ſe quidditatiua,aut comprehenſiua cognitione,& ex alia parte dicimus cognitionem talem in ſcientia ipſa comparari non poſſe.Explicandum reſtat in quonam obiecto comparari poſsit,aut comparanda ſit.

Propria reſolutio.

27 Pro huius explicatione noto,vt propoſitio vera,& quidditatiua connotat naturam obiecti,ita ſe habentem, vt ab ipſa affirmatur , ſiue de ratione veritatis intrinſeca ſit ipſum obiectum,ita ſe habens,ſiue non;at in omni ſententia eſſentialiter connotari negari non poteſt;ita etiam de ratione iudicij comprehenſiui eſt connotare obiecti cognoſcibilitatem ſecundum omnem ſuam dignitatem , item omnia , quæ in illo,aut ex illo cognoſci poſſunt. Quo fit iudicium ſcientificum verum,quidditatiuum,comprehenſiuum importare complexum quoddam conſtans ex actu interno mentis,& ex obiecto extrinſeco,ſicut album dicit complexum quoddam ex corpore,& ex albedine,inter quæ hoc ſolum poteſt intercedere diſcrimen,quod albedo in obliquo importata in illo complexo in omni ſententia ſpectat ad intrinſecam eius conſtitutionem,non vero obiectum in omni ſententia, ſed ſolum in ea, quę docet de ratione completa veritatis eſſe ipſum obiectum,ita ſe habens, vt enunciatur, quæ mihi probabilior eſt,ſed quidquid de hoc ſit,ad rem noſtram ſufficit, quod obiectum in obliquo eſſentialiter, quomodocumque,importetur, vt Deo non cognito cognoſci nequeat ſcientiam de illo veram eſſe,quidditatiuam,aut comprehenſiuam.

Veritas propoſitionis eſſentialiter cõnotat obiectum ita ſe habens.

28 Ex quo colligo,nullum poſſe comprehendere cognitionem comprehenſiuam, incomprehenſo ipſius obiecto; nullum quidditatiuam,nullum intuitiuam,non cognito obiecto quidditatiue,& intuitiuè,non quod ipſa comprehenſio cognitionis comprehenſiuæ ſit comprehenſio obiecti; aut quidditatiua cognitio cognitionis quidditatiuæ ſit obiecti cognitio quidditatiua;aut intuitiua cognitio cognitionis intuitiuæ ſit obiecti cognitio intuitiua:ſed quod in ſuo cognoſci cognitiones hæ dependent a cognitionibus comprehenſiuis,quidditatiuis,& intuitiuis obiecti,ſiue ſimul habitis, quando cognitiones hæ cognoſcuntur,ſiue aliunde antea,aut in ipſis obiectis, aut in alio, in quo obiecta ipſa continentur cauſaliter.

Ad cõprehendendã cognitionem comprehenſiuam neceſſaria eſt obiecti cõprehenſio Idem de intuitione, & omni vera,& quidditatiua cognitione.

29 Obijcies primo,ordo tranſcendentalis eſſentialis dependentię creaturarum ad Deum comprehendi poteſt,non comprehenſo Deo, immo nec intuitiue quidditatiue cognito , ergo comprehenſio creaturarum poterit comprehendi,non comprehenſis creaturis.

1.obiectio.

Obijcies ſecundo difficilius,Chriſtus dominus comprehendit ſuam viſionem Dei , quin Deum ipſum comprehendat,ergo cum comprehenſione cognitionis obiecti non neceſſario coniungitur comprehenſio eius.

30 Ad primam obiectionem reſpondeo negando conſequentiam,ratio eſt,quia nos non deducimus obiectum quidditatiue,intuitiue, aut comprehenſiue cognoſcendum fore ex cognitione quidditatiua,intuitiua, aut comprehenſiua cuiuſcumque ordinis tranſcendentalis,ſed ſolum ex comprehenſione comprehenſionis obiecti,ipſum comprehendendum eſſe, ex intuitione intuitionis obiecti , ipſum intuendum eſſe denique ex quidditatiua cognitione quidditatiuæ cognitionis,ipſum quidditatiue cognoſcendum eſſe intulimus propter veritatem,& correſpondentiam,quæ eſt inter obiecta,& has cognitiones, vt ſatis ſupra declaraui,quæ non inuenitur in ordine tranſcendentali creaturarum ad Deum.Verum eſt,omnem comprehendentem talem ordinem cognoſcere debere Deum eſſe ens a ſe , omnipotentem,quia hoc includitur in conceptu comprehenſiuo ordinis tranſcendentalis per eſſentialem dependentiam,ſeu ex eo deducitur,nõ vero cognoſcere cogitur,aut poterit diuinam Trinitatem,aut alia attributa virtutum moralium,quæ non ſpectant ad productionem creaturarum,aut dependentiam, quam habent à Deo.

Reſ.ad 1.

Ad ſecundam obiectionem,ſimiliter nego conſequentiam,nec enim nos diximus ad cuiuſcumque cognitionis obiecti comprehenſionem neceſſariam eſſe comprehenſionem ipſius obiecti,ſed ad comprehenſionem cognitionis comprehenſiuæ,vnde cum viſio, qua Chriſtus videt Deum non ſit comprehenſio Dei , bene poteſt illam comprehendere, quin comprehẽdat Deum, cuius ea ratio eſt, quia viſio Dei non connotat Deum ſecundum omnem dignitatem ſuæ cognoſcibilitatis,nec exhaurit eã, nec in ipſo , aut ex ipſo cognoſcit quidquid cognoſcibile eſt,vnde viſionis comprehenſio non petit comprehenſionem obiecti, ſed ſolum viſionem obiecti in eo perfectionis gradu,quo ipſa viſio viſa videt obiectum.Quo fit nec Chriſtum poſſe videre,aut comprehendere ſuam viſionem,nec vllum beatum alterius beati viſionem,niſi Deum aliàs viderent. Sed obijcies tertio,Beatus videt clare , & diſtinctè ſcientiam Dei,tum de exiſtentibus , tum de poſsibilibus,non tamen videt omnes creaturas exiſtentes,nec poſsibiles quidditatiue cognoſcit,ergo poteſt videri clare,& diſtincte ſciẽtia non viſo clarè,& diſtinctè obiecto.Reſpondeo hoc argumentum probare non quamcumque diſtinctam ſcientiæ cognitionem ſufficientem eſſe ad obiecti diſtinctam pariter cognitionem

Ad ſecundã

tionem

tionem,ſed vltra neceſſarium eſſe, vt ſcientiæ cognitio exprimat eam,non quacumque expreſsione, ſed ea ſpeciali, quę requiritur ad notitiam obiecti,nam ſcientia non dependet in cognoſci ab obiecto,niſi ſecundum eam rationem,ſecundum quam eſt expreſsio obiecti:ſicut in cognitione omnipotentiæ dici ſolet non eſſe ſufficientem quamcumque cognitionem ad cognoſcenda omnia poſsibilia in ea,ſed eam, quę ſic exprimit omnipotentiã vt oportet,vt in ea creatura, quæ cognoſcenda eſt,apareat videnti:idem in ſcientiæ cognitione dicendum. His continetur noſtra de hac re ſententia,cui nihil ex dictis hucvſque aduerſatur.

§. 3. *De cognitione creaturarum in complacentia.*

31 *Maior cõplacentia Dei in perfectior natura.* Quæ §. ſuperiori in ſcientia diximus ad complacentiam applicanda ſic ſunt. Cum dicunt Theologi voluntatem diuinam complacere in naturis poſsibilibus,non eſt exiſtimandum ſolum complacere generali quadam, & communi ratione,vt a nobis concipitur,& ſignificatur terminis vniuerſalibus, ſed in ſingulis ita complacere,vt vnaquæque natura pro gradu perfectionis diuerſam ratione maiorem, aut minorem complacentiam ſibivendicet.Sit exemplum in natura humana,atque Angelica, Deus in hac complacet in perfectione ſubſtantiali,ſpirituali,completa,in naturæ ſimplicitate,in perfectione propriæ ſubſiſtentiæ intellectus,& voluntatis,in potentia loco ſe mouente,& aliorum ſe motiua, & alijs, ſi quæ Angelus habet,ita vt ei det plenam complacentiam pro exigentia perfectionum obiecti.Pariter in natura humana complacet in perfectione ſubſtantię completæ,mixtæ,atque compoſitæ, ex parte corporea,& parte ſpirituali, in vnius informatione,& alterius receptione, in vtriuſq; ſubſiſtentia,in emanatione ſenſilium potentiarum internarum,& externarum intellectus, & voluntatis: in capacitate ſcientiarum, artium, & virtutum, in potentia obedientiali, in virtute generandi,in omnibus harum facultatum artibus,in partium corporis,vniformi difformique organizatione, in functionibuſque omnibus,quas facultates omnes exercent, & in quibuſcumque alijs perfectionibus, tùm propriæ tum communibus,& ſic de alijs naturis,ac de indiuiduis naturarum.

His ergo,qui hanc diuinam complacentiã comprehenderit neceſſario iudicare debet,an plena reſpondeat vnicuique naturæ,an vnicuique indiuiduo naturæ,ita vt ea ſit, quæ reſpondeat naturę, vt ita dicam meritis, ſecundum perfectionis exigentiam,ſed hoc iudicare non poteſt ignorans ſingulas vnius cuiuſque naturæ perfectiones,& vniuſcuiuſque indiuidui in natura,ergo non poteſt Deus ſuam complacentiam comprehendere, quin præ comprehenderit, aut ſimul comprehendat creaturas omnes poſsibiles,propoſitiones omnes ratiocinationis huius probatæ ſunt capite ſuperiori,eius vero intentum non eſt in complacentia ipſa creaturas omnes comprehendi poſſe, & debere; ſed complacentiam ipſam comprehendi non poſſe,non aliunde, aut ſimul comprehenſis creaturis poſsibilibus.

Cap.4. *Deus cognoſcit poſsibilia in ſe ipſis.*

32 *Dubitationis ſenſus.* CAPITE ſuperiori dedimus Deo cognitionem creaturarum poſsibilium, quaſi indirectam & ſecundariam, qua in ſe ipſo eas cognoſcit, in hoc diſquirimus, an vltra illam danda ipſis ſit alia cognitio, per quam creaturas poſsibiles in ſe ipſis, hoc eſt immediate & directe cognoſcat v.g. 3.p. quæſt. 10. & 11. docuimus Chriſtum dominum duplici modo cognoſcere creaturas poſsibiles. Primo in omnipotentia Dei per ſcientiam beatam, per quam creaturę cognoſcuntur, vt obiectum ſecundarium & indirectum. Secundo in ſe ipſis per ſcientiam infuſſam, per quam creaturæ cognoſcuntur, vt obiectum immediatum, & directum. Tali ratione nitimur oſtendere, an ſimilis duplex modus cognoſcendi Deo tribuendus ſit, præſuppoſito hoc diſcrimine, quod in Chriſto vna cognitio diſtinguitur realiter ab alia, in Deo vero ſolum ratione poterit diſtingui, ſiue præſcindente, ſiue non præſcindente.

In qua re, pars quæ negat ſatis communis, & bene munita eſt. Eam tenet Caietanus hic art.5.& Thomiſtæ recentiores, Bañes art. 6. Concl,2, Zumel art.5. concluſione 2.3.& 4. ex noſtra Schola P.Molina ad art. 5. & 6. diſput. vnica concluſione 2. P.Valentia hic pun.3. concluſione 1. in eam propendet, vt in probabiliorem P.Suarez 1.p.lib.3.cap,2. num. 12. & 13. Et quod magnifacio, videtur expreſſa S. Thomæ hic art.5. ibi *alia autem a ſe videt non in ſe ipſis, ſed in ſe ipſo.* Verba retuli cap.3.§.2.& ex profeſſo lib.1. contra gentes cap.48. in quo ſeptem rationibus probat Deum primo & per ſe ſolum ſe ipſum cognoſcere. at ſi creaturas videret in ſe ipſis, eas primo & per ſe cognoſceret. Et cap.49. poſtquam probauit etiam cognoſcere alia a ſe, ſic ſcribit, *colligendo ergo has* 33 *Pro Parte negante. Caiet. Bañes. Zumel. P.Mol. P.Valencia P.Suarez. Albelda. diſp. 37. ſect.2. S.Thom.*

duas

duas concluſiones apparet Deum cognoſcere ſe ipſum, quaſi primo, & per ſe notum, alia vero ſicut in eſſentia ſua viſa. Et ſubiungit veritatem hanc prius edoctam à Diuo Dionſio, 7.c.de diuinis nominibus dicente, *non ſecundum viſionem ſingulis ſe immitit; ſed ſecundum cauſæ continentiam ſcit omnia.* Et infra, *diuina ſapientia ſe ipſam cognoſcens ſcit alia.* Quod ſi Deus alia cognitione ab ea, qua videt creaturas in ſe ipſo, eas etiam cognoſceret in ſe ipſis, iam ſingulis ſe immitteret Deus ſecundum viſionem, & nonſolum ſe cognoſcens omnia cognoſceret.

Aug. *Aug. immerito ad ducitur.* Ad eandem confirmandam ſententiam inducunt aliqui teſtimonium Auguſtini tom.4. lib. 83. quæſtionum quæſt. 46. ibi. *Non enim extra ſe poſitum quidquam intuebatur*, hac ratione, nam certum eſt noluiſſe Auguſtinum ſignificare Deum nihil extra ſe cognoſcere: ergo ſolum voluit nihil extra ſe immediate intueri, ſed ſolum in ſe ipſo. Quam interpretationem ſequitur S.Thomas. Sed aliam eſſe mentem Auguſtini in hoc textu declaraui, cap. 1. & in hoc explico ad finem quænam fuerit S.Thomæ.

1. Fundamentum à ratione. Varia petuntur à ratione fundamenta, ſolidiora ſic propono. Primum, ſuppoſita comprehenſione creaturarum in omnipotentia Dei, hæc alia ſuperuacanea eſt, prorſus inutilis, grauibus obnoxia difficultatibus, ergo explodenda ab ſcholis.

2. Fundamentum. Secundum; quia, vel cognitio hæc ponit in Deo aliquam perfectionem diſtinctam ratione noſtra à perfectione, qua Deus cognoſcit ſe, & creaturas in ipſo, vel non? ſi hoc ſecundum ad quid ponitur, niſi vt nos inuoluamus hac ſententia tricis illius obſcuriſsimæ difficultatis in Theologia de terminatione ſcientiæ viſionis ad obiecta exiſtentia, abſque additione perfectionis, etiam ratione noſtra; Etenim hoc ipſo quod ſcientia hæc ponatur ſine perfectione, ponitur nouus modus terminationis ad creaturas poſsibiles directe, & immediate in ſe ipſis, in quo deuoramus difficultatem ſcientiæ liberæ.

34 Si primum, contra primo eſt, quod ſcientia Dei præciſſe vt ſe comprehendit, & in ſe creaturas eſt in omni genere ſcientiæ infinita ſimpliciter, ergo eſt incapax cui etiam ratione noſtra additio perfectionis in genere ſcientiæ fieri poſsit, qua ratione ducti, diſput. 2. cap.2 diximus ſcientiam liberam nullam addere perfectionem ad neceſſariam.

Contra ſecundo, perfectio illa nihil aliud eſſe poteſt, quam repræſentatio vitalis creaturarum immediate in ſe ipſis, ergo Deus ab illis ſumit talé perfectionem; adeo vt ſi per impoſsibile creaturæ poſsibiles non forent adimenda eſſet à Deo talis perfectio, ergo negari non poteſt Deum in ea perfectione dependere à creaturis; quod abſurdum eſſe, teſtantur graues theologi, hac ratione: quia omnis perfectio diuina, qua eſt ens à ſe, magis neceſſaria eſt, quam quodcunque eſſe creaturarũ, ac proinde ab eis pendere non poteſt.

Contra tertio, reſpectu talis cognitionis creaturæ poſsibiles eſſent obiectum formale, & primarium eius, ergo ea cognitio ab eis ſumeret ſpeciem. Probo conſequentiam, quia Theologi communiter docent omnem intellectionem ſpecificari ab obiecto formali, & primario, ita S. Thomas lib. 1. contra Gentes cap. 48. ratione 3. & 7. vbi Ferrarienſis, Capreolus, in 1. diſtict.35. quæſt.2. art.1. concluſio 1. obiter etiam tetigit P. Suarez, 2. tom. Meta. diſput. 30. ſect. 15. num.16. & alij ſine numero, & vt ſcientia Dei non ſummat ſpeciem à creaturis, ſed à Deo, Theologi docent diuinam eſſentiam eſſe obiectum formale primarium ſuæ intellectionis, creaturas vero materiale, & ſecundarium, quod ſi adſtruimus hanc ſcientiam, ponimus creaturas obiectum primarium eius, & incidimus in abſurdum, quod nobiliores Theologi fugerunt. S. Thom. Ferrar. Capreol. P. Suarez. *Cognitionem ab obiecto primario ſpecificari docent Theologi.*

Tertium fundamentum, talis ſcientia non eſt comprehenſiua creaturarum, ergo neganda Deo. Probo antecedens, Deus minime poteſt per illam, vt ſic comprehendere reſpectus omnes creaturarum naturales, & obedientiales, & terminos eorum. 35 3. Fundamentum.

Quartum, quo obiectum cognitionis nobilius eſt, eo eſt cognitio nobilior; quo vilius vilior, ergo cognitio Dei non poteſt tendere ad creaturas immediate, quia vileſcet ex obiecto. Hæc ratio deſumpta eſt ex Ariſtotele 12. Meta. textu, 51. propter quam Gregorius Ariminenſis arbitratur Ariſtotelem negaſſe Deo ſcientia poſsibilium, vt retulimus diſput. præſenti capite.1. Ariſt. Ariminenſis.

Denique, quia Deus quacumque cognitione eſt beatus, ergo nõ cognoſcit creaturas in ſe immediate, patet cõſequentia, quia cognitione creaturarum in ſe ipſis, vt ſic non poteſt eſſe beatus, quippe cum per eam vt ſic, non videat ſuam eſſentiam.

Hæc ſunt grauiora fundamenta pro hac ſententia. Scio recentiores alios alia objicere, ſenſum contrariæ ſententiæ excutientes. Verum cum explicuimus iam in principio capitis, & in diſcurſu, quę ab eis dicuntur diſſerte explicabuntur. *Oppoſitam ſententiam amplector*

Si mihi perſuaderem Diuum Dioniſium, 36
Thomam, atque Auguſtinum adſtipulatos pręfatæ ſententiæ, ei ſubſcriberem. At cum horum Patrum alia fuerit mens, vt commodius

dic.

Digitized by Google

Ferrarẽſis. Valentia. dico ad finem capitis, & cum grauiora ſint rationum momenta pro affirmante ſententia, denique cum nobiles etiam Theologi ſint eius patroni, eam ego etiam defendendam ſuſcipio ac primum in ea eſt P. Vazquez 1. parte diſp. 50. & quotquot ab eo referuntur cap. 6. qui negant beatos creaturas videre in Deo, cum negare non poſsint videre creaturas in ſe ipſis, eas videre affirment neceſſe eſt ita etiam de Deo, negant in ſe ipſo creaturas cognoſcere, cum negare non poſsint eas cognoſcere, in ſe ipſis, cognoſcere affirment neceſſe eſt. In ea etiam eſt P. Suarez 1. parte lib. 3. cap. 2. num. 10 ad finem Scotus in 1. diſtinct. 35. quæſt. 1. §. ad iſta. Ochamus in 1. diſtinct. 35. quæſt. 3. & Gabriel ibidem art. 2. concluſione ſecunda expreſſe Gregorius Ariminenſis in 1. quæſt. vnica, vbi teſtimonia Auguſtini in oppoſitum declarat, ille vero fuit maxime Auguſtinianus Mitto aliorum allegationem, quia dubiæ fidei ſunt.

P. Vazq. P. Suarez. Okamus. Gabr.

37 **Ratio a priori.** *Cognoſcibilitas creaturarum in ipſis.*

Pro hac ſententia formo hanc rationem à priori, quam attenta mente lectam à lectore velim. Illud eſſe non repugnans creaturarum poſt emanationem illam logicam ab omnipotentia Dei, quam explicui cap. 2. in ſe ipſo, & immediate eſt cognoſcibile, & illud eſſe immediate, & in ſe cognoſcere, non in alio, nulla eſt imperfectio, ergo talis cognitio non poteſt negari Deo. Antecedens duas habet partes, primam, in qua affirmo naturas rerum eſſe in ſe immediate cognoſcibiles, probo; quia Chriſtus Dominus eas immediate in ſe cognoſcebat per ſcientiam infuſſam ſecundum omnes Theologos: ita etiam Angeli plures ex naturalibus poſsibilibus cognoſcunt, ergo ſunt immediate in ſe cognoſcibiles. Probo deinde ratione à priori, quia vt creaturæ ex actualem denominationem cogniti recipere poſſin, neceſſarium non eſt, quod actualem habeat exiſtentiam, ſed quod habeant non repugnantiam ad eſſe in tali natura, maxime cum ſcientia de eis non affirmat eas exiſtere; ſed ſolum naturam hominis v. g. conſiſtere in identitate horum prædicatorum *animal*, & *rationale*, ſiue exiſtat, ſiue non; ergo etſi non exiſtant ſunt cognoſcibiles. Cuius adhuc radicalis ratio eſt, quia etiam non exiſtentes habent eſſe aliquod, quo diſtinguuntur à chimæra, & recedunt à non ente, ſed omne eſſe, eomodo quo participat eſſe, cognoſcibile eſt, ergo &c. His prima pars antecedentis efficaciter manet cõfirmata.

In ſecunda parte conſulto dico, ſolum cognoſcere creaturas in ſe immediate non eſſe imperfectionem, nec affirmo aliquam afferre perfectionem diſtinctam ratione à cognitione ſui, & creaturarum, ne ad id quæſtio deuoluatur, an cognitio poſsibilium in ſe inducat perfectionem, nam etſi pro parte, quæ affirmat quædam à nobis non contemnenda infra producenda ſint: at controuerſiam præſentem extra eam quæſtionem eſſe hac ratione demonſtro, quæ vim habet apud Theologos, contra quos diſputamus hoc ipſo quod creaturæ poſsibiles ſint cognoſcibiles in omnipotentia Dei, tanquam in cauſa, nemo Theologorum negat, eas à Deo cognoſci, vt notaui cap. ſuperiori §. 1. ſiue cognitio poſsibilium, vt ſic aliquam in ſcientia Dei conſtituat perfectionem, ſiue nullam. Porro, hoc ipſo quod futura, ſiue abſoluta, ſiue conditionata ſint in ſe cognoſcibilia, ſciuntur à Deo ſcientia viſionis, aut conditionali; etſi ſcientię hæ nullam afferant Deo perfectionem diſtinctam ratione à ſcientia neceſſaria, ergo pariter hoc ipſo quod creaturæ poſsibiles immediate in ſe cognoſcibiles ſint diſtincta cognoſcibilitate, quam habent in omnipotentia, in qua cognoſcibiles ſunt in alio, dãda eſt Deo earum cognitio, etſi illa, vt ſic nullã inducat perfectionẽ, dũmodo ſit libera ab omni imperfectione.

Creaturas poſsibiles in ſe cognoſci, hoc ipſo quod ſint in ſe cognoſcibiles, & ſi cognoſcere non afferret Deo perfectionem.

Liberam vero eſſe ab omni imperfectione duobus modis oſtendere poſſum. Primo ratione à priori. Secundo argumentorum dilutione quatenus probare contendunt eam ſcientiam ab imperfectione ſolui non poſſe. Vtrumq; commodè præſtabo dum ea diluo, quia ſine ratione à priori non poteſt eis ſatisfieri.

Ad primum, nego eſſe hanc ſcientiam ſuper uacaneam, & prorſus inutilem, nam etſi neceſſaria non ſit ad hoc vt ſimpliciter Deus comprehendat creaturas ſecundum vnam comprehenſibilitatem, quam habent; neceſſaria tamen eſt nedum vtilis ad hoc, vt Deus eas comprehendat omni modo, quo ipſę comprehenſibiles ſunt; vnde ſicut ipſæ veluti geminatam habent comprehenſibilitatem; ita ſcientia Dei, quæ eſt in ratione ſcientiæ ſimpliciter infinita, non ſolum ex haurire debet vnam, aut aliam obiecti cognoſcibilitatem, ſed omnem illud comprehendendo, non ſolum vno, aut alio modo, ſed omnibus modis, quibus comprehenſibilis eſt, & ſic pleniſsime rem comprehendit, quod tantum ab eſt ab imperfectione, vt ſine illa negari non poſſe videatur. 38

Reſp. ad fundamenta. Ad 1.

Deus cognoſcit poſſibilia in ſe ipſis aliàs eſſet imperfecta eius ſcientia.

Ad ſecundũ vt reſpondeam, peto primum ab obijciente, an ſcientia poſsibilium in omnipotentia, vt poſsibilia exprimit, addat nė perfectionem ratione noſtra, vel non? item peto an ſcientia exiſtentium? ſi dicat non addere, & nihil id obſtante, eam in Deo conſtituit, quia non poteſt ſubterfugere ſcientiam Dei obiectum, quomodocumque cognoſcibile ſit, idẽ prorſus nos dicim' de cognitione

Ad 2. *Retorquetur argumentum.*

poſsibilium in ſe ipſis, etſi nullam addat perfectionem, quia etiam poſsibilia in ſe ipſis cognoſcibilia ſunt, vt demonſtrauimus, & quemadmodum obijciens, dum negat, cognitionem poſsibilium in omnipotentia perfectionem addere, ſe implicat difficultate ſcientiæ, liberæ, & nititur non ſuccumbere: id ipſum à nobis fieri putet, nec nobis obijciat argumentum, quo ſe ſtringit.

39 Quidam moderni diſcrimen conſtituere nixi, aiunt, ſcientiam poſsibilium in omnipotentia, ideo non addere perfectionem, quia ſcientia Dei ab ipſa natura diuina, quæ eſt obiectum formale, & primarium ſumpſit ſuam perfectionem, atque ſpecificationem, at cum ſcientia poſsibilium in ſe ipſis nullum aliud habeat obiectum primarium, & formale, non poteſt non ab eis ſummere perfectionẽ, atque ſpecificationem.

Qua ratione verum ſcientiam Dei ob obiecto primario ſummere ſpecificationẽ, & perfectionem

Sed contra, vt omittam modo quam parum referat ratio obiecti primarij, aut ſecundarij in ordine ad ſummendam, vel non ſummendam perfectionem, de quo ſtatim ex profeſſo, vel ſenſus eſt, ſcientiam Dei ſummere ſpeciem & perfectionem ab obiecto primario formaliter, vt ab obiecto, vel non: ſed alius? de quo ſtatim. Si ille ſenſus eſt, falſam conſtituit doctrinam, quia ſpecificatio formalis, vt ab obiecto inuoluit dependentiã in ea perfectione, quam ſummit ab obiecto, omnis autẽ ratio dependentiæ à priori, includit imperfectionem: vnde nec per rationem tribui poteſt Deo, etſi prouenire dicatur à ſe ipſo, tanquam ab obiecto, nam cum omnis ratio, quæ eſt in Deo, ſit, ens à ſe, non poteſt ab alia ratione, et ſi in Deo ſit dependere. Præterea, quia ſcientia Dei à natura Dei, nec ratione præſcindente diſtinguitur, vt docuimus diſp.3.cap.2. & 3. ergo inter ipſas ſpecificatio obiecti, & ſcientiæ intercedere nõ poteſt. Probo conſequentiam, quia vbi eſt indiſtinctio realis, & rationis, nec ſpecificatio realis, nec rationis poteſt eſſe; nam tunc eſt ſpecificatio, quando natura vnius ſummitur ab alio, ergo vbi non eſt vnum, & aliud, nec ratione; nulla poteſt eſſe ſpecificatio. Denique quia quotieſcumque ſcientia ſpecificatur ab obiecto ſupponitur munus aliquod ſpeciei impreſſæ obiecti ad ſcientiam, quia obiectum, vt purè terminus non ſpecificat, quatenus ab eo, vt à puro termino, nulla ſummitur ſpecies intentionalis; ſed natura diuina reſpectu ſuæ ſcientiæ nullum poteſt exercere munus ſpeciei intentionalis, vt conſtat ex dictis diſput.2.cap.3.§.3.& diſp.4.cap.1.ergo ſenſus ille prior verus non eſt. Si vero ſenſus alius ſit, ſcilicet, naturam Dei per ſe ipſam in genere cauſæ formalis intrinſecæ ſpecificare, in quantum natura Dei conſtituitur, eo quod nos appellamus obiectum primarium, quod ſimul etiam eſt ipſa ſcientia Dei, verus eſt, ſed nihil iuuat nec eſt ad rem obijcientis. Itaq; hoc diſcrimine nõ fugitur redargutio noſtra.

Scientia Dei a natura ipſi' non poteſt ſpecificari.

Scientia Dei non eſſet vndequaq; infinite perfecta niſi poſsibilia in ſe cognoſceret.

Quod ſi obijciens aliam ſequatur ſententiam, quæ affirmat ſcientiam poſsibilium in omnipotentia, vt eſt expreſſa poſsibilium repræſentatio, inducere perfectionem diſtinctam ratione noſtra, id ipſum à nobis dictum putet, & eam præſenti animo eſſe oportet, ad tria illa obiecta, etſi difficilia, diluenda: & ſi ad primum dixerit non intelligi ſcientiam Dei in omni genere ſcientiæ ſimpliciter infinitam: vt Deus ſe ſolum cognoſcit, ſed neceſſarium eſſe cognoſcere creaturas omnes poſsibiles in omnipotentia: ita etiam nos dicemus, non intelligi ſimpliciter infinitam, dum vltra hæc non ſe extendit ad creaturas poſsibiles in ſe ipſis, quo etiam fugimus paritatem illam de ſcientia viſionis.

Quoad ſecundum vero, & tertium obiectum fateor, non licere nobis vti illis terminis obiecti primarij, & ſecundarij in ſcholis magno plauſu receptis, à vulgaribus theologis vt eis ſaltem vocibus propoſitæ difficultati occurri poſsit: ſed hoc nullius momenti eſt Theologo accurato rem Theologicam tractanti, vt veritatem illuſtret lumine doctrinæ; quod vero quoad rem eadem ſit difficultas, ſiue creaturæ poſsibiles dicantur cognoſci, vt obiectum primarium, ſiue vt ſecundarium, ſic demonſtro. Primo cognitio poſsibilium in omnipotentia non ſiſtit in ea, ſed progreditur ad repræſentandas eas, non minus diſtincte, & formaliter, ac ſi in ſe ipſis immediate, & directe repræſentaret, ergo licet illa appelletur cognitio obiecti ſecundarij, non hęc, quoad rem attinet, par eſt vtriuſq; difficultas, nam quod mens noſtra non valet percipere, id eſt, quod ex vna parte in Deo ſit imago perfectiſsima vitalis omnium rerum creatarum, ita vt Deus re vera viuat intellectualiter per illam, & quod ex alia, hæc vita intellectualis non dicat perfectionem, vel ſi dicat, quod ea ſit ita independens ab obiecto, vt eo ſublato non tollatur à Deo perfectio. Quod vero hæc cognitio prius intelligatur terminari ad aliud obiectum principalius, vel non, nihil lenit difficultatem, etſi appelletur obiectum ſecundarium.

40 *Probatur 1 Quoad rẽ nihil refert poſsibiles creaturas appellare obiectum primariũ aut ſecundarium.*

Secundo, id probo in cognitione beatorũ, è quibus pone vnum æquè intenſe, ac alium videre Deum, hunc vero è creaturis poſsibilib' nullã videre in particulari, nõ ne cognitio illius perfectior erit ſecũdũ aliquã rationẽ, eo quod in ea inuenitur imago vitalis expreſſa

crea-

creaturarum, quæ non eſt in alio, & ſi cognitionem illam priuaremus imagine vitali creaturarum? etſi in ea maneret imago vitalis Dei, non ne priuaremus eam perfectione intrinſeca? Quis hoc neget! ergo ſiue talis cognitio habeatur in alio obiecto magis principali, ſiue in ipſo immediate ex præciſſo ſuo conceptu, qua eſt vita intellectualis, atque expreſſa imago obiecti perfectionem affert.

Tertio, pone vnum beatum duplici cognitione præditum eſſe earumdem creaturarum ex poſsibilibus alteram in omnipotentia, alteram in ipſis immediate. Si intra te rem conſideres, tam ægre concipies relinqui omnem perfectionem cognitionis in vidente creaturas in omnipotentia, ſi ab ea cognitione demi poſſet, ac de facto demeretur expreſſa, vitaliſque imago earum, ac in alia in ſe ipſis cognoſcente. Horum ratio à priori ea eſt, quod vtraque earum cognitionum per ſuammet eſſentiam eſt imago vitalis expreſſa creaturarum poſsibilium, hoc diſcrimine, quod vna eſt ſolum imago creaturarum, alia creaturarum, & omnipotentiæ in ipſa: at vt eſſe imaginem creaturarum in omnipotentia, non tollit, quo minus ſit imago vitalis formaliſsimaque creaturarum ex ſua eſſentia. Ita ſi ab hac ratione imaginis auferatur repræſentare creaturas, auferatur ſane eſſentia eius, aut aliquid eſſentiæ noſtro modo concipiendi, neceſſe eſt. V.

41 Simile confirmans. *Exemplũ appoſitum*

gratia quia homo ex ſua eſſentia eſt principium radicale primario intelligendi, ſecundario volendi, hoc ipſo quod ab ea auferas principium volendi, aufers perfectionem; nec relinquis naturam hominis. Ita cognitio creaturarum in omnipotentia ex propria ratione eſt primaria imago omnipotentiæ, ſecundaria creaturarum in illa, vtrumque vero ex ratione eſſentiali: igitur ablato hoc ſecundario non poteſt manere eius eſſentia, quia non manet totum in quo ea conſiſtit. Ita ſe res habet in Deo; nam ſi cognitio diuina creaturarum, aut in omnipotentia, aut in ſe ipſis, ponit perfectionem, et non ponit, quia eſt in Deo: ſed quia talis cognitio ex propria ſua natura eſt vita intellectualis, per quam Deus re ipſa viuit intellectualiter, & hoc quod eſt viuere intellectualiter, vbicumque conſtituatur, ſiue in Deo, ſiue in creaturis, ſiue erga obiectum primarium, ſiue ſecundarium, importat perfectionem: etenim vitæ intellectuali non accedit perfectio ex ſubiecto, in quo eſt, aut ex obiecto primario, vel ſecundario, ſed ex propria eſſentiali ratione, per quam eſt vita intellectualis, quibus plane me iudice efficaciter probatur rationem obiecti primarij aut ſecundarij nihil referre ad hoc, vt cognitio perfectionem addat, vel non addat, atque adeo vel in neutra, vel in vtraque eam conſtanter conſtituendam eſſe, item, ſi ſemel conſtituatur, vel vtramque; vel neutram pendere à creaturis, nec aliquam vim habere argumentum contra cognitionem creaturarum in ſe ipſis, quam non habeat contra cognitionem creaturarum in omnipotentia.

Viuere intellectualiter ex ſe eſt perfectio.

Obijcies primo, ſi diſcurſus noſter efficax eſt, probat diſtinctas eſſe ſpecie eas viſiones, quarum altera videt ſolum Deum, altera Deum, & creaturas. Probo conſequentiam, quia hæc per nos diſtinctam habet ab illa eſſentialem perfectionem, ergo diſtinguitur eſſentialiter ab illa. 42 1. obiectio.

1. Reſp. *Intra eandem athomam ſpeciem indiuidua inæqualia perfectione ſubſtantiali in Dei viſionibus.*

Duo reſponderi poſſunt. Primum ex doctrina probabiliori, quam docui ad libros de Anima, ſcilicet intra eandem athomam ſpeciem eſſe indiuidua ſubſtantialiter magis, minus ve perfecta; & tunc neganda erit ſequella, & dicendum viſionem, quæ videbat creaturas poſsibiles in omnipotentia, fore altera perfectiorem ſubſtantialiter indiuidualiter, non ſpecifice. Alia communis ſententia adſtipulatur huic doctrinæ, quæ aſſerit ab obiecto materiali non ſumi ſpeciem, ſed indiuiduationem, atqui creaturæ poſsibiles, reſpectu cognitionis huius, ſunt obiectum materiale, eo quod non ratione ſui, ſed ratione alterius principalioris cogniti intentionalis tendentiæ, ſunt termini. Ad idem eſt adiumento, quod dici vulgariter ſolet in fide, & virtutibus moralibus, quarum actus ex obiectis materialibus non diſtinguuntur ſpecie. Ita in noſtra re eum actum ex ſubſtantia indiuiduali ordinem habere ad creaturas poſsibiles, ac proinde ſolum fieri in eo accretionem perfectionis indiuidualis, dici non improbabiliter poteſt.

2 Reſp. *Quidam aſſirmant viſiones Dei ſpecie phyſica diſtingui, nõ Theologica.*

Secundum ex alia doctrina, qua modo recentiores magiſtri aggrediuntur tueri viſiones illas ſpecie quaſi phyſica diſtingui, non theologica, quatenus ſpectant ad rationem eſſentialem premij beatorum. Fauet alia doctrina communis, quæ docet ſpeciem hominis, & equi non diſtingui ſpecie in ratione vniuerſalis logice, & ſi phyſice nihil ſit eiuſdem rationis, tum in obiecto, tùm in actu, quo conſtituitur ſpecies humana, & equina in ratione vniuer-

Digitized by Google

falis logici. Hi etiam dicunt actus fidei, virtutumque moralium ſpecie phyſica diſtingui ex obiecto materiali, cum illud intrinſice reſpiciunt, non vero in ratione morali, & virtutum.

Quia ſecunda hæc ſolutio communis ſententiæ limites tranſilijt, etſi videam non multum in ea eſſe momenti, dùm à me res hæc non amplius excutitur, indefinitam relinquo.

43 2.Obiectio. Obijcies ſecundo ſi diſcurſus noſter efficax eſt eodem modo probat ſcientiam liberam ponere nouam Deo perfectionem, nam ipſa eſt imago expreſſa exiſtentium, & per eam viuit Deus vita intellectuali.

1.Reſponſ. Reſpondeo primo, ſcopum noſtrum non fuiſſe oſtendere ſcientiam poſsibilium in omnipotentia ponere, aut non ponere perfectionem, ſed ſolum ſincera veritatis indagatione, poſitoq; omni contẽtionis ſtudio, eandẽ prorſus rationem eſſe in ſcientia poſsibiliũ in omnipotentia, quæ eſt in ſcientia poſsibilium in ſe ipſis, adeo vt ſine maiori incommodo poſſit huic dari, aut negari perfectio, ſi illi datur, aut negatur, nihil obſtante diſcrimine obiecti ſecundarij.

2 Reſp. Reſpondeo ſecundo concedendo diſcurſũ illũm eleuari aliquanto ex inſtantia, quam patitur in ſcientia libera, non tamen infringi omnino. Primo quia in ſcientia libera eſt ſpecialis ratio non contemnenda, quapropter ei omnis perfectio neganda ſit, ratio ea eſt, nam ſcientia libera nihil de nouo cognoſcit in obiecto, quod prius non fuerat cognitum à ſcientia neceſſaria, quidquid enim actu videtur exiſtere à ſcientia libera, tum eſſentia rei, tum exiſtentia tùm ſubſtantia indiuidualis, tùm proprietates tum accidentia, tum cauſalitates, quæ eſſe conſeruant, à ſcientia neceſſaria cognitum fuerat in ſtatu poſsibilitatis, vt fuſe tracto infra diſ. 9.cap.2. vnde ſcientia neceſſaria eſt ita eadem cum ſcientia libera, vt in noſtra fraſsi ſit ipſa ſcientia libera, quoad ſufficientiam, vt explicui diſ.2.c.3. vide diſp.9.cap.2. & 16.cap.10. vnde ad hoc vt ſciẽtia neceſſaria abſolute libera denominari queat ſine conditione limitante, ſolum requiritur extrinſeca obiecti conſtitutio extra cauſas, non vero aliqua ipſius intrinſeca additio, at ſcientia poſsibilium in ſe ipſis habet re vera diſtinctũ obiectũ immediatum, & directum; nam creaturæ ante illam non terminarunt ſcientiam Dei, vt obiectum primariũ, nec ſecundum eſſe illud non repugnãtiæ quod habent, quale quale ſit extra omnipotentiam Dei. Secundo quia doctrina de ſcientia libera porrigenda non eſt ad declarandam ſcientiam neceſſariam, etenim explicaretur ignotum per ignotius, tantum enim faceſſunt negotij actus

Scientia libera, & neceſſaria idem cognoſcit De°

Diuerſa ratio ſciẽtiæ neceſſariæ, & liberæ.

Scientia neceſſaria ſiue poſsibilium in omnipotẽtia, ſiue in ſe dicitper [illegible]ionem

liberi Dei primoribus theologis, vt ei ſuccumbentes ducti obſcura fide incedant: qua propter, vt iam dicam, quod ſentio, tum nobis, qui defendimus Deum cognoſcere poſsibilia in ſe ipſis, tum alteri ſententiæ, quæ ſolum vult ea noſſe in omnipotentia, ſatius eſt fateri vtramque ſcientiam in Deo perfectionem dicere neceſſariam omnino, nullo caſu defectibilem, vt infra magis explico. Nec menſurandam per ſcientiam liberam, quæ ſi poneret perfectionem nouam, contingentem, & defectibilem poneret, quod abſurdum eſſe in Deo fatentur omnes, vt dico fuſe diſput. 16.cap.3.& 4.

Obiicies tertio noſtro diſcurſu ſolum probari cognitiones creatas ab obiectis creatis, ſiue ſint primaria, ſiue ſecundaria haurire perfectionem aliquam, non ita diuinam, diſcrimen vero cõſiſtit in eo quod cognitio diuina nõ poteſt pendere ab obiecto creato, nec ab eo ſumere perfectionem: bene creata. 44 3. obiectio.

Reſpondeo à nullo negatum iri meliorem fore doctrinam, quę ex vna parte tueretur omnem ſcientiam neceſſariam in Deo perfectionem ponere, & ex alia ab obiectis neceſsarijs, ita independentem, vt ab omni imperfectione liberetur: tunc namq; Deum conſtituimus ratione noſtra perfectiorem; quippe qui non ſolum perfectionem haberet, vt cognoſcit ſe ipſum, ſed vt cognoſcit creaturas in ipſo, & in ipſis; an vero hæc conſtare poſsint, infra magis diſcutio, non omittam me in ſuperioribus inſinuaſse doctrinam, qua id bene declaratur, nam omnes fatentur cognitionem Dei, vt ſe cognoſcit, habere perfectionem, item vt cognoſcit attributa, treſque diuinas perſonas, & omnes fateri debent eſſe independentem ab hoc obiecto. Cuius ratio à priori eſt; quia nihil eſt in Deo, quod eſt ad obiectum relatio tranſcendentalis ſecundum eſse, nam hæc vt ex Anſelmo dixi cap. 1. trahit dependentiam, & dependentia imperfectionem. Ex quibus ad replicas, quæ reſtabant, facile reſpondebimus. Secundæ, quæ ſupponebat cognitionẽ creaturarum, in ſe ipſis, ponere perfectionem ratione dicti[illegible], damus antecedens, negamus vero Deum ab eis ſummere illam perfectionem, quod erat conſequens illatum. Rationem, quare negamus hanc conſequentiam, red debamus modo. Ad illam conditionalem, *ſi per impoſsibile creaturæ poſsibiles non forent*, concedo adimendam eſse à Deo aliquam perfectionem, ſeu vt melius dicam gratis do, quia vt ſupra fuſse proſecutus ſum eadem conditionalis proponi poteſt ſententiæ communi concedenti creaturas poſsibiles à Deo cognoſci in omnipotentia, & reſponſione ſua nobis ſternent viam, per quam incedamus. Nego conſequentiam illam, *ergo negari* Reſponſio.

Si per impoſsibile adimeretur poſsibilitas creaturarum, etiã adimeretur à Deo aliqua perfectio.

non

non poteſt Deum in ea perfectione pendere a creaturis, nam aliud eſt pendere ab illis, aliud cognoſcere illas cognitione, afferente perfectionem aliquam.

45 *Ex ablatione creaturarũ in omnipotẽtia auferẽda eſſet pfectio poſteriori, in ſciẽtia vero a priori*

Obſerua hoc loco, quod in hunc explicandum remiſsi cap.2. conceſſo ex ablatione creaturarum poſsibilium defecturam perfectionẽ aliquam in ſcientia, & in omnipotentia Dei diſcrimen tamen notandum verſari in hac re inter omnipotentiam & ſcientiam; nam ex ablatione creaturarum ſequeretur ablatio perfectionis in omnipotentia a poſteriori, in ſcientia à priori; non quia, aut ſcientia, aut omnipotentia ſint ordines tranſcendentales ſecundum eſſe ad has creaturas, ſed quia cum omnipotentia ſit in ſe ipſa realis quædam continentia æquiuoca, eminens, atque neceſſaria creaturarum, & cum ſcientia ſit imago realis vitalis neceſſaria illarum non poteſt non omnipotentia realiter includere perfectionem creaturarum in alia forma ſuperiori, & ſcientia perfectionem intentionalem, atque adeo non poteſt non deficere aliqua perfectio in eis ex defectu creaturarum.

46 *Henricus. P.Vazquez Duplex ex conſideratio ſciẽtiæ & omnipotẽtiæ Dei ex Hẽrico & P. Vazquez.*

Antequam progrediar ad hoc explicãdum non poſſum non proponere doctrinam Henrici quod lib. 6. quæſt. 3. quam valde commendat, atq; illuſtrat P. Vazquez 1.p.diſ.140. cap.3.num.11. ſcilicet omnipotentiam, & ſciẽtiam, & aliam quamcumq; perfectionem diuinam, quæ habet obiectum extra ſe dupliciter a nobis conſiderari poſſe. Primo vt eſt in ſe diuina perfectio a ſe exiſtens, Deumq; ſuo modo conſtituens: ſecũdo relate ad obiectum ſub expreſſo conceptu potentiæ, aut ſcientię creaturarum: in prima conſideratione huiuſce modi attributa perfectionem maximam continent: in ſecunda ad hanc perfectionem ſolum addunt reſpectum rationis, ſeu extrinſecam quandam denominationem.

47 *Declaratur & refutatur.*

De hac doctrina ſic ſentio, non dubito à nobis perfectiones has diuinas diuerſis conceptibus poſſe meditari. Primo relate ad ipſum Deum ſecundum perfectionem, quam ipſi tribuunt, cũ primario, aut ſecundario Deũ conſtituunt; & per hanc rationem expreſſe non declaramus omnipotentiam, aut omni ſcientiam. Secundo relate ad creaturas, vti dicebãt authores præfati. at ſi velint primo illi conceptui non reſpondere ex parte Dei actu, & formaliter ipſam omnipotentiam prout eſt continentia omnium perfectionum, quæ ſunt in creaturis: item omni ſcientiam, prout eſt imago expreſſa, vitaq; intellectualis, per quam repræſentantur creaturæ omnes, non video, qua ratione vera eſſe poſsit doctrina illa: nam vel cum conſiderant omnipotentiam, & omni ſcientiam vt eſt in ſe perfectio Dei, conſiderant perfectionem aliquam communem cæteris diuinis perfectionibus formaliter in ipſo exiſtentibus, vel propriam formalem omnipotentiæ perfectionem; aut omniſcientiæ; vt a reliquis diſtincta atque ſecreta eſt: ſi primum ſub nulla ratione magis concipiunt omnipotentiam, aut omniſcientiam, quam iuſtitiam, aut miſericordiam, quamque proprietates notionales, & perſonales, ergo duplex illa conſideratio vtraque non eſt de omnipotentia, aut de omniſcientia, ſed prima, in qua ſolum dicunt perfectionem contineri, eſt communis alijs diuinis formalitatibus; ſecunda, quam omnino a perfectione denudant eſt propria omnipotentiæ, aut omniſcientię. Quo fiet omnipotentiam, aut omniſcientiam ſecundum nullum conceptum proprium earum Deo afferre perfectionem, quod maximũ abſurdum eſſe nemo non viderit; nam Deus per omnipotentiam, vt eſt formalis ratio omnipotentiæ condiſtincta ab alijs formalitatibus continet orbem corruptibilem, & incorruptibilem: creaturas corporeas & ſpirituales; aliaſq; ſine termino in perfectione eſſentiali, in multitudine &c. Quæ omnia etiam per ſcientiam comprehendit, hac ratione negari non poteſt has formalitates ſecundum proprias rationes tantam Deo afferre perfectionẽ, quantã cogitatio creata imaginari nequit. Hoc mihi tã perſpicuũ, vt putare nõ poſsim ab aliquo Thologo vnquã negatũ. Itaq; etſi videã nullã Dei realẽ perfectionẽ dependẽtiã habere à creaturis, ideoq; cũ eã nos concipimus, & verbis exprimimus relate ad creaturas aptius nos dicere ordinẽ ſecundũ dici, quã ſecundũ eſſe reperiri. Atquotieſcũq; ex parte Dei noſtro conceptui reſpondet eminẽs creaturarũ continentia, & expreſsio, earũdẽq; cõprehẽſio realis perfectio reſpõdet, ita vt ab ea nec ratio noſtra præſcindere poſsit, ſi cõceptum formet formalitatis omnipotentiæ, aut omni ſcientię, vt eſt condiſtincta à cęteris diuinis formalitatibus, ſiue ipſam concipiat relate ad Deum, ſiue relate ad creaturas v. g. in potentijs, & ſcientijs creatis quotieſcumq; eas concipimus ſecundum proprias earum formalitates perfectio realis noſtro conceptui reſpondet, ſiue ipſas concipiamus in ordine ad ſubiectum, quod conſtituunt potens, & ſciens, ſiue in ordine ad obiectum, quod denominant poſsibile, aut cognitum.

Omnipotẽtia & omniſcientia ſecundum proprium conceptũ maximã continens perfectionem.

Confirmatio a ſimili

48 *Ad ablationẽ poſſibilitatis conſequitur ablatio perfectionis in omnipotẽtia & omniſcientia*

Itaq; conſentanee ad hanc doctrinam ſublata creaturarum poſsibilitate, & ab omnipotẽtia tolleretur realis cõtinẽtia; & à ſcientia aliqua vitalis intellectualitas, vtrumq; in Deo maxima perfectio eſt: nõ vero tolleretur ex præciſa ablatione creaturarũ, ſed quia ad earum ablatio

ablationem conſequenter ſequitur ablatio perfectionis intrinſecæ in Deo, nec ideo pendet Deus a creaturis in ea perfectione, ſi proprie loquamur, quia creaturæ nullum præſtant influxum, quo efficiant, vt contineantur ab omnipotentia Dei, aut ſciantur à ſcientia, vnde in ea conditionali, *ſi creaturæ non eſſent poſſibiles*, ſubſumitur ablatio aliqua ab omnipotentia Dei; nam cum creaturarum non repugnantia Deum ſupponat eſſentialiter, vt primum fontem, à quo fluit tale eſſe, fluxu logico, vt declaraui cap. 2; qui tollit non repugnātiam ad eſſe ſupponit ſublatam à potentia Dei continentiam earum, etenim exiſtente omnipotentia, tàm non poteſt non emanare ab ea non repugnantia creaturarum, quàm non poteſt non procedere filius æternus, exiſtente patre; ergo vt qui aufert filium ſupponit prius origine ablatum Patrem, ita in noſtro propoſito; & ſicut tam implicat non eſſe filium, quam non eſſe patrem, etſi filius procedat à Patre, ita tàm implicat non eſſe creaturas, ſecundum illam non repugnantiam, quàm non eſſe omnipotentiam, ſecundum continentiam. Quo fit nullam ſubeſſe imperfectionem in eo quod aliquid Deo intrinſecum habeat connexionem eſſentialem cum aliquo creato, dum connexio hæc ſit ſine dependentia à creato, vt oſtendimus eſſe, ſi in aliquo caſu poſſibili poſſet deficere hæc non repugnantia, aut cognoſcibilitas creaturarum foret in commodum, quia derogaret omnimodæ neceſſitati, quam Deus habere debet in omni perfectione ſibi intrinſeca; at cum nullus caſus poſſibilis, aut cogitabilis ſit, niſi chimericè, quo creaturæ non ſint poſſibiles, nulla perfectio intrinſeca ſubit periculum non exiſtendi, etſi aſſeramus auferendam eſſe à Deo perfectionem ad ablationem creaturarum.

Confirmatio a ſimili.

49 Obiectio. Solutio. *Perfectiones diuinæ magis neceſſariæ, quam creaturæ poſsibiles.*

Ais, ergo per nos eſſe non repugnans creaturarum tam neceſſarium eſt, ac omnipotentia, aut ſcientia in ſua perfectione. Reſpondeo nego ſequellam, quia ſemper omnipotentia, & ſcientia ſunt ens à ſe in ſua perfectione; eſſe non repugnans creaturarum ens ab alio, & licet in eo conueniant, quod nullus excogitabilis euentus eſt, in quo deficere poſſit eſſe non repugnans, quin in Deo deficiat aliqua perfectio, ſemper tamen hæc deficeret, vt ens magis neceſſarium, illud vt minus.

Paululum diggreſſi ſumus, ſed non ſine neceſſitate, & vtilitate. Dixi ſupra num. 24. ab omnipotentia defecturam perfectionem à poſteriori, à ſcientia à priori, ſi deeſſet creaturarum poſſibilitas, modo explico rationem. Nō repugnantia creaturarum ſecundum eſſentialem dependentiam manat logicè ab omnipotentia exiſtente, vt effectus à cauſa, vti declaraui ca. 2. hæc emanatio in ratione obiecti prior eſt ratione noſtra, quàm ſcientia Dei de illa, ſicut productio exiſtentiæ prior eſt ſimili proportione, quàm ſcientia viſionis, vt fuſe de eo diſput. 6. cap. 8. Hinc eſt, hanc eſſe bonam cauſalem, *quia res habent eſſe non repugnans, cognoſcuntur à Deo*, nam obiectum ſub ratione obiecti, ſi diſtinctum eſt à cognitione ſemper eam ratione precedit, etſi ſecundum realem exiſtentiam duratione poſterius ſit; hanc vero non eſſe cauſalem. *Quia res non repugnat eſſe per eſſentialem dependentiam eſt omnipotentia Dei*, ſed eſſe bonam conſequentiam à poſteriori, contrariam à priori.

Quare potentiæ factiuæ nō ſupponāt ſuum obiectum, non factiuæ ſupponant.

Hinc intelliges mentem communis proloquij immerito impugnati, quia veritas eius non penetrata, ſcilicet potentias factiuas non ſupponere ſuum obiectum, bene vero non factiuas. Hæc de ſecundo fundamento.

50 Ad 3. principale fundamentum

Ad tertium nego ſcientiam creaturarum poſſibilium in ſe non eſſe comprehenſionem, nego etiam Deum per eam non cognoſcere omnes terminos habitudinum indirectè, vt iam declaraui diſput. 4. cap. 2.

Ad cōprehendendā rē non eſt neceſſaria comprehēſio potentiæ obediētialis.

Hic aduerte ad comprehenſionem ſimpliciter alicuius rei neceſſarium non eſſe cognoſcere quidquid ipſa per potentiam obediētialem efficere poteſt; quia potentia obedientialis præter rei entitatem eſſentialiter connotat Dei omnipotentiam, quę comprehendenda foret, ſi potentia obedientialis, ſecundū omnia, quæ eſſentialiter connotat, eſſet comprehendenda.

51 Ad 4. Reſ.

Ad quartū ſatis conſtat ex dictis Deum non vileſcere ex obiecto, ſicut non vileſcit ex eo, quod cognoſcat creaturas, vt obiectum ſecundarium, ideo vero non vileſcit, & quia non ſumit ab obiectis creatis perfectionē ſuæ ſcientiæ, & quia nec impediretur à contēplatione nobiliſſimorum, nec ad facienda vilia induceretur. Ad hoc habes in Auguſtino elegans teſtimonium, tom. 6 de vtilitate credendi cap. 11 verba non referō propter huius capitis prolixitatem.

Ad 5.

Ad quintum deniq; nego Deum beatum eſſe quacūq; cognitione vt à nobis cōcepta nec enim beatus eſt per ſcientiam ſuam, qua nos intelligimus creaturas poſſibiles in ſe ipſis cognoſcere, nam cum beatitudo eſſentialis conſiſtat in poſſeſſione ſummi boni per cognitionē ſolum Deus beatus erit per cognitionem, vt ſuam naturam cognoſcentem.

52 *Explicatur D. Th. & Dionyſius.*

Etſi fundamenta à ratione difficilia fuerint, at difficilius eſt in hac controuerſia teſtimonijs Sanctorum Thomæ, & Dionyſij ſatisfacere, abſtruſa eorum fraſsis ex ipſorum ſcriptis euoluenda. Quid ſignificet D. Thomas in allegatis

gatis

gatis locis cum negat Deũ res cognoſcere in ſe ipſis, ipſe explicuit hic art. 5. ibi, *in ſe ipſo cognoſcitur aliquid, quãdo cognoſcitur per ſpeciẽ propriam adæquatam ipſi cognoſcibili, ſicut cum oculus videt hominem per ſpeciem hominis*: Vnde cum in reſponſione ad primum exponens Auguſtinum ſic ait, *id quod eſt extra ſe ipſum non intuetur, niſi in ſe ipſo*, non vult non terminari cognitionem diuinam ad creaturas in ſe ipſis, ſecundum proprias earum naturas, imo id ſæpe affirmauit, & expræſſe quęſt. 20. art. 2. ad ſecundum. Sed Deum non cognoſcere creaturas per ſpecies ab ipſis emendicatas, neque earum proprias, aut ab ipſis, aut ab alio illi collatas, ſed eas cognoſcere per ſuammet eſſentiam, vt eſt cauſa rerum, ideoq; ab æterno cognoſci, quia ab æterno ipſas in ſua continet eſſentia. Accedit in eodem art. 5. explicans quid ſit cognoſcere in alio, *in alio autem* (ait) *videtur id, quod videtur per ſpeciem continentis, ſicut pars videtur in toto per ſpeciem totius, vel cum homo videtur in ſpeculo per ſpeciem ſpeculi*. E quibus verbis colligo euidenter in alio cognoſci, nihil aliud eſſe, quàm cognoſci per ſpeciem alterius, in quo continetur, non vero negat Diuus Thomas immediatum proſpectum rei in alio cognitæ, nam quando cerno candorem totius papiri, ad mentem Diui Thomæ, papirus tota cernitur in ſe, pars papiri in alio, hoc eſt in toto, in quo continetur, & per ſpeciem eius, atqui è Philoſophia perſpicuum eſt, quamcumque partem candidę papiri in ſe immediate intuitionem excipere, non mediatè in tota, tanquam in principaliori cognito. Solum ergo Diuus Thomas negare vult terminationem cognitionis immediatam ab ſpecie propria, & adæquata procedentem, ſi namque candoris ſola pars videretur per ſolam partis ſpeciem, ea pars videretur in ſe in fraſi Diui Thomæ: cum ergo affirmat rem videri in alio, cum videtur per ſpeciem totius non negat immediatam cognitionem rei in ſe, nec minus perſpicuè id conſtat in alio ſimili propoſito a Diuo Thoma, nam ex bona Philoſophia certum eſt Petrum ipſum à tergo exiſtentem viſum reflexis ſpeciebus ex ſpeculo immediate in ſe terminare intuitum noſtrum, non vero ſpeciem in ſpeculo impreſſam, quæ cum nec corpus lucidum, nec coloratum ſit, obiectiue viſibilis non eſt, ideoque ipſam in medio aere exiſtentem non licet cernere; ergo Petrus in ſe, non tamen ſpecie propria ab ipſo immediate emiſſa, ſed infuſſa ab ſpeculo, prius ſpeciem Petri recipiente, terminat viſionem.

Viſio obiecti in ſpeculo, immediata eſt obiecti

53 Itaque non negat Diuus Thomas per *videri in alio* immediatam terminationem intuitus, quæ procedit ab ipſo obiecto inadæquato, hoc eſt in alio cognito, & hac ratione veriſsimum eſt, Deum non videre creaturas in ſe ipſis ad mentem Diui Thomæ, quia non videt eas per ſpecies proprias illarum ſed per ſuam met eſſentiam. Exempla hæc non ſatis accommodata viſa ſunt Patri Molinæ ſupra conclusione 2. inſtituto Diui Thomæ, ſed fortaſſe id ita iudicauit, quia videri in alio ad mentem Diui Thomæ non expoſuit, cuius propoſito accommodata eſſe liquet ex noſtra expoſitione. P. Molina.

Nec lib. 1. contra Gentes cap. illo 48. & 49. aliud docuit, quam Deum ſe ſolum primo, & per ſe intelligere; quid ſit aliquid primo, & per ſe intelligere, ipſe explicuit in primo argumento capitis 48. aiens *illa enim res ſolum eſt primo, & per ſe ab intellectu cognita, cuius ſpeciei intelligit, &c.* quia ergo Deus non intelligit creaturas per earum ſpecies, negat primo, & per ſe à Deo cognoſci, non vero cognitionem Dei terminari ad creaturas in ſe ipſis negat. Denique cap. 49. expreſſe affirmat creaturas à Deo cognoſci in ſe, vt in cauſa, non vero negat in ſe ipſis cognoſci, nec bene infertur negare, cum hæc duo ſimul conſtent. Non me latet Patrem Vazquez diſput. 60. cap. 2. alio modo mentem Diui Thomæ intellexiſſe. Sed ſpero nos ipſam fuiſſe aſſecutos. P. Vazquez

Quod attinet ad Diuum Dionſium caput illud 7. attentis luſtraui oculis, quod in tres partes diuiſit. Prętermito primam, & tertiam: quia ad rem non ſunt. In ſecunda duo intendit, primum Deum in ſe, vt in cauſa omnia cognoſcere, hoc intulit ex eo quod Deus non accipit ſcientiam à rebus, ſiquidem ea gaudet ex æternitate. Fateor non ita diſſerte id dixiſſe, vt non detur locus aliquis Patri Vazquez ſupra cap. 3. alio ſubducendi verba Dioniſij. Cæterum in hac parte à nobis ille eſt iuncta expoſitione Diui Thomæ, vt conſtat ex noſtro cap. 3. §. 1. Secundum non ita cognoſcere Deum creaturas in ſe, vt ab eis ſumnat ſcientiam, cum ante ipſas ex æternitate omnia in ſuo omnipotentiæ complexu cognouerit; non vero negat Deum cognoſcere creaturas in ſe ipſis ſciencia independenti ab eis, hoc ipſum ſæpe repetit in eo capite, ego verba retuli cap. 3. §. 1. Quædam ſolum verba difficilia cuipiam videbuntur, ibi, *Non habet itaque Deus peculiarem ſcientiam ſui, aliam vero communem omnia comprehendentem.* Cæterum in his ſolum negat duas ſcientias in Deo aliam ſui, & à ſe, aliam creaturarum deſumptam ab ipſis. Vel ſi placet dicito ſolum ibi affirmare illa eadem ſciencia, qua ſe comprehendit creaturas, etiam in ſe comprehendere, quod conſonat cum doctrina communi, & noſtra, 54 Dioniſius explicatus. P. Vazquez D. Thom.

Digitized by Google

noſtra, dum non negatur alia ſcientia, qua res in ſe ipſis immediate cognoſcit.

Cap. 5. Deus cognoſcit poſsibilia ex ſe ipſo.

55 *Probatio concluſionis in titulo propoſitæ.* QVID ſit alterum ex altero cognoſcere dixi diſput. 4. cap. 3. in principio, concluſioni in titulo propoſitæ fauent multum Diui Tomæ, & Dioniſij verba relata cap. ſuperiore num. 19. Magis fauet ipſe Diuus Thomas in hac quæſt. art. 6. ad 2. ibi, *& ideo eſſentia creaturæ non ſufficienter ducit in cognitionem eſſentiæ diuinæ, ſed è conuerſo.* (D.Tom.) In quibus plane fatetur ex diuina eſſentia ſufficientem deduci cognitionem creaturarum, & ipſe Diuus Dionifius ſupra verba habet expreſſa ſecundum translationem nouam Ambroſij Florentini ibi, (D. Dioniſ.) *Non enim ex his, quæ ſunt, ea quidem diſcens diuina mens nouit, ſed ex ſe, & in ſe ſecundum cauſam omnium notionem, & ſcientiam; atque ſubſtantiam anticipat.* Confirmant etiam hanc partem, quæ adducit Pater Suarez 1. parte lib. 3. cap. 2. num. 3. vbi pro hac ſententia refert Thomiſtas antiquos, & modernos Alenſem, Henricum, Aegidium, Durandum, Argentinam. (P.Suar. Alenſ. Henric. Aegid. Durandus. Argentina.) Sed authores hi, vt verum fatear, dubiæ fidei ſunt, quia non conſtat eos locutos in eo ſenſu, in quo modo à nobis vſurpatur ſcientia vnius ex alio.

56 *Probatur ratione.* Concluſio propoſita eadem ratione proportionali probanda eſt, qua probauimus, cap. 3. §. 1. Deum cognoſcere creaturas in omnipotentia, & qua cap. ſuperiori in ſeipſis, quam ſic applico pro concluſione noſtra confirmanda. Creaturæ cognoſcibiles ſunt ex eſſentia Dei, & in eo modo cognitionis nulla ſubeſt imperfectio; ergo non debet Deo negari. Maior eſt euidens, quia cognitio cauſæ adæquatæ eſt medium à priori in bona demonſtratione, vt intellectus, ea cognitione determinatus, feratur in cognitionem effectus; ergo cum Deus ſit nobiliſsima cauſa adæquata, eſſe poterit nobiliſsimum etiam medium, cuius cognitio determinet ad cognitionem creaturarum poſsibilium. Minorem ſic probo, quia vel imperfectio in eo erit, quod vna cognitio formalis ad aliam præſuponatur ratione; vel in eo quod Deo tribuimus formalem diſcurſum; ſed in neutro horum eſt imperfectio: ergo. Probo minorem quoad primam partem, quia præſupoſitio rationis vnius, formalitatis ad aliã. ſi abſoluatur à depẽdẽtia vnius, ab alia, ſine imperfectione eſt in Deo, vt conſtat in intellectione cõparatiuè ad volitionem, in eſſentia comparatiuè ad attributa, in abſolutis comparatiue, ad relatiua. Quoad ſecundam partem probo minorem, nam in cognitione per diſcurſum ſublata diſtinctione reali inter concluſionem, & præmiſſas, & dependentiæ concluſionis à præmiſsis, nulla ſubeſt imperfectio; ergo ab imperfectione libera eſt cognitio vnius ex alio. Probo conſequentiam, quia in Deo nec eſt ea diſtinctio, nec dependentia, vt conſtat.

57 *1. Obiectio.* Obicies primo, nos negauimus diſput. 4. cap. 3. Deum ſe cognoſcere ex creaturis; ergo negandum etiam eſt, Deum cognoſcere creaturas ex ſe. *Reſponſio.* Reſpondeo negando conſequentiam. Rationem diſcriminis eleganter reddidit Diuus Thomas art. 6. ad ſecundum dicens, (D. Thom.) *quod eſſentia creaturæ comparatur ad eſſentiam Dei, vt actus imperfectus ad perfectũ, & ideo eſſentia creaturæ non ſufficienter ducit in cognitionem eſſentiæ diuinæ:* Vnde in cap. illo 3. dicebamus cognitionem Dei deductam ex cognitione creaturarum fore imperfectam, inadæquatam, atque confuſam: cognitio vero deducta ex eſſentia Dei erit comprehenſiua, quippe cum medium nobiliſsimum ſit, ſufficientiſsimumque ad comprehenſionem.

58 *2. Obiectio. D.Thom.* Obijcies ſecundo; Diuum Thomam hic art. 7. ad ſecundum in hæc verba, *quod Deus non cognoſcit per cauſam, quaſi prius cognitam effectus cognitos, ſed eos cognoſcit in cauſa.* In quibus verbis cognitionem effectuum ex cauſa Deo negare videtur. *Reſponſio.* Reſpondeo ſolum negare Diuum Thomam diſcurſum Deo ſecundum ſucceſsionem, & cauſalitatem, quæ reperiuntur in humanis diſcurſibus, vt conſtat ex corpore articuli.

59 *3. Obiectio.* Obijcies tertio; cum vna cognitio ex alia deriuatur, illa prior cognitio non cognoſcit formaliter, ſed ſolum eminenter, aut virtualiter obiectum ſecundæ cognitionis; ſed omnis cognitio, quæ eſt in Deo cognoſcit creaturas formaliter; ergo in Deo eſſe non poteſt cognitio creaturarum ex alio. Probo minorem, quia nulla diuina cognitio ſiſtit in ſe ipſo, vt conſtat ex dictis tota hac diſputatione maxime cap. 5. *Reſponſio.* Reſpondeo concedendo hoc eſſe diſcrimen inter diuinam, & humanam cognitionem in noſtra re, quod humana cognitio ex cauſa cognita, & effectuum ſolum virtute cognitio procedit ad expreſſam cognitionem effectus expreſſe ignoti; Deus vero ex vna cognitione, per quam indirecte, & in alio cognouit creaturas, formaliter tamen & expreſſe procedit ratione noſtra ſine dependentia

Digitized by Google

dentia ad eaſdem creaturas alio modo, ſcilicet directè, & immediate in ſe ipſis cognoſcendas. Si eſſet in Deo cognitio, quæ ſiſteret in ſua omnipotentia, vt eſt inter humanas cognitio, quæ ſiſtit in cauſa, ſufficiens eſſet ad deducendam hanc creaturarum cognitionem: at non quia eaſdem vno modo cognouerit, alius modus cognoſcendi, in quo nulla ſubeſt imperfectio, negandus eſt. Itaque cognoſcit Deus creaturas triplici via in ſe ipſo, in ſe ipſis, & ex ſe ipſo.

Deus cognoſcit poſſibilia in ſe ipſo, in ſeipſis, & ex ſe ipſo

Cap. 6. De numero poſsibilium, quæ Deus cognoſcit.

60 QVAESTIONEM de infinito non ſemel tractaui tum lib. 3. Phyſic. anno Domini 1601. tum 3. parte ad quæſt. 7. Anno. 1610. vbique cum ſententia magis communi, atque vera docui, nec numerum infinitum, nec magnitudinem, nec intenſionem, nec eſſentiam à Deo produci poſſe, in qua ſententia non facile aſsignabis numerum ſpecierum, & indiuiduorum poſsibilium, quæ ſunt obiecta ſcientiæ Dei. Dico in ea ſententia, nam in oppoſita, quam cum Okamo Gabriele, Aliacenſe, & alijs relatis à Patribus Conimbricenſibus in 3. Phyſic. cap. 8. quæſt. 2. art. 1. quibus etiam non videtur improbabilis, tuetur P. Vazquez 1. parte diſp. 26. & alij quidam Phyſici iuniores, facile dicitur ſcientiæ Dei obijci infinitas actu rerum naturas, & naturarum indiuidua, & accidentia magnitudinem quantitatis infinitam, item intenſionem accidentium, quia vero modo etiam in priori perſiſto ſententia videndum quo pacto propoſitæ dubitationi ſatisfaciendum.

Okam. Gabriel. Aliac. Conimbr. *Defendūt quidā poſſe à Deo fieri infinitum.* P. Vazquez

61 In qua re varie loquuntur Doctores, nam alij negant, Deum cognoſcere infinita actu, ſed finita in infinitum, ita Durandus in 1. diſt. 39. quæſt. 2. Almainus in 3. diſtin. 14. quæſt. 1. imo Diuus Thomas 3. parte quæſt. 10. art. 3. explicans an anima Chriſti in Verbo cognouerit infinita, in corpore articuli in principio in hunc modum loquendi inclinaſſe videtur. Oppoſitum modum loquendi ex profeſſo defendit P. Vazquez hic art. 12. diſp. 63. cap. 2. ſecutus Diuum Thomam ibi, & 1. contra Gentes cap. 69. vbi Ferrarienſis Bonauenturam in 1. diſt. 39. art. 1. quæſt. 3. Ricardum, & alios.

1. Senten. Dur. Almai. D. Thom. 1. Senten. P. Vazquez D. Thom. Ferrar. Bonauent. Ricard.

62 Conſulto dico, ſolum varie locutos Doctores, nam tota contentio de modo loquendi eſt, nec erit abs re fraſsim Ariſtotelis accurate explicare. Ille 3. Phyſic. cap. 6. infinitum diuiſit in infinitum in actu, & infinitum in potentia, & poſt ſtatutum nullum eſſe poſſe in actu infinitum, in cap. 7. infinitum in potentia ſic declarat, *infinitum eſt, cuius quantitatem accipientibus, ſemper eſt ſumere extra*, hoc eſt ſumpta qualibet quantitate iam exiſtente, quæ neceſſario in ipſius ſentētia finita eſt ſemper tanta reſtat accipienda in potentia, quanta non poteſt exhauriri. Primum illud infinitum non incongrue appellant cathegorematicum, quia inſtar termini cathegorematici qui per ſe ſolus ſignificat actu per ſe infinitū eſt, quin diuiſum ſit in partem actu, & partem in potentia. Secundum etiam ſincathegorematicum appellari non incongruè conſueuit; quia eſt inſtar termini ſincathegorematici, vt enim is per ſe non ſignificat, ſignificat vero ſi adiungitur alteri voci conſignificanti, ita infinitum ſincathegorematicum per ſe ſecundum ea, quę actu affert, nullam habet infinitatem, habet vero ſi coniungatur cum omni eo quod in potentia continetur.

Ariſtot. *Contentio de modo loquendi. Ariſtot. Phraſis in hac re.*

Quid ex Ariſt. infinitū cathegorematicum, quid ſincathegorematicum.

Ex hac Ariſtotelis doctrina recepta ab vtriuſque partis Doctoribus colligo primum quoad rem ipſam nec Ariſtotelem negaſſe, nec negari poſſe creaturas poſsibiles, quæ ſunt termini, ſeu obiecta potentiæ, & ſcientiæ Dei eſſe in eo numero inexhauſto, in quo non eſt ad vltimam peruenire; nam ſi in naturis, in indiuiduis, in quantitate, & intenſione, quæ à potentia continentur, & à ſcientia ſciuntur, eſſet aliquid vltimum determinatum, fieret, Deum ad eum ſtatum peruenire poſſe in quo nec naturam nouam vltra productas, ſiue perfectior eſſet, ſiue imperfectior his, neque indiuiduum nouum, nec extenſionem quantitatis, neque intenſionem qualitatis poſſet producere, quod in Theologia non bene audit, & in Philoſophia maximum abſurdum eſt. 63

1. Illatum.

Colligo ſecundum, Dei ſcientiam actu ſimul omnia hæc cognoſcentem terminari ad naturas, ad indiuidua, ad extenſionem quantitatis, ad intenſionem qualitatis, in quibus non eſt aliquid vltimo determinatum. Aduerto tamen ex hoc non fieri in fraſi Ariſtotelicà Dei ſcientiam cognoſcere cathegorematicam infinitudinem de poſsibilibus, etenim cathegorematica infinitudo excludit numerum in potentia, & conſtituitur per actualem exiſtentiam rerum ſine vltima, nam vt de eſſentia infiniti ſincathegorematici, ſeu in potentia eſt, vt partem habeat exiſtentem, eamque finitam, & partem nō exiſtentem, eamq; infini- 64

2. Illatum. *Deº cognoſcit creaturas ſine vltima, et termino. Nihilominus in forma loquēdi Ariſtot. non cognoſci infinitum cathegorematicum.*

infinitam, ita de ratione infiniti cathegorematici, ſeu actu eſt, quod omnes partes habeat exiſtentes, & inter eas nec primam, nec vltimam determinatam: & ſicut album in potentia illud eſt quod poteſt habere albedinem, album autem in actu quod actu habet albedinem, ita multitudo infinita in actu illa eſt, quæ actu caret finibus, nam carentia actualis termini eſt actualis infinitas. Immo ſi nulla creatura actu exiſteret, & ſi Deus cognoſceret omnes creaturas poſsibiles ſecundum formam loquendi Ariſtotelis, vt non eſſet infinitum in potentia, nec infinitum in actu: ita Deus, nec diceretur cognoſcere infinitam multitudinem ſincathegorematicam, nec cathegorematicam; ſed quandam multitudinem creaturarum non repugnantium ſine vltima determinata, id quod conſentaneũ eſt ad Ariſtotelis principia, nam ille (vt mihi eſt probabilior ſententia) aut non agnouit creationem propter illud principium ex nihilo nihil fit, vel ſi agnouit, eam ab æterno poſuit, vt neceſſariam quandam emanationem, de quo fuſe P. Suarez 1. tom. Meta. diſp.20. ſec. 10. in ſolutione argumentorum. Vnde ille ſemper ſupponebat aliquid actu exiſtens certum, & determinatum, & alia in potentia indeterminata, & infinita, poſito vero nihil ab æterno extitiſſe, vt ex fide ponendum eſt, in modo loquendi Ariſtotelis dicendum erat, Deum ſcientia ſimplicis intelligentiæ, nec infinitum in actu, nec infinitum in potentia cognoſcere. Notauerit aliquis non immerito Ariſtotelem doctrinæ inconſtantia, quod poſuerit ex vna parte productiones ab æterno, & ex alia infinitum in actu negauerit, ſed hoc ad nos non ſpectat.

65 *Ariſt. aut non agnouit creationem, aut eam ab æterno putauit.* P. Suarez.

Inconſtantia doctrinæ in Ariſtot.

66 **Obiectio.**

Obijcies Deus ſcientia viſionis cognoſcit omnes beatorum cognitiones, & miſerorum cruciatus futuros pro tota æternitate, ſed hi non ſunt finiti, ergo dicendum erit etiam in phraſsi Ariſtotelis ſcientiam viſionis Dei cognoſcere multitudinem categorematice infinitam. Probo minorem, quia ſi cognitiones & cruciatus non eſſent infiniti, deueniendum tandem eſſet ad vltimam cognitionem, & vltimum cruciatum, quod eſt abſurdum.

1. Reſponſio.

Reſpondeo primo; etſi conſequens illatum concedatur non aduerſari noſtræ doctrinæ, quę ſolum procedit de poſsibilibus in phraſsi Ariſtotelis. Reſpondeo 2. fere eandem eſſe rationem, de ſcientia ſimplicis intelligentiæ in ordine ad poſsibilia, quæ eſt de ſcientia viſionis in ordine ad cogitationes beatorum, pro tota æternitate adæquatè ſumpta, futuras, nam vt in illis non eſt vltima, ita in his, & vt eas Deus actu cognoſcit ſcientia ſimplicis intelligentiæ, ita has ſcientia viſionis, ſi illud *actu* cadat ſupra ſcientiam, quæ tota ſimul eſt, non partim actu cognoſcens, partim in potentia. Et vt Deus efficere nõ poteſt, quod exiſtant ex illis poſsibilibus in numero indeterminato conſtituente multitudinem cathegorematicam, ita in cogitationibus in ſententia, quam ſi ponimus, vt magis communi, atque vera, nunquam nec pro tota æternitate verum erit in aliqua duratione determinata completam iam eſſe infinitudinem cathegorematicam cogitationum. Vnde ſi ly *actu infinitum* cadat ſupra exiſtentiam cogitationum, aut præteritam, aut præſentem, verum non eſt ſcientiam viſionis Dei cognoſcere numerum cogitationum actu, & cathegorematice infinitum.

Si petas, quare cum cognitæ à Deo cogitationes ſine termino ſint in numero, produci ſimul à Deo nequeât; ita vt verum ſit extitiſſe iam ex præteritis, & exiſtere ex præſentibus numerum cathegorematice infinitum, maxime ſi loquamur de rebus alijs non pugnantibus inter ſe in exiſtentia. Reſpondeo, rationem huius difficillimam eſſe, à nobis in locis in principio citatis ſatis preſſa diſputatam, nunquam, vt reor, ab aliquo comprehenſam, ſed quæ ad Phyſicum ſpectat. Mihi ea ſemper ſolidior viſa eſt, quæ ſumitur ex vnitatibus ſimplicibus, è quibus omnis numerus neceſſario componi debet, cum vero vnitas ſimplex, atque determinata ſit eſſentialiter principium conſtituens numerum determinatum; atque finitum; hinc eſt quod nulla vnitas, quæ extitit, quantumuis multiplicetur, & quæ exiſtit componere poſsit numerum indeterminatum, atque infinitum, ſicut quia anima rationalis, & corpus ſunt principia intrinſeca eſſentię hominis Deus efficere non poteſt, quod his principijs componatur alia ſpecifice natura, ita quod componatur infinita multitudo, quæ eſt plus quam ſpecie diſtincta à finita, ex vnitatibus ſimplicibus, quæ ſunt intrinſeca, eſſentialiaque principia eius. Hanc rationem expendat lector, quam alibi ſum fuſe proſecutus, & hæc circa articulum duodecimum.

67 *Quare à Deo produci nequeat infinitum.*

Articulo 11. petit S. Thomas, an Deus cognoſcat ſingularia? & reſpondet cognoſcere. In qua re nihil difficultatis eſt, cum cognitio vniuerſalium neganda ſit Deo, vt pote imperfecta.

Deus cognoſcit ſingularia.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO SEXTA.

DE

OBIECTO CONTINGENTI ABSOLVTE futuro Scientia Dei.

Diſtincta Capitibus octo.

Cap. 1. Deum cognoſcere contingentia abſolutè futura de fide certum. An demonſtretur? difficile eſt,id diſcutio.

Cap. 2. In cauſa ſecunda libera proxime ad operandum diſpoſita non cognoſcit Deus hæc futura. hic effugia quædam noua præcludo.

Cap. 3. In decreto Dei circa hæc futura, Deus ea ſufficienter non cognoſcit. Vbi quale ſit hoc decretum.

Cap. 4. Futura non coexiſtere æternitati toti,ex æternitate.

Cap. 5. Quid interſit coexiſtentia rerum in æternitate, ad certam cognitionem Dei.

Cap. 6. Quid ſit contingentis futuritio.

Cap. 7. Propoſitiones de futuro contingenti abſoluto, vel eſſe determinate veras, vel determinate falſas.

Cap. 8. Concordia infallibilis præſcientiæ Dei, de futuris contingentibus,cum libertate.

ARTICVLVS DECIMVS TERTIVS.

VTRVM SCIENTIA DEI SIT FVTVRORVM CONTINGENTIVM.

CON. S. Thom. Cum Deus non ſolum ſciat, quæ ſunt actu, ſed quæ ſunt in potentia non ſolum ſua, ſed cauſarum ſecundarum futura contingentia cognoſcit, non tamen pro vt habent eſſe in ſua cauſa, ſed pro vt habent eſſe determinatum, & præſens in ſe ipſis.

Cap. 1. *Deum cognoſcere contingentia abſolute futura de fide certum, an demonſtretur? difficile eſt,diſcutio.*

AGGREDIMVR explanationem ſciētiæ viſionis, aggredimur quoque Materiam ſatis contentioſe agitatam, quæ circa illam dicta ſunt contentionis ſtudio in infinitum proceſſerunt. Nos de more omni inuidua emulatione contempta ad rē recto tramite imus. Prius termini in titulo pręfixi explicandi.

Futurum

Digitized by Google

1 *Quid ſit futurum. Quid abſolutum.* Futurum appellatur quod modo non exiſtit, erit vero duratione ſubſequenti. Quid ſit formaliſsime futuritio explico infra cap.6 Abſolutum quod re vera erit, quia re ipſa ponetur omnis cauſa, omniſque conditio, & circũſtantia ad hoc, vt ſuo tempore ſit. In hoc futurum abſolutum à conditionato diſtinguitur, quod aliqua conditio, vel occaſio, vel cauſa non ponetur, quæ tamen ſi poneretur foret res, quam appellamus conditionate futuram. *Quid contingens.* Denique contingens, de quo in præſenti illud eſt quod ex natura intrinſeca ſuæ cauſæ proximæ contingentiam habet in eſſe. Dico ex natura cauſæ intrinſecæ, quia quę ex impedimentis aliarum cauſarum extrinſecarum concurrentium contingentiam habent abſolute neceſſaria ſunt, vt ſunt cauſæ, è quibus procedunt, & ſolum contingentia ſecundum quid, vnde non ſolum à Deo, ſed etiam ab Angelo, & à quocunque omnium cauſarum naturalium concurſum comprehendente huius generis futura cognoſcuntur: illud igitur eſt abſolute, & ab intrinſeco contingens, quod à ſua cauſa ſufficienter inſtructa, & proxime diſpoſita ad operandum circunſcripto omni impedimento extrinſeco, ita procedit, exigitque procedere ex natura ſua, vt in eo inſtanti reali, in quo eſt, potuerit non eſſe, in quo ſane tota libertas voluntatis creatæ, & operationum eius ſita eſt, vt diffiniuit *Trident.* Tridentinum Seſſ.6. cap.5. & Can.4. & 5. Itaque eſſe in nobis huiuſmodi indifferentiam *Eſſe in nobis actionum libertatem de fide.* cauſæ, à qua procedunt hæc futura abſoluta ſimpliciter contingentia, de fide ponimus de qua re contra hæreſes noſtri temporis doctiſsime ſcriptum ab Eccleſsiæ doctoribus *Bellarmin.* quam plurimis, inter eos erudite Bellarminus lib.4. de gratia, & libero arbitrio cap.7. *Molina.* & lib.5. à cap. 13. & alibi P. Molina hic, & in *Vazquez.* concordia diſp.2. P. Vazquez diſp 68. cap.1. *Suarez.* P. Suarez opuſculo de concurſu Dei cum voluntate per plura capita.

2 Ad probandam veritatem noſtram, ſcilicet Deum cognoſcere hæc futura contingentia abunde nobis dedit Sacra ſcriptura teſtimonia, præclariora ego ſeligo. Primum ex *Eccleſ.c.23.* Eccleſiaſtico cap.23. ibi, *Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt, ſuper ſolem circunſpicientes omnes vias hominis, & profundum abyſſi & hominum corda intuentes in abſconditas partes, Domino enim Deo antequam creētur omnia ſunt agnita.* In quibus verbis expende ter repeti Deum cognoſcere futura. Primum ibi, *circunſpicientes omnes vias hominis*, per quas actus humani ſignificantur, qui cum à Deo in tempore denuo non circunſpiciantur ab ęterno ante quam in ſe ſint circunſpiciebantur. Secundo ibi, *hominum corda intuentes in abſconditas partes.* Tertio ibi, *antequam creentur omnia ſunt agnita.* Nam illud *omnia* cuncta complectitur, ac maxime illa, de quibus mentionem fecerat verbis proxime ſuperioribus. Deinde expende non agere textum de cognitione obſcura coniecturali, cui falſum ſubeſſe poteſt, ſed de euidentiſsima; id quod ter etiam ſignificauit, primum appellans *oculos Domini, multo plus lucidiores ſuper ſolem,* ſecundo tribuens illis, *circunſpectionem*, tertio *intuitionem*, *& agnitionem*, quæ omnia clariſsimam notitiam in proprietate ſermonis ſignificant.

Secundum ex Daniele cap. 13. ibi *Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant.* *Dan. c. 13.* Vbi expende per illud, *æterne*, Prophetam innuere æternam præſcientiam in duratione infinitâ excedentem abſcondita, quæ præſcit, per abſcondita vero intelligit humani cordis cogitationes ſecretiores. Huc etiam facit illud Sapien.19. *Sap.19.* *Præſciebat enim futura illorum.* Et Eccleſiaſtici 39. *Eccleſ.39.* *Opera omnis carnis coram illo à ſæculo vſque in ſæculum reſpicit, & nihil nouum in oculis eius.* Denique Ioan. 14. *Ioan.14.* *Nunc dixi vobis priuſquam fiant.*

Omnes Eccleſiæ Patres vno agmine in hanc veritatem confluxerunt, ita vt nominatim referre opus non ſit. Non omittam illud pulcherrimum ex Tertuliano lib. 2. contra Marcionem cap. 5. *Tertul.* *Præſcientia* (ait) *Dei* (de his futuris) *tot habet teſtes, quod fecit Prophetas.* Omnino legendus Diuus Thomas 1. contra Gentes cap. 66. *D. Thom.* Ideo vero hæc veritas tam eſt à Patribus illuſtrata, quia & ab ethnicis, & hæreticis negata, *Ethnici, & hæretici negant præſcientiam futurorum.* eam negauit Cicero libro de Fato, & 2. de Diuinatione ſumpſit ſententiam ex Ariſtotele lib. 1. de Interpretatione cap.8. qui arbitratus præſcientiã futurorum cum libertate conſiſtere non poſſe ſentit *Cicero. Ariſtot.* minoris eſſe incommodi negare præſcientiam, quam noſtram euertere libertatem, in *Auguſt.* quem Auguſtinus lib. 5. de Ciuitate cap.9. ait *Nam & confiteri eſſe Deum, & negare præſcium futurorum apertiſsima inſania eſt,* & infra *atque ita dum* (homines) *vult facere liberos, facit ſacrilegos.* Vocat ſacrilegos, quia committit cõtra Diuinum cultum, qui hanc, præſentiam Deo negat. Ibi alia pulchra.

Simon Magnus. Stoici idẽ negantes. Hanc etiam veritatem negarunt Stoici, Simon Magus, & Bardacenſes, referente P. *Bardacenſes.* Vazquez diſp 64. cap. 1. Ex hæreticis *Vuicleph.* Vuiclephus damnatus in Conſtantienſi actione vltima, *Luth. Caluin.* Lutherus, & Caluinus, in quos egregie *Vuald.* Vualdenſis tom. 1. lib. 1. art. 1. cap. 22. *Alphonſus de Caſtro.* Alphonſus de Caſtro contra hæreſes verbo Fatum. *Roffenſis.* Roſenſis art. 36. contra Lutherum. *Ruardus.* Ruardus Tapet. art. 7. Sotus lib. 1. de natura, & gratia

Digitized by Google

Feuardenſis. Valentia. Vazquez. & gratia cap. 15. Vega lib. 2. ſupra Conciliū Tridentinum cap.12. Franciſcus Feuardenſis in Annotationibus ad Irenæum lib.4 .cap.71. legite Valentiam hic quæſt.3. pun.5. & Vazquez diſp.68.cap.1. horum fundementa in diſcurſu diluenda.

3 P. Suarez. *Lumine naturali non demonſtrari.* P. Suarez 2.tom. Meta. diſp. 30. ſect. 15. num. 28. quem ſequuntur communiter moderni Magiſtri, vult rem hanc non ſolum eſſe de fide certam, ſed etiam naturali ratione euidentem, quod mihi ſemper difficile viſum, quia cum rationes expendo non video effugia euidenter præcludi poſſe. Vnde Okamus in primo diſtinct. 39. quæſt. 1. Gabriel quæſt. etiam 1. art.2. poſt ſecundam concluſionem referens ſententiam Okami, & infra dubitatione 3. Gregorius quæſt. 2.art. 2. qui in patrocinium adducit teſtimonia Auguſtini, Damaſceni,& Boetij, dicunt vix à nobis explicari poſſe modū, quo hæc futura à Deo præſciri poſſunt. His adde Antonium Cordubenſem lib. 1. quæſtionarij quæſt 55. dub. 8. in quo poſt relatas varias opiniones circa modum, quo intellectus diuinus determinatur ad cognoſcenda hæc futura, quieſcit in opinione Gabrielis, rem vero in explicatam relinquit, imo P. Suarez in opuſculis opuſc. 2. lib. 1. de abſoluta ſcientia futurorum contingentium cap. 3. cum accederet ad explicandum modum, quo hæc futura à Deo cognoſcuntur, fatetur non poſſe nos exactè myſterium hoc intelligere, aut explicare quoad modum eius, & ſolū aliquam eius rationem aſsignare poſſe. Id etiam fatetur Bellarminus tom.3. lib. 4. cap. 15. vocans rem hanc difficilem, & in hac vita omnino incomprehenſibilem: qua ratione Deus futura prænoſcat, id indicatum videtur à Dauide Pſal. 130. cum ait, *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me confirmata eſt, & non potero. Ex me*, hoc eſt Hæbraicè, præ me, ſeu ſupra me, extra captum, ſupra intelligentiam meam, mirabilior eſt modus ſcientiæ tuæ, quam vt ego comprehendere poſsim. Satis ergo erit, ſi obiectionibus occurrentibus reſponderimus. Immo Auguſtinus tom. 3. lib. 15. de Trinit. cap. 7. vbi plane affirmat *nullum hominem comprehendere poſſe diuinam ſapientiam, qua præterita nouit, quin in ea prætereant, futura quin deſint, ibique præterita, & futura cum præſentibus ſint coniuncta, quin tranſeant ſingula, ſed in vno conſpectu ſimul præſto ſint vniuerſa.* Quod ſi nos demonſtratiue poſſemus oſtendere Deum, hæc futura præcognoſcere, euidenter nobis innoteſceret modus cognoſcendi, ſeu medium, aut obiectum, in quo ea cognoſcit, quam euidentem notitiam appellat, ibi Auguſtinus comprehenſionem, non rigoroſam, de qua ſcholaſtici quando negat Deum à creatura comprehendi poſſe, & nos ſupra diſput. 4. cap. 4. Apertius id aſſeruit tom. 7. lib. de dono perſeuerantiæ cap. 14. vbi agens de hac re, *Sic ait, Nec ideo negandum eſt quod apertum eſt, quod comprehendi non poſsit, quod occultum eſt.* Pulchra habet verba in Pſalmum 49. quæ prætermittere non poſſum. *Apud quem ſumma poteſtas eſt, ſumma & ſecreta cognitio, tribuamus hoc Deo, laudantes Deum, non audeamus dicere, quomodo nouit Deus, ne forte hoc à me fratres expectetis, vt explicem vobis quomodo cognoſcat Deus, hoc ſolum dico, non ſic cognoſcit, vt homo, non ſic cognoſcit, vt Angelus, quomodo cognoſcit dicere non audeo, quoniam & dicere non poſſum.* Qui hæc profert non præſumit ſe poſſe demonſtrare, quomodo Deus cognoſcat futura, quorum difficilior cognitio. Denique Diuus Thomas cum primo contra Gentes, capit. 66. & 67. plures congerat rationes, ad id probādum, palam hoc profitetur eo ca. 67. in principio ibi ***Ex his autem aliqualiter patere poteſt, quod contingentium ſingularium ab æterno Deus ſcientiam habuit.***

Gabriel. Okam. Gregor. Cordub. Suarez. Bell. Pſal. 130. Auguſt. Idem. D. Thom.

Dices, euidens eſſe Deum cognoſcere futura, licet non conſtet nobis euidenter modus, quo ea cognoſcit. Sed contra, licet euidens ſit Deum cognoſcere futura, ſi ipſa habent antequam in ſe exiſtant cognoſcibilitatem obiectiuam, ex infinitudine ſimpliciter ſcientiæ Dei, quam nihil cognoſcibile latere poteſt; at dum euidenter non demonſtratur cognoſcibilitas futurorum, antequam in ſe ſint, nobis non demonſtratur à Deo cognoſci. Vnde ſi quis ethnicus negaret futura ab æterno cognoſci; quia cognoſcibilia non ſunt, ante quam in ſe exiſtant, non poſſemus cum demonſtratione conuincere; dum non formaremus euidentem argumentationem, qua liqueret eorum cognoſcibilitas: at cognoſcibilitatem futurorum non demonſtrari euidenter, conſtabit ex ſolutionibus argumentorum, quæ ad eam demonſtrandam formari ſolent, & poſſunt. 4 Obiectio. Solutio.

Primum argumentū, Deus cognoſcit hæc futura quādo ſunt preſentia, cū tunc cognoſcibilia ſint, ſed Deus in tempore non adquirit nouam ſcientiam, ergo ea ab æterno prænouit. 5 1. Argum.

Cæterum, ſi hoc argumentum expendas cum omni rigore, demōſtratiuum non eſſe reperies. Nam ſi quis affirmaret primum futura hęc antequam in ſe exiſtant, non habere obiectiuam determinationem ſufficientem, nec in ſua cauſa, vt videbimus capitibus ſequentibus, nec in ſe, vt plures modo tuemur, deinde ſi diceret nouitatem ſcientię liberæ in tem- *Argumēta quæ probāt demōſtrari Deū cognoſcere futura.* Solut.

H pore

Digitized by Google

pore adquiſitę nullam in Deo inducere mutationem, imperfectionem phyſicam, aut moralē nullam, eo quod ſcientia libera ad neceſſariam, nec addit aliquid reale diſtinctum re aut ratione, nec aliquid rationis propriū, ſed ſolum extrinſecam obiecti connotationem, vt explicui diſp. 2. cap. 2. & cum ex alio capite imperfectio nulla ſit, non cognoſcibilia non ſcire, non poſſet conuinci, ſi conſentaneè ad principia affirmaret Deum cum hæc exiſtunt ea de nouo in tempore ſcire.

6 Secundum argumentum, nec Deus poſſet mundū gubernare, nec rebus humanis pręmio & pœna conuenienter prouidere, ſi futura ignoraret, ſed euidens eſt Deum gubernare hūc noſtrū orbem; & prouidere rebus humanis cōuenienter: ergo euidens eſt cognoſcere futura.

2. Argum.

Solutio.

Sed neq; hoc argumentum, ſi ſola naturali ratione agamus, & principia fidei ſeponamus, demōſtratiuè conuincit. Primo quia ſupponit probandum, cum ex prouidentia infert ſcientiam, nam vt doceo tractatu 3. diſp. 12. cap. 6. ſciētia eſt pars intrinſeca, & eſſentialis prouidentiæ, vnde qui ſupponit prouidētiam erga futura, ſupponit etiam ſcientiam. Secundo, quia etſi prouidentia Dei foret perfectior, ſi Deus noſſet ab ęterno, quid quęcumq; voluntas ab ipſo excitata, & præuenta factura eſſet in quocumq, momēnto vocetur, & inſpiretur: at dum non demonſtratur futura hęc antequā exiſtant cognoſcibilia eſſe, nec etiam demonſtratur tam altam, tàmq; exactam prouidentiam habere Deum circa res humanas · enim vero. ſi quis ethnicus affimaret hæc non cognoſci à Deo, niſi cum exiſtūt, vt ſupra dicebamus, & tunc eorum intuens exiſtentiam, taxaret coronas humanis bonis operationibus, pęnas prauis, haberet ſane prouidentiam, quāta cum perfectione poſſet habere, non tamen eam, quam modo habet ſecūdum fidem, quæ includit æternam præcognitionem futurorum & ex præcognitione æternam præmij, & pœnæ prædefinitionem.

7 Tertium argumentum, Deus aut efficit, aut permittit hæc cōtingentia, ſed nihil efficit, vel permittit nō præcognitum, ergo præcognoſcit hæc futura. Hac ratione videtur vſus Auguſt. lib. 5. de Geneſi ad litteram cap. 15. vbi probans omnia antequam fierēt eſſe in diuina notitia, ſic ſcribit. *Quāquam ſufficere debeat vt quiſq; nouerit, vel inconcuſſe credat, quod Deus hæc omnia fecerit, non opinor eum eſſe tám ex cordem, vt Deum quæ non nouerat feciſſe arbitretur.* In quibus Auguſt. ex efficiētia futurorum præſentiam eorum antequam fiant colligere videtur.

3. Argum.

Auguſt.

Solutio.

Verum hæc ratio, quæ à quibuſdam magni fit, minoris mihi momenti eſt. Primo quia ſcientia viſionis, de qua eſt argumentum, & noſter ſermo, non eſt practica reſpectu ſui obiecti, ſed mere ſpeculatiua, quod ſupponit ſaltem ratione, non de ratione rationis, ſed prioritatis à quo, vt ex cōmuni Patrū, & ſcholaſticorum ſententia cōtra noſtri ſæculi modernos Theologos oſtendo in diſcurſu tractatus, diſp. 10. ergo ex ratione cauſæ ineptè infertur Deū prænouiſſe ſcientia viſionis hæc futura. Secundo quia ſcientia per quam omnia fiunt à Deo, per directionem ſuæ potentiæ effectricis, eſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quippe quæ cognoſcit rerum naturas, & modos, quibus iuxta exigentiam earum petunt produci: Atqui ſcientia ſimplicis intelligentiæ non ſe extendit ad futura contingentia, ſed ſiſtit in poſſibilitate, ergo ex effectione horum contingentium, ſolum fit præcognoſcere Deum, eorum non repugnantiam ad eſſe, non vero eorum futuritionem, niſi ſcientia viſionis ſubſequuta ad actualem concurſum.

Quoad Auguſtinum, de eius mente ſatis ſuperq; diximus ſupra, nec puto ipſum locutū 8
in loco allegato de ſcientia viſionis: ſed de ſcientia ſimplicis intelligentiæ, alias cogeremur fateri ipſum traddidiſſe rationem minus ſufficientem, vt conſtat ex dictis; imo ſi expēdas verba illa *inconcuſſe credat*, & illa, *eum eſſe tam ex cordem*, hoc eſt ſine corde ad credendum, inuenies Auguſtinum non locutum de ratione naturali, non ſuffulta lumine fidei. Totum caput illud legi, nec verbum in eo inuenio, quod faueat huic ſententiæ.

Explicatur Auguſtinus.

Quartum argumentum; formet propoſitionem hanc *Antichriſtus erit*, mens aliqua humana, aut Angelica, Deus comprehendit illam, ergo euidenter cognoſcit, an ſit vera, vel falſa. Rurſus pone cognoſcere eſſe veram, ergo euidenter cognoſcit obiectum ſuum eſſe determinate futurum: ac proinde antequam in ſe ſit habere obiectiuam cognoſcibilitatem determinatam.

Hoc argumētum obiectum mihi fuit à noſtris magiſtris cōtra meam ſententiam, qua tutabar ratione naturali demōſtrari non poſſe, Deum præſcire hæc futura, quod primo aſpectu difficile cuiquam videbitur: Cæterum re vera parui momenti eſt, & peto ab obiiciēte, aut propoſitio illa fuit in tempore efformata, aut ex æternitate? Si primū, cum ipſa propoſitio ſit futurum contingens in ipſam deuoluitur dubitatio, An ea ex æternitate cum futura erat, & priuſquam in ſe exiſteret, præſcita ne à Deo fuerit, vel non? Vnde in ipſo medio, quod aſſumitur ad probādum obiectum propoſitionis habere determinatam cognoſcibilitatem antequam in ſe ſit, eadem eſt incluſa difficultas, & dum non demonſtratur ab

ab obijciente eam ex æternitate præſcitam à Deo, relabitur in ipſum inconueniens; ſcilicet in tempore nouam de ea Deum adquirere ſcientiam; quo manifeſtè fit mediũ aſſumptum pro intento arguentis ineptum eſſe. Si ſecundum concedo Deum habiturum aliquam cognitionem comprehenſiuam eius propoſitionis mentalis, qua Deus reddatur certus ſignificationis talis propoſitionis, non vero eam quę ſufficiens ſit ad iudicandum, an propoſitio illa ſit vera, vel falſa. Itaq; Deus cõprehenſiuè cognoſcat qualitatem illam mentalem ſignificare, & enũciare Antichriſtũ futurum, non vero diſcernet, an quod ſignificat verum ſit, vel falſum: etenim vt dicebam diſp.4.ca.4. ad ferendum hoc iudicium, cognitio vtriuſq; extremi neceſſaria eſt, & ipſius propoſitionis, & obiecti, ita ſe habentis, vel non ſe habentis eo quod veritas conſiſtat vel in complexa ex vtroq; intrinſece, vel ſaltem eſſentialiter in obliquis connotet obiectũ; vnde cum ipſum in ſtatu futuro cognoſcibile eſſe non demonſtretur, vt contendimus, Deus non poterit habere tam exactam eius efformatæ propoſitionis cõprehenſionem, quæ ſufficiat ad iudicandum, an vera ſit, vel non V.G. cum ſcientia viſionis ex genere ſuo perfectior ſit ſcientia abſtractiua, nihilominus Deus creaturas poſsibiles in eo ſtatu ſolũ cognoſcit abſtractiuè, nõ intuitiue; quia alio modo cognoſcibiles non ſunt, ita abſq; vlla imperfectione lumine naturali euidenter nota, Deus poſſet non ſcire futura dum eorum cognoſcibilitas, in eo ſtatu euidenter non innoteſcit. Mitto hoc argumẽtum facile eludi alia ratione poſſe; Nam ſiquis negaret illam creaturã etiam, ex permanentibus à Deo ab æterno condi poſſe, vt ego putaui probabilius in Phyſica, ea propoſitio ab æterno exiſtere non poſſet; non enim in mente creaturæ, quippe quę ab æterno non poſſet exiſtere, nec in mente diuina, quia Deus propoſitionem affirmatiuam non proferret, niſi prius obiectũ infallibile eius haberet, at non habet, aut habere non conſtat euidenter; ergo nec etiam conſtat in mente diuina eſſe poſſe eam propoſitionem.

Quid veritas.

9

Deniq; formari poteſt hoc argumentũ. Euidens eſt ratione naturali Deum modò cognoſcere Adamum fuiſſe: ergo etiam erit euidens Deum cognoſcere Antichriſtũ futurum. Probo conſequentiam, quia præteritum, tam modo non eſt, quam futurũ, ergo tam modo cognoſcibile non eſt, quam futurum, ergo ſi hoc non obſtante demonſtramus ſcientiam Dei ſe protendere ad cognoſcedum præterirũ, quod modo non eſt, pari ratione demonſtrari poterit ſcientiam Dei ſe porrigere ad cognoſcendum futurum quod modo non eſt.

Quorũdam reſponſio.

Reſpondebit aliquis ſolum demõſtrari poſſe ratione naturali, tunc fuiſſe ſcientiam in Deo exiſtentiæ Adami, quando ille exiſtebat, quia tunc cognoſcibilis erat non vero demõſtrari eam ſcientiam conſeruari in mente diuina in ſtatu præteritionis, & negationis exiſtentiæ, quia tunc non demonſtratur cognoſcibilem eſſe, ſicut non demonſtratur futurum cognoſcibile eſſe in ſtatu futuritionis, & vbi non eſt demõſtratio cognoſcibilitatis obiecti, nec eſſe poteſt demonſtratio ſcientiæ, quippe quę durare non poteſt ſubblata ab obiecto cognoſcibilitate. Nec obſtaret huic ſolutioni mutatio illa ex ſciente in non ſcientẽ: quia cũ pertineat ad ſcientiam liberam, vt docui in ſolutione primi, & ſecundi argumenti, nec mutationem, nec imperfectionem inducit.

Verior reſponſio.

Nihilominus negandam eſſe conſequentiã cenſeo, & cõſtituo hoc diſcrimen iter obiectũ præteritum, & futurum, quod quia illud habuit determinatum eſſe exiſtentiæ, conſtitutum ſemel fuit in ſtatu cognoſcibilis, nõ ſolũ in ordine ad iudicium de præſenti, ſed etiam de pręterito, ſi mẽs vim habeat retinendi ſcientiam ſemel habitam. Deo vero negatio huius virtutis in ordine ad obiectum ſemel cognoſcibile, non poteſt non prouenire ex imperfectione, vt conſtat: at obiectum futurum nullam habuit determinationẽ exiſtentiæ in tempore, vnde nec cognoſcibilitatem, ac proinde ignorari poterit abſq; imperfectione euidenter nobis nota: Qua propter ego non video euidenter demonſtrari poſſe Deum eſſe horum futurorum præſcium.

Præſcientia futurorũ in Deo non demõſtratur.

Cap.2. *In cauſa ſecunda libera proxime ad operandũ diſpoſita non cognoſcit Deus hæc futura. Hic effugia quædam noua præcludo.*

IN omni re diuina negationes facilius nobis innoteſcunt, quam poſitiuę perfectiones; In hac etiam pariter obiectum in quo Deus non cognoſcit hæc futura facilius inuenies, quam obiectum, in quo cognoſcit. A facilioribus ergo prius obiecta quædam excurrenda, in quibus non cognoſcit, & de quibus acris controuerſia eſt, quam deueniamus ad obiectum in quo cognoſcit. 10

Qui ſentiant futura cognoſci in cauſa proxima præmota.

Recentiores Thomiſtæ noſtra tempeſtate pro virili deffendũt actus liberos futuros cognoſci certo, & infallibiliter à Deo in cauſa ipſorum proxime diſpoſita, & complete determinata ad operandum. Ita expreſſe Magiſter Dominicus Bañes in hunc art.13. concl.3. &

Bañes.

Digitized by Google

Aluarez. Ledeſm. 4. M. Didacus Aluarez lib. 2. de auxilijs diſp. 12. M. Petrus Ledeſmius lib. de auxilijs diſput. de ſcientia futurorum contingentiũ dub 2. pro reſponſione ad 3. argumentum principale, & alij etiam, quos conſulto nõ nomino, quia hi præcipui patroni ſunt: quæ vero ab his afferuntur pro ſua ſententia ad finem commodius refero, & excutio.

Antequam noſtram proponam, maximopere animaduerſum velim in hoc capite duas partes inuolui poſſe. Prima, An omnis voluntas creata ad omnem liberum conſenſum prędeterminetur à Deo per motionem quãdam præuiam, & inhærentem in ipſa voluntate. Secunda, An in ea prædeterminatione cuiuſcunque rationis ſit, cognoſci poſsint à Deo effectus contingentes ſcientia certa, & infallibili dum in ſe futuri ſunt. Prima pars ſpectat ad materiam de gratia, ac præcipue ſecundum præmotionem prædeterminantem ad opera pietatis, & gratiæ, de qua nec verbum ſcribere animus eſt, ne vel latum vnguem à mandato Sanctiſsimi Dñi noſtri Pauli Quinti diſcedamus, quo cautum eſt rem hanc libere Theologorum diſputationi in libris typis excuſis hac tempeſtate non committere. Secunda vero, An ea præmotio, ſiue concedenda ſit, ſiue nõ, aptum mediũ ſit, in quo ſcientia Dei actus liberos futuros cognoſcat, tum naturales, qui non ſpectant, ad opera pietatis, tum ſupernaturales, qui ſpectant Hoc ergo intra noſtræ materiæ limites continetur, & eſt extra præſcriptum Sanctiſsimi Dñi noſtri, ideo nõ poſſumus prętermittere huius rei diſcuſsionẽ.

11 *Non cognoſcit De' futura cõtingentia in præmotione prædeterminante.* Hoc animaduerſo, pro noſtra erga edictũ Pontificium Sanctiſsimi Dñi noſtri, ſubmiſſa reuerentia, prout decet Societatis noſtræ homines, ſentẽtiam negantem in cauſa proxima futura libera cognoſci à Deo ſuſcipio defendendam, quia exiſtimo eſſe expreſſam S. Thomæ, communem inter antiquos Thomiſtas, & noſtra tẽpeſtate inter Theologos peritiores & rationũ momenta efficaciſsima ei ſuffragari.

12 Auic. 5. S. Thom. *Probatio ex S. Tho.* Primo S. Thomas in 1. diſt. 38. in corpore. *Quædam* (inquit) *ſunt cauſæ quæ ſe habent ad vtrumque, & in iſtis cauſis effectus de futuro nullam habent certitudinem, vel determinationẽ & ideo cõtingentia ad vtrũlibet in cauſis ſuis nullo modo cognoſci poſſunt, ſed quãdo efficiũtur in rerũ natura, tunc habent eſſe determinatũ, & ideo quando ſunt in actu certo cognoſcuntur, &c.* In his verbis tam expreſſe docet Diuus Thomas in cauſis indifferenter ſe habentibus ad vtrũque, non poſſe ſcientiam capere certitudinem effectus, quam fuit vnquam ab aliquo Theologo expreſſum. Quis vero neget liberum arbitrium eſſe cauſam indifferenter ſe habentẽ ad vtrumq; ergo in eo, vt cauſa libera eſt futurum contingens cognoſci nequit à Deo: vnde cum in fine explicare inſtituiſſet Diuus Thomas, quanam ratione ea cognoſcantur à Deo *nihil* inquit *prohibet Deum habere certam ſciẽtiam futurorum contingentium, cuius intuitus eius ad rem fertur, ſecundum quod præſentialiter eſt in actu, & iam habet eſſe determinatum.* Quo loco expreſſe (ait) effectus contingentes, & nullam habere determinationem in cauſa, & ſolum eam habere in ſuo eſſe actuali: & ideo in eo ſolum poſſe certo cognoſci.

In reſponſione ad 2. *Futurum* inquit *contingens non eſt determinate verum antequam fiat, quia non habet cauſam determinatam, ſed dum eſt in actu eſt determinate verum.* Et ad 3. nominatim attigit rem noſtram, *futurum* (ait) *cõtingens relatum ad Dei cognitionem eſt neceſſarium, quia ad ipſum non refertur, niſi ſecundum quod eſt in eſſe actuali.* Hoc loco non ſolum negat Diuus Thomas futurum contingens habere in cauſa prædeterminationem ſufficientem qua à Deo cognoſci poſsit, ſed etiam affirmat propoſitionem negatiuam, & excluſiuam, ſcilicet non alibi, niſi in ipſa actuali exiſtentia futura cognoſci à Deo. Pariter etiam in reſponſione ad ſextum *ſcientiam Dei* (ait) *non reſpicere rem contingentem, niſi vt eſt in ſuo eſſe actuali præſentialiter.* Et infra *ſi vidiſſet Deus cauſam & non vidiſſet immediate effectum in ſuo eſſe, nunquam* inquit *potuiſſet illum certo ſcire.* Ignoro ergo clariora verba, quibus vti poſſet. Idem.

Secundo; Idem Diuus Thomas quæſt. 2. de veritate art. 12. ad primum ſic ait, *Quod licet contingens non ſit determinatum quandiu futurum eſt, tamen ex quo productum eſt in rerum natura veritatem determinatã habet, & hoc modo ſuper illud fertur intuitus diuinæ cognitionis.* In quibus verbis nullam agnoſcit veritatẽ determinatam in futuro contingenti quandiu futurum eſt, atqui nullus mediocriter philoſophus ignorat omnem effectum quandiu eſt in cauſa futurum eſſe, vel futuritione temporis, & durationis, vel futitione naturæ, ergo negat futuro quandiu eſt in cauſa cognoſcibilitatẽ determinatam. Et in corpore, hæc habet præclara verba, *ex quo patet, quod contingens vt futurũ eſt per nullam cognitionem cognoſci poteſt, cui falſitas ſubeſſe non poſsit, Vnde cum diuinæ ſcientiæ non ſubſit falſitas, nec ſubeſſe poſſit, impoſsibile eſſet, quod de contingentibus futuris ſcientiã haberet Deus, ſi cognoſceret ea, vt futura ſunt.* Atqui contingens vt eſt in ſua cauſa conſideratur, vt futurũ, & vt non determinatum ad vnũ, vt expreſſe docet in hoc art. 13. ergo contingens, vt in ſua cauſa non ſubditur per certitudinem alicui cognitioni. Omnes propoſitiones huius Syllogiſmi Diui Thomæ ſunt, qui etiam videri poteſt, primo contra Gentes cap. 66. & 67. præcipue ratione prima, & in hac prima parte, infra quæſt. 57. art. 3. Idem. Idem.

Digitized by Google

art.3.vbi expreſſe in cauſa non poſſe cognoſci contingentia niſi notitia coniecturali, & omnia a Deo in ſe ipſis, vt præſentia videri, & quæſt.86. art.4. eandem repetit doctrinam Denique expreſsiſsime in noſtro articulo, ita vt alio teſtimonio opus non eſſet, niſi contentio tenebras huic rei offudiſſet. Verba ſic ſe habent, *alio modo poteſt conſiderari contingens, vt eſt in cauſa ſua, & ſic conſideratur vt futurũ, & vt contingẽs nondum determinatũ ad vnum, quia cauſa contingens ſe habet ad oppoſita, & ſic contingens non ſubditur per certitudinem alicui cognitioni, vnde quicumq; cognoſcit effectũ contingentem in cauſa ſua, tantum non habet de eo niſi coniecturalem cõnexionem.* Præter morem fuſsius proſecutus ſum teſtimonia S.Thomæ, quod, qui Thomiſtarum nomine gloriantur, ſemper contendunt ab ipſis eſſe Angelicum Doctorem, ſed neſcio vt legãt verba præceptoris

Reſponſio. Reſpondebit aliquis, ex Ledeſmio Diuum Thomam in teſtimonijs præfatis locutum de ſcientia intuitiua futurorum; etenim ipſe putat ſcientiam futurum in cauſa, non eſſe viſionis, ſed ſimplicis intelligentiæ, eam tamen quę proximè accedit ad ſcientiam viſionis, quia directe terminatur ad cauſam habentem connexionem immediatam cum exiſtentia effectus in ſe. Cæterum legenti verba, quæ retuli, vel primo oculorum ictu conſtauit, nec verbum eſſe in Diuo Thoma de ſcientia viſionis, aut ſimplicis intelligentiæ, ſed de ſcientia metaphyſice certa, & infallibili, de qua ſolum mẽtionem facit, ergo Diuus Thomas locis citatis vniuerſe de omni certa cognitione negat haberi poſſe in cauſa. (Confutatio)

13 Capr. Probatio ex antiquis Thomiſtis. Venio ad antiquos Thomiſtas. Capreolus in 1.diſt.38.quæſt.1.art.2. concl.1. *Contingens ait, vt futurum*(hoc eſt in vt cauſa) *nonpoteſt infallibiliter cognoſci, ſed ſecundũ quod eſt in præſenti*, & concl.6.in fine *contingens*(ait) *non ſubiacet diuinæ ſcientiæ, niſi dum eſt in actu 2.ſecundum quem terminationẽ, & certitudinem habet; ipſum enim neceſſe eſt eſſe dum eſt*, & clariſsime in reſponſione ad primum.Dnrãdi contra primam concluſionem. *Quantumcumq; inquit cognoſcatur natura voluntatis, non poteſt ſciri, an producat actum ſuum, quia ipſa quantumcumq; ſit ad actum ſuum inclinata, poteſt ſe impedire, ne producat actũ*, & inferius *voluntate*(inquit) *cognita, & quibuſcunq; ad intellectum concurrentibus non poteſt certo cognoſci, an producet actum ſuum, quia ipſa voluntas quæ ad illum actum concurrit nullo modo eſt plus determinata ad producendum, quam ad non producendum, & ideo ad hoc, vt actus ille futurus certo cognoſcatur oportet vt videatur in ſe, & non ſolum ſecundum eſſe, quod habet in cauſis.*

De ſententia Ferrarienſis nullum poteſt eſſe dubium, cum ipſe Bañes eum adducat contra ſuam ſententiam & merito, quia eo ca.66. primi contra Gentes §.ſecũdũ *dubiũ vbicũque* (ait) *Diuus Thomas de hac materia loquitur pro ratione, qua Deus cognoſcit futura contingentia certitudinaliter aſsignat hanc, quia illa ſunt æternitati præſentia*, hoc eſt, quia coexiſtunt æternitati cum in ſe ipſis exiſtunt. Et cap. 67. reſpondens ad argumentum Durandi, §. *Aliter dici poteſt, contingẽs*(ait) *non poſſe cognoſci vt futurũ, ſed vt præsẽs, quia nõ poteſt certo cognoſci cauſã à nullo impediri á productione effectus niſi quando cognoſcitur, vſq; ad ipſam productionem effectus incluſiue, in quolibet enim inſtãti præcedenti poteſt impediri, & ſic cognoſcitur effectus, vt præſens.* Et infra explicans id quod docet Diuus Thomas ex cauſa contingenti completa, ſi non impediatur poſſe cognoſci effectum contingentem, ait intelligendum eſſe, de cauſa naturali neceſſaria, quæ etiam ſecundum quid contingens appellatur, vt notaui in principio capitis, non de voluntate libera: nam huius effectus non poteſt cognoſci, niſi illa cognoſcatur vt vltimate operans. *Quod eſt* (inquit) *cognoſcere effectum, vt eſt iam in ſuo eſſe.* Ferrar.

Eandem habet & explicat ſententiam Deza Hiſpalenſis in 1. diſt. 38.quæſt.1. art.1. concl. 2.& 3. vbi contingens vt futurum non poſſe (ait) certo cognoſci, ſed ſecundum quod eſt in ſe ipſo præſens cognoſcenti, Quare Deus non cognoſcit futura vt futura ſed vt ſunt in ſe ipſis.& art.4. ad ſecundum Aureoli contra 3. concluſionem ex ſententia (ait) *S. Thomæ futurum non eſt obiectum diuinæ ſcientiæ, niſi in ſua præſentialitate.* Et poſt reſponſum ad argumenta Gregorij contra 4. concluſionem explicat res contingentes propterea a Deo cognoſci per certam cognitionem, quia cognoſcuntur ab illo pro vt realiter præſentes, ac proinde ſecundum illam neceſsitatem', qua omne quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt illud eſſe. Deza.

Denique Caietanus in hoc art. §. *Quoad ſecundum, Contingentia* (ait) *vt in actu habent eſſe determinatum, vt in potentia autem habent rationem contingentem ad vtrumque, quare vt in actu poſſunt ſubiacere certæ cognitioni, vt in potentia non niſi coniecturæ.* Et ſequenti §. *Status actualitatis eſt actus determinati ad alteram partem, propterea in littera dicitur, quod contingens, vt præſens poteſt ſubdi certæ ſcientiæ* idem innuit in reſponſione ad ſecundum, & tertium, & tandem §. *Nec ſuſtinemus.*

Præter Thomiſtas citatos hanc ſententiam tenent Scotus, & Okamus cum ſectatoribus in 1. diſtin.illa 38. quæſt. 1. Antonius

Digitized by Google

Cordubenſis, lib. 1. quæſtionarij quæſt. 55. dub.8. & 10. M.Zumel tom.2. variarum diſp. 1. aſſertione 2. in qua defendit in gratia efficaci, vt eſt à Deo, & paſſiuæ recipitur à voluntate, eſtq; prior natura conſenſu noſtro certo ipſum cognoſci non poſſe, eo quod ille etiam à gratia efficaci contingenter procedat in genere cauſe efficiétis. M.Curiel lib.2. controu. diſp.4.a n.134. Ferdinandus Maſcarenas de auxilijs diſp.2.par.2 & 3. Deniq; eam amplectitur, vniuerſa noſtræ Societatis ſchola, vno excepto P. Molina, de cuius mente ad finem huius capitis, adeo, vt merito P. Suarez indubitatam ſententiam hãc appellet in opuſculis lib. 1. de abſoluta ſcientia futurorum cap.3. num. 5.

15 *Probatur ratione.* *Effectus volũtatis alij immediatè, alij mediatè liberi.*

Vt manifeſta ratione eam demonſtrem, notandum 1. effectus procedentes ex voluntate in duplici eſſe differentia. Quidã immediate ab ea oriuntur, vt actus ipſi interni liberi. Alij mediate procedunt à voluntate tanquam à cauſa imperante, & determinante potentiam executricem, vt actus externi, & hi quidem non ſolum in ſe ipſis, ſed etiam in cauſa determinata poſſunt certo à Deo cognoſci, nam poſita determinatione voluntatis efficaci, dum ea durat potentia exequens, niſi impediatur effectum producit infallibiliter; Vnde recte Caietanus in hoc art. § *alio modo* de his effectibus contingentibus V. G. de actu ſedẽdi poſſe certo cognoſci ex cauſis rerum determinatis priores vero effectus, qui immediate & elicitiue liberi ſunt, non poſſe in cauſis proximis cognoſci.

Notandum 2. ſi actus immediate liber in cauſa creata proxime diſpoſita ad operandũ cognoſcitur cognoſci debet, aut in aliqua re exiſtente in intellectu, aut in voluntate: etenim cauſa proxima actus immediate liberi cõſtat ex intellectu, & voluntate, aliiſque in eis inhærentibus.

Notandum 3. vt actus liber cognoſcatur in cauſa proxima, neceſſarium eſſe, quod cognoſcatur in aliquo præſuppoſito natura ad ipſum actum liberũ; nam cum omnis cauſa ſit prior natura quàm effectus, cognitio, quę effectum cognoſcit in cauſa, cum cognoſcere debet in aliquo natura præcedente ipſum effectum.

16 *Ipſe actus liber eſt determinatio cauſæ, non antecedens.*

Obſerua deniq; pro vitanda æquiuocatione ipſum actum liberum non ſemel, aut improprie appellari determinationem cauſę, eo quod cauſa libera non patiatur antecedentem determinationem: Vnde qui diceret in hoc ſenſu actum liberum cognoſci in cauſæ determinatione verum diceret, non tamen ad rem quia tunc non cognoſceret effectum in cauſa, ſed inſe ipſo, quatenus ſe ipſo eſt determinatio cauſę.

His prænotatis, hanc formo rationem pro noſtra ſententia, nec in intellectu, nec in voluntate, nec in aliquo eis inhærente, natura præcedente conſenſum liberum, quidquam eſt habens neceſſariam connexionem cum actu libero futuro, ergo in cauſa proxima creata Deus omnino certo, & infallibiliter cognoſcere non poteſt actum liberum futurum eſſe. 17 *Nihil antecedẽs in intellectu in quo futurum cõtingẽs cognoſci poteſt.* Propoſitio antecedens vniuerſalis eſt, & omnes partes difficultatis complectitur. Prima pars verſatur circa intellectũ, in eo tria ſunt, Primum habitus. Secundum iudicium proponens voluntati obiecti bonitatem, aut malitiam. Tertium imperium quoddam, quod à quibuſdam adſtruitur reſolutorie intimans voluntati partem, quæ ab ea amplectenda eſt. De primo nulla eſt difficultas, nam intellectuales habitus non habere influxum immediatum in actus voluntatis liberos, nec neceſſariam connexionem cum illis res eſt, magis perſpicua, quam demonſtrari poſſit. In ſecũdo non nihil ſolum difficultatis eſſe poteſt, & ſic oſtendo iudicium illud non habere neceſſariam connexionem cum actu libero. Primo quia iudicium non mouet voluntatem per influxum phyſicum, & determinatum in actum liberum, ſed per propoſitionem indifferentem, hoc eſt, repræſentationem bonitatis obiectiuæ ex vna parte, & malitiæ ex alia, quo fit, voluntatem, facta ea propoſitione, indifferentem eſſe ad amandum obiectum, & non non amandum, ad odio proſequẽdum, & non proſequendum, ergo tantum abeſt, vt iudicium hoc per neceſſariam connexionem, quam habeat cum actu libero voluntatis, indifferẽtiam euertat, vt potius eam inſtruat, & fundet; Qua ratione Theologi merito dicunt ſolam Dei intuitionem, vim habere trahendi ad ſe neceſſario voluntatis amorem, eo quod nec in obiecto clare viſo, nec in exercitio amoris, aliqua ſit ratio mali, aut moleſtiæ. Secundo idem probo, quia primum iudicium in vnaquaque re eſt actus omnino neceſſarius, hoc eſt, nec in ſe immediate, nec denominatiue liber, primum patet, quia intellectus noſter non eſt in ſe formaliter potentia libera: ſecundum patet, quia ſi primum iudicium eſt ante actum voluntatis. Non fuit aliquis liber voluntatis actus, à quo liberi denominationẽ poſſet habere, cum nihil ſit volitum, quin prę cognitum, & vt ſupponimus illud eſſe primum iudicium, ita & nullum actum liberum voluntatis præcedere ſupponendum eſt; ex quo, ſic probo intentum, cum hoc iudicio omnino neceſſario habet per te neceſſariam connexionem actus voluntatis futurus; ergo non eſt liber. Probo conſequentiam, nec in poſitione iudicij eſt aliqua libertas, aut contingen-

Digitized by Google

tingentia, nec eo poſito, in poſitione actus voluntatis, quippe qui exte neceſſariam connexionem habet cum actu iudicij, ergo nullū concedis locum libertati in cæterorum actuū coordinatione, & concatenatione, cum in his eadem prorſus ratio militet. Vnde, aut concedere debes iudicium aliquod, quod ſolum contingentem connexionem habeat cum actu libero, & in quo propter hanc rationem eum futurū eſſe certo cognoſci nequeat, aut omnium actuum noſtrornm libertatem destruis.

17 Nihil antecedēs in intellectu in quo futurum contingēs cognoſci poteſt.

18 *De imperio intellectus.* Tertium quoad imperium longiorem petit diſcuſsionem, quam, Deo dante, adhibebo in Tract. de prædeſtinatione diſp. 12. cap. 4. Modo breuiter, hoc argumento proximè formato, ſufficienter conuincitur, nam vel imperium hoc immediate, & proxime adhęret iudicio proponenti, quin inter illa interſit actus liber voluntatis, vel aliquis intereſt: Si primum vt iudicium propter connexionem neceſſariam cum actu libero omnem locum libertati occludebat, ita imperium occludit, ſi eandem habet connexionem; ſi non habet, ſed ſolum contingentem, vt in iudicio, nonpoteſt haberi ſcientia metaphyſice certa de futuritione actus liberi, ita nec in imperio. Si ſecundum, ergo imperium hoc neceſſarium non eſt, ad hoc vt voluntas edat actum liberum. Patet conſequentia, quia ante ipſū fuit actus liber proximus iudicio proponenti. Quo fit tum non cognoſci omnem actum liberum in imperio, tùm vt ſuperuacaneum reijciendum eſſe. Probo hoc ſecundum, primum namque ſatis perſpicuum eſt, nam, vt ille primus actus liber fluxit à voluntate ante imperium immediate poſt propoſitionem iudicij, & eo voluntas juxta naturæ ſuæ exigentiam, aut amore, aut odio proſecuta eſt obiectum, ita ſe gerere in alijs poterit obiectis. Mitto alia in locum allegatum.

P. Vazquez *Voluntas proſequi ſolet obiectū in efficacius propoſitum.* Quædam opinio, quā defendit P. Vazquez; 1. parte diſp. 98. cap. 7. & prima ſecundæ diſp. 128. huic argumento aliquid derogare poſſe videtur, ſcilicet propoſitis à iudicio duobus obiectis, altero magis, altero minus efficaeiter, non poſſe voluntatem ferri in obiectum minus efficaciter propoſitum, ideoque in tali ſtatu voluntatem determinatam eſſe ad ſpeciem actus. Cæterum, vt omittam quàm parum habeat probabilitatis hæc ſententia, eo quod libertatem quoad ſpeciem de medio tollat, vt efficaciter probat argumentum noſtrum, & propter alias rationes, quarum non eſt is opportunus locus, Tractatu de prædeſtinatione diſputatione 22. nu. 41. impugno hanc ſententiam, ex ea ſolum fit, Deum in tali iudicio illud certo cognoſcere, amorem futurum in voluntate ſiquis actus futurus eſt, ex efficatiori propoſitione bonitatis; vel odium, ſiquis actus futurus eſt ex efficatiori propoſitione malitiæ, non vero certo cognoſcit, aut odium, aut amorem abſolute futurum eſſe, de quo eſt huius capitis argumentum, quibus prima pars antecedentis ſatis liquet.

Quoad voluntatem, præfati recentiores in principio huius capitis, in ea conſtituunt, pri' natura, quam operetur actum liberum, quandam efficacem præmotionem determinantem eius indifferentiam vniuerſalem, hoc eſt, neceſſariam ad omnem operationem liberam, tùm bonam, tùm malam, atque indifferentem, tùm naturalem, tùm ſupernaturalem, in qua præmotione, prius natura, quam fiat actus, & dum eſt in ſtatu futuritionis in ordine ad inſtantia naturę, tuentur, omnia hæc futura contingentia certo à Deo cognoſci. Vt contra hos argumētum noſtrum formem prænoto, me non agere de præmotione gratiæ, aut efficaci auxilio ad opera pietatis, quia nec licet, nec ad rem eſt, de ea diſſerere, & ſermonem contineo in naturalibus actibus bonis, malis, aut indifferentibus, de quibus tam certum eſt à Deo cognoſci, quàm de ſupernaturalibus. Sed neque in his intentum eſt, præmotionem illam antecedentem directe expugnare, ſed ſolum inſtituo oſtendere, illæſa libertate, præmotionem, ita cōſtitui non poſſe, vt in ea Deus habere poſsit ſcientiam certam, & infallibilem actus futuri liberi. 19 *Nihil antecedēs eſſe ex parte voluntatis, in quo futurum contingēs poſſit cognoſci.*

Sic argumentor, vel cum voluntate ſic præmota per concurſum Dei efficacem ex parte principij, actus ſecundus liber (in ordine ad quem datur) habet neceſſariam connexionem vel non neceſſariam, ſed contingentem? Si primum, ergo nō eſt libertas in progreſsione illius actus à ſuo principio proximo. Conſequētia euidens eſt, quia nullus eſt libertatis vſus in productione effectus neceſſario connexi cum principio proximè conſtituto ad operandū. Hac ratione in productione caloris in ligno approximato, nullum eſt libertatis exercitiū, quia tale principium proxime conſtitutum, & non impeditum, habet neceſſariam connexionem cum calore producto: hac etiā ratione amor beatificus neceſſario procedit à voluntate intuitiuè videntis Deum, quia ſcilicet cum illo principio proxime ſic conſtituto ad amandum, amor ille neceſſariam habet connexionē, & vt propter propoſitionem obiecti non indifferētem in amore procedente ab illa, regulato per illam, nullus eſt libertatis vſus, meritū, aut demeritum nullum; ita in actu libero (quicūque ille ſit) procedente à præmotione prius natura determinante, habenteque connexionem neceſſariam cum illo, dum illa ineſt voluata-

Non eſſe libertas in productione effect' neceſſario cūnexi cū ſuo principio.

Digitized by Google

luntati,& influit in actum, nullus eſt libertatis vſus, meritum, aut demeritum nullum.

20 Reſponſio confutatio. Dices, determinationem viſionis procedere ex obiecto, non vero determinationem prę motionis? Sed contra, cum ad conſeruandam libertatem illæſam indifferentia principij neceſſaria ſit, prius natura, quam operetur ex quocumque capite hæc indifferentiæ reducatur ad determinationem, vt læditur indifferentia, ita libertas, atqui præmotio illa, quæ ſe tenet ex parte principij, ita illud affigit in vnam partem, vt cum ea parte neceſſariam habeat connexionem, ergo in eo ſtatu indifferentiam & libertatem lędit. Fateor in hac præmotione ſic conſtituta, Deum capere poſſe certam ſciētiam futuri actus, vt etiam capere poteſt in viſione, amoris beatifici: At eam ſic conſtituere non patiuntur libertatis iura, vt oſtendi. Si vero dicatur ſecundum, videlicet præmotionē illam non habere neceſſariam, ſed contingentem connexionem cum actu libero futuro, ergo Deus in eo principio non poteſt, certa & neceſſaria ſcientia, affirmare actum liberum futurum, ſed ſolū probabili, & fallibili. Probo ſequellam, quia ſi actus ille liber ſolum habet contingentem connexionem, cum voluntate, prius natura præmota, ſeu compoſita cum prę motione, ergo abſolute loquendo non eſt neceſſarium, ſed ſolum contingens fieri actum liberum in eo momento, in quo præmota eſt, ergo etiam erit contingens non fieri, & eſſe in voluntate negationem actus; ergo Deus non poteſt certa ſcientia, & metaphyſice, neceſſaria, affirmare ex vi huius præmotionis, ſeu voluntatis ſic præmotę, futurum eſſe actum liberum Probo hanc conſequentiam, quia ille non eſt neceſſario futurus per te, etiā cōpoſita prēmotione, ergo ſcientia affirmans illum eſſe futurum ex vi præmotionis, non habet neceſſariā, & metaphyſicam certitudinem. Atqui in Deo eſſe non poſſe iudicium non metaphyſice certum, & coniecturale, cui falſum ſubeſse poſſit inter Theologos, ac maxime inter aduerſarios conſtans eſt, ergo &c.

21 1. ſolutio. *Infallibilis connexio antecedens media inter neceſſariā & contingentem, confutata* Hoc vno argumento intentum noſtrum maniſeſte reuincitur, nempe aut præmotionem cū libertate componi non poſſe; aut in ea futuri contingentis certam ſcientiam haberi non poſſe. Modo effugia quædam noua præcludenda. Primum quidam ex aduerſis Doctoribus noſtrę iam factioni proximius accedentes, conceſſerunt voluntatem ſic præmotam non habere connexionem neceſſariam cum actu libero, & metaphyſice loquendo non repugnare ab eo ſeiungi, negarūt tamen ſolum eſſe inter ipſam & actum liberum contingentem connexionē: ſed dicunt eſſe infallibilem, quæ media eſt, inter neceſſariam & contingentem, eo quod cōnexio infallibilis ſemper de facto coniungitur cum operatione libera, connexio vero contingens non ſemper, ſed aliquando coniungitur, aliquando non, quo inferunt præmotionem illam ratione connexionis infallibilis ſufficientem eſſe; vt Deus habeat ſcientiam infallibilē actus futuri.

Sed contra hanc ſolutionem habeo primo; (ſiue connexio illa appelletur infallibilis, ſiue non, ne hæreamus in nominibus) diſquiro, vel tam arcta eſt, ac ea, quę inuenitur inter Beatū lumine gloriæ, & viſione Dei perfuſſum, & amorem beatificum, vel non eſt? Si primum, ergo vtraque connexio neceſſaria eſt, & ab vtraque pellitur libertatis vſus. Si ſecundum, ergo connexio hæc eſt minor neceſſaria, ergo nō poteſt non habere aliquid contingentiæ. Probo hanc conſequentiam, quia vbi eſt connexio inter duo extrema, & nulla contingentia ſeparationis, eſt neceſsitas, & vbi non eſt neceſſitas connexionis, eſt cōtingētia non connexionis. Tūc ſic, ergo in ipſa etiā ſciētia Dei minor erit certitudo de actu libero futuro à voluntate efficaciter præmota, quam de amore beatifico futuro à voluntate videntis Deum, nam quo minus connexionem inter principium, & actum, minuas etiam certitudinem in ſcientia Dei neceſse eſt: quo fit primum ſcientiam Dei non eſse ita certam, vt ſaltem methaphyſicè, ei falſum ſub eſse non poſsit, probo illationē, quia per te connexio inter præmotionem, & actum liberum non eſt ita neceſsaria, vt actus ille ſeiungi, ſaltem methaphyſicè, non poſsit ab ea; ergo vt hoc ipſo, quod de facto ſeiungeretur, redderetur falſum iuditium, quod affirmat eſſe futurum actum, ita hoc ipſo, quod methaphyſice poſsit ſeiungi, iuditium affirmans nō eſſe ſeiungendum, ex vi præmotionis ſubit periculum falſitatis in caſu methaphyſico. Fit ſecundum præmotionē illam non poſſe non habere cōnexionem contingentem cum actu libero: probo illationem, quia ſi non repugnat ſeparari actum liberum a præmotione, vt fateris, ideo non repugnat, quia præmotio eſt propria potentia libera, eique accommodata, nā ſi eſſet præmotio accommodata potentiæ neceſſariæ omnis ſeparatio etiam methaphyſicè repugnaret. Ergo ex libertate potentiæ, vt à radice oritur ea ſeparabilitas methaphyſica. Sed hoc ipſo, quod ex libertate voluntatis oriatur, non poteſt non eſſe contingentia; ergo præmotio illa, ſolum habet connexionem contingentem cum operatione libera. Probo hanc minorem, quia libertas voluntatis conſiſtit in indifferentia ad vtrumque oppoſitum, per quā pro arbitratu modo ſe inflectit ad vnam, modo ad aliam partem ex oppoſitis, indequè cōtingens eſt, quod alteram partem amplectatur

Confutatio 1.

ſed

Digitized by Google

ſed per ſe voluntas affecta præmotione conſeruat indifferentiam hanc, & ſeparabilitatẽ ab operatione libera ratione huius indifferentiæ: ergo neceſſario conſeruat aliquam contingentiam; ergo etiam ſcientia Dei non erit omnino certa, & infallibilis, ſed ſubibit contingentiam

2.confutatio. Habeo ſecundo, vel voluntas ſic præmota prius natura, quam operetur habet potentiã phyſicam, vel logicam, ad non operandum, vel nullam? ſi hoc ſecundum, ergo nullam habet libertatem, vt probat noſtrum argumentũ, ſi dicas nõ phyſicã; cõtra primo; ergo pariter ſciẽtia Dei habet potentiam logicam, vt falſa ſit. Contra ſecundo, ergo in voluntate ſic præmota non eſt libertas phyſica: imo nec vlla abſolute, quia omnis libertas eſt potentia phyſica ad vtrumque ex oppoſitis; nam vt logica potẽtia eſt potentia per rationem noſtram; ita eſſet ſola libertas rationis non realis. Si dicas habere potentiam phyſicam, non moralem. Contra primo ergo pariter ſcientia Dei licet moraliter falſa eſſe non poſsit, phyſicè tamen poterit. Contra ſecundo, quod eſt moraliter ſolum impoſsibile; abſolute eſt contingens eo quod ea pars, qua dicitur moraliter impoſſibilis ex terminis non repugnat, ergo abſolute erit contingens ſcientiam Dei reddi falſam.

3.cõfutatio Habeo denique, reſponſionem repugnare in terminis, dum quærit medium inter neceſſarium, & contingens. Nãſi ea eſt ipſa præmotionis natura, vt ipſi non repugnet actum liberum ſeiungi ab ea, idque ipſum eſt conſentaneum naturæ voluntatis. Vnde tu affirmas nunquam de facto ſeiungendam, præcipue cum ſeiungi, aut non ſeiungi poſitum ſit in arbitratu voluntatis? hoc non habes ex reuelatione, vt conſtat, non a poſteriori; quia perte nunquam de facto ſeiuncta eſt, ex quo veluti à ſigno potius colligendum eſſet oppoſitum, ſcilicet ſeiungi non poſſe. Non a priori, quia in ſe non eſt tibi oſtenſa, aut demonſtrata ex cauſa, natura talis prẽmitionis; non denique ex natura voluntatis, quam præmouet; quia hæc iuxta exigentiam ſuæ naturæ; vt petit ex parte intellectus, ſecundũ quod in differens eſt, propoſitionem indifferentem, ita ex parte principij concurſum cauſæ primæ indifferentem, non præmotionem ad vnam partem moraliter determinantem, id quod lumine naturæ euidentiſsimum eſt, nam vt cauſa ſecunda determinata, exigit à prima concurſum determinatum, ita indeterminata, & indifferens concurſum cauſæ primæ indeterminatum & indifferentem, ergo nulla ex parte conſtare tibi poteſt præmotionem hanc eſſe eius naturæ, vt tu effingis ſine fundamento, vt verbis ſaltem eludas efficaciam argumenti facti.

Vt cauſa ſecũda determinata petit concurſũ primæ determinatum, ita cauſa ſecunda in determinata cõcurſum primæ indeterminatũ

22 Ex doctrina M. Aluarez in lib. 9. de auxilijs diſp. 92. & 94. & 115. aliud poteſt parari effugium argumento facto ex dictitata illa diſtinctione ſenſus diuiſi, & compoſiti, quam ibi in prima concluſione ſic declarat, quando dialectici, dicunt, aliquit eſſe poſsibile in ſenſu compoſito, nihil aliud ſignificant, quam modalem compoſitam eſſe veram. Similiter quando, dicunt aliquid eſſe impoſsibile, in ſenſu compoſito, ſignificant modalem compoſitam de poſſibili eſſe falſam, v. g. quando dicitur, prædeſtinatum non poſſe damnari, in ſenſu compoſito ſignificatur quod eſſe prædeſtinatum, & actualis damnatio, non poſſunt ſimul eidem competere. In ſecunda concluſione compoſitionẽ factam ait, vnius actus cum potentia ad oppoſitum, verum habere ſenſum; vt cum dicimus, voluntatem præmotam à Deo, poſſe diſſentire, quia hæc non ſunt incompoſsibilia, & quod Deus præmoueat efficaciter ad actum, & quod in ipſa ſit potentia ad diſſentiendum. In tertia ſi fiat compoſitio, auxilij efficacis cum actuali diſſenſu, impoſsibile eſſe, in ſenſu compoſito, quod ſic præmotus à Deo diſſentiat. In quarta, modalem propoſitionem compoſitam, eſſe illam in qua, dictum ſubijcitur, & modus prædicatur, vt hæc prædeſtinatum damnari, eſt poſsibile, quam reddere, abſolute ſenſum falſum arbitratur, quia, vt vera ſit, propoſitio modalis compoſita, requiritur quod propoſitio de in eſſe ſecundum vtrumque extremum dicti ſit poſsibilis; v. g. quod aliquis ſit actu prędeſtinatus, & actu damnetur; modalem vero diuiſſam eam eſſe, in qua modus interponitur dicto, vel ſe tenet ex parte verbi, vt hæc prædeſtinatus poteſt damnari, & hæc prædeſtinatus, poteſt eſſe damnatus, quam putat abſolute veram; quia cum reddãt ſenſum diuiſſum non requiritur quod vtraque forma, ſeu actus ſecundus importatus in propoſitione, componantur ſimul tempore in eodem ſubiecto, vt quod eidem perſonę ſimul conueniat prædeſtinatio, & damnatio, & eidem voluntati præmotio, & negatio actus, ad quod præmouetur; ſed ſolum quod ſimul conueniant prædeſtinatio, & potentia ad hoc vt damnetur, & prẽmotio & potentia ad diſſentiendum, qua doctrina putat ſatisfacere, & Tridentino Seſ. 6. cap. 5 & can. 4. dum ait, hominem inſpirationem diuinam recipientem poſse abijcere, & excitatum vocatum poſse diſsentire. Et ſenonenſi decreto 15. fidei dum ait, *non eſſe tale trabẽtis Dei auxilium, cui reſiſti non poſsit.* Et noſtro argumento, cui cum concedat præmotionem illam efficacem, habere neceſsariam connexionem, cum actu libero futuro, negat perire libertatis exercitium in eius actus productione quia inquit, connexio illa neceſsaria eſt, in ſenſu compoſito præmotionis efficacis, non in

2. ſolutio. *Senſus diuiſus & cõpoſitus vt ab aduerſarijs declaretur.*

ſenſu

Digitized by Google

ſenſu diuiſſo, in quo bene componuntur ſimul in eodem ſubiecto, & præmotio efficax, & potentia ad diſsentiendum, vnde cum aſsentitur etiam efficaciter mota libere aſsentitur.

23 *Not. 1. Collocatio terminorum nihil interest ad reddendũ ſenſum compoſitũ, & diuiſum.*

Hæc, quæ ſatis ad rē, & explicate dicta ſunt ab hoc authore, longiorem petebãt impugnationem, ſed abſtinendum ab his quæ pertinent ad materiam de gratia, & an Tridentinum, & Senonenſe ſatis explicentur. Quod attinet ad rem noſtram, noto primo parum, aut nihil intereſse eam collocationem terminorum in modali propoſitione, quod modus interponatur, aut a parte prædicati ponatur, nec in Ariſtotele habere fundamentum, vt notarunt Toletus lib. 3. ſummulatũm cap. 1. Fonſeca lib. 8. inſtitut. cap. 6.

Not. 2. Quid modalis compoſita: quid diuiſa ex Santo Thom.

Noto ſecundo, modalem compoſitam eſse illam, in qua ſignificatur prædicatum conuenire ſubiecto, ſecundum rationem formalem ſubiecti, modalem vero diuiſsam in qua ſignificatur prędicatum conuenire ſubiecto, non ſecundum rationem formalem, ſed ſecundum materialem vbiuis modus collocetur. Ita expreſse Diuus Thomas de veritate quæſt. 23. art. 3. in hęc verba, *Cum dicitur prædeſtinatus, In peccato mortali poteſt mori, ſi accipiatur ſubiectum prout ſtat ſub forma prædeſtinationis, ſic eſt compoſita, & falſa; ſi autem accipiatur pro vt cõſideratur ſine tali forma, ſic eſt diuiſa, & vera.* Vbi nota in hoc exemplo à Diuo Thoma allato modum inter dicta poſitum eſse. Idem repetit S. Thomas in reſponſione ad ſeptimum & reſponſione ad octauum ibi, *conſiderando autem tantum modo eſſentiam corui poteſt aliquid ei attribui, quod repugnat nigredini eius, ſecundum quem modum dicit Porphyrius, quod poteſt intelligi coruus albus, & ita eſt in propoſito poteſt ipſi homini prædeſtinato aliquid attribui ſecundum ſe conſiderato, quod non attribuitur ei, ſecundum quod intelligitur ſtare ſub prædeſtinatione.* Itaque ex S. Thoma in prędeſtinato duplex ratio conſiderari debet, alia formalis in quantum prædeſtinatus eſt, alia materialis, ipſa hominis prædeſtinati libera ſubſtantia: attenta ratione materiali, quam attendit ſenſus diuiſus, hæc propoſitio *prædeſtinatus poteſt damnari* vera eſt, attenta ratione formali, quam directe ſignificat ſenſus compoſitus falſa, quia prædeſtinato ſecundum quod prædeſtinatus eſt, non competit potentia, ad hoc vt damnetur: ita hoc explicat P. Fonſeca vbi ſupra.

Non nego, ſatis apte etiam dici modalem compoſitam illam eſſe, quæ ſignificat eodem tempore eidem ſubiecto conuenire formam vtriuſque dicti, diuiſſam vero, quę ſignificat alio tempore, in quo caret forma vnius dicti poſſe competere formam alterius. Ita Toletus ſupra, & cõſonat Aluarez in doctrina relata

Verum conſtanter nego, quocumque ex his modis explicetur ſenſus compoſitus, & diuiſſus ſatisfieri argumento facto contra libertatem noſtram, ſi concedatur tam neceſſaria cõnexio inter præmotionem efficacem, & actum liberum, quam eſt inter amorem beatificum, & intuitiuè videntem Deum: etenim viſio beata ſolum in ſenſu compoſito infert neceſsitatem amoris, nec à voluntate tollit potentiam non amandi, cum caret illa; ſed hoc ipſo quod cum viſione componi non poſsit, negatio amoris exulat ab illo amore omne libertatis exercitium, ergo pari ratione, etſi præmotio efficax non deſtruat potentiam in voluntate ad diſſentiendum, dum caret illa, nihilominus tamen quia ſimul cum illa componi non poteſt in eadem potentia, & in eodem tempore diſſenſus, aut negatio aſſenſus, in aſſenſu præſtito à voluntate præmota exulet omne exercitium libertatis neceſſe eſt. *Impugnatio.*

Reſp. ex Aluarez.

Hoc argumento male agitatus Aluarez, in eadem diſput. in reſponſione ad confirmationem tertij argumenti numero 12. conatur conſtituere diſcrimen; concedit amorem illum ſimpliciter neceſſarium eſſe, quoniam ait, in illo ſtatu manet expleta tota capacitas intellectualis naturæ; vnde non ſolum non habebit actum contrarium viſioni, aut dilectioni beatificæ, ſed nec etiam poterit illum habere, quod explicat exemplo materiæ cæleſtis, cuius capacitas ita expleta eſt forma cęleſti, vt alienam excipere non poſsit.

Confutatio.

Sed quis non videat; nullum eſſe diſcrimē hoc, nec enim actus liber eſt, aut liber eſſe deſinit, quia procedit a capacitate naturæ expleta, vel non expleta, ſed quia procedit à principio determinato, dum eſt ſub tali determinatione ſub qua ei principio impoſsibile ſit alterum extremum indifferentiæ, vt ex terminis conſtat. Aliàs dicant nec fatum Stoicorum libertatem euertere, contra quos Auguſtinus lib. 5. de Ciuitate cap. 9. & 10. quia etſi determinet omnino principium non procedit à natura intellectuali expleta, nec illam qualitatem à Deo produci poſſe in noſtra voluntate, per quam vſus libertatis & indifferentiæ impediatur.

Aliqui aduerſariorum, auſi ſunt concedere, ſtante iudicio indifferenti, nec de potentia abſoluta, aut per principium intrinſecum, aut extrinſecum poſſe eam vim voluntati inferri, quę in actu libertatem deſtruat, quod ipſe Aluarez vbi ſupra innuere ſatis videtur; & expreſſe affirmat diſput. 116. Sed cum in iudicio indifferenti non ſit formalis, ſed radicalis libertas, vel adhuc eo poſito poteſt Deus in voluntate, in qua eſt formalis libertas eam impedire: vel potius dicere debuiſſent, Deum non poſſe ſtante iudicio indifferenti im- 24 *Alia reſpõſio.*

mitte-

Digitized by Google

mittere in voluntate præmotionem phyſice prædeterminantem, eo quod iudicium indifferens eſſentialiter poſtulat principium indifferenter inſtructum in actu primo. Vnde repugnat in actu primo conſtitui voluntatem per præmotionē indifferentiam ab actu primo expellētem. Sedde hoc alias.

Ratio a priori.

Ratio à priori, quare præmotio illa, ſi neceſſariam habet connexionem, cum actu etiam in ſenſu compoſito, pugnet cum libertate hæc eſt. Quia nec in ſuppoſitione, ſcilicet, infuſsione præmotionis a Deo, eſt vſus libertatis, nec etiam ea poſita in voluntate, in productione actus: qua ratione dici ſolet ſuppoſitionē antecedentem pugnare cum libertate.

25 *Concedit Aluarez præmotioni ſecundū ſe, poſſe in ſenſu compoſito voluntatem reſiſtere.*

Hoc loco obſerua, doctrinam ipſius Aluarez diſp. 93. num. 2. vbi ait, hanc præmotionem dupliciter conſiderari poſſe, primo ſecundum ſuam entitatem præciſſe, quatenus eſt quædā realis motio in voluntate recepta: ſecundo ſecundum omnem virtutem, quam habet, vt venit à Deo, & vt eſt inſtrumentum voluntatis Dei volentis efficaciter hominem adſe conuertere. Secundum primam conſiderationem nullam, ait, eſſe controuerſiam inter authores vtriuſque ſententiæ cum omnes fateantur liberum arbitrium reſiſtere poſſe motioni efficaci; non vero ſecundum aliam, vt non poteſt reſiſti voluntati Dei. In qua doctrina & nobis concedit intentum, & ſibi non videtur conſtare; nam ſi eſt in noſtra voluntate, poteſtas ad reſiſtendum illi qualitati, ſecundum ſuam entitatem conſideratæ, præſcindendo à voluntate Dei, perquam infunditur, ergo in ea vt ſic, vt complet cauſam proximam actus liberi, Deus certo cognoſcere non poteſt eum eſſe futurum. Conſequentia eſt euidens, quia in principio, cui voluntas poteſt reſiſtere non habet actus futurus neceſſariam futuritionem, ergo ab eo ſcientia capere non poteſt neceſſariam certitudinem, vt ſæpe intuli, in quo ſibi etiam nō conſtat, nam tum lib. 9. diſput. illa 92. tum lib. 2. diſp. 12. expreſſe tuetur, Deum in præmotione efficaci, cognoſcere actum futurum, quod conſtare non poteſt cum hoc, quod diſp. 93. affirmat, ſcilicet præmotioni ſecundum ſe conſideratæ reſiſtere poſſe, ſi dicat, in hac præmotione cognoſci à Deo, actum eſſe futurum, quatenus petit procedere à decreto efficaci actus, ſit præmotionem ex ſua natura talem eſſe, vt inferat in Deo decretum efficax actus tamquam proprium principium ſui: ergo ſecundum ſuam entitatem talis eſt, quæ ſimul inferat & decretum efficax in Deo, & actum futurum: ac proinde verum non erit ipſius entitati ſecundum ſe liberum arbitrium reſiſtere poſſe, vt dixerat dip. illa 93. num. 2. probo hāc conſequentiam, quia ex ſua ipſius entitate, & infert decretum efficax actus, & ipſum actum; ergo voluntas ei ſecundum ſuam entitatem nequit reſiſtere. An vero circa hæc contingentia eſſe poſsit decretum abſolutum antecedēs in quo hæc futura cognoſcat definio capite ſequenti.

Alia ſol. Aduerſarij conſtituunt mutuam prioritatem.

Non me latet, alios recentiores Thomiſtas in ſcriptis non dum typis excuſsis, aliam viam ingreſſos, vt ex vna parte defendant præmotionem hanc neceſſariam habere connexionem cum actu futuro, ideoque in ea cognoſci poſſe & ex alia ſimul conſtare poſſe libertatem, nam dicunt actum liberum precedere natura adpręmotionem in vno genere cauſæ, ſcilicet diſpoſitiuè, & pro eo priori libertate gaudere: in alio genere cauſæ poſteriorem eſſe natura, ſcilicet in genere cauſæ efficientis, & pro eo nihil poſſe obſtare libertati neceſſariam connexionem. Verum hæc mutua prioritas, ſatis, ſuperque in impetitionibus noſtrorum detrita eſt, nec oportet vt me modo eius expugnatio moretur. Non hic omnia interſerenda, non iugulanda hæc opinatio ante natalitium. Non deerit ſuo tempore, opportunus expugnator, in Tractatu de Auxiliis quem è ſuggeſto dictaui publicè in ſalmanticenſium Academia, anno Domini 1618. hanc refutaui reſponſionem ex profeſſo. *Cōfutatio.*

Produxi quę mihi viſa firmiora fundamenta pro noſtra ſententia, proferenda modo quæ pro ſe adducunt allegati in principio Thomiſtæ, & ne nobis cauſentur, quod ea ad fidem nō referam, vt ex M. Aluarez verbatim decerpta retuli verba, ita ex Bañes, ex Ledeſmio proferam fundamenta in ſpeciali. 26

1. Arg. Argumenta ex Magiſtro Bañes.

Magiſter Bañes probat primo tertiam illā concluſionem ex S. Thoma in hoc art. 13. in illis verbis *Deus autem cognoſcit omnia contingētia, non ſolum prout ſunt in ſuis cauſis, ſed etiam prout vnum quodque eorum eſt actu in ſe ipſo.* Ergo ex Diuo Thoma cognoſcit hęc contingentia in ſuis cauſis. Cæterum, hoc nullum fundamentum eſt legenti totum contextum Diui Thomæ, nam in verbis proxime antecedentibus, hæc habet *Vnde quicunque cognoſcit effectum contingentem in cauſa ſua tantum non habet de eo, niſi coniecturalem cognitionem.* Diuum vero Thomam non dare Deo cognitionem coniecturalem, res certior eſt, quam probari debeat, vnde in verbis relatis à M. Bañes plane loquitur de cognitione contingentium in cauſa, ſecundum eſſe poſsibile, & in alia parte verborum, ſecundum eſſe exiſtentiæ. *Solutio.*

Secundo probat ratione, Deus cognoſcit contingentia, ſecundum omnem modum, quem habent, ergo cognoſcit contingentia ſecundum modum, quem habent in ſuis cauſis. *2. Arg.*

Reſpon

Digitized by Google

Reſpondeo nullius momenti eſſe rationem. Solutio. Concedo conſequens,& conſequentiam in bono ſenſu. At probandum illi erat contingentia hæc ſecundum modum, quem habent in cauſis,cognoſcibilia eſſe,vt futura, quod nec probat, nec probare poteſt, quia ſecundum modum,quem habent in cauſis,non habent determinationem ad futuritionem, ſolum ergo ea cognoſcit ſecundum hunc modum,vt poſsibilia.

27 3 Arg. Solutio. Tertio probat,Deus cognoſcit,quod Antichriſtus modo non exiſtit,& quod poſtea futurus eſt,ergo cognoſcit quod Antichriſtus modo habet eſſe in ſuis cauſis.Eodem pede claudicat hæc ratio,concedimus vtramque partẽ antecedentis,negamus conſequentiam,Deum ſcilicet cognoſcere Antichriſtum determinate exiturum in ſuis cauſis,quia non habet determinatam futuritionem in cauſis. Sẽper ſupponit probandum.

Pro ſecunda parte concluſionis,format hãc rationem,Deus cognoſcit futura contingentia in ſuis cauſis particularibus,quatenus ipſæ particulares ſubijciuntur determinationi, & diſpoſitioni diuinę ſcientiæ,ſed hæ cauſæ vt ſic ſunt determinatæ,& completæ, & non impeditę ad producendum effectus contingentes,ergo Deus cognoſcit futura contingentia, prout ſunt in ſuis cauſis determinatis.Sed hęc ratio non intendit probare Deum hęc contingentia cognoſcere in cauſa ſecunda, & proxima ſolum;ſed ſimul cum cauſa prima adiuncto decreto diſponente de futuris contingentibus, de qua re cap. 3.Non amplius Bañes.

1. Arg. *Argumẽta ex Ledeſma.* M.Ledeſmus ſupra concluſione ſecunda eãdem ſententiam probat, primo tranſcribens quæ ex Bañes retulimus.Addit ex art.13.in ſolutione ad primum,& ſecundum Diuum Thomam docuiſſe ſuam ſententiam. Sed incuriæ tribuo, hæc allegaſſe,cum ibi nec verbum ſit, quod faueat.

DEINDE adducit S.Thomam 1. contra Gentes capite 67. in tertia ratione in hæc verba, *ſicut ex cauſa neceſſaria ſequitur effectus certitudinaliter,ita ex cauſa contingenti completa,ſi non impediatur*, ſed cum Deus cognoſcat omnia, ſcit non ſolum cauſas contingentium,ſed etiam ea,quibus poſſunt impediri,ſcit igitur per certitudinem. an contingentia ſint,vel non ſint. Solutio. Verum ibi Diuus Thomas,loquitur de cauſis, & effectibus ſecundũ quid contingentibus;reſpectu particularis & impedibilis cauſæ, abſolute vero neceſſarijs inſpecto omni cauſarum ſecundarum concurſu. Ferr. P.Suarez. Ita Ferrarienſis ibi,& P.Suarez lib.1. de abſoluta ſcientia futurorum cap.1.& 3.

2.Arg. Solutio. Quinque congerit rationes, non ſolutæ hæ ſunt.Prima ponit probatum in tractatu de auxilijs,omnes cauſas liberas indigere præmotione efficaci prædeterminante ad omnes ſuas operationes,ergo in voluntate ſic pręmota, & prædeterminata certiſsime Deus cognoſcit futurum contingens,antequam exiſtat. Reſpõdeo negando antecedens, de quo quoad noſtram rem ſatis fuſſe diſſerui ſupra.

Secunda ex Durando, Deus propter ſuam infinitam perfectionem comprehendit naturam voluntatis, & omnia, quæ illam poſſunt impedire,& determinare, ergo in illis omnibus Deus intuebitur,ad quam partem voluntas ſe inflectet. 28 3.Arg. Durand.

Hæc ratio non fauet huius auctoris ſententiæ,ſed Patris Molinæ, qui etiam, vt in fine huius capitis refero,& refello,putauit in cauſa non ratione phyſicæ præmotionis determinantis, quam ipſe ab ſcholis exterminauit; ſed ratione ſuper comprehenſionis Dei, cognoſci hæc futura; vbi nota Ledeſmium in Molina parum verſatum, quod cum referat pro noſtra ſententia, vt confutet: nefas autem eſt impugnare Doctorem, quem non legeris. Solutio.

Tertia ratio Angelus, vel dæmon virtute naturali cognoſcit futura in ſua coniectura probabiliſsima, ergo Deus, qui infinite ſuperat Angelicam cognitionem, certo & euidenter. 4.Arg. Reſpondeo negando conſequentiam, quia futurum in cauſa certo, & euidenter cognoſcibile non eſt; Non amplius Ledeſma. Solutio.

Nihil habet Aluarez quod iam ſolutum non ſit.Expendat modo lector & ęqua lance libret vtriuſque partis præſidia,quàm expreſſa habeat noſtra ſententia pro ſe verba Diui Thomæ,quam leuia afferantur a contraria parte,quam ſit noſtra antiquorum Thomiſtarum, doctiſsimorumque virorum authoritate roborata,quam ſit ſimili authoritate contraria deſtituta,quam ſit neruoſa,vel vnica noſtra ratio nunquam ſuperata,quam leues contrariæ, & iuſtam pronunciet ſententiam, vtra ſit ex his veritatis, & Diui Thomæ mentis ſectatrix.

Venio ad P.Molinam, is in hac 1.parte diſput.15.in concordia diſp.49.& 50.Deum per ſuper comprehenſionem eminentiſsimam, altiſsimamque liberi arbitrij creati non ſolum cognoſcere,quid poſsit efficere,nec ſolum alterum è contradictorijs effecturum, ſi in his, aut illis,vel infinitis rerum ordinibus collocetur, hoc enim totum ad ſcientiam naturalem Dei ſpectat,verum etiam quid re ipſa voluntas ſit effectura,ex hypoteſi,quod à Deo collocetur in hoc rerum ordine, quo eam collocauit;Itaque prius ratione quam Deus decernat eam collocare in hac rerum periſtaſi nouit, quid 29 P.Mol. *Sententia P.Mol.de cognitione futurorum per ſuper comprehenſionem.*

Digitized by Google

quid eſſet effectura, ſi collocaretur, poſt decretum vero collocandi, certiſsime videt per ſuper comprehenſionem voluntatis creatæ, in omnipotentia ſua, quid re vera ſit factura, cū tamen poſſet facere oppoſitum. Itaque in cauſa proxima, ſcilicet in voluntate ſupercomprehenſa cōcedit Deo ſcientiam omnino certam futurorum. Addit vero Deum per ſuæ voluntatis comprehenſionem non cognoſcere, in quam partem illa ſit determinanda pro poſteriori rationis. Probat hanc partem. Primo, quia ſcientia hęc in eodem ſubiecto non poteſt conſtare cum libertate, licet poſsit in altero. Secundo, quia ſcientia Dei, reſpectu ſuæ voluntatis, non eſt ſupercomprehenſio, ſed comprehenſio, eo quod obiectum cognitum non ſuperat infinito interuallo, quo ſuperat liberum arbitrium creatum, ad hoc autem vt cognoſcatur, ad quam partem voluntas ſit inflectenda, non ſufficit comprehenſio, ſed ſupercomprehenſio neceſſaria eſt, vnde cum anima Chriſti, & Angelus proprium comprehendant liberum arbitrium, hæc futura non cognoſcunt.

Deus ex Molina in ſua voluntate non cognoſcit in quā partem ſit determinãda

30 *Confutatio ſententia P. Molinæ.*

Hæc pater Molinę ſententia nullum, quem ſciam, habuit poſtea ſectatorem, vel ex noſtris ſcriptoribus, niſi P. Martinum Becanum. tom. 1. ſummæ Theologicæ cap. 10. quæſt. 9. vbi planè ſubſcribit, P. Molinæ in hoc modo dicendi. Eam impugnat P. Suarez vbi ſupra, cap. 3. citato, & lib 2. cap 7. ipſe etiam fatetur diſp. 50. citata neceſsitate coactum eam tueri aggreſſum. Nam cum ipſe in propoſitionibus de futuro contingenti neget eſſe determinatam veritatem, & in obiectis earum in ſe cognoſcibilitatem, & cum futura hęc à Deo cognoſci, fide ſit ſanctum, vt capit. 1. vidimus, non habuit alium modum, quo commodius veritatem hanc defenderet, & libertatem arbitrij cum ea præſcientia conciliaret. Verum contra ipſum hanc vnicam rationem formo efficacem (vt reor) vel Deus in libero arbitrio creato, nude ſumpto, ſupercomprehenſo, cognoſcit hæc futura, vel in eo vt compoſito cum intrinſecis, vel extrinſecis circunſtantijs, quæ concurrunt in hoc rerum ordine, vt illud attrahant ad actum, vel retrahant ab illo; ſed neutrum horum verum eſt, ergo, &c. Probo minorem quoad primam partem, nam quantumuis ſupercomprehenſio obiecti eminentiſsima ſit, cognoſcere non poteſt in obiecto, vel ex obiecto, quod in ipſo, aut ex ipſo, cognoſcibile non eſt, ſed in volūtate nuda, aut ex ea cognoſcibile non eſt; in quam partem ſit determinanda, ergo, &c. Maior propoſitio euidens eſt, nam etſi Deus altiſsime ſupercomprehendat naturam lapidis, in ea, aut ex ea, naturam Angelicam cognoſcere nequit, quia in ea cognoſcibilis non eſt, ergo ſupercomprehenſione non efficitur, quod cognoſcatur in aliquo obiecto, quod in eo, aut ex eo, incognoſcibile eſt. Probo minorem quia nudum arbitrium, propter indifferentiam intrinſecam, non connectitur determinate magis cum amorę obiecti, quam cum nō amore, antequam habeat amorem, aut non amorem, alias non eſſet liberum ad vtrumque, ergo in eo nudo cognoſci nequit determinatè futurum amorem, aut non amorem. Conſequentia eſt euidens ex maiori ſtatuta propoſitione; nam vbi non eſt determinata futuritio, aut connexio cum amore, aut cum non amore, cognoſci nequit etiam per ſupercomprehenſionem, ſi vero Deus cognoſceret voluntatem determinate amaturam, cognoſceret ipſam habere cum amore determinatam connexionem, igitur cognoſceret in voluntate, aut ex ea, quod non eſt cognoſcibile; etenim ſi non cognoſcit ipſam nude ſumptam habere determinatam connexionem magis cū amore, quam cū nō amore, non cognoſcit in ea, aut ex ea, determinatè amaturam magis quam determinatè non amaturam.

Ex his probata etiam manet ſecunda pars minoris, nam omnia illa adiuncta, ſiue intrinſecè, ſiue extrinſecè, ante quam voluntas de facto amorem producat, non connectunt liberum arbitrium, determinatè, potius cum amore, quam cum negatione amoris, ergo ſupercomprehenſione horum adiūctorum nō poteſt Deus cognoſcere liberum arbitrium determinatè amaturum magis quam non amaturum, ac præcipuè in ſententia P. Molinæ, cui inuiſa eſt omnis præmotio, aut qualitas determinans antecedens natura actum liberum, habens ineuitabilem connexionem cum eo, aut negatione eius.

An vero ſi Deus, ſi Angelus, ſi Chriſtus in proprijs voluntatibus, vel in ipſis futuris, cognoſcant, ad quam partem voluntas ſit inflectenda, antequam de facto inflectatur, obſit libertati propriæ in eodem ſubiecto decerno diſputatione ſequenti cap. 9.

Digitized by Google

Cap. 3. *In decreto Dei circa hæc futura Deus ea ſufficienter non cognoſcit, Vbi quale ſit hoc decretum?*

31 *Sententia affirmans.* MATERIA huius capitis affinis eſt materiæ capiti ſuperioris. Partē, quæ affirmat, tuentur præfati Thomiſtę recentiores. Bañes hic dub. 3. Ledeſma diſput. de Scientia futurorum dub. etiā 3. Aluarez lib. 2. de auxilijs diſp. 10. in genere de omnibus futuris contingentibus, & diſp. 11. in ſpeciali in decreto circa actus prauos, & alij eiuſdem familiæ, quos conſulto non nomino. Non omittam Ricardū in 1. diſt. 38. artic. 1. quæſt. 5. Scotum diſt. 39. quæſt. vnica §. *Viſo de contingentia.* Alenſem quæſt. 24. mem. 7. Caietanumq; in hoc articulo eis adſtipulari. Eorum fundamenta commodius refero poſt oppoſitam noſtram ſententiam ſtabilitam, vt feci art. 2.

Bañes. Ledeſma. Aluarez. Richard. Scotus. Alenſ. Caietan.

Sententia negans. Partem, quæ negat, tenēt fore omneſ noſtrę Religionis ſcriptores, præcipui ſunt Bellarminus lib. 2. de Amiſsone gratiæ cap. 2. 4. & 7. P. Molina in Concordia in hunc articulum diſp. 28. & 32. P. Suarez lib. 1. de abſoluta ſciētia futurorum contingentium cap. 6. lib 2. de Concurſu Dei per quinque capita. P. Fonſeca in caput 2. ſexti Metaphyſicæ quæſt. 4. ſec. 6. P. Leonardus Leſsius in libello de efficacia gratiæ cap. 3.

Bellarmin. Molina. Suarez. Fonſeca. Leſsius.

32 *Futura libera in duplici differentia.* Vt diſtinctioni & breuitati conſulamus varijs concluſionibus res explicanda. Primū moneo futura libera eſſe in duplici differentia, priora a ſolo Deo producuntur, & denominatiue libera ſunt, vt Gabriel Angelus, qui per diuinum decretum ab æternitate futurū liberum eſt. Poſteriora ſimul à prima, & à ſecunda cauſa concurrentibus efficiuntur. Hæc ſunt, omnes noſtri actus immediate liberi ſeu boni, ſeu mali, ſeu indifferentes. De prioribus, hęc ſit prima concluſio, ea Deus omnino certo cognoſcit in æternitate in ſuo decreto, antequam in ſe ſint. In hac concluſione concordāt, relati Doctores, & ſi diuiſsi ſint in futuris liberis poſterioris generis. Eam probo manifeſta ratione, Deus cognouit decretum ſuum creandi Gabrielem, ſed non potuit illud cognoſcere, quin ſimul cognoſceret Gabrielem eſſe futurum in temporis differentia ab ipſo decreto, ergo in ſuo decreto cognoſcit Gabrielem eſſe futurum. Maior huius argumenti illæſſa diuina fide negari nequit, quidquid enim ſit de opinionibus erga libera decreta Dei, in quonam conſiſtat libertas, quid addat ad decretum neceſſarium, an reale, vel rationis, an extrinſecum, vel intrinſecum, de quo non nihil a nobis dictum diſput. 2. capit. 2. ex profeſſo explicandum diſput 16. at vt certum de fide eſt, Deum habere decreta libera ex æternitate, licet non noto nobis modo, ita certum eſt, ipſum ea intueri. Minor etiam manifeſta eſt, nam decretum illud eſt abſolutum, & efficax, ex ſua natura, nulli ſubiectum mutationi, aut impedimento, ergo in eo ſcit Deus futurum Gabrielem in decreta à Deo temporis differentia. Auguſtinus in Inchiridio ad Laurentium cap. 95. hæc habet ad hanc rem egregia verba. *Omnia quæcumque voluit Deus fecit in Cælo, & in terra, quod non eſt verum, ſi aliqua voluit facere, & non fecit, & quod eſt indignius, ideo non fecit, quia ne fieret, quod volebat omnipotens, voluntas hominis impediuit.* & infra: *Nec enim veraciter ob aliud vocatur omnipotens, niſi quia quidquid vult poteſt, neque voluntate cuiuſpiam creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus.* Hoc idem docuit Hilarius, lib. 9. de Trinitate dicens, *quæ Deus facere decreuit: in ſua voluntate cognouit.*

1. Concluſ. Auguſtin.

Nihil video momenti, quod huic obſtare poſsit concluſioni. Non me latet Patrem Vazquez hic diſput. 65. cap. 2. aliqua affirmaſſe, è quibus argumenta contra eam poſſent deduci. Verum nec ſunt alicuius momenti, nec in progreſſu omittenda. Vazquez.

33 2. Concluſ. *Decretum Dei cōcurrēdi ad actus noſtros liberos nō eſt ſufficiēs ratio per ſe cognoſcendi eos futuros eſſe.* Secunda concluſio decretum Dei concurrendi cum voluntate libera ad eius actus liberos, ſiue bonos, ſiue malos, ſiue indifferentes non eſt per ſe ſolum ſufficiens ratio, certo cognoſcendi eos eſſe futuros vel non futuros. Hæc concluſio aduerſatur parti affirmanti. Plura continet, quæ prius euoluenda, quam confirmanda. Nota. 1. Noto primo, decretum hoc, voluntatis diuinæ, dupliciter à nobis concipi poſſe: Primo in quantum vult ipſum effectum pręcedentem ab ipſo, & voluntate noſtra, ſcilicet actum liberum, ſeu actionem ipſam, quæ fit, V. G. Pone Deum velle hic, & nunc exiſtere actum amoris ipſius, & actionem, qua fit. Secundo in quantum vult voluntatem noſtram, quæ eſt cauſa illius actus, conſtituere in actu primo proximo, per omnipotentiam ſuam ei aſsiſtentem, quod etiam Deum velle neceſſarium eſt, nam omnis cauſa ſecunda eſſentialiter pendet à prima, non ſolum in eſſe, verum, & in ipſo operari immediato, Vnde non eſt in actu primo, proximo completa, dum non habet prius natura paratam ſibi, & præſto aſsiſtentem omni-

Duplex decreti huius conſideratio.

Digitized by Google

Aſsiſtentia omnipotentiæ Dei cauſæ ſecũdæ fit per decretum Dei.

omnipotentiam Dei, etſi ſit completa in ratione cauſæ ſecundæ, ad hoc autem vt voluntas creata habeat ita aſsiſtentem ſibi omnipotentiam Dei, vt per eam conſtituatur prius natura in actu primo ſimpliciter cõpleto, non ſufficit præſentia localis, quam habet cum omnibus rebus per immenſitatem, ſed vltra requiritur, quod ſpeciali ratione adſit voluntati creatæ, tanquam comprincipium cum ea. Exempli gratia comprincipia creata, vt habitus, & auxilia intrinſeca præter coexiſtentiã localem, habent inhæſionem in voluntate, ergo ad rationem formalem comprincipij vtrũque neceſſarium eſt, & quod in his eſt inhæſio, in omnipotentia eſt ſpecialis aſsiſtentia, quia illa nec eſt, nec eſſe poteſt forma inhærens, ſed aſsiſtens; ea vero à Deo fit per decretum ſuæ voluntatis, quo applicat ſuam omnipotẽtiam, vt aſsiſtat.

Ratio à priori.

Ratio à priori, quare non ſufficit coexiſtentia localis omnipotentiæ cum libertate creata, ad eam conſtituendam in actu primo completo ſimpliciter hæc eſt: nam omnipotentia ex propria natura, eſt facultas operãtis per intellectum & voluntatem, & vt cum operatur, petit applicari à voluntate ad operandum, & in operatione dirigi, ab intellectu, ita cum exercet munus comprincipij, petit applicari ex natura ſua ad id munus per voluntatem.

34 *Dubium occurrens*

Sed dubitabit quiſpiam 1. an duæ voluntates ratione noſtra in Deo diſtinguendæ ſint, prima, qua vellit aſsiſtentiam ſuæ omnipotentiæ cum voluntate creata: ſecunda, qua velit exiſtere actum liberum, & effici à ſua omnipotentia, & à voluntate creata. Reſpondeo, non opus eſſe conſtituere diſtinctionem rationis præſcindentis inter has voluntates, ſed ſolum ex modo concipiendi per ordinem ad diuerſa extrinſeca cõnotata; quid autem ſit hæc diſtinctio rationis præſcindentis, & quod habeat fundamentum, explicui diſput.3.cap.2.

Reſolutio.

Aliud dubium.

Dubitabis ſecundo, quodnam ſit obiectum voluntatis decernentis, vt ſua ipſius omnipotẽtiã aſsiſtat. Ratio dubitandi eſt 1. quia voluntas hæc libera eſt, omnis autem volũtas libera Dei debet habere obiectum aliquod nouum, at hic nullum eſt obiectum nouum, non omnipotentia, non voluntas creata, non coexiſtentia localis vtriuſq;, quia hæc omnia ſupponũtur, nec etiã aſsiſtentia, quia hæc non eſt quid diſtinctum ab omnipotentia, & à voluntate creata, & à coexiſtentia, vel ſi aſſeras eſſe quid diſtinctum, aſsigna, quidnam ſit.

1. Ratio dubitandi.

2. Ratio.

Secundo quia, hæc aſsiſtentia non ſit per inhæſionem, aut per aliquam ſimilem entitatẽ phyſicam inhærentiæ, quæ reperitur in comprincipiis creatis, ſed ipſa libera voluntas applicans, conſtituit formaliter aſsiſtentiam; atqui ipſa non eſt obiectum ſui ipſius, ergo huic voluntati nullum aſsignatur obiectum.

Reſpõdeo breuiter, hanc difficultatẽ fuiſſe tractatam in materia de legibus, & ea plures vidi implicatos, in qua frequentius Theologi docent, obiectũ voluntatis legislatiuæ eſſe ipſam obligationem de nouo ſubditis aduenientem, obligationem vero dicunt eſſe, quandam formam moralem mediam inter entia realia, & rationis: Quia vero hæ formæ morales mediæ, figmenta mihi viſa ſunt, voces vacuæ, ſine rei ſignificatæ nucleo, ideo ibi dixi ipſa opera, ab homine obligato, procedentia ſecundum legis præſcriptum eſſe obiectum illius volũtatis, ita que duplex munus aſsignaui ei voluntati, alterum efficaciter conſtituendi obligationem; alterum volendi operationes fieri ſecũdum normam ab ea præſcriptam. Primum munus dixi ſe ipſa in genere cauſæ formalis exercere. Ad ſecundum ſe habere extrinſece, & intentionaliter. Pariter in noſtra re dici poſſe videtur; decretum illud diuinum, aut comparari poſſe cũ obiecto, quod vult, aut cum actu primo completo, quod per ſe, tanquam per formalem aſſiſtentiam conſtituit; obiectum volitum nihil aliud eſſe poſſunt; vt bene probant rationes dubitandi, niſi ipſi actus, quos quãtum eſt ex parte ſua, conditionate vult fieri à ſua omnipotentia, & à libertate creata, vt magis explico infra cap. 5. quod vero per ſe conſtituit, nihil aliud eſt quam complexum illud ex omnipotentia, & libertate creata, & aſsiſtentia conſtans; aſsiſtentia vero eſt ipſum decretum: hæc in ſententia cõmuni decretum liberũ Dei conſtituente complete per rationem intrinſecam locum habent, at non in noſtra qui arbitramur compleri per rationem extrinſecam, vt dicemus diſp. 16. cap. 10. & ſeqq. ex qua doctrina inferenda eſt huius rei declaratio diſp.19. ad art.8. vbi in cap.2. confuto recentiores Thomiſtas, & cap. 4. propriam declaro mentem.

35 Reſolut.

Obiectũ primum volũtat legiſlatiuæ.

Obiectũ volũtat complẽ actum ... mum co... ſæ cre... per omnipotẽtia

Hinc patet ad rationes dubitandi. Ad ſecũdum iam aſsignamus obiectum nouum voluntati libere, ſcilicet actus liberos aliquo modo futuros ex vi eius. An autem opus ſit aſsignare omni voluntati libere obiectum nouũ exiſtẽs, doceo in tractatu de voluntate Dei vbi ſupra.

Ad primam rationem dubitandi.

Secunda bene probat aſsiſtentiam ipſam, quæ nulla ratione eſt diſtincta à voluntate, nõ eſſe obiectum; non vero probat, voluntatem ipſam per ſe non eſſe rationem conſtituendi aſsiſtentem omnipotentiam. Hic animaduerto, doctrinam hanc grauiſsimam eſſe, & notatu dignam licet non ſit modo pro dignitate explicata.

Ad ſecundam.

36 2. Nota *Non applicat Deus ſuã omnipotẽtiã ad effectus in cõfuſo*

Iam noto ſecundo Deum applicare ſuam omnipotentiam, vt aſsiſtat voluntati ad quoſcumque actus ipſa ſe voluerit inflectere, non in confuſo, aut in genere, nam hæc applicatio

Digitized by Google

catio confuſſa, eſt digna noſtræ prouidentiæ imperfectæ, indigna diuinæ perfectiſsimæ, ſed ad ſingulos in particulari, tum in omni ſpecie, tùm in omni cuiuſuis ſpeciei indiuiduo; nam intellectus diuinus ea omnia non inconfuſſo, ſed in particulari diſtinctiſsima perſpecta habet; ita voluntas pro ſua parte ad hæc omnia eodem modo aſsiſtere facit omnipotentiam, volens, vt præſto ſit, cum voluntate ad omnẽ ſpeciem actus, & ad omne indiuiduũ ſpeciei.

Probatio ſecũda cõcluſionis.

His prænotatis, concluſionem ſecundam, quatenus aſſerit voluntatem conſtituentem actum primum completum per omnipotentiam, non eſſe ſufficientem rationem cognoſcendi certo futura, pro quibus actus ille primus conſtituebatur, probo hac ratione; nam hæc voluntas, nullam habet connexionem neceſſariam cum exiſtentia actus liberi futuri; imo ea etiam ſuppoſita, indifferens manet principium creatum, vt producat, vel nõ producat actum; etenim munus eius nõ eſt determinare principium ex natura ſua indifferens, ſed ipſum adiuuare iuxta exigentiam indifferentem ſuæ naturæ; ac proinde ſolum illud cõſtituit completè potens ſine determinatione, ergo talis voluntas non eſt ſufficiens ratio certo cognoſcendi actum futurum. Confirmo ratione, in voluntate infundendi habitum, Deus nequit cognoſcere actum futurum per habitum, nam poſt infuſsionem liberum arbitriũ vtitur eo habitu, cum libet; & non vtitur, cum non libet, ergo adhuc in manu eius eſt producere, aut non producere actum per habitũ, igitur etiam ſimiliter in noſtro caſu, cum poſt aſsiſtentiam omnipotentiæ in manu arbitrij creati ſit, eà vti, aut non vti, in efficiendo actu, ea voluntas non eſt ſufficiens ratio cognoſcendi effectum futurum.

Volitio Dei cõcurrendi cum voluntate creata, eam nõ determinat, ſed adiuuat.

Confirmatio.

37

Probatur concluſio, in volũtate terminata ad ipſum actum ſecundum.

In volũtate directè terminata ad ipſum effectum, ſcilicet actum liberum, quà non ſolũ vult Deus aſsiſtere ſuam omnipotentiam, ſed re vera fieri actum liberum, conſiſtit punctus controuerſię, in qua vtor ſimili ratione, quà vſus ſum cap. 2. num. 10. ad probandum in pręmotione efficaci, aut non cognoſci actum liberum, aut ſi cognoſci poteſt, lædere vſum libertatis pariter contendo probare, aut decretum hoc non eſſe ita conſtituendum, vt ſit ratio ſufficiens certo cognoſcẽdi futurum actũ, vel ſi ita conſtituatur, vt certo cognoſci poſſit, lædi libertatem. & ſuppoſitis quæ ibi dixi, ſic formo rationem in genere, quæ locum habet in omni actu libero. Vel decretum hoc adeò efficax conſtituitur, vt cum eo iam poſito actus liber habeat neceſſariam connexionem, vel ſolum contingentem. Si primum, ergo vt præmotio phyſica propter efficaciã prædeterminandi, & ſimilem neceſſariam connexionẽ pugnat cum libertate, ita hoc decretum. Probo hanc conſequẽtiam, quia vt infuſio præmotionis non fuit in arbitrio voluntatis, nec ea facta poteſt voluntas actum cohibere; ita poſitio decreti liberi efficacis in Deo nõ eſt in manu voluntatis, nec ea facta, voluntas poteſt actum cohibere, quis enim dicat voluntatẽ creatam diſentire nõ poſſe, facta prędeterminatione creata, quia ea ſuapte natura prædeterminans eſt, & diſſentire poſſe poſito decreto efficaci increato? Nonne abſurdius eſt, quod reddatur irritum abſolutum decretum Dei, virtute voluntatis diſſentientis, quam quod excitatio qualitatis, ſeu motionis creatę reddatur inanis & vacua? Quis hoc non videat? Hæc ratio procedit contra aduerſarios, conſtituentes decreta efficacia intrinſeca ante omnem operationem ad extra: quod ſi decretum efficax includit operationem ad extra, cognoſcere in decreto efficaci, eſt cognoſcere effectũ in ſe ipſo.

Magis repugnat reſiſti à volũtate creata decreto efficaci Dei, quã efficaci Phyſicæ prædeterminationi.

Si ſecundum, ergo adhuc eo poſito decreto, contingens eſt actum liberum fieri, & contingens non fieri, ergo illud non eſt ſufficiens ratio, certo cognoſcendi, actum liberũ futurum eſſe. Vtrumq; membrum dilematis cum ſuis conſecutionibus ſatis vrgenter à me confirmatum eſt capite ſuperiori, in quo etiã præcluſi effugia omnia, quibus aduerſarij contendebant eleuare efficaciam huius rationis.

38

Quidam conſtituũt diſcrimen inter prædeterminationem internam, et decretum Dei efficax.

Non deſſunt noſtro ſæculo, qui cõſtitui poſſe diſcrimen arbitrãtur, inter phyſicam determinationem internam, quam fatentur præiudicare libertati, & extrinſecum hoc decretũ, quod quia extrinſecum eſt, dicunt non immutare modum internum operandi voluntatis, vt præmotio interna. Addunt Deum per tale decretum duo velle ſimul, alterum quod efficaciter exiſtat actus ille liber, alterum quod voluntas liberè, & indifferenter ſuum concurſum exhibeat. Ex hac doctrina propter efficaciam decreti ſimul fieret, illud fore ſufficientẽ rationem, certo cognoſcendi futura, & propter modum, quo vult concurſum, illæſam ſeruari libertatem.

39

Confutantur.

Idem actus eſſe nõ poteſt, liber & neceſſarius.

Sed hi propriam vocem ignorãt, & decretum chimœricum comminiſcuntur. Vt explicem, pono implicare in terminis eundem actum eſſe ſimul liberum, & neceſſarium, nam implicat procedere à ſuo principio determinato, & indeterminato, vt enim ipſum principium in ſe ſimul exiſtere non poteſt indifferens, & determinatum, ſiue determinatio ſit extrinſeca, ſiue intrinſeca, ita actus ſimul procedere non poteſt à ſuo principio liberè, & neceſſario. Exemplum ſit in amore beatifico, qui etſi poſsit reſpicere voluntatem, vt eſt principium indifferens, quando regulatur per fidem, nihilominus hoc ipſo

quod

Digitized by Google

quod procedat à voluntate regulata per intuitionem Dei, procedit neceſſario, ita vt libere vt ſic procedere nequeat. Hoc poſito, ſic argumentor. Actus ille liber, ſuppoſito decreto efficaci intrinſeco, quod etiam eſt comprincipium eius, procedit ab illo neceſſario, & tam ſtrictam habet cum eo connexionem, vt implicet, non procedere, eo rigore, quo implicat non procedere amorem beatificum, à voluntate videntis Deum; ergo ab altero comprincipio, ſcilicet voluntate, non poteſt procedere contingenter, patet hæc conſequentia ex principio poſito, vnde cum dicũt, non immutare modum intrinſecum operandi voluntatis, falſum dicunt, nam decretum illud determinat principium, quod ex natura ſua indifferens eſt petitque libere operari. Nec obſtat quod ſit extrinſecum, nam etſi per ſe formaliter non immutet propter hãc rationem, immutat tamen radicaliter, quatenus eo cogitur Deus, non offerre voluntati concurſum indifferentem ad omnem actum, ſed determinatum ad vnum, ne ſi offerat, quantum eſt ex vi concurſus oblati, poſsibile ſit, caſſum, & irritũ reddi efficax decretum Dei, vt Deo dante ſuſſius demonſtrabo Tractatu de prædeſtinatione in diſp. 23. de electione ad gloriam, ante, vel poſt præuiſa merita.

In eo quod addunt, duo velle per illud decretum, in terminis implicant; nam ex efficacia decreti antecedentis ſequitur determinatio indifferentiæ principij, cum qua, vt conſtare non poteſt libertas, ita nec Deus velle, vt voluntas indifferenter concurrat. Vt exprimam implicationem, quam hi inuoluunt, cõſidero hos ponere Deum cũ voluntate ſic agẽtem. *Etſi à me ita decretus fuerit tuus actus liber, vt iam non poſsit non fieri ex irrefragabili efficacia mei decreti, cum hoc tamen ſimul volo, vt actus à te fiat indifferenter, ita vt ex modo concurrendi, poſſet non fieri.* Itaque Deus vellet hæc implicantia, *& quod non eſſet poſsibile non fieri, & quod eſſet poſsibile, non fieri*, nam vt actus ita a voluntate fiat, vt poſſet non fieri, neceſſarium eſſet, vt à decreto Dei non haberet neceſsitatem exiſtendi, & ſi non haberet neceſsitatem exiſtendi, contingẽs foret decretum Dei efficaciter decernẽs, eius eſſe, irritum fieri. Hæc ratio efficax eſt in omnibus actibus liberis, quæ adeò vrget in actibus malis, vt quidam ex aduerſarijs doctoribus negauerint efficax decretum antecedens circa illos, ac proinde eſſe poſſe Deo rationẽ ſufficientem cognoſcendi; ita Zumel tom. 1. Variarum fol. 150. in ſolutione confirmationis 4. argumenti, vbi affirmat non conſequenter loquendum eſſe de actibus malis, ſicut de bonis, & negandum eſſe Deum prædeterminare, aut prędefinire odium Dei, aut volitionẽ iurandi, & ſe citat 1. 2. quæſt. 111. & 1. parte, quæſt. 22. art. 4. diſput. vnica. Lorca 1. 2. diſp. 34. de peccatis referens Bonauenturam, Alẽſem, Driedonem, & S. Thomam, imo Aluarez lib. 2. diſp. 10. hanc conſtituit ſecundam concluſionem *ſimpliciter, & abſolute dicendũ eſt, Deũ non cognoſcere certo, & infallibiliter peccata futura in aliquo decreto ſuæ volũtatis, quo prædeterminauit liberum arbitrium ad eadem peccata committenda.* Et pie quidem hi doctores, licet incõſtanter, pedem referunt, nam ſi priuſquam voluntas creata præuideatur determinata ad malum, Deus ſuo decreto omnino independenter à libertate creata decernit malum actum, quomodo praua operatio non habet Deum primum inceptorem, & authorẽ? quomodo perditio noſtra non ex Deo? Cõtra Oſſeam cap. 13. quomodo vera ſunt verba Concilij Valẽtini ſub Lotario cap. 3. *Aliquos* (ait) *ad malum prædeſtinatos eſſe diuina volũtate, nõ ſolum non credimus, ſed ſi qui ſunt, qui tantum malum credere velint cum omni deteſtatione, ſicut Arauſicana Synodus, illis Anathema dicimus*, Et Tridentini contra Caluinum Seſſ. 6. Canone 6. definiente *Deum opera mala tãtum permittere, non per ſe intendere, & operari.* Denique quid reſponderet Deus huic æquiſſimę quærimoniæ? Quare ô ſumme Deus cûm arbitrium noſtrum in ſtatu eſſet indifferenti ad bonam, & malam operationem ſecundum ſuæ naturæ exigentiam; tu ipſe abſoluto decreto intrinſeco voluiſti fieri à nobis malã operationem, tam irrefragabili, vt à nullis viribus effici poſſet, ne poneretur decretum, & ne eo poſito, malum à nobis fieret? Nullum mihi perſuadeo fore tam addictum huic ſentẽtiæ, quem ab ea hæc non diuellant, & alia, quæ prætermitto, ſi mente ſincera, paſsione non præoccupata conſideret.

Zumel.

40 *Lorca. Bonau. Alenſ. Driedo. S. Tho. Aluarez. Deus decern. efficac. praua operati.*

Communis ſolutio, quã fuſe explicat Aluarez diſp. 24. libri ſecundi, ait Deum prædecernere actum malum, in quantũ actus, & ens eſt, non tamen eſſe cauſam malitiæ, quia actus ille nõ habet malitiam, vt actus eſt, aut vt ens eſt, ſecundum quas rationes prædecernitur à Deo, ſed vt ab agente deficiente eſt. 41

Solutio communis.

Non eſt is opportunus locus, eis oſtendendi, hac ſolutione nõ vitari prædictum inconueniẽs, nihilominus non omittam vnicam rationẽ, quæ id mihi videtur demonſtrare, & ſummo actũ odij Dei in particulari, is cõſtat ex ratione generica actus, & ex propria vltima differẽtia, qua diſtinguitur ab alijs. Deus, & creatura producunt totam hãc ſpeciẽ, hæc præmota, & determinata, ille præmouens, & prædeterminans. Peto, quando Deus exhibet ſuum concurſum, præmouetq; voluntatem

Nõ pot. prædece. ni actus malus, ens quia prædece. natur, malus.

I 3

tatem, vt ſuũ exhibeat, attingit ne totam ſpeciem Phyſicam odij Dei, vel ſolum rationem quandam logicæ communem, in qua conuenit cum cæteris actibus, audiui quoſdam in diſputationibus, hoc ſecundũ dicentes, quod mihi nunquam probabile viſum, eo quod productioni reali tribuunt præciſsionem intentionalem, in vna entitate indiuiſsibili, quam noſtro ſæculo, nec per intellectum fieri poſſe doctrina accuratior docet, igitur concurſus ille procedens à Deo, & à creatura totam producit naturam actus liberi odij Dei. Vlterius vel malitia moralis illius actus conſiſtit in eius ſubſtantia, aut in aliquo addito intrinſeco poſsitiuo, aut priuatiuo. Si primum. Ergo cum Deus, per ſuum concurſum producat, præmouens, & prædeterminans, totam naturam ſpecificam actus odij Dei, nõ poteſt nõ eſſe prima cauſa, & author eius malitiæ. Si ſecundum, ſcilicet malitiam conſiſtere in addito poſitiuo, vel priuatiuo, cum hoc quidquid ſit neceſſario ſequatur, veluti propria paſsio, ad naturam ſpecificam odij Dei libere effectam, nec enim fieri poteſt, quod natura odij Dei exiſtat in rerum natura facta per concurſum liberum, & quod non ſit moraliter mala, qui eſt cauſa præmouens, & prædetermi nans, ad hoc vt ea ſic exiſtat, non poteſt non eſſe cauſa malitiæ: nam qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, Qua ratione confutatur etiam ſolutio eorum, qui dicebant concurſum Dei ſolum directè attingere rationem communẽ entis, aut actus, quiq; in tendentia reali præciſsionem ponebant, nam cum per illum concurſum Deus non producat rationem generalem entis, repertam in omni eſſentia reali, aut rationem actus repertam in omni actu voluntatis, vt luce ſolis clarius eſt, ſed eam rationem entis, quæ eſt in ipſo actu odij Dei, quæque eſt idem re, cum differentia ſpecifica illius actus, ac proinde nec ab ea ſeparabilis eſt etiam de potentia abſoluta, & per conſequens, nec à malitia propter inſeparabilitatem à differentia vltima, Deus præmouens, & decernens eam rationem entis cum præſcientiã inſeparabilitatis à malitia, hoc ipſo præmouet, & prædecernit malitiam. Porro ipſe homo ideo eſt author peccati, licet nec per ſe intendat, aut operetur malitiã; quia per ſe eſt cauſa actus, cui videt hic, & nunc, vt ab eo fit inſeparabiliter adiũctam eſſe malitiam. Pariter conſulens, & perſuadens illum actum quoad entitatem, licet non intendat malitiam eſſet author moralis eius. Ergo Deus decreto efficaci antecedẽti ipſum decernens & prædeterminatione ita afficiens in peccatum voluntatem, vt repugnet iam non operari illud, erit author Phyſicus peccati.

Quod ſi quis, vt fugiat argumenti rigorẽ, perſiſtat in dicendo ab exiſtentia illius actus, vt à Deo decreta eſt, ſeparabilem eſſe malitiam, ita vt cum ea non habeat neceſſariam cõnexionem, incidit in aliud inconueniens contra ſuam ſententiam, ſcilicet Deum in tali decreto non poſſe cognoſcere aliquam ſpeciem malitiæ actuum humanorum, ſed ſolum rationem entis, aut actus in communi. & quærendum erit ei obiectum, in quo malitias ſpecificas actuum humanorum cognoſcat Deus, cum fide certum ſit eas cognoſcere, de hac re alia habeo tractatu 3. de Prædeſtinatione diſputatione 27. nu. 15. vt dico diſp. 8. cap. 2.

Videnda, & diluenda modo, quæ habent contra nos aduerſarij noſtri fundamenta. M. Aluarez plura congerit Diui Thomæ teſtimonia, & truncatè refert. Primum ex 1. contra Gentes cap. 66. Vbi poſt ſextam rationem, hęc habet verba, *Ea, quæ ſunt præſentia præterita, vel futura à nobis cognoſcit Deus, ſecundum quod ſunt in potentia ſua, & in proprijs cauſis, & in ſe ipſis, & horum cognitio dicitur notitia viſionis. Non enim Deus rerum, quæ apud nos nondum ſunt, videt ſolum eſſe, quod habent in ſuis cauſis, ſed etiam illud, quod habent in ſe ipſis, in quantum eius æternitas eſt præſens ſua indiuiſibilitate omni tempori.* Retuli hęc verba, quia in eis video expreſſam noſtram ſententiam, nam Diuus Thomas in eo capite, probare conatur, Deum cognoſcere ea, quę non ſunt, vt artifex cognoſcit arte facta, antequam ſint, quo exemplo vtitur, in ſecunda ratione, concludens vero, quę ſunt, & non ſunt tribus, ait, modis cognoſci, primo in cauſa vniuerſali, ideſt in omnipotentia ſua, in qua ſolum cognoſcit creaturas, vt poſſibiles ſcientia abſtractiua, non intuitiua, vt inter omnes conſtat, ſecũdò in cauſa particulari, hoc eſt, in proprijs cauſis, quę etiam eſt rerum, vt poſsibilium, vt docui capite 2. in quo expreſsis S. Thomæ teſtimonijs confirmaui in cauſa particulari ſolum cõiecturalem notitiam, quæ procul eſt à Deo futuri contingentis haberi poſſe, Tertio in ſe ipſis, & hanc appellat notitiam viſionis, quia rerum, quę apud nos non dum ſunt, ait Diuus Thomas nõ ſolum videt eſſe, quod habent in ſuis cauſis, quaſi diceret ſi hoc ſolum videret, non haberet notitiam viſionis ſed etiam illud eſſe quod habent in ſe ipſis, in quo habet notitiam viſionis. Hęc ſolum ibi S. Thomas videat, vbi faueat aduerſarię ſententiæ, noſtræ vero fauere perſpicuum eſt.

42 1. Fũdamentum. D. Thom. *Fundamẽta aduerſariorum, ex M. Aluarez.* Solutio.

Secundum teſtimonium affert ex cap. 68. in quarta ratione, vbi affirmans Deum cognoſcere motus noſtræ voluntatis, hæc ait, Deus

43 2 Fũdamentum. D. Thom.

Digitized by Google

Deus non ſolum cognoſcit res ſecundum, quod in ſe ipſis ſunt, ſed etiam ſecundum, quod ſunt in cauſis ſuis, cognoſcit enim ordinem cauſæ ad ſuum effectum. Et poſt quintam rationem concludit, dicens, *quod Deus ſe ipſum cognoſcendo, noſtræ voluntatis motus cognoſcere poſſit*

Solutio. Verum cum ex prædictis manifeſte conſtet, non agnouiſſe D. Thomam niſi cognitionem coniecturalem horum futurorum in ſuis cauſis, vel dicendum eſt, eum locutum de cognitione eorum, vt poſsibilia ſunt, vt ante notaui, vel ſi placet, dic poſita ſcientia conditionaliũ, qua Deus prænouerat, quid eſſet effectura hęc voluntas ex hypoteſi, quod prædecerneret, ſic præmouere in hoc rerum ordine, in ipſo decreto iam poſito, certo, & infallibiliter cognoſcere euentum iam abſolute futurum, & hanc eſſe mentem Diui Thomæ, vt infra doceo, & diſput. ſequenti fuſe tracto.

42 1. Fundamentum. D.Thom. *Fundamenta aduerſariorum, ex M. Aluarez.*

44 3 fundamentum. D.Thom. *Non refertur ad fidē teſtimoniũ D.Th. ab aduerſario.* Tertium teſtimonium ſecunda ſecundæ queſt. 171. art. 6. ad ſecundum vbi hæc verba, *Ad ſecundum dicendum, quod diuina præſcientia reſpicit futura ſecundum duo, ſcilicet ſecundũ quod ſunt in ſe ipſis, inquantum ſcilicet ipſa præſentialiter intuetur, & ſecundum quod ſunt in ſuis cauſis, inquantum ſcilicet videt ordinem cauſarum ad effectus.* Aduerto primo magiſtrum Aluarez falſo referre teſtimonium hoc, nam textus non dicit, *vt ſunt in ſuis cauſis ſecũdis determinatis*, vt ille refert, ſed vt ego retuli.

Solutio. Aduerto deinde in verbis proxime ſequentibus manifeſte mentem ſuam declaraſſe, ſic dicendo. *Et quanuis contingentia futura, prout ſunt in ſe ipſis, ſint determinata ad vnum, tamen prout ſunt in ſuis cauſis, non ſunt determinata, quando poſſint aliter euenire.* Diuus Thomas hæc proferens, nequaquam putare poterat in cauſis haberi poſſe certam futurorum cognitionem, nec enim ignorabat in cauſa, in qua non habet futurum determinatum eſſe, capi non poſſe, ſcientiam eſſe determinati ad vnam partem; nam vt res ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci. Rurſus aduerto expreſſe, ibi notaſſe S. Thomam, quod cum, aliquod futurum enunciatur a Propheta, etſi aliter eueniat, Propheticæ tamen non ſubeſſe falſum, quia ſenſus Prophetiæ eſt, quod inferiorum cauſarum diſpoſitio, ſiue naturalium, ſiue humanorũ actuum rem futuram præindicat, quod verum eſt, etſi res non ſuccedat, et ſic intelligit verbũ

Iſaiæ. Ionas 3. Iſaiæ *morieris, & non viues*, ideſt diſpoſitio corporis tui ad mortem ordinatur. Et Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur* ideſt hoc merita exigunt, vt ſubuertatur. Pariter in Deo ſimile iudicium futurorum contingentium in ſuis cauſis conſtituit ibi Diuus Thom. Quod, & euidentiſsimum eſt, & ab omni imperfectione alienum. Hic etiam refert

43 2 Fundamentum. D. Thom.

verba huius articuli 13. in quibus iam expendi capite ſuperiori Diuum Thomam à nobis eſſe.

45 a fundamentum. Iſaiæ c Ex Iſaia cap. 14. inſigne, vt vocat, affert teſtimonium pro concluſione, ibi, *Iurauit Dominus exercituum, dicens, ſi non, vt putaui, ita erit, & quomodo mente tractaui, ſic eueniet, vt conteram Aſsirium in terra mea &c.* Et infra, *hoc conſilium, quod cogitaui ſupra omnem terram, & hæc eſt manus extenta ſupra omnes gentes, Dominus enim exercitium decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta, & quis auferet eam?* Ex his verbis ſic conficit argumentum ibi Dominus ait, futuram eſſe contritionem Aſsiriorum, ex eo, quod ipſe eam decreuit, & manus eius extenſa cauſabat illam, talis autem contritio dependebat ex actu libero Aſsiriorum, venientium in terram Domini, ergo futura contingentia libera, poteſt Deus certo cognoſcere, in prædeterminatione ſuæ voluntatis.

Vidimus teſtimonia D. Thomæ infelicem habuiſſe exitum, nihil ſecundius ſperet de argumento hoc: nam primo non probat decretum Dei de exercitu Sennecharib, hoc eſt Aſſiriorum, conterendo fuiſſe omnino efficax, & abſolutum, nullamque ex parte liberi arbitrij expectaſſe conditionem, quod ei probandum erat, vt ſolidum eſſet argumentum. Secundo probandum ei erat, hanc prędictionem præceſiſſe omnem contritionis præuiſsionem, & non proceſſiſſe ex ea, ſed ex decreto efficaci cõtritionis, quod probare non poteſt, cum præuiſsio æterna ſit, prędictio temporalis: illud autem *Dominus exercituum decreuit*. Commode intelligitur, de voluntate conſequente præ viſionem, qua Deus complacuit, in contritione Aſsiriorum facta à Iudæis in pænam iniuſtitiæ & arrogantiæ eorum. Tertio cum apud nos certum ſit, præceſiſſe in Deo ſcientiam conditionalem futuræ contritionis, ſi Aſsirij aduentum ſuum in terram Domini maturarent, in voluntate roborandi Iudæos eo modo, quo ipſe præſciebat, ſi communirentur à Deo, fore, vt contererent Aſsirios; eorum ſubuerſionem Deus abſolute futuram, videre ſatis poterat, vt ſtatim doceo. Itaque nihil minus probat, quam decreto abſoluto antecedente liberam Aſsiriorum contritionem eam cognouiſſe. Nõ amplius Aluarez, nam vnica ratio, qua probat concluſionem, nihil habet momenti, quod ſupponit præcedere in Deo decretum efficax, non probat. 46

1. Fundamentum. Solutio ad Fund. aduerſarii ex Ledeſmia. Ledeſma ſupra de autoritate ſolum affert illud Pauli ad Epheſ. 1. *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, quo præcedere decretum efficax ad omnem operationem creatam probari putat. Sed non eſt ad remnã

ſenſus planus Pauli eſt, omnem Dei operationem fieri non caſu, ſed ſuſcepto conſilio, eoque prudentiſsimo.

Quatuor congerit rationes. Prima procedit ex decreto efficaci infundente præmotionem, quod eſſe ſupponit. Secunda quod tale decretum prius eſt ordine cauſæ, & noſtro modo intelligendi, quam res ſit futura. Tertia ex eo quod hoc decretum neceſſariam habet connexionem cum contingenti futuro. Quarta ex eſſentiali ſubordinatione, quam voluntas creata habet in genere cauſæ efficientis efficaciſsimæ diuinæ. Hæ quatuor rationes, quas ipſe fuſe proſequitur; & non ſine ſtudio apud eum leges, negato antecedente corruunt. At à nobis exigunt, vt explicemus, cuius naturæ ſit decretum hoc, quo Deus vult exiſtere actum liberum, & voluntatem noſtram ad ipſum concurrere; nam negari non poteſt Deum non ſolum velle, vt omnipotentia aſsiſtat noſtræ voluntati, ſed etiam vt cooperetur, ita vt reuera cooperationem velit, etiam in actu prauo, nam omnipotentia Dei, quidquid cooperatur directa per intellectum Dei, & applicata per voluntatem Dei cooperatur, & vt eam non dedecet concurrere in actu ſecundo ad cæteras operationes voluntatis, ita diuinam voluntatem non dedecet velle concurſum ipſum, & effectum, vt eſt ab omnipotentia. Dixi id negari non poſſe, & ſi non me latet quoſdam doctiſs. magiſtros ex noſtris aggreſſos hodie defendere non terminari Dei volitionem ad cooperationem, ſed ad duas negationes in omnipotentia, de quo agam diſp. 19.

Deus non ſolum vult aſsiſtere omnipotentiam noſtræ voluntati, ſed etiam cooperationem aliquam habere.

47 Noſtri frequenter decretum hoc per hanc propoſitionem conditionalem declarant, *Deus vult eſſe actum liberum, & ſuum omnipotentiam ad ipſum cooperari, ſi voluntas creata cooperari velit.* Itaque dicunt eſſe conditionatum ex parte obiecti. In re ipſis conſentio; in principijs, quæ ſequuntur erga libertatem Dei in modo loquendi non nihil inuenio difficultatis, quia conditionalis illa, ſi proprie ſumatur, denotare videtur aliquam anteceſsionem, à parte voluntatis creatæ ad actualem Dei concurſum, nullam autem anteceſsionem, aut realem aut rationis eſſe, ex parte concurſus creati, conſtat ex eo, quod is ex proprio conceptu concurſus creati, & cauſæ ſecundæ habet eſſentialem dependentiam à cooperatione cauſæ primæ; vnde nec ratione noſtra poſſumus ei dare anteceſsionem aliquam; nam intelligere liceret exiſtentem concurſum cauſæ creatæ, & ſecundæ in aliquo ſigno rationis prius cooperatione primæ; liceret etiam in eo ſigno intelligere independentem, quod conſtat falſum eſſe, quia independentiam ab eſſentialibus nec ratione tribuere poteſt rei, ſi eam vt eſt in ſe, conſideret. Si conſideraremus rationem communem concurſus, ad concurſum primæ, & ſecundæ cauſæ, admitteremus præciſionem aliquam rationis, at cum conſideramus concurſum cauſæ, vt ſecundæ in particulari, nec ratione à dependentia eſſentiali, à concurſu cauſæ primæ exiſtente, præſcindere poſſumus, ergo modus ille declarandi, in quantum denotat anteceſsionem, non eſt accommodatus ipſi rei, in qua nulla eſt anteceſsio cauſæ ſecundæ ad primam, quod adhuc grauioris eſſet incommodi in actibus ſupernaturalibus, etenim ſi influxus naturæ aliqua ratione antecederet influxum gratiæ (de qua eadem eſt prorſus ratio, quæ de cooperatione cauſæ primæ, cum etiã gratia determinetur a libero arbitrio, ad operandum ſicut cooperatio cauſæ primæ) non poſſet non ſecundum eam rationem gratia eſſe pediſequa naturæ. Sed de hac re alias.

P. Suarez. lib. 2. de auxi. c. 3. & li. 1. cap. 15.

Natura eius voluntatis vt à noſtris declaratur.

Declaratio difficilis.

Nec rationis anteceſsio danda eſt concurſui creato reſpectu increati.

Declaro hoc à ſimili. Voluntas Petri tecum currendi, ſi tu cucurreris, non applicat potentiam curſiuam, nec imperat curſum ſuum, donec preuideat te, iam mouentem ad currendum ergo ſi diuinum decretum ſolum vult exhibere ſuum concurſum ſub pari conditione, ſi voluntas creata velit, non videtur ſufficiens decretum, ad hoc vt omnipotentia applicetur, & cooperetur niſi prius prioritate aliqua præuideat voluntatis cauſalitatem iam incipientem, & cum nulla anteceſsio præcedere poſsit, vt ſatis probaui, non videtur, natura eius decreti bene declarata per eam conditionalem locutionem. Nec mirandum, ſi modus is loquendi aduerſarijs bene paratis ad contradicendum, occaſio fuerit offenſionis.

Et propter hæc, & alia, quorum non eſt is opportunus locus, opus eſſe exiſtimo maiori explicatione. Duplici modo poteſt Deus applicare ſuam omnipotentiam, ad cooperandum cum voluntate creata. Duplici item modo, poteſt velle ipſam cooperationem, & effectum in actu ſecundo. Primo modo, vt non ſolum velit cooperari voluntati, & effectum fieri ab ipſo, vt à concauſa; ſed etiam, vt velit cooperari, præmouendo præmotione determinante, & redigente indifferentiam ad determinationem vnius extremi. Secundo, vt ſolum velit, cooperationem concauſæ, & applicationem, ad ſic cooperandum ſine præmotione determinante, ſed cum excitatione, & vocatione cooperante. Exempli gratia: ſi habitus ſupernaturales eſſent præditi intellectu, & voluntate poſſent quidem velle cooperari voluntati, & confici ſupernaturales actus ab ipſis, non autem poſſent velle cooperari, determinando principium, quia natura ſua non habent vim, determinandi: in aduerſa vero ſententia adſtruẽte præmotionem determinantem: ſi ea pariter gauderet 48

Authoris alia declaratio.

gauderet intellectu, & uoluntate, non poſſet velle cooperari voluntati, quim ſimul etiam vellet prædeterminare. non enim habet virtutem cohibendi ſuum concurſum, ita vt ſolum ſit cooperatio, & non prædeterminatio. Quo fit diuinã omnipotentiã, in quãtũ eminẽter cõtinet vtrumq; modum præmotionis, & coope rãtẽ, & ſolũ cooperantẽ, & determinãtẽ, dupliciter applicari poſſe à decreto diuino, vno modo, vt aduerſarij dicunt, quando ponunt illud decretum abſolutum, & efficax intrinſecũ; alio vero modo, quando vult eam concurrere per modum habitus, & tunc vult cooperationem, & effectum ſine determinatione principij: vnde per hoc decretum, & Deus vult cooperari, & fieri actum ab omnipotentia cooperante, & vult non determinare cooperando.

49 *Decretum concurrendi cum libero arbitrio, non eſt ex natura ſua efficax, ab effectu tamen poteſt accipere denominationem efficacis.*

Addo decretum hoc nõn eſſe efficax; & abſolutum ex natura ſua, ita vt ex natiua efficacitate inferat actum liberum; nam hoc pugnat cum libertate, vt ſatis oſtendi, poſſe tamen accipere aliquam denominationem extrinſecam efficacis, ex adiuncto effectu, quotieſcumque eum ſecum affert; exemplum eſt in præmotione congrua ad omnem actum, quæ eſt efficax in bona opinione, non quia ex virtute natiua phyſica infert actum, ſed quia ſecum affert effectum; ita decretum Dei cooperandi, efficax non incongruè appellari poteſt, quia ſuppoſita præſcientia fururæ cooperationis ei annectitur effectus infallibiliter, maxime ſi vt efficax includit Dei cooperationem, vt dicemus diſ. 16. cap. 10.

An vero conditionalis appellanda ſit, ſeu ſimplex quædam complacentia abſoluta ad quæſtionem denomine ſpectat. Non eſſe ex his conditionalibus, quæ requirunt conditionem pręcedentem, iam oſtendi, neque enim ſenſus decreti eſt, ſi voluntas creata velit ſine Dei cooperatione; vel ſi prius velit aliqua prioritate, ego volo cooperari, vt aliqui ex aduerſarijs noſtris impegerunt; probe enim norunt Doctores noſtri cauſam primam, & ſecundam, etſi adæquatæ ſint in ratione cauſæ primæ, & ſecundæ; at abſolutè partiales eſſe partialitate cauſæ & neutram ex cauſis partialibus incipere ſine alia, aut prius ea poſſe, in quo non placent aduerſarij, & nominatim Ledeſma ſupra dubiolo ſecundo, putat ex eo quod cauſa prima ſit totalis in ſuo ordine, prius incipere, quam cauſa ſecunda, eamque trahi à prima: nam dum effectus pendet à qualibet in ſuo genere, vlla prioritas naturę, aut rationis. de qua his loquimur, alicui ex hic concedi poteſt Melius dixit Leonardus Leſsius de gratia efficaci cap. 4. nu. 4. & 5. vbi explicat, quo pacto cauſa prima, & ſecunda influant cum mutua dependentia exẽ

Ledeſmius notatur.

Leſsius. Melius rẽ explicuit

plo potentiæ, & habitus ſupernaturalis; nam, hoc ipſo quod non ſint cauſæ totales, quarum neutra per ſe ſola poteſt producere effectum, neutra per ſe ſola, aut prius alia in eum poteſt influere Itaque decretum illud Dei ſimplex quædam voluntas eſt, quæ vult ſuæ omnipotentiæ cooperationem, & effectum, reſpicit etiam ex parte voluntatis conditionem concomitantem, non antecedentem, vult etiam negationem determinationis per cooperationem, negationem etiam prioritatis naturæ, aut rationis, negationem quoque prohibitionis in omnipotentia, quatenus à Deo prohiberi poterat, ne concurreret, vt explicui, non loquor de prioritate dignitatis.

Leſsius placet i modo lo quendi.

Vnde non placet, quod concedit idem Leſſius ſupra cap. 10. num. 11. 12. 13. ſcilicet inter cauſam primam, & ſecundam eſſe prioritatem mutuam rationis, licet negat omnem prioritatem naturę. Mouetur, quia ſi petas quare actus ille liber exiſtat hic & nunc, recte reſpondetur quia principium liberum ſe determinauit: ſi vero petas quare ſit ſupernaturalis, bene reſpondebis, quia procedit à gratia. Non inquam placet, hanc appellare rationis prioritatem, nam licet in ipſo actu libero, prædicata communia priora ſint ratione particularibus, quia ab eis non conuertitur eſſendi conſequentia, particularibus namque pereuntibus, vniuerſalia manent, at non prius ratione influit cauſa ſecunda in exiſtentiam actus, quàm prima, & natura, quàm gratia, quia vt dicebam cauſa ſecunda à prima, & natura à gratia habet in his influxibus dependẽtiam eſſentialem, ac proinde nec ratio, rem vt eſt in ſe concipiens, intelligere poteſt prius cauſam ſecundam influere, quam primam, in quemcumque actum, liberum; aut naturam, quam gratiam in actum ſupernaturalem, nam vt omnis prioritas reſpectu alterius in hoc genere fundatur in independentia; ita vt ſit prioritas rationis, aliqua independentia, in ipſa ratione locum habere debet, & cum nec ratione, præſcindere poſsimus a dependentijs eſſentialibus, non debet concedi prioritas rationis, ſed omnimoda ſimultas, & concomitantia.

50 *Reſp. ad rationem. ſi, qua p babat mutuam p ritatem tionis i ter cauſ primam & ſecundam.*

Nec ratio Leſsij probat prioritatem rationis, ſed attributionem commodam rationis, ſine prioritate fundatam in prædicatis in effectu relucentibus; cum merito tribuimus huic, aut illi ex cauſis particularibus ſecundum earum virtutem agendi, reſpondentem eis prædicatis, ideoque ſupernaturalitas actus liberi directe reſpondet gratiæ, non tamẽ prius quã eius libertas, & exiſtentia, quæ directe reſpondet voluntati, non tamen prius quam eius ſupernaturalitas. ideo vero exiſtentia actus hic & nunc reſpondet directe libertati

creatæ

Digitized by Google

creatæ; quia Deus decreto ſuo æterno veluti ei commiſsit ſuam omnipotentiam, vt ea vteretur inſtar habitus, vt libuerit, ex quo liberum arbitrium condidit; vt ei præſto eſſet, ad cooperandum, ne per cooperationem Dei ſtaret quominus in actum liberum erumperet quoties vellet, vnde Deus ſe nobis hoc decreto quaſi obligauit, vt per ipſum non deeſſet, itaque quando operamur, exercitium operationis tribuimus voluntati, non ſine Dei cooperatione, item, quando non operamur negationem operationis, nam cum per Deum non ſtet, ſtat per voluntatem. Quia vero hæc omnia ſemper inuoluunt doctrinam actuum liberorum Dei, mens noſtra petenda ex tractatu de voluntate diſp. 16. & 17. interea magis diſputamus ex communibus principijs, vt ſæpe monui.

Quæ nam vero ſit diuerſitas in modo volendi, & concurrendi ad actum bonum, & ad malum, non eſt nobis neceſſaria pro huius difficultatis reſolutione, id tractatu de prædeſtinat. Deo dante ſæpe explico.

51 3. Concluſ. *Præſuppoſita ſcientia conditionalium in decreto concurrendi cognoſcit Deus actum liberum futurum.*

Tertia concluſio, in voluntate ſecunda concluſione declarata, ſcilicet aſſiſtentiæ omnipotentiæ cum voluntate creata; & cooperandi in effectum, imo; & in voluntate permittẽdi peccatum, præſuppoſita præſcientia conditionata, ſufficienter Deus certo cognoſcere poteſt omnes actus liberos abſolute futuros. Hæc concluſio, adeo eſt perſpicua, vt ipſa eius explicatione ſufficienter probetur, etenim ſi Deus certo cognoſcit hanc conditionalem, ſi ego paratam præſtitero meam omnipotentiam, ad hunc actum hic, & nunc efficiendum, ea ſic vtetur voluntas per ſuam cooperationẽ vt de facto producendus ſit, ſed iam præſto paratam de facto meam omnipotentiam hic & nunc, ergo erit actus. Pariter ſi Deus cognoſcit hanc conditionalem, ſi ego voluero cooperari hic, & nunc, cooperabitur voluntas creata, & fiet actus: ſed volo cooperare, & ſcio me velle, ergo erit actus denique cognita hac conditionali, ſi hominem in tali labendi occaſione conſtitutum, non muniuero hac vocatione, & non ſubtraxero generalem concurſum, ille tentationi ſuccumbet, ſed nollo dare talem vocationem, nec ſubtrahere generalem concurſum & me nolle ſcio, ergo pariter ſcio peccatum futurum, vnde cum ex ea duplici præmiſſa, euidenter nota, euidenter colligatur actum futurum, cui vtraque præmiſſa euidenter nota eſt, futuritio etiam abſoluta actus euidenter nota ſit, neceſſe eſt.

52 *Si ponitur abſoluta prædefinitio actus boni in ea Deus cognoſcit ipſum eſſe futurum.*

Ex quo conſtat in prædefinitione abſoluta actus boni etiam certo cognoſci poſſe, eum eſſe futurum, vt bene docet P. Suarez cap. 6. nu. 4. An vero, hæc prædiffinitio omnino abſoluta concedenda ſit, nec ne, in tract. de prædeſtinatione fuſſe diſp. 23. Quo denique fit Deum præſuppoſita ſcientia conditionata non ſolum cognoſcere actum liberum futurum in ſe ipſo vt declaro cap. 6. 7. & 8. Sed in aliquo antecedenti, quod ſe habet, vt cauſa non antecedenti omnem futuritionem etiam conditionatam, ſed abſolutam, nam hæc voluntas, in qua diximus futura abſoluta cognoſci, præſuppoſita ſcientia conditionata; neceſſario antecedit abſolutam futuritionem rerum, quia nulla res creata, eſſe poteſt abſolute futura ſine voluntate Dei, à qua in genere cauſæ efficientis ſuam capit futuritionem, vt explico infra cap. 5.

53 Suar. *Quid dicẽdum, an in idæis cognoſcat futura contingentia, compẽdioſe.*

P. Suarez cap. 4. tractat. an hæc futura cognoſcantur in idæis diuinis. Conſulto huius rei tractationem omitto, tum quia multa de idæis neceſſario eſſent permiſcenda, tum quia parũ difficultatis eſt in ipſo puncto rei. Non dubiũ Deum cognoſcere futura per idæas, in quantum ſcientia ipſa Dei in idæa includitur, non vero in quantum idæa ad ſcientiam addit ordinem cauſæ, quia ſcientia futurorum vt ſic non eſt practica, nec cauſa eorum, ſed tantum ſpeculatiua, & ratione poſterior, vt doceo diſp. 10. cap. 1. quæ veritas in peccatis futuris manifeſta eſt, nec dubium eſt, has idæas non repræſentare naturaliter futura contingentia, nec ante omnem liberam terminationem voluntatis Dei, alias eſſet neceſſaria connexio actus liberi cum ſuo principio, nec eſſent futura contingentia, ſed futura neceſſaria, denique non dubium eſt, poſt ſcientiam primam liberam horum futurorum in ſe ipſis per aliam reflexe eam cognoſcentem, iterum ipſa cognoſcere poſſe. Id ſatis conſtat ex dictis diſput. 5. cap. 3. §. 2.

Cap. 4. Futura non coexiſtere æternitati toti ex æternitate.

54 *Sententia affirmans.*

NOSTRI temporis Thomiſtæ dominicani conſtanter defendunt, omnes res futuras eſſe nunc præſentes diuinæ æternitati, imo & ſemper præſentes, ſi per particulam *nunc*, & *ſemper* non ſignificentur inſtantia noſtri temporis ſed inſtans diuinæ æternitatis. Itaque antequam ſint in ſua propria duratione per extrinſecam, & alienam menſuram dicunt, eas coexiſtere ſemper æternitati, ſeu æternitati ex

ex

Digitized by Google

ex ęternitate. Difficilis ſententia,difficile explicatur.In progreſſu ex veritatis explanatione difficultas eius,imo rerum inuolucrum patefiet.

Caiet. Primus huius ſententiæ aſſertor ipſo teſtante eſt Caietanus ducentos,& quinquaginta annos Angelico Doctore poſterior,quod non ſine fructu refero,in hunc articulum §. *Ad has obiectiones iſte,* inquit, *locus ab aduerſarijs S. Thomæ iudicatur plenus contradictionis, & erroris,a ſequentibus autem doctrinam illius reputatur adeo obſcurus, vt neminem hactenus viderim,ſiue ſcripto ſiue verbo aſſertiue tueri hoc dictum,& me fateor latuiſſe quindecim annos,ſed nudius tertius dum huius articuli commentationem meditarer,vt arbitror,Diui Thomæ ope veritas plane illuxit.* Ferr. Ferrarienſis 1.contra Gentes cap.66.Caietanum plane ſecutus eſt,& poſtea vno agmine eiuſdem familiæ Thomiſtæ eo impetu in hanc ſententiam conſpirarunt, vt non deſit inter eos,qui putet eam ad fidem,& doctrinam magis ſanam pertinere.Quam immerito,is hoc proferat,diſcurſus,demonſtrat. Vañes. Modeſtius Vañes,in hoc art.§.*ante quam* conc.4. qui cùm Caietano adhæſerit, *communiter*(ait) *omnes Scolaſtici contrariam ſequuntur ſententiam.* Zum. Zumel tom.3.Variarum dub. 1. annexo ad precedens. Aluar. Aluarez lib.2.de auxilijs diſpu. 8. Ledeſma. Ledeſma diſput.2. de ſcientia futurorum cõtingentium dub.1. ad ſecundum argumentum difficultatis principalis. Scio alios ex eadem familia quos conſulto non nomino,quia nihil noui afferunt.

Notatur 1. Caietanus Noto primo in Caietano eius doctrinam contineri expreſſe in Capreolo in 1.diſtinct.36.37.& 38.quod non latuit Caietanum,cum hic ad Capreolum lectorem remittat verſic.*Et per hæc patet.* Videat ille quam noua ſit lux,quæ ipſi affulſit. Et cũ Capreolus tam fidelis ſit Diui Thomæ interpres in ea diſtinct.36.quæſt.1.art.2.cum formidine dixit, eam videri ſententiam Diui Thomæ, noluit tamen ita aſſerere,ſed potius ſibi cauit,ne poſſet hæc ſententia,aut expoſitio illi tribui;nam in fine articuli,*de ijs nihil ait, omnino aſſero,ſed videtur mihi,illa fuiſſe mens Diui Thomæ,* & paulo ante poſt reſponſionem ad 13. reſpondens ad quædam argumenta,*hæc inquit,tenendo primam viam prædictam, hoc eſt affirmãtem, quam tamen non aſſero.* Nec fruſtra Capreolos, tam diligenter expreſsit, ſe non aſſerere hanc ſententiam,nam eo tempore,hoc eſt,centiſsimo,& quinquageſimo anno, à morte S. Thomæ in auditum erat hanc eſſe eius ſententiam. Itaque Capreolo tanta, ac Caietano lux affulſit, non tamen irrepſit tanta nouiter opinandi libido.

55 *Notatur* Noto deinde,in Ledeſma ſupra impoſturam in Patrem Suarez, dicente ſententiam ipſi eſſe ita manifeſtam,& per ſe notam,vt autores,qui non ſunt ex ſchola D.Thomæ (intelligit immerito ſcriptores Societatis) fateantur ſententiam eam maximum habere fundamentum in ſanctis Patribus, & D. Thomam, eam dicendi rationem ſumpſiſſe,ex patribus antiquis,præcipuè ex Auguſtino. *deinde Ledeſmi⁹, impoſturæ in P. Suarez.* Et cum P. Suarez oppoſitam ſequatur, ei impingit ſe ſe opponere antiquis Patribus,& Auguſtino,& D.Thomæ in ſententia, quam agnoſcit eſſe ipſorum, ibi etiam imponit Patri Vazquez ſcientiam Dei futurorum,& præſentium ratione eſſe diſtinctam, quod ex profeſſo impugnat diſput. 64. cap. 4. §. *deinde dico*, & quod ridendum eſt, accipit ab ipſo Ledeſmius rationes impugnandi. *Impoſtura alia in P. Vazquez* Hoc prætermiſſo, quia non eſt ad rem,non poſſum non monere lectorem meum,ſolemne eſſe Thomiſtis noſtri ſæculi, non pati quem quam diſcernere inter cogitata ſua,& ſententiam S.Thomæ, à nullo dicunt, in dubium, vocandum eſſe, clauem mentis D. Thomæ ab ipſis ſolis haberi. Quoties hæc lego, & audio, vel inuitus in mentem venit illud Plutarchi, non facere Philoſophum barbam, & pallium geſtatum: & Herodis Attici in hominem indutum veſte philoſophica, *video,ait,pallium, & barbam Philoſophi,Philoſophum non video.* Ego ſanè in his Doctoribus,homines video, & ſuſpicio doctiſsimos,; at in quibuſdam opinionibus pallium Thomiſticum video, Thomiſtam non video. Hæc abs re non eſſe dicta in præſenti controuerſia teſtimonia, quæ ex D. Thoma ſubijcio, manifeſtum facient. Itaque P. Franciſcus Suarez eam, quam ipſe ſequitur ſententiam, &, quæ reuera eſt D.Thomæ, ait, eſſe cõſentaneam ſanctis Patribus,quibus ipſe ſemper adhæret,nõ eam,quã paucis hinc annis moderni Thomiſtæ dictitant eſſe S.Thomæ.

Fundamenta huius ſententiæ ad finem commedius, ſubijcio,& diluo, pro more.

Oppoſita ſententia negans hanc coexiſtentiam futurorum in æternitate ante ipſorum propriam durationem, & ſolum concedens coexiſtentiam obiectiuam eternam; non quidem tantum ſecundum cognitionem quidditatiuam Dei, cui rationes quidditatiuæ creaturarum obijciuntur,ſed etiam ſecundum cognitionem intuitiuam, cui pręſentialitas illa tẽporalis,qua res ſunt realiter præſentes, tunc ſolum cum exiſtunt in ſua menſura ab æterno obijciuntur. 56 *Sententia negans.* Hæc inquam ſententia imprimis eſt omnium ſcholaſticorum,qui Thomiſtæ nõ ſunt, vt ingenue fatebatur Dominicus Bañes, ita docuit Magiſter ſententiarum in 1.diſtin. 35. vbi, ideo,inquit, *dicuntur Deo omnia temporalia ab æterno præſentia, quia vt ait S. Ambroſius,ita cognoſcit ea, quæ non ſunt,vt ea quæ ſunt.* Magiſter Et paulo poſt teſtimoniũ S.Aug.ait *aperte coo-*

Digitized by Google

te conſtaret, qua intelligentia accipiẽda ſint illa verba, omnia ſunt Deo præſentia, quia ineffabilis omnium cognitio in illo eſt. Et in diſt.36.in principio poſt teſtimoniũ S.Auguſtini, ſerm.11.de verbis Apoſtoli, *Ecce (inquit) aperte dicit Auguſtinus Deum apud ſe habere res omnes non in natura illarum, ſed in ſcientia.* Idem docuit Alenſis, 1 part.quæſt.23.nu.4 art.3. Bonauentura in 1. diſtin. 39. attt.2. quæſt.3. Durandus, quæſt.etiam 3. Scotus, quæſt 1. §.*aliter ponit.* Gregorius, diſtin.38. quæſt,2.art.2. Aureolus eadẽ diſtin.art.2.§.*ſecunda propoſitio.* Gabriel, quæſt.1.art.2. Ex ſcriptoribus Societatis fere omnes acriter cõtra Cai.inſurrexerunt. P.Molina in hoc art. diſput.13.in concordia diſput. 46.qui optime explicat verum ſenſum, in quo eorum ſentẽtia defendi poteſt, in eo vero diſplicet, quod arbitretur D. Thom. planè in ea fuiſſe ſententia, quam putauit Cai. Fonſ.3.to. met.lib.6. cap.2.quæſt.4. ſecc.2.phraſsim Molinę ſecutus: at P.Suarez, ſupra cap. 7. P.Vazq. 64. Valentia hic pũcto.diſp.Leſsius libello de Auxilijs, cap. 20. num.8. & ſententiam, & D. Thom. deffendunt.

Alenſ. Bonauent. Durandus. Scotus. Aureolus. Gabriel. P.Molin. P.Fonſ. P.Suarez. P.Vazquez. P.Valent. P.Leſsius.

57 *Quid ſenſerit D. Thom.* Ægidius. Romanus.

Ad opinandum vero mentem D.Tho. alienam eſſe ab his Thomiſtis moueor, primo, teſtimonio AEgidij Romani profeſſione Auguſtiniani, doctrina Thomiſtę, acerrimoq; D.Tho. propugnatore, ipſiusq; auditore, is in opuſculo contra corruptorem doctrinæ S. Thomæ; art 3.refert primo verba, calumniatoris, quæ continent Doctrinam S. Thomæ, vt à Caietano intellectam. Deinde hęc eiuſdem verba refert. *Hæc propoſitio continet errorem manifeſtum, quia non intendit dicere, quod Deus æque certo cognoſcat futura contingentia, ac ſi eſſent præſentia, ſed intendit, quod quia æternitas eſt præſens omni differentiæ temporis, & omnis differentia temporis æternitati, ideo contingentia, quæ non ſunt realiter in tempore, iam ſunt realiter, & actualiter per naturas ſuas in æternitate, & ſic ſubijciuntur diuinæ viſioni, quod maximè exprimunt verba illà S. Thomæ, omnia quæ ſunt in tempore, ſunt Deo ab æterno præſentia, non ſolum ea ratione, quia habet rationes rerũ apud ſe præſentes, ſed quia eius intuitus fertur ſuper omnia ab æterno, prout ſunt in ſua præſentialitate, quod eſt ſimpliciter falſum, & erroneum, quia hoc eſt ponere contingentia ab æterno, in æternitate eſſe, licet in tempore ſint producta de non eſſe ad eſſe.* Hæc ille calumniator S. Thomæ. AEgidius vero pro defenſione ad hũc articulũ 13. *Ex his (inquit) patet, quod D.Thomas non intendebat, prout iſti illi falſo imponunt quod omnia, quæ ſibi inuicem ſuccedunt in tempore, in natura propria coexiſtant in æternitate, licet eorum præſentiam æternaliter intueatur, & ſic omnia illi dicantur præſentia, & paulo inferius dicendum, ait, quod res ſunt præſentes Deo ab æterno, non in ſua exiſtentia actuali, ſed quia ipſe actu intuetur eorũ præſentiam æternaliter.* Et poſt pauca *ſic debet intelligi, quod dicit (intelligit D.Thomas) intuitum Dei ferri æternaliter ſuper omnes præſentialitates, non ſolum, quia habet rationes earum apud ſe præſentes, ſed intuendo eas æternaliter.* Denique concludit in hæc verba, *Quod dicit D.Thomas, omnia, quæ ſunt in tempore eſſe Deo præſentia, prout ſunt in ſua præſentialitate, intendit dicere, & ſatis clare, quod diuinæ notitiæ præſens eſt omnium, quæ ſunt ſucceſſiuæ in tempore præſentialitas, & actualis exiſtentia à Deo æternaliter cognita, non autem cum eo æternaliter exiſtens in natura propria.* Expendat modo lector expoſitionem AEgidij eſſe omni maiorem exceptione, quippe, qui non potuit doctrinam S. Thomæ ignorare. Primo quia eius auditor. Secũdo, quia propugnator. Tertio, quia eam docuit viuentibus eius condiſcipulis, quibus non fuiſſet auſus, ſic eam explanare, niſi certus eſſet, eam ſic intellectam à D.Thoma, aliorum enim condiſcipulorum teſtimonio poſſet redargui ab illo calumniatore S.Thomæ contra quem ſcripſit.

Moueor ſecundo autoritate Heruæi, qui ante 58
annum quinquageſsimum à morte S. Thomæ Heruæi.
ſcripſit in defenſionem doctrinæ eius, contra Henricum Gandauenſen, & Durãdum. vt teſtatur M.Ferdinandus à Caſtillo, 2.part.Hiſtoriæ S. Dominici, lib. 1, cap. 38. Is in primo, diſtin.38.quæſt.5.§.quantum ad tertium relata hac ſententia, quam impugnamus, *intendo* (inquit) *oſtendere, quod res non fuerint Deo præſentes ab æterno ſecundum exiſtentiam actualem propriam naturæ;* Et poſt pauca hæc habet notanda verba: *Dupliciter intelligi poteſt, aliquid eſſe præſens Deo. Vno modo per exiſtentiam realem in ſuo eſſe, & ſic non coexiſtunt res aliæ à Deo ipſi Deo ab æterno, vt dictum eſt. Alio modo poſſunt dici res præſentes Deo, vt intuenti ſiue per intuitionem, & ſic omnia futura ſunt Deo ab æterno præſentia, non ſolum quantum ad ſuas rationes quidditatiuas, ſed etiam quantum ad ſuas exiſtentias actuales ſecundum intuitionem.* Notaui hæc verba, quia perſpicue explicant propoſitionem illam S. Thomę, in qua offenderunt, ſcilicet omnia ſunt Deo ab æterno præſentia, non ſolum quia habet rationes rerum, hoc eſt, quia quidditates earum per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ præſentes habet, ſed etiam quia eius intuitus fertur ſuper omnia ab æterno, prout ſunt in ſua præſentialitate, hoc eſt, quia Deus ab æterno intuetur exiſtentiam rerum, quæ aliquando, dum in ſe fuerit coexiſtet æternitati. Expendat lector, cui ſit maior adhibenda fides de mente S.Thomæ, an Caietano, an his Doctoribus.

Moueor

59 Sylueſter. Moueor tertio authoritate Sylueſtri Magiſtri Sacri Palatij, coæui Caietani. Is in eo opere quod inſcripſit *conflatum doctrina S. Thomæ* poſt duos ſupra quadraginta annos poſitos in eius doctrina enucleanda, vt ipſe teſtatur in præfatione eius operis, 5. parte quæſt. 14. artic. 16. qui reſpondet artic. 13. quem interpretamur, *in eo* (ait) *articulo agit, quo modo futura ſint præſentia Deo*, circa quod quidam Thomiſtæ patiuntur maximas anxietates, quia intelligere nequeunt, quomodo vera ſint quædam falſa, quæ imponunt Sancto Doctori, & relata ſententia Heruæi, & Capreoli dubitantis, venit ad Caietanum, cuius nomen ſupprimit honoris cauſa, refertque verba eius. *Deinde ſenſus* (ait) *Sancti Thomæ planiſsimus, & apertus eſt, ille, quem iam diu expreſsit præclarus Diſcipulus Sancti Thomæ Heruæus.* Et paulo poſt §. *Quantum ad ſecundum* refert Sancti Thomæ verba huius articuli, & ait, *iſtud dictum fuit, occaſio errandi, & putandi, quod Diuus Thomas intelligat præſentiam, in eſſe reali, quod non eſt verum, ſed vult dicere, quod Deus non ſolum habet præſentes rationes futurorum, quæ repræſentant earum quidditates, ſed etiam per illas fertur ſuper præſentialitates, & exiſtentias.* Quod probans, ait, *quia hic ſenſus eſt neceſſarius, alius autem eſt inexcogitabilis, quem nullus Thomiſtarum, præter vnum,* (intelligit Caietanum) *auſus eſt affirmare, quia ex illo videtur ſequi aliquid contra fidem, hoc eſt, creaturas fuiſſe ab æterno.* Hæc Sylueſter. Expendat lector à ſolo Caietano contra ſenſum auditorum Sancti Thomæ, qui maxime fuerunt ſoliciti de eius doctrina contra Sylueſtrum, cuius non eſt contemnenda authoritas, propter tot annos in Magiſtri doctrina poſitos, nouiter aliter intellectam mentem Diui Thomæ.

60 Didacus Deza. Moueor quarto, propter Didacum Dezam Archiepiſcopum Hiſpalenſem, qui etiam circiter ad ea tempora ſcripſit. Is in primo diſtinct. 38. quæſtione, & articulo 2. §. 2. cum in reliquis in exponendo Sancto Thoma Capreolum regulariter ſequatur, in hoc ab eo diſcedit, dicens, *Nonnulli male intelligentes verba Sancti Thomæ, putant quod mens illius fuerit, ponere res præſentes Deo ab æterno ſecundum modum præſentialitatis, quem in ſe ipſis extra Deum habuerint, quod falſum eſſe, & contra intentionem Sancti Thomæ apparet ex multis.* Et poſt relatum quoddam teſtimonium *patet* (ait) *quod mens Sancti Thomæ non fuerit, res eſſe ab æterno præſentes Deo ſecundum præſentialitatem*, quam habent in ſe ipſis. Et infra plura habet verba relatis ex Heræuo, & Sylueſtro ſimilia.

His teſtimonijs opus non eſſet, ſi verba Diui Thomæ ſincere, & nulla præoccupati affectione inſpicerentur. Pro re ipſa, & mente eius declaranda; noto, id, quod eſt alteri præſens, duo habere, primum eſt ipſam præſentiam, qua vt per formam præſens conſtituitur, ſecundum id, quod reſpicitur in re, quæ præſens denominatur ab ipſa præſentia, quod eſt, vt quid materiale in re præſente. Vnde licet res reſpecta in re præſenti realis ſit, ſiue eſſentia ſit, ſiue exiſtentia, non denominatur realiter præſens, ſi præſentia ipſa non ſit realis, ſi vero ſit ſolum intentionalis, res tantum erit obiectiue preſens, non vero realiter V. G. quia omnes res poſſibiles per ſcientiam ſimplicis intelligentię ſunt menti diuinæ præſentes, tantum dicuntur obiectiue præſentes, quia ſcientia eſt forma, per quam conſtituuntur præſentes, etſi ea terminetur ad veram, & realem quidditatem earum. Hoc poſito. Primum teſtimonium affero ex Sancto Thoma in verbis huius articuli, quæ magis fauere videntur oppoſitæ parti. *Vnde* (ait) *omnia quæ ſunt in tempore, ſunt Deo ab æterno præſentia, non ſolum ea ratione, quæ habet rationes rerum apud ſe præſentes, vt quidam dicunt, ſed quia eius intuitus fertur ab æterno ſuper omnia, pro vt ſunt in ſua præſentialitate.* In his verbis expendo, primo duas velut præſentias Diuum Thomam conſtituere, aliam, qua habet rationes rerum apud ſe præſentes, & hanc eſſe præſentiam obiectiuam, nec aduerſarij negant, quia illud, *Non ſolum ea ratione, qua habet rationes rerum præſentes apud ſe,* vel ſignificat ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, quatenus habet rationem ideæ. Quod vero addit (*vt quidam dicunt*) reor eſſe propter Alexandrũ Alenſem, qui 1. part. quæſt. 25. membro 2. & 3. tenuit futura cognoſci à Deo in Idæis diuinis, & cum Diuus Thom. fuerit eius auditor, ea verba, *vt quidam dicunt*, Alenſem referre credibile eſt: vel eſſentiam Dei, quatenus continet ſpecies intelligibiles poſſibilium, quæ ſolum adſunt Deo, præſentia obiectiua, quia forma, qua præſentes Deo conſtituuntur, eſt intentionalis, non realis, ſciliicet ſcientia ſimplicis intelligentiæ Dei, aut ratio ſpeciei intelligibilis. Aliam præſentiam quam expendo eſt qua per ſcientiam viſionis intuetur hæc futura in ſua ipſorum exiſtentia, quam habebunt intra æternitatem, hæc etiam præſentia intentionalis eſt, quia eſt præſcientia Dei, terminata ad res creatas, in ſua differentia temporis exiſtentes. Ex quo expendo.

Digitized by Google

pendo. Secundo etiam in illis verbis, *ſed quia eius intuitus fertur, &c.* agere de præſentia obſectiua, Hoc ſic probo, ideo ait, *ſunt præſentes, quia eius intuitus fertur ab æterno ſupra omnia prout ſunt in ſua præſentialitate*, non vero dicit à contrario, ideo intuetur Deus futura, quia coexiſtunt Deo, quod quidem dicere debuiſſet, ſi hæc coexiſtentia eſſet ratio ea intuẽdi. Ergo ratio formalis, quare ſunt præſentes, eſt ipſe Dei intuitus, ergo non ſunt pręſentes præſentia reali, ſed obiectiua in Phraſi Diui Thomæ, nec coexiſtuntcoexiſtentia reali, ſed obiectiua, nam exempli gratia is modus loquendi, ideo eſt mihi Petrus præſens, quia intueor, denotat meam intuitionem, eſſe ipſam præſentiam, ſicut è contra ideo intueor, quia eſt præſens; denotat ipſam præſentiam realem, ita in propoſito Sancti Thomæ, ex quo explicatus manet hic locus, & ſimul pro noſtra ſententia inductus.

63 2. Teſtimonium.

Secundum teſtimonium affero ex quæſt. 16 artic. 7. vbi tractat S. Thomas; vtrum veritas creata ſit æterna, & in corpore habet hæc verba. *Vnde ſi nullus intellectus eſſet æternus, nulla veritas eſſet æterna, ſed quia ſolus intellectus diuinus eſt æternus, in ipſo ſolo veritas æternitatem habet, nec propter hoc ſequitur, quod aliquid aliud ſit æternum, quam Deus, quia veritas intellectus diuini eſt ipſe Deus.* In quibus verbis in primis negat, quidquam creatum eſſe Deo coæternum, atque coexiſtens. Deinde negat vllam eſſe æternam veritatem, niſi in intellectu diuino; quod ſi creaturæ ab æterno Deo coexiſterent eo modo, quo Deo exiſtunt ab æterno, non poſſent non habere aliquam veritatem.

64 3. Teſtimonium.

Tertium, ex hac prima parte quæſt. 20. artic. 2. ad ſecundum vbi cum ſibi obieciſſet, Deum nõ amare niſi ſe ipſum, quia amor Dei eternus eſt, & quia creaturæ non ſunt ab æterno, & quia vt in Deo ſunt, non ſunt aliud ab ipſo Deo. Reſpondet, *Quod licet creaturæ ab æterno non fuerint, niſi in Deo, tamen per hoc, quod ab æterno in Deo fuerunt, ab æterno cognouit Deus res in proprijs naturis.* In quibus verbis, diſtinguit, eſſe creaturę in ſe ipſa, & eſſe creaturæ in Deo, nec aliud tertium membrum conſtituit, eſſe creaturæ in menſura æternitatis, & ſicut in Diuo Thoma non eſt aliud membrum in ſcientia, præter ſimplicis intelligentiæ, qua cognoſcit creaturas in omnipotentia, & pręter ſcientiam viſionis, per quam cognoſcit creaturas, exiſtentes in propria menſura; ita non eſt aliud eſſe obiectiuum coexiſtentiæ creaturarum in æternitatis extrinſeca menſura.

65 4. Teſtimonium.

Quartum denique ſumo ex prima, ſecundæ quæſtione 91. artic. 1. ad primum vbi an ſit aliqua lex æterna, & cum ſibi obieciſſet, non eſſe: quia non eſt ab æterno, cui imponatur, quia ſolus Deus fuit ab æterno, non reſpondet creaturas futuras coexiſtere æternitati, quo directe ſatisfaciebat argumento, ſed ait, *Ea, quæ in ſe ipſis non ſunt, apud Deum exiſtunt, in quantum tamen ſunt ab ipſo cognita, & præordinata.* In quibus euidenter ſolum agnoſcit exiſtentiam obiectiuam per cognitionem, nec de alia, quæ ad ſuum inſtitutum maxime intererat, facit mentionem. Alia habes teſtimonia apud alios authores.

66 Hanc eſſe ſententiam Diui Thomæ, ideo aliquanto fuſius oſtendi, quia hodie cum noſtris aduerſarijs ad hoc præcipua controuerſia reuocata, nam ſi rationes ſpectes, mihi nihil probabilitatis habet eorum ſententia. Vt à radice rem euoluam, & modis loquendi quibuſdam Patrum verum tribuam ſenſum Noto primo, inſtans æternitatis, quod eſt menſura exiſtentiæ Dei adæquatè, & prout eſt in ſe ſumptum omnia creata præterita, præſentia &, futura habere ſibi, non ſolum intentionaliter, verumetiam realiter præſentia, nam vt immenſitas Dei, per quam Deus indiuiſibiliter exiſtit in loco, habet ſibi præſentes ſpatio res omnes, in quouis loco exiſtentes, ita æternitatis infinita duratio, cum indiuiſibilis ſit, propter ſuam infinitudinem, & interminabilitatem neceſſario habet ſibi coexiſtentes res omnes, quæ fuerunt, ſunt, & erunt, imo, ſi Deus vt poteſt, ante hunc orbem, alium produxiſſet, & ante illum, alium, & ſic in in infinitum, item ſi poſt hunc alium, & alium, aut ſi is ſine termino duraret, neceſſario rebus omnibus coexiſteret. Ratio à priori ſumenda eſt ex natura inſtantis æterni bene perſpecta, quod, & habet indiuiſibilitatem, qua eſt totum ſimul: Etenim nec ipſum per partes exiſtit, nec diuinam eſſentiam per partes ipſius inſtantis durare facit, & ex alia parte habet talem permanentiam in eſſe, vt nec potuerit incipere, nec finiri. Videndus S. Thomas in hac prima parte quæſt. 10. artic. 1. vbi eleganter Molina. Inſtans æternitatis, in illo priori conceptu conuenit cum inſtanti noſtri temporis, & cum Angelorum AEuo, in ſecundo ab vtroque differt; vt conſtat. Ratione huius ſecundi conceptus docent Theologi hoc inſtans æternitatis virtualem quandam ſucceſſionem, eamque infinitam continere, etenim hæc ſine principio, & ſine conſiſtentia, eſt ratio coexiſtendi omnibus ſucceſſiuis. Etiam Dei immenſitas, partem habet

Nota. 1. *Inſtans æternitatis adæquatè ſumptum, omnia habere reali ſibi præſẽtia.*

67 *Natura inſtãtis æternitatis explicata.*

Digitized by Google

bet uirtualem diuiſsibilitatem qua omni ſpatio diuiſsibili coexiſtit.

Ex hac doctrina explicanda ueniunt quædam ſacræ ſcripturæ teſtimonia. Primo illud
68
Iobi 14. *Numerus menſium eius apud te eſt.* Gregorius ſuper hunc locum cauſam reddit; dicens, *quia apud Deum etiam res labiles ſtant.* Et illud ad Hæbreos 1. *per quem fecit, & ſæcula.* Et Iſaiæ 40. vbi dicitur, *feciſſe ventura.* ſecundum Septuaginta. Et Eccleſiaſtici 3. *Opera omnis carnis coram illo ſunt à ſæculo, & in ſæculum, &c.* Per quæ verba ideo, vt aduerſarijs videtur, dicitur res futuras feciſſe Deus, quia illæ præſentes ſunt ſuę æternitati, antequam exiſtant in propria duratione. Cæterũ vel ſenſus eſt, quod licet in ſæculo, in menſibus ſit ſucceſsio, & futurum, & pręteritum. At in ipſo nunc æternitatis infinitè permanenti, aut reſpectu illius plene ſumpti nullam eſſe ſucceſsionem, nullam præteritionem, nullam futuritionem, aut ſenſus eſt diuinę intuitioni omnia eſſe præſentia ſic explicãte Auguſtino in Pſalmum 49. circa illa verba, *Et pulcritudo agri meum eſt. Omnia* (inquit) *apud Deum eſſe dicuntur, quia antequam eſſent omnia ei nota erant.* Qua etiam fraſsi vſus eſt Diuus Thomas 1. 2. quæſt. 91. art. 1. ad primum
69
cuius verba ſupra retulimus. Alteruter ex his modis explicandi quadrat Sanctis Patribus, vt Auguſtino 4. de Trinit. cap. 17. cum ait. *Apud Deum præterita, & futura ſtant.* Et cap. 16. *Nec præterita tranſierunt, nec futura facta ſunt.* Et de cognitione veræ vitæ cap. 31. *Nihil præteriti ei accedit, nihil futuri accedit, ſed quidquid eſt, vel fuit, vel erit, totum ſibi præſens adeſt,* Hoc eſt, vel inſtanti æternitatis ſumpto complete, vel ſcientię viſionis omnia intuenti. Nam etſi non omnia ſint præſentia inſtanti illi æternitatis inadæquatè ſumpto, vt infra probo. At ei adæquatè ſumpto nihil eſt præritum, nihil futurum in motibus, in menſibus, & annis, item ſcientia viſionis Dei omnia ſibi habet præſentia per actualiſsimam intuitionem, quia ſcientia præcedentium rerum non præcedit ſcientiam ſubſequentium, ſed præcedentia & ſubſequentia in rebus, in ſcientia ſimul ſunt ſine anteceſsione & conſecutione. Alios etiam Patres ita intellige, vt Ambroſium circa illa verba ad Rom. 4. *Qui vocabit ea, quæ non ſunt tanquam ea, quæ ſunt.* & lib. 5. de Fide ad Gratianum cap. 7. S. Iſidorum 1. de ſummo bono cap. 8. dicentem, *in Deo nec præteritum, nec futurum cernitur, ſed omnia præſentia in Deo dicuntur, quia æternitate ſua cuncta complectitur.* Et Anſelmum lib. de caſu Diaboli cap. 18. & 21. & lib. 1. de Concordia prædeſtinate cap. 1. & 2. Boetium lib. de Conſolatione proſſa vltima. Ex his Patribus, quædam verba ſtatim ſubijcio in confirmationem noſtræ ſententiæ, è quibus conſtabit, eos locutos in alterutro ex prædictis ſenſibus.

Iob. 14. Locutiones ſacræ paginæ, quæ videntur fauere aduerſæ ſẽtentiæ, explicantur. Paul. ad Hæbreos 1. Iſa 40. Eccleſ. 3. Auguſt. Explicantur Sancti Patres. Auguſt. Ambroſ. Iſidor. Anſel. Boetius.

Id etiam ſibi voluit Diuus Thomas in duobus exemplis, quibus hoc declarauit. Primum 70
in hoc articulo in reſponſione ad 3. de exiſtenti in alta ſpecula, & contemplante ſine ſucceſſione res ad inuicem ſuccedentes. Secundum, primo contra Gentes cap. 66. ratione ſexta, vbi eleganter explicat inſtans ęternitatis per ſimilitudinẽ puncti centrici, nam, vt hoc cum ſit indiuiſsibile, actu reſpondet omni parti circuli deſcriptę, non reſpondet vero deſcribendæ, non quod in puncto aliquid deſideretur, Sed quod in circulo. Item infra quęſt. 57. artic. 3. *Quia Deus* (ait) *videt omnia in ſua æternitate, quæ cum ſit ſimplex, toti tempori adeſt, & ipſum concludit.* In quibus verbis ſolum agnoſcit exiſtentiam obiectiuam.

Varijs demõſtrationibus Theologicis noſ 71
tri Doctores hanc exagitant ſententiam. Ego contendam probare, aut eam pugnare cum veritate fidei, quæ deffinit Deum in tempore creaſſe omnia, aut ſolum conſtituendam eſſe coexiſtentiam rerum in æternitate, dum illæ ſunt in breui propria menſura. Pro quo pono primo nihil ab æterno a Deo fuiſſe creatum, ita vt in propria extiterit menſura. Id ſignificat illud Geneſis primo. *In principio creauit Deus Cælum, & terram,* & Pſal. 89. *Priuſquam montes fierent, & aut formaretur terra, & orbis, à ſæculo, & in ſæculum tu es Deus.* Et Prouer. 8. *Dominus poſſedit me, antequam quidquã faceret, &c.* Eleganter id docuit Auguſtinus, 12. de Ciuit. cap. 25. *Si potentiam ſuam fabricatoriam, vt ita dicam, Deus rebus ſubſtrahat, ita non erunt, ſicut antequam fierent, non fuerunt.* Et lib. 4. de Geneſi ad litteram cap. 18. *res, ait, antequam fierent, erant, & non erant. Erant in Dei ſcientia, non erant in ſua natura.* Nihil clarius pro coexiſtentia ſolũ obiectiua dicere poterat. Iſidorus lib. 1. de Summo bono c. 8. *Si ſemper aliqua eſſent cũ Deo tempora, non eſſet tempus ſed eſſet æternitas, non mutaretur tempora, ſed ſtarent.* En ſignificat realem temporis coexiſtentiam cum æternitate chimæricam eſſe, repugnãtem temporis labili naturæ. Sanctus quoque Fulgentius lib. 1. Ad Monimum cap 12. & alij Patres id expreſſe docẽt Vbi notanda verba Concilij Rhemẽſis, quod refert P. Vazquez 2. tom. in 1. partẽ diſp. 120. cap. 2. *Credimus, ait, & confitemur ſolum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum æternum eſſe &c.* Quo fit ab æterno 72
fuiſſe negationes exiſtentiæ rerum omnium, quæ aliquando exiſtent, nam neceſſarium

D. Th... Duo e... pla qu... eſt vſ... Thom... plican... Nib... ætern... atum... Geneſ. Pſal. 8... Prob. Augu... Idem Iſidor... Fulg. Conc. ... P. Vaz...

 eſt,

Digitized by Google

eſt, quod aut res exiſtat, aut eius negatio ſit, ergo in tota duratione æternitatis ante momentum illud temporis, in quo Adamus creatus fuit, fuit negatio exiſtentiæ propriæ eius. Fit etiam in eodem indiuiſſibili æternitatis inſtanti ſimul exiſtere Adamum,& negationem eius propriæ exiſtentiæ. Qua ratione negari non poteſt inſtans æterni tatis à nobis concipi poſſe cum ſucceſsione virtuali, vel cum duratione æquiualenti ad ſucceſsiuam quandoquidem coexiſtit rebus, quas inter ſe coexiſtere repugnat, vt exiſtentiæ, & negationi ipſius.

In eodem inſtanti æternitatis ſimul exiſtit res & eius negatio.

73 *Quid ſit duorũ coexiſtentia.*

Pono ſecundo, coexiſtentiam realem duorum extremorum ſupponere in extremis aliquas proprias exiſtentias, nam coexiſtentia eſt communis duorum exiſtentia, rebus vero nullo modo exiſtentibus, coexiſtentiam communem competere non poſſe, lumen ipſum naturæ clarius intuetur, quam verbis exprimere poſſit. V. G. coexiſtentia duorum in loco ſupponit exiſtentiam propriam vniuſcuiuſque in loco proprio. Hac ratione Ariſtoteles 4. Phyſ. textu 14. explicans res ſingulas inferiores contineri Cœlo tanquam communi loco, ait, ad id neceſſarium eſſe, quod ipſæ proximè contineantur loco proprio ſibi adæquato.

Ariſtot.

74 *Formatur argumentatio.*

His poſitis formo hoc dilema; cum dicunt aduerſarij res omnes futuras coexiſtere æternitati ab æterno, & ex æternitate, aut concedunt propriam exiſtentiam rebus futuris, aut non concedunt. Si primum; ergo exiſtentia hæc eſt creata. Patet hæc conſequentia, quia nulla creatura habet à ſe realem propriã exiſtentiam. Vlterius ergo conſtituunt creationem ab æterno, & ex æternitate contra primum ſuppoſitum fide catholica ſanctum. Probo hanc conſequentiam, quia omnis res, quę habet realem propriam exiſtentiam, non à ſe habet ab alio per verum & realem influxum, ſed per te omnes res futuræ habent proprias exiſtentias, non ſolum coexiſtentes æternitati in propria menſura, ſed etiam ab æterno, & ex æternitate antequam in ſe ſint, ergo etiam ab æterno & ex æternitate fuit verus, & realis influxus, producẽs eas, ac proinde creatio. Reſpondebis habuiſſe quidem exiſtentiam propriam, non vero in propria durationis menſura, ſed in aliena, ſcilicet in inſtanti æternitatis, creationem autem ſolum neceſſariam eſſe ad dandam exiſtentiam rei in in propria menſura. Sed contra 1. exiſtentia hæc creaturarum eſt quid creatum exiſtens per te, nec enim eſt aliquid increatũ, ergo exiſtens per actionem, ergo vt exiſtentia illa propria coexiſtit æternitati ab ęterno, ita actio eã producens, atque adeo contra fidẽ ponis creationẽ ab æterno æternitati ex æternitate coexiſtentem.

Reſponſio.

1. Confutatio.

Cõtra ſecũdo, implicat in terminis aliquid creatum habere propriam exiſtentiam creatã, & non habere propriam durationẽ creatam, qua menſuretur, nam aut duratio non diſtinguitur ab exiſtentia rei, vel ſolum ei addit modum intrinſecum ab ea inſeparabilẽ, quemadmodũ implicat rem creatã habere propria exiſtẽtiã, & non habere pręſẽtiã ad aliquod ſpatium.

2. Confutatio.

Contra tertio, quãdo Angelus Gabriel productus fuit, vel accepit à Deo propriam exiſtentiam, vel ſolum propriæ durationis menſuram. Hoc ſecundum dici non poteſt quia vt creatio eſt productio rei ex nihilo, ita dat eſſe ſimpliciter, hoc eſt ſubſtantiale, ergo non dicit ſolam propriã durationẽ. Si dicas primũ; ergo Gabriel Angelus, & cunctę res creatæ bis à Deo productæ fuerunt, primo ab æterno, vt per propriam exiſtentiam Deo ſine principio ex æternitate ſemper coexiſtenti, ſecundo in tẽpore, quo nihil Theologo indignius eſt.

3. Confutatio.

Contra quarto, ex tua doctrina, euidenter infero omnes res creatas in propria menſura ab æterno Deo coextitiſſe, quod etiam tibi abſurdum eſt. Probo ſequelam, quia ideo, ais, res coexiſtere æternitati per ſuas exiſtentias, quia dum exiſtunt, ei coexiſtunt, & cum æternitas partes non habeat, non poſſunt non ei toti coexiſtere, vnde vt ſic menſurantur æternitate, ſed etiam propria rei duratio, & menſura, dum eſt in æternitate exiſtit, & æternitas reſpectu etiam menſuræ propriæ indiuiſſibilis eſt, & partes non habet, ergo non poteſt non ei toti coexiſtere, atque ideo vt res creatæ coexiſtunt æternitati ab æterno, ita menſura propria rerum creatarum, & cum menſura hæc neceſſario inſit in ſubiecto quod menſurat, vt illud toti æternitati coexiſtit, ita illa, &, vt illa non coexiſtit toti æternitati, niſi in ſubiecto, ita ſubiectum non coexiſtit toti æternitati, niſi in propria menſura. Quatuor hæc obiecta ſpecialem difficultatem habent in liberis actibus, ac maximè in prauis, nam ſi coexiſtentiam habuerunt ab æterno æternitati Dei, ante quam voluntas creata in propria menſura exiſteret, eam propriam, quem habuerunt exiſtentiam Deo authore habuerunt, cum voluntas creata non exiſtens, propria duratione liberè operari nequeat, imo cum ea præſupoſita coexiſtentia ab æterno, iam non poſſit non exiſtere in propria menſura, vt conſtat. Fit cum voluntas iam exiſtit in menſura propria dominium, ac poteſtatem non habere cohibendi eam actionem in actum prauum, ſitque euerti libertatem, vt oſtendi ſupra capit. 2. & 3. Si

4. Confutatio.

Si ſecundum, ſcilicet, negat propriam exiſtentiam rebus futuris coexiſtentibus, ergo negat aliquid creatum coexiſtens, & ſola Dei omnipotentia Deo coexiſtet, nam exiſtentia increata, quam habent res omnes in cauſa, antequam accipiant propriam exiſtentiam, ſolum eſt exiſtentia omnipotentiæ Dei, atque adeo non creaturæ, ſed omnipotentia coexiſteret inſtanti æternitatis. Probo conſequentiam ex ſecundo ſuppoſito, quo oſtendi ad duorũ coexiſtentiam præſupponi neceſſario propriam vniuſcuiuſque exiſtentiam. Nec enim res aliqua coexiſtere poteſt menſuræ ſuperiori, niſi exiſtentiam habeat in propria menſura, & ſicut non poteſt res aliqua coexiſtere in loco Deo immenſo, niſi ea prius ſit in loco propria præſentia, ita in noſtro propoſito. Quo exemplo bene oſtenditur abſurditas oppoſitæ ſententiæ; nam vt res omnes in loco exiſtentes, Deo etiam in ſpatio coexiſtunt, non tamen adæquate, & in omni ſpatio, ita etſi res omnes exiſtentes, coexiſtant æternitati Dei, non tamen toti æternitati adæquate, prout complectitur, & implet omnium rerum ſucceſsiuas, & permanentes durationes. Modo ſi quæ reſtant aduerſariorum argumenta diluenda, & imprimis teſtimonia Diui Thomæ, Sanctorum Patrum, & Sacræ Scripturæ ex ſupra dictis num. 45. ſatis ſuperque explicata ſunt.

75 **Aluarez.** *Obiecta aduerſariorum.* **1. Obiectio.** Magiſter Aluarez his vtitur rationibus. Prima Deus habet claram, & intuitiuam cognitionem omnium futurorum contingentium, ergo omnia illi ſunt præſentia in æternitate ſecundum propriam exiſtentiam. **Solutio.** Conſequentiam, quæ neganda eſt in ſenſu, quem intendit, probat, quia cognitio intuitiua eſt rei præſentis prout præſens eſt ſecundum propriam exiſtentiam. Diſtinguo hanc propoſitionem, prout præſens eſt menſura propria, qua coexiſtit ſcientiæ Dei infinitæ, atque æternæ, dum creatura exiſtit in ſe, concedo; prout præſens eſt menſura aliena, & extrinſeca, per quam coexiſtit æternitati ex æternitate nego, imo hæc vt chimerica à nobis exploſſa.

Replica. Dices, res antequam ſint in menſura ſuæ durationis, ſubduntur cognitioni intuitiuæ Dei, ſed ſolum poſſunt ſubdi ſecundum præſentiam, non vero quatenus futura ſunt, ergo res antequam ſint in menſura ſuæ durationis, ſunt præſentes realiter æternitati Dei. **Reſponſio.** Reſpondeo cognitionem intuitiuam Dei ab æterno ferri in obiecta futura, vt ſunt præſentia realiter æternitati, non tamen tanquam in obiecta realiter ab æterno præſentia toti æternitati, ſed tanquam in obiecta quæ ſolum quãdo ſunt in ſua menſura, ſunt realiter præſentia æternitati.

2. Obiectio. Secunda ratio ſumpta ex Ferrarienſi, Adamus, & Antichriſtus vel coexiſtunt Deo in nunc æternitatis, vel non; ſed Adamus coexiſtit de præterito, Antichriſtus de futuro. Si primum videtur eis dari intentum. Si ſecundum ergo in æternitate eſt futurum, & præteritum quod eſt abſurdum, quia inſtans æternitatis eſt indiuiſibile. **Reſponſio.** Reſpondeo, concedendo primam partem dilẽmatis, ſcilicet Adamum, & Antichriſtum coexiſtere æternitati ſecundum proprias exiſtentias reales, nego ex hoc dari eis intentum; quia inſtans æternitatis virtualem habet ſucceſsionem, vt dixi, vnde etſi Adamo modo ſit præſens, non tamen eſt præſens adæquate, vt coexiſtit tempori noſtro, ſed vt coexiſtit tempori durationis Adami. Pariter in Antichriſto, etſi ſit ei præſens inſtans æternitatis, eique coexiſtat, non tamen vt comparatur ad hoc tempus noſtrum ſed vt coexiſtet tempori durationis Antichriſti; inſtantiam habemus manifeſtam in diuina immenſitate, per quam coexiſtit omni rei exiſtenti in loco, non tamen adæquate; nec enim vt exiſtit in hoc ſpatio, quod ego repleo, Cœlo Empyreo coexiſtit, alias ego etiam vbique exiſterem. Sic in noſtro propoſito. Ex quo non ſit in inſtanti æternitatis eſſe formalem futuritionem, & præteritionem, ſed virtualem, & eminentem, per quam nobis præbet fundamentum, vt illud inadæquate, diuerſiſque conceptibus exprimamus, & relate ad res antecedentes, & ad ſubſequentes.

3. Obiectio Tertia ratio, Antichriſto nato, ille coexiſtet æternitati, ergo toti æternitati. Probo hanc conſequentiam, nam æternitas non habet ſuceſsionem. **Solutio.** Hoc argumentum in ſolutione ad ſecundum dilutum eſt. Diſtinguo igitur illud conſequens: ergo toti æternitati formaliter, & vt eſt in re, concedo, ſecundum virtualem ſucceſsionem, quam cõtinet nego.

Non refero aliorum argumenta, quia aut nihil addunt aut capite 5. commodior ſe ſe nobis offert occaſio.

§§§§§§§§§
§§§§§
§§

Cap. 5. Quid interſit coexiſtentia rerum in æternitate ad certam cognitionem Dei.

76 *1. Corolarium.* EX dictis capite ſuperiori duo conſtãt. Primum creaturas futuras nõ habere coexiſtentiam in æternitate ab æterno, eo ſenſu, quo Caietanus, & ſectatores adſtruere conati ſunt. Ex quo fit eam coexiſtentiam in eo ſenſu non eſſe rationem infallibilitatis ſcientię Dei erga futura, vt mox magis explico.

2. Corolarium. Secundum creaturas habere præſentiam aliquam in æternitate, dum ipſę potitur propria menſura, eamque neceſſariam eſſe, vt Diuinum intuitum terminent, non vt ſcientia Dei ab ipſis aliquam perfectionem, aut certitudinem accipiat. Reſtant modo declaranda quædam, quæ aliquam ingerunt difficultatem.

Auguſtin. Obiectio. Aug. negaſſe videtur præſcientiam futurorũ. Primum qua ratione Auguſtinus lib. 11. Confeſſ. cap. 18. videatur negare præſcientiam futurorum Deo in hæc verba. *Cum ergo videri dicantur futura, non ipſa, quæ nondum ſunt, id eſt quæ futura ſunt, ſed eorum cauſæ forſitan videntur, quæ iam ſunt.* Item lib. 2. ad Simplicianũ docens improprie eſſe præſcientiam in Deo, ſicut pænitentiam, id hac ratione probat. *Quid enim eſt præſcientia, niſi ſcientia futurorum, quid autem futurum eſt Deo, qui omnia ſupergreditur tempora, ſi enim in ſcientia res ipſas habet, non ſunt ei futuræ, ſed præſentes, ac per hoc non iam præſcientia, ſed tantum ſcientia dici poteſt.* Eodem modo loquitur Boetius lib. 5. de Conſolatione proſſa vltima. Gregorius 9. Moral. cap. 26. aliàs 25. & 20. cap. 24. aliàs 23. verba refert P. Vazquez cum alijs Patribus.

Boetius. Gregorius. P. Vazquez

77 *P. Vazquez Explicatio Aug. & aliorũ Patrũ, ex P. Vazq.* Reſpõdeo 1. ex eodem P. Vazquez cap. 4. ſolũ intendere hos Patres Deo nõ eſſe dandas duas ſcientias rerum exiſtẽtium, more humano, aliam ſubobſcuram, & quaſi ſub vmbra coniecturalem futurorum vt ſic, quales ab hominibus haberi ſolet, aliam claram, & diſtinctam eorum cum præſentia ſunt. Cum ergo negat præſcientiam, ſolum negat illam priorem ſcientiam imperfectam; vnde idem Auguſtinus in eo loco ad Simplicianum hæc ſubijcit verba. *Si Deus futura præuenit ſcientia ſua? bis ea ſentit, vno quidem modo ſecundum futurorum præſcientiam, altero quidem ſecundum præſentium ſcientiam.* Quæ verba egregiè confirmant interpretationem P. Vazquez,

78 *Authoris alia explicatio.* Reſpõdeo 2. alium modum interpretandi eas Patrum locutiones non contemnendum adhiberi à nobis poſſe. Nam vt ipſa Dei ſubſtantia eſt prior duratione infinita omni menſura rei creatæ, ita ſcientia Dei, quæ eadem ęternitate menſuratur, duratione prior eſt, omni reali exiſtentia creata ſui obiecti. Vnde nullus catholicus negabit, ſcientiam Dei ſecũdum hanc anteceſsionem propriſsimè præſciẽtiam eſſe, & diuinam, vt quæ in tempore prouidentia Dei erga res creatas diſponit, eſt ab æterno præordinatio, prædefinitio, prædeſtinatio, & ita propriè appellatur, ita ſcientia, qua hæc eadem ab æterno præſciuntur, & eſt, & propriſsimè nomine præſcientiæ nuncupanda eſt. Vnde non ſemel in ſacra pagina hoc nomine ſignificatur. Sapient. 19. ibi: *præſciebat enim futura illorum.* Ad Roman. 8. *Quos præſciui, & prædeſtinauit.* Et 1. Petri 1. Actorum 2. & alibi paſsim. Imò Auguſt. ipſe ſæpiſsime ita loquitur lib. 5. de Ciuit. Dei. cap. 9. cui titulus eſt De præſcientia Dei, & libera hominis voluntate, contra Ciceronis diffinitionem frequenter ſcientiam Dei futurorum appellat præſcientiam. Primo, ibi: *Nam & confiteri eſſe Deum, & negare præſcientiã futurorũ, apertiſsima inſania eſt.* Secundo, ibi: *Quia id nos facturos, ille præſcit, cuius præſcientia falli non poteſt.* Mitto alia. Id etiam oſtendo hac ratione.

Proprie eſt in Deo præſcientia.

Sapient. 19. Ad Rom. 8. 1. Petri. 1. Act. 2. Auguſt.

Pone per impoſsibile ſcientiam hanc Dei liberam futurorum æternam, poſtquam infinitè durauit æternitate, à parte ante, infinita ſua ex illa parte virtuali ſucceſsione, tandem antequam futura hæc in tempore per propriam menſuram exiſtant, abſolutam fuiſſe ſcientiæ illius Dei durationem, ac proinde ea nũquam in propria menſura ſcientię diuinæ coextitiſſe. An ne in hoc caſu negandum erit, hæc futura adeo præcognita tota ea duratione antecedente? Minimè ſanè, inde enim fieret, modo etiam de facto non præcognoſci, ſed tunc ſolum in tempore denuo à Deo cognoſci, cum per propriam menſuram ei coexiſtunt. Hoc autem eſſe abſurdum, nullus Theologus ignorat. Quod vero id ſequatur, probo manifeſtè nam pręſcientia Dei, non ideo præſcit hæc futura, quia illa habitura eſt infinitam durationem à parte poſt, nam ſi antequam Deo coexiſtant per propriam menſuram omni ea duratione, qua ſcientia Dei ea antecedit, non ſunt cognoſcibilia, non cognoſcentur à Deo omni illa duratione antecedẽte, ac proinde nõ pręſciẽtur, donec accedat duratio communis coexiſtẽtiæ, quod ſi ſunt cognoſcibilia; cognoſcentur, & ſi in ęternum duratura non ſit propter infinitam ſimplicitet perfectionem in ratione ſcientiæ, quam nihil cognoſcibile latere poteſt, ergo nihil refert ſcientia Dei ad hoc, vt futura cognoſcat duratio, aut non duratio æterna à parte poſt. Ideoque nõ ex coexiſtentia

79 Etſi ſcientia Dei nõ duraſſet, vſque ad propriã futurorũ durationẽ, ea præſciret.

Digitized by Google

xiſtentia reali, ſed ex perfectione ſcientiæ Dei & ex obiectiua futurorum cognoſcibilitate, quam declaro duobus cap. proxime ſequentibus, eius infallibilis certitudo conſtituenda eſt.

Confirmatur argumẽto efficaci. Quoddam Scoti argumentum hoc bene confirmat, Aeuum Angelicũ indiuiſibile eſt, & in hoc communem habet rationem cum inſtanti æternitatis, & ei coexiſtunt omnia, quæ intra AEuum exiſtunt, ſicut coexiſtunt æternitati omnia, quæ intra æternitatẽ, ergo vt coexiſtentia hæc, cum AEuo adæquate ſumpto, non ſufficit, vt Angelus cognoſcat futura, quæ intra AEuum ſunt ſecundum omnes Theologos, ita nec ſimilis coexiſtẽtia præciſſe Deo ſufficeret.

Reſponſio ex Caiet. Reſpondet Caietanus & ex eo Thomiſtæ, Angelicam cognitionem nõ menſurari AEuo, ſed inſtanti diſcreto temporis, ſed pone id, quod in opinionibus Thomiſtarum frequentiſsimum eſt, ſcilicet Angelum neceſſario eſſe in perpetua ſui contemplatione, & tunc argumentum Scoti reddit cum omni ſua vi, vt cõſtat, aut pone quod nullus negare poteſt, durare Angelum pro arbitratu in alicuius rei cõtemplatione per integram diem, & tunc omnia quæ eueniunt in tota die, coexiſtunt ei cognitioni. Anne ideo Angelus ineunte die cognoſcere valet futura, quæ ad eius occaſum ſuccedunt? Nullo modo, ergo coexiſtentia in vna extrinſeca menſuram latiori inſufficiẽs eſt, vt futura cognoſcantur.

80 *Locutio Patrũ explicatur.* Modo ad Patrum locutionem, vel dic ſecundum noſtram doctrinam, eos negare futuritionem, & præteritionem in ſcientia Dei, in quo omnia ſtant ſine vlla ſucceſsione, & mutatione in ipſa, ſed in ipſis. Vel dic eos locutos de ſcientia Dei, prout æternitate adæquate ſumpta menſuratur, cui omnia ſunt præſentia in æternitate adæquate ſumpta, non in omni temporis differentia, ſed in aliqua, vt ſatis conſtat ex dictis articulo ſuperiori.

P. Suarez. *Non placet alia P. Suarez.* Pater Suarez lib. 1. de abſoluta ſcientia futurorum capit. 7. num. 18. vult Sanctos per quandam exaggerationem dixiſſe, Deum non præſcire futura, vt declarent perfectionem ſcientiæ Dei, quæ tam diſtincte ſcit futura, ac præſentia. Verum cum Patrum locutio propiſsimum habeat ſenſum, quem explicui, non eſt, cur recurramus ad figuratos, & hyperbolicos ſenſus.

Occurrit etiam alterum dubium, an hæc præſcientia Dei quatenus duratione antecedit futura abſtractiua, vel intuitiua appellanda ſit? P. Molina hic diſput. 14. abſtractiuam, aut ſimplicis intelligentiæ appellandam putauit. Mouetur quia ſcientia intuitiua proprie terminatur ad obiectum ſibi coexiſtens, ſed futura nondum coexiſtunt ſcientiæ Dei, vt conſtat, ex noſtra doctrina, ergo non eſt intuitiua. 81 *Dubiolum occurens.* **P. Molina.**

P. Vazquez P. Suarez. Aluarez. S. Thom. Oppoſitum docuerunt P. Vazquez diſput. illa 64. cap. 4. P. Suarez ſupra cap. 8. Conſentit Didacus Aluarez lib. 2. de Auxilijs diſput. 9. concluſione 3. eſt expreſſa S. Thomæ in hac quæſt. 14. artic. 9. ibi: *Quædam enim licet non ſint nunc in actu, tamen vel fuerunt, vel erunt, & omnia iſta dicitur Deus ſcire ſcientia viſionis.* Hoc teſtimonium mihi ſufficit, vt huic parti ſubſcribam. Quæ probatur primo, quia hæc præſcientia Dei, vt ſic terminatur ad rem exiſtentem in ſe ipſa, pro ſua differentia temporis, & duratio ipſius ſcientiæ talis eſt, vt neceſſario eam faciat coexiſtere ipſi obiecto, dum ipſum eſt, ergo eſt intuitiua. 82 **Subſcribit author. Pobatio. 1.**

Probatur ſecundo, quia hæc ſcientia Dei, vt antecedit, & vt coexiſtit rei cognitæ, nec ratione diſtinguitur in ratione ſcientiæ. Nam ex parte obiecti eadem exiſtentia rei reſpondet in eadem menſura, vnde ſemper idem affirmat quod vero duratio, in qua illa eſt, ſit antecedens, vel non, nihil refert ad rationem ſcientię, ſed vt coexiſtit rei cognitę, eſt intuitiua, ergo etiam vt antecedit. **2. Probat.**

Denique probo, quia in ſententia P. Molinæ dicendum eſſet, ſcientiam Dei in tempore ex abſtractatiua tranſire in intuitiuam, quod quia neſcio, quid mutationis ſubinnuere videtur, vitandum. **3. Probat.**

Ex quo ab ipſius rationem Reſpondeo, extrinſecam illam denominationem, aduenientem ſcientię ex obiecti coexiſtentia nullam conſtiteure diſcrimen in ratione ſciẽtiæ, quod ſi ante illam eſſet abſtractiua, poſt illam intuitiua, in ratione ſcientiæ diſcrimen conſtitueret. Vnde negamus ſcientiam viſionis proprie petere obiectum ſibi coexiſtens, ſed in ſe, & exiſtens. **R. ad rationem P. Molinæ.**

(.§.)

Digitized by Google

Cap 6. Quid ſit contingentis futuritio.

83 EXcurſis obiectis, in quibus Deus futura contingentia non cognoſcit, accedo iam ad explicandum obiectum, in quo ante quam illa in ſe ſint, certo, & infalibiliter cognoſcere poſsit. Materiam huius capitis diligenter tractaui, Anno Domini 1600. vbi, quid rei futuritio ſit de formali, quid de materiali explicui eo modo, quem in hoc capite ſubijcio. Poſtea vero merito inter magiſtros noſtros grauis eſt de hac re inſtituta dubitatio nam eſt pręcipuum huius rei fundamentum.

84 *Noua Theologorũ opinio tres continet poſitiones*

Quidam bonæ notæ Theologus, ac Magiſter quædam excogitauit. Primo tam rebus futuris, quam præteritis, item tempori futuro, atque præterito aliquid de præſenti competere, per quod res futuræ, antequam exiſtant in ſe ipſis, conſtituuntur actu futuræ, & actu præteritæ; nam etſi res ipſa futura ſit, quæ eſt, vt pars materialis futuri, futuritio tamen, que eſt vt pars formalis, non eſt futura, ſed præſens. Idem docet, de re præterita, & eius preteritione. Hęc doctrina fundamentum habet in **Auguſt.** Auguſtino tom. 1. lib. 11. Confeſ. cap, 18. vbi, ponit eſſe futura, & pręterita tempora, & exoptat ſcire vbi nam ſint, & ait. *Quod ſi nondum valeo, ſcio tamen vbicumque ſint. non ibi ea futura eſſe, aut præterita, ſed præſentia*, ergo Auguſtinus vbicumque ſit futuritio, aut præteritio, quod ipſe non aſſequitur, fatetur eſſe pręſentem, ergo futuritio & præteritio aliquid habet de præſenti. Quod probans, ſic ait, *nam ſi, & ibi futura ſunt, nondum ibi ſunt, ſi & ibi præterita ſunt, iam non ibi ſunt*, ergo expreſſe negat præteritionem eſſe præteritam, & futuritionem futuram.

85 Excogitauit ſecundo, has præſentes præteritiones, & futuritiones, quidquid illæ ſint, neceſſariam habere connexionem cum reali exiſtentia rerum in ſua temporis differentia, ita vt nec de potentia abſoluta eſſe poſsit modo præſens futuritio Antichriſti, & effici, quod ille non exiſtat in ſua temporis differentia, aut eſſe poſsit modo præſens præteritio Adami, & effici, quod ille non exiſterit in ſua temporis differentia, vt hoc probet, profert etiam ex **Auguſt.** Auguſtino, lib. 26. contra Fauſtum, cap. 4. teſtimonium. Verba non refero quia in hac parte cum prædicto Magiſtro conuenio, & rationem eius euidentem infra explico.

86 Tertio excogitauit hanc præſentem pręteritionem, & futuritionem nihil eſſe aliud, quã actualem mentis repræſentationem, res præteritas, & præſentes intuentis. Id etiam probat inſigni teſtimonio Auguſtini, lib. 11. Confeſ. **Auguſt.** cap. 20. vbi negans proprie dici tempora tria, ſic ait, *ſed fortaſſe propriè diceretur tempora ſunt tria, præſens de præteritis, præſens de præſentibus, præſens de futuris, ſunt enim hæc in anima tria quædam, & alibi ea non video: præſens de præteritis memoria, præſens de preſentibus contuitus, præſens de futuris expectatio.* Et infra cap. 28. ait, *eſſe futurorum in animo præſentem expectationem, præteritorum memoriam, præſentium attentionem.* In quibus verbis, & videtur poſſuiſſe, futuritionem aliquam, & pręteritionem præſentem, & rationem huius rei indicaſſe: nam cum Antichiſtus modo ſit actu futurus, & cum nihil intrinſecum Antichriſti modo ſit, nec aliquid temporis extrinſeci ſibi coexiſtentis, neceſſario actu futurus erit, per aliquid in mente alicuius exiſtens.

87 *Iuditium authoris,*

Quædam in hoc modo dicendi excutienda ſunt. Et primo iudico, aliqua in eo inuolui, quæ nihil prorſus referunt ad id inſtitutum, propter quod futuritionem contingentium omnes declarandam ſuſcipimus. Nam id intendimus, vt adinueniamus modum, quo futura dum in ſe nihil actu ſunt in ea duratione, in qua cognoſcuntur, nihilominus tamen, ita ſe ad ea porrigat ſcientia Dei, vt euidenter intueatur. Ad hoc reſpondebant, id ita eſſe ratione præſentis futuritionis, huius enim finis gratia præſentem futuritionem excogitarunt, & hanc cum præſentem futuritionem explicant, eam conſtituunt in mentis repręſentatione. Modo pero ab eis, vel ad illam repræſentationem ſupponebatur aliqua actualis futuritio, ratione cuius res futuræ intuitionem poterant terminare, vel non? Si nõ, ergo actualis futuritio in mente exiſtens nihil refert, vt ab intellectu diuino certo futura hęc cognoſcantur. Probo hanc conſequentiam, quia nulla futuritione actuali præſuppoſita, ipſi dant nobis Dei intuitionem ea proſpicientem.

Dicunt intuitionem hanc non eſſe iudiciũ **Reſponſ. 1.** de exiſtentia rei in tempore futuro, ſed aut quandam ſimplicem apprehenſionem, aut veluti ſpeciem intelligibilem.

Sed contra primo, non eſſe in Deo formalem ſimplicem apprehenſionem cum communiori ſententia Theologorum, docui ſupra **Confut. 1.** diſput. 4. cap. 3.

Contra ſecundo, ſicut iudicium ſupponit **Secunda cõfutatio.** cognoſcibilitatem determinatam in obiecto, ita ſimplex apprehenſio, ergo ſicut ſine præſenti futuritione poteſt eſſe obiectum determinate cognoſcibile, ante quam in ſe ſit, in ordine ad

ne ad

Digitized by Google

ne ad apprehenſionem, ita in ordine ad iudicium, ac proinde hæc præſentia futuritionis nihil refert ad intentum.

Si ſupponebatur aliqua actualis futuritio, antecedens ad illam repræſentationem, ergo in ea non conſiſtit formaliter prima futuritio. Rurſus ille modus dicendi non explicat primam futuritionem, quod ei reſtat explicandum.

Auguſtin.

Aug. non dixit actualē futuritionē conſtitui per mentis repræſentationem.

Nec Auguſtini mens ea eſt, vt exiſtimet actualem futuritionem conſtitui per mentalem repręſentationem, nam tum Auguſtinus, tum Iſidorus, lib. 1. de ſummo bono, cap. 9. cum ait, *tria iſta præterita, præſentia, & futura in animo tantum inueniri conſtat, præterita reminiſcendo, præſentia contuendo, futura expectando, ſolum volunt abuſiue, & impropriè dici tria eſſe tempora in rebus*, Id expreſſe affirmat Auguſtinus, cap. illo 20. *tempora ait, ſunt tria præteritum, præſens, & futurum, ſicut abutitur conſuetudo.* Reddit rationem, dicens, *neque id, quod futurum eſt, eſſe iam, neque id, quod præteritum eſt, pauca ſunt enim, quæ propriè loquimur.* Conſtat igitur Auguſtinum non affirmaſſe futuritionem, aut præteritionem, eſſe præſentem, ſed nec ex parte rei præteritę, nec futurę, eſſe aliquid pręſens, ſed ſolum cum hęc cognoſcuntur; aut cum futura ſperantur pręſentem eſſe iſtarum cognitionem, aut ſpem. Vnde Iſidorus proxime ad verba ſupra relata hæc ſubijcit. *Speramus igitur aduenientia, intuemur præſentia, recolimus tranſeuntia.* Quo fit in hoc modo dicendi, futuritionem actualem, tam per actum intellectus, quam per actum voluntatis debere conſtitui, cum vtriuſque facultatis actus circa præterita, & futura verſentur.

Iſidor.

Iſidor.

88

Cognitio rei præteritæ, aut futuræ, eā futuram, aut præteritam non denominet.

Deinde, iudico in eo allucinatos fuiſſe quod exiſtimauerint, Auguſtinum conſtituiſſe futuritionem, & præteritionem in mente, quia extra mentem nihil rei præteritæ, ac futuræ agnouit, nam licet cognitio rei præteritæ, & futuræ præſens ſit, at illa inepta eſt, vt rem, quæ eſt eius obiectum, denominet, & conſtituat futuram, aut pręteritam, nam vt expendi, in mea logica, vbi in principio, vt albedo inepta eſt, vt pallidum conſtituat, ita cognitio futurum, & pręteritum, & vt albedo conſtituit album, ita cognitio, & amor rem denominant cognitam, & amatam, non futuram, aut præteritam. Ratio à priori eſt, quia futurū, & pręteritum ſunt propriæ temporum rationes, & differentiæ, & ſi, quę forma apta eſt, vt rem, quæ erit, denominet futuram & rem, quæ fuit præteritam, eſt hæc ipſa præſens duratio, comparata cum rebus ipſis, ita vt Antichriſtus futurus, pro materiali dicat ipſam eius exiſtentiam; pro formali vero, aut connotato, aut hoc tempus antecedens, ſeu negationem

Qua formarē præteritam, aut futurā denominet.

eius durationis, in qua ipſa erit, pariter Adamus præteritus pro materiali importat ipſam realem Adami exiſtentiam, pro formali, ſeu hoc tempus ſubſequens, ſeu negationem eius durationis ſubſequentem ei, in qua ipſe fuit. Exempli gratia, ſpatium loci, ſi comparetur cum rebus ſpatio inferiori præſentibus eas denominat ſurſum conſtitutas, ita in noſtro propoſito. Qua propter, vel duratio vera, vel imaginaria, ſeu ipſum inſtans æternitatis in adæquate ſumptum attenta eius virtuali ſucceſsione, ſuppoſita rei denominatæ exiſtentia in ſua temporis differentia, eam commodius poterunt denominare præteritam, præſentem, aut futuram, prout facta fuerit comparatio. Aduerto vero nec huiuſmodi denominationes neceſſarias eſſe aut quidquam prodeſſe ad aſsignandum obiectum ſcientiæ infallibili Dei, nec enim ideo Deus proſpicere poteſt hæc futura, quia tempus præſens, ſeu duratio aliqua rem, quæ poſtea erit, denominet futuram, nam etſi non denominaret, eam proſpiceret.

Inſtantia.

Modo quædam obiecta diluenda, & dum ea diluimus, res tota declaranda. Obijcis primo hæc eſt bona cauſalis, *Quia Antichriſtus eſt futurus, ille erit*, ergo actualis futuritio præſens antecedit realem eius exiſtentiam in ſuo tempore. Item, hæc eſt bona cauſalis, *quia Antichriſtus ab æterno eſt futurus, cognoſcitur à Deo*, ergo ſcientia Dei erga Antichriſti exiſtentiā indiget futuritione actuali antecedenti.

89

1. Obiectio

Reſpondeo primo ex Auguſtino impropriè, & abuſiuè in rigore ſermonis dici, hanc enunciationem. *Antichiſtus eſt futurus.* Huius rei rationem hanc reddo, nam propria ſignificatio verbi *eſt*, deſtruitur per ſignificacionem propriam participij *futurus*, quia verbum *eſt*, importat per ſuam ſignificationem, aut conſignificationem aliquid de præſenti, participium *futurus*, negat totum, quod de præſenti fuerat importatum, vnde vt acutè aduerterunt Dialectici quidam, *Anticriſtus eſt futurus*, perinde eſt ac, dicere *Antichriſtus eſt erit*: inde fit propoſitionem illam, *quia eſt futurus erit*, non eſſe cauſalem, ſed eandem enunciationem diuerſis vocibus ſignificatam, vt iam explico. Illa vero, *quia eſt futurus, cognoſcitur à Deo* cauſalis eſt ſecundum rationem noſtram, nō quia actualis futuritio antecedat exiſtentiam rei, ſed quia hæc ratione noſtra ſupponitur ad ſcientiam viſionis, in quantum omne obiectū diſtinctum à ſcientia, propter indepēdentiam in cognoſci habet, prioritatē rationis in ordine ad illam, vt docui, diſput. 5 cap. 3. num. 14.

Reſpondeo Hęc enunciatio Antichriſtus eſt futurus impropria eſt in rigore, ex Auguſ.

90

Hęc enunciatio, quia aliquid eſt futurū erit, nō eſt cauſalis. Hæc quia eſt futurus cognoſcitur à Deo cauſalis eſt aliqua ratione.

Reſpondeo ſecundo, illud *eſt futurus*, per compoſitam vocem, idem ſignificare, ac illud, *erit*, per ſimplicem, nam *erit*, ſignificat exiſtētiam, conſignificat tempus, modo non exiſtens,

Reſpon. 2.

Digitized by Google

tens quodque ſupponitur exiturum, ita etiã per illud *eſt*, ſignificatur exiſtentia rei, ſuſpenſa tamen, & indifferens ad omne tempus, & per *futurus*, determinatur conſignificatio temporis futuri, vnde eſt futurus, ideſt, exiſtentia futura, quæ etiam voce incomplexa ſignificatur, per *erit*.

91 2. Obiectio. Obijcies ſecundo, quãdo res exiſtit, non eſt futura, ſed præſens, ſed aliquando eſt actu futura, ergo neceſſario ponenda eſt actualis futuritio antecedens. Aduerto, qui futuritionem actualem antecedentem rei exiſtentiam omnino illa priorem poneret in mẽte, propter hoc argumentum præiudicaret libertati, nam vt ipſi fatebantur, hæc actualis futuritio rei in mente, tam ſtrictam habet connexionem cum exiſtentia eius, vt nec de potentia abſoluta poſsit ſe iungi, quia tam impoſsibile eſt, quod factum non fuerit, quam quod futurum non fiat, ſi igitur futuritio actualis in mente eſt omnino antecedeus exiſtentiam actus liberi, & ea poſita non poteſt non poni actus liber, per talem futuritionem actualem in mente læditur indifferentia principij, & libertas actus.

Solutio. *Futuritio præſens, omnino antecedẽs actualem rei exiſtentiã præiudicat libertati.*

Modo reſpondeo propoſitio illa, *quando res exiſtit, non eſt futura* abſolutè prolata, & de exiſtentia primo accepta vera eſt. Dico de exiſtedtia primo accepta, quia ea vt conſeruata tempore ſequenti, habet eſſe futuram aliquo modo. Aduerto vero, etiam quando res actu exiſtit, habere id, ratione, cuius tempore antecedenti vere pronuntiamus illam, non ſolum eſſe poſsibilem, ſed etiam eſſe futuram id autem nihil aliud eſt, quam ipſa realis exiſtentia, nam vt notabam, illud *eſt futurum* duo, ſignificat, primum exiſtentiam, ſecundum durationem, modo non exiſtentem, & cum res quando exiſtit, habeat exiſtentiam, habet aliquid, ratione cuius propoſitio de futuro. prolata tempore antecenti, vera eſt. Ideo igitur ſolum propoſitio falſa eſt, quia tempus conſignificatum non debet exiſtere de præſenti, imo negatio eius, ſed poſtea exiturum eſt. Et hæc eſt ratio à priori, quare futuritio habeat neceſſariam connexionem cum exiſtentia rei, quia ſcilicet illam includit in ſuo adæquato conceptu, non quia infert eam tanquam aliquid antecedens, independens omnino ab ea, minor vero propoſitio ſcilicet *futuritio aliquando eſt actu*, falſa eſt, quia implicat in terminis, nam cum rei futuritio conſtet ex exiſtentia rei, & ex negatione durationis illius, in qua erit, eſt affirmare, ſimul eſſe rem exiſtentem actu, & exiſtẽtem negationem eius, ſeu exiſtentem negationem durationis in qua ipſa erit. Vnde etiam propoſitio hæc *Antichriſtus eſt actu futurus*, ſecundum ſenſum adæquatum implicationem inuoluit. Hæ vero duæ propoſitiones, prima, *Modo eſt Antichriſti futuritio*, ſecunda *Antichriſtus erit*, longe diſtant; nam prima falſa eſt, obiectum petit de præſenti, nempe actualem futuritionem, quæ vt dixi implicationem inuoluit, ſecunda vera, obiectumque abſens poſtea futurum. De hac re iterum redibit ſermo cap. 7. & 8.

92 *Quare futuritio neceſſariam habeat conexionem cum exiſtẽtia rei.*

Hæc enũtiatio *futuritio aliquando eſt actu* implica't in terminis.

Cap. 7. Propoſitiones de futuro contingenti abſoluto, vel eſſe determinate veras, vel determinate falſas.

93 *Senſus propoſitæ dubitationis.*

TERMINI titulo præfixi prius explicandi, in quo non abs re, ex obiectis harum propoſitionem ad earum naturam declarandam, ſermonem traducimus, eſſe propoſitionem de futuro determinate veram, vel determinate falſam ſolum ſibi vult, exempli gratia; formata hac propoſitione, *Antichriſtus peccabit*, aut eius contradictoria, cuilibet ſingillatim, & vt diſtincta ab alia, ita conuenire veritatem aut falſitatẽ determinatè, vt negata falſitate, nõ poſſet etiã veritas ideterminate, & cõfuſe negari, imo eã determinate cõuenire, & è conuerſo negata veritate determinate, nõ poſsit, etiam falſitas negari; imo concedendam detetminate eſſe. In his, ſi attente conſideres, duo aſſerimus. Primum propoſitiones ipſas non eſſe indifferentes, & quaſi ſuſpenſas ad veritatem, & falſitatem, ſed determinatas ad alterum ex his extremis; etenim cũ ipſæ propriſsimè ſint propoſitiones aliquid actu affirmantes, vel negantes, non poſſunt nõ eſſe orationes veræ, aut falſæ, hoc eſt, aut actu conformes, vel diſformes ſuo obiecto. Secundum veritatem, aut falſitatem non competere illis indiſtinctè, & diſiũctim, prout conceptus noſter confuſius ſolet ſignificare, cum dicimus alterum ex oculis requiri ad videndũ, nec determinate dexterum, nec determinate ſiniſtrum, ſed indeterminate diſiunctum, & in confuſſo dextrum, aut ſiniſtrum, in qua enuntiatione de neutro ſigillatim, ſed de vtroque diſiunctim, vt dixi, dicitur neceſſarium eſſe, ad videndum. Itaque in titulo præfixo affirmamus, cuicunque deſignatæ ex his propoſitionibus veritatem determinate, aut falſitatem determinate competere, & licet nos diiudicare non valeamus; Vtri earum propoſitioni efformatæ conueniat, quia cognitio noſtra rei contingentis exiſtentiam ſpatio temporis di-

Digitized by Google

diſtantem, non aſſequitur: at Deus cui omnia adſunt, clare videt in vna quaque ex his aut veritatem in ipſa exiſtentem, aut falſitatem, quippe, qui attingit omnia proſpectu ſuo à fine vſque ad finem.

94 *Sententia affirmans eligitur*

Hanc igitur ſententiam affirmantem,ſic explicatam, nos amplectimur cum communiori nobiliorique Theologia,atque Philoſophia propterea quoſdam ſolum referam recentiores,in quibus antiquiores continentur.Primũ Conimbricenſes in logica lib.1.Periherm. capit. 8. quęſt. vnica artic. 4. vbi habes pro ea Boetium, Iandunum Burlæum, Tartaretum, Alenſem, Bonauenturam, Gregorium, quendam etiam Stephanum Burleſerum affirmantem,neſcio,quo fundamento, oppoſitam Romæ fuiſſe damnatam. Secundo P. Franciſcum Suarez, lib.1. ſæpe citato de abſoluta ſcientia futurorum,cap.2.vbi præter dictos habes Scotum Okamum,Gabrielem,Marſilium Maiorẽ, Ricardum atque Cordubam. Deinde P. Vazquez in hac 1. part. diſput 66.cap.2. vbi præter dictos habes Capreolum,Sotum,Holcottum, è recenſioribus huius ſæculi thomiſtis à nobis eſt Zumel,tom.3. variarum, diſput. 3. §. *reſolutio*, concluſ. 3. Etiam allegari poteſt DidacusAluarez, lib.2. de auxilijs,diſput. 13. concluſ.1. quatenus, etſi ante decretum diuinum, quod ipſe ponit, conſtanter negat, aliquam ex his propoſitionibus eſſe determinate veram, aut determinate falſam, at poſt decretum, & in quolibet inſtanti temporis.quia in quolibet eſt decretum Dei, ſententiæ noſtrę aſſenſum exhibet.

Conimbr. Boetius. Iandunus. Burleus. Tartaretus. Eſtephanus Burleſerus. P.Suarez. Scotus. Okamus. Gabrielis. Marſil. Maior. Ricardus. Corduba. P. Vazquez Capreolus. Sotus. Holcotus Zumel Aluar.

95 *Probatio ex patribus.*

Probatur efficaciter primo ex ea Patrũ ſententia,peritiorumq; Theologorum, non ideo hæc contingentia eſſe futura, quia præſciuntur à Deo, ne præſcientia natura antecedens impedimento ſit eorum contingentiæ, ſed è conuerſo, ideo ea præſciri ſcientia viſionis, quia ipſa determinate futura ſunt, ex libera ſuæ cauſæ determinatione in vnam partem, & vt ideo ſcientia ſimplicis intelligentiæ cognoſcit creaturas poſsibiles, earumque naturas, quia ipſæ poſsibiles,taliſque naturæ ſunt, ita in noſtra ſcientia viſionis, hanc vero eſſe communem Patrum ſententiam, grauiorumque Theologorum ex profeſſo oſtendo infra diſput. 10.cap.1, Modo eam ſubſumo, & ſic noſtram ſententiam ex illa infero.

96 Probatio.1. ratione.

Si hæc futura,prius ratione, quam pręſciantur à Deo ſcientia viſionis, habent iam aliquid eſſe determinatum, à ſuis liberis cauſis determinandis, ſimul concurrente Deo, quo quomodo concurrat, ergo propoſitio,quę affirmauerit,tale eſſe determinatè futurum, v.g. *Antichriſtus erit*, eſt determinatè vera & negans, determinatè falſa;ſicut in ſententia aduerſariorum,vel poſt hanc ſcientiam, quam dicunt eſſe cauſam futurorum cõtingentium, aut poſt decretum, habent determinatam veritatem,ita in hac ſententią ante illam,quia ſcientia viſionis non eſt cauſa, imo cum oppoſita cauſalis vera ſit ratione noſtra, determinatio obiectiua contingentis futuri præſupponitur ad hanc ſcientiam. Hic aduerte nos, non conſtituere determinationem obiectiuam,ſeu futuritionẽ contingẽtem, ſine cauſa,nam cum futuritio includat exiſtentiam rei, vt explicui, cap.6. nu.55. & 56. & cum omnis rei creatæ exiſtentia ſit ab alio, nõ poteſt eſſe futuritio ſine cauſa, poteſt tamen eſſe ſine cauſa prędeterminata indifferentiam principij liberi euertente, qualis eſt præſcientia, ſi natura pręcedit, aut decretum abſolutum. Damus ergo cauſam obiectiuę determinationis futuri contingentis, liberam tamen, & indifferentem, qualem exigit natura eorum. Hoc admonuerim, quia ſæpe audiui viros alias doctos id nobis imponentes,rati noſtram in hoc deficere ſententiam,ſed patiũtur hallucinationem.

Secundo probo demoſtratione theologica, hæc propoſitio, *Antichriſtus erit*,eſt de fide,ergo eſt determinate vera, & in quacumq; mente ſit, ei annectatur veritas determinata, neceſſe eſt,& contradictoria eius eſt determinate falſa, at ſunt de futuro contingenti abſoluto, vt conſtat,ergo &c. Confirmatur Deus intuens hanc propoſitionem, in cuiuſcumque menti exiſtat, videt ei determinatè competere, eſſe conformem ſuo obiecto, & contradictoriam eſſe difformem,ideoq; præcipit Deus ſuis Prophetis paſsim in ſacra ſcriptura ſuo nomine id genus futura contingentia vulgari, non autẽ id præciperet,ſi nõ eſſent determinate vera. Quis hoc nõ videat? ſi ei effulſit lumen fidei! Confirmo ſecundo, cap. 2. demonſtraui omnes res,quę aliquando exiſtent,contineri intra plenum æternitatis inſtans, non tamen ei coexiſtere ab æterno,ſeu ex æternitate.Tũc ſic Dei ſcientia ab æterno, & ex æternitate, cum anteceſsione infinita ad peccatum Antichriſti,habet hoc iudicium *Antichriſtus peccabit*, ergo illud determinate verum eſt, & eius contradictorium determinate falſum. Pariter, quæcumque mens exiſtens ante Anticriſti tẽpora pronunciet affirmantem propoſitionem verum habet iudicium, & negans falſum; nec enim propoſitio ideo eſt vera, aut falſa, quod abhac vel illa mẽte proferatur,ſed quod obiectum ita eſt,aut non eſt,ſicut affirmat,aut negat propoſitio. 97

Confir.1.

Concedet Aluarez totum, dicet vero id ita eſſe propter decretum abſolutum antecedens, lib. 2. de Auxilijs, diſput. 13. Sed contra hoc decretum pugnauimus ſupra, cap. 3. Deinde

Reſponſio confutatio.

Tertia

Digitized by Google

Cap. 8. *Concordia infallibilis præſcientiæ* Dei, *de futuris contingentibus cum libertate.*

101 DVOBVS capitibus proxime præcedentibus explicui, tum obiecti uam veritatem horum futurorū, quæ nihil aliud eſt, ,vt conſtat ex cap. 6. quam ipſa rei futuræ determinata exiſtentia, quæ erit in menſura durationis propriæ, tum formalem veritatem enuntiationum de futuro, quæ vt conſtat ex capite ſuperiori nihil aliud eſt, quam cōformitas, quam propoſitiones habent cū obiecto prius duratione, quam ipſum exiſtat. Et licet non facile à nobis percipiatur, quo pacto fieri poſſit, vt res, quę nunc nō habet exiſtentiā, modo ſciatur exiſtens pro ſua temporis differentia, propter quam rationem non dubitaui affirmare cap. 1. non eſſe demonſtrabile ratione naturali, hæc futura à Deo ſciri, ante quam in ſe ſint. *Quare diuinum intuitum fugere non poſſint futura.* Nihilominus cum ſcientia Dei ſit in ratione ſciētiæ omni ex parte infinita, eam latere non poteſt, hoc eſſe determinate, & ſi modo non ſit, quia futurum determinate eſt: nam vt facultas videndi propter perfectionē, qua ſuperat reliquos ſenſus externos, porrigit ſe ad videndum res, longo loci diſtantes interuallo; ita virtus cognoſcendi diuina propter infinitam, qua pollet, perfectionem, porrigit ſe ad obiecta infinito temporis ſpatio diſtincta, quin ea impedimento ſit, quo minus pertingat determinatam cognoſcibilitatem, quo ſuo tēpore habebunt, vt magis explico in progreſſu cap. noſtri, idque ſibi voluit D.Thom. D. Thomas in ſuo 13. in eis verbis. *Sed etiā quia eius intuitus fertur ab æterno ſuper omnia, prout ſunt in ſua præſentialitate.* Quæ ſæpe explicui ſupra. Modo noto illud *ab æterno* referri ad intuitum Dei, quia ſolus ille eſt ab æterno, illud *prout ſunt in ſua præſentialitate* ad menſuram propriam futurorum, quia ſolum habent exiſtentiam, dum in ſe durant, ergo intuitus, qui eſt ab æterno, hoc eſt infinita duratione antecedens exiſtentiam futurorum, deuicta difficultate intuendi res, ſpatio durationis infinito diſtantes, ea penetrat, ſuæque menti præſentia facit.

102 *Quare D. Thom. exigat coexiſtentiā futurorū in æternitate, ad eorū cognitionem.* Sed non abs re petat verus Thomiſta, qua ratione, ſi hæc ita ſunt, vt procul dubio ſunt, Diuus Thomas quotieſcumq; ſermonē inſtituit de hac futurorū intuitione, mentionem facit coexiſtentiæ earum in æternitate? Maxime cum ea coexiſtentia nihil referat, vt docuit cap. 5. num. 94. Difficilem in hac parte mentem Diui Thomæ ita intelligo. Duo ſunt neceſſaria, vt futura contingentia ante quam in ſe ſint, videantur. Primum ex parte ipſorum, ſcilicet veritas obiectiua determinata. Secundum ex parte cognoſcentis, videlicet infinita virtus cognoſcendi; nam à finita virtute, ſecluſa eleuatione, ſuperari non poteſt difficultas, quæ conſurgit ex ſpatij temporis diſtantia. Hanc ergo difficultatem ea ſolum ſcientia vincere poteſt, quæ ſuapte natura petit æternitate menſurari. Quo fit optime Diuū Thomam exegiſſe coexiſtentiam aliquam obiecti cum ſciētia intra eandem mēſuram; nam vt ſola ſcientia Dei, ex ſibi intrinſeca perfectione ſibi vendicat coexiſtentiam cum omni futuro, ita ea ſola cōnaturaliter poteſt vſque ad exiſtentiam futuram ſe penetrare.

Ex his omnimodam certitudinem, & infallibilitatem ſcientiæ Dei circa hæc futura colligo. 103 *Certitudo omnino infallibilis ſciētiæ Dei colligitur* Diſtinxi futura in duplici differentiā, priora, quæ à ſolo Deo procedunt, & denominatiue contingentia ſunt, poſteriora, quæ à Deo, & voluntate creata, & in ſe contingentia ſunt. Vide cap. 3. num. 27. Priora à ſcientia ſimplicis intelligentiæ dirigente, & à decreto efficaci applicante, & determinante omnipotētiam ad operandam ſuo tempore acceperūt eſſe. Itaq; hæc, his poſitis ex parte Dei, & ſunt futura per ſuammet ipſorum exiſtentiam, & negationem eius antecedentem, vt explicui, c. 6. nu. 55. & 56. & à decreto illo efficaci, quaſi efficienter etiam futura ſunt immediate in quodam poſteriori rationis, incipit in Deo horū ſcientia viſionis. *Explicatur infallibilitas ſcientiæ comparatione decreti efficacis.* Quæ ſane eandem habet infallibilitatē, immutabilitatē, atq; certitudinem in ſua veritate, quam decretum efficax cum ſuo effectu. Nam primo, vt decretum illud in quantum liberum, ita eſt in Deo, vt ſimpliciter potuerit non eſſe, ita ſcientia hæc vt viſionis eſt, ita eſt in Deo, vt potuerit abſolute non eſſe. Secundo vt decreto illo poſito, infallibile, atque neceſſarium eſt effectum poni ineuitabiliter, & immobiliter, ita poſito effectu, eſſe in Deo ſcientiam hanc viſionis infallibile eſt, atq; neceſſarium immobiliter, & ineuitabiliter. Tertio vt repugnat, Deum non durare in æternum, nulla interpoſita mutatione in decreto, quod habuit ab æterno, ita in ſcientia, ergo eius veritas eſt omnino infallibilis, certa, atque neceſſaria ex ſuppoſitione, quod eſt.

In poſterioribus futuris res obſcurior eſt. Pro declaratione diſtinguenda in Deo duplex voluntas, alia efficax creandi liberum arbitriū. 104 alia concurrendi cum eo, toties, quoties ipſi libuerit. Hanc ſatis explicui ſupra capite 3. Hæ voluntates licet non ſint ita neceſ-

præſenti : item quia aliquod tempus ſubſequens eſt præſens, aut præteritum, in eo falſa eſt propoſitio de futuro. Vnde inæqualis eſt veritas in his propoſitionibus, ac in propoſitione de præterito.

107 Anſelm. D. Thom. *Non placet.*

Verum vt reor doctrina hæc, etſi ſubtilis, nec rem exhaurit, nec altam Diui Thomæ mentē. Et primo eam video eſſe contrariam Anſelmo vbi ſupra, qui vt æqualem neceſſitatem ponit in obiectis harum propoſitionum, ita æqualem veritatem in ipſis. Et re vera id euidentiſſimum mihi eſt, nec id inficiatur P. Suarez : etenim neceſſitas omnis duplex ſolum eſt, Prima antecedens, Secunda ſequens. Vtramque declaro, aureis verbis Anſelmi. *Ortus vero Solis duabus neceſſitatibus futurus eſſe intelligitur, ſcilicet, & præcedente, quæ facit rem eſſe, ideo enim erit, quia neceſſe eſt, vt ſit, & ſequenti, quæ nihil cogit eſſe, quoniam id circo neceſſitate futurus eſt, quia futurus eſt, &c.* Atqui nulli actui libero neceſſitas antecedens competere poteſt, vt demonſtraui cap. 2. & 3. ergo in omni actu libero ſolum eſt neceſſitas conſequens, ac proinde in omni actu libero, ſiue præteritus ſit, ſiue præſens, ſiue futurus ſolum eſt ea neceſſitas, quæ ſumitur ab eius exiſtentia in propria menſura, ergo in omni propoſitione ſolum eſt ea veritas, quæ radicari poteſt ab eadem exiſtentia, ergo æqualis. Quod ſic affirmat iterum, & expreſſe Anſelmus, *Pariter autem verum eſt, quia fuit, & eſt, & erit: aliquid enim eſt ex neceſſitate, & quia neceſſe eſt fuiſſe omne, quod fuit, & eſſe, quod eſt, & futurum eſſe, quod erit, quippe non eſt idem, rem eſſe præteritam, & rem præteritam eſſe præteritam, aut rem eſſe præſentem, & rem præſentem eſſe præſentem, aut rem futuram eſſe futuram, ſicut non eſt idem, rem eſſe albam, & rem albam eſſe albam &c.* In quibus tam expreſſe conſtituit parem veritatem in aſſenſibus, qui dicuntur de præterito, de præſenti, & de futuro, & parem neceſſitatem in obiectis ex ſuppoſitione exiſtentiæ in ſua menſura, vt nullus relinquatur tergiverſandi locus. Idem docuit Diuus Auguſtinus lib. 26. contra Fauſtum, capite. 4. ibi: *Tam non poſſunt futura non fieri, quam non fuiſſe facta præterita.*

Aequalē eſſe firmitudinē veritatis in propoſitione de præſenti, de futuro, de præterito.

Auguſt.

108

Ex qua doctrina hanc formo rationem pro noſtræ confirmatione. Propoſitio eſt vera, vel falſa ab eo, quod res eſt, vel non eſt, vt illa enunciat, ergo etiam veritas illius erit magis, aut minus neceſſaria, à maiori, vel minori neceſſitate rei ēnunciatæ. Hac ratione hæc propoſitio, *Antichriſtus eſt animal rationale,* ſimpliciter continet veritatem neceſſariam, non vero hæc *Antichriſtus exiſtit,* quia magis neceſſaria eſt connexio identitatis inter Antichriſtum, & eius naturam, quam connexio eiuſdem Antichriſti, & exercitium exiſtendi extra cauſas. Tunc ſic, Antichriſtus exiſtens, ſiue comparetur cum tempore antecedenti, ſiue cum præſenti, ſiue cum ſubſequenti, eandem retinet neceſſitatem exiſtendi in ſua menſura, ergo propoſitio de præſenti, & de futuro æqualem habet, imo potius eandem veritatem cum propoſitione de præterito. Minorem declaro ratione Anſelmi; ſicut actus præteritus non fuit ex neceſſitate præteritus, quia potuit non eſſe præteritus, at quod actus præteritus, ſit præteritus neceſſarium eſt, ita actus præſens, & futurus non fuit ex neceſſitate præſens, aut futurus, quia potuit nec eſſe præſens, nec futurus: at quod præſens ſit præſens, & quod futurum ſit futurum, quia a parte ſubiecti inuoluitur ſuppoſitio, neceſſarium eſt, ergo propoſitiones hæ *Adam fuit, Chriſtus eſt, Antichriſtus erit,* æqualem habent veritatem, atque neceſſitatem.

109

Non ideo nego, quod dicebat Pater Suarez, aliquid ſpeciale eſſe in re præterita, *Numquam enim fieri poteſt* (ait Anſelmus) *vt res quæ præterita eſt, fiat non præterita ſicut res quædam, quæ præſens eſt, poteſt fieri, non præſens, & aliqua res, quæ futura eſt, poteſt fieri, vt non ſit futura.* Sed nego hac ratione, aut in ipſa re præterita eſſe maiorem neceſſitatem obiectiuam, quam in præſenti, & futura; aut in ipſa propoſitione de præterito, magis neceſſariam veritatem, quam in de præſenti, & futuro: Etenim ſolum ſibi voluit Anſelmus id, quod omnibus conſpicuum eſt, ſcilicet in re præterita, iam impoſſibilem eſſe aliquem temporis decurſum, in quo præterita non ſit, quatenus Deus efficere non poteſt, quod non ſit elapſum iam omne tempus, in quo Adamus erat futurus, & præſens; in re autem præſenti, & futura, hoc fuit naturaliter ipſo temporis elapſu. V. G. actus amoris durans per horam, A, in hora, B, præteritus eſt, & is erat futurus in hora, A, & præſens in hora, B, & præteritus in hora, C. Ex hoc autem non fit, propoſitiones de præterito, de præſenti, & de futuro, quæ verſantur circa hunc actum amoris, non eſſe æqualis neceſſitatis. Quod ſic oſtendo. vel loquimur de propoſitione mentali, vel de vocali. De mentali pone illam durantem per tres horas, & affirmantem amorem Dei exiſtere per horam, B, nullam in ipſa facta mutatione, tempore elabēte, in hora, A,

ra, A, dici debet propoſitio de futuro, in hora, B, de præſenti in hora, C, de præterito: illud enim iudicium ſolum affirmat indiuiſsibiliter, atque directe amorem Dei exiſtere in hora, B, quod verum eſt, etſi id affirmetur, in tempore antecedente ad eam horam, etſi in coexiſtente, etſi in præterio, & ipſa eademque propoſitio actibus reflexis noſtris, qui verſantur circa eam, tanquam circa obiectũ, denominari poteſt propoſitio de futuro, de præſenti, & de præterito, fundamento deſumpto ex ſolo temporis elapſu. Inſtantiam habemus manifeſtam in viſione Dei, viſionibuſque Beatorum, quæ modo vt intuentur Antichriſtum, dicuntur à nobis iudicia de futuro, vt Chriſtum de præſenti, vt Adamum de præterito, cum tamen ſemper vna viſio perſeueret, atque adeo eadem veritas.

De vocali, in qua ſolum eſt veritas, tanquã in ſigno, ſeu inſtrumento exprimente veritatem mentalem internam, eadem fere eſt ratio quoad hanc cõſiderationem, nam ſi proferantur à iudicante, idem iudicium exprimunt, et ſi diuerſe ſonent voces.

110 *Propoſitio vocalis propter tẽporis conſignificationẽ, duas ſignificat veritates.*

At in his, illud notatu dignum, quod vltra rei exiſtentiam, quam ſignificant eſſe pro tẽpore determinato, & voce ſignificato, conſignificant tempus, in quo formatur propoſitio, quia diuerſum eſt in propoſitione de præterito, in propoſitione de præſenti, in propoſitione de futuro, ideo exiſtimo quandam diuerſam ab eis conſignificari veritatem. V. G. hæc propoſitio *Adam fuit in inſtanti, A,* prolata a iudicante, non ſolum affirmat exiſtentiam Adami in inſtanti, A, ſed etiam conſignificat, & ſimul innuit tempus, in quo ea profertur à iudicante eſſe poſterius, relate ad inſtans, A, in quo Adamus habuit exiſtentiam præſentem. Item hæc *Chriſtus exiſtit in inſtanti, A,* non ſolum ſignificat, & affirmat Chriſtum Dominum exiſtere in eo inſtanti, ſed etiam conſignificat, & innuit inſtans, in quo profertur ea propoſitio eſſe coexiſtẽs, idemq; cum eo, in quo Chriſtus exiſtit. Denique hæc propoſitio, *Antichriſtus erit in inſtanti, A,* non ſolum ſignificat & affirmant eius exiſtentiam in eo inſtanti, ſed etiã cõſignificat, & innuit eam durationem, in qua propoſitio eformatur eſſe antecedẽtẽ ad inſtans, A, in quo Antichriſtus exiſtet. Itaq; propoſitiones vocales duas ſignificant veritates, & duo exprimunt, iudicia in mente proferentis exiſtentia, aliud expreſſe, & directe, ſcilicet rem futuram exiſtere in aliquo tempore, vel determinato, vel indeterminato, prout apponuntur termini, tẽpus ſignificãtes: aliud implicite, & per temporis conſignificationem, ſcilicet tempus, in quo profertur propoſitio, aut eſſe antecedens, aut coexiſtens aut ſubſequens ad tẽpus, pro quo affirmat rem exiſtere. Quod probo hac ratione, ſæpe enim accidit, aliquem cognoſcere, & etiam intueri rem exiſtentẽ certo tẽpore & ignorare an res illa coexiſtat iudicio quo intuetur ipſam exiſtere, nã vt cõtingere poteſt, quod intuitio rei coexiſtat & non coexiſtat rei intuitiuę cognitæ, ita cõtingere poteſt, quod vna veritas manifeſta ſit, ſcilicet exiſtentia rei in ſuo tempore, & alia lateat, ſcilicet coexiſtentia iudicij, aut non coexiſtentia.

Contingere poteſt intuitio exiſtentiæ rei certo tẽpore, & ignoratio. An id tẽpus coexiſtat intuitioni.

Secundo, quia iudicium de coexiſtentia propoſitionis cum re cognita eſt actus reflexus, & a parte ſubiecti cognoſcit ipſam propoſitionẽ, & eius durationem: à parte prædicati exiſtentiam rei, quæ eſt obiectum primæ propoſitionis, & durationis eius, & facta inter illas collatione, elicit iudicium, quo affirmat, aut propoſitionem ſuam antecedere, aut coexiſtere, aut ſubſequi exiſtentiam obiecti, ergo hæc ſecunda propoſitio diuerſa eſt à priori.

111 *Vna veritas ſemper eſt æqualis non alia.*

Ex quo colligo in prima illa propoſitione, in qua tota verſatur difficultas, nullum eſſe diſcrimẽ quoad neceſsitatem veritatis inter propoſitionem de præterito, ex vna parte, & inter propoſitionẽ de præſenti, & de futuro ex alia: in ſecunda vero veritate, quam ſuppreſſe conſignificari diximus, propoſitionem vocalem locum habet, quod dicebat P. Suarez ſupra, nam quando erga rem præteritam formamus iudicium, & proferimus eam fuiſſe; vt cum dicimus *Adam fuit*, verum eſt omne tempus, in quo proferri poteſt, & iudiciũ circa illam formari, eſſe ſubſequẽs, atque adeo nunquam iam falſam eſſe poſſe, cuius ratio ea eſt, quia Deus efficere non poteſt, quod tẽpus re producatur illud ipſũ, quod coextitit rei futuræ, aut quod antecesſit, ac maxime, cum ea, aut coexiſtentia, aut connexione, quam habuit: Erga rem vero pręſentem, & futuram res aliter ſe habet, vt ſatis liquet ex dictis.

Mentis D. Thom. explicatio.

Ex quo etiam prætermiſsis modo varijs expoſitionibus, quas refert, & adhibet P. Suarez, ego ſic colligo mentem Diui Thom., in verbis in obiectione relatis. Et noto primo illam propoſitionem *Deus ſciuit, Petrum peccaturum in inſtanti, A*, duos habere poſſe ſenſus. Primus, in Deo eſſe ſcientiam eius peccati, in eo inſtanti. Secundus, hanc ſcientiam eſſe præteritam, hoc eſt extitiſſe aliquando, modo vero non exiſtere. In primo ſenſu vera eſt propoſitio. In ſecundo falſa, quia ſcientia Dei, cui ſemel competit exiſtere, non poteſt competere iam negatio exiſtentiæ, propter eius inuariabilitatem, & durationem æternam. Vnde in rigore hæc propoſitio. *Deus*

ſcit

Digitized by Google

Propoſitio de præſenti, & de præterito in Deo, eū dē reddit ſenſum. ſcit Petri peccatum, & Deus ſciuit, eundem reddunt ſenſum: imo cum comparatione ſciē tiæ Dei non ſit proprie, & intrinſece præteritum, atque futurum, melior. & proprior locutio eſt, *ſcit*, quam *Deus ſciuit*, nam ſi per hanc *Deus ſciuit* aliquod ſpeciale ſignificare velimus, vltra id, quod per propoſitionem de præſenti ſignificatum erat, non poſſumus, non agentes de ſcientia Dei, falſum reddere ſenſum. Ex quo euidenter fit propoſitionem de præterito non habere maiorem neceſsitatem, quam propoſitionem de præſenti in ſciē tia Dei.

112 Ex quo noto ſecundo aliud intendiſſe D. Thomam cum dixit in obiectione illud antecedens, *Deus ſciuit Petrum peccaturum*, eſſe abſolute neceſſarium; nam cum ſcientia ipſa Dei reſpectu cuiuſcunque obiecti exiſtentis, in quacunque temporis differentia exiſtat, eā dem habeat neceſsitatem, vt manifeſte monſtrabimus, non diceret antecedens eſſe ſimpliciter neceſſarium, non vero conſequens, eo quod noſtra propoſitio vocalis de præterito falſū ſenſum iam cōtinere nō poſsit, poſsit vero de præſēti, & de futuro, hoc enim parui momēti eſt, nec ad rem præcipuā ſpectat, vt dixi.

113 *Caietanus. Diſcrimen inter ſcientiam liberam Dei, et actum ipſius liberū* His poſitis, veram ſic ego adhibeo expoſitionem ex eleganti doctrina Caietani 1. parte quæſt. 19. art. 3. ad ſextum; vbi aſsignans diſcrimen inter ſcientiam Dei liberam, & actum voluntatis liberum, ait, ad hunc nullam poſſe ſupponi antecedētem ſuppoſitionem, ex qua inferatur neceſſario actus ſine præiuditio libertatis, bene vero ad ſcientiam liberam, hæc autem ſuppoſitio antecedēs ad ſcientiam, nihil aliud eſſe poteſt, quam ipſe actus exiſtens in ſua differentia tēporis in ratione obiecti ſcientiæ Dei, nam vt ſæpe docui, omne obiectum à ſcientia diſtinctum in ratione obiecti præcedit ſcientiam aliqua prioritate rationis; facta vero illa antecedenti ſuppoſitione, neceſſariū ſimpliciter eſt illud obiectū ſciri à Deo, propter infinitatem virtutis ſciendi. Quo fit ſcientiam Dei magis neceſſariam eſſe, quam peccatum futurum, quia ad hoc nihil præcedit, ex prærequiſitis, ex quo neceſſario infertur; ad ſcientiam vero præcedit aliquid ex prærequiſitis ex quo neceſſario infertur, & in hoc ſenſu, concedo antecedens illud, *Deus ſciuit Petrū peccaturum* eſſe ex antecedente ſuppoſitione ſimpliciter neceſſarium, vt dixit D. Thomas, conſequens vero ſcilicet *peccatum Petri erit*, non ita. Aduerto; cum dicimus, antecedens illud eſſe neceſſarium, nec D. Thomæ, nec mentis noſtrę eſſe, inter ſcientiam liberam Dei, & naturam eius, eſſe connexionē omnino, & ſimpliciter neceſſariam, prouenientem ex natura intrinſeca extremorum, qualis eſt inter Deum & ſcientiam poſsibilium, hoc enim conſtat falſum eſſe, ſed ſolum facta aliqua ſuppoſitione, ratione noſtra antecedente, iam intercedere connexionem neceſſariā inter Deum, & ſcientiam eius liberam.

Ex his deniq; liquet concordia preſcientiæ Dei, & libertatis creaturæ, quam ita declaro, à priori, quia ſecunda cauſa horum futurorum eſt voluntas creata, prẹſto aſsiſtente concurſu cauſæ primæ, exhibito per voluntatem Dei; vt explicaui ſupra art. 3. cap. 3. ideoq; hæc præſcientia libera, nullo modo eſt cauſa eorū, nec totalis, nec partialis, nec conditio ſe tenens ex parte cauſæ, quod à Deo verum eſt, vt ſi Deus per impoſsiblie nō foret futurorum prẹſcius, ea non ſecus euenirent, ac modo eueniunt nō aliter, ac nobis ignorantibus ſuccedūt contingētia, vt late demonſtro diſp. 10. cap. 1. Quod ſi Deus non eſt cauſa per præſcientiam, ſed ea mere ſe habet ſpeculatiue euidens eſt, ipſam non poſſe contingētibus neceſsitatem inferre, nam ea quæ à ſuis principijs fluunt contingenter eis nō mutatis, aut alteratis, & ſeruato modo procedendi iuxta exigentiam principiorū ea contingenter procedant, neceſſe eſt. Hac ratione, non quia Dominus prædixit Petro, ab eo ſe negandum, ideo fuit negatiò, ergo pariter in prẹſcientia Dei. 114 *Concordia præſciētiæ Dei, & libertatis creatæ.*

A poſteriori probatur, quia ſi ſcientia viſionis Dei foret cauſa futurorum, eaq; natura antecederet, vt prẹmotio phyſica ex parte principij prædeterminans, & decretū efficax libertatem euertunt, vt oſtendi c. 2. & 3. ita prẹſciētia. Vnde Philophi antiqui Ethnici, & noſtro tempore hæretici, vt libertatem cōſeruarent, præſcientiam negarunt. Porro, foret peccatorum cauſa, quę incommoda vt fugerēt Patres referendi infra diſp. 10. c. 1. dixerunt non ideo hæc eſſe futura, quia Deus præſcit, ſed e cōuerſo, eorum præſuppoſita futuritione obiectiua, prius ratione tanquam obiecto, & termino ſcientiæ Dei, ideo à Deo cognoſci.

Hinc vno verbo, corrunt argumenta, quæ contra libertatem noſtram ex præſcientia ab Ariſtotele, Cicerone, deniq; à Caluino cū ſectariis inſtructa fuere, ita referente Bellarmino doctiſsimè, vt ſolet lib. 4. de gratia, & libero arbitrio cap. 13. nam cum dicunt Deum antecedenter infallibiliter atq; ineuitabiliter ita prænoſſe futura hæc, vt aliter euenire nequeāt alias incidimus in abſurdum, videlicet iudicium Dei eſſe fallibile, & falſo obnoxiū, namq; hoc ipſo, quod poſsint aliter euenire, poteſt iudicium Dei ſubeſſe falſitati. 115 *Bellarmin. Argumentorū cōtra libertatē, ex præſciētia, dilutio*

Reſpondeo igitur negando primo hanc ſciētiam Dei, vt viſionis horū futurorū eſſe omnino neceſſariā ex intrinſeca terminorum connexione, qualiter neceſſaria eſt, ſcientia ſui,

 atque

Digitized by Google

Res prius ratione eſt poſsibilis quam futura, ſciētia Dei prius ratione eſt ſciētia ſimplicis intelligētię, quam viſionis.

atque poſsibilium. Itaque ſolum eſt neceſſaria ex ſuppoſitione exiſtentiæ obiecti pro ſua duratione, vt dicebam num. 64. Secundo negandum eſt, eſſe natura antecedentem, ad hæc futura, etſi duratione infinita præcedat. Hoc loco obſerua, vt res ipſa poſsibilis prius ratione eſt poſsibilis, quam futura, ita vt pro illo poſsibilitatis priori eſſet indifferens, præſcinderetque à determinatione in futuritionem, aut negationem futuritionis, ita ſciētia Dei pro hoc priori, quo eā intelligimus cognoſcere poſsibilia etiā erat indifferens, præſcindebatque à determinatione, vt eſſet ſcientia viſionis determinatæ exiſtentiæ obiecti, aut determinatæ negationis eius, cum vero pro alio rationis ſigno poſteriori, ipſa poſsibilia tranſire intelliguntur ex eo ſtatu in ſtatum determinate futurorum, per quem tranſitum dederunt ſcientiæ Dei determinatam veritatem obiectiuam, ipſa quoque trāſiuit ex ſcientia ſimplicis intelligentiæ, ad ſcientiam viſionis exiſtentiæ obiecti, & cum is tranſitus, ſeu determinatio in ſcientia Dei, in tempore fieri nequeat, propter rationem à nobis explicatam diſp. 2. cap. 2. fit ab æterno fuiſſe in Deo talem determinationem, atque adeo ſcientiam Dei ſupponi ſolum duratione, & quaſi materialiter ad hoc obiectum, poſtponi vero ſecundum Logicam cauſalitatem, & rationis poſterioritatē.

Tertio cum quidquid eſt, in Deo æternitate menſuretur, ac proinde mutationi non ſit obnoxium, ſit ſcientiam hanc viſionis prima præſuppoſita terminatione, quę originem duxit ex determinatione obiecti, & eſſe æternitate menſurandam, & inuariabilem. Deniq; infallibilem, quatenus quidquid eſt, dum eſt, neceſſe eſt, vt ſit, vt ſatis ſuperque à nobis ex doctrina Anſelmi declaratum eſt.

(?)

DISPV-

DISPVTATIO SEPTIMA.

DE

OBIECTO FVTVRO CONTINGENTI conditionato, Scientiæ Dei.

Diſtincta Capitibus Duodecim.

In Primo. Status controuerſiæ, varia propoſitionum conditionatarum genera, propugnatores affirmantis ſententiæ.

In Secundo. Teſtimonia Sacræ Scripturæ pro ſententia noſtra affirmante.

In Tertio. Quædam teſtimonia expendo, & effugia præcludo.

In Quarto. Ex quadam Patrum doctrina probo ſcientiam conditionalium.

In Quinto. Idem probo ex Sancto Auguſtino.

In Sexto. Idem, ex Sancto Thoma.

In Septimo. Impugnatio decretorum erga futura contingentia conditionata.

In Octauo. Ratione probo ſcientiam conditionalem, & declaro obiectum, in quo cognoſcuntur a Deo conditionate futura.

In Nono. Nullum ſuum decretum, vt futurum cognoſcit Deus.

In Decimo. Veritatem propoſitionum contingentium conditionalium, menſurandum non eſſe, ex bonitate conſequentiæ, & quid iudicandum de diſparatis, & de nomine ſcientiæ mediæ.

In Vndecimo. Contrariæ ſententiæ fundamenta, & ſolutiones.

In Duodecimo. Alia fundamenta contrariæ ſententiæ, & ſolutiones.

I*n eundem Articulum Decimum tertium S. Thomæ.*

Cap. 1. S*tatus controuerſiæ varia propoſitionum conditionatarum genera. Propugnatores affirmantis ſententiæ.*

I *Tria rationis ſigna propono.* SOLEMNE eſt Theologis, vt rem diuinam diſtincte diſputent varia rationis ſigna, ſeu inſtantia digerere, non pro libito, ſed, deſumpto à rebus fundamento. In noſtra re tria præcipua ante oculos proponere in ipſo limine operę pretium eſt. Duo extrema ſunt. Primum, quo res intelligimus poſsibiles ab omnipotentia Dei, logico fluxu emanantes modo, quem explicui diſp. 5. cap. 2. Hoc poſito fluxu immediate in Deo, intelligimus horum poſsibilium ſciētiam ſimplicis intelligentiæ, ac proinde hoc primum inſtans poſſemus adhuc in duo ſubdiuidere, primum

primum emanationis, ſecundum diuinæ cognitionis. Rurſus in ipſa emanatione propter mediatam, aut immediatam connexionem cũ omnipotentia Dei, alia innumerabilia liceret menti noſtræ excogitare rationis inſtantia, quæ duco prætermittenda, ſolum enim verſor in generali doctrina. Secundum inſtans extremum eſt illud, quo creaturę ſunt abſolutè futuræ, quarum abſolutam futuritionem, vt reor, accurate explicui diſput.6.cap. noſtro 6.quia vero omnis rei creatæ exiſtentia, quæ includitur in futuritione, eſſentialiter à Deo pendeat tum à ſcientia, tum à voluntate, tum denique ab omnipotentia, in hoc ſecundo inſtanti vltra ea, quæ neceſſaria dicunt Theologi, libera etiã conſtituenda ſunt. Ad earum creaturarũ productionem, quæ à ſolo Deo fiunt, decretum efficax in voluntate Dei ponendum eſſe, docui diſput.6.cap.3.&cap.8.Quo infero modo huiuſmodi creaturas geminatam habere futuritionem efficacem, primam in Deo antecedentem, per quam in genere cauſæ efficientis recipiunt primum eſſe futurum extrinſecum, & tranſmittuntur immediatè ex ſtatu poſsibiliũ ad ſtatum futurarum, hanc accipiunt per decretum efficax, ſecundam in ſe ipſis, quaſi intrinſecam, & formalem per ipſorum actualem exiſtentiam, cum cõnotatione negationis eius tempore antecedenti, vt explicui diſput. ſuperiori, cap.6. Ad hoc inſtans ſequitur immediatè ſcientia viſionis eorum in propria duratione, per quam diuina illa ſcientia ex naturali, & neceſſaria, primo tranſineat in liberam, hoc etiam inſtans, non ſecus, ac primum licet ſubdiuidere in duo inſtantia, primum futuritionis præciſſe, ſecundum viſionis.

Duplex rerũ futuritio, alia efficiens, alia formalis.

2

Per volũtatem producendi liberũ arbitriũ actus liberi, aliquã accipiunt radicalem futuritionẽ.

In creaturis vero, quæ, & à Deo, & à libero arbitrio creato ſimul procedunt, quoſdam actus liberos in Deo præintelligere debemus, prius quam ipſa in ſe futura ſint. Primus eſt, voluntas producendi ipſum liberum arbitriũ, per hanc actus liberi eius recipiunt primam radicalem, ſeu vniuerſalem futuritionẽ, quod ad eam voluntatem ſequitur alia in Deo ex natura rei cum ipſa connexa, ſcilicet exhibendi ſuum concurſum, præſto aſsiſtentem libero arbitrio pro ſingulis quibuslibet actibus, vt dixi diſput.6.cap.8.num.63. nam etiam, ſi abſolutè potuiſſet Deus voluntatem exiſtentem relinquere ſterilem, & in fœcundam ſine fructu actuum liberorum, ac proinde priorem à poſteriori ſeiungere voluntate, at ex natura rei, ita ſunt connexæ, vt ex priori Deus maneat, quaſi obligatus ad ſecundam, & hæc eſt ratio à priori valde notanda, quare voluntati creatæ tribuenda ſit operatio, aut negatio operationis, nam cum Deus ex ſeſe præſto adſit, per ipſum non ſtat, quod non operatur; & cum per hanc aſsiſtentiam ipſi non inferat neceſsitatẽ operandi, merito voluntati tribuimus operationem, cum operatur, etſi nullà prioritate prius cõcurrat, quam Deus, vt docui diſput. 3.cap.3.num.35.& 37. Itaque poſitis ex parte Dei his duabus voluntatibus, & ex parte liberi arbitrij creati, omnibus alijs prærequiſitis ad complendum actum primum cauſæ ſecundæ, & alijs conditionibus, & circunſtantijs, quibus re vera eliciet operationem, ea primo incipit eſſe determinate futura per ſuammet ſolam exiſtentiam in ſuo tempore, cum connotatione negationis exiſtentię in tempore antecedente, non vero per aliquid antecedens determinans, ſicut diximus in futuris prioris generis. Non nego, hæc, quæ antecedunt ex parte actus primi, licet non dent actui ſecundo futuritionem determinatam, dare poſſe futuritionem aliquam contingentem, per quam à mere poſsibilibus diſcerni incipiunt, etenim omnia, tum intrinſeca, tum extrinſeca, quæ voluntatem commouent, vt operetur, actum ipſum conſtituunt in ſtatu aliquo diſtincto à poſſibilibus, nam adhoc, vt actus ille ſit remote poſsibilis, ſufficit exiſtentia omnipotentiæ Dei, item exiſtentia liberi arbitrij creati, vt ſit proxime poſsibilis, ſufficiunt voluntatis exiſtentia, intellectus propoſitio, concurſus Dei præſto aſsiſtens: alię vero circunſtantiæ, tum intrinſecæ, tum extrinſecæ, tum corporales, tum ſpirituales, quæ voluntatem ad agendum impellunt, neceſſariã non ſunt, vt actio poſsibilis ſit, dant ergo ipſi vltra poſsibilitatem, futuritionem aliquam, non determinatam, atq; infallibilem, ſed fallibilem, & contingentem. Hinc intelligendæ veniunt quędam comminatoriæ locutiones, in quibus appellantur futura, quæ nunquam erunt, quia ſcilicet habent hanc futuritionem ex cauſarum ſecundarum diſpoſitione. Habemus ad hoc elegans teſtimonium Hieremiæ, cap. 18. *loquar aduerſus gentem, & aduerſus Regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud.* En futuritio contingens deſtructionis, & diſperſionis Regni, quia immania hominum peccata mouebant Deum ad eam executioni mandandam, quæ tamen nunquam erit: nam ſtatim ſubdit, *ſed ſi pœnitentiam egerit gens illa, à malo ſuo, agam & ego pænitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem.* Mitto alia teſtimonia.

Quare libero arbitrio tribuitur operatio cũ operatur, & negatio, cũ non operatur.

3 *Actus liberi habẽt futuritionem antecedẽtẽ cõtingentẽ.*

Hier.c.18.

4 *Explicatio tertij inſtantis, ſeu ſignationis.*

Et accedo ad tertium inſtans medium inter hęc duo, in quo verſatur totum argumentum noſtræ diſputationis. In quo tum ipſæ res, quæ de facto futuræ ſunt, tum cæteræ, quæ nũquam erunt, forentque ſi certa adeſſet cõditio. Conſtituo exemplum in peccato Petri, ante quam haberet abſolutam futuritionem, erat ſub cõditione futurum, ſi Petrus ingrederetur atriũ,

rogaretur

Digitized by Google

rogaretur ab ancilla oſtiaria, certo timore corriperetur: etenim ad abſolutam futuritionem illius peccati, requirebantur hęc omnia in re poſita, vt dicebam in principio; ad futuritionem autem conditionatam, non ſolum non eſt hoc neceſſarium, verum nullo eorum præſuppoſito peccato negationis, competit conditionata futuritio, ex hypotheſi quod poneretur, ergo inſtans abſolutæ futuritionis poſterius eſt, inſtanti conditionatæ futuritionis. Probo hanc conſequentiam, nam id, quod à pluribus dependet, poſterius eſt ratione eo, quod à paucioribus, maximè cum interſe ordinem aliquem ſeruant, vt ſunt ſtatus abſolutæ futuritionis, & ſtatus conditionatæ futuritionis eiuſdem rei. Quæ ratio etiam probat alteram partem, nempe inſtans hoc eſſe poſterius ſigno poſsibilitatis, etenim adhoc, vt negatio illa poſsibilis eſſet, ſolum neceſſaria erat liberi arbitrij Petri exiſtentia, quocumque loco, & tempore exiſteret, & quæcumque repræſentatio intellectus eius obiecti quoad bonitatem, & malitiam. Denique generalis concurſus præparatus ex parte Dei, vt ſupra dicebam; ad futuritionem vero conditionatam peccati, vltra hæc, neceſſaria eſt voluntatis exiſtentia, in certo loco, & tempore, certa intellectus repræſentatio incommodi, & periculi imminentis, ſi Chriſtum confiteretur, magno timore percelli animum eius, item negatio auxilij efficacis diuini, cum quo re vera non negaret. Itaque, quia his concurrentibus, peccatum negationis foret, vt illud accipiat futuritionem cõditionatam neceſſarium eſt; vt in conditionali propoſitione ſubſummantur hæ conditiones, vel aliæ, quibus reuera foret peccatum, nõ vero aliæ, in quibus non foret, eſt tamen poſſibile, ergo hoc inſtãs poſterius eſt, ſigno poſſibilitatis.

Hoc ſignurationis poſterius eſt poſsibilitate rerũ.

5 *Varia propoſitionũ cõditionatarum genera.*

In hoc inſtanti medio effirmantur varia propoſitionum conditionatarum genera. Primum verſatur, circa ipſas propoſitiones, re ipſa futuras, vt dicebam de peccato Petri, & de Verbi diuini incarnatione, ſi Adamus peccaſſet, in ſententia, quę docet Verbum non fuiſſe incarnatum, niſi in remedium peccati, nam in his omnibus, pro hoc ſigno rationis antecedenti ad poſitionem conditionum, formari poſſunt propoſitiones conditionatæ, quas claritatis gratia appello conditionatas præciſsiuè, vt eas diſtinguam à purè conditionatis, in quibus nunquam in re eſt ponenda conditio. Exẽplum celebre eſt, Matt. 11. vbi habemus hanc propoſitionem, *foret pænitentia Tyriorum, & Sydoniorum in ſilicio, & cinere, ſi apud illas facta fuiſſent miracula, & virtutes, quæ facta fuerunt apud Bethſaidam, & Corozainum,* in quibus conditio illa miraculorum, & virtutum nunquam poneda eſt, nec pænitentia Tyriorum, & Sydoniorum.

Matt.11.

In vtroque genere harum propoſitionum, appoſita conditio aliquam connexionem habet cum re, quæ, prænuntiatur futura, ſi ponatur; etenim omnis conditio, quæ aliquo modo concurrere poteſt, in exiſtentiam rei futuræ, aut tanquam cauſa, aut tanquam conditio, aut occaſio, aut circumſtantia connexionem aliquam habet cum effectu: veritatem vero harũ non eſſe menſurandam ex connexione conditionis cum re futura, ſed ex ipſo rei euentu monſtrabo infra cap. 10. Etenim cum connexio ſolum ſit contingens, & pendens à libera determinatione, etiam poſita conditione, ſciẽtia infallibilis Dei in ea connexione fundari non poteſt.

Hoc loco obſerua, varias eſſe in hoc genere connexiones magis, aut minus fallibiles, magis, aut minus determinatas, quaſdam etiã omnino infallibiles, v.g. ſi eſſet, aut decretum efficax prędefiniens pænitentiam Petri, ſubcerta conditione, aut præmotio efficax prædeterminans principium ad eam, conditio decreti, & præmotionis connexionem haberet omnino infallibilem cum pænitentia, non ſolum moralem, ſed etiam phyſicam, atque neceſſariam; vt oſtendi diſput. 6. cap. 2. & 3. At ea propoſitio non eſſet de futuro contingenti conditionato, ſed de futuro neceſſario conditionato, vt hæc eſt, *ſi craſtina die ſol illuxerit, dies erit.* 6

Variæ connexiones cõditionis cum euentu.

Minus determinatæ, & infallibiles ſunt, cum conditio poſita minorem habet virtutem, & efficaciam attrahendi, & inclinandi principiũ indifferens in opus, v.g. cum dicimus, *ſiquis eleemoſinam petierit, erogabitur ei,* in qua nec petentem, nec erogantem determinamus perſonam, nec circunſtantias ocurrentes. Magis determinatę, & infallibiles ex aduerſo ſunt, cũ determinamus perſonas, & circunſtantias, & apponimus conditiones efficaciſsimas ad trahendam voluntatem, v.g. *ſi Petrus pauper extremè à Ioanne diuite, ei amiciſsimo, ad miſericordiam procliui, enixe petat eleemoſinam, erogauit eam, aut cum dicimus, ſi iuuenis perditus, ardentiſsimo, atque turpiſsimo captus puellæ amore, commodam nactus fuerit peccandi occaſionem, peccabit,* hæ propoſitiones propriſsime ſunt, de futuro contingenti conditionato, eo quod conditio poſita, etſi liberum arbitrium moueat ad opus, non tamen infert vim, nec cogit, vnde illud contingens manet ſub ea conditione.

Conditionatæ ad ſonum, quæ nullam habent cõnexionem.

Eſt, & aliud genus propoſitionum ad ſonũ conditionatarum, in quibus conditio poſita nullam connexionem habet cum euentu, quæ çollocatæ ſunt in materia diſparata, ſeu concomitante,

Digitized by Google

tiſsimos eiuſdem familiæ ſcriptores, vt canes ad cuſtodiam aduerſus hos lupos aduigilantes cæleſti lumine perfuderit, hacq; illuſtrarit ſcientia, qua libertas arbitrij contra Lutherum, & Caluinum, alioſque ſectarios defendi poſsit. Vnde cum Caluinus præſentiret hac ſcientia ſuæ peruerſioni occurri poſſe, in cap. 11. Matthæi ad illa verba *ſi in Tyro, & Sydone* &c. ne ex prædictis verbis confirmari poſſet libertas, & in differentia voluntatis, ea, ait nō eſſe interpretāda, de certa ſcientia, per quam Chriſtus cognouerit euentum illum pœnitentiæ, quam ſub conditione futuram dixit Chriſtus, *Chriſtus*, inquit, *hic non diſputat, quid de eis prauiderit Deus futurum, ſed quid facturi illi fuiſſent, quatenus ex re ipſa percipi poterat, ad communem humanæ mentis captum ſermonem accommodat.* Et infra, *humano more*, ait. *loquitur Chriſtus, non autem profert, quid præuiderit futurum, ſi Sodomitis Prophetam aliquē miſiſſet.* Hæc verba ex Caluino ita refert Stapletonius in caput Matthæi citatum. Itaque, vt ſingulari obedientia, venenū in obedientię, quod homines imbibebant, ſananit Ignatius, ita hac ſcientia conditionali Satanicum dogma contra libertatem funditus euertitur.

Matt. c. 11. *Notanda Caluini verba contra ſcientiam conditionatā.* Stapeton.

9 Vnde etiam ſcriptores alieni, ac maximè controuerſiſtæ, qui quotidiana bella gerunt cum hæreticis, vtraque manu hāc ampleċtuntur ſententiam. Ita Stapletonius in Antidotis Apoſtolicis ad caput 9. Epiſtolæ ad Roman. Annotat. 1. in illa verba, *cum nōdum nati eſſēt*, & in Antidotis Euangelicis ad caput 11. Math. Magiſter Alfonſus à Mendoza copioſiſsimè, quęſt. 7. ſcholaſtica, concluſ. 1. à num. 3. & ſequentibus. M. Curiel, in caput. 4. Sapientiæ poſt longè lateque diſcuſſam vtramque partē tandem art. 4. acquieuit noſtræ, ratus ſacræ ſcripturę, & ſanctis Patribus conſenraneam magis, & pene neceſſariam ad extricandas plures difficultates Theologicas, & ad tutè defendendas veritates fidei. Ferdinandus Maſcharenas Epiſcopus Algarbiorum, tractatu de Auxilijs diuinæ gratiæ, part. 3. & 4. diſput. 2. vbi hæc habet notanda verba. *Hac ſcientia ſcilicet media, ab his tantum repudiari poteſt, qui nec diuinas litteras apte interpretantur, nec doctrinam Patrum perſpectam habent, nec ſatis conſiderāt diuinæ prouidentiæ, prædeſtinationis, & gubernationis ordinem.* Hæc verba ſunt relata à Nauarre tom. 1. deffenſionis ſcholæ D. Thom. controuerſia 56. §. 2. verſu. Attende obſecro. Tapia, Auguſtinianus de Incarnatione, art. 3. Zumel. tom 3. variarum dubitat. 5, concluſ. 1. fatetur Deum ſcire hæc futura certa, & infallibili ſcientia, cui non poteſt ſubeſſe falſum, & infra grauiter loquitur de eis futuris, quæ ſunt in ſacra ſcriptura reuelata, dicens, *non ſolum, non eſſe tutum id negare; ſed neque vllo pacto ferendū.* idem autem dicendū de cæteris, quæ non reuelauit, quis nō videat? nec enim ideo ſciuit, quia reuelauit ſed, contra ideo reuelauit, quia ſciuit. Etvt hæc reuelauit, alia plura poterat reuelare, & nos à poſteriori ex eo quod reuelauerit probe colligimus ſcire. Alexander Peſantius in 1. part. quæſt. 14, diſput. 5. vbi hæc habet verba. *Ex ijs omnibus patet doctrinam hanc de cognoſcibilitate cōditionalium ſolidiſsimam eſſe adèoque firmā, vt merito Molina, oppoſitam ſententiam non dubitet vocare periculoſam in fide, tum propter loca ſcripturæ, tum quia ex ea valde coarctatur diuina prouidentia.* P. Lorca Theologus primarius Complutenſis. 1. 2, tom. 1. diſput. 4. de actibus humanis. §. 2. puncto circa finem. Corduba, lib. 1. quæſtionum, q. 55. dub. 10. §. ſed nata ſecunda Driedo in concordia, part. 1. cap. 4. ad 3. Ricardus, artic. 7. Vualdenſis in doctrinal. fidei, cap. 23. & 25. Roffenſis arti. 32. & ſequentibus.

Propugnatores alienique. Mendoza. Curiel. Maſcarehas. Tapia. Zume. Peſantius. Lorca. Corduba. Driedo.

10 Habemus etiam aliquos ex per illuſtri Dominicanorum familia, qui certam, & infallibilem ſcientiam horum futurorum Deo tandem cōceſſerint. Primus Dominicus Sotus antiquior his, cū quibus diſputamus, fere centū annis, vir doctiſsimus, & valde pius hanc ſententiam, ita certam, & communem putauit, vt inter prima Dialecticæ rudimenta ſine diſceptatione tradi poſſe, crediderit: nam lib. 3. ſummularum, cap. 8. cum egiſſet de veritate, quam ſecundum neceſsitatem conſequentię habent aliquę propoſitiones conditionales lectione. 3, agit de veritate propoſitionum, in quibus aliqua eſt promiſsio ſub cōditione: in his, ait, ad veritatem ſolum requiri, vt conditio antecedens non ponatur ſine conſequenti, non autem requiri, vt ex antecedenti inferatur conſequens. Concludit plures eſſe cōditiones huiuſmodi, de quarum falſitate, aut veritate nobis non conſtat, ſed ſolus Deus, ait ſcit veræ ne ſint, an falſæ. Et dum ageret de hac conditionali, & promiſsiua propoſitione *ſi dixerit dabo tibi librum*, explicans, quam ſcientiam Deus habeat huius propoſitionis, ſolus Deus ſcit, ait, an ſi viciſſes, dediſſem tibi, agebat de hac propoſitione, ſi tu in diſputatione non vincas, non dabo tibi librum. Expendo modo doctrinam, quam ſuis tradebat hic egregius Thomiſta, receptam eſſe apud ſuos, quippe quæ multos poſt annos ea nutribantur Theologi Tyrones. M. etiam Aluarez, lib. 2, diſput. 7. in ſolutione noſtrorum argumentorum prætermiſſa antiquiori ſolutione de ſcientia coniecturali, quam defendit Ledeſma, & Magiſter Curiel enixus eſt tueri, etſi, vt dixi tandem difficultate oppreſſus,

Dominicus Sotus. *Ex familia Dominicana.* Aluarez. Ledeſma. Curiel. Ripolis.

ſecurum fuiſſet Hieremiam de ſua vita, ſic prædicit. *Si profectus exieris ad Principes Regis Babilonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non ſuccendetur igni, & ſaluus eris tu, & domus tua. Si autem non exieris ad Principes Regis Babilonis, tradetur Ciuitas hæc in manus Caldæorum, & ſuccendent eam igni: & tu non effugies de manu eorum.* In prima parte huius prædictionis quatuor reuelat conditionate futura, quæ antea in principio capitis prædixerat, qua propter in cænum fuerat detruſus; Primum eum viuum conſeruandum, ſecundum ciuitatem non comburendam, tertium ipſum fore ſaluum, quartum, totamque domum eius. Hæc autem fuiſſe purè conditionata conſtat ex capite ſequenti, in quo enarratur ipſum non exiuiſſe, nec deditum Regi Babilonis Nabuchodonoſor, filios eius cum omnibus nobilibus Iuda in oculis ſuis occiſos, ipſum comprehenſum, oculos erutos, domum ſuccenſam, muros Hieruſalem ſubuerſos. Porro audita prædictione Hieremiæ videtur Rex Sedecias pluſtimuiſſe Iudæos, qui ad exercitum Chaldæorum trãsfugerunt, quam ipſos Chaldæos. *Et dixit Rex Sedecias ad Hieremiam: ſolicitus ſum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos, ne forte tradar in manus eorum, & illudant mihi. Reſpondit autem Hieremias non te tradent.* Ecce cum Rex, iure timeret, quantum eſt ex diſpoſitione cauſarũ futurã eſſe traditionem, & illuſionem eius, abſolute reſpondet Propheta, *non te tradent.*: quod ſi omnino certum non eſſet Regem tradẽdum, & illudẽdum non eſſe, ſed ſolum quadam coniectura notum, & Rex ſiſus prædictioni Prophetæ exiret è ciuitate, & ſe dederet Principibus Babilonijs, & deinde traderetur, & illuderetur, vt contingens erat, quando prædictio illa ex ſola coniecturali notitia profecta eſt, quam iuſte, quamque acerbè Rex de Propheta, & de diuina reuelatione conqueri, cauſarique poſſet. Ergo prædictio hæc ex infallibili præſcientia manauit.

17 *Ex Ezech. cap. 3.* Septimum deniq; ex veteri teſtamento teſtimonium produco ex Ezechiele cap. 3. ibi. *Non ad populum profundi ſermonis, aut ignotæ linguæ tu mitteris, & ſi ad illos mittereris, ipſi audient te, &c.* Vbi contingens conditionatũ a Deo reuelatum eſt Ezechieli, quo per comparationem ad Gentes oſtendit obſtinationem Iudæorum, qui nollebant audire Ezechielem, quem Gentes audiuiſſent, ſi ad illos miſſus fuiſſet.

18 *Ex Matth. cap. 11.* *Teſtimonia teſtamenti noui ſeptem.* Octauum, numero teſtimonium, & primum ex nouo teſtamento tam celebre, quam euidens habemus Matthæi. 11. & Lucæ. 10. Vbi Chriſtus Bethſaidæ, & Corozaino exprobrauit duritiam cordis dicens Tyrios, & Sydonios Gentiles idolatria, auaritia, iniuſtitia, intemperantia, alijſque vitijs corruptiſsimos credituros in Chriſtum, ſi miracula, & virtutes, quæ ab ipſo apud eos facta ſunt, apud Tyrios, & Sydonios facta fuiſſent. Verba Chriſti. *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſayda, quia ſi in Tyro, & Sydone factæ fuiſſent virtutes, quæ in te factæ ſunt olim* (Ideſt iam diu) *in cilicio, & cinere pænitentiam egiſſent.* Aduerto primum ideo Chriſtum Tyrum, & Sydonum ad exprobandum obieciſſe Iudæis, quia erant ciuitates vicinæ Gentilium. Aduerte ſecundo, Bethſamitas, & Corozainos non ſolum exterius vidiſſe Chriſti miracula, atque prædicationem audiuiſſe, ſed etiam ita interius illuminatos, & inſpiratos, vt per ipſos ſolum ſteterit, quominus conuerſi ſint, modo enim ſupponendum contra Pelagianos, externam legis propoſitionem, atque prædicationem ſufficientem non eſſe, dum non adeſt illuminatio, & inſpiratio interna à Deo diuinitus immiſſa. De quo Tractatu tertio diſputatio 25. fuſſè. Aduerte tertio, veram pænitentiam, quam Tyrij & Sydonij acturi eſſent ex hypotheſi prædictæ conditionis, tam ſeuere exprobrare duritiam cordis eorum, vt re vera propter maiorem obſtinationem, durius cum illis agendum ſit in die damnationis, quam Tyro, & Sydone. Hæc enim adiecit Chriſtus, præſcriptis verbis. *Veruntamen dico vobis, Tyro, & Sydoni remiſsius erit in die Iuditij, quam vobis.* Ex his quis non videat hanc prædictionem profectam ex præſcientia certa, & infallibili pænitentiæ Tyriorum, & Sydoniorum ex hypotheſi eius conditionis? nam ſi ſolum morali, & probabili coiectura hoc Chriſtus cognoſceret, & ex ea ſolum prædiceret, foret illud inane terriculamentum, & facile Bethſamitæ, & Corozaini negarent Tyrios, & Sydonios credituros, quos nouerant idolatria obcæcatos, vitijs humanis implicatos; nec enim erit aliquod prudens fundamentum, ad id ita iudicandum, inanis ergo atque leuis foret hæc Chriſti in Iudæos obiectio, & redargutio. Vnde Stapletonius num. 7. relatus, hanc expoſitionẽ refert nomine Caluini apertiſsi mamque (ait) eſſe Verbi diuini corruptelam, ac propterea apud Catholicum male audire debet.

Notantur quædã circa hũc textum.

Nonum ex Lucæ capite. 16. vbi diues ille auarus dixit Patri Abraham; ſi quis ex mortuis veniret ad prædicandum fratribus, pænitẽtiam acturos, qui diues loquebatur ex cõmuni impiorum hominum opinione, qui cum propter ſcripturarũ teſtimonia non credant, quæ de præmijs, atque ſuplicijs alterius vitæ narrantur, dicere ſolent, facile credituros ſe, ſi quem videant inde redeuntem, qui ea ſic 20 *Ex Luca. cap. 16.*

Digitized by Google

ſe habere confirmet, cui reſpondet Abraham. *Si Moyſem, & Prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.* Ecce prædicitur futurum pure conditionatum. Quod confirmari poteſt experientia Lazari ſuſcitati à Chriſto, quem credendum eſt, multa de altera vita conſentanea his, quæ Chriſtus docebat, commemoraſſe. Tantum abeſt, vt Scribæ, & Phariſæi, qui Chriſto non credebant, illi crediderint, vt occidere etiam voluerint, vt conſtat ex Ioannis cap. 12. vt obſeruarunt Chryſoſtomus, & Eutimius.

20 Ex Luc. c. 22 Decimò ex eodem Luca cap. 22. ad finem, vbi cum interrogaretur an Chriſtus eſſet. *Si tu es Chriſtus, dic nobis, ait illis, ſi vobis dixero, non credetis mihi, ſi autem & interrogauero, non reſpondebitis mihi, neque admittetis.* Vbi prædicuntur duo futura contingentia conditionata.

21 Ex Ioan. c. 4 Vndecimò, ex Ioannis 4. capite, ibi. *Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forſitan petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.* Per quam aquam donũ Dei intelligunt Patres. Vbi nota particulam *forſitan*, non eſſe dubitantis, ſed poſitam ad ſignificandum facultatem liberi arbitrij, qua poterat mulier illa aquam petere, vel non petere, ſi vellet, vt obſeruarunt Maldonatus, & Toletus, & vt ego etiam amplius confirmo capite ſequenti. Aduertit etiam Toletus Græce affirmatiuam eſſe, & Latine reſpondere *vtique*.

22 Ex Ioan. c. 5 Duodecimò, teſtimoniũ ex eodem Ioanne c. 5. ibi. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me, ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.* Et ibi: *eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis; ſi enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan, & mihi, de me enim ille ſcripſit.* Vbi notandum primo particulam, *forſitan*, non eſſe dubitantis, ſed affirmantis, & authores vetuſtiſsimos eam omittere, vt adnotauit Maldonatus, & Alcuinus apud Diuum Thomam, item Cyprianus, & Auguſtinus lib. 16. contra Fauſtum cap. 26. Notandum ſecundo merito Moyſen a Chriſto eis fuiſſe obiectum, cui multum tribuebãt authoritatis. Hoc poſito duplex futurum conditionatum prædicitur, vt conſtat.

23 Ex Ioan. c. 6 Decimo tertio, ex eodem Ioanne cap. 6. ibi. *Ieſus ergo cum cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.* Ecce futurum pure conditionatum, ſcilicet fore aduentum eorum, ſi expectaret, vt ipſum Regem conſtituerent, non eo modo, quo iam erat Rex Chriſtus, ſed vt Regnum hominum proprium ei conferrent.

24 Ex Paulo Epiſt. 1. ad Chorintios cap. 2. Vltimum, ex 1. Epiſtola Pauli ad Corinthios cap. 2. ibi. *Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Ideſt ſi ſapientiam, vel potius gloriam Chriſti, eiuſque prædeſtinationẽ cognouiſſent Pilatus, Anàs, Caiphas, alijque Principes Iudæorum, nunquam Dominum ipſius gloriæ crucifixiſſent. Hæc cũ ita ſint, expendat lector proprietatem verborum, & ſinceram ſententiam, quam hæc continent teſtimonia. Quodnam obſecro futurum abſolutum clarius reuelatum eſt? quod ſi ex ſimilibus teſtimonijs, de fide receptum habemus, Deum certò, & infallibiliter ea cognoſcere, quare, cum tot tam expreſſæque prædictiones contineantur in ſacra pagina, vt congeſsi in hoc capite, dubitet Theologus, an Deo concedenda ſit ſcientia horum futurorum, an neganda? Sapienter mihi dixiſſe videtur P. Fonſeca ſupra ſect. 9. Mirum eſt, ait, quod non deſint ex recentioribus, qui conentur huius diuinæ ſcientiæ certitudinẽ, & euidentiam eleuare tam multorum, ac Sanctorũ Patrum ſententiam, & ſacræ paginæ interpretationem ad ſolam coniecturam, & ſagacitatem quandam diuinæ cognitionis futurorum traducere, quamvel Ciceronis impia temeritas non negaret.

Cap. 3. *Expendo quædam & effugia præludo.*

25 DVAS excogitarunt aduerſarij ſolutiones, vt hæc tam expreſſa teſtimonia eleuarent. Prima; prædictiones ſolum affirmare euẽtum, quantum eſt ex cauſarum præſenti diſpoſitione, & morali coniectura, quod ſatis dicunt ſignificatum per particulam limitantem, *forte*, ſeu, *forſitam*. Hanc ſolutionem antiquiores ex aduerſarijs ſecuti ſunt, eam docte confirmauit & locupletauit Magiſter Curiel ſupra in controuerſia illa in cap. 4. Sapiẽtiæ, *raptus eſt, ne malitia*, &c. cõtendens, nec eorum, nec noſtram ſententiam efficaciter teſtimonijs ſacræ paginæ probari, ideo cum ipſo manus confero impar ego doctrina, & ingenio, ſed neque ille par cauſa, vt de Machabæis eleganter dixit Chryſoſtomus ſuper Pſal. 43. fundebant aduerſarios, non armis fidentes, ſed loco omnis armaturæ, pugnæ cauſam ſufficere ducentes: alios ex aduerſarijs, qui eandem ſequuntur non commemoro, quia vt video, ex hoc authore tranſcribunt

Digitized by Google

ſcribunt doctrinam, qui poſt eum ſcripſerunt qui vero ante, ieiunam tradiderunt.

Capite ſuperiori inſinuaui locos, quibus
26 eſt refellenda oppoſita opinio, in hoc refello effugia aduerſariorum. Et primo nimis fidunt particula *forte*, nec phraſsim ſcripturæ habeāt perſpectam in teſtimonio ex Matthæo c. 11. Nam vt notabam, non eſt particula dubitantis, ſed ſolum denotat rem contingenter ſemper euenire, & prænunciat libertatem euentus. Quę expoſitio eſt communis Patrum, Hieronymus in caput 26. Hieremiæ in illa verba: *Noli ſubtrahere ſermonem, ſi forte audiant, Verbum* (inquit) *ambiguum forſitan, maieſtati diuinæ non poteſt conuenire, ſed noſtro loquitur affectu, vt liberum hominis ſeruet arbitrium.* Gregorius homil. 9. in Ezechielem *particula forte* (ait) *non ſignificat dubitationem in Deo, ſed paucitatem eorum, qui reſponſuri erant.* Eleganter Auguſtinus Tract. 37. in Ioannem cap. 8. *Qui omnia ſcit, cum dicit forſitan, non dubitat, ſed increpat, dubitationis verbum eſt, cum dicitur ab homine ideo dictante, quia neſciēte, quando vero dicitur à Deo, cum Deum nihil lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas.* Euidens huius rei ſignum eſt, quod vbi nulla ſubeſſe poteſt dubitatio, apponitur ſæpe hæc particula in Sacra Scriptura, vt Ioannis 8. *Si me ſciretis, forſitan, & Patrem meum ſciretis.* Vbi notat Toletus particulam, *forſitan*, non eſſe dubitantis, ſed affirmantis, ſermoniſque expletiuam, ideoq; Irenæum lib. 4. cap. 3. Cyprianum lib. 1. contra Iudæos cap. 18. Auguſtinum homil. 45. de verbis Domini ſine ea particula hæc loca legere, vt ego etiam notaui capite ſuperiori in duodecimo teſtimonio. Porro Actorum 8. Diuus Petrus ſic alloquitur Simonem Magū, *Pænitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* Vbi Ambroſius particulam, *ſi forte*, apparentem quidem afferre dubitationem, re ipſa autem nullā. Confirmat ex ſacris, & profanis authoribus. Legat beneuolus lector P. Riberam in caput ſecundum Ioelis nu. 22. & 28. vbi id copioſe confirmat, & affirmat pugnare cum communi Patrum conſenſu, qui contendit, eam in Sacra Scriptura dubitationem ſignificare, & Patrem Salmeron Prologom. 16. Ex quibus conſtat, leuem eſſe coniecturam aduerſariorum, negantium Deo certam, & infallibilem ſcientiam horum futurorum, propter oppoſitam particulam *forte*.

Quid particula forte ſignificet in ſacra pagina ex Patribus.

Hieronym. Gregor. Auguſt. Toletus. Irenæus. Cyprianus. Auguſt. Ambroſius P. Ribera.

27 Secundo, nec ſi dubitationem ſignificaret, ſatisfaceret prædictis teſtimonijs. Primo quia in vno, aut altero teſtimonio ſolū apponitur; at frequentiſsime prædicuntur ea ſine particula, *forte*. Produxi ego capite ſuperiori decem, & quatuor teſtimonia, in quibus omnibus (excipio duo, aut tria) cum omni certitudine, & reſolutione prædicuntur. Id facile cognoſces, ſi teſtimonia recognoſcas. Modo ſic argumentor 1. vbi nec verbum *eſt*, moralem ſolum innuens certitudinem, quare tu diuinam prædictionem limitas ad minorem ſcientiæ infallibilitatem, quam verbū ſonat? Secundo tam expreſſe, tamq; frequenter prædicuntur hæc cōditionata, ſicut abſoluta, quod ſi hoc non obſtante, licet tibi ea interpretari de coniecturali cognitione, eadem libebit vti interpretatione Gentilibus & Hæreticis negātibus præſciētiam Deo omnino certam futurorū abſolutorum, nam, quo quęſo fundamento teſtimonia ſacræ paginæ, in quibus prædicuntur futura cōtingentia abſoluta, ea intelligis de prædictione profecta ex certa præſcientia eorum, & in eis ad coniecturalem notitiam cōfugere, & ad ſolā cauſarum inclinationem, atq; diſpoſitionem foret verbum Dei corrumpere, & in conditionalibus futuris, tot expreſſas prædictiones, quas enarraui, cap. 2. quare ea referas ad coniecturalem cognitionem, & ad cauſarum liberarum inclinationem, & diſpoſitionem? ſi ergo illa eſt vera verbi Dei corruptela, hæc etiam erit, vt optime dixit Stapletonius.

Tertio probo ex quadam Dei ipſius ſententia, qua populū ſuum erudiebat, vt diiudicaret 28
inter verbū à Deo per verū Prophetam reuelatū, & à falſis Prophetis per arrogātiam dictā perſuadebatq; populum, & omnem ab ipſo reuelatis adhiberet fidem, ſic dicens, *qui autē verba eius, quæ loquitur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam*, & addit Sacer textus. *Quod ſi tacita cogitatione reſponderis, quomodo poſſum intelligere verbū, quod Dñs non eſt locutus?* vt ergo populo ſuo det ſignum, diſcernēs inter verbum falſi, arrogātiaq; deprauati Prophetæ, & veri. *Hoc*, ait, *habebit ſignum: Quod in nomine, Domini Propheta ille prædixerit, & nō euenerit hoc, Dominus non eſt locutus, ſed per tumorem animi ſui Propheta cōfixit, &c.* Obſerua hoc loco excipiendas eſſe reuelationes, continentes aliquam comminationem pænæ, aut promiſsionem præmij, tunc enim licet ſonare videantur ſenſum abſolutum, ſemper ſubintelligenda eſt conditio, vt cernitur in verbis Hierem. cap. 18. *Repentè* (ait) *loquar aduerſus gentem, vt deſtruam illam, ſed ſi pænitentiam egerit gens illa à malo ſuo, agam & ego pænitentiam ſuper malum, quod cogitaui facere ei.* Promiſsiones itē vitæ æternæ credēti, & benè operanti afferūt ſemper incluſam cōditionē illam, ſi in gratia deceſſerint, at prædictiones futurorū contingentium, in quibus nulla eſt comminatio inferenda pænæ, promiſsio præmij nulla,

In comminatorijs reuelationibus, & promiſsorijs conditionē ſubintelligendam eſſe.

Digitized by Google

la, ac maxime cũ in teſtimonio nulla apponitur particula, innuens dubitationem, aut inclinationem ſolam cauſarum ſecundarum, ſed prædicetur effectum certiſsime fore: vt in pluribus teſtimonijs à nobis allegatis, quis vnquam Patrum, aut interpretum aſſeruit? Tunc ſolum prædici cauſarum diſpoſitionem, non vero euentum, & quomodo ſi ſolum prædiceretur euentus, regula illa ab ipſo Deo tradita, ad populum erudiendum de prædictionibus diuinis, vt eis adhibeant plenam fidem, fallibilis non eſſet? Poſſet enim populus Deo erudienti reſpondere, et ſi euentus prædictus nõ eueniat, credere adhuc poſſumus, dictũ à Deo per verum Prophetam reuelatum quando iſthæc prædictiones, non prænuntiant euentum, ſed cauſarum ſecundarum diſpoſitionem, atquę inclinationem, & vero, quia per ſæpe contingit, has eſſe cauſas liberas, non habere effectum, ad quem inclinabant, nobis nihilominus perſuaſum poſſumus habere, à Deo per verum Prophetam reuelata, quia veritas prædictionis non pendet ab euentu, quod ſi in prædictione in eſt ſemper veritas, quid poteſt obeſſe, quominus credamus, ea à Deo reuelata? Quod autem veritas in ſit prædictioni, etſi ſecum nõ adferat euentum; conſtat ex eo, quod cauſam ſecundam ad eum inclinatam, diſpoſitamque fuiſſe ex circunſtantijs loci, temporis &c. Verum erit, etſi pro libertate poſtea ſe flectat in oppoſitam partẽ. Igitur regula illa dignoſcendi, prædictionem à Deo Prophſectam per verum Prophetam, aut per falſum abſq; infallibilitate & firmitudine relinqueretur. Quod autem in allegatis à nobis teſtimonijs non cõtineãtur comminationes pænarum, aut promiſsiones præmiorum, probatione non indiget, legat quæſo ſtudioſus lector ſeptem teſmonia veteris teſtamenti à nobis producta

29 *In quibuſdam reuelationibus oppoſitum dicendum eſſet ei, quod Deus reuelauit ſecũdum cauſarum diſpoſitionem.*

cap. 2. ac maxime duo. 3. & ſextum. Tertium fuerat ex lib. 1. Reg. cap. 23. in quo ſecundum cauſarum diſpoſitionẽ potius dicendum erat oppoſitum ei, quod Deus reuelauit, nam Ceilanis Dauid proximum pariter, ac magnum contulerat beneficium, liberans Ceilam à Philiſtæis, à quibus oppugnabatur, eos percutiẽs, vnde non poterant non Ceilani eſſe benè affecti in perſonam Dauid, nec ipſe Deum conſulebat de hac ipſorum diſpoſitione, quam ſatis notam habebat, tum ex accepto proxime tanto beneficio, tum ex eorum verbis, & promiſſionibus, quas plurimas feciſſe Ceilanos Dauid inſignum grati animi, nemo dubitauerit. Conſulebat igitur Dauid Deum de futura, vel non futura traditione, & Deus abſolute reſpondit fore tradendum ab eis, reuelatur ergo hic futurum conditionatum contrarium inclinationi, atque diſpoſitioni cauſarum ſecundarum, & pone re ipſa Dauidem non fore à Ceilanis tradendum in manus Saul, & hoc à Dauide cognoſci, quam acerbe, atque iuſte de Deo conqueri poſſet, quia propter diuinam reuelationem coacti ſunt ille, & ſexcenti viri in incertũ vagari cum ærumnis, & incommodis; item Ceilani de Deo conqueri poſſent, quod reuelaſſet Dauid tantum eorum ingrati animi vitium, quod tamen perpetraturi non eſſent. Sextum etiam teſtimonium manifeſte reuincit hanc ſolutionem ex Hieremia cap. 36. vt ibi etiam annotabam, vbi Rex Sedecias plus timuit transfugas Iudæos, quã inimicos Chaldæos, nihilominus Hieremias Propheta abſolute pronuntiauit, non eſſe illudendum, & tradendum ab eis. At hæc prænuntiatio inniti non poterat coniecturæ, quæ ex præſenti cauſarum diſpoſitione prudenter poſſet deſumi, nam transfugæ illi, & male affecti erant in Regem, & animo procliui ad traditionem, & illuſionem eius Regis, à quo fugerunt, ergo prænuntiatio Prophetæ, de non tradituro Regẽ, firmiori veritati innitebatur, quam coniecturæ prudenti, quæ nulla inibi erat.

Idem probatur manifeſte ex alijs ſeptẽ teſtimonijs, quę propoſui capite ſuperiori, ex nouo teſtamẽto, in quibus neq; eſſe aliquam cõminationem, nec præmij promiſsionem, tam eſt apertum, vt nulla egeat expenſione, & cum tam proxime à nobis relata fuerint, neque ea repetere oportet.

30 *Duplex in his iudicium inmẽte diuina.*

Quarto probo. In his reuelationibus duplex iudicium in mente diuina poſſumus conſiderare. Primum; quo ſolũ affirmat, fore rem ſub tali conditione, quantum eſt ex præſenti cauſarum diſpoſitione, & hoc ſemper verum eſt, & euidens poſita cauſæ diſpotione: at ſufficiens non eſt ad abſolute affirmandum, rem fore, nam qui ſic affirmat, exponit ſe periculo, affirmandi falſum in euentu libero, id quod alienum eſt à Deo. Secundum iudiciũ conſiderare poſſumus circa ipſum euentum, quo Deus affirmat, habiturum exiſtentiam, aut non habiturum; quis dubitet per hoc iudiciũ maiori cum proprietate, & rigore explicari? Sacræ paginæ teſtimonia, quam per primũ, & diuinas reuelationes veriorẽ habere ſenſum, ſi proficiſcantur ex euidenti præuiſione exiſtẽtiæ effectus, quam ſi ſolum ex coniectura morali, petita ex præſenti cauſæ liberæ inclinatione, nam prædictiones allegatę non ſolum reuelant cauſas liberas eſſe in ea diſpoſitione, de qua iudicari poſsit euenturum effectum ex certa hypotheſi, ſed etiam ipſum fore, nec cauſas mutandas, cum poſsint mutari, nec ſi ſolum Deus prænuntiaret eam diſpoſitionẽ ad mẽtẽ interrogãtiũ reſpõderet, nec ab eis omnẽ pelleret dubita-

Digitized by Google

dubitationē, liceretque poſt diuinam reuelationem de veritate, ac certitudine effectus dubitare abſque culpa, poſſentque Dæmonium, aut Angelum fere ſimili cum certitudine conſulere, nam etſi Dæmon non intueatur cordis cogitationes, eas tamen ex ſignis externis morali euidentia colligit, igitur ſi Deus iudicium illud primum ſolum haberet ſenſui proprio, atque rigurofo verborum, quę audiuntur in ſuis prædictionibus, non poſsit ſatisfacere, igitur dubitandum non eſt, ſententiam noſtram magis eſſe ſacræ ſcripturæ conſentaneam.

14 *Solutio ex Magiſtro Curiel.* Sed duo dicit magiſter Curiel ſupra, & ex eo fere ad verbum Ledeſma, primum particulam *forte*, indifferentem eſſe ad ſignificandam dubitationem aliquam, non in diuina cognitione, ſed in ipſo obiecto futuro, & explendum ſermonem affirmātem, ipſiſque liberum eſſe ſecundum exigentiam materiæ, altero ex ijs modo intelligere teſtimonia Sacræ Scripturæ. Secundum in teſtimonio ex Matthæo capite vndecimo cum dubitatione prædici pęnitentiam Tyriorum & Sydoniorum; probāt, quia prædicitur remiſsius fore Tyrijs, & Sydonijs in die iudicij, quam Iudæis, nam cum in illa die cum nullo ſit remiſsius agendum propter bona opera, quæ faceret, ſed propter minora peccata, quæ commiſsit, ſignum eſt ſolum locutum fuiſſe ibi Chriſtum de præſenti diſpoſitione Tyriorum, & Sydoniorū, & diſpoſitione Iudæorum, affirmaſſeque hos in deteriore exiſtere diſpoſitione, quam illos.

1. Impugnatio. Sed contra primo, hæc euaſio plene nō ſatisfacit alijs teſtimonijs, in quibus non eſt particula *forte*, aut *forſitan*, ac maxime eis, in quibus reuelatur euentus contrarius diſpoſitioni præſenti, vt ſæpe animaduerti, in quibus niſi agnoſcant certam præſcientiam conditionalium, nullus eis reſtat ſenſus probabilis. Cōtra ſecūdo, nos non affirmamus, ideo remiſsius fore in die iudicij Tyrijs, & Sydonijs, quam Iudæis; quia Deus præcognouit eos patraturos bona opera, ſi apud ipſos fierent virtutes illæ, nam id Pelagianum eſt, vt fuſè tractato in materia de prædeſtinatione diſput. 25. capite 2. Imo ſi fides, & pænitentia, & alia bona opera ſupernaturalia, de quibus ibi Chriſtus loquebatur, præuiſſa ſub conditione futura, quidquam valerent, non ſolum valerent, vt remiſsius cum illis ageretur, ſed *Auguſt.* vt omnino liberarentur. Ita etiam teſtante, Auguſtin. lib. de Dono perſeuerantiæ cap. 9. in hæc verba. *Porro ſi etiam ſecundū facta, quæ facturi eſſent, ſi viuerent, mortui iudicantur, profectò quia fideles futuri erant iſti.* (loquitur de Tyrijs & Sydonijs) *Si eis cum tantis miraculis fuiſſet Euangelium prædicatum, non ſunt vtique puniendi, punientur autem.* Solum ergo affirmat ibi Chriſtus Dominus, eſſe in corde Iudæorum peccatum aliquod maiori pæna dignum, quam peccata Tyriorum, & Sydoniorum; hoc vero, vt colligere licet ex verbis Chriſti, eſt vitium infidelitatis, cordis obdurati, & in Chriſtum ſiniſtri affectus, Propter quod externis tantis virtutibus, & internis pulſationibus reſiſtebant, quo carebant vitio Tyrij, & Sydonij, teſte Auguſt. lib. de dono perſeuerantiæ capite 14. in hæc verba, *non erant ergo ſic excæcati oculi, nec ſic in duratum cor Tyriorum, & Sydoniorum, quoniam credidiſſent, ſi qualia viderunt iſti ſigna, vidiſſent.* Ex parte vero Gentilium affirmatur, magna animi pænitentiæ in cilicio, & cinere, quæ affirmatio, tum propter aſſertionis firmitatem, tum ob ſingulas pænitentiæ circunſtantias, tam minutè narratas, ſatis indicat ex certa præſcientia, non ex coniecturali cognitione profectam eſſe, & licet in nulla ſententia in mente diuina iudicium probabile, aut dubium admitti poſsit, vt manifeſte oſtendunt teſtimonia, quæ retuli ex Patribus, & lumine naturali eſt euidentiſſimum: at nos non ſolum hoc contendimus, & probamus, ſed etiā eſſe in mente diuina cognitionem euidentem, & diſpoſitionis, & inclinationis cauſarum, & ipſius euentus ſub conditione futuri, vt adnotabam diſtinguens ea duo iudicia in diuino intellectu in hac quarta probatione. Hæc mihi adeo perſuadent, eſſe in Deo hanc certam omnino ſcientiam conditionalium, vt nullum videam in ſacra pagina fundamentum, ad affirmandum certius, à Deo certò cognoſci abſoluta contingentia futura, quam conditionalia. Vnde plures viri docti veritatis indagatores, omni ſepoſito œmulationis ſtudio, cenſent, fidem diuinam cogere ad fatendum in Deo ſcientiam hanc conditionalium. Sed ego ab omni cenſura, & ſpecie cenſuræ abſtineo. *Plures viri docti de fide eſſe cēſent ſcientiam conditionaliū*

15 *Alia interpretadi ratio aduerſariorum.* Qua propter Magiſter Didacus Aluarez lib. 2. de Auxilijs, diſput. 7. in reſponſione ad ſecundum tractans hoc teſtimonium, in meliorem frugem ſe recipiens, *fatemur* (ait) *Chriſtum Dominum certa ſcientia, & infallibili cognouiſſe illud futurum conditoinatum, ſi in Tyro, & ſydone, &c.* vbi deſſerit antiquam ſuorum ſolutionem de ſcientia coniecturali: & meritò quidem propter firmiſsimas eius expugnationes, quas propoſui in hoc capite, adiecit vero, minime hæc conditionalia per ſcientiam mediam a Deo cognoſci (vt vel nomine à nobis diſtet) ſed per liberam, in decreto quodam dandi efficacia auxilia diuinæ gratiæ Tyrijs, & Sydonijs; caſu, quo apud ipſos fierent

Aluarez. *Magiſter Aluarez concedit certā ſciētiam conditionaliū conſtituit verodecreta circa cōditionalia*

Digitized by Google

fierent virtutes illæ, de quibus Chriſtus Dominus. Itaq; ſecundum hunc authoré conſtituendũ eſt in Deo decretum quoddam circa cõditionalia hæc ex parte obiecti; abſolutũ vero & efficax ex parte ſua, datą hypotheſi quo Deus vult, & dare præmotionem efficacẽ, & fieri pænitentiam.

Refellitur.

Quia vt video, & in quotidianis audio diſputationibus, aduerſarij confugiunt iam ad hoc decretum tamquam ad aſylum, eo quod ipſis videtur impugnatu difficilius, contra ipſum inſurgo, ex profeſſo infra capite 7. quod iam diu à noſtris impugnatum, & à Magiſtro Curiel in controuerſijs controuerſia 7. ad c. 4. ſapientiæ relato capite primo. Modo accipe breuem, & efficacem impugnationem. Nam ex eius decreti poſitione, ſequitur in hoc noſtro teſtimonio, increpationem Chriſti in Iudæos, non fore ſubſiſtentem: imo facile ab ipſis eludi poſſe eam tam acerbam obiurgationem; etenim exprobationis ſenſus is eſt: Si Tyrij, & Sydonij viderent hæc ſigna à me apud vos patrata, & audirẽt ſermones meos, agerent pænitentiam in cilicio, & cinere: quia apud Deum eſt decretum efficax, dandi ipſis ex hac hypotheſi præmotionem gratiæ efficacem, & prædiffiniens eorum pænitentiam; ideo ergo vos increpo, & prædico durius vobis futurum in die iudicij, quam illis Gentilibus, quippe qui patratis apud vos miraculis, & auditis ſermonibus meis corde indurato, non agitis pœnitentiam, ad manum enim habebant euidentem huius acerbæ increpationis eluſionem, poterant enim dicere, ſi Deus etiam decerneret efficaci ſuo decreto, nos pænitentiam agere, viſis his ſignis, & voluiſſet infundere gratiam, prædeterminantem liberum noſtrum arbitrium, non aliter, ac illi, nec minus ſeueram ageremus pænitentiam, cur ergo nos icrepas? cur deſtinas ad acerbiora tormenta?

Curiel. Ex decretis conditionatis ex parte obiecti inanis redditur obiurgatio Chriſti, de qua Matthæi 11.

Alia reſpõſio.

At dicunt aduerſarij iure increpari, quia Iudæi maiora obiecerunt impedimenta gratiæ diuinæ, quam Tyrij, & Sydonij, quæ impedimenta per naturalia oppoſita ſunt, nam licet nullus ſe poſsit præparare viribus naturæ poſitiue diuinæ gratiæ, at poteſt apponere impedimẽta. Sed contra. nam, aut hęc poſitio maioris impedimenti eſt patratio maiorum peccatorum, aut ſolum negatio reſponſionis vberioribus diuinæ gratię vocationibus, vbi nec erat præceptum, nec culpa: ſi hoc ſecundum, certum eſt in principiis aduerſariorum, & noſtris; has gratias non fuiſſe efficaces. Etenim non ſtat cum gratia efficaci vt ſic, contingere negationem actus propter quem datur, ita vt ſimul in vna potẽtia eodem tempore componantur præmotio efficax, & negatio actus, hoc notato diſcrimine inter aduerſariorum gratiam efficacem, & noſtram, quod illi eam ponunt prius natura, quam eliciat actum prædeterminantem principium, & ſibi ſubdentem liberam facultatem, & in phyſica entitate diſtinctam à ſufficienti. Nos 16 vero neque prædeterminantem prius natura, neque ſubdentem, ſed ſubditam libertati; neque Phyſice diſtinctam, ſed aut ipſum actum ſecundum inuoluentem, aut ordinem ad illum propter futuritionem conditionatam, quæ eſt obiectum huius ſcientię vt ſæpius in progreſſu explico, fuerunt igitur ſolum ſufficientes, ac proinde per aduerſarios eis deerat aliqua virtus, ſeu energia Phyſica, quam habet gratia efficax, & tunc relinquitur iuſta Iudæorum querela in ſua vi, & redditur inanis Chriſti obiurgatio: etenim ita poſſent redarguere Chriſtum Dominum, ſi Gentiles patratis à te apud ipſos eiſdẽ miraculis ſolis auxilijs ſufficientibus, vti nos, excitaſſet Deus, nec illi reſponderent, nam, vt in ſententia aduerſariorum componi non poſſunt in eodem ſubiecto & tempore auxilium ex ſe efficax & negatio actus: ita nec auxilium tantum ſufficiens, & actus pænitentiæ, pro quo datur, igitur dum conſtanter non ponuntur vtriſque, Gentilibus dico, & Iudæis paria auxilia interna, terriculamentum illud Chriſti Domini foret inane; ſicut enim ſi maiora externa ſigna foret Chriſtus patraturus apud Gentiles, quam apud Iudæos, eneruaretur omnis increpationis vis: ita, & multo magis conſtitutis inæqualibus auxilijs internis: quis hoc non videat? Cum auxilium internum, eleuans principium, magis neceſſarium ſit, quam externa prędicatio, quam miraculorum patratio. Ad hæc, impedimenta iſta conſiſtere non poſſe in negatione reſponſionis, cui nulla ſubeſt culpa, manifeſte conuincit Sacer Textus, quatenus minatur, durius agendũ cum Iudeis, quam cum Gentilibus, & propter negationem reſponſionis abſque culpa, maior pæna infligenda non eſt, ergo nec durius agendum. primum ergo dicendum, nempe maiora hæc impedimenta eſſe grauiora patrata facinora, in quo caſſu etiam inanem fore Chriſti increpationem ſic oſtendo.

Refellitur.

Diſcrimen inter gratiam efficacem aduerſariorũ & noſtrã.

Ex doctrina euſdem authoris, & magis cõmuni inter huius ſæculi præceptores Dominicanæ familia lib. enim 3. de auxilijs cap. 24. in 2. concluſione tuetur omnem actum voluntatis, etiam malũ prædeterminari phyſice à cauſa prima in quantum eſt ens, & in quantum eſt actus, & licet negarent præmotionem phyſicam ad malum, vt malum, at nunquam reſponderunt argumento quo illis probari ſolet, ipſam malitiam neceſſario connexam cum entitate

Phyſica præmotio determinãs ad malum ſecundum entitatem refellitur.

Digitized by Google

titate actus mali, Deo adſcribēdam eſſe: quod argumentū ego formaui vrgenter ſupra diſp. 6. capit. 3. & modo ſic illud compendioſe refero, quia ad præſentem controuerſiam apprime neceſſarium eſt, ne leue exiſtimetur, quod frequenter non arguitur. Vt dixit B. Proſper Epiſtola ad Auguſtinum, ante librum de Prædeſtinatione Sanctorum circa finem. etenim in ea entitate actus mali conſiderare poſſumus, aut rationes vniuerſales, aut ſpeciales eū in ſuo eſſe ſpecifico, & vltimo cōſtituentes, aut aliquid poſsitiuū, aut priuatiuū diſtinctum ab intrinſecis ipſi actui, & ab eis manans admodum proprietatis, ergo vel malitia actus odii Dei, exempli gratia, conſtituitur in vltima differentia eſpecifica eius qualitatis, vel in aliquo poſsitiuo morali diſtincto ex natura rei ab ipſa, vel priuatiuo in quouis horū conſiſtat, ſi Deus voluntatem ex ſe indifferentem præmouet, determinando ad entitatem actus, etiam præmouet, determinando ad malitiam actus, quę habet neceſſariam prorſuſq; in ſeparabilem connexionem cum ea entitate actus effecti libere, & moraliter à volūtate: hoc eſt, ex cognitione in differenti, & aduertenti ad regulas morum, hoc ita oſtendo, nam concurſus Dei, ex præmotione procedens, & concurſus voluntatis ſunt à parte rei vnus concurſus indiuiduus, & ſolum diſtinguntur ratione, per connotationem ad principia diuerſa, ergo concurſus Dei, procedens ex prēmotione præ determinante, realiter producit illam qualitatem actus liberi, & moralis odij Dei, ſed cum illa qualitate libere, & moraliter producta à Deo ſtrictam, atque eſſentialem connexionem habet malitia, & nec per potētiam abſolutam exiſtere qualitas ſic poſsit, quin etiam ad eam malitia conſequatur, ergo Deo præmouenti, atque determinanti voluntatem indifferentem adſcribenda neceſſario malitia eſt: ex quo fit tum Iudæos in noſtra re, tum quoſcumque peccatores cauſari iuſte de Deo poſſe, propter in miſſam hanc præmotionem in malum actum. Item Iudæos ſic reddere poſſe inanem Chriſti obiurgationē, nam ſi vt Iudæi præmoti fuerunt prædeterminatione ad entitatem actus, ad grauiora peccata, ita Tyrij, & Sydonij fuiſſent prædeterminati, non maiora Iudæi obieciſſent impedimēta diuinæ gratiæ, quam Tyrij, & Sydonij: vnde cū ad primam immiſsionem huius præmotionis nulla ex parte voluntatis creatæ cauſa præſupponatur, ſed nuda voluntas Dei ſic decernens. dicere poterant Iudæi: ideo ipſos oppoſuiſſe maiora impedimenta, quia à Deo præmoti ſunt cum determinatione ad actus mali entitatem.

Cōcurſum vt à Deo terminari non poſſe directè ad rationem præciſſam in actu malo.

Verum recentiores quidam Theologi arbitrantur concurſum, vt à Deo præmouente, ſolum directè, & formaliter terminari ad rationes communes actus, non vero ad vltimas niſi indirectè, & materialiter, propter identitatem cum rationibus communibus: hi vero fatentur malitiam moralem in vltima differentia actus conſiſtere, non in priuatiuo, aut poſsitiuo conſecuto, quia putant ex hoc non eleuari argumentum propoſitum, nam ſi ratio formalis malitiæ eſſentialem connexionem habet cum entitate ſpecifica actus, parum, aut nihil refert, quod diſtincta ſit, vel indiſtincta, quod poſitiua, aut priuatiua ad hoc, vt non adſcribatur Deo, præmouenti, & determinanti actus malitia.

18 Sed hi Theologi nec fugiunt incommodum, quod vitare prætendunt, nec propoſitam difficultatem euacuant, denique in abſurdum relabuntur. Primum conſtat, nam etſi gratis demus concurſum, vt à Deo ſolum directe, & formaliter terminari ad communes rationes actus illius: at negare non poſſunt, eas rationes communes eſſe a parte rei vnam indiuiſibilem entitatem cum ratione differētiali, in qua malitiam moralem ſitam eſſe volunt, ergo tam eſſentialem connexionē illam habet cū rationibus à Deo directe, & formaliter productis, quam poſsitiuum, aut priuatiuum ſubſecutum, ad entitatem Phyſicam actus. Probo euidenter conſequentiam hanc, nam Deus cōcurſu ſuo non producit à parte rei directè, & formaliter rationem entis, aut actus logicè communem, quæ reperitur in alijs entibus, & actibus humanis, ſed rationem entis, qua actus ille odij Dei eſt ens, & qua eſt actus humanus, ſed illa ratio exiſtere à parte rei non poteſt, ſine vltima ſua differentia, ſibi identificata, vt perſe ſe conſpicuum eſt, ergo tam eſſentialē connexionē habet malitia cum ratione Deo directe, & formaliter producta, ac priuatio, ſeu moralitas poſitiua, ſubſecuta ad entitatem actus, igitur ſi propter connexionem eſſentialem priuationis cum entitate actus non vitatur incommodum, quo conſtituimus Deū authorem malitiæ peccati, nec etiam propter directum influxum, & formalem in rationem entis, quæ eſt in ipſo peccato.

Secundum nimirum non ſatisfacere difficultati propoſitæ conſtat ex hac eadem ratiocinatione & ex ſequenti confirmatione, quia Deus cognoſcit priuationem illam, ſeu moralitatem poſsitiuam eſſentialiter connexam eſſe cum actus entitate ſpecifica, & ſciens præmonet voluntatem indifferentem, determinando ad entitatem totam actus, fit ipſi malitiam adſcribendam eſſe, ſed etiam ſcit rationem entis ſeu actus, quam directè, & formaliter attingit, eſſe eſſentialiter connexam cum malitia, quæ in vltima differentia eius actus

Digitized by Google

ſita eſt, & præſciens, producit directè, & formaliter eam rationē, ergo non minus cogitur adſcribere Deo malitiā in ſua opinione, quā in alijs ab ipſo impugnatis propter hanc rationē.

Tertium denique relabi in abſurdum ſic oſtendo: nam concurſus ille Dei non eſt attingentia intentionalis effectus, ſed realis productio eius, ergo non eſt præciſiuus rationum communium à rationibus particularibus, non ergo attinguntur à Deo rationes communes directè, & formaliter, rationes vero particulares indirectè, & materialiter, aliqua enim eſſet præciſsio in modo attingendi, & licet in Trinitatis myſterio aliquid ſit ſimile huic præciſsioni, quatenus Pater diuinus reali communicatione naturam ſuam Filio communicat, non communicata Paternitate, & Filiationem producit, non producta natura: at hoc ſingulare eſt ipſi myſterio beneficio virtualis intrinſecæ cuiuſdam diſtinctionis, quam fusè explico tractatu de Trinitate, nec ad res creatas extendendum, in quibus perſpicatiores methaphyſici noſtra tempeſtate non admittunt præciſsionem intentionalem, ſuffulti ad hanc opinionem firmiſsimis præſidijs, ne dum admittenda erit vlla præciſsio in attingentia phyſica, & reali, vt eſt productio qualitatis peccati à Deo.

Non me latet hos Theologos varijs vti exemplis, vt aliquam dent probabilitatis ſpeciem ſuæ opinioni, ſed is non eſt opportunus locus longius protrahendi ſermonem hunc, ſi attente diſcernas in exemplis permiſsionem à cooperatione, & concurſu in peccatum ea, ad rem nōn eſſe facile cernes. Quod autem ſit diſcrimen in modo cōcurrendi in actum bonum, & in malum, repulſa prius omni præmotione phyſica determinante; & poſito modo concurrendi indifferenti, alibi explanandum.

Caput. 4. Ex quadam Patrum doctrina probo ſcientiam conditionalium.

19 APVD ſcriptores Societatis abunde probatum habes Patres Eccleſiæ abſque dubio conceſsiſſe Deo infallibilem conditionalium ſcientiam, ego in præſenti capite vnicum efformo argumentum ex quadam ipſorum doctrina, & noua aduerſariorum effugia præcludo.

Antiquis Patribus cum infidelibus fuit cōtrouerſia quædam, quam his verbis proponit Cyrillus lib. 9. in Ioan. cap. 10. *ſi omnia ſcire Chriſtus creditur, cur Iudam, qui futurus proditor erat, elegit?* & infra, *cur Saulem elegiſti, quem ſciebas gratiam tuam ſpreturum? cur primum hominem de terra formaſti, quem ſciebas mandatum non ſeruaturum? cur Angelorum naturam creaſti, cum vt Deus præuideris futurā nonullorum rebellionē?* Eandem agitat quæſtionem Hieronymus, lib. 3. contra Pelagianos, cap. 2. Tertullianus lib. 2. aduerſus, Marcionem, cap. 5. 6. & 7. Damaſcenus lib. aduerſus Manichæos prope medium, & alij.

Cyrillos.

Hieronym.
Tertulian.
Damaſcen.

Cyrillus per hæc verba reſpondet, *ex iſtis, cæteriſq; huiuſmodi iſtud porro ſequitur, vt præcognitionis cauſa, aut nihil omnino creare debuerit, aut inſenſatam naturam ſolummodo producere*, ecce ex incommodo illato quæſtionem dirimit, & apertiſsimè fatetur omnia conditionata præcognoſci à Deo.

Hieronymus ſic reſpondet, *vis audire rationem? Deus præſentia iudicat, non futura, nec cōdemnat ex præſciētia, quem nouerit talem fore, qui ſibi poſtea diſpliceat, ſed tantæ bonitatis eſt, & ineffabilis clementiæ, vt eligat eum, quem interim bonum cernit, & ſcit malum futurum, dans ei poteſtatem conuerſionis, & pænitentiæ.* Sic fere reſpondet Tertullianus, vt verba referre non ſit opus.

Damaſcenus denique reſpondet bonitatē Dei fuiſſe in cauſa, quę vicit præſcientiam, ita etiam loquitur Chryſoſtomus tom 1. homil. de Adam & Eua. Ecce cum facilis eſſet reſponſio negata præſcientia in Deo de lapſu Angelorum, ſi creaſſet, de peccato primorum hominum, ſi condidiſſet; de impietate Saulis, ſi elegiſſet in Regem; de proditione Iudæ; ſi in Apoſtolatū. Nullus ex relatis Patribus negat eam præſcientiam, imo conceſſa, quæſtionem dirimūt, modo per bonitatem, quę dedit poteſtatem conuerſionis, & pœnitentię, & his, quos præſciebat malos futuros: modo per iuſtitiam Dei, quæ non damnat propter peccatū 20
ſub cōditione futurum, modo ex incommodo illato, vt retulimus ex Cyrillo.

Ledeſma.
Curiel.

Magiſter Curiel in controuerſia illa 7. in cap. 4. ſap. articulo 2. numero 44. & ſequentibus, & ex eo Ledeſma fere verbum pro verbo reſpondet hos Patres non admittere in præfatis teſtimonijs præſcientiam lapſus Angelorum. & Adami, quæ præcedit voluntatem eos creandi, ſed quæ eam ſubſequitur. cum vero quærunt, cur creauit naturam Angelorum, cum præuiderit futuram nōnullorum rebellionem? Solum ſignificant ipſam creationis executionem fuiſſe poſt ſcientiam, non vero voluntatem creandi. Hanc eſſe horum Patrum mentem colligit Curiel duplici ſigno; primū, quia

Reſponſio ex Mag. Curiel cōfirmata duobus ſignis.

Digitized by Google

quia quæſtio hæc erat, vel Deus præſciuit lapſus ſuarum creaturarũ, vel non? ſi non præſciuit, aufertur pręſcientia à Deo, ac proinde diuinitas; ſi pręſciuit, ergo non peccat creatura; imo peccatum eius Deo tribuendum, qui talem eam cōdidit, vt ne diuinę pręſcientiæ reſiſteret, neceſſario peccaret. At quis dicat diuinitatem Deo tolli ex negata conditionaliũ præſcientia? Ergo ſermo fuit Sanctis Patribus de præſcientia abſoluta. Secundum, nam controuerſia de ſcientia conditionalium nimis noua eſt in ſcholis inaudita, niſi noſtro ſæculo, igitur infideles nō certabant cum Patribus de hac ſubtiliori, quàm ab eis moueri poſſet, quæſtiōne.

Cōfutatio. Sed multa euidenter expugnant hanc rationem interpretandi; & primo contra eam adferri poſſunt omnia teſtimonia Sanctorum Patrum, ac maxime Auguſti. qui ex hac præſcientia reddunt rationem quare quoſdã pręmature rapit, antequam labantur in alia peccata, in quę lapſuros præſciuit; euidens verò eſt præſcientiam eorum peccatorum non eſſe poſteriorem voluntate eos diutius conſeruandi in hac vita; nam cum Deus, quod efficaciter ſemel ſtatuit, nequeat mutare, & cum nollit conſeruare cũ de facto rapiat è vita, nunquam habuit efficax decretum conſeruandi, præceſsit igitur præſcientia illa voluntatem conſeruandi. Quod vero prænouerit lapſuros, ſi conſeruarentur, euidentiſsime docent Patres allegati ſupra, & frequentiſsime Auguſt. cap. ſequenti, vbi de ipſius mente.

Contra ſecundum, ſi Patres non admitterēt pręſcientiam lapſus creaturæ ante voluntatem, eam condendi, quæſtioni facile reſpondere poterant, negando præſciuiſſe lapſuram creaturam, donec decerneret creare, poſt autem creandi decretum, propter immutabilitatem, & conſtantiam voluntatis ſuæ, iam decretum reuocare non poſſe, neque oportebat eos recurrere ad bonitatem, quę vicit præſciētiam, nec ad ſufficientes vires elargitas ad non peccandum, neque ad alia, quæ retuli ſupra; vt controuerſię motæ ab infidelibus ſatisfacerent, igitur non agunt Patres de pręſcientia, poſt voluntatem creandi.

Contra tertium, voluntas creandi liberam creatúram per ſe non habet connexionem cũ lapſu earũ, imo nec voluntas permiſsiua peccatorum, niſi præſuppoſita futuritione conditionata lapſus, & præſcientia eius, vt fuſe oſtendi diſp.6.cap.3. Ergo, & ſi gratis daremus Sanctos locutos de præſcientia abſoluta poſt voluntatem condendi, coguntur fateri præſcientiam conditionatam, ante voluntatē condendi Probo hãc conſequentiam, nam ſi poſt voluntatem abſoluta præſcientia præſciuntur peccata creaturæ à Deo, cum ea voluntas creãdi, nullam per ſe cōnexionem habeat, cum lapſibus ſolum præſciuntur in futuritione determinata abſoluta, quam in ſe habent; ergo etiam ante voluntatem præſciuntur ſaltim cōditionate, ſi adſit in Deo voluntas creandi, vt vrgeo magis infra cap.7. 22

Reſponſio ad duo indicia. Ad duo ſigna à Magiſtro Curiel concedo eam fuiſſe controuerſiam, vt ipſe refert, nego vero ex ſublata præſcientia conditionali, non tolli re vera diuinitatem poſita cognoſcibilitate conditionaliũ, ac maxime in noſtris principijs, de quibus diſp.3.cap.3. vbi defendimus actuali ſcientia, conſtitui diuinitatem, & licet verũ eſſet ſcientiam Dei eſſe extra conceptum eſſentialem eius, ſublata cōditionalium ſciētia, tolleretur maxima, atque intrinſeca perfectio Dei, ac per conſequens ratio deitatis, quatenus ex ſe eſt omnium perfectionum cumulus; quo quid perfectius cogitari non poteſt & quemadmodum poſita futuritione abſoluta contingentium, vel præſcientia eorum conſtituenda, vel tollenda diuinitas eſt, ita & in noſtra pręſcientia. Cum vero dico in his præſcientijs liberis Dei cōſtitui diuinitatem, aut perfectionem aliquam intrinſecam, loquor de illis, ſecundum perfectionem, quam in recto, & ex parte Dei afferunt, non ſecundum terminationem, & connotationem liberam obiecti, quod attingunt efficaciter. Vide dicta diſp.2.cap.2.

Ad ſecundum nego nouam, atque inauditam a Sanctis Patribus hanc quæſtionem, erit noua, & inaudita, quibus noua, & inaudita ſcripta Sanctorum Patrum, ac maxime Auguſtini. Qui ſcire voluerit rationem, quare nego hanc ſcientiam nouam eſſe in Deo, legat cap.5. ſequen.

21

Quatuor Auguſtini teſtimonia pro ſciētia cōditionali ex lib. de bono perſeuerãtiæ, cap.9.

Caput.5. *Idem probo ex Auguſtino.*

IN Hoc caput remiſsi teſtimonia ex Auguſtino, in quibus ipſe profitetur, ideo quoſdam à Deo pręmaturo tempore raptos ex hac vita, quia pręuidit, ſi viuerent, fore, vt laberentur in maiora peccata, Primũ profero ex lib. de dono perſeuerantiæ cap.9. cuius hæc ſunt prima verba; *certe poterat illos Deus præſciēs eſſe lapſuros, antequam id fieret, auferre de hac vita.* Vbi explicabat Auguſtinus, quomodo poſsibile ſit Deo auerſas, & aduerſas in fidem ſuam conuertere hominum voluntates, ita vt ab

Aug. primum teſtimonium.

Digitized by Google

ab ipſo, neque aliqua ſuperati tentatione diſcedant, confirmat ex Apoſt. 1. Corinth. 10. & vt modum aliquem, quo Deus non permittat hominem tentari ſupra id, quod poteſt, ſubijcit præſcripta verba, in quibus perſcribit, ſaltim rapiendo ex hac uita, ante aggreſſionem eius grauis tentationis, qua præſciuit lapſurum, id preſtare poſſe. In eodem capite, & contra Pelagianos, & pro præſcientia noſtra conditionalium, ſic egregie ſcribit. *Cur enim non dicatur, & ipſum Euangelium, cum tanto labore, paſsionibuſque Sanctorum fruſtra eſſe prædicatum, vel adhuc etiam prædicari, ſi iudicari poterant homines, etiam non audito Euangelio: ſecundum contumatiam, vel obedientiam, quam præſciuit Deus eos habituros fuiſſe, ſi audiuiſſent.* Ecce conſtituit præſcientiam contumaciæ ſeu obedientiæ, quæ nunquam erit, foret vero, ſi audiretur Euangelium à gentibus, & non quãcumque preſcientiam, ſed eam, quæ ſufficiens eſt ad diſtributionem pœnarum per vindicatiuam iuſtitiam, & præmiorum per diſtributiuam; dicant quæſo aduerſarij, an præſcientia coniecturalis ſufficiat ad hæc perfectiſsimo prouiſſori Deo? Porro in eodem capite hæc habet non minus perſpicua verba. *Hoc quippe, vt ſcitis, cum Chriſtus, quare poſt tam longa tempora venit, quæreretur: dixi, quod in his temporibus, & his locis, quibus Euangelium eius nõ eſt prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros eſſe præſciebat, quales multi in eius corporali præſentia fuerunt, qui in eum, nec ſuſcitatis ab eo mortuis credere voluerunt.* Hæc verba ipſe allegat à ſe dicta in alio libro, vbi ſex quibuſdam quæſtionibus Paganorum ſatisfecit, & ex eodem libro eademque quæſtione hęc adiecit verba. *Quid mirum ſi tam infidelibus plenum orbem terrarum Chriſtus prioribus ſæculis nouerat, vt eis prædicari merito nollet, quos nec verbis, & miraculis ſuis credituros eſſe præſciebat?* Iam ex vno ſolo capite quatuor habemus tam expreſſa pro ſententia noſtra Auguſti. teſtimonia, vt alia referre puderet, niſi ad tundendam contumaciam aduerſariorum, iudicarem neceſſarium.

Paulus 1. ad Corint. 10.

2. teſtim.

Secundum teſtimonium profero ex lib. de correptione, & gratia cap. 8. vbi agens de his, qui perſeuerantiam bonitatis non habent, ſed ex bono in malum, deficiente bona voluntate, moriuntur: *Reſpondeant* (ait) *ſi poſſunt, cur illos Deus cum fideliter, & pie viuerent, nõ tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne fictio deciperet animas eorum, vtrum hoc in poteſtate non habuit? an eorum mala futura neſciuit? nempe nihil horum, niſi peruerſiſsime, & inſaniſsime dicitur.* Vbi aduerte tam indubitatum fuiſſe Auguſtino Deum præſcire peccata illa, quæ commiſiſſent, ſi diu viuerent, quos rapuit, quam potuiſſe auferre de vita.

Curiel. Ledeſma.

23 Magiſter Curiel ſupra num. 50. & ex eo Ledeſma ſemper perſiſtunt in ſua ſolutione de præſcientia coniecturali, & nihil aliud ſibi voluiſſe Auguſtinum confirmant ex teſtimonio eiuſdem Auguſt. lib. de prædeſtinatione Sanctorũ capit. 14. vbi explicans verba illa Sapient. cap. 4. contra Pelagian. contendit ex eo probare, Deum non punire ob peccata, quæ nunquam facient, facturi tamen eſſent, ſi viuerent. *Dictum eſt* (inquit) *ſecundum pericula vitæ huius, non ſecundum præſcientiam Dei, qui hoc præſciuit, quod futurum erat, non quod futurum non erat, ideſt, quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, vt tentationum ſubtraheretur incerto, non quod peccaturus eſſet, qui manſurus in tentatione non eſſet*, ergo teſtimonium illud *rapturus* eſt, &c. non refert Aug. in præſcientiam certam peccatorum, quæ committenda forent, ſi viuerent, ſed inconiecturalem, quæ prudenter deſſumi poſſet ex periculis huius vitæ, & crebra tentationum impetitione.

Aduerſarij explicant Auguſtini teſtimonia de notitia coniecturali.

Impugnãtur ex Auguſtin. mẽte.

Verum, qui mentem Auguſtini hoc loco callucrit, perſpiciet verba ipſius ad rem non afferri, etſi in primo cortice aduerſariis fauere videantur. Scopus Auguſtini ibi erat, oſtendere Pelagianis, non ideo è duobus paruulis, alterum decedere cum remedio baptiſmi, alterum ſine illo propter bona opera præuiſa, quæ alter facturus eſſet, & propter mala, quæ alter, & poſtquam ſtatuit teſtimonium illud Canonicum eſſe, & Deum nec præmio afficere bona opera, nec pœna mala, quæ eſſent patraturi, ſi viuerent, ait, dictum eſſe ſecundum pericula huius vitæ, non ſecundum præſcientiam Dei; hoc eſt, non ſecundum præuiſionem operum, quę digna ſunt, vt præmio, aut pęna afficiantur, quia illud opus ſolum Deus ſic pręſciuit, quod futurum erat, hoc eſt, quod abſolutam exiſtentiam habiturum eſt, non quod futurum non erat: ideſt quod nunquam de facto exiſtet, etſi exiſteret ex aliqua hypotheſi. Illud vero *dictum eſt ſecundum pericula huius vitæ*, non ſignificat Deum ex periculis huius vitæ depromere ſibi præſcientiam coniecturalem lapſuum, ſed raptum, ne malitia mutaret intellectum eius ſecundum pericula huius vitæ, hoc eſt, mutatione promanẽte ex periculis, & tentationibus huius vitæ. Hanc eſſe mentem Auguſtini colligo, primo quia cum ſæpe cum his Pelagianis contenderet, nunquã contra ipſos agit, negando præſcientiam operum ſub conditione, quo vno verbo totũ eorum robur eneruabat, ſed ea præſcientia conceſſa ſæpiſsime, ac maxime in locis à nobis allegatis conatur oſtendere ſolum opera, quæ aliquando vere exiſtunt, eſſe præmio, aut pœna dig-

Digitized by Google

digna. Secundo colligo, quia ſæpe ab Auguſt. affirmatum, Deum præſcire conditionalia futura contra preſentem cauſarum diſpoſitionem, verbi gratia, omnes Sancti Patres, vt diximus capite ſuperiori, fatentur preſcientiã lapſus Angelorum ante decretum eos creandi, quis vero non videat Angelicam illam naturam, quantum erat ex præſenti diſpoſitione, propter tot ſingularia beneficia, tum naturalia, tum ſupernaturalia à Deo proxime accepta, magis propendere in obedientiam, reuerẽtiam, & amorem in ſuum conditorem, quam in rebellionem? idem expendat Lector de primis hominibus à Deo conditis in paradyſſo voluptatis iuſtitia originali præmunitis, omni ſcientia, & gratia perfuſſis cum perfecta ſubiectione atque ſubordinatione ſentientis appetitus ad rationalem: idem in Saule in Regem electo, & in Iuda in Apoſtolatum. Igitur nec ſolutio hæc plene ſatisfacit alijs teſtimonijs, nec in noſtro ad rem eſt mẽtis Auguſtini. Hoc teſtimonium cum alijs radicitus explico cap. 11. vbi ad fundamenta aduerſariorum reſpondeo.

Tertio produco doctrinam Auguſtini pro noſtra ſententia quam ipſe ſæpe docet pluribus ſcriptis ſuorũ operum, nimirum dari miſericorditer à Deo quamdam vocationem, quam epiſt. 107. ad vitalem apellat altam, atque ſecretam, qua ſic Deus agit hominis ſenſum, vt eidem legi, atque doctrinæ accõmodet aſſenſum. Item lib. 1. ad Simplician. quæſt. 2. explicans diſcrimen inter vocationem congruentem, & non congruentem, vocat electos, qui congruenter vocati ſunt, illi vero, qui non congruebant, neque contemperabantur vocationi *non electi* (ait) *quia non ſecuti, quamuis vocati*, vbi plane vocationem congruentem explicat per ordinem ad operationem ſubſecutam. Porro hæc habet verba *cuius autem miſeretur, ſic eum vocat, quomodo ſcit ei congruere, vt vocantem non reſpuat.* Ecce expreſſe vocationem congruam explicat per ordinem ad præſcientiam bonæ operationis futuræ, ſi congruens detur vocatio, & lib. de Prædeſtinatione Sanctorum capit. 8. ex inſtituto docet eſſe quamdam ſecretam, & occultam Dei gratiam præuenientem, per quam, ſi moueatur creata voluntas infallibiliter elicit conſenſum, eamque ſignificatam in illis verbis Ioan. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſſit me, traxerit eum; & in illis. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Valde,* inquit, *remota eſt à ſenſibus carnis hæc ſchola, in qua Deus auditur, & docet, multos venire videmus ad filium, quia multos credere videmus in Chriſtum, ſed vbi, & quomodo à Patre audierint hæc, & didicerint, non videmus, nimium gratia iſta ſecreta eſt, gratiam vero eſſe, quis ambigit? hæc itaque gratia, quæ occulte humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo duro corde reſpuitur, ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia primitus auferatur;* & paulo poſt *ſi illos quibus ſtultitia eſt verbum Crucis, vt ad Chriſtum venirẽt, docere voluiſſet, proculdubio venirent & ipſi; nõ enim fallit, aut fallitur, qui ait, omnis, qui venit ad Patrem, & didicit, venit ad me.* Denique hoc eodem lib. cap. 16. ait eſſe quandam certã vocationem eorum, qui ſecundum propoſitũ vocati ſunt, quos preſciuit, & prædeſtinauit conformes imagini filij ſui; & explicans illa Pauli ad Rom. 9. *Non ex operibus, ſed ex vocante, non quacumque* (ait) *vocatione, ſed qua vocatione fit credens*, agnoſcit ergo Auguſtinus quãdam vocationem, quam modo appellat altam, atque ſecretam, modo congruentem, modo ſecudum propoſitum, modo electorum propriam, quam Deus elargitur miſericorditer, præſciens infallibiliter futuram cõuerſionem, ſi detur; atqui hæc cõnexio infallibilis conſenſus cum ea alta vocatione fundari non poteſt in natura phyſica talis vocationis, qua ita fere voluntatem adigat, & ſibi ſubdad; vt extorqueat conſenſum, nec in decreto efficaci præuio conſenſus, nam vt oſtendi fuſè diſp. 6. cap. 2. & 3. manifeſte lędit indifferentiam libertatis; ergo ſumenda eſt ea infallibilis connexio in ordine ad futuritionem cõditionatam actus, & preſcientiam eius futuritionis, vt ipſe etiam Auguſt. innuit in verbis à me relatis, quæ tranſcripſi, vt hoc animaduertat Lector, ac maxime in quæſtione illa ſecũda ad Simplicianum ibi, *quomodo ſcit congruere, vt vocantem non reſpuat.*

Aug. vocationẽ cõgruam explicat per ordinẽ ad operationem.

Ioan. 9,

Paul. ad Roman. 9.

Hoc argumento male vrgetur Magiſter Curiel vbi ſupra, & meritò, quia cum phyſicas præmotiones prędeterminãtes non admittat, imo reſpuat, vt contrarias Auguſtino, nulla ei ſuppetit ratio, qua naturam harum vocationũ poſſit explicare, & infallibilis connexionis cõ ſenſus cum illa, niſi per futuritionem conditionatam, & præſcientiam eius. Nihilominus in omne latus ſe vertens, triplicem excogitat ſolutionem.

Prima retorquet in nos hoc ipſum argumẽ 25
tum, nam noſtri Theologi contendunt ex Patribus hanc non eſſe bonam cauſalem, ideo liberum arbitrium, ſi congrue vocetur, conſentiet, quia Deus ſciuit infallibiliter conſenſurum, imo è conuerſo cauſalem formandam eſſe, quia liberum arbitrium, ſi congrue vocetur, conſentiet: ideo Deus ſcit infallibiliter cõſenſurum. Ergo cum affirmamus rationem infallibilis connexionis conſenſus cum congrua vocatione deſſumi ex præſcientia conditionalium, committimus vitioſum circulũ,

Prima ſolutio.

Triplex ſolutio Magiſtri Curiel.

patet

Digitized by Google

patet hæc conſequentia; quia ſimul affirmamus, & ideo Deum ſcire, quia liberum arbitrium conſentiet, & ideo liberum arbitrium conſenſurum, quia Deus infallibiliter ſcit.

Secunda ſolutio declarat, vnde proueniat infallibilis hæc connexio, aitque prouenire ex opportunitate, & modo vocationis, qui conſtat ex vario rerum occurſu attemperato, & diſpoſitione vocati ſecundum diuinam ſapientiam, nam licet, quæcumque alliciunt voluntatem vocati ad conſenſum in particulari, & ſigillatim connexionem infallibilem cum conſenſu non habeant, habent tamen omnes ſimul rationes, quę hinc, inde intrinſece, atque extrinſece voluntatem alliciunt ad cõſenſum, id quod aliqui confirmant ex Auguſtino, dum vocationem hanc appellat contemperatam ſubiecto, ipſique congruentem.

Tertia ſolutio aliam explicat connexionem, & ait, eſſe ſubordinationem, & obedientiam voluntatis creatæ ad diuinam prędifinitionem, qua Deus vtrumque vult, & vt voluntas conſentiat ſuæ vocationi, & vt libere conſentiat, cum vero omnis creatura ex ratione creaturæ hanc pręſtet ſubordinationem, & obedientiam ſuo Creatori, negandum non eſt liberum arbitrium eam præſtare; quod ſi ex intrinſeca natura ſua creatum liberum arbitrium ſic ſubordinatum eſt, per infallibilem connexionem, modus operandi indifferenter non mutatur, non deſtruitur, ſed perficitur; euerteretur vero, atque deſtrueretur, ſi infallibilis hęc connexio obeſſet indifferentiæ voluntatis. Hic nota Magiſtrum Ledeſmam retuliſſe reſponſionem hanc, non probaſſe, quia in ea phyſicæ pręmotiones determinantes reprobantur. Et re vera triplici ſolutione vni non ſatisfecit argumento.

26 *Impugnatio Magiſtri Curiel accuratè declaratur doctrina noſtrorum Theologorum.*

Et primo retorſio proceſsit ex non penetrata noſtrorum Theologorum mente, atque doctrina, in qua vt notabam capite primo ſtatus conditionatus conſenſus noſtri præcedit ratione ſtatum abſolutum eiuſdem, quo fit ſcientiam conditionalium poſteriorem eſſe ratione futuritione conditionata, ſeu ſtatu conditionato conſenſus, quatenus omne obiectum diſtinctum à ſcientia præcedit ſcientiam ratione, vt eius menſura, & vt minus dependens in cognoſci, quam ſciētia, vt fuſe explicui diſp. 5. cap. 4. Vnde ſcientia conditionalium reſpicit conſenſum ſub conditione futurum tamquam obiectum, non cauſatum ab ipſa, nec aliqua ratione dependens, & hac ratione illa cauſalis bona eſt, ideo Deus ſcit conditionata ſcientia flectendam eſſe voluntatem in vnam partem, ſi congrue vocetur, quia ipſa ſe flectet, cum poſſet non ſe flectere. Poſt modum vero in alio ſigno poſteriori rationis intelligimus in Deo decretum congrue vocādi voluntatem, per quod conſenſus ille ex ſtatu conditionato translatus eſt in ſtatum abſolutum, modo à me explicato diſp. 6. capit. 3. In hoc vero ſtatu duplici ratione præuiſione ſua abſoluta cognoſcit Deus conſenſum noſtrum connexionem habere infallibilem cum congrua vocatione. Prima in exiſtentia conſenſus è coniunctione cum voluntate in propria duratione, quæ exiſtentia, atque coniunctio etiam ratione præcedit ad pręſcientiam abſolutam eius, & hæc eſt bona cauſalis, quia conſenſus voluntatis erit in ipſa tali tempore, ideo Deus cognoſcit futurum. Secunda in ipſa vocatione non ſumpta ſecundum ſe propter aliquam intrinſecam virtutem phyſicam, ratione cuius neceſſario adnectitur cum conſenſu, ſed dependenter à præſcientia conditionata, quæ præceſsit ratione in alio ſtatu, vt explicui, ratione cuius dependentiæ præſcientia abſoluta ratione ſubſequitur conditionatam, & tunc hæc cauſalis bona eſt, ideo Deus præſcit ſcientia abſoluta in vocatione congrua, decreta iam, & præuiſa exiſtere, voluntatem reſponſuram, quia pręcognouerat per ſcientiam conditionatam, ſi daretur vocatio congrua, voluntatem reſponſuram. Nam cum vocatio ex natura ſua non inferat phyſice effectū, & cum logice eum inferat, præſuppoſita ſciētia conditionata, vt conſtat in hoc diſcurſu, quem eminenter format Deus in mente ſua. Ego præſcio futurum conſenſum voluntatis creatæ, ſi congruè ipſam vocauero, ſed modo per meum decretum eam congruè voco, ergo infallibiliter ſcio conſenſum illum fore, ſeu habiturum determinatam connexionem cum voluntate beneficio præſcientiæ cõditionatæ, quod ſi roges, vnde Deus præſciat conſenſum futurum conditionate, ſi congrue ab ipſo vocetur voluntas? quę erat maior propoſitio ſyllogiſmi, iam dixi præſcire ex futuritione conditionata conſenſus obiectiua pręſuppoſita ratione ad ipſam ſcientiā, quo fit egregie à noſtris aſſertū in ſtatu abſoluto connexionē infallibilē vocationis cum conſenſu deſſumi reſpectu Dei ex præſcientia conditionata ratione antecedente. Hinc euacuatur tota retorſionis, vis concedimus antecedens ſeruata debita proportione obiecti ad ſuam ſcientiam, ſemper enim comparari debet obiectum ad ſcientiam conditionatam; & abſolutum ad abſolutam, & ſic ſubſiſtunt cauſales illæ, non vero comparari debet obiectum abſolutum ad ſcientiam conditionatam, inter quæ nullus eſt ordo, nulla prioritas, aut poſterioritas realis, aut rationis, non realis, quia cõſenſus non pendet à ſcientia conditionata in ſuo eſſe abſoluto, conſenſus enim hominis fo-

ret

Digitized by Google

ret poſita vocatione congrua in ipſo, ſiue Deus præſciret fore, ſiue non, non rationis, quia licet logice inferatur ex duplici præmiſſa futurum conſenſum, altera, in qua continetur præſcientia conditionata, altera, in qua præuiſ ſio abſoluta vocationis: at hoc conducit, vt Deum ipſum certum reddat de euentu ex medio à ſe adhibito, vt decet perfectiſsimũ prouiſſorem dirigentẽ creaturam ſuam rationalem in finem vitæ æternæ, & diſponentem de præmio, & de pena reſpondenti operibus bonis, aut malis: at ex hoc non fit eſſe aliquẽ ordinem rationis inter præſcientiam conditionatam, & conſenſum abſolute futurum, ſed diſparate ſe habere, nego ergo primam cõſequentiam, nimirum nos cõmittere circulum vitioſum. Ad probationem concedo primam partem, & nego ſecundam, ſi intelligit de ſcientia conditionata, quæ nullum habet influxum in conſenſum abſolute futurum, & nullo ſenſu verum eſt, ideo infallibiliter conſenſuram voluntatem, quia Deus habet ſcientiam conditionatam, ſed ſolum Deum beneficio ſcientiæ conditionatæ, poſita vocatione congrua & præuiſione eius, certum reddi de conſenſu abſolute futuro, vt explicui.

Diſcurſus noſtrorum in omni opinione locum habet. Hoc loco obſeruandum, in omni doctrina ſiue ponas præmotionem phyſicam determinantem, ſiue attemperationem vocationis in ordine ad temperamentum, & affectiones ſubiecti, ſiue ſubordinationem, & obedientiam voluntatis createę Deo, prædefinienti hunc noſtrum diſcurſum maiori cum rigore locũ habere; nam Deus optime nouit voluntatem cõſenſuram ex hypotheſi præmotionis determinantis, aut vocationis attemperatæ. Item præuidet præmotionem ipſam, & vocationem attemperatam, cum confert in qua duplici promiſſa continetur neceſſario præſcientia conſenſus abſolute futuri.

27 *Ad ſecundam. Impugnatio prædeterminationis compoſita ex vocatione & temperamento ſubiecti.* Venio ad ſecundam ſolutionem, in qua nõ poſſum nõ mirari virũ ſapientiſsimũ, & Theologię exactiſsimum cultorem incidiſſe in prædeterminationem non ſimplicem, vt quidam recentiores, quos ipſe bene refutat, ſed compoſitam ex pluribus partialibus. Hoc ſic oſtendo: vel poſita attemperata hac vocatione in ordine ad ſubiecti temperamentum, & affectiones, & opportunitatem temporis, & loci poteſt voluntas cohibere ſuum conſenſum, & ſolum habet contingentem cõnexionem cũ illa, vel non poteſt, quia habet connexionem neceſſariam, tam arctam, ac habet conſenſus cum volũtate phyſice prædeterminata? ſi hoc ſecundum ratione temperamenti, opportunitatis, & circunſtantiarũ occurrentium lædit indifferentiam voluntatis, vt lædunt phyſice prædeterminantes, nam vt hæc eſt ſuppoſitio antecedens, nõ poſita in manu volũtatis, ita illa; incidit ergo in incõmoda, quæ vitare cupiebat. Porro quis neget aliquos ſæpe ſuccũbere tentationi, ad quam in diſpoſiti erant, tum tẽperatura corporis, tum mentis, tũ loco, & tempore importuno, alios è cõuerſo reſiſtere tentationi conſentaneæ, & loco, & tẽpori, & hominis ingenio, & ex hiſtorijs licet facile deprehẽdere? ergo & ſolutio falſam cõtinet doctrinã, & relabitur in phyſicas prædeterminationes. Si ſecũdum, ergo voluntas etiam affecta vocatione attemperata, & alijs omnibus concurrẽtibus, indifferens eſt ad conſentiendum, vel nõ conſentiendum, igitur non habet cõſenſus infallibilem connexionem cum voluntate, etiã inſtructa, ea vocatione conflata ex concurſu omnium circunſtantiarum, recurrendum ergo eſt ad futuritionem conditionatam cõſenſus, & præſcientiam eius.

Tertia denique ſolutio ipſi viſa eſt perceptu difficilis, & merito, nam vel illa subordinatio, & obedientia, quam voluntas habet ad Deum, prædefiniẽtẽ conſenſũ, vt libere fiat relinquit ipſam indifferentẽ, poſita ea prædiffinitione Dei, vel nõ? Hoc ſecũdũ non dicet, tum quia prædiffinitio hæc non perficeret ſed labefactaret, nõ adſtrueret, ſed deſtrueret modum operandi naturalẽ volũtatis, & ab eo ponebatur, vt ſeruaretur, & perficeretur ille, nec quid quã refert Deũ prædiffinire conſenſum, & ſimul vt libere fiat. nam ſi prædiffinitio hæc cõſenſus eſt abſoluta, & efficax, nullã expectãs cõditionem, in terminis implicat, poſita antecedẽter prædiffinitione, cum qua, quia abſoluta eſt, neceſſariam habet cõnexionẽ cõſenſus, libere ipſum fieri, nã libere fieri, eſt fieri cũ contingenti ſola cõnexione cũ principio, ex prædiffinitione efficaci, antecedẽti fieri, eſt fieri cũ neceſſaria cõnexione cõſenſus cum principio prædefinito, ſeu vt ſubeſt prædiffinitioni, ſed implicat cõſenſum ſimul habere cõnexionem cõtingentẽ, & neceſſariã cũ ſuo principio, qua ratione phyſicam determinationẽ intrinſecã lædere libertatem deffendit hic author, ergo cũ dicunt Deũ prædiffinire abſoluta volũtate, vt cõſẽſus libere fiat, implicat in terminis: primum ergo dicendum, tunc ſic argumentor. Ergo poſita obedientia, & ſubordinatione volũtatis, & prædiffinitione, adhuc ſi voluntati libuerit, conſenſum edet, & non edet, ſi non libuerit, & prædefinitio illa ſolum conſenſum prædefiniet ſubintellecta conditione, ſi ſe voluntas in eam partem flectere voluerit, quo pacto prædefinit omnes actus bonos, ad quos vocat, per auxilia ſufficientia, ergo prædeffinitioni ei nihil obſtabit negatio conſenſus, imò componi ſimul poterunt voluntas ſubordinata, & prædiffinitio vt conſenſus libere fiat, & negatio conſenſus, non ergo in ea prædefinitione, & ſubordinatione fundari 28

Repugnat Deum prædefinire, vt libere fiat opus liberum decreto efficaci antecedenti.

N dari

Digitized by Google

dari poteſt infallibilis cõnexio alta, atq; ſecreta vocationis cum cõuerſione. Hauſerũt quidẽ Theologi Salmanticenſes hunc modum dicendi ex Magiſtro Curiel, & quorundam plauſu tuiti ſunt. Syſiphi tamen, vt aiunt lapidem mouent propter huius noſtri argumenti momẽta

Cap. 6. Idem probo ex D.Thomã.

29 S. Thom. teſtimoniũ. TAmetſi apud S.Thom. nõ ſint tot teſtimonia, quia Angelicus Doctor quæſtionem hanc non diſcuſſit ex inſtituto, vt noſtro ſæculo excutitur, nihilominus ſecutus Auguſtini veſtigia 3.p.q.1.art.5. tractãs rationes quare conueniens non fuerit Chriſtum ab initio mũdi carnem noſtram aſſumere in 2. argumento eius articuli ſibi opponit. Si Deus incarnatus fuiſſet à principio mundi, plures fore ſaluandos per incarnationẽ, Chriſtum autẽ veniſſe in hunc mundum, vt peccatores ſaluos faceret, docuit Apoſtolus 1. ad Thimot.1. ergo conueniẽtius fuerat perfici incarnationẽ à principio mundi. In reſponſione ad hoc argumentum refert primo, atq; refellit ſententiam Auguſtini ex ipſo Auguſtino, dicẽs, quod tunc voluit Chriſtus hominibus apparere, & apud eos prædicare ſuã doctrinam, quando, & vbi ſciebat eſſe, qui in eũ fuerant crediturі. Hanc ſentiam reprobat ex ca. 9. de dono perſeuerãtiæ, vbi Auguſtinus in hæc verba. *Nunquid poſſumus dicere Tyrios, & Sydonios talibus apud ſe virtutibus factis credere nolluiſſe, aut credituros non fuiſſe, ſi fierẽt, cũ ipſe Deus atteſtetur eis, quod acturi eſſent magnę humilitatis pænitẽtiã, ſi in eis facta eſſent diuinarũ illa ſigna virtutũ?* Ex quibus verbis colligit rationẽ ſumptam ex pluralitate ſaluandorũ in ordine ad conueniẽtiã incarnationis tẽpore, quo peracta fuit, efficacem nõ eſſe, eo quod, qui ſaluandi ſunt, ex prædeſtinatione diuina ſaluandi ſunt; vt ibi etiam adnotat Caietanus, & quia cũ alios ſaluãdos præſciret, ſi apud ipſos miracula patrarentur, atq; virtutes, nolluit, tamen patrare occulta quidem ratione, ſed æquiſsima. vbi nota ex mente D.Thomæ Auguſtinum aſſeruiſſe ſcientiam conditionalium pænitentiæ Tyriorũ, & Sydoniorum; nam, vt hoc probet, verba relata refert, ipſe vero ex propria mẽte, ſic ait: *Sicut Apoſtolus ait, nõ eſt volentis, neq; currentis, ſed miſerẽtis Dei, qui his, quos præuidit, ſi apud eos facta eſſent ſuis miraculis credituros, quibus voluit, ſubuenit, alijs autem nõ ſubuenit, de quibus in ſua prædeſtinatione occulte quidem ſed aliud iuſte iudicauit* Ecce expreſſe coformans mentem ſuam menti Auguſtini, agnoſcit non ſubueniſſe eis, quorum fidem præuidit, ſi miracula, & ſigna apud ipſos fierent.

Paul. 1. ad Thimot. 1. S. Thom. Auguſti. ſentẽtiam refellit ex ipſo Auguſtino. Caietanus.

30 S. Thom. aliud teſtimonium. Aliud teſtimonium deſumo ex quæſt. 24. de veritate art.14. in corpore, vbi ſic ait; *Omnes autem exteriores motus a diuina prouidentia moderantũr, ſecundum quod ipſe iudicat, aliquem eſſe excitandũ ad bonũ ijs, vel illis actionibus*. Vbi loquitur S. Thom. de iudicio illo Dei quo noſcit volũtatẽ excitãdã ad bonũ per quod ipsã gubernat, vt excitetur. Hoc vero iudiciũ non eſſe præſciẽtiã abſolutã exercitationis cõſtat ex eo, quod ſupponit decretũ excitãdi, at iudiciũ, vt cõgrue excitetur, & dirigatur præcedit decretũ, nam per illud Deus volũtati ſuæ proponit, quo pacto congrue volũtas humana ab ipſo gubernanda ſit, vt poſt modũ per decretum id exequatur.

Magiſter Aluarez diſp.illa 7. ſolum reſpondet ad hæc teſtimonia. S. Thom. non aſſerere, hæc cognoſci a Deo per ſciẽtiã mediã. ſed aut per ſciẽtiã viſionis aut per ſciẽtiã ſimplicis intelligentiæ: maxime cũ in hæc duo tantũ mẽbra D.Thom. ſcientiã Dei ſemper ſecuerit. Aluarez.

Verum extrahit quęſtionẽ extra intentum, ad quod confirmandum adducta à nobis ſunt hæc teſtimonia. Nõ enim tractamus modo de qualitate ſcientię, per quã ea cognoſcit, aut de nũcupatione nominis eius, ſed an re vera ſit in Deo ſcientia cõditionalium futurorũ, quoquo nomine nũcupanda ſit, aut ad quoduis mẽbrum reuocanda, & quidam Deum præuidiſſe pænitentiam Tyriorum, & motionem volũtatis humanæ, ſi ita excitetur, & dirigatur expreſsiſsime affirmat, hæc vero eſſe futura cõtingentia conditionata, negabit nullus. Dat ergo Diuus Thomas Deo ſcientiam hanc.

Nullum Magiſter Aluarez affert teſtimoniũ ex S.Thom. quod directe pugnet cum hac cõditionalium ſciẽtia, & vt opinor, neque afferri poteſt, verum nobis obijcere poſſumus difficilem locum ex quæſt. 6. de veritate artic.3. vbi diſtinguens prædeſtinationem à prouidentia, ait; illam habere infallibilem cõnexionem cum particulari effectu, non hanc; & explicans eam cõnexionem, dicit prædeſtinationem habere ordinem certum cauſæ cum ſalute prædeſtinati, obijcienſque ſibi, quo pacto certitudo cauſæ in prędeſtinatione inueniri poſsit, cum liberum arbitrium ſemper contingenter operetur actiones, à quibus pendet finis conſecutio. Bene difficultate perculſus reſpondet non repugnare eſſe contingentiam reſpectu vnius cauſæ determinatæ, & certitudinẽ reſpectu omnium, ſicut ait; *Licet omnia ſingularia ſpeciei ſint corruptibilia in particulari, tota autẽ ſpecies, quia alteri indiuiduo aliud perẽniter ſuccedit diuina prouidẽtia gubernãte, nõ eſt corruptibilis, ita in eo, quẽ Deus prædeſtinat, vt adminicula præparat, quod vel non cadat, vel ſi cadat quod*

31 Difficile teſtimoniũ S.Thom.q. 6. de verit. art.3. diſcutitur.

Digitized by Google

quod reſurgat: ſi igitur cõſideremus ſalutẽ prædeſtinati reſpectu cauſæ proximæ, ſcilicet liberi arbitrij, habet contingentiã; reſpectu autem cauſæ primæ prædeſtinantis habet certitudinẽ. Ex hac doctrina D.Thom. duo inferri vidẽtur. Primũ Deum cumulare auxilia prædeſtinatis, vt ſi prioribus reſiſtit, poſterioribus ſaltim acquieſcat. Secundũ S. Thomã nec agnouiſſe ſcientiam conditionaliũ, nec neceſſariam reputaſſe ad prædeſtinationẽ. Probo hoc, nam ſi de quocunq; ſingulari auxilio præſciuiſſet Deus certo, & infallibiliter, an ne habiturũ eſſet effectum, nõ eſſet cur S.Thom. recurreret ad cumulum indeterminatum auxiliorum, vt certitudinẽ cauſæ in prædeſtinatione, & infallibilẽ cõnexionẽ eius cũ ſalute prędeſtinati declararet.

32 Confirmatur. Nam ſi Deus cumulat adminicula, tẽtans diuerſa media, vt tandẽ prædeſtinatus cõſequatur vitã æternã, ergo ideo cumulat quia ignorat mediũ determinatũ, per quod ſit cõſecutur' infallibiliter finẽ. Igitur ex mẽte D. Tho. nõ eſt admittenda ſcientia cõditionalis.

D. Thom. mens aliena à phyſicis prædeterminationibus.

Circa primum quomodo ſe gerat Deus cũ prædeſtinato in cumulandis auxilijs, redibit ſermo noſter in tractatu de prædeſtinatione, vbi opportunus locus. Circa ſecundum, quod pertinet ad præſens inſtitutum, primo animaduerto alienam eſſe mentem D. Thom. à Phyſicis motionibus prædeterminãtibus, quas tẽpeſtate noſtra tenacius, quam par erat, defendũt eius diſcipuli, nam ſi Angelico Doctori in mentem venirent auxilia hæc prædeterminantia, nõ negaret infallibilem cõnexionem inter conſenſum, & ſingulare auxiliũ, nec recurreret ad varia adminicula præparata à Deo, vt tandẽ aliquo ex eis cum effectu cõuerteretur. Etenim certum eſt cũ quocunq; determinãte efficaciter conuerſum iri, vt certum eſt non conuertendum cũ ſolo ſufficienti, neq; hoc lateret D.Thom. ſi hæc gratia Phyſice prædeterminans, vt dictitatur à ſuis diſcipulis, ipſi aliquando veniſſet in mentẽ. Animaduerto ſecũdo D. Thomã in hoc etiã loco admittere quãdã ſcientiam cõditionalem, nam hæc propoſitio ipſi vera eſt; ſi prædeſtinato præparẽtur tot adminicula, & tãta auxiliorum copia, ipſe certo ſaluabitur, quod ſi illa propoſitio vera eſt, infinitam Dei ſcietiam fugere nõ poteſt, ergo tãtũ abeſt, vt locus is alias difficilis obſtet ſciẽtiæ cõditionaliũ, vt poti' eã expreſſe cõtineat.

Agnoſcit S.Thom. in hoc teſtimonio quãdam ſcientiam conditionalẽ.

33 Pater Suar. 1. parte lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis ca.7 nu.16. & 17. putat mẽtem. S. Thomæ, eſſe Deum cumulando auxilia, & præparando adminicula ita ſe gerere cum prædeſtinato, ac ſi ignoraret, quænã ſint effectũ ſortitura, quę non; nũquam tamen affirmaſſe Deũ ignorare de ſingulari auxilio ab ipſo adhibito an ne ſit effectum habiturũ, vel non. Hoc enim eſſet impingere Deo cæcam prouidẽtiam, eo vero fine poteſt Deus more humano varia cumulare auxilia, vt cor hominis tandẽ emoliat, vt prædeſtinatus miretur poſtea diuinam bonitatem, & amplectatur ardentiſsimo amore & vt ſe abijciat coram tanta maieſtate.

P. Suarez.

Verum nõ quieſcit animus in hac interpretatione, nam, vt proponẽs teſtimonium D.Thomæ animaduerti, eius ſcopus erat, explicare certũ ordinem cauſæ, & effectus inter prædeſtinationem, & ſalutem prædeſtinati; At qui ad eam certitudinẽ extra rem eſt auxiliorum cumulus, ac maxime reſpectu Dei, qui omnẽ haurit certitudinẽ ex vno ſolo, ac determinato auxilo congruo, vnde licet doctrina, qua P.Suarez explicat mentem S. Thomę vera ſit, non tamẽ ad rem videtur ſcopo ſibi à S. Thoma propoſito.

Non quieſcit anim' in P. Suarez interpretatione.

Quapropter ego diſtinguendũ cẽſeo inter certitudinem, & infallibilitatẽ obiectiuam, & formalẽ, quæ eſt in mẽte Dei. D.Thom. in hoc loco agit de certitudine obiectiua, agit enim de ordine certo cauſæ, & effectus, is vero ordo eſt in ipſa prædeſtinatione, & ſalute, nõ in præſcientia cognoſcente ordinẽ; omni enim circũſcripta præſcientia, & poſita præparatione auxiliorũ congruorum infallibiliter prædeſtinatus cõſequeretur vitam æternam, ad hãc vero obiectiuã certitudinẽ egregie S.Thom. exigit auxiliorũ cumulũ, nã cũ auxilia ex ſe, ex phyſica virtute nõ lædant indifferentiam volũtatis prædeſtinati, & cuicũq; ſingulari reſiſtere poteſt volũtas. Hinc eſt quod in nullo auxilio ſingulari fundari poſsit certus ordo cauſæ & effectus, qui eſt inter prædeſtinationẽ, & gloriam prædeſtinati; poteſt vero fundari certitudo ſaltim moralis in cumulo, tot enim poteſt Deus adhibere auxilia, tam crebra, tam intenſa infundere voluntati creatæ, vt moraliter certũ ſit eis nõ refragaturam, quemadmodũ dicere ſolent Theologiæ cuicũq; tẽtationi ſingulari, ex his, quæ regulariter cõcurrunt, poſſe humanã voluntatẽ reſiſtere, nõ vero collectioni diuturno tẽpore concurrẽti. Diuũ vero Thomã ſolũ locutũ de hac certitude morali exemplũ ab ipſo allatum ſatis manifeſtũ reddit, quia Methaphyſicẽ nõ repugnat vniuerſam ſpeciẽ indiuiduorũ corruptibilium deperire, moraliter vero, hoc eſt, cauſarũ naturarum fluxu ſibi relicto repugnat. Itaque licet ad certitudinẽ obiectiuam moralem neceſſarius ſit auxiliorum cumulus, de quo loquitur D. Thomas, vt oſtẽdi, ad formalem vero in mente diuina exiſtẽtem, qua ipſe certus redditur de effectu auxilij à ſe adhibiti, quodcumque ſingulare ſufficit.

Authoris interpretatio.

Obijcies, S.Thomas nõ agnouit, niſi aut ſciẽtiam ſimplicis intelligentiæ, aut viſionis; aut ſcientiã naturalem, & liberam; aut deniq; cognitionem futurorum in præſentia, in æternitate, ſed hæc ſciẽtia nec eſt naturalis, nec libera,

 nec

Digitized by Google

nec viſionis, nec ſimplicis intelligētiæ; nec hæc
obiecta cognoſcit Deus in præſentia, in æterni
tate; ergo aliena eſt hæc ſciētia à mēte S. Tho:

Reſpondeo 1. hoc à Magiſt. Aluar. qui ad
mittit ſecundū S. Thom. Deū hæc futura cog-
noſcere, diluendum eſſe, & declarandum, ad
quodnam illorum mēbrorum reuocanda illa
ſcientia ſit ex principijs S. Thom. Reſpondeo
2. Dum nobis cōcedatur D. Thom. agnouiſſe
ſcientiam in Deo horum futurorū, rem ipſam
habemus, quoquo nomine illam ſignificaue-
rit, ſiue reduxerit ad ſciētiam naturalem & ſim
plicis intelligentiæ, ſiue ad liberam viſionis.
De quo ego diſſero cap. 10. Quid autem ſibi
voluerit S. Thom. per præſentiam in æternita
te explicaui ex profeſſo diſput. 6. cap. 4.

Cap. 7. Impugnatio decretorum erga futura contingentia conditionata.

34 PEritiores ex aduerſarijs, quia teſti-
monijs ex Sacra ſcriptura, & Patri
bus à noſtris Theologis productis
minime ſatisfieri animaduerterūt
præſcientia illa coniecturali, quā
tradiderant antiquiores ex eis, quos iam retu
li c. 1. dederūt iam noſtris (ſi Deo placet) præſ
cientiam certam, & infallibilē horum cōditio
natorum: at vt ſcientiam mediam negent inter
liberam, & naturalē. Item determinatam cog-
noſcibilitatem in obiecto cōditionate futuro
præcedētem omne decretum, actu in Deo exi
ſtens, fingunt decreta quædam abſoluta ex par
te actus, cōditionata ex parte obiecti, quibus
Deus decernit determinatum effectum poſita
tali, aut tali conditione, exempli gratia, pæni-
tentiam, atq; cōuerſionem Tyriorum, & Sydo
niorū, ſi Chriſtus Dn̄s apud ipſos ſigna patraſ-
ſet; quę decreta dicūt eſſe rationem cognoſcē
di Deo pænitētiam illam ſub cōditione futu-
ram, & ante illa nihil eſſe ſcibile, nihil cognoſ
cibile à Deo. Ita docuit Magiſter Didacus Al
uarez lib. 2. de auxilijs diſp. 7. in 2. cōcluſione,
in qua ſe ſe directe opponit noſtris Theologis
adſtruentibus ſciētiam mediam; ita etiam Ma-
thæus de Riſpolis, lib. de auxilijs cōcl. 2. prope
finē. Itē Magiſter Zumel lib. 3. variarū, diſp. 5.
concl. 5. affirmat nō eſſe improbabilē ſentē-
tiā, cū 1. parte quæſt. 14. oppoſitum tenuerit.
Quæ vero Aluarez allegat pro ſua 2. concl. &
militant contra noſtram ſentētiam, refero ad
fidē c. vltimo, & diſſoluo, in hoc enim ſolū inſti
tuo impugnationē ex profeſſo horū decretorū

Decreta cōditionalia ex parte obiecti, in quibus Deus cognoſcit hæc futura aduerſariorum.

Aluarez.

Riſpolit.
Zumel.

35 Quæ iam diu tum à noſtris, tum ab alienis
cōfutata ſunt. Lege Magiſtrum Alphonſum à
Mēdoça Auguſtinianum in quolibet quæſt. 7.
Scholaſtica concl. 5. num. 13. vbi hæc habet no
tanda verba; *Demū, qua ratione impium, ac ſtul
tum eſt dicere quòd Deus prædeterminat ad ac-
tum peccati, etiam quo ad eius materialē entita
tem, ſic verum eſſe haud poteſt, quòd determinet
actū peccati, quod futurū eſſet.* Aduerte hæc ver
ba habere in libris excuſsis anno 1588. Magi-
ſter etiam Curiel ex profeſſo impugnat hęc de
creta cōtrouerſia illa, 7. n. 118. Vide etiā P. Sua
rez 1. tom. de Gratia, Prologom. 2. ca. 8. in quo
doctiſsime confutat hæc decreta. Franciſcus
Belcarius Epiſcopus Metēſis in opuſculo, cō-
tra dogmata Caluiniana excuſſo Pariſijs anno,
1557. pagina 62. adſcribit Caluino hæc decre
ta in hæc verba: dicens; *Aſſeruiſſe Caluinum,
neq; alia ratione Deū quæ futura ſunt præuidere,
niſi quia ita vt fierent, decreuit; id circo autem
decreuiſſe, quia voluit:* Ipſe vero contra Calui-
nū hæc ait: *nos autem cōtrariam ſententiam pro
bamus: hoc eſt, Dei decretum, ſiue prædeſtinatio-
nem diuinæ præſciētiæ eſſe cauſam negamus: ne-
gamus ideo dū taxat Deū omnia præuidere, quòd
ita vt fierent decreuit, vt temerè aſſerit Calui-
nus, alioquin fatalis quadā in rebus omnibus in
ueheretur neceſsitas.* Porro fol. 63. plane affir-
mat ex hoc vno axiomate manaſſe omnes Cal-
uini errores cōtra noſtram libertatē, ſic aiens:
*Inde autem potiſsimum hic manaſſe error mihi
videtur, quod falſum axioma ſibi cōſtituit Calui-
nus, vt omnia fieri neceſſariò, contingenter nihil
euenire confirmat. Deum ſcilicet non alia ratio-
ne, quæ futura ſunt, præuidiſse, niſi quia ita, vt fie
rent, decreuit.* Ecce huic Epiſcopo ex decreto
præcedente omnē libertatis vſum, in quo præſ
cientia ſua certa Deus videat futura, cōſequēs
fieri videtur, nihil euenire contingenter, ſed
omnia fatali neceſsitate. Atqui decreta hęc an
tecedunt per aduerſarios omnem vſum liber-
tatis, et ſunt rationes obiectiuę, in quibus cog
noſcit Deus infallibili, & certa ſcientia euen-
tus conditionales; ergo incidunt aduerſarij in
ſentētiam, quā impugnat is author, id magis
terret, quod Caluinus lib. 3. inſtitutionū c. 23.
§. 7. dicens Deū decreuiſſe, quod Adā periret
per peccatum, antequam decerneret eum cō-
dere, ſibi obijciēs horribile videri tale decretū
prorumpit in hæc verba: *Decretum quidem
horrobile fateor, inficiari tamē nemo poteſt, quin
præſciuerit Deus, quē exitum eſſet habiturus homo,
anteqā ipſum conderet, & ideò præſciuerit, quia
decreto ſuo id ordinauerit.* Hęc verba vidi apud
Patrem Martinū Beccanū tom. 1. opuſculorū
Theologorū, opuſculo 3. de authore peccati.
c. 1. vbi refutat primā propoſitionem Caluini
& legerā antea in diſputatione quadā habita
Romæ corā SS. N. Papa Paulo V. & habet Be
larm. lib. 2. de amiſsione gratiæ ca. 3. Notāda
verba quæ nō refero, vt aduerſarios pūgā, ſed
oēs mēte catolica veritatē in hac re grauiſsima
fraterno iuuamine, mutuiſq; præſidijs perſeru
temur.

Magiſter Mendoza.
Qui ex alienis Doctoribus cōfutarint hæc decreta.

P. Suarez.

Franciſcus Belcarius.

Caluin.

Caluinus poſuit hæc decreta.

Digitized by Google

tenur. In his vero duo aſſerit Caluinus. Primũ ideo Deum præſcire peccata, quia fieri decreuit; ſecundũ tale decretum erga peccata horribile eſſe. Quod ſi hoc fertur iudicium, de his decretis ab homine execrandis dogmatibus [illegible], quale ferat fas eſt, vir pius, atq; Catholicus, maximè cum ex prædeterminatione huius decreti ad materialem entitatem actus peccati tam [illegible]riter fiat, & lædi indifferentiã voluntatis, vt diſputaui diſp. 6. ca. 2. & 3. & Deum eſſe cauſam malitiæ peccati, vt diceba mus cap. 3. huius diſputationis.

Melãcthon. *Cõſentiũt alij heretici.*

Similia verba habent alij hæretici noſtri ſæculi. Philippus Melamchthon ad c. 8. Epiſt. ad Roman. editionis ſecũdæ *Voluntas noſtra* (ait) *adeo non eſt libera, vt eo tantum feratur, quorſum à Deo impellitur, non eſt rerum contingẽtia, ſed neceſsitas iuxta declinationem Dei.* Vbi ex decretis efficacibus diuinis contingentiam rerum tollit, & Theodorus Beza, in ſumma Chriſtianiſmi, pagina 186. *Omnia,* ait, *ita neceſſario ex Dei immutabili decreto euenire, vt ſecundum illud Iudas neceſſario Chriſtum prodiderit, Herodes, & Pilatus neceſſario Chriſtum cõdemnauerint. Reprobi peccent neceſſario, & pereãt, Adamus neceſſario lapſus ſit, quamquam creatus fuerit bonus ad tempus, ſed ita, vt ineuitabili decreto Deo ſciente, & ordinante, laberetur, qui non potuit ita labi, niſi ex Dei decreto, voluntate, & ordinatione.* Item in abſterſione Calũniarũ Neſtruſij ad primam calumniam de prouidentia Dei, *non omnia inquit, tantum, ſed etiã ſingula ex Dei decreto fieri, & euenire, & quidẽ eiuſmodi decreto, vt falli nulla ratione poſsit.*

Beza.

Iacob Gaulterius

Hoc etiam errore modo affligitur Gallia teſte Iacobo Gaultuerio Theologo erudito noſtræ Societatis in Cronographia à Chriſto nato ſeculo 17. anno 1600. cap. 7. vbi refert dogmata Siruãdi Litberti hæretici, quorum ſecundũ erat. *Deũ prẹordinaſſe homines ad ipſum peccatum,* & c. 4. refert errores Ioan. Piſcatoris profeſſoris Caluinianæ doctrinæ in Schola Herbo renſi, & octauus erat *prædeſtinationem Dei eſſe cauſam incredulitatis.* Videri etiã debet Martinus Becanus Theologus egregius noſtræ familiæ tom. 1. opuſcul. Theologicorum opuſc. 3. de authore peccati: vbi hanc ponit ex doctrina Caluiniſtica primam propoſitionem. *Deus ab æterno non ſolum præſciuit, & permiſsit ſed etiam efficaciter voluit, ordinauit, prædeſtinauit, vt Adam peccaret, & totam poſteritatem in ruinam ſecum pertraheret,* & §. de peccatis aliorum hominũ 10. propoſitione. *Neq; hoc contentus eſt, ipſe per ſe occulta quadam vi incitat, mouet, neceſsitat, miſeros mortales, ad omnia flagitiorum genera perpetranda.* Ecce & decretum efficax prædeterminãs. & præmotio intrinſeca conſentanea ſunt mẽti Caluini & ſectatorum. Nec ipſi dicebant voluntatem neſ[illegible] prædeterminari ad malũ, vt mal[illegible], ſed ad peccata vt cumq; Et §. conſectaria ex hac doctrina ait, eam acceptam ab antiquis Cerdone Marcione, Manichęo, Florino. Et deinceps eam amplexam à modernis Beza, Vvitaxero, & Litbertino, & licet aduerſarij, vt ſæpe dixi, Catholicè negent vtrumq; illatum contra fidem, nempe ex his decretis lædi libertatẽ, & Deum eſſe authorẽ peccati: at quotieſcũq; incidit ſermo de hac re vi cõſequentiæ male vrgẽtur, vt cõſtat ex dictis diſp. 6. c. 3. & in hac etiã c. 3. & infra cũ ad impugnationẽ venero iterũ attingã.

Pater Vazquez 1. parte diſp. 67. cap. 4. nu. 36
21. & 22. confutat hæc decreta, ex eo quod actus liber Dei neceſſario cõnotat aliquid nouum in creatura, nouus enim reſpectus rationis, qui reſultat aliquam petit mutationem, quæ cum in Deo eſſe non poſsit, neceſſario in obiecto ponenda eſt. At cõditionata hæc nihil mutationis accipere poſſunt, quia nũquam extrahẽda ab ſtatu poſsibilitatis ſimpliciter, ergo circa illa decreta hæc verſari non poſſunt.

P. Vazquez. *Refutatio*

Verum hęc impugnatio leuis eſt pro re tam graui, vt bene adnotauit P. Suarez in opuſculis lib. 2. de ſcientia conditionaliũ futurorum &c. c. 7. & vbi ſupra n. 35. nam vel minus probabile iudicat actum liberũ Dei petere mutationem nouam in creatura, vel ſi detur aduerſarijs, tam probabilem eſſe ſententiam ſuam de decretis cõditionatis, quam eſt hæc de nulla mutatione neceſſaria in creaturis ad actum liberum nouum Dei, nihil amplius deſiderabunt, quantam vero ea ſententia habeat probabilitatem declaro diſp. 16. cap. 10.

P. Suarez. *Nõ ſolida.*

Contra hæc ergo decreta argumentor pri-
mo ratione, qua vſus ſum ſupra cap. 3. nimirũ 37
ex his decretis reddi inanem illam exprobatione Chriſti Betſaydæ, & Corozaino, ſecundum hanc namq; ſententiam ideo Tyrij, & Sydonij acturi erant pænitentiam, factis apud illos ſignis, quia Deus abſoluto decreto prædeſtinauerat pænitentiam ipſorum ſub ea cõditione, qua ratione Betſamitæ, & Corozaini ſe poterant excuſare dicentes, ſi Deus etiam decreuiſſet pænitentiam noſtram ſub ea conditione, ageremus nos pariter pænitentiam, imo & ſolemne eſt illis incuſare Deum ipſum hac ratione, cur ſcilicet potius prædecreuerit populi gẽtilici pænitentiam, quam ſuam, de qua re Paulus multa habet in Epiſt. ad Roman. vt in tractatu de Prædeſtinatione dicendum. Prętereà cum de iuſto cap. 4. dicitur *Raptum ne malitia mutaret intel[illegible] eius.* Non eſſet cur Auguſtinus, ſecundum pericula huius vitæ dictum interpretaretur, ſed debuiſſet interpretari raptum, ne perueniret ad eam ætatem, in qua, ſi perueniret, decreuerat Deus

Primum argumentum efficax contra decreta.

cum in varia peccata prolabi. Vide dicta a nobis loco citato.

2. Argumentum. Secundo, argumentor ex doctrina Patrum, de qua cap.4. Videlicet circa controuerſiam illam, cur Deus creauerit Angelos, & primos homines, quos præſciuerat lapſuros &c. Si Patres illi agnoſcerent, decreta hæc vrgeri amplius poſſent ex ipſis, cur creauerit Angelos, quorum lapſum prædecreuerat, ante voluntatem creandi, ſi crearentur. Similiter de conditione primorum hominum, & electione Iudæ in Apoſtolatum, & Saulis in Regnum. Ergo aliena fuit mens eorum Patrum ab his decretis, nam ipſi non recurrebant in dirimenda quæſtione ad decreta, vt poſſent, & deberent, ſed ad auxilia ſufficientia præſtita à diuina bonitate, quibus poſſent non cadere. Vide, quæ dixi eo cap.4.

Obiectio. *Non eſſe parem rationem de præſcientia conditionata, ac de decretis conditionatis.* At obijcient aduerſarij, cū nos admittamus præſcientientiā lapſus conditionatā ante volūtatem creandi, ſimilem quæſtionem nobis obijci poſſe, cur ſcilicet eos condiderit in ea rerum peryſthaſi, in qua nouit lapſuros, & non in alijs, in quibus nouit non lapſuros? Dilutio. Verum hæc obiectio nullius momenti eſt calenti doctrinam noſtram, nam præſcientia cōditionata non eſt ſuppoſitio antecedens ad lapſum cōditionatum, ſed ſubſequens. Vnde non ideo lapſus habet futuritionem conditionatam, quia Deus præſciuit, ſed è conuerſo, vt dixi cap. 5. n.26. at decreta hæc conditionata ſunt ſuppoſitiones antecedentes, nam ante illa nihil eſt ſcibile, nulla propoſitio vera, aut falſa, nihil notum à Deo per aduerſarios; vnde hæc cauſalis vera eſt, *ideo lapſus Angelorum, ſi crearentur, habent eſſe determinatum conditionale, quia ſub ea conditione prædecreti ſunt à Deo*, & in hoc decreto, tamquam in ratione cognoſcendi primo præſciuntur à Deo. Caluinus ſentiens, per præſcientiam cōditionalem omnium errorum in hac materia radicem auelli, contra ipſam, hæc ait, lib.3. Inſtitut. ca.23. §.6. *Fruſtra de præſciētia lis mouetur, vbi conſtat ordinatione potius, & nutu omnia euenire.* Itaq; ipſe ſemper amat ordinationē & decretum Dei pro fulciendo ſuō errore, non præſciētiam ſolam, Nam teſte Auguſt. lib.3. de lib. Arb. c.4. *Omnia, quorum eſt author, præſcit Deus, nec tamē omnium, quæ præſcit eſt author Deus.* Eſſe autem Deum authorem, quid aliud eſt quam decreto efficaci prædefinire, & potentia ſua præuia motione Phyſica determinate operari. Et lib. de Prædeſti[illegible] S. cap. 10. *Præſcire potūs eſt Deu[illegible] non facit, ſicut quæ[illegible]* [illegible] de Ordine c. 1. *Sequi[illegible] prouidentiam non vſque ad hæc [illegible] certe omnia Dei volūtate com[illegible] ptam ſed magis poſterius* S. Proſper in reſponſione ad Capita Gallorum [illegible] *Voluntas Dei nunquam vult niſi bona, [illegible] autem et bona noſcit, & mala* [illegible] tola ad Petrum Antiochenum [illegible] *deſtinaſſe ſolum bona, præſciuiſſe autem [illegible] mala.* Hæc breuiter produxi, [illegible] aduertat, quam longum ſit inter [illegible] ſenſu Eccleſiæ inter præſcientiam, & decreta.

3. Argumentum. Tertio argumentor, decreta [illegible] tur à priori ab aduerſarijs, nec probari [illegible] quia ſunt libera, & nihil præcedit ratione [illegible] ſtra in voluntate diuina, cum quo ea nece[illegible]riam habeat connexionem, nec etiam probantur à poſteriori, quia nulli[illegible] vera habent effectum, quia verſantur circa res, quæ ſimpliciter iacent in ſtatu poſsibilitatis, nec etiam conſtant ex reuelatione, imo Sacra Scriptura eis aduerſatur, & Patribus nunquam venit in mentem, vt dicebam argumento primo, & ſecundo, ergo finguntur ab aduerſarijs, vt aliquo modo noſtrorum argumentorum momenta eleuare poſsint, & diſcedere à doctrina, quam omnes ſapiētes, vt propriam noſtrorum Theologorum, venerantur.

57 Obiectio. Dices, conſtare ex Sacra Scriptura & Patribus conditionalia contingentia cognoſci certo à Deo, & non ſuppetere aliam rationem cognoſcendi, quam hæc decreta; ergo in reuelatione directa præſcientiæ cōditionatæ hæc decreta indirecte reuelata ſunt. Dilutio. Sed cōtra primo, qui ex aduerſarijs coniecturalē ſcientiam ſolū dāt Deo, hanc reuelationem fictam putabunt, nec factam ab Angelo lucis.

Contra ſecundo, capite [illegible] abunde oſtendo aliam ſuppetere viam & rationem cognoſcendi conditionalia. Contra tertio, abſurda ſunt, quæ inferuntur ex his decretis, vt iam infero, vt potius ea negāda forent quā concedēda cōditionaliū ſcientia, tametſi ſolida habeat fundamēta. Cōtra quarto, quare Sacra Scriptura, & Patres nobis tradiderūt ſcientiā cōditionalium, nō decreta conditionaliū, in quo ſatis innuūt illam eſſe, hæc nō. Quæ vero Aluarez affert ex ſacra Scriptura, & Patribus pro ſuis decretis nullius eſſe momēti oſtēdo cap. vltimo.

4. Argumentum. Quarto, argumentor ratione, qua vſus ſum diſp. 6. cap.3. & eam ſic redigo ad breuem formam, vel decreta hæc ſunt prædeterminatiua voluntatis poſita cōditione, ita vt cū his actus prædefinitus neceſſariam habeat conexionē, vel non, ſed ſolum contingentem. Si hoc ſecundum, ergo purificata conditione, & poſito decreto adhuc contingens eſt, quod ſit, vel non ſit actus; non ergo in decreto tamquam in ratione cognoſcendi poteſt habere Deus infallibilem Me[illegible] [illegible] ſe [illegible] [illegible] Si primum [illegible] ſita conditione, [illegible] quia D[illegible]

parte rerum, quæ ponitur independenter à libero arbitrio, vt poſita prædicatione Chriſti Domini Tyrijs, & Sydonijs, quæ poneretur independenter a libero arbitrio eorum voluntas prædeterminata eſt ad pænitentiã, ac proinde perijt indifferentia, & libertas in omnibus actibus, ſic decretis, vt plane oſtẽdi capite illo 3. Porro vt abſurditas decretorum declaretur, magis infero, Deum fore cauſam peccatorum per duplex decretum. Primum eſt hoc conditionatũ ex parte obiecti. Quo Deus decreuit peccata fieri, ſi certę concurrant conditiones. Secũdum omnino abſolutum, quod reſultat ex priori, purificatis conditionibus, & præuiſis exiſtere. Quod ſi Deus duplici hoc decreto prædeterminat voluntatem ex ſe indifferentem ad omnia peccata, quæ patrat, quomodo dumtaxat permittit peccata? quomodo non vult iniquitatẽ? quomodo non eſt author? Vide dicta cap. 3. num. 17 & 18. At dicent aduerſarij, hæc non addere nouam difficultatem ad eam, quæ eſt in decretis abſolutis. Bona ſolutio, ſi in decretis abſolutis, non habuiſſent exitum infœlicem, & in immania abſurda redacti non fuerint. Addo eſſe ſpecialẽ abſurditatem in his decretis conditionatis, vt demonſtro argumentis ſequentibus.

Quintum argumentũ

Argumentor quinto, & expendo decretum hoc abſolutum circa peccata, quæ de facto erunt, minorem habere abſurditatem, quã decreta conditionata, eo quod ex ratione cauſæ primæ Deus non poteſt non concurrere ad entitatem peccati aliquo modo, & exhibere concurſum ſuum, ſciens, & volens fieri talem entitatem. Et licet voluntas efficax, & prædeterminatiua re vera efficiat Deum authorem peccati; at in omni ſententia aliqua voluntas applicans omnipotentiam, vt peccatum efficiat, conſtituenda eſt ex functione cauſæ primę, & in omni ſententia ſatis difficile eſt explicatu; cur Deus non ſit cauſa peccati, vt ſæpe ſupra tetigi & ſuo loco fuſius explicandum: at in his decretis conditionatis Deus non exercet munus cauſæ primæ, nec eſt cur intra ſe decernat innumerabilia execranda peccata in fere infinitis combinationibus, quæ fieri mente poſſunt in quauis perſona ex exiſtentibus, & ex poſsibilibus, in fere infinitis rerum ordinibus orbium poſsibilium, & circunſtantiarum loci, & temporis. Confirmo hoc ipſum, ſi iure haberetur nequiſsimus homo ille, qui apud [illegible] mente deuolueret omnes ordines omnes [illegible], & locorum circunſtantias, & apud [illegible] et operte [illegible] ad omnia patranda [illegible] ceterum ſub certa conditione, vt ſi [illegible] illo peterent, videant aduerſarij, quã[illegible] diuinæ ſanctitatis, & [illegible] non [illegible] ſtatutum decretum in Deo adſcri-

bant: verum & prædeterminans, & ex vi ſua adigens fere voluntatem indifferentem ad entitatem malam peccati, cui inſeparabiliter, & neceſſario adnexa eſt malitia.

Denique argumentor ſic. Ex hac ſententia fit, conſtituenda eſſe in Deo innumerabilia decreta inutilia, imprudentia, ridicula, abſona circa ſingulas res appoſitis inutilibus, ridiculis, & imprudentibus conditionibus, ſub quibus pæne infinitæ combinationes poſſunt fieri, & effectus conditionati præſtitui, verbi gratia. Si papyrum tetigero, me occidam, ſi videro ceruum, ero Turca, ſi muſca volauerit, ero religioſus, & alia ſimilia, etſi putaremus ſtultum hominem, qui apud ſe hæc, & ſimilia decerneret, abſurdiſsime labitur hæc ſententia, dum hæc eadem cum iniuria prouidentiæ, & prudẽtiæ diuinæ Deo tribuit.

Hæc quidem probant in vniuerſum decreta conditionata circa omnia, quæ Deus ſcientia conditionali cognoſcit poni non poſſe, atque adeo ea decreta medium ſufficiens non eſſe ad conditionalia futura cognoſcenda. Sed an ne in vniuerſum omnia decreta conditionalia à diuina voluntate excludi debeant; An quædam admitti cum fundamento in Sacra Scriptura, & prouidentia Dei, dubium eſt.

Pater Suar. illo Prolog. 2. cap. 8. num. 21 & 22. ait quædam eſſe conditionata, quorum cõditio ab homine libere ponenda eſt, effectus vero poſita ab homine coditione a ſolo Deo, vt in caſu Pſal. 80. *Si populus audiſſet me, Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet, pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem.* Vbi, ſi homo præſtaret Deo obedientiam liberam, a Deo inimicorum ſubuerſio fieret. Et in caſu 4. Reg. cap. 13. *Si percuſiſſes quinquies, aut ſexies, ſiue ſepties, percuſiſſes Syriam vſque ad conſumationem.* Et in caſu Hier. 38. *Si profectus exieris ad Principes Regis Babilonis, viuet anima tua.* Ad has etiam reducit propoſitiones conditionales de futuro, quæ fundantur in promiſsionibus generalibus Dei. Vt ſi homo ſe diſpoſuerit, Deus ei conferet gratiam, ſi orauerit, vt oportet, impetrabit. In his & ſimilibus cenſet conſtituenda eſſe decreta conditionalia, tum quia ſunt ſufficienter reuelata, tum quia ea ſpectant, aut ad prouidentiã generalem, vt ea, quæ ſpectant ad promiſsiones vniuerſales, aut ad ſpecialem, vt ea, quæ ſpectant ad caſus particulares, quibus ſic voluit prouidere, vt in caſibus Regis Ioas 4. Regum capite 13 & Sedeciæ Hierem. 38. In alijs vero vt cum conditio a ſolo Deo ponenda eſſet, & [illegible] decernit abſoluto decreto, negat [illegible] conditionalia [illegible] caſu Matt. 11. [illegible] Dei [illegible] pendebat, quod [illegible] virtute, [illegible] nos, & Sidonios [illegible] Deus [illegible]

decreuit non fieri. Nam tunc eſſet inane, & fruſtraneum, imo & fruſtatorium tale decretum. Idem cenſet cum conditio ab homine ponenda eſt cum culpa, & peccato, & effectus a Deo, vt in deſcenſu Saulis in Ceilam. Nam tunc Deus eſſet paratus, & inclinatus ad effectum, & voluntatem hominis, ex eo decreto conditionato deberet ad malum præmouere, quod eſt abſurdum. Ego cenſeo primo nō eſſe conſtituendum decretum conditionatum, cum conditio à ſolo Deo ponenda, & Deus abſolute decreuit eam nō ponere. Probatur in humana promiſsione, ſi ego dicerem amico, ſi te alloquar, dabo mille; & decreui eum non alloqui, illa quidem eſt inanis, & deluſoria promiſsio, & decretum dandi mille ſub conditione, quam ego nollo ponere, inutile, & ocioſum, vt conſtat, ergo pariter in Deo. Cenſeo ſecundo cum effectus pendet ab humana voluntate, in ea vero eſt culpa, non eſt in Deo decretū conditionatum de effectu, probo ſic, quia illud decretum eſt antecedens, & Deum inclinat, quantum eſt in ſe, ad ponendum effectum, & cum videat poſitionem effectus pendere ab humana voluntate in actu peccaminoſo, non poteſt non inclinare ad ipſum actū, at in Deo ponendum non eſt decretum, quod inclinet antecedenter ad actum peccati, ergo, &c. Cenſeo tertio, licet ſit maius fundamentum ad ponenda decreta conditionata, cum conditio ponenda eſt ab humana voluntate ſine culpa, & effectus à Deo; at nec reuelatum eſt, eſſe in Deo talia decreta, nec prouidentia generalis, aut particularis cogit ea ponere. In hac concluſione diſſentio à P. Suarez, vtraque pars probatur eodem modo, dicit Deus ſingulis hominibus; ſi egeris pœnitentiā dabo tibi gratiā, pone dicta eſſe hæc verba Petro, qui pœnitentiam erat acturus, & Iudæ, qui non erat acturus; hæc locutio non ſignificat eſſe in Deo decretum dandi gratiam Iudæ ante præuiſionem pœnitentiæ eius; nec ad rationē eius promiſsionis id neceſſarium eſt, nec ad perfectam prouidentiam cum Iuda, ſed ſatis eſt, ſi Deus preſciat, ſe fore determinandū ad conferendam iuſtitiam poſt præuiſam pœnitentiam in poſteriori rationis, imo in Iuda, de quo ſcit Deus nunquam acturum pœnitentiam, decretum illud conditionatum eſſet ocioſum, nec perfectio prouidentiæ poſtulat, vt actu apud ſe ſtatutū habeat Deus dare iuſtitiam in caſu, in quo præſcit nunquam de facto conferendam, quia [illegible] ſcit conditionem nō eſſe purificandam. [illegible] in Petro, de quo præſcit pœnitentiam [illegible] ſatis eſt, vt Deus ci promittat iuſtitiam ſub ea cōditione, ſi præſcit certo determinādum fore immediate poſt præuiſam pœnitentiam ad dandam gratiam, nec opus aut ad veritatem promiſsionis, aut ad perfectionem prouidentiæ, vt antecedenter hoc decreuerit, maxime cum promiſsiones hæ reuelatæ fuerint poſt decretum dandi iuſtitiam ex præuiſa pœnitētia, nec in eis eſt verbum, quod indicet anteceſsiſſe decretum ad præuiſionem: imo oppoſitum indicatur quoties promiſsio prædicitur per verba de futuro, vt cū dicitur ſi impius egerit pœnitentiam de impietate ſua, vita viuet, omnium iniquitatum eius non recordabor, & his ſimilia, quæ paſsim inueniuntur in Sacra Scriptura. Solum ergo negamus propter has locutiones ſpecialia decreta conditionalia admittenda eſſe in caſibus, de quibus loquitur P. Suar. non autem eſſe alia plura conditionata generalia, vt illud, quo Deus vult omnes homines ſaluos facere, omnibus pœnitentiam agentibus veniam concedere, cum omnibus per auxilia ſufficientia concurrere. Nec etiam negamus, ea non repugnare.

Demum hoc loco obſeruandum ad ſtructores horum decretorum plane incidiſſe in incōmmodum, quod vitare nitebantur, etenim preſcientia hæc conditionalium, in decretis, neque eſt viſionis, quia non eſt de obiecto exiſtente, aut aliquando extituro, neque eſt naturalis, quia pendet à decretis liberis, imo habet aliquid commune, & medium cum his extremis, conuenit cum ſcientia naturali, ſeu ſimplicis intelligentiæ, quatenus eſt de obiecto ſimpliciter poſsibili, conuenit cum ſcientia viſionis, & libera, quatenus pendet à decretis liberis. Ergo eſt ſcientia media propriſsime inter hęc, medium enim nihil aliud eſt, quam quod participat de extremis, & diſtat aliqua ratione à ſingulis extremorum; coguntur ergo etiam ipſi, ſi veritatem ingenue, & ſincere fateri volunt, trimembrem conſtituere diuiſionem ſcientiæ Dei, ſi dilucide doctrina de ſcientia Dei tradenda eſt, quorſum ergo tam acerbe carpunt Molinam? An vero hoc tertium mēbrum reuocari poſsit ad aliquod ex duobus iam vulgatibus in Theologia, & quod ei proprium nomen poſsit nunc. pari breui deſinio. capit. 10. de quo etiam diſput. nona capite primo; neque enim de nominibus multum curamus. *Scientiam conditionalium in decretis, ſi eſſet, [illegible]*

§§§§§§§§§§§§§§§§§
§§§§§§§§§

Cap. 8.

Caput 8. *Ratione probo Scientiam Conditionalium: & declaro obiectum, in quo cognoſcuntur a Deo.*

40 **Prima ratio.** CONTRA Antiquiores ex aduerſarijs, qui negarunt ſcientiam infallibilem hanc conditionalium, vtor duplici ratione; & primam ſumo ex perfectione, prouidétiæ diuinæ, ad quam ſpectat, vt præſciat prouiſor, antequã decernat mediũ adhibere, quid ex ipſo euenturũ, alias tenderet in incertũ, vnde homines in ſuis deliberationibus circa negotia maioris momenti, id magnopere expendunt in medijs, ſi adhibeãtur, & adhibitis iam, quãta poſſunt cum probabilitate euentum conieĉtare procurant, ergo ſi Deus ante decretum condendi homines, & Angelos, certo non ſciret, quid euenturum eſſet, ſi conderentur, ac maxime circa conſecutionem vltimi finis, in incertum tenderet, & imperfectam haberet prouidentiam, & inficiari nemo poterit, prouidentiam Dei fore perfectiorem, quo præſcientia hæc certior fuerit, & minus obnoxia fallibilitati. Ergo ſi ſuppetit medium, cognoſcendi infallibiliter, exigit perfectio diuinæ prouidentiæ, vt ei certam præſcientiam adſcribamus, medium vero non deſiderari declaro infra num. 42. vſque enim ſolum vidimus, nec ad motiones phyſicè prædeterminantes, nec ad decreta abſoluta, & conditionata recurri poſſe.

Lege quæ de hac re dicuntur in tract. 3. de Prædeſtinatione diſput. 22. cap. 3.

Auguſt. Confirmo hanc rationẽ ex definitione prædeſtinationis ſatis nota, ab Auguſt. tradita lib. de prædeſtinatione Sanctorũ, & de dono perſeuerantiæ cap. 14. *Prædeſtinatio* (ait) *Sanctorum nihil eſt aliud, quam præſcientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſsime liberantur, quicunque liberantur*; vbi expende particulam *certiſsime* cuius ſenſus eſt, Deum præſcire omni certitudine prædeſtinatum ſuum liberandum beneficijs auxiliorum, ſi ea adhibeat.

41 **S. Thom.** *Deum nõ ſe gerere cæco modo tentantem diuerſa media.* Nec ſatiſfacit, quod aliqui dicunt, & nos retulimus ſupra ex D. Thom. art. 6. Deum certum eſſe propter varia auxilia, quæ in omni potentia Dei continentur. Primo quia hi conſiderant Deum tentantem cæco modo, & humano more diuerſa media, & adhibentem alia poſt experientiam vnius, ex qua didicit prima fuiſſe inania, & ſine effectu vſque dum ex euentu comperiat, quale nam medium fuerit effectum ſortitum. Secundo, quia hi ſane fatentur ſublatentem deffectum in prouidentia, & quærunt emendationem per potentiam, quod abſurdum eſt, neque enim minus perfecta prouidentia, quam potentia. Tertio contra. Pono hominem aſſuefactum longo tempore flagitijs, & adhuc perſeuerantem in prauo affectu, & iam iam moribundũ, & pono quæri à Deo; an ne is ſalutem ſit conſecuturus, ſi à Deo crebro vocetur ad conuerſionem? niſi beneficio huius ſcientiæ conditionatæ, nihil certi poterit Deus reſpondere, etſi quid reſponderit, poterimus abſque peccato de veritate rei reuelatæ dubitare, quod abſurdum eſt. Ne ergo in hoc, & ſimilibus caſibus affirmemus Deum hærere dubitabundum ex perfectione diuinæ prouidentiæ ſcientiam certam conditionalem Deo concedere debemus.

Secunda ratio, non contemnenda, deſumitur ex communi hominum prudentum appetitu, qui non ſolum probabiliter, quantum ex cauſarum diſpoſitione colligere licet, cupiunt hæc futura cognoſcere, ſed etiam omnino certa, quoad euentum, & ideo in Sacra Scriptura plures ſunt diuini oraculi conſultationes de his, & eorum reuelationes. Ergo omnibus ineſt hoc principium Deum ipſa certo ſcire, vnde frequenter interrogari de his, ſe ignorare. & Deum certo ſcire profitentur, alias appetitus eſſet inordinatus, & conſultationes, & orationes inutiles.

Verum hæc non oſtẽdunt obiectum, in quo ea Deus cognoſcat, ſed ſolum locum habẽt. Contra negantes præſcientiam certam conditionalium, non verò contra Magiſtrum Aluarez, & Sectatores, qui nobiſcum conſentit, & ſolum eſt diſsidium inter ipſos, & noſtros, nõ iam de ſcientia conditionalium ſit in Deo, nec ne? Sed de obiecto, in quo, & ipſe conſtituit decreta conditionalia, quæ refutaui capite ſuperiori; nos vero procedimus cõſentaneè. Ad ea, quæ tradidimus diſp. 6. & 7. quæ ſunt omnino recognoſcenda, vbi oſtendi ex determinatione futuri abſoluti ad alteram partem ex contradictorijs in propria temporis menſura, ſecluſo omni abſoluto decreto, & ſolum poſita voluntate cauſæ primæ cooperandi, propoſitionem ante prolatam, de futuro fore determinatè veram, ſi conformis fuerit determinationi futuræ rei, determinatè falſam, ſi difformis, quæ doctrina ſic applicanda eſt noſtro propoſito. Sumo D. Petr. exempli gratia, & formo hanc propoſitionẽ, Si D. Petrus in tali rerum peryſtaſi, ter fuerit interrogatus de Chiſto Domino Magiſtro, ter ipſum negabit ante ſecundum Gallicinium. Hæc propoſitio vera eſt, antequam illa trina interrogatio, ſeu tentatio eſſet futura, & ideo vera eſt. Quia trina Petri negatio erit in certa tem-

Explicatur obiectum ſciẽtiæ conditionatæ.

temporis duratione, ſi ter tentetur, nam ſicut compoſita Petri voluntate cum illa tentatione, aut eſt futura determinate negatio Chriſti, aut non negatio Chriſti determinate in certa temporis menſura poſita, ſolum ex parte Dei voluntate cooperante, vt cauſa prima, & negata voluntate prædecernente efficaciter, ita concepta interrogatione, ſeu tentatione ſub conditione, ſi in re ponatur, aut eſt determinate extitura negatio Chriſti, aut determinate non negatio Chriſti, ergo vt hæc propoſitio. Petrus ter tentatus, ter negabit, in certa temporis menſura eſt determinate vera, & habet pro obiecto trinam negationem Petri, exiſtentem in propria menſura, & eius contradictoria determinate falſa; ita propoſitio illa conditionalis à nobis propoſita eſt determinate vera, & habet obiectum, ipſam trinam negationem Petri extituram ſuo tempore ſub conditione trinæ tentationis, nō iam exiſtente in hoc ſtatu conditionato, ſed ſolum concepta per apprehēſionem à nobis, vt iam obiecta Petro & compoſita cum eius voluntate.

43 *Eodē modo obiectū conſtituendum, vt in propoſitionibus abſolutis.*

Qua propter, vt in propoſitionibus abſolutis, intulimus obiectum earum eſſe determinate ſcibile, imo nihil aliud, quam ipſa exiſtentia abſoluta, quæ re vera erit ſuo tempore, nec quidam antecedens ex parte eius, quod actu ſit cognoſcibile, in quo nonnulla obſcuritas, dicimus vero ſcientiam Dei, quæ vndequaque infinita eſt, pertingere ſua efficacia cognoſcibilia tempore diſtantia, vt facultas videndi pertingit viſibilia loco diſtantia, ita in præſcientia conditionata, fere ſine noua difficultate dicendum eſt; ſicut namque non obſtante temporis diſtantia inter ſcientiam Dei, & exiſtētiam propriam abſoluti futuri, dicimus, futurum hoc abſolute in ſe cognoſcibile eſſe, & actu cognoſci à cognitione diuina, ante ipſum æternitate exiſtente, propter perfectionē, & efficaciam in cognoſcendo: pariter dicimus, ſatis vero ſimiliter vitādo grauiſsima incōmoda alienarum ſententiarū, poſita ſemel determinata futuritione negationis Chriſti à Petro, ſub conditione illius trinæ tentationis concepta à nobis, & per apprehenſionem compoſitæ cum voluntate Petri. Item poſito propoſitionem conditionalem de futuro affirmantem negationem, ſub ea conditione, veram eſſe determinate, & negantem falſam; damus ſine dificultate, quæ locum non habeat in futuris abſolutis obiectum, in quo hæc cōditionalia à Deo cognoſci queant, nimirum ipſam exiſtentiam actus negantis in voluntate Petri, quæ erit, poſita conditione trinæ interrogationis, non obſtante ſtatu condionato, & diſtantia æternitatis inter ſcientiam, & exiſtentiam conditionatam, propter perfectionem, & perſpicaciam in cognoſcendo diuinæ intellectionis.

Declaratur à ſimili.

44 *Aluarez. Reſpondet*

Reſpondet Aluarez, diſp. 7. & 13. nec abſolutam, nec condionatam propoſitionem eſſe determinate veram, aut falſam, aut obiectum earum ſcibile ante decretum, vel abſolutum, vel conditionatum Dei, imo pro quodam ſigno rationis priori præciſiue ſe habere ad veritatem, aut falſitatem. Verum nos non affirmamus, has propoſitiones pro eo ſigno rationis, pro quo natura præcedit cauſa indifferēs, habere determinationem ad alteram partem, ſed pro omni inſtanti reali complectente ſignum poſterius rationis, in quo iam intelligimus exiſtere in voluntate, aut actum determinate, aut negationem eius. Nec etiam verum eſt, quod nobis obijciunt aliqui ex aduerſarijs, nos dare his futuris exiſtentiam futuram, ſine voluntate Dei, aut independenter ab illa, nam cum exiſtētia horum futurorum ſit intrinſece quid creatum, eſſentialiter pendet à prima cauſa, quæ agit per intellectum, & voluntatem. Vnde ſemper præſupponenda eſt ex parte Dei voluntas, & concurſus ſufficiens, ad hoc, vt accipiant exiſtentiam hæc futura: hæc vero voluntas non eſt decretum efficax prædeterminans principium liberum, vt ſupponit Aluarez, & aduerſarij, ſed voluntas attemperata naturæ voluntatis, cooperans, & adiuuans illam ſine determinatione, & admittens conſortium concurſus principij indifferentis in opus, vt fuſe explicui diſp. 6. cap. 3. ſi Aluarez agnouiſſet naturam huius decreti cooperatiui ſine determinatione, non negaret, eo poſito, futura hæc in ſigno rationis poſteriori habere eſſe determinatum; quia per illud, adiunctis auxilijs intrinſecis intelligimus cauſam ſecundam eſſe conſtitutam in actu primo proximo pleno, ac proinde in ſigno rationis poſteriori aut voluntas habet actum, aut negationem eius determinate. Voluntas hæc à noſtris egregie appellatur conditionata protuenda libertate, quæ etiam eſt de fide, in qua re ſe opponunt Ioanni Piſcatori hæretico Caluiniſtæ, cuius ſecundus error is eſt. *Perperam in Deo conſtitui voluntatem conditionatam.* Vt refert Pater Iacobus Gaulterius in Cronographia ſæculo 17. anno 1600. cap. 4. (?)

In inſtanti reali, in quo exiſtat actus liber, diſtinguenda duo ſigna rationis.

Impugnatio.

Ioan. Piſcator hæreticus Caluiniſta negat noſtrā voluntatē cōditionatam.

P. Gaulter.

Cap. 9.

Digitized by Google

Caput 9. nullum ſuum decretum vt futurum cognoſcit Deus.

45 RESTAT In hoc capite componenda domeſtica diſſenſio inter profeſſores ſcientiæ conditionalium, circa ipſa diuina decreta, quæ ſane magis habet ſubtilitatis, quam vtilitatis. Oportet vero ſigillatim prius, quæ hinc, inde à noſtris Theologis dicuntur, referre, & noſtrum ſimul ferre iudicium, vt facile colligamus, quid in hac parte ſentiendum.

Decreta Dei de quibus eſt cōtrouerſia ſunt in ſecūda differentia.

Decreta libera Dei quædam ſunt, quæ iam exiſtunt in Deo ex æternitate, quædam vero, quæ neque exiſtunt, neque exiſtent, exiſterent tamen, ſi certa ſubeſſet cōditio, vt ſi Deus decreuiſſet cōdere alium terrarum orbem, alios homines, alios Angelos, forent in Deo decreta, quibus quidam prędeſtinarentur, reprobarentur alij, modo contendunt noſtri, an decreta hæc tum primi, tum ſecūdi generis pręſciantur à Deo ſub aliqua futuritione, aut abſoluta, aut conditionata, de decretis ſecundi generis, nimirum de his, quæ nunquam erunt, forent tamen ex æternitate, poſita certa conditione, fere nulla eſt difficultas: eam diffinio vno verbo ad finem huius capitis; de decretis vero primi generis, nimirum quæ iam exiſtunt, & extiterunt ex æternitate.

P. Vazq. *Primus modus dicendi negat cognoſci vt futura.* **Prima ratio.**

Pater Vazquez in hac 1. part. diſp. 65. cap. 4. § *Sed quærit aliquis*, negat cognoſci à Deo in aliquo priori ſuum decretum, vt futurum. Probat primo, quia decretum voluntatis Dei ad nudam eſſentiam nihil aliud addit, quam reſpectum rationis ad creaturas futuras. Ergo nec ſecundum rationem aliquid intrinſecum Deo habet futuritionem. Etenim eſſentia Dei eodem modo ſemper erit, etiam in ſequenti ſigno rationis, & ſolum habebit reſpectū nouum iam dictum, & in primo ſigno ſolum intelliguntur res poſſibiles, & nondum ſunt futurę; ergo non eſt reſpectus decreti ad res futuras. Confirmat, quia nec ipſe reſpectus futurus ad creaturas futuras intelligi poteſt, ſine ipſis futuris, ſed creaturę non ſunt futuræ, priuſquam intelligamus decretum exiſtens in Deo; ergo nequit cognoſci decretum, vt futurum, maximè cum ipſe putet Deum nunquam in ſe cognoſcere reſpectum illum rationis, ſed nudam ſuam eſſentiam, nedum decretum, vt futurum cognoſcat.

Probat ſecundo; quia inſtantia rationis nos diſtinguimus, prius conſiderantes vnū in Deo, quam aliud noſtro modo intelligendi; in intellectu vero Dei non eſt hic ordo: ergò decretum Dei non habet rationem futuri reſpectu intellectus Diuini; ergo licet verum ſit, duo ſimul Deum de ſe cognoſcere, & nudam eſſentiam, & ipſam ſub ratione decreti, & eſſentiam prius ratione, quam decretum reſpectu noſtri, at reſpectu intellectus diuini, vt decretum ipſum nunquam eſt futurum aliquo modo, ſed ab æterno præſens: ita non cognoſcitur vt futurum.

46 *Reſpondetur ad primam rationem.* *Refutatur hic modus & ſimul ſit ſatis rationibus in contrarium.*

Verum, vt opinor, nec rem declarat P. Vazquez, nec directe reſpondet ad quæſtionem propoſitam, ad quam nihil refert, quod actus liber ad nudam eſſentiam ſolum addat reſpectum rationis. Etenim quidquid addat, etſi nobis ignotum, negari non poteſt, à Deo cognoſci, dum eſt, quidquid illud ſit. Item negari non poteſt à Deo cognoſci vt futurum, caſu, quo Deus in tempore decretum hoc liberum poſſet habere, nam licet hoc ſit diſcrimē inter decreta libera Dei, & voluntates creatas, cum de nouo aliquid decernunt, quod his additur actus realis diſtinctus, & tranſeunt de actu primo reali in actum ſecundum realē, non vero Deus: at ſi vtrumque decretū habet futuritionem determinatam, & cognoſcibilitatem, vt re vera habet, quando vtrumq; dum eſt, cognoſcitur à Deo, negari non poteſt, vtrumque à Deo, vt futurum cognoſci, ſi vtrique aliqua futuritio poteſt concedi; ergo ad hoc pactum erat reuocanda quæſtio, an decretum Dei induere poſsit aliquam futuritionem ſaltim rationis nihil impediente exiſtentia, & præſcientia ęterna, qua gaudet, non vero, an addat ad nudam eſſentiam, quid reale, vel quid rationis. Quod ſi ſemel decreta hæc futuritionem aliquam ſuſcipere poſſunt, nihil incommodi eſt, quod creaturæ intelligantur futuræ antequam decretum intelligatur pręſens, non vero antequam intelligatur determinate futurum; tunc enim creaturæ habebunt quaſi mediatam futuritionem in genere cauſę efficientis; hoc eſt, intercedente futuritione decreti, quod erit cauſa efficiens inter futuritionem illarum, & omnipotētiam Dei, à qua producenda ſunt, quæ non intercedit, cum intelligimus decretum præſens.

Ad ſecundam.

Nec etiam ſecunda ratio directe tetigit rē hanc, neque enim oppoſiti opinantes volunt eſſe formalem futuritionem in decretis Dei reſpectu intellectus diuini, ſed ſolum fundamentalem, quæ formalis fieri debet functionibus mentis noſtræ, ſecundum noſtrum modū intelligendi, deſumpto fundamento ex creaturis, in quibus prior eſt poſsibilitas, quam futuritio, & prior futuritio, quam exiſtentia, quatenus poſsibilitas à paucioribus pendet, quam futuritio, & futuritio, quam exiſtentia,

vt mox

Digitized by Google

vt mox explico, pariter igitur quæritur in decretis Dei, quæ ita exiſtunt, vt poſſent nō exiſtere, ſiue in reſpectu reali, ſiue in reſpectu rationis ſita ſint; an mens noſtra cum hoc fundamento poſsit ea concipere in aliquo ſigno rationis, vt determinate futura, nondum actu præſentia, niſi accedat aliud poſterius ſignū exercitij exiſtentiæ, & affirmare, poſita hac futuritione, formaliter per noſtram mentem à Deo cognoſci in eo ſtatu futuritionis, antequam diuinæ cognitioni præſentia, ſeu coexiſtētia intelligantur, vt cognoſcuntur à Deo creaturarum actus liberi, antequam præſcientiæ Dei reali propria duratione coexiſtant; igitur dum P. Vazq. quæſtionem dirimit, ex eo quod reſpectu intellectus diuini non habeant futuritionem formalem decreta ſua, nō videtur punctum controuerſiæ directe tetigiſſe, quia poſſunt habere futuritionem formalem reſpectu mentis noſtræ, conſiderantis cum fundamento in re diuerſa ſigna, aliud prius futuritionis, aliud prius exiſtentiæ, & tunc locum habet quæſtio; an in priori illo ſigno futuritionis intelligi à nobis poſsit, cognoſci a Deo abſque aliquo incommodo, ante poſterius ſignum exiſtentiæ? His videtur ſatisfactum ad omnia quæ adfert P. Vazquez, & ſtatus cōtrouerſiæ expeditus, ſi quid vero reſtat, in progreſſu attingemus.

44 *P. Molina. Secundus modus negans cognoſci decreta Dei vt futura.*

Pater Molina in locis ante relatis diſput. 6. cap. 2 num. 26. item diſp. 17. 1. partis §. *Quæret fortaſſe aliquis*, negat & Deum habere poſſe reſpectu ſuorum decretorum ſcientiam mediam, & idem ſuppoſitum præſcire poſſe, in quam partem eius voluntas determinanda ſit, ante actualem determinationem, quo fit ex ſententia P. Molin. nec primi, nec ſecundi generis decreta diſtincta à nobis in principio huius capitis, Deum cognoſcere ſub ſtatu futuritionis.

Prima ratio.

Mouetur primo, & quidem conſentanee ad ſua principia, nam ratio cognoſcendi non eſt determinata cognoſcibilitas obiectiua futurorum, quam ipſe negat, ſed ſuper comprehēſio voluntatis; atqui licet Deus comprehendat ſuam volūtatem, & quodcumque ſuppoſitum, ſuam non tamen ſupercomprehendit, eo quod ſcientia non ſuperat obiectum infinito interuallo, vt voluntatem creatam ſuperat ſcientia Dei.

Secunda.

Probat ſecundo, quia cum hac præſcientia non poteſt cōſiſtere libertas in proprio ſuppoſito, licet poſsit in alieno. Ergo neganda eſt præſcientia futurorum decretorum Deo.

Reſpondetur ad primam rationem. Refellitur ſecundus modus negans.

Impugnationem P. Molinæ remiſsi in hunc locum loco citato, & ea facilis eſt. Nam procedit ex falſo principio negante determinatam cognoſcibilitatem obiectis, vt oſtendi diſp. 6. cap. 7. Item ſupercomprehenſionem parum referre ad cognitionem futurorum in obiecto indifferenti demonſtraui in illa diſp. c. 2.

Si decreta futura ſunt, habent determinatam cognoſcibilitatem antequam intelligātur exiſtere.

Reſpondetur ad ſecundam. P. Suar. Præſcientia futuri actus liberi in proprio ſuppoſito nō impedit libertatem.

Porro præſcientiam hanc in eodem ſuppoſito libertatem eius non impedire bene demonſtrat P. Suar. in opuſculis lib. 2 de ſcientia conditionali cap. 8. numero 11. & 12. cuius ratio à priori eſt, quod pręſcientia hæc licet duratione aliqua ſit prior vſu perfecto libertatis, at cauſalitate eſt poſterior, & ſuppoſitio conſequens, quę nō obſtat libertati, vnde in hac etiā præſcientia, in ordine ad idē ſuppoſitum, eſt vera illa cauſalis, *ideo præſcire voluntatem ſuam flectendam ad vnam partem, tum ex contrarijs, tum ex contradictorijs, quia ipſa arbitrio ſuo flectenda eſt.* Quis neget, ſi Deus in tempore aliquod nouum decretum haberet præſciturum ex æternitate, vt præſcit noſtra abſque læſione libertatis? Item animā Chriſti præſciuiſſe decreta omnia, ſuæ humanæ voluntatis futura temporibus ſubſequentibus, nihilominus libere ea habuiſſe, quia pręſcientia durationis præcedens, mere ſpeculatiuè ſe gerebat, & nullum influxum prædeterminantem habuit in voluntate? Igitur his nihil obſtantibus, potuit Deus habere præſcientiā ſuorum decretorum, ſi ea ſubire poſſunt determinatam aliquam futuritionem.

Suarez. Fonſeca. Sententia affirmans cognoſci à Deo ſua decreta vt futura. Diſcuſſio eius ſententiæ, & propria pronuntiatio.

P. Suar. loco ſupra citato numero 6. partē, quæ affirmat, ſecutus eſt. Item Fonſeca 3. tom. Mataphyſ. lib. 6. cap. 2. quæſtione 4. ſect. 10. §. *Sed quærat aliquis.* Quia P. Suar. magis preſsit rem hanc, opere pretium iudicaui, tres eius rationes pro confirmanda ſua ſententia diſcutere, & ſimul noſtram de hac re ſententiam aperire. Primam rationem format, in hunc modū, licet decretum Dei ſit in ſe æternum, & actu præſens, tamen cognoſci poteſt, quaſi independenter ab illa actuali præſentia, quod explicatur optime per hanc hypotheſin, *ſi per impoſsibile illud decretum non eſſet æternum, & aliquando illud habiturus eſſet, nihil hominus ſemper cognouiſſet ſuam voluntatem fore, & illud decretum habituram*, ergo etiam ſi nunc ſit æternum, intelligitur cognoſcibile ad modum futuri, & independenter ab actuali præſentia, & hoc ſolum, ait, eſt cognoſci prius ratione, vt futurum.

Prima obiectio contra primā rationē pro ſentētia affirmante.

Cæterum duo habeo aduerſus hanc rationem. Primum, quod re vera nullam dat futuritionem decreto, etiam per rationem, ſed ſolum, ait, in ſcientia Dei eſſe vim penetrandi decretum ſuum, etſi aliqua duratione diſtaret ab ipſa: at hoc non eſt cognoſcere decretum, vt futurum, ſed cognoſcere decretum præſens, cognoſcendi virtute adeo perſpicaci, vt ſe poſsit protendere ad decretum futurum cognoſcendum, ſi eſſet.

Secun-

Digitized by Google

Secundum, quod falſum eſt cognoſci poſſe decretum illud quaſi independenter ab actuali præſentia, eo quod præſcientia illa, qua viſio intuitiua eſt, petit obiectum exiſtens, propria exiſtentia, propriaque duratione; & cum exiſtentia decreti ſit exiſtentia Dei, & duratio eius æternitas, non poteſt non per ſe pendere præſcientia illa à decreto ſibi coexiſtente, ſibi que coæterno. Ergo non cognoſcit illud independenter ab actuali præſentia, quia non cognoſcit independẽter à propria exiſtentia, & duratione eius decreti.

2. ratio ſententiæ affirmantis. Secunda ratio P. Suar. ſic ſe habet. Licet decretum Dei liberum, æternum ſit, nihilominus prius ratione concipimus, cognoſcere Deum voluntatem ſuam, quatenus poteſt hoc, aut illud libere velle; quam vt actu volentem hoc, vel illud. Ergo pariter, prius ratione poteſt cognoſcere illam, vt volituram quam vt actu volentem, probo conſequentiam, quia indiuiſibilitas inſtantis æternitatis nõ repugnat diuiſioni diuerſorum ſignorum, ſeu inſtantium per rationem; id explicat, appoſito exemplo, ſi Deus ab æterno creaſſet Angelum, qui ex æternitate Deum libere amaret, poſſet quidem Deus actum Angeli cognoſcere, non ſolum vt præſentem, ſed etiam vt futurum, hoc eſt, vt habiturum exiſtentiam in alio ſigno poſteriori, ergo pariter in decreto Dei.

1. obiectio contra 2. rationem. Cæterum quædam etiam habeo aduerſus hanc rationem. Nam ex ea fit, primo Patrem æternum, vt præcedit origine ſuum filium, & ſpiritum cognoſcere ipſos, vt futuros aliqua ratione, quod videtur abſurdum, quia vt non obſtat prioritas à quo originis, vt tres perſonæ ſint coæternæ, ita non poteſt in ea fundari aliqua futuritio, niſi valde impropria, & abuſiua perſonarum procedentium, reſpectu perſonæ producentis: ratio à priori eſt, quia prioritas à quo originis, imo nec cauſalitatis apta eſt, vt rem, quæ erit pro alio poſteriori, denominet futuram, ſed procedentem, aut effectam, etſi omnino coexiſtant, id patet, quia quod futuritionem habet, ipſo lapſu durationum à quibus denominatur futurum fit præſens; at nec Filius poteſt eſſe ſimul origine cũ Patre, nec coexiſtentia in ratione originis aliquando continget, nec decretum liberũ aliquando nõ erit poſterius ratione neceſſario. Ergo ſignum eſt hęc inſtantia rationis apta non eſſe ad propriam futuritionem; Ad hæc, decretum liberum Dei non diſtinguitur ratione præſcindente ab actu neceſſario, quo ſe diligit Deus, quia inter ea nõ eſt aliqua oppoſitio, aut diſtinctio virtualis intrinſeca, ratione cuius poſſit communicari perſonæ procedenti à producente actus neceſſarius, quin communicẽtur decreta libera, vt explico fuſe Deo dante, tractatu de Trinitate diuina. Ergo nec etiam decretum liberum cognoſcitur, vt futurum, probo hanc conſequentiam, nam ſcientia neceſſaria, & ſcientia libera in Deo non diſtinguntur ratione, niſi penes connotata extrinſeca, ſicut actus neceſſarius, & liberi, ſed ſcientia neceſſaria non reſpicit actum neceſſarium vt futurũ. Ergo nec ſcientia libera actum liberum; probo conſequentiam, quia repugnat indiuiſibilem vnam formalitatem, quæ nec admittit in ſe diſtinctionem, rationis præſcindẽtis, aut diſtinctionem virtualem intrinſecam non eſſe futuram, & eſſe futuram reſpectu eiuſdẽ pariter indiuiſibilis ſcientiæ. Ad exemplum, conſtanter nego in caſu poſito, aut Angelum aut amorem eius fore proprie futurum, aut cognoſci vt tale à Deo, nam licet longum ſit diſcrimen inter durationem intrinſecam Angeli, & durationem decretorum liberorum, quod illa non eſt æternitas, ſed æuum. Hæc eſt; & illi per accidens contingit ex æternitate exiſtere non huic; at, vt dicebam in reputatione prioris rationis. hoc non ſufficit ad hoc, vt Angelus habeat futuritionem de facto, ſed re vera haberet illam, ſi non haberet æternam exiſtentiam; at cum eam habeat, actu non eſt futurum, nec vt tale cognoſci poteſt.

Prioritas à quo non eſt ſufficiens vt poſterius correſpõdẽs ſic, dicatur futurum.

Actus neceſſarius & liber Dei non diſtinguntur ratione præſcindente.

Obiectum connotatũ per actum liberum Dei non ingreditur in trin ſe ce eſſentiam eius.

Obiectio. Sed contra Angelis ille, & actus amoris eius cognoſcuntur à Deo, vt poſsibiles, nihil obſtante æterna exiſtentia, cognoſcuntur enim ex ſcientia ſimplicis intelligentię, ergo etiam poſſunt cognoſci, vt futuri, nihil obſtante actuali æterna præſentia.

Dilutio. Reſpondeo conceſſo antecedenti, negando conſequẽtiam: nam licet ſtatus poſsibilitas, & conditionate, & abſolute futurus diuerſi ſunt in rebus creatis, vt notaui in hac diſp. cap. 1. numero 2. & 3. & magis explico infra diſp. 9. cap. 2. at ſtatus poſsibilitatis præſcindit ab exiſtentia actuali, & à negatione eius, non vero ſtatus futuri, nec abſolute, nec cõditionate. Vnde denominatio futuri petit inſtans aliquod antecedens, cum cõnotatione negationis exiſtentiæ rei, quæ denominatur futura in eodem inſtanti, & cũ connotatione inſtantis ſubſequentis, in quo erit præſens res, quæ in inſtanti antecedenti erat futura, nihil autem horum datur in Angelo in eo caſu, & multo minus in decreto libero Dei, vt ſatis conſtat ex dictis, nam decretum liberum Dei eodem inſtanti æternitatis menſuratur, quo neceſſariũ & quo ſcientia, nec affirmari de eo poteſt non exiſtere pro quocunque priori, ſed ſolũ præſcindere ab exiſtentia, & negatione eius, quo ad terminationem.

Digitized by Google

Ex quo ad rationem P. Suar. reſpondeo. Concedo antecedens, & nego cõſequentiam. Nam cum concipimus Deum, vt poteſt velle libere hæc, aut illa obiecta, vt placuerit, non concipimus actum 1. ſeu facultatem liberè volendi, in ordine ad actum ſecundum liberũ poſsibilem, vt diximus in diſp. 2. cap. 2. & 3. ſed ſolum actum neceſſarium cum indifferentia ad terminationem ad hoc, aut ad illud obiectum: & hoc quia minus dependens ſecum dum noſtrum conceptum præcedit ratione ad actualem terminationem, nec tamen ideo eſt inſtans, in quo actualis terminatio eſt futura: quia illud inſtans, quod præcedit, pro quo intelligimus poſſe actum neceſſarium terminari libere ad hæc, aut illa obiecta creata, eſt inſtans proprium poſsibilium, præſcindens ab omni determinata futuritione, vnde actum liberum, qui ſequitur pro poſteriori rationis ſigno, non denominat futurum: quia denominatio futuri adæquata, & perfecta includit exiſtentiam rei, cum negatione eius in inſtanti denominante. Inſtans vero, quod eſt propria menſura poſsibilium, nec includit exiſtentam decreti, cum ab ea præſcindat, neque negationem, ſed præciſionem exiſtentiæ eius, nam in eodem inſtanti æternitatis, erit pro poſteriori ſigno.

51 *Decreta libera Dei non ſubeunt poſsibilitatem nec ſecundum noſtram cõſiderationem.*

Hic obſerua etſi creatura ab æterno exiſtẽs à Deo cognoſcatur, vt poſsibilis, attamen, nec à Deo, nec à nobis conſiderari poſſe decretum liberum Dei, vt poſsibile: propter duas imperfectiones, quas inuoluit eſſentialiter poſsibilitas 1. diſtinctionis realis, cõparatione potentiæ, à qua denominatur poſsibilis 2. dependentiæ ab ipſa, atqui decreta libera Dei, & in ſe & in noſtra conſideratione abſoluta ſunt, & libera ab omni imperfectione. Igitur nec vt poſsibilia, nec vt futura conſiderari poſſunt.

Obiectio difficilis.

52 Verum obijcies, inſtans æternitatis vt diuinas perfectiones conſtituit durantes, ſic per rationem noſtram poſſumus diuidere 1. conſiderando illud, vt conſtituit durantem æterne ſubſtantiam Dei perfectioneſque neceſſarias. 2. vt conſtituit æternè durantia decreta libera, & idem hoc inſtans, prius eſt ratione noſtra, vt conſtituit durantes perfectiones neceſſarias, quam, vt liberas, ergo liberæ poſſũt denominari futuræ ab eo ſigno rationis in æternitate, præcedente ratione noſtra, neque enim hic agimus de futuritione reali, ſed rationis, vt notaui in principio, probo vero illam conſequentiam, nam illud eſt fututum, quod erit duratione ſequenti, comparatione durationis antecedentis, ſed decreta libera erunt duratione ſequenti ratione noſtra comparatione durationis antecedentis, ergo habent formalem rationis futuritionẽ.

1. confirmatio

Prioritas à quo et realis & rationis explicata.

Confirmo 1. obiectionẽ, nam vt prioritas à quo diuiditur in prioritatem realẽ, & prioritatẽ rationis: illud eſt prius, à quo prioritate reali, quod eſt cauſa, & principium reale alterius, à quo non dependet: illud eſt prius prioritate, à quo rationis, quod eſt independens in cognoſci, & aliud ab eo dependet in cognoſci, verbi gratia obiectum diſtinctum realiter à ſcientia, eſt prius prioritate, à quo rationis, quia natura obiecti non dependet in ſuo cognoſci, à cognitione ſcientiæ de illa, licet è conuerſo expreſſa cognitio ſcientiæ de obiecto pendeat ab obiecti cognitione; pariter pioritas, in quo debet diuidi in prioritatem, in quo realem, & in quo rationis: prioritas in quo realis reperitur inter duo diſtantia reali duratione, prioritas in quo rationis reperitur inter ea, quæ ita ſe habent in ordine ad noſtrum modum concipiendi, ac ſi reali duratione diſtarent, cum tamen in re eadem ſint duritionis menſura, exemplum eſt in odio, & amore, quo Deus proſequitur Petrum tempore antecedenti, exiſtentem in peccato mortali, & ſubſequenti in gratia: tunc enim licet odium, & amor in Deo ſimul duratione ſint: at ita ſe habent in ordine ad noſtros conceptus, ac ſi odium tempore, amorem antecederet, ideo odium eſt prius amore prioritate in quo rationis, & inſtans in quo exiſtit odium, denominat amorem futurum duratione rationis in quo. Ergo ſimili ratione licet inſtans æternitatis, vt conſtituit, durantes perfectiones neceſſarias Dei, non præcedat ſe ipſum, vt conſtituit, durantes perfectiones liberas duratione reali in quo: at præcedit prioritate rationis in quo, ac proinde denominare poterit futura decreta libera futuritione rationis, & præſcientia Dei in ea menſura, vt futura cognoſceret.

Prioritatis in quo duplex realis & rationis explicatio.

53

2. Confirmatio.

Confirmatur 2. quod ita exiſtit, vt potuerit non exiſtere, prius eſt poſsibile, quam exiſtens, niſi aliunde ei repugnet poſsibilitas, ergo etiam prius eſt futurum, quam exiſtens, ſi ad inſtans actualis durationis præcedit aliud ſaltim ratione, quod ei denominationem futuri per rationem tribuere poſsit, ſed decreta libera ita exiſtunt, vt abſolute potuerint non exiſtere, ergo eſto poſsibilitatem habere non poſsint, propter duas imperfectiones ſupra notatas: ac habebunt futuritionem rationis cum præcedat inſtans rationis, à quo denominationem futuri per rationem ſortiri poſſunt.

54 *Reſolutio authoris*

Propter hæc tum in logica anno Domini 1600. tum anno 1616. publice docens materiam de ſcientia Dei, in celeberrima ſalmanticenſi Academia, ſic inſtãtia hęc rationis digeſsi

Digitized by Google

digeſſi, vt conſueuim, decreta diuina libera aliquam rationis futuritionem ſubire poſſe, nihilominus re maturius conſiderata, magis conſentaneum puto perfectioni actuũ liberorum Dei id negare, & diuerſo modo loqui, tum propter ea, quæ dixi inter reſpondendũ primo, & ſecundo argumento, ex Patre Suar. tum propter ea, quæ dicã, in his obiectionibus diluendis & in alia, quæ reſtat ex patre Suarez.

R. ad 1. obiectionẽ. Ad primam obiectionem, concedo à nobis conſiderari poſſe inſtans æternitatis, vt conſtituit, durantes perfectiones neceſſarias, & liberas, concedo etiam durationem neceſſariorum aliqua ratione præcedere durationem liberorum, quatenus neceſſaria ratione præcedunt libera per communem Theologorum, vt & ego partim explicui diſp. 3. cap. 2. & ſæpe explicabo in tractatu de Trinitate Diuina, neque vero hanc anteceſſionem ſufficiẽtem eſſe, vt decreta futura per rationem denominari poſſint, cuius ratio ea mihi eſt, quod non eſt anteceſio inſtantis in quo, nec per rationem, ſed ſolum à quo, qua ratione ſupra dixi, perſonas procedentes non eſſe futuras comparatione producentium, nec volitionẽ Dei neceſſariã comparatione intellectionis.

Poſteriori tas rationis à quo non ſufficit ad futuritionẽ.

Ad probationẽ diſtinguo maiorem: illud eſt futurum, quod erit duratione ſubſequenti comparatione durationis antecedẽtis, ſi ſumatur duratio propriè pro inſtanti in quo; concedo maiorem: ſi improprie pro inſtanti à quo nego maiorem: diſtinguo pariter minorem, decretum liberum eſt futurum duratione ſubſequenti, comparatione antecedentis proprie in inſtanti in quo, nego minorem, neque enim inſtans, quo durat decretum, eſt poſterius poſterioritate in quo ad inſtans, quo durant neceſſaria in Deo, tum quia non diſtinguntur ratione præſcindente, tum quia in inſtanti priori affirmare non licet, eſſe negationem exiſtentiæ decreti liberi, vt liberi: eſt futurum in proprie poſteritate à quo, quæ nõ ſufficit ad dandã futuritionẽ rationis, cõcedo. Poſteritas à quo decretorum liberorum cõparatione neceſſariarum optime intelligitur, & declaratur per hãc hypotheſim, ſi per impoſſibile à Deo tollerentur libera, non ideo neceſſaria tollerẽtur, at è contra, ſi per impoſſibile tollerentur neceſſaria, etiam libera tollenda forent, nam per eam declaratur minor dependentia neceſſariorum à liberis, & maior liberorum à neceſſarijs.

Ad 1. confirmationẽ Ad primam confirmationem, dato antecedenti, nego conſequentiam, diſcrimen conſtituo in hoc, quod actus illi odij, & amoris eſſentialiter connotant obiecta, reali duratione diſtantia, nempe Petrum hodie exiſtentem in peccato mortali, & craſtina die in gratia; & cum alias inter amorem, & odium in ſe ipſis nullus ſit ordo dependentiæ, excludimus ex vna parte omnẽ ordinẽ à quo, & ex alia parte fundamento deſumpto à connotatis, exiſtentibus in diuerſa reali duratione, tribuimus actibus ipſis diuerſam durationem per rationẽ, quam merito appellamus rationis in quo: at inſtans æternitatis, vt conſtituit durantes perfectiones neceſſarias, & liberas Dei, non cõmparatur ad connotata diſsita duratione reali, vt conſtat; quia, vt ſæpe dixi libera, & neceſſaria Dei eodem momento æternitatis durant. Conſulto dixi dato antecedenti, nam prima pars eius doctrinã cõtinet mihi optimã, & certã; ſecunda vero ſolũ veroſimilẽ, & quæ facile, quo ad inſtantia rationis in quo negari poſſit.

Ad ſecundam confirmationem, nego primam conſequentiam; ad probationem iam explicui inſtans illud ratione præcedens, non eſſe in quo, nec decretum liberum futurũ per rationem denominare poſſe. *Ad 2.*

Venio ad tertiam rationem, quæ reſtat ex P. Suar. prius ratione quam Deus habet ſcientiam cõditionatam de creaturis, habet ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & prius ratione, quã Deus habet decretũ liberum circa creaturas, habet ſcientiam conditionatam. Ergo admittimus in intellectu diuino ſcientiam aliquo modo liberam, antequam habeat Deus decreta libera, ergo ſimili ratione poteſt pręcedere in intellectu diuino præſentia libera, quæ habet pro obiecto decretum liberum, prius quam in re poſitum intelligatur: probat conſequentiã, quia nulla ſufficiens ratio diſcriminis aſſignari poteſt. Adhibet confirmationem, quæ non probat ſuum intentũ, ſed ſolum à Deo cognoſci decreta ſua conditionate futura, quæ nunquã erunt, de quo noſtrum iudicium ſub finem capitis declaramus. *3. ratio pro ſententia affirmante*

Reſpõdeo concẽdẽdo antecedẽs, & negãdo conſequentiam, ratio diſcriminis ſumenda eſt à futuritione propria, quam habent actus noſtri liberi, tum futuri conditionate, tum abſolute: nam cum omnes hi habituri ſint in tempore exiſtentiam, aut abſolutam, aut conditionatam, ad eorum durationem præcedit inſtans reale, vel in æternitate, vel in tempore reali, aut imaginario, per quod vere, & proprie ſunt futura. Vnde actus noſtri in ſtatibus harum futuritionum poſſunt eſſe obiecta præſcientiæ Dei, & eam optime diuidimus in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, conditionalem, & viſionis, per ordinem ad hæc obiecta, vt magis explico diſp. 9. cap. 2. at cum decreta libera Dei, nec ſtatum habeant poſſibilitatis, nec futuritionis, vt ſatis explicui, non poſſumus dicere, à *Reſponſio.*

Deo cognoſci prius ratione ſcientię ſimplicis intelligentiæ, deinde, vt futura per præſciẽtiam, ſed ſolum ſcientia viſionis. hæc dixerim de decretis, quæ exiſtunt in Deo.

56 De his, quæ exiſterent ex certa hypotheſi, numquam tamen exiſtent: Exemplum habemus apud Math. cap. 26. ibi *an putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & ipſe exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum*, in quibus verbis aſſerit Chriſtus Dominus, ſi ipſe rogaret Patrem, ab ipſo exhibendas eſſe plusquam duodecim legiones Angelorum in eius tutelam, hæc autem exhibitio ex illa hypotheſi non fieret ſine voluntate Dei, ecce ergo decretum diuinum liberum conditionate futurum. Hoc autem vt futurum, per ſcientiam mediam à Deo cognoſci, probatur. Primo, quia ipſam externam exhibitionem præſcit Deus ſub conditione orationis ſcientia media, ſicut cætera conditionata: ergo, & decretum ipſum, per quod erat mandata executioni.

Matth. 26. *Dubiũ de decretis diuinis conditionate futuris. An cognoſcantur ſcientia media* *Pr. 1. cognoſci.*

Secundo probatur, nam ſub illa conditione orationis Chriſti Domini voluntas Dei, quæ numquam ſuſpenſa manet, ſecundum communem Theologorum determinanda erat ad alteram partem ex contradictorijs, pone poſitiue determinandam in exhibitionem Angelorum, vt petebat Chriſtus, licet hoc ad rem noſtram nihil referat: ergo vt cętera libera conditionata cognoſcuntur à Deo per ſcientiam mediam, propter hanc determinationem, ita ſua huius generis decreta. Sic opinatur P. Suar. ſupra; & Fonſeca, & omnes, quos vidi in manuſcriptis.

P. Suar. P. Fonſ.

Concluſio

57 Verum conſentanee ad principia iacta, non licet nobis ita opinari, quapropter cenſeo huius modi decreta cognoſci ſolum à Deo ſcientia ſimplicis intelligentiæ, non ea, qua cognoſcuntur poſsibilia creata: nam omne decretum liberum Dei abſtergendum eſt ab omni imperfectione poſsibilitatis, ſed alia, qua ſolum affirmat, potuiſſe actum neceſſarium Dei habere determinationem liberã in miſſionem eorum Angelorum in præſidiũ Chriſti. Ad hoc ita aſſerendum moueor hac ratione. Nullũ decretum liberum Dei poteſt habere futuritionem conditionatam, ergo non poteſt cognoſci ſcientia media à Deo, probo antecedens, quia omnis futuritio, tum abſoluta, tum conditionata includit exiſtentiam in duratione ſubſequenti, comparatione inſtantis in quo pręcedentis, ſed nullum decretum liberum Dei poteſt habere huiuſmodi exiſtentiam poſteriorem; ergo nullam poteſt habere futuritionem conditionatam: maior ſatis manifeſta eſt ex dictis, minorem probo, quia omne decretum liberũ Dei, qua Dei eſt, petit non incipere in tempore, ſed exiſtentiam in æternitate. ſed late probatum à nobis eſt in decretis, exiſtentibus propter exiſtentiam in æternitate, non eſſe futuritionem rationis abſolutã: ergo idem dicendum nobis in decretis conditionatis. hæc ratio ſatis probat noſtram reſolutionem, quam magis declaro in ſolutione obiectionum.

Nullum eſt in Deo decretum conditionate futurum.

Ad primam, nego conſequentiã, diſcrimẽ manifeſtum tradidimus inter exhibitionem externam; & decretum Dei, quod hoc non poteſt habere temporariam exiſtentiam, illa poteſt. *R. ad 1. argum.*

Ad ſecundam, reſpondeo ſub illa cõditione orationis Chriſti Domini, Deum abſque dubio habiturum decretum de exhibendis Angelis, non tamen habiturum in tempore nouum decretum, ſed ex æternitate, præuiſa etiam oratione ex æternitate, de facto vero habere decretum nõ mittendi. Vnde non eſt par ratio in alijs conditionatis, quæ apta ſunt vt incipiant exiſtere in tẽpore ac in decretis. *Ad 2.*

Sed contra, quia illa exhibitio, ſi in tempore daretur, danda eſſet cum dependentia ab aliqua voluntate Dei; quippe quæ eſt aliquid creatum, & omne creatum eſſentialiter pendet à Deo per voluntatem, non à voluntate libera poſsibili, nec exiſtente: ergo à voluntate futura ſub conditione. Argumentum hoc ſpecialem difficultatem non habet in hac exhibitione, ſed communem omnibus euentibus pure conditionatis.

Reſpondeo concedendo maiorem, concedo etiam ſecundam partem minoris, nam, vt fuſe docui cap. 7 non exiſtunt decreta in Deo circa hæc conditionata: diſtinguo vero primam partem minoris, non daretur per decretum poſsibile, ſumpto poſsibili, cum in perfectionibus proprijs ceaturarum, concedo; ſumpto poſsibili pro decreto, quod poſset ab æterno exiſtere abſque vlla futuritione ſine dependentia, nego, Itaque Deus cognoſcit caſu, quo Chriſtus funderet preces eſſe in ſe decretum ex æternitate exhibendi legiones Angelorum intuitu precum, quod tunc cognoſcit ſcientia viſionis: modo vero, quia Chriſtus non fudit preces, cognoſcit decretũ illud, quod ex æternitate exiſteret, quo ad terminationẽ liberam manere inſtar poſſibilium, circunſcriptis imperfectionibus, nõ ergo illa exhibitio Angelorũ de qua in cap. 26. Matthęi mandãda foret executioni per actum liberum, conditionate futurum: ſed per actum liberum ex æternitate exiſtentem in Deo, ex hypoteſi orationis efficacis Chriſti Domini. Caſu vero negationis orationis per actum liberum, qui poſſet eſſe ſimpliciter, quoad terminationem in obiectum creatum.

Digitized by Google

Cap. 10. *Veritatem propoſitionum contingentium conditionalium, menſurandam non eſſe ex bonitate conſequentiæ: & quid iudicandum de diſparatis, & de nomine ſcientiæ mediæ.*

58 CAPITE primo huius diſputationis, diſtinxi duo genera propoſitionum conditionatarum: primum earum, in quibus conditio aliquam habet connexionem cum effectu: ſecundum earum, in quibus nullam, verbi gratia in hac propoſitione, *ſi Petrus Rex equitauerit tonabit cælum*: vel in ea promiſsione Diuina facta Regi Ioas, & dicta ab Eliſęo 4. Reg. 3. *ſi percuſiſſes quinquies, aut ſexies, ſiue ſepties, percuſiſſet Syriam vſque ad conſummationem.* Vbi percuſſio terræ iaculo, de qua ibi Propheta cum conſummatione Syriæ nullam habet ex natura rei connnexionem.

4. Reg. 3.

Exemplū conditionatæ diſparatæ.

Circa primum genus Thomiſtæ docent frequenter, ex principijs Dialecticæ, omnem propoſitionem conditionalem illatiuam, ſi eſt vera, eſſe neceſſariam, ſi eſt falſa, eſſe impoſsibilem ex S. Thom. opuſcul 48. & tractu de enunciatione cap. 14. vbi ait, conditionalem hanc, *ſi homo eſt albus, homo eſt muſicus*, eſſe falſam, ex quo infert, omnem conditionalem veram, eſſe neceſſariam, & falſam, impoſsibilem, probant quia veritas conditionalis illatiuæ conſiſtit in bonitate conſequentiæ, ſed conſequentia, quę ſemel eſt bona, & formalis ſemper eſt bona, & quę eſt mala, ſemper eſt mala. Ergo conditionalis vera eſt neceſſaria, & falſa, impoſsibilis. Ita ſentit Aluarez. diſp. 7. de auxilijs §. ſecundo ſupponendum.

S. Thom.

Opinio Thomiſtarum de conditionali illatiua.

Verum oppoſitum ſenſit P. Fonſeca 3. tom. Methaphyſicæ lib. 6. cap. 2. quæſtione 4. ſect. 10. in principio. Alphonſus à Curiel illa controuerſia 7. in cap. 4. ſap. in ſolutione ad argumenta pro ſecunda ſententia numero 162. & ſequentibus. Magiſter Mendoza in ſuis quodlibetis quæſtione 7. ad 4. argumētum, & alij noſtri frequenter, & quidem adeo perſpicua eſt res hæc in ſe, vt nullo negotio expediri poſsit, nam nullus negare poterit, & eſſe propoſitiones conditionales neceſſarias, & contingentes, cum conditio appoſita neceſſariam habet connexionem cum euentu, vt in hac, *ſi ſol lucet, dies erit*, propoſitio conditionata neceſſaria eſt, ſi vero conditio aliquam habeat cōnexionem cum euentu, qui aliquo modo concurrit ad illam, vel tamquam cōcauſa, vel vt conditio, aut occaſio, vt in hac: *ſi Petrus vocetur à Deo, aget pęnitentiam*, vel in hac: *ſi Maria nupſerit Petro, pater dabit dotem*, propoſitio conditionata contingens eſt, harum autem veritatem non eſſe menſurandam ex bonitate conſequentiæ, ex eo patet à poſteriori; quia omnes eſſēt determinatæ falſæ, & impoſsibiles, etenim propter vim illatiuā affirmarent eſſe neceſſariam connexionē, vbi neque eſt, neque eſſe poteſt neceſſaria cōnexio: vt in illa propoſitione, *ſi Petrus vocetur à Deo, aget pęnitentiam.* Impoſsibilis eſt neceſſaria connexio pœnitentiæ cum vocatione, nam ſi poſita vocatione eſſet neceſſaria pœnitentia, non eſſet pœnitentia, idem conſtat in omnibus promiſsiuis propoſitionibus, vt annotaui, & is eſt frequentiſsimus pariter, & communiſsimus modus loquendi in ſacra ſcriptura, & Patribus, conſtat ex à me adductis in hac diſp. 7. cap. 2. 3. 4. & 5. Accipe hic exemplum euidens ex 3. lib. Reg. cap. 12. *ſi hodie (ait) obedieris populo huic, & illius petitioni ceſſeris, & locutus fueris lenia, erunt tibi ſerui cunctis diebus*: ecce propoſitio, in qua euentus, ſcilicet ſeruitium populi non habet connexionem neceſſariam, ſed contingentem cum conditione exacta, nimirum cum leni locutione, & populi conſenſu. Ergo veritas harum propoſitionum regulanda non eſt ex bonitate conſequentiæ, ſed ex ipſo euentu poſita connexione contingenti, conſequentis cum antecedenti.

Aluar. P. Fonſ. Curiel Mendoza.

59 *Eſſe propoſitiones conditionales, & neceſſarias, & contingētes.*

3. lib. Reg. c. 12.

Ratione à priori id ita declaro. In rebus ipſis ſunt connexiones neceſſariæ, & connexiones contingentes, & liberæ: ergo poſſumus vocibus ſignificare modo cōnexionem neceſſariam, modo contingentem pro materia ſubiecta, quis hoc non videat? ergo cum in propoſitione conditionali ſignificamus connexionem ſolum contingentem, veritas eius regulanda non eſt ex bonitate conſequentiæ, ſed ex euentu, quo fit non omnem conditionalem, cum particula *ſi* denotet aliquam illationem eſſe neceſſariam, aut impoſsibilem, aut neceſſario veram, aut neceſſario falſam, ſed contingenter veram, aut falſam.

Ratio à priori.

D. Thom. ſolum locutus eſt eo loci in conditionatis in materia neceſſaria, quas vulgares Dialectici appellant illatiuas.

Reſponſio ad argumenta oppoſita.

Digitized by Google

60 Ad rationem in oppoſitum, nego ſemper veritatem propoſitionis conditionalis illatiuæ conſiſtere in bonitate conſequentiæ, nam in conditionatis contingentibus id verum nõ eſt: vt conſtat ex dictis.

Omnes propoſitiones condtionatas contingentes diſparatas falſas eſſe opinantur aliqui.

Ergà propoſitiones ſecundi generis maioris momenti eſt inter noſtros domeſtica diſſenſio, quæ à nobis in hoc cap. componenda P.Vazq. hic diſp.67.cap.4.ad finem, & P.Leonardus Leſius lib. de auxilijs, c.19.nu.3.cenſent omnes eas propoſitiones diſparatas eſſe falſas.

61 oppoſitum opinatur P. Suarez in opuſculis lib.2. de ſcientia conditional.cap.6.num.4.& P.Fonſeca ſupra ſect.illa 10.§.non deſunt. Magiſter Curiel in citata controuerſia art.3. numero 162.& Magiſtri vulgares frequenter.

P Vaſquez. P. Leſius. P.Suarez. P. Fonſeca. Curiel.

62 Sic ego ſentio. Quando particula *Si* retinet propriam, atque rigoroſam ſignificationem, denotatque cõnexionem aliquam ſeu influxũm conditionis in euentum, falſæ ſunt omnes huius generis propoſitiones, nam quando dicimus; Si equitauerit Rex, tonabit, & ſignificare volumus equitationem Regis eſſe aliquo modo cauſam tonitruũ, falſum proculdubio reddit ſenſum propoſitio, atq; adeo nullaharũ propoſitionum in hac ſignificatione eſt obiectum ſcientiæ Dei.

Reſolutio authoris.

Particula ſi, declaranda per particulã cũ vt ſint in veræ.

At aliam poſſunt habere ſignificationem, in qua propter determinatam veritatem obiectiuam cognoſcuntur à Deo: etenim ſicut illa connexio ſignificata per particulam *Si* modo eſt, neceſſaria, modo libera, & pro materia ſubiecta particula *ſi* ſignificat, modo cõnexionem neceſſariam, modo liberam, vt dicebam 1.part.cap. Ita poteſt præciſa omni cõnexione cauſæ, & euentus cum conditione, ſignificare connexionem temporis ſeu ſimultatem, & coexiſtentiam euentus, & conditionis, tunc vero hæ propoſitiones proprius ſignificantur per particulã *cum*, aut *quando*, quã per particulã *ſi*, quæ ex cõmuni vſurpatione eius connexionẽ ſignificat, & tunc quando ſignificantur per particulam *cum* veras eſſe, & cognoſci à Deo, probatur. Nam veræ ſunt cũ de præſenti proferuntur, vt cum dicimus, quãdo hodie equitat Rex, tonat cœlum, ergo ſi proferrentur de futuro in tempore antecedenti pariter etiam eſſent veræ; vnde ſi inter aliquos fieret ſponſio circa euentum, ille, qui affirmaret concomitantiã, lucraretur ſponſionem, quod ſignum eſt veras eſſe.

63 Obſeruandũ autẽ hoc loco, propoſitiones conditionatas contingenter connexas, etſi in vocibus habeãt formã propoſitonis hypotheticæ; at ſimplicem ſolum veritatem affirmare, diſparatas vero geminam, & compoſitã, nã in illis conditionẽ ſolũ apprahendimus, vt exiſtentẽ in ſubiecto, & ſæpe ſimul iudicamus nõ exiſtere, & facta hac apprehẽſione, ſolũ iudicamus euentum fore, vt pœnitentiam futuram, ſi adſit hæc vocatio à nobis apprehenſa, & cõpoſita per ſolam aprehẽſionem cum voluntate, qua ratione hoc iudicium optime appellatur conditionatũ, quia abſolute non affirmat aliquid fore, ſed ſolũ fore, ſi adſit conditio, quẽadmodũ volitio dicitur conditionata ex parte obiecti, quæ non vult abſolute aliquid eſſe, ſed ſolum ſub certa cõditione, in his vero diſparatis cõpoſita affirmatur veritas, nẽpe, & Regem cras equitaturum, & cras etiã tonaturum cœlum, in quibus & exiſtentia equitationis, & exiſtentia tonitruum, & exiſtentia ipſorum in eodem tempore affirmantur. In hoc ſenſu non eſſe in rigore conditionatas, cõſtat ex hac notatione.

Conditionatæ connexa affirmant ſimplicem veritatẽ, diſparatæ cõpoſitam.

Demum nomen ſcientiæ mediæ à calumnia vindicandum, de quo etiam nonnulla domeſtica lis. P. Vazq. citato capit.4. ad finem, etſi ſcientiam hanc ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ reuocandam putauerit, admittit tandẽ nomen ipſum. Ita Bellarmi. lib.2. de amiſsione gratiæ cap 17 in reſponſione ad primum argumentũ Caluini. Valent. hic punct.5.§.quæſt. 2. Leſsius cap. illo 19. num.1. Stapletonius ad cap.11. Matthęi. 64

De nomine ſciẽtiæ mediæ.

P. Vazquez. Bellarmin. P. Valentia Leſius. Stapleton. P. Suarez. Curiel.

P. Suar. lib.2. citato cap.3. num.6. Magiſter Curiel etiam ſupra relatus cap.4. num.195. dicunt hanc ſcientiam annumerandam eſſe cũ ſcientia viſionis, quia obiectum eius ita eſt determinatum ſub conditione ad vnam partem, vt potuerit in oppoſitam determinari.

P. vero Molina in citata diſp.17.§. triplicẽ ſcientiam, & in cõcordia diſp.52. eam primus, vt opinor, appellauit mediam inter mere liberam, & naturalem, eum ſecutus eſt Fonſeca vbi ſupra ſect.8.§. alia vero. Vbi eam nominat mixtam habet enim aliquid de libera, & aliquid de naturali, inde pendẽtiam à decreto exiſtente, à quo ſemper dependet ſcientia libera, de hac libertatem iam notatã obiecti, at nunquam eam poſuit mediam inter ſententiam viſionis, & ſimplicis intelligentiæ, vt ei opponunt aduerſarij. Imo oppoſitũ docet in hac quæſt. art.9. dicens ſcientiam Dei comparatione eorum, quæ aliquando ſunt, eſſe ſcientiam viſionis, comparatione autem aliorum, eſſe ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & abſtractiuã, imo vt dico diſp.9. infra cap.1. vbi de diuiſione ſcientiæ Dei, diuiſio ſcientiæ in ſimplicis intelligẽtię, & viſionis, alia eſt à diuiſione in naturalem, ſeu neceſſariam, & non neceſſariã & liberã. Tu adde, quia terminatur ad ens poſsibile, ſimpliciter conuenire cum ſcientia ſimplicis intelligentiæ; quia vero ad creaturæ exiſtentiam ſaltim conditionatam habet nonnihil de ſcientia viſionis creaturarum

P. Molin. P. Fonſec.

Digitized by Google

65 *Conditionalis ſcientia media aliqua ratione non ſolū inter naturalē, & liberā, ſed etiam inter ſimplicis intelligētiæ & viſionis*

rarum, vnde, tum inter naturalem, & liberam, tum inter ſcientiam viſionis creaturarum, & ſimplicis intelligentiæ iure optimo media appellatur, nec nouum nomen perturbet virum ſapientem, cui compertum eſt, & Eccleſiam Sanctam in ſuis Concilijs, & Patres in ſuis ſcriptis, noua, altiſsimaque noſtræ fidei myſteria nouis nominibus nuncupare: hoc ipſum ægre ferentibus hæreticis. Auguſtinus, tom. 4. lib. octoginta trium quæſtionum, quæſt. 46. *Licere* (ait) *cuique rei ignotæ, quæ nullum habet vſitatum nomen quodlibet nouum imponere*, quis neſcit ſcientiam hanc latuiſſe ſcholaſticos, & à noſtris è tenebris, in quibus iacebat, erutam diligenti Patrum, aſsiduaque lectione. Liceat ergo eis aptum imponere nomen, quippe à quibus in Scholas inuecta eſt, quot introduxit nomina noua Caietanus? quot Scotus magna cum laude? cur Molinæ dedecori, quod illis glorioſum?

Auguſt. Noua nomina apte imponuntur nouis rebus.

Cap. II. *Contrariæ Sententiæ fundamenta, & ſolutiones.*

Fundamenta contraria in duas partes diuiſa.

FVNDAMENTA aduerſariorum conſulto huc remiſsi, vt noſtris præiactis & modo procedendi plene tradito, faciliorem habeat ex ijs ſolutionem, quia vero aduerſarij diuiſi ſunt in duas factiones, diuerſis etiam vtuntur fundamentis, ad fidem omnia ſigillatim referam. Primo loco eorū, qui, cum concedant ſcientiam infallibilem conditionatorum, adſtruūt decreta coditionalia, in quibus ea cognoſcat Deus, quæ impugnaui cap. 7.

Secundo loco alia cap. 12. Illud fundamentum eſt commune vtrique factioni, opinionē noſtram conicijs & probris afficere appellantes eam chimæricam, fictitiam, improbabilem ſine fundamento in Sacra Scriptura, aut patribus; idq; in libris excuſsis, in manu ſcriptis, in quotidianis aſſertionibus, in collocutionibus.

Multa reſponderi poſſent ad hoc fundamētum; ſed ſapiens prohibet ad omnia reſpondere: ſolum oro Deum noſtrum, vt dignetur velamen auferre de mentibus aduerſariorum, & ſepoſito omni æmulandi, atq; contradicēdi ſtudio, ſentētiā in Sacra Scriptura ſatis ſignificatā, a tot patribus expreſsā tot grauſsimorū Theologorū calculo firmatā, bona ratione declaratā, ad grauiſsimas Theologicas difficultates, quibus hodie ab hæreticis contra libertatem infeſtatur Eccleſia Dei, vtiliſsimam, ac pene neceſſariam ne reijciant, quia a noſtris ſcriptoribus in lucem edita, e tenebris, in quibus iam diu iacuerat, ſed fide congrua, in animo excipiant, & debita reuerentia venerentur.

66 *1. Fūdamentum ex Auguſt.*

Magiſter igitur Aluarez lib. 2. de Auxilijs, diſp. 7. in probatione ſecundæ concluſionis, in qua directe ſe noſtræ opponit doctrinę, ſex format argumenta, quæ ſuo ordine diluenda. Primum ex Auguſtino tom. 2. in Epiſt. 105. Explicans illud Ioan. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſsit me, &c.* hæc habet verba. *Sciebat enim ab initio Ieſus, qui eſſent credētes, & quis eſſet traditurus eum, ne quiſquā exiſtimaret credētes, ſic ad eius præſcientiam pertinere, quo non credentes, id eſt; vt non eis fides ipſa deſuper daretur, ſed tantummodo voluntas eorum prænoſceretur, mox adiecit, atque ait, & dicebat propterea dixi vobis; quia nemo poteſt venire ad me, niſi ei fuerit datum à Patre meo.* Quibus verbis docere videtur non præſcire Deum, qui eſſent in eum credituri ante decretum voluntatis ſuæ, quo ſtatuit donare fidem credentibus.

Ioan. 16.

Reſponſio ad Primum

Reſpondeo breuiter, ad rem non eſſe teſtimoniū hoc, ibi enim Auguſtinus inſtruit Sixtū Presbyterū aduerſus Pelagianorū argumenta: vt cōſtat ex verbis, quæ ſubijcit appellās *Pelagianos liberi arbitrij defenſores, deceptores inflatores, & præſumptores aduerſus Euangeliū*, & ex titulo eius capitis, & probat eo loco nō ſufficere volūtatē credēdi, ex viribus naturę cōceptam, ſed ad credendum diuinum donum fidei, datum deſuper à Patre, neceſſarium eſſe, id expreſſe docet in verbis relatis ibi, *Ne quiſquam exiſtimaret, credentes ſic ad eius præſcientiā pertinere, quomodo non credentes*, ideſt credentes vere, quibus fides diuina deſuper infuſa eſt, præſciri à Deo, vt vere credentes, non autem præcognoſci, vt credentes, qui propria voluntate abſque diuino dono credere præſumunt, idque Ioannem ſignificaſſe cum dixit, *Propterea dixi vobis nemo poteſt venire ad me, niſi Pater &c.* Hoc eſt niſi per fidem infuſam trahatur à Patre, ad credendum. Verba, in quibus continet hanc ſentētiam, ea ſunt, *vt non eis fides ipſa deſuper daretur, ſed tātummodo voluntas eorum prænoſceretur.*

67 *Confirmatio obiectionis ex 2. teſtimonijs.*

Aluarez Obiectionem confirmat alijs duobus Auguſtini teſtimonijs, primum libro de Prædeſtinatione Sanctorum cap. 17. vbi explicans illud ad Epheſ. 1. *Sicut ellegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem*; hæc ait; *quod profecto ſi propterea dictum eſt, quia præſciuit Deus credituros, non quia facturus fuerat ipſe credentes, contra ipſam præſcientiam loquitur filius, dicens non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos; cum hoc potius præſcierit Deus, quod ipſi eū fuerant*

Paul. ad Ephe. 1. Auguſt.

Digitized by Google

fuerant electuri, vt ab illo mererentur eligi, electi ſunt itaque ante mundi conſtitutionem ea prædeſtinatione, in qua Deus ſua futura facta præſciuit in quibus expreſſe cõcedere videtur Auguſtinus præſcientiam futurorum Deum ſolum habere in decreto prædeſtinante.

Reſponſio ad primum teſtimoniũ. Reſpondeo, nec teſtimonium hoc ad rem eſſe, nam ſcopus Auguſtini in eo capite eſt intelligere & docere vocationem, qua fiunt electi, & nullum eligi, quia crediderat per vires naturæ, ſed potius homines eligi, vt credant, id probat ex cap. 15. Ioan. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*, & ex cap. 1. Epiſt. ad Epheſ. in verbis relatis, cum vero ait, *electos à Deo ea prædeſtinatione, in qua Deus ſua futura facta præſciuit.* non loquitur de ſcientia conditionata, ſed de præſcientia abſoluta, appellat enim ea futura, & facta futura cõparatione præſcientiæ: facta comparatione propriæ durationis, in qua exiſtere præuidentur, quo fit hoc teſtimonio minime probari, aut decretum conditionale, aut ſcientiam conditionalem in illo, quo pacto vero futura abſoluta Deus cognoſcat duplici medio: primo in ipſorum determinata futuritione, in qua facta præuidentur oſtendi diſp. *6.* cap. *6.* & 7. Secundo in voluntate prędeſtinante, ſeu congrue vocante, præſuppoſita ſcientia cõditionali noſtra per virtualem diſcurſum, vt explicui ea allegata diſp. *6.* cap. 3. & in hac 7. cap. 5. Auguſtinus vero, in verbis relatis, hoc ſecundum medium cognoſcendi futura abſoluta docet.

Ioan. ca. 15.

Ad Eph. c. 1

Alia confirmatio ex 2. teſtimonio Auguſtini. Sap. cap. 4. Secundum teſtimonium profert ex eodem lib. de prædeſtinatione Sanctorum capit. 14. vbi explicans illud Sap. 4. *raptus* eſt &c. inquit, *id dictum ſecundum pericula vitæ huius non ſecundum præſcientiam Dei, quia hoc præſciuit, quod futurum erat, non quod futurum non erat.* Aduectit ad hoc teſtimonium aliud ex lib. 1. de Origine animæ cap. 12. vbi diſputãs contra aſſerentes Deum ordinare, vt infantes plures decedant in originali, quoniam præſciebat ipſos futuros prauos, ſi viuerent. *Ipſa exinanitur præſcientia* (ait) *omnino, ſi quod præſcitur, non erit, quomodo enim dicitur præſciri futurum, quod non eſt futurum.*

68

Quædam noua Auguſtini teſtimonia in cõtrarium. His duobus teſtimonijs aliud poterat adiungere ex lib. de bono perſeuerantię cap. 12. poſt medium, poſt probatum, gratiam Dei non dari ſecundum merita accipientium, ſed ſecundum placitum voluntatis Dei in laudem & gloriam ipſius gratiæ eius, ſubiungit hæc verba. *Hoc autem ſi non dicatur de mortuorum, ſcilicet operibus, quæ facturi erant, ſi viuerent bonis, aut malis, & per hoc nullis, & in ipſa Dei præſcientia non futuris.* Ecce, & negat futuritionem aliquam operibus conditionatis, & quod plus eſt præſcientiam eorum.

Idem. Item aliud ex Epiſtol. 107. ante finem, *Execrandus eſt error* (ait) *quo putantur, quod homines ſecundum ſuas futuras, quæ morientium non ſunt futuræ, iudicandi ſunt, voluntates.* Igitur negat Auguſtinus futuritionem conditionatam, in quo totum noſtrum videtur euertere fundamentum. Proſper etiam per omnia Auguſtini diſcipulus in Epiſtol. ad ipſum de reliquijs Pelagianæ hæreſeos, quæ habetur tomo 7. ante librum de prædeſtinatione Sanctorum. *In tantum* (ait) *commentitijs meritis electionem Dei ſubijciunt, vt quia præſcita non extant; futura, quæ non ſunt futura, confingãt nouo abſurditatis genere, quod & non agenda præſcita ſint, & præſcita non acta ſint.* In quibus verbis reprehẽdit Proſper eum errorem, qui vult reddere rationem electionis diuinæ ex operibus, quæ cum re ipſa non ſint futura, ſub conditione autem futura eſſent, & vt nouum abſurditatis genus refert aliud eius erroris dictum, quo volebant præſciri à Deo hæc contingentia conditionata, cum non ſint futura. Ergo, & præſcientia, & futuritio conditionatorum ſimul damnantur â Proſpero. Proſper.

69

Diſcrimẽ notandum inter ſcientiam, & præſcientiam Dei. Licet ſupra cap. 5. teſtimonium relatum ab Aluarez. ex cap. 14. de prædeſtinatione Sanctorum explicuerim, placuit tamen in hoc cap. illud cum alijs, quæ adiunximus radicitus explicare, quia video in eis magnam vim fieri ab aduerſarijs. Pro quo nota diſcrimen conſtitui à Patribus inter ſcientiam Dei, & præſcientiam, & ſcientiam vniuerſaliorem eſſe præſcientia, quatenus particula *præ*, ſignificat anteceſsionem durationis ſcientiæ ad obiectum. Itaque præſcientia in hac ſignificatione, hæc dicit, & ſcientiam exiſtentem, & durantem, & obiectum exiſtens, & durans; & anteceſsionem durationis ſcientię collatæ cum duratione obiecti; ita Damaſcenus lib. contra Manichæos non longe â fine, vbi *aliud* (ait) *in Deo eſt cognitio, aliud prænotio, cognitio enim eſt ſcire ea, quæ ſunt, aut fiunt; prænotio autem ea, quæ futura ſunt, antequam prodeãt noſſe.* Hugo etiam de Sancto Victore 1. de Sacramentis parte 2. cap. 18. diſtinguit ſcientiam Dei a præſcientia, ac docet, ſi futura nõ eſſent, fore quidem in Deo ſcientiam, non autem præſcientiam, imo *Ipſa* (ait) *quæ præſcientia eſt, ſcientia fuiſſet, etiam ſi præſcientia non fuiſſet, ſi futurum aliquid non fuiſſet.* Magiſter ſententiarum in 1. diſtinctione 35: explicans hanc propoſitionem, *ſi nulla eſſent futura, non eſſent in Deo præſcientia*, vel non *eſſet præſcius*, ita ait, *Si in dicendo hanc cauſam attendis, ſcilicet, quia nulla eſſent ſubiecta eius præſcientia; vnde ipſa poſſet dici præſcientia, vel ipſe præſcius, quod vtrumque dicitur propter*

Damaſc.

Hugo de Sancto Victore.

Magiſter.

Digitized by Google

ter futura verus eſt intellectus. Sin autem ea ratione id dicis, quod non ſit in eo ſcientia, qua praſcit futura, vel quod ipſe non ſit Deus, qui eſt futurorum præſcius, falſa eſt intelligentia. Secundùm hanc ſignificationem præſcientiæ locuti ſunt Auguſtinus, & Proſper cum negare videntur præſcientiam de futuris contingẽtibus conditionatis, quæ cum propriam exiſtentiam, & durationem ſimpliciter non ſint habitura, non dicuntur præſciri præſcientia antecedente duratione ipſorum propriam durationem. Ratio huius rei deſumitur ex ſcopo Auguſtini in his locis, qui ſemper is fuit demonſtrare futura morientium opera, ſi viuerent, aut bona, aut mala nihil valere, & nulla eſſe in ordine ad meritum, & præmium. Cõſiderabat ergo præſcientiam, vt in Chriſto iudice æterno ſignificat cognitionem, æternitate antecedentem opera digna præmio, aut pœna, & neceſſariam regulam, infallibilemque remunerationis, & punitionis, & hanc præſcientiam ait exinaniri, ex eo quod opera morientium futura abſolute nõ ſint. Hanc autem

70 *Enucleatur mens Auguſtini*

eſſe mentem Auguſtini conſtat Primo ex verbis Proſperi, in quibus duas redit rationes, quare nihil valeât illa opera, ad hoc vt à Deo eligantur, vel damnentur: prima, quia ea nullam habent exiſtentiam ſimpliciter, quæ neceſſaria eſt, vt valeant ad meritum. Secunda, quia non præſciuntur vt futura, quæ prænotio etiam neceſſaria eſt, ſaltim vt conditio, ſeu applicatio operis valoroſi comparatione præmiantis, vt enim moueatur remunerator ad tribuendum præmium, vel Iudex ad taxandam pœnam, non ſolum præſupponi debent opera bona, aut mala, vera, hoc eſt, prædita reali exiſtentia, ſed etiam ſufficiens notitia eorum; quo pacto enim voluntas remuneratoris moueri poteſt, niſi præſciat ea opera? Colligo ſecundo ex ipſo Auguſtino in locis, citatis, ac maxime in cap. 12. de anima, & eius origine, vbi duplici ratione impugnat eum errorem. Prima, quod Deus non natum iudicaret, nullumque beneficium ei conferret cum rapuit, ne malitia mutaret intellectum eius, ſi damnaret mortuum propter opera, quæ patraret, ſi viueret. Secunda, quod exinanitur pręſcientia Dei ex ſublata futuritione abſoluta, ibi: *quomodo enim rectè dicitur, præſciri futurum, quod non eſt futurum?* hoc eſt præſcientia, quæ erat ad rem Auguſtini, quæ vtilis & neceſſaria eſt ad damnandum illos mortuos. Ad hæc; diſputatio Auguſtini in his, & alijs mille locis, de quibus in tractatu de prædeſtinatione, erat aduerſus Semipelagianos, qui tribuebant libero arbitrio per vires proprias initia ſalutis, & inchoationẽ fidei, & affirmabant ideo hominem gratia ſua

Scopus Auguſtini contra Semipelagianos.

adiuuari à Deo, quia ipſe viribus proprijs niſſus eſt ingredi viam ſalutis. Rurſus in paruulis dicebant huiuſmodi conatus, & inchoationes futuras, ſi viuerent præcognitas à Deo eſſe rationes, quare alter decederet, alter raperetur ſine remedio peccati originalis, alteri vero concederetur: in qua doctrina duo errores continentur. Primus, valere liberum arbitrium ſine gratia ad initia ſalutis. Secundus, præſcientiam conditiotam eorum operum ex libero arbitrio eſſe rationem Deo diſcernendi inter paruulos, & contra vtrumque hunc errorem diſſerit Auguſtinus, quotieſcumque in ſuis ſcriptis, & negat futuritionem veram, & præſcientiam eorum, vt ex profeſſo declaro in tractatu de prædeſtinatione, vbi refero de hac re plura teſtimonia, quæ hic conſulto prætermitto, ne diſputatio plus iuſto protrahatur. Numquam vero Auguſtinus negauit præſcientiam operum, quæ ex gratia fierent ſub certa conditione, vt conſtat de pænitentia Tyriorum, & Sydoniorum. Item ex cap. 8. de correptione, & gratia, vbi explicat illud teſtimonium Sap. 4. cuius occaſione dixerat Auguſtinus eorum mala futura neſciuiſſe perverſiſsime dici, vt retulimus capite 5. Nec etiam negat ſcientiam conditionatam peccatorum, ſeu operum indifferentium, aut bonorum moraliter, quæ facerent paruuli ſi viuerent, vt conſtat ex præfatis teſtimonijs, ſed ſolum præſcientiam, quæ proſit ad taxandũ præmium, vel pænam.

Porro vt plenam capias notitiam mentis Auguſtini, nota ſcientiam conditionatam alia ratione præſcientiam dici poſſe, quatenus intelligimus præcedere decretum liberum Dei, per quod, ea, quæ prius ratione erant conditionata præciſiue incipiunt eſſe abſolute futura, vt explicui cap. 1. quatenus ergo præſcit Deus conditionate hoc, aut illud futurum eſſe, ſi ipſe velit, pro alio poſteriori rationis condere hominem, aut Angelum, dicitur præſcientia reſpectu decreti, nondum poſiti pro illo priori rationis. Ita loquitur Auguſtinus de bono perſeuerantiæ cap. 11. & Diuus Thomas 3. parte quæſt. 1. artic. 5. ad ſecundum, cũ dicunt Deum præuidiſſe credituros, quorum aliquibus non ſubuenit. Demum, ſi comparatio fiat exiſtentiæ, & durationis, quam hæc futura eſſent habitura ſuo tempore ex hypotheſi conditionis cum duratione æterna ſcientiæ conditionalium, præſcientia appellari poteſt. 71

Sciẽtia cõditionalis dicitur pręſciẽtia ex mente Auguſtini comparatione diuini decreti nondũ exiſtentis pro aliquo priori.

Auguſt. S. Thom.

Aduerte, cum dico decretum Dei eſſe ratione poſterius ſcientia conditionata, mè nõ cõcedere poſterioritatem rationis in quo, per quam decretũ ipſum ſit proprie futurum, ſed ſolum rationis à quo per quam abuſiue ſolum

Decretũ diuinũ nõ eſt poſterius ſcientia cõditionali inſtanti rationis in quo.

Digitized by Google

ſolum dicitur futurum, ſecundum noſtram doctrinam, de qua fuſſe cap. 9.

His omnibus, quæ in hoc argumento late fuſſeque cogerit Aluarez ex Auguſtino, Proſpero, & Hilario, plene ſatis fit.

72 *Maſsilienſes ſciẽtia conditionali abuſi ſunt, & Arriani.* Neque etiam obſtat, Maſilienſes hac præſcientia abuſos, vt probent cauſam prædeſtinationis, ex bono vſu liberi arbitrij. Item Arianos, vt probent Chriſtum Dominum nõ eſſe filium Dei per naturam, ſed per gratiam. Cũ enim eis obijceretur, quare Principes Apoſtolorum Petrus, & Paulus electi non fuerint ad eam excellentiam, & dignitatem Filij, ad quam Chriſtus: reſpondebant, Deum præſcientia, & præſenſione prænouiſſe neutiquam vnquam ipſum aſpernaturum, id circo ex omnibus elegiſſe; neque enim quia Sacra Scriptura male vtuntur hæretici, ideo bene refellitur, maxime cum Sancti Patres non refutarint hos hæreticos ex hoc capite præſcientiæ, ſed ex alijs, & peto ab aduerſarijs, quare ipſi non deſerant efficacia decreta antecedentia, & præmotiones phyſicas determinantes? Cũ Caluinus, & Lutherus poſsint eorum patrocinio vti pro hæreſi negante libertatẽ noſtram. Reſpondebunt, quia propter malum vſum hæreticorum doctrina, quam putant probabilem, & vtilem, deſerenda non eſt: idem reſponſum potiori iure à nobis accipiant; nam *Quare id non obſtet.*

73 *Ad quatuor appri me neceſſaria ſcientia conditionaliũ.* præter quam quod doctrina de præſcientia conditionata, ante decretum habet firmiſsima fundamenta, quæ explicui tota hac diſputatione, vtiliſsima, imo neceſſaria eſt. Primo ad conciliandam libertatem creatam, cum diuina prouidentia, & prædeſtinatione. Secundo cum vocatione gratiæ efficacis. Tertio quia electio ſpecialis ad gloriam prædeſtinatorum ante præuiſa merita ſine ea præſcientia deffendi non poteſt, quæ tamen eſt ſententia Pauli, & Auguſtini, vt fuſe oſtendo tractatu de prædeſtinatione. Denique, quia poſita permiſsione peccati, ad huc infallibile non eſſet id futurum, nec à Deo certo præſciretur, quod eſt contra diuinã prouidentiam, vt ſuis locis oſtendendum. Igitur etſi reprehendendus ſit huius præſcientiæ hæreticorum abuſus: Laudandus eſt Catholicorum Doctorum bonus vſus.

Obiectio. Sed obijcies. Cum Deus præſciat per nos bonum vſum liberi arbitrij ex gratia, ſi conſtituatur in ea rerum periſthaſi, cum Deus eum in ea de facto conſtituit, quanam ratione bonus ille vſus non erit motiuum voluntati Dei, ſic eum conſtituendi, maxime cum in eo caſu non ſumatur initia ſalutis ex ſolo libero arbitrio.

74 *Quare actibus ſupernaturalibus futuris ſub conditione nulla inſit ratio meriti.* Sed hoc nullius momenti eſt, nam licet ex parte liberetur ab errore Semipelagianorum quatenus repellit omnia opera ſine gratia facta: at ex alia parte inpingit eorum errorem, quatenus dat operibus ſub conditione futuris dignitatem præmij, & pænę. Non ne de vno, eodemque homine præſciuit merita, & demerita ſub conditione ex hypotheſi diuerſæ conſtitutionis eiuſdem? quare igitur merita potius, quam demerita eodem modo futura, eodem præſcita, moueant Deum ad hunc hominem conſtituendum in eo circũſtantiarum occurſu, in quo merita habiturus, & non in eo, in quo demerita? Rurſus de eodem homine, præuidit Deus diuerſos gradus bonorum, & malorum operum, pro diuerſitate vocationum gratię, & tentationum, atque occaſionum peccandi, in quibus conſtitui ille homo poſſet, igitur ſi opera illa in eo ſtatu aliquam haberent virtutem mouendi, idem homo conſtituẽdus erat in ordinibus, in quibus damnandus, & in quibus ſimul liberãdus. Item in ordinibus, in quibus damnationes diuerſas ſubiret, propter maiora, & minora peccata præuiſa, & in quibus diuerſos gradus gloriæ conſequeretur propter ſimilem rationem in meritis. Hic obſerua etiam aduerſarijs incumbere ſolutionem huius argumenti: etenim de eodem homine præſcit Deus conuertendum, ſi decreto, & præmotione prędeterminetur, non conuertendum, ſi non prędeterminetur, plura item habiturum merita, ſi pluries prædeterminetur ad opera pietatis, & plura demerita, ſi pluries prædeterminetur ad entitates actuum malorum. Ergo illis reddenda ratio, quare cum à Deo conſtituitur in ordine, in quo damnandus, aut liberandus eſt, non conſtituat eum propter eam præuiſionem, & pro omnibus ea ratio à priori eſt, quod in his operibus non eſt exercitium verũ liberi arbitrij, quo efficiatur, vt ipſa vere exiſtant, ac proinde digna non ſunt, propter quæ detur exiſtens præmium, & pæna.

Secundum argumentum. Deus ante omne decretum ſuæ voluntatis non ſcit, quot homines, vel Angelos eſſet producturus, ſi crearet alium mundum, ergo ſimiliter ante idem decretum, non ſcit, quot actus, vel quales eſſet producturus quilibet homo, ſi crearetur, & conſtitueretur in tali ordine rerum. 75 *2. Argumentum aduerſariorum.*

Prætermiſsis varijs ſolutionibus, quas ibi non ad fidem refert ex noſtris Aluarez. Ego nego antecedens: etẽnim vt creato alio Mundo à Deo eius voluntas non maneret indifferens, atque ſuſpenſa circa numerum Angelorum, & hominum, imo habuiſſet determinatum, æternumque decretum, eos condendi in tali numero: ita prius ratione, quam intelligamus decretum hoc condendi Mundum, intelligimus fore in Deo decretum aliud, condendi

dendi homines, & Angelos in tanto numero, ex hypoteſi, quod decreuiſſe alium condere Mundum: hoc vero decretum non eſt futurū ſub conditione in tempore, quia eſt quid diuinum, ſed abſolute manſit inſtar poſsibilium vt fuſè explicui capite 9. Contra hæc plura objicit, vt probet, futura contingentia determinatam cognoſcibilitatem habere nō poſſe, dum non præintelligitur cauſa prædeterminata, quia à cauſa contingenti, vt ſic nō poteſt procedere determinatus effectus, quæ ego dilui iam diſp. 6. capite 2.3.& 8. Hæc antē propoſitio à cauſa contingenti non poteſt procedere determinatus effectus, ſic apte diſtinguntur, effectus neceſſarius concedo, liber nego. Imo effectus liber procedere non poteſt niſi à cauſa indifferenti, nec determinata antecedenter, his breuibus vocibus tota propoſitionis vis, ſi quam habet, eneruatur.

76 *Impoſturæ in noſtros Scriptores Magiſtri Aluarez.*

Hic nota impoſturam Aluarez numero 14. eius diſputationis, dum ait, aſſertores ſciētiæ mediæ aſſerere ex obiecto cōgrue propoſito volūtati, atq; attēperato cōplexioni indiuidui prouenire, quod ſit potius conſenſura voluntas, quam diſſenſura. nam licet aliqui doctiſsimi viri, extra familiam noſtram (aſſertores quidem ſcientiæ mediæ) congruitatem auxilij in hac attemperatione complexionis conſtituerint, vt retuli: & refutaui capite 5. at noſtri Scriptores alieni ſunt ab hac ſententia, & licet Pater Vazquez cenſuerit viuam quandam, ſpecialemque repreſentationem eius partis, in quam volūtas ſè flectit, neceſſariam eſſe; at eius opinio in hac parte minus probabilis cenſetur, & à me impugnanda eſt in tractatu de prædeſtinatione. Addo licet ex hac ſpeciali propoſitione, quam exigit P. Vazquez efficiatur neceſsitas actus, quo ad ſpecificationem, non tamen, quo ad exercitium, vt ipſe fatetur; qua propter nec ex obiecto congruè propoſito, nec ex attemperamento vocationis ad complexionē prouenit, quod potius ſit voluntas infallibiliter conſenſura, quam diſſenſura, vnde licet frequenter accidat hominem, congrue proponentem, ſibi obiectum opportunum, pro occaſione nata attemperatum complexioni, indiuiduationique ſubiecti, amplecti illud, & odio habere malum oppoſitum, at hoc non eſt infallibile, imo ſæpe viri perfecti enituntur in obiecta, ſibi incommoda, attenta naturali inclinatione, coaleſcente ex affectionibus, & complexione. propter motiua ſupernaturalia variarum virtutum, vt docet quotidiana experiētia.

Regulariter ſequitur voluntas vocationē, & obiectum attemperatum cōplexioni, non infallibiliter.

77 3. Argum.

Tertium argumentum, Nulla eſt vtilitas, aut neceſsitas conſtituendi præſcientiam boni vſus liberi arbitrij, ex aliqua certa hypotheſi ante decretum diuinæ voluntatis, ergo non eſt conſtituenda ante illud, probat antecedens, nam ſi aliqua eſſet neceſsitas, aut vtilitas, maxime ad concordiam liberi arbitrij, cū infallibili prouidentia, prædeſtinatione, & efficacia auxiliorum gratiæ Dei, ſed ad hoc nō ergo, &c. Probatur minor, quia per hanc ſciētiam non fugiuntur incommoda, propter quæ vitanda ponitur, imo impingimus in alia abſurdiora, nempe quod infallibilis coniunctio conſenſus cum prouidentia, & prædeſtinatione reducenda ſit ad aliquid naturale, vel ad conſtellationem cœleſtem, vel complexionem indiuidualem, &c. Hoc autem ſic probat, quia per nos, quod liberum arbitrium ſit conſenſurum, aut diſſenſurum non refunditur in decretum voluntatis prædeminantis, cum præſcientia antecedat decretum hoc, nec reducitur in naturam gratiæ ex ſe efficacis, cū per nos nulla eiuſmodi ſit, nec reducitur in ipſam liberam voluntatem, cum omnino ſit indifferens ad oppoſita, ſub quibuſcunque circunſtantijs conſtituatur, nec etiam in modum proponendi obiectum, vt ſupra dicebā, nec etiam reducitur in alium priorem actum liberum, nam ponunt eum, de quo eſt ſermo, eſſe primum, ergo ſit vltimate reducendum eſſe in aliquam cauſam naturalem extrinſecam, ex ſupra relatis, quod tamen abſurdum eſt.

Diſputatione ſexta, capite 3. à numero 34. vſque ad 38. tradidi doctrinam, qua ſit ſatis huic argumento. Ideo ſolum in præſenti eam applicabo ad propoſitiones formales obiectas. Nego igitur primum antecedens, ad probationem conceſſa maiori, nego minorem, ad probationem minoris nego omnino antecedens, ad probationem concedo infallibilitatem conſenſus, aut diſſenſus, cum prouidētia, aut prædeſtinatione, nec fundari in decreto aliquo antecedente, nec in prædeterminante ſiue antecedente; ſiue ſubſequente præſcientiam, quia nullum tale eſt, ſemper tamen intercedere voluntatem cooperantem, à qua eſſentialiter pendet omnis effectus creatus, quia voluntas eſt ratione poſterior ipſa præſcientia, licet non ſubſit propriæ futuritioni, vt explicui ſupra numero 57. Ad aliam partē probationis concedo non reduci in naturam gratiæ ex ſe efficacis, concedo etiam non reduci in naturam liberam voluntatis, ſub quibuſcumque circunſtantijs, ſumptam in præciſo actu primo, etiam ſtante quacumque propoſitione ex parte intellectus: at reducitur in ipſam volūtatem, vt includit habitudinem ad actum ſecundum determinatum ſimul, & liberum ſub conditione futurum; etenim ſi Deus præſcit volūtatem pro innata libertate, aſsiſtente

Digitized by Google

aſsiſtente præſto auxilio Dei conſtitutam in hac, & illa rerum circunſtantia, hæc & illa opera pietatis eſſe effecturam, ſi conſtituatur ex illa futuritione obiectiua, quam ipſi actus habent, Deus capit ſcientiam eorum actuum, vt explicui capite 8. ſemel autem capta illa ſcientia, hoc ipſo quod Deus velit eam conſtituere in eo rerum ordine, & ſimul velit præſto aſsiſtere cum auxilijs gratiæ ſuæ, & cooperari ſine prædeterminatione infallibiliter intuetur omnes actus futuros, nihil obſtante indifferētia principij in actu primo, imo prorſus neceſſaria, vt libertas, quæ de fide eſt, illæſa cuſtodiatur. Hęc explicatius a me tradēda in materia de prædeſtinatione; hic ſufficiat dixiſſe, quantum neceſſarium eſt ad dilutionē huius tertij argumenti, cuius neganda eſt cōſequentia, nimirum nos in cœleſtem conſtellationem, aut indiuiduationem ſubiecti infallibilitatem prouidentiæ, & prædeſtinationis,
78 cum aſſenſu, & diſſenſu conſtituere debere.

Obiectió. Sed obijcit Aluarez, ſi Deus ante determinationem ſuæ voluntatis ſciret, quot Angelos eſſet producturus, ex hypotheſi, quod vellet creare alium mundum, non eſſet liber in eorū productione, vt fatentur quidam ex aſſertoribus ſcientiæ mediæ. Ergo eadem ratione non erit liber futurus conſenſus Petri, ſi ante omne decretum diuinæ & humanæ voluntatis ſciat Deus certo & infallibiliter, quod ſit cōſenſurus, ex hypotheſi, quod conſtituatur in talibus circunſtantijs, præſertim cum non ſit in facultate Petri tollere, vel ponere illam conditionem, nempe præſcientiæ.

Satisfactio. Reſpondeo, negando antecedens, nam vt dixi diſp. 6. cap. 2. numero 26. & in hac diſput. cap. 9. in hac parte noſtri diſceſſerunt à Pātre Molina, quem ſecutus fuit Pater Martinus Beccanus; nec diſcrimen alieni, vel proprij ſuppoſiti, quod conſtituebat Molina, ſolidum eſſe, ibi oſtendi, qui difficile ſe poterit expedire à conſequentiæ efficacia: ea vero vim habet in principijs noſtris, nullius autem momenti eſt in principijs aduerſariorum, à quibus obijcitur; nam ſi deffendunt libertatem cum decreto conditionato, prædeterminante antecedente, cum nec poſitio eius, nec cōditionis ſit in poteſtate liberi arbitrij, quare nituntur præſcientiam conditionalem tollere libertatem, maxime cum, etſi ſit duratione prior, eſt tamen natura, ſeu ratione poſterior, ideo enim Deus cognoſcit eum actum futurū in tali hypotheſi, quia ipſe futurus eſt: imo oppoſitum cognoſceret, ſi oppoſitus, vt potuit, futurus eſſet.

P.Molina. P.Beccanus. Scientia conditionalis eſt natura poſterior ſuo obiecto, nō decretū conditionale ſi daretur.

79 Quartū argumentū. Ex noſtra præſcientia media eneruatur efficacia gratię, & ponitur ex parte noſtra ratio prædeſtinationis, ſeu conditio ſine qua non, ergo ſcientia hæc admittenda non eſt. Antecedens quod negandum eſt, quo ad vtramque partem, ſolum probat quo ad ſecundam in hunc modum. Præſcientia cōditionata non pertinet intrinſecè ad prædeſtinationem, ſed ad illam præſupponitur. Ergo obiectum eiuſdem ſcientiæ non eſt effectus prædeſtinationis, ergo ante decretum prædeſtinandi Petrum ad gratiam, & gloriam præſupponitur neceſſario ex parte eiuſdē, quod ex innata eius libertate ſit conſenſurus Deo vocanti ex hypotheſi, quod conſtituatur in talibus circunſtantijs, ergo prius eſt in ſigno rationis, quod Petrus conſtitutus in eiſdem circunſtantijs, ſit pro ſua innata libertate inſtructa auxilio Dei conſenſurus, quam quod intelligatur prædeſtinatus. Igitur prædeſtinatio Petri pendet ex futura eius cooperatione à Deo præcognita, per ſcientiam mediam tamquam à conditione ſine qua non eſſet in Deo prædeſtinatio Petri, probat hanc conſequentiam, quia niſi præſupponeretur cōſenſus ſub conditione, & præſcientia eius actus electionis illius hominis ad gloriā & gratiā, & ad eas vocationes non eſſet prædeſtinatio, ſed communis prouidentia ſupernaturalis, ergo prædeſtinatio, vt prædeſtinatio pendet tamquam à conditione ſine qua non ex conditionata ſcientia & obiecto eius.

Reſpondeo, Diſtinguendam eſſe ſcientiam conditionatam, ab obiecto eius: etenim de ſcientia conditionata, an intrinſecè conſtituat eſſentiam prædeſtinationis, ſimul cum actu voluntatis dubium eſt, quod tracto in materia de prædeſtinatione diſp. 2. cap. 3. certum vero in noſtris principijs actum voluntatis, prædeſtinantem eam per ſe prærequirere: vt applicantem ei noſtro modo intelligendi media, quibus homo prædeſtinatus in finem vitæ æternæ efficaciter dirigendus eſt. Vnde D. Auguſtinus ſæpe relatus prædeſtinationem nominat preſcientiam, & præparationem beneficiorum Dei, &c. Quo conſtat præſcientiam, aut eſſentialiter, & in recto, aut connotatiue, & in obliquo pertinere ad prædeſtinationem: quod non ita de obiecto eius. Quapropter ſemper negandum ipſum conſenſum ſub conditione futurum, etſi ſupernaturalem, eſſe ex parte noſtra rationem, ſeu conditionem prædeſtinationis, propterea quod in eo ſtatu nullam vim habet mouendi Deum, vt propter conſenſum conditionatum conferat ei Deus aliquod præmium: vt ſæpe dixi. Negāda igitur eſt conſequentia; ad probationem, vel ponit in ea manere in Deo circunſcripta ſcientia media eandem electionem, atque prædeſtinationem Petri, vel alium actum voluntatis communem cum reprobis: ſi primum ponat

D. August. Conſenſus ſupernaturalis ſub conditione futurus ex parte noſtra nec eſt ratio, nec conditio ſine qua non prædeſtinationis.

Digitized by Google

ponat, infallibiliter prędeſtinatus conſequetur gloriam, quia non ideo conſequitur, quia Deus præſcit, vt ſæpe dico, ſed è contra, ideo ſcit, quia ille conſeqnetur: at non liberat Deū à defectu, & imperfectione in ſua prouidentia, cui perſpectum non eſt, priuſquam adhibeat media, quemnam effectum ſint habitura ſi adhibeantur. Itaque præſcientia media, & neceſſaria eſt ad infallibilitatem diuinæ prædeſtinationis, & ad perfectionem prouidentiæ prædeſtinantis, & ad hoc vt Deus, erga prædeſtinatum, ſit formaliter ſpecialiter benefactor. Ad hæc, falſum ſupponit dum conſtituit eundem actum prædeſtinantem voluntatis circunſcripta ſcientia media, à qua actus ille per ſe pendet, tamquā à ſciētia directice, id quod ſtrictius neceſſarium eſt in principijs aduerſariorum, in quibus Deus bene præſcit efficaciter prædeterminatum, ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca prædeterminatione reſponſurum, ſi prædeterminetur, aut ſi decernat prædeterminare, igitur decretum efficax, prædeſtinans præſupponit per ipſos ſciētiam conditionatam, & obiectum eius: modo retorqueo argumentum euidenter; quare cum præſupponatur ſciētia hæc conditoualis, ſiue vocetur naturalis, ſiue media, & eius obiectum, ante decretum prædeſtinans efficaciter non ſit ex parte noſtra in eorum ſententia ratio, aut conditio prædeſtinationis, ſit vero in noſtra. Nec quidquam refert ad eorum ſciē tiam conditionalem præſupponi decreta conditionalia, non ad noſtram, nam decreta conditionalia illa non poſſunt pertinere intrinſece, & eſſentialiter ad prædeſtinationē, ſicut conficiebatur argumentū de noſtra præſcientia, eo quod, poſito decreto prædeſtinā te, gratia, & gloria, & omnes prædeſtinationis effectus ſunt abſolute futuri, non vero per decretum conditionale, ergo nec contra nos, nec contra aduerſarios quidquam habet efficaciæ argumentum. Si propter hæc dicat ſecundum, nimirum circunſcripta ſcientia conditionalium, non manere in Deo electionem prædeſtinantem, ſed alium actum communis prouidentiæ, concedo illum hominem nō conſecuturum vitam æternam, non propter dependentiam prædeſtinationis à conſenſu ſub conditione futuro, ſed propter deffectum ipſius prædeſtinationis, & effectum eius. quod apud aduerſarios etiam certiſsimum eſt. His abunde ſatisfecimus omnibus, quæ cumulat in eo quarto argumento.

Retorquetur quartum argumentum.

80 Quintū vero argumentum contendit obiectum ſcientiæ conditionatæ non eſſe ſcibile, quia non habet determinationem, aut neceſsitatem in cauſa, id confirmat ex teſtimonio S. Thom. 1. par. quæſt. 14. art. 13. in corpore, & in alijs locis. Verum ad hæc reſpōdimus, diſp. 6. cap. 4. & 5. Item 6. & 7. hoc ipſo quod obiecta ſint libera, non poſſe habere eſſe determinatum, & neceſſarium in cauſa, habere vero eſſe determinatum in ſe, & in actu ſecundo, & intuitum Dei ſe protendere propter infinitā perſpicaciam ad ea in ſe videnda ſecundū eſſe determinatum, quod habent. Idque, ni fallor, eſſe de mente S. Thom. euidenter demonſtraui, tum hoc loco, quem pro ſe producit Aluarez, tum alijs pluribus.

5. Argumentum.

Reſponſio

Sextum, & vltimum argumētum ſic procedit, impoſsibile eſt, quod effectus ſit futurus independenter à ſua cauſa, ſed decretum diuinæ voluntatis eſt prima, eſſentialis, & vniuerſalis cauſa efficiens. ergo ante decretum diuinæ voluntatis nihil erit, aut foret poſita quacunque conditione, ac proinde nihil ſcibile eſt conditionate ante decreta conditionalia. 81

6. Argumentum.

Confirmat primo, vt ſe habet decretum abſolutum, ad futurum abſolutum, ita ſe habet conditionatum, ad futurum conditionatum. Sed implicat, quod aliquid ſit futurū abſolute ante decretū abſolutū, ergo nec futurum conditionate ante conditionatum, igitur nihil eſt ſcibile, niſi ponatur decretum in Deo.

Confirmatio 1.

Confirmat ſecundo, futurum conditionatum tranſit in futurum abſolute, poſita conditione, ergo ſi ante decretum ſuæ voluntatis cognoſcit Deus Petrum conſenſurum, ſi ſic vocetur, & in talibus conſtituatur circunſtantijs, ex ſola poſita cōditione, efficietur fore actum abſolute futurum, antequam Deus quidquam decernat de illo.

Ad Argumentum concedo maiorem, & minorem ſi agit de decretis ſolum cooperatiuis ſeruantibus libertatem; non vero de prædeterminatiuis, eam lædentibus, quæ nec ſunt cauſa, neque eſſe poſſunt effectuum liberorum, & diſtinguo conſequens. Ergo ante decretum nihil erit, aut foret, poſita qualicumque conditione, ante decretum cooperatiuum, aut poſitum, aut ponendum pro alio poſteriori ſigno rationis, cōcedo; ante decretum prædeterminatiuum actu exiſtens, quod intendit arguēs, nego, hoc enim nec actu exiſtit neque exiſtet pro tota æternitate, nec exiſtere poteſt.

Reſponſio. *Sine decreto aut poſito, aut ponendo pro aliquo poſteriori rationis nihil eſt futurum.*

Ad primam confirmationem cōcedo abſolute maiorem, intellectam ſemper de decretis ſolum cooperatiuis, ad minorē, ſi decreta illa Dei, à quibus eſſentialiter pēdet actus abſolute futuri ſubire poſſent propriā futuritionē, neganda eſſet minor, nam ſi ipſum decretum eſſet abſolute futurum, actus etiam ipſi eſſent abſolute futuri, veluti mediate intercedente futuritione decretorum Dei, ſed quia c. 9. docui nullū actuum Dei eſſe proprie futurū, ſed ſolū poſterius ratione, ſecūdū inſtans rationis

Ad ſecundā confirmationem.

P à quo

Digitized by Google

indiuidualis in actu prauo, difficile explicatu, nō tamen is opportunus locus. Explicui 3.parte tractatu de merito Chriſti. Ne cuiquam videatur hæc prolixior diſputatio, animaduerto iam hodie præcipuam controuerſiam ad punctum de ſcientia conditionali reuocatam, præcipuumque aduerſariorum patronum eſſe Magiſtrum Aluarez ſapientiſſimum, atq; modeſtiſſimum virum, ideo oportuit ſigillatim eius fundamenta expendere,& diluere ne nobis, vel hinc cauſentur, quod ea aut ad fidem non retulerimus, aut diminute. *Omnia Aluar. fundamēta euerſa.*

Cap. 12. Alia fundamenta contrariæ ſententiæ,& ſolutiones.

84 1. Fundamētum.

ALIA pars aduerſariorum, quæ, & negauit decreta cōnditionata, & ſciētiam infallibilem futurorum conditionalium Deo, hæc habet fundamenta. Primum congerunt plura teſtimonia ex Sacra ſcriptura, in quibus ſubdubie adhibita particula *forte*, ſeu *forſitan*, prædicuntur à Deo: atqui ſi proprie ſummantur hæ particulę, vt ſumendæ ſunt ſecundum regulam Auguſtini 3. de Doctrina Chriſtiana cap. 10. ſignificāt coniecturam, & dubitationem quandam, ſaltim ex parte obiecti materialis. Licet nulla ſubſit dubitatio ex parte ſcientiæ Dei, teſtimonia ſunt. Geneſ. 3. Deuteronomio 4.& 7. Iſai. 48. præcipuum habetur Exod.4. verba refert Curiel in ea controuerſia 7. cap, 1. num. 21. (Geneſ. 3. Deuter. 4. & 7. Iſai. 48. Exod. 4. Curiel.)

Reſponſio. *Particula* forte, *non ſignificat dubitationem in Sacra Scriptura.*

Verum ad hæc dixi ſatis ſupra cap.3. ex Sanctis Patribus, & alijs Sacræ Scripturæ teſtimonijs, particulam *forte*, ſermonem quidem explere,& dubitationem, cum de ſcientia Dei agitur, non ſignificare, ſed denotare libertatem creatā in his futuris,& aliquādo paucitatē eorum, qui conuertendi erant, vt Mathæi 11. (Matthæi. 11)

2. Fundamētum. Damaſcen.

Secūdo adducit Ledeſma ſupra relatus verba Damaſceni lib. aduerſus Manichæos prope finem, in quibus tamen id ſolum elegātiſſime docet Damaſcenus, Deum præſcire, ea quæ nos facturi ſumus, à nobis proficiſci, & præſcientiam Dei non eſſe cauſam horum futurorum, de qua re ex profeſſo diſp.10.cap.1. vbi refero verba. In hac vero doctrina noſtrā continere ſententiam, quis non videat?

85 3. Fundamētum.

Tertio congerunt quædam S.Thom. teſtimonia, præcipuum eſt ex hoc art. 13. in quo D. Thomas conſiderat futura in duplici ſtatu. Primus ſecundum eſſe, quod habent in cauſa, & ſic ſolum cognoſcit ſcientia coniecturale. Secundus, ſecundum eſſe quod habent in ſe ipſis,& ſic affirmat certo cognoſci propter præſentiā in æternitate: at futura cōditionalia, neq; in ſe ipſis habent eſſe, nec præſentiā in æternitate, ergo cōtra mentem D. Thomæ eſt præſcientia infallibilis horum futurorū.

Thomiſtæ recētiores expreſſe aduerſantur S.Tho.

Noto hic Thomiſtas noſtri ſæculi, expreſſe aduerſari doctrinæ huic S.Thom. nam ipſi cōcedunt certam cognitionem futurorum in cauſa prædeterminata, aut extrinſece per decretum, aut intrinſece per præmotionem. Reſpōdeo modo; vt S. Thom. declaret, qua ratione futura ſint cognoſcibilia in ſe, hoc eſt in propria exiſtentia, exigit eorum præſentiam in æternitate, vt explicui diſp.6.ca.5. vnde cum conditionata habeant in ſe cognoſcibilitatem ratione exiſtentię futuræ ſub conditione, vt explicui cap.8. Iam habent rationem, quare D. Thomas dixit, futura abſoluta eſſe cognoſcibilia in ſe, ac propterea licet D. Thomas ſolū ſit locutus de abſolutis in hoc loco, non tamē negauit ea cognoſci à Deo, imo ſi inſiſtimus veſtigijs eius, & conſentanee procedimus ad eius doctrinam, affirmandum nobis eſt, conditionata etiam cognoſci à Deo. (Reſponſio.)

Alius locus S.Thom. Hieremiæ. c.18.

Deinde argumentatur ex eodem D.Thoma 1.part.quæſt.19. art. 7. ad ſecundum explicās ibi teſtimonium Hieremiæ cap. 18. vbi Deus minatur populū, poſt cōminationem vero adiecit, *Si vero populus pænitentiam egerit, Deū etiam acturum pænitentiam, ſuper malo, quod cogitabat facere*, ait ibi S. Thom. locutū Deū ſecundum ordinem cauſarum inferiorum, & ſecundum diſpoſitionem naturæ, voluntatem vero diuinam immutabilem eſſe, idque ibi cōfirmat ex Gregorio. Si vero D. Thomas cognoſceret ſcientiam hanc cōditionaliū, melius per eam explicaſſet hūc locū dicēs, quia Deus præſciebat, facta cōminatione, populum acturū pænitentiam, ideo dixiſſe ſe acturū pęnitētiam, quia ſe geſſit more hominum, qui cum mutant cōſilium eos pænitere dicimus. (Gregor.)

Reſponſio.

Reſpondeo futuritionem contingentē, quātum eſt ex cauſarum diſpoſitione, prædicari in eo teſtimonio, quam ego explicui ſæpe, & eam affirmat S. Thom. in eo loco, quam tamē non euenire aduertit optime S. Thom. ibi, *Quo tamen non fit, quia aliter eſt in cauſa ſuperiori diuina*, & ibi, *Nec tamen ita euenit, quia ab æterno aliter fuit in ſcientia, & voluntate diuina, quæ immutabilis eſt.* In quibus verbis potius ſignificat, Deum præſcire euenturum contrarium ei, quod futurum prædicitur cominatorie ex meritis cauſarum ſecūdarum, igitur teſtimonium hoc a nobis eſt.

86 Alia teſtimonia.

Rurſus congerunt ea teſtimonia, in quibus S.Thom. diuiſit ſciētiam Dei in ſciētiam viſionis,& ſimplicis intelligētię: vt in hac quæſt. art.9. S. Thom.

Digitized by Google

artic. 9. & in 1. diſt. 38. art. 4. & in 3. diſt. 14. & quæſt. 8. de veritate art. 8. quæ mẽbra diuiduntur aliter in ſcientiam naturalem & liberam, ſine vlla facta mentione de ſcientia media, & conditionali, quod ſi D. Thom. hanc Dei ſciẽtiam eximiam agnoſuiſſet, eius procul dubio meminiſſet.

Reſponſio. D. Thomas nõ tam expreſſe vt modo docetur tradidit ſcientiam mediam. Argumentum hoc etſi negatiuum apud me põdus habet, & probat, hanc ſcientiam nõ tam expreſſe traditã à D. Thoma, vt modo in ſcholis circumfertur, ſed alia plura ſunt huius generis, non tamen ideo cenſendũ negatam eſſe. Magiſter item Aluarez, tenetur diluere hoc argumentum, qui admittit ſcientiam infallibilẽ conditionalium in decretis, vt notaui cap. 7. ad finem. Demum reſpondeo, hanc ſcientiam non eſſe mediam ſecundum plures ſententias noſtrorum, inter ſcientiam ſimplicis intelligẽtiæ, & viſionis, ſed facile ad quodcumque ex his membris reuocari poſſe, ſecundum noſtrorum ſententias, vt vidimus cap. 10. ad finem. Vbi mea lata ſententia de hac diuiſione, & de nomine ſcientiæ mediæ.

87 *Curiel. Alia quædam ſundamẽta leuiora diluo.* Magiſter Curiel ſupra art. 3. nu. 19. & ex eo Ledeſma ſex congerunt rationes, ſed, quæ diluta iam ſunt, vt vero quãtum eſt in me, nullum ſcrupulum relinquam in mente lectoris, non grauabor explicare ea, quæ ipſum in aliquam æquiuocacionem ſubducere poſſunt.

Primo ergo cõtendit. Hæc futura nõ eſſe ſcibilia, quæ nullã habẽt determinationẽ neq; in ſe, neq; in cauſa, Concedendũ eſt nõ habere determinationẽ in cauſa, quia haberẽt prædeterminationem, quã plena mente reſpuimus, negãdũ vero, nõ habere in ſe determinationem, quæ nihil aliud eſt, quã ipſa exiſtetia cõditionata, ſæpe explicata, & hæc ſufficiẽs eſt, ad hoc vt propoſitiones prolatæ, ſint veræ, quæ non affirmant hæc habitura abſolutam exiſtẽtiam, alias omnes eſſent falſæ, ſed habitura exiſtentiam ex certa hypotheſi, quod verum eſt.

Secundo proponit repugnare eundem actum eſſe contingenter futurũ, & determinate futurũ; nã eſſe futurum contingenter eſt, eſſe indeterminate futurũ, igitur idem actus eſſet futurus determinate, & indeterminate. Reſpõdeo diſtinguẽdo primam propoſitionem. Re-

88 *Idẽ actus poteſt eſſe contingẽs in cauſa, & determinatus in ſe.* pugnat idem eſſe contingenter, & determinate futurum, ex vi cauſæ concedo; & tunc ly determinate idem eſt, ac prædeterminate, ſeu ex cauſa prædeterminata repugnat: eſſe cõtingẽter futurũ ex cauſa, & determinate in ſe propter propriam determinatam exiſtentiam ſine cauſę prædeterminatione nego. Ratio eſt, quia ſi ſimul in cauſa haberet cõtingentiã, & determinationẽ, procederet ab ea actus neceſſario ratione determinationis, & libere ratione contingentiæ: at nihil repugnat, imo neceſſarium eſt, quod effectus, qui à cauſa contingẽter procedit, ſit in ſe quid certum, & determinatum per ſuammet exiſtẽtiam, cum vero ait eundẽ actum fore determinate futurum, & indeterminate futurum, ſi ly, indeterminate ſignificat negationem determinationis in cauſa, vt ſignificare debet, ſi ad rem adducitur, pariter diſtinguenda eſt ea propoſitio. Implicat eundem actum eſſe futurum determinate in ſe, & indeterminate, hoc eſt ſine determinatione in cauſa nego, implicat eſſe in ſe ſimul determinatũ, & indeterminatum, aut à cauſa ſimul determinata, & indeterminata concedo.

Procedo modo ad quintam rationẽ, in qua ſolũ reſtat, aliquid dicẽdum, quæ ſic ſe habet. Futura hæc nullũ habent modum cognoſcibilitatis, ſub quo cognoſcãtur, ergo nõ cognoſcũtur à Deo, anteceddẽs, quod negãdũ eſt, ſic probat, vel ſunt cognoſcibilia, per ſimplicẽ intuitum, vel ex vi connexionis extremorum neutro modo, ergo &c.

Reſpondeo, ea cognoſci à Deo per intuitionem exiſtentiæ actus in ſua mẽſura ſub cõditione, per quam intuitionẽ etiam cognoſcit connexionem extremorum, hoc eſt, vnionem inter actum futurum conditionate, & voluntatem, licet non ex vi connexionis extremorum, in ſenſu arguentis, hoc eſt ex connexione neceſſaria, quam inter ſe extrema habeant. Obijcit; hæc extrema numquam habitura eſſe, neque in ſe, neque in æternitate, nõ igitur cognoſcit per intuitionem. Reſpondeo negando antecedens, nam & in ſe, & in æternitate habebunt exiſtentiam conditionatam. Non amplius in illa diſputatione.

At cum iterum in hanc materiam incidiſſet 89
3. parte quæſt 11. art. 1. dubio 2. aliud formauit argumentum, quod ipſi tam fuit difficile, vt in noſtra quam ſecutus fuerat ſententia, propter illud nutauerit. Sic ſe habet futurum antequam ſit, eſt determinate futurũ, etenim quando eſt, eſt præſens, non futurum, vt præteritum poſtquam fuit, eſt præteritũ, non quando erat, ſed futura hæc antequam in ſe ſint, nihil habent ratione, cuius ſint determinate futura, etenim cauſa, quæ antecedit per nos, nullam habent determinationem antecedentem, ergo futura hæc conditionata non ſunt cognoſcibilia.

Argumẽtum cõmune futuris abſolutis, & conditionatis. Argumentum hoc comune eſt futuris abſolutis, & conditionatis, & inter noſtros ſatis verſatum, petit vero quid ſit, aliquid eſſe determinate futurum, tam abſolute, quam conditionate, quod accurate explicui diſp. 6. c. 6. & ex ea doctrina reſpondeo illam maiorem, futurum antequam ſit, eſt determinate futurum, eſſe falſam in rigore, & inuoluere implicationẽ in terminis. Etenim futuritio rei duo dicit.

Primum

Digitized by Google

Primum exiſtentiam: Secundum negationem durationis, in qua exiſtit, vnde cum res exiſtit, & eſt præſens, habet aliquid ratione cuius tẽpore antecedenti dicebatur futurum, quo fit implicare in terminis, quod rei futuritio adæquate exiſtat, quia ſimul exiſteret res, & negatio durationis eius: ad illam vero minorem, nihil habet futurum, antequam in ſe ſit ratione, cuius eſt determinate futurum. Reſpõdeo, cum diſtinctione nihil habet antecedẽs, quod cum exiſtentia rei ſimpliciter habet neceſſariã connexionem, concedó: nihil habet ex ſuppoſitione, quod res ſit habitura exiſtentiam in ſua temporis differentia, à quo denominetur futurum, nego, id autem eſt, vel ipſum tẽpus antecedens, vel negatio durationis propriæ rei futuræ. Aduerte vero hoc antecedens (quidquid illud ſit) non eſſe id, in quo Deus cognoſcit futurum, neque enim, vt ſæpe monui, eſt aliquid antecedens coexiſtens cum ſcientia, in quo futurum cognoſcitur, quia quando exiſtit cognitio Dei, nihil exiſtit actu cognoſcibile, ſed exiſtet, rei namque cognoſcibilitas non diſtinguitur ab ipſius exiſtentia, ſi loquamur de cognoſcibilitate paſsiua, & vt nihil eſt exiſtentię rei, quando non exiſtit, coexiſtens ſcientiæ Dei; ita nihil eſt paſsiuæ cognoſcibilitatis. Neque enim obiectum virtutis cognoſcendi limitatum eſt ad rem præſentem, & coexiſtentem ei virtuti, aut cognitioni, per quam cognoſcitur, cum etiam res poſsibiles, futuræ, & præteritæ ſint obiecta cognoſcibilia, à facultate intelligendi. Huius ratio à priori deduci debet ex maiori, aut minori potentiarum cognoſcendi perfectione, nam quædam ob maiorẽ materialitatẽ, & minorem perfectionem non ſentiunt, niſi obiecta non modo ſibi coexiſtentia, verum & ſpatio loci in diſtantia, vt guſtus, & tactus, quædam propter naturam eleuatiorem percipiũt obiectã, ſpatio diſsita, licet ſibi coexiſtẽtia, vt viſus, auditus. Potentiæ vero ſpirituales, quæ perfectiſsimæ ſunt, attingere queunt obiecta non ſibi coexiſtentia, & duratione lõgiſsimo interuallo diſsita, ita voluntas noſtra deſiderat bonum tempore abſens, & ſperat futurum arduum; ita etiam intellectus fertur in futura, & pręterita. Dubitari ſolet, quãta perfectio requiratur in his potentijs ad hoc vt intueri poſsint hęc abſẽtia obiecta, verũ quãta quãta illa ſit, negari minime poteſt menti diuinæ, de qua eſt modo ſermo noſter. His manet dilutũ hoc argumẽtũ, in quo fuſiſsime procedit M. Cu-

Nihil eſt antecedẽs coexiſtens cum ſcientia, in qua cognoſcitur futurum.

90 riel, qui ad alias ſolutiones ſermonẽ diuertit.

Aliud argumentũ, à noſtris eformatũ.

Hinc etiam dilues aliud, quod plus iuſto torſit quoſdam ex noſtris, & ſic ſe habet. Hodie verum eſt, pænitẽtiam Petri eſſe cras futuram, ſi ſic vocetur & id verum erat ab æterno, tunc ſic, vel eam eſſe futuram eſt quid à ratione fictum, vel quid reale exiſtens independenter à ratione, non primum, quia ſi penderet à ratione fingente veritas illa, vt ratio fingit eſſe futuram pænitentiam, ita fingere poterat, non eſſe futuram, & cum fictio hæc in tempore fieri debeat, ab æterno verum eſſe non poſſet, pęnitentiam Petri cras eſſe futuram, ſi ſic vocetur; non ſecundum, quia nullum ens reale eſt ab æterno exiſtens, præter ipſum Deum, quo fit nihil relinqui ex parte obiecti, in quo Deus futura hæc cognoſcere poſsit.

Hoc argumentum, & commune eſt futuris abſolutis, & à me dilutum in doctrina tradita. Reſpondeo igitur futuritionem conditionatã pænitentiæ Petri includere exiſtentiam pænitentię craſtina die, ſi ſic vocaretur, vt ſæpe explicui, & perperam quæri exiſtentiam futuritionis conditionatæ antecedentem, ab æterno exiſtentem, cum diſtincta non ſit ab ipſa exiſtentia pænitentiæ futuræ craſtina die ſub conditione vocationis. Vt introſpicias id, in quo hallucinati ſunt, animaduerte, eos in mẽte ſua formaſſe duas has propoſitiones, alteram de pręſenti, futuritio cõditionata exiſtit ab æterno, alteram de futuro, pænitentia Petri erit cras, ſi vocetur, poſuiſſeque obiectum prioris eſſe futuritionem formalem, præſentem, & coexiſtẽtem ex æternitate ſcientiæ Dei, & diſtinctum ab obiecto alterius propoſitionis, in quo ſane videntur defeciſſe, vt perſpicue oſtendi (ni fallor) diſp.6.cap.6. explicans abſolutam futuritionem, nam ex his duabus propoſitionibus, illa prior de præſenti falſa eſt, & inuoluit implicationem in terminis. Nulla etenim futuritio ſecũdum omnia, quæ importat plenè, & ſimul exiſtere poteſt: illa vero propopoſitio hodie verũ eſt, pænitentiã Petri cras fore, ſi vocetur & ab æterno verũ eſt. Diſtingui poterit claritatis gratia, cũ in materia verſatur controuerſia, verũ eſt ratione alicuius futuritionis præſentis obiectiuæ coexiſtentis cũ propoſitione, quæ exiſtit mente diuina, nego. Verũ eſt propter hanc propoſitionem diuinã, id affirmantem, quæ habet obiectũ ipſam exiſtentiam pænitẽtiæ craſtinam, ſi ſic vocetur, cõcedo, & cũ petit, an futurum conditionatũ ſit futurũ, vel reale, vel rationis. Reſpondeo eſſe ens reale, non vero æternum, ſed in tempore exiſtens conditionate, veritas vero eius propoſitionis, quæ affirmat, pænitentiam Petri cras futuram, ſi ſic vocetur, non ſolũ realis eſt, ſed etiã æterna, quippe, quæ in mente diuina exiſtit. Argumentũ vero ex hac veritate formali, in mẽte diuina ex æternitate exiſtente, & male deducebat veritatem realem obiectiuã, ei coexiſtentem, & futuritionem antecedẽter, & ſimul ſecundum omnes partes exiſtentem

Commune eſt abſolutis futuris & ei ſit ſatis.

Digitized by Google

DISPVTATIO OCTAVA.

DE

NON ENTE, ET MALO FORMALITER,

vt ſunt obiecta Scientiæ Dei.

Diſtincta duobus capitibus.

In 1. Deus cognoſcit entia rationis, non fingit.

In 2. Deus cognoſcit omnia mala, explico modum, quo ea cognoſcit.

ARTICVLVS NONVS.

VTRVM DEVS HABEAT SCIENTIAM NON ENTIVM.

COnclusio Sancti Thomæ affirmatiua.

ARTICVLVS DECIMVS.

VTRVM DEVS COGNOSCAT MALA.

COnclusio Sancti Thomæ. Mala Deus per bona cognoſcit.

Cap. I. Deus cognoſcit entia rationis, non fingit.

1 *Duplex opinio de modo fingẽdi entia rationis.* CIRCA modum, quo nos fingimus entia rationis, duplex eſt opinio. Prima, & magis cõmunis docet, cum nos fingimus hæc entia, reſpondere conceptioni fingenti, in re concepta, & ex parte obiecti aliquod efficienter fictum, ab ipſa conceptione, extra omnem latitudinem entis realis. Hanc ſentẽtiam bene explicat, & tuetur P. Suarez 2. tom. Metaphyſicæ, diſp. 54. Sect. 2. & tom. 1. in 3. parte. diſp. 6. Sect. 6. Pater Vazquez 1. parte 2. tom. diſp. 115. cap. 2. numero. 4. & 5. vbi diſtinguit hoc diſcrimen inter voluntatem ordinantem vnam rem ad aliam, & intellectum comparantem inter ſe res, quæ non referuntur, & ait intellectum vim habere, ente rationis à ſe producto, faciendi obiectum ſibi præſens, non voluntatem.

P. Suarez. *P. Vazquez.*

Secunda ſententia negat intellectui hanc virtutem quaſi effectricem entis rationis, & arbitratur, quidquid reſpondet ex parte obiecti, diſtinctumq; eſt ab actu intellectus, eſſe in ſe ens reale, & licet per imaginationẽ, & repreſentationẽ intellectus applicẽtur res aliquę reales ſubiectis, quibus repugnat eas habere, vt quando Deum imaginamur, vt relatũ relatione prædicamẽtali ad creaturas & partes humanæ naturæ, & equinæ reali vnione cõnexas, 2. Sententia

mente,

mẽte cõſtituimus, at quicquid ex parte obiecti reſpõdet noſtrę repreſentationi ſemper in ſe aliquid reale eſt. Itaque in hac ſententia ens rationis eſt totum quodam inexiſtibile, vt obijcitur menti, licet alias conſtet ex partibus realibus, vnde eſſentialiter conſtat, tum ex re repręſentata, tum ex ipſa repręſentione extrinſeca rebus in eſſe rei, eſſentialis vero, quatenus eſt ipſa coniunctio, ſeu applicatio entis realis alteri, cui repugnat coniungi, ſeu applicari. Hanc ego ſententiam defendi in Logica, & in eam propendent Conimbricenſes in Logica quæſt. 6. in præfatione in Porphirum art. 1. licet non ſatis accurrate rem explicauerint, & quidem ſententia hæc, hoc habet commodi, quod fugit fictionem quamdam, cum ſine fundamento tribuant aſſertores huius ſententiæ intellectui duas virtutes, aliam repręſentandi formaliter obiectum, aliã efficiendi in ipſo, & extra ſe ens fictum. Ad hæc, hoc modo formandi entia rationis, quæ communis ſententia docet de eis ſufficienter, & in proprio ſenſu explicãtur, quare ergo tribuamus intellectui eam geminatam virtutẽ.

Non habet intellectus cũ fingit entia rationis duas virtutes, alteram repræſentãdi obiectũ alterã efficiendi in ipſo ens fictum.

2 *Deus nõ fingit entia rationis.* 1. Con.

His poſitis, dico primo, ſcientia Dei non effingit entia rationis. Hanc cõcluſionem docet P. Vaz. ſupra numero 1., ego eã probo duplici ratione. Prima, omnis, qui fingit entia rationis, concipit rẹm alio modo, ac eſt in ſe, ſed Deus nequit cõcipere rẽ alio modo, ac eſt in ſe; ergo nequit fingere entia rationis, maior propoſitio cõſtat ex doctrina ſecũdæ ſentẽtię, minor probatur, quia concipere rem alio modo, ac eſt in ſe, prouenit ex imperfectione in modo concipiendi, vt quando concipimus ſpirituale inſtar corporei: & abſolutũ per ſpecies relatiuorũ, & non ens, vt ens. Ergo & cet. Itaque cum Deus cognoſcit hominem eſſe cæcum, non eſſe equum, & alia id genus concipit ea, vt ſunt in ſe, ſcilicet, & naturam hominis cum priuatione viſus, & cum negatione naturæ equinæ, non vero admodum entium poſitiuorum, ſicut humana mens, non ergo fingit entia rationis.

Secunda ratio eſt, vel cum intellectus humanus confingit ens rationis, id efficit per iudicium falſum, quo affirmat habere vnionem inter ſe extrema, quæ repugnãt vnioni: vel per ſolam ſimplicem aprehenſionem extremorũ ea vnita repræſentantem, quæ aprehenſio ex natura ſua foret principium iudicij falſi, ſed neutro modo Deus fingere poteſt entia rationis; ergo & cet. probo minorem, quo ad primam partem, nam Deus habere non poteſt iudicium falſum, quo ad ſecundam probo, quia repugnat eſſe in Deo ſimplicem aprehenſionem formalem, etenim cognitio hæc ex ſe imperfecta eſt, vt docui diſp. 5. cap. 5. ne dum habere poſsit illam ſimplicem aprehenſionem imperfectam, & confuſam, quæ ex natura ſua inclinat ad iudicium falſum, nam vt præmiſſæ euidentes, & bene diſpoſitæ, inferunt concluſionem veram, & confuſæ, & indiſpoſitæ ſæpe falſam, ita ſimplex aprehenſio directa rei, vt eſt in ſe, eſt principium iudicij veri, obliqua vero, & confuſa iudicij falſi.

3 2. Con.

Dico ſecundo, Deus cognoſcit entia rationis, non vero cognitione fingente, hæc concluſio eſt expreſſa S. Th. in hoc art. 9. in quantum ait, Deum cognoſcere omnia, quæ ſunt in potentia opinandi, vel imaginandi, vel quocunque modo ſignificandi, & ibi, *& pro tanto dici poteſt, quod Deus habet non entium ſcientiam.* Probo ratione, quia ens rationis nihil aliud eſt, quam cognitio humana, cum obiecto reſpondente, repugnante exiſtere, ſed Deus cognoſcit humanam cognitionem quamcunque. Item obiectum eo modo, quo eſt obiectũ eius, ergo cognoſcit ens rationis, maior conſtat ex doctrina noſtra in ſecunda ſententia, minor per ſe eſt manifeſta, ergo &c.

S. Thom.

Deus cognoſcit entia rationis.

Obiectio.

Sed obijcies, ergo cognitio hæc, qua Deus cognoſcit ens rationis, etiam fingit illud, contra primam concluſionem, probo conſequentiam, quia per nos fingere ens rationis nihil aliud eſt, quam mente repręſentare res reales inexiſtibiles in ſe, ſed Deus ea repræſentat expreſſe mente ſua, ergo fingit ens rationis. Aduerte obiectionem hanc locũ habere, etiam in prima ſententia, conſtituẽte ens rationis, in aliquo ficto per intellectũ ex parte obiecti, quare enim reſultet hoc fictum, dum mens creata illud repræſentat, & non reſultet dum mens diuina, maxime cum reſultantia hæc, non ſit ratio alicuius imperfectionis in mente.

P. Vaz. q.

P. Vazq. affirmat voluntatem non fingere ens rationis, quia ſupponit fictum.

Pater Vaz. vbi ſupra, ideo ait, voluntatem non efficere ens rationis fictum, quia id factũ ſupponit per intellectum. Hoc ſi verum eſt, valeret ad tuendam noſtram concluſionem, in qua negamus, Deum fingere ens rationis, quia mens diuina cum cognoſcit illud, ſupponit, tanquam obiectum, fictionem humanam, ſaltim poſsibilem, & per eam conſtitutam eſſentiam entis rationis.

Impugnatur.

Verum veram non arbitror doctrinam P. Vaz. primo, quia in quacunque ex opinionibus præfatis, diſtinctum eſſet ens rationis, quod voluntas fingeret, quam quod intellectus, ſicut actus ipſi voluntatis, & intellectus diſtincti ſunt, qui vel in genere cauſæ efficientis efficiunt ens rationis, vel in genere cauſæ formalis conſtituunt, vnde voluntas

Digitized by Google

luntas non ſupponit factum ens rationis, ab ipſa efficiendum. Secundo quia negari non poteſt fore ſaltim numero diſtincta entia rationis facta ab intellectu, & à voluntate, at non repugnat entia rationis numero multiplicari, vt conſtat in entibus fictis à duobus intellectibus numero diſtinctis. Ergo poteſt voluntas fingere ens rationis, cũ amat Chymæram, cum vult, Deum realiter referri ad creaturas, & alia huiuſmodi, nihil impediente fictione præſupoſita intellectus, propter quæ ego cenſeo voluntatem noſtram etiam fingere ſua entia rationis.

Ad obiectionem, nego ſequellam, ad probationem nego maiorem, quia ens rationis, vltra cognitionem rerum inexiſtibilium, quã tribuimus Deo, addit imperfectionem in cognitione, quæ nequit tribui Deo, ſcilicet vel iudicium falſum, vel appræhenſionem ſimplicem confuſam, inclinantem ad falſum iudicium, Deus vero, cum hæc cognoſcit, neutrum horum habet, ſed diſtinctiſsime iudicat, partes obiecti in ſe vnibiles non eſſe, & actũ creatum per repręſentationem eas extrinſece vnire, hoc vero fingere non eſt, ſed vere partes entis rationis diiudicare.

Petes, an Angelus entia rationis fingere poſsit? poſſe non dubium, quia illi non repugnant cognitiones imperfectæ, quas diximus, de hoc fuſius ſuo loco. *Angelus fingere poteſt entia rationis.*

Cap. 2. Deus cognoſcit omnia mala, & explico modum, quo ea cognoſcit.

5 *Mala omnia in 3. differẽtia*

MALA omnia ſunt in triplici differentia, alia naturæ, alia pœnæ, alia culpę. Mala naturæ cognoſci à Deo docet ſacra ſcriptura ſap. 8. ibi *ſcit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argumentorum, ſigna, & monſtra ſcit, antequam fiant.* Mala pœnæ Amos 3. ibi *ſi erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit,* & numerantur plura mala pœnæ; quod autem Deus facit, ſcit. Denique mala culpæ Deum præſcire teſtatur Dauit Pſal. 68. *Deus tu ſcis inſipientiam meam & delicta mea à te non ſunt abſcondita,* & pſal. 89. *poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo,* & Geneſ. 6. *Videns autem Deus, quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum,* & Prouerb. 15. ibi *in omni loco oculi Domini concontemplantur bonos, & malos.* Et ratio manifeſta id conuincit, nam cum mala pœnæ taxentur à Deo, per prouidentiam ſecundum dignitatem malorum culpæ, & infligantur per omnipotentiam, neutra Dei ſcientiam latere poſſunt. Si vero aliquãdo in ſacra ſcriptura ſignificari videtur, Deum neſcire mala culpæ, vt Abac. 1. *mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris,* intellige de ſcientia approbationis, quæ ad nudam ſpeculationem addit complacentiam Dei in malis, nam vt de Saule dicitur in ſacra ſcriptura *non rectis oculis aſpexiſſe Dauidem,* quia ipſum proſequebatur odio: ita Deum non reſpicere hæc mala ait Abac. *mundis oculis,* hoc eſt approbante ſcientia, quia ea odio habet. At vero ea præſcire ibi etiam teſtatur eodem verſu, *quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe.*

Sap. 8. Amos. 3. Pſal. 68. Pſal. 89. Gen. 6. Prob. 15. Abac. 1.

Solum in hac re aliquid difficultatis habere poteſt, explicare modum, quo Deus hæc mala cognoſcit: in quo nota, ſi vera eſt opinio, quæ affirmat omnem rationem mali in poſitiua ratione cõſiſtere, dicendum eſſe mala hæc cognoſci à Deo in ſe ipſis, idque triplici ſcientia, cum poſsibilia ſunt, ſimplicis intelligentiæ, cum futura ſub conditione ſcientia media, cum exiſtentia ſcientia viſionis *Si ratio mali poſitiua eſt in ſe ipſa triplici ſcientia cognoſcitur à Deo.*

Petet aliquis, an ipſa cognoſcat ea in ſua omnipotentia de malis naturæ, & pœnę locum non habet dubitatio, idem enim dicendum, quod de reliquis poſsibilibus docui diſp. 5. cap. 3. de malo à culpæ dubitatio propoſita ſic diffinienda, ſi vero eſſet opinio Deum ſolum concurrere, & concurrere poſſe directe ad rationem communem, & per concurſum ſuum præſcindere eam à ratione particulari, in qua ſita eſt malitia, eo quod omnipotentia Dei eam non contineat, vt potentiæ noſtræ ſine gratia non continent actuum ſupernaturalitatem, dicendum foret Deum non cognoſcere mala culpæ formaliter in ſua omnipotentia, quia ea licet ſit cauſa totalis in ratione cauſæ primæ, at ſimpliciter, & abſolute comparatione horum malorum cauſa partialis eſt. Ad effectum vero cognoſcendum in cauſa neceſſaria eſt cognitio cauſę totalis, nam vbi non cõtinetur totus effectus, totus cognoſci nequit, ſicut ſupernaturalitas nequit cognoſci per comprehenſionem cauſarum naturalium: at vero in ſua omnipotentia, ſimul cum volũtate creata Deus cognoſcere poteſt mala hæc vt poſsibilia. *Qui pacto Deus cognoſcat, aut non cognoſcat mala culpæ in ſua omnipotentia.*

Obiicies, Deus ipſas potentias volendi cognoſcit in ſua omnipotentia ſola, ergo, & omnes effectus omnipotentię, ſaltim tanquam in obiecto remoto poteſt cognoſcere. *Obiectio.*

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondeo obiectionem hanc mihi probare ſuum intentum; nam ſi voluntas noſtra cognoſcitur à Deo comprehenſiue in ſua omnipotentia, non poſſunt non cognoſci omnes effectus poſsibiles voluntatis noſtræ, ac maxime poſitiui; & cum in doctrina, in qua procedimus poſitiui ſint, etiam ſecundum malitiam neceſſario cognoſci debent in omnipotentia a ſcientia comprehendente voluntatem. At intentum probat obiectio contra ſententiam falſam, quæ affirmat duo aliena à veritate. Primum, concurſum Dei ex directo modo influendi præſcindere rationem communem in actu à ratione particulari, in qua eſt malitia, hoc impugnaui diſp. 6. cap. 3. & diſp. 7. cap. 7. Alterum eſſe quandam rationem poſitiuam differentialem, quæ natura quædam eſt, & perfectio Phyſica pertinens ad integritatem Phyſicam eſſentiæ actus mali, & non eſſe contentam in omnipotentia Dei, quod per ſe abſurdum eſt; & ſolum excogitatum, vt fugiatur difficultas de Deo cauſa peccati, quæ tamen aliis modis vitari poteſt, vt opportunis locis dicendum. Age, quo pacto quæſo Deus poteſt continere voluntates noſtras ſecundum vltimas earum differentias, per quas influunt in poſitiuas entitates particulares actuum, in quibus malitiæ conſiſtunt, quin etiam contineat eas. Etenim vt ex continentia cauſæ in ordine ad ſcientiam. bene infertur cognitio effectuum in cauſa: ita in ordine ad omnipotentiam ex continentia cauſę, in ea bene infertur continentia effectuum. Ergo ſententia illa falſa hinc inde reuincitur falſitatis, tum argumentis noſtris, quæ efficaciter probant in omnipotentia Dei malum culpæ cognoſci non poſſe, ſi eſt ſolum cauſa partialis, tum his argumentis cognoſci debere. Quapropter dicendum cenſeo, & omnipotentiam Dei continere malitias ipſas, ſi poſitiuæ ſunt; & directe in eas influere; & ſcientiam Dei in ea omne malum culpæ vt ſic cognoſcere; nec denique inde fieri, Deum eſſe cauſam, & authorem peccati.

Omnipotētia Dei continet malitias peccatorū directè, ſi poſitiua ſunt; & in ipſa à ſcientia cognoſcūtur.

7

In opinione vero, quæ affirmat, mala hæc in priuatione conſiſtere: circa modum, quo cognoſcit hęc mala, duplex eſt dubitatio. Prima generalis, quo pacto Deus non entia, vt priuationes, & negationes, & quo medio cognoſcat. Secunda an per ſuam bonitatē Deus mala culpæ cognoſcat? vtramque attingit D. Thom. in hoc articulo 10. & circa primam, ait Deum cognoſcere mala per hoc ipſum, quod cognoſcit bona ſibi oppoſita, quia vnumquodque eſt cognoſcibile, ſicut eſt: cum ergo eſſe mali ſit priuatio boni, per boni cognitionem mala cognoſcit, id confirmat ex D. Dionyſio cap. 7. de diuinis nominibus poſt medium, vbi in hæc verba, *quemadmodum etiam lux per cauſam in ſe tenebrarum notitiam anticipatam, & informatam habet, quod non aliunde, quam ex luce tenebras nouit*, ecce Dionisius tenebras docet cognoſci per lucem, ergo pariter omnis negatio, & priuatio per formā negatam, & priuatā cognoſcenda eſt.

S. Th.

Si malitia in priuatione conſiſtit, qua ratione cognoſcatur à Deo.

S. Dion.

Nota 1.

Quo pacto Deus cognoſcat malū per bonum.

Doctrina hæc digna eſt, quam quicumque Doctor Theologus veneretur, at ſuo muneri non ſatis faciet, qui eam amplius non explicauerit, atque illuſtrauerit. Noto primo, cum dicunt hi Patres malum, quod in carentia boni conſiſtit, cognoſci per bonum priuatum, non eſſe ita intelligendum, vt cogitemus, ipſam repræſentationem bonitatis oppoſitæ eſſe repræſentationem mali: nam vt repræſentatio actus charitatis, exempli gratia, non eſt repræſentatio aliorum vitiorum, aut virtutū ita nec vitij odium Dei, idem dico de repręſentatione viſus comparatione cæcitatis, & lucis comparatione tenebrarum.

Nota 2.

Negatio entis in ſe actu poſitiuo concipi poteſt

Nota ſecundo, quæcunque intellectum ad hæc obiecta ferri poſſe & per aſſenſum, & per diſſenſum, vt cum dicimus, homo eſt non equus, aut homo non eſt equus, vel ad naturā hominis conſequitur negatio equi; Quo fit per ipſam negationē in ſe cognoſci, atque repræſentari, nec enim poſſet eſſe extremum formale propoſitionis, niſi obiectum per terminos ſignificatum in mente conciperemus: at qui cum intellectus format aſſenſum aut diſſenſum circa hæc non entia, propoſitio verſatur circa illa, tamquam circa obiecta per ſe extremorum propoſitionis. ergo hæc non entia cognoſcuntur, & repræſentantur, vt in ſe ſunt ab intellectu, maxime diuino. Nec obſtat ea in ſe nullius eſſe entitatis, nam nihil repugnat repræſentationem intellectualem in ſe poſitiuam, & intentionalem terminari ad non ens Phyſicum, quemadmodum voluntas actibus poſitiuis fugæ terminatur ad hæc mala; inter potentias enim materiales, & ſpirituales hoc eſt notandum diſcrimen, quod illę in ſe non percipiunt negationes ſuorum obiectorum actibus poſitiuis, bene ſpirituales, nam potentia videndi, exempli gratia non percipit tenebras poſitiue, nec potentia audiendi negationem ſonus, ſed beneficio intellectus percipiuntur tenebræ, cum homo ingreditur locum tenebricoſum, oculis apertis experitur ſe nihil videre, potentia videndi non percipit tenebras, imo nec ſpeciem, neque actum habet, ſed intellectus iudicat aerem illum carere lumine.

Nota 3.

Nota tertio, diſcrimen inter repręſentationem boni, & mali: quod bonitas ſola repræſentari poteſt abſque vlla non entis repræſentatione

ſentationē

Digitized by Google

DISPVTATIO NONA DE DIVISIONE SCIENTIAE DEI.

Diſtincta capitibus tribus

Caput 1. Explicantur variæ diuiſiones ſcientiæ Dei.

2. Quid reſpondeat ex parte obiecti, triplici ſcientiæ Dei.

3. Diuiſio ſcientiæ Dei, in practicam, & ſpeculatiuam.

ARTICVLVS DECIMVSSEXTVS.

VTRVM DEVS DE REBVS HABEAT SCIENTIAM SPECVLATIVAM.

CONcluſio S. Thom. ſcientia Dei de rebus & ſpeculatiua eſt, & practica. Hæc concluſio accuratè explicatur. cap. noſtro 3.

Caput primum. Explicantur variæ diuiſiones ſcientiæ Dei.

1 HVCVSQVE ſcientiæ Dei exiſtentiam, & naturam perſcrutati ſumus pro modulo noſtro, exiſtentiam in prima diſputatione, naturam ſecundum ſibi intrinſeca in ſecunda, atque tertia eandem, vt ex obiectis capi poteſt notitia naturæ ſcientiæ in quarta vſque ad octauam excurrentes omnia ipſius obiecta, in hac diſputatione aggredimur diuiſionem ſcientiæ Dei. Nam licet ipſa in ſe vna ſit, atque ſimpliciſſima, ratione noſtra quaſi partes habet, in quas diuidi poteſt, modo per ordinem ad diuerſa obiecta, modo per ordinem ad libertatem, & neceſſitatem, vt in progreſſu dicendum.

S. Th. art. 9.

Diuiſio ſcientiæ Dei, in ſimplicem intelligẽtiam & viſionem.

Et primo occurrit explicanda diuiſio illa ſcientiæ, in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & viſionis, quam tradit S. Thom. in hac quæſt. 14. art. 9. in hæc verba, *quædam licet non ſint nunc in actu, tamen vel fuerunt, vel erunt*, & omnia iſta dicitur, *Deus ſcire ſcientia viſionis*, & Paulo inferius, *quædam vero ſunt, quæ ſunt in potentia Dei, vel creaturæ, quæ tamen nec ſunt, neque erunt, nec fuerunt, & reſpectu horum, non dicitur habere ſcientiã viſionis, ſed ſimplicis intelligentiæ.* Ecce ſcientiam viſionis explicat, per ordinem ad exiſtentiam in æternitate, ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, per ordinem ad poſsibilia; ex quo colligendum, hanc ſcientiam ſolum habere pro obiecto creaturas, nam nihil increatum poſſibile eſt. Illam vero, & creaturas, & increata omnia, quæ formaliter ſunt in Deo, etenim his omnibus competit exiſtere in æternitate. 2

1. Dubitatio an creaturæ exiſtentes etiam cognoſcãtur ſcientia ſimplicis intelligẽtiæ præter ſcientiam viſionis.

Hinc ortum habet dubitatio quædam, an creaturæ exiſtentes in æternitate, cognoſcãtur ſcientia ſimplicis intelligentiæ, vltra viſionem? In qua re obſerua, non poſſe è conuerſo ſimilem dubitationem moueri de ſcientia viſionis, nam ſi ſtamus expreſsis verbis S. Thom. reſpectu eorum, quæ ſunt in potentia Dei aut creaturæ, que tamen nec ſunt, nec erunt, nec fuerunt, non dicitur habere ſcientiam viſionis, itaque ſine imperfectione in ſcientia viſionis, ea non ſe extendit ad creata poſſibilia, ex quo fieri videtur argumentum ad probandum, nec ſcientiam ſimplicis intelligentiæ ſe extendere ad creata exiſtentia, probo hanc illationem, nam ſi propter aliquam rationem ei ſcientiæ aſsignandum eſſet vniuerſale obiectũ, maxime, ne taxatione limitati obiecti imperfectionem aliquam in eam

S. Thom.

Pars quæ negat proponitur.

gis explicanda.

5 Hanc vero, eſſe adæquatam diuiſionem, nec ſcientiam conditionalem eſſe mediam inter hæc membra, probat primo authoritas S. Th. in hoc art. 9. vbi diuidens ſcientiam Dei in hæc duo ſolum membra partitur, & nullam alterius membri facit mentionem, cui modo loquendi conſentiunt iam omnes Theologi communiter.

Secundo, probat ratio, quam ibidem inſinuat; nam cum duo membra diuiſionis diſtinguntur per rationes contradictorias, nullum medium inter ipſa aſsignari poteſt, ſed hæc duo membra diſtinguntur per rationes cõtradictorias, ergo inter ipſa non poteſt eſſe aliud tertium membrum medium: probo minorẽ, nam diuiſio hæc non eſt in ſcientia Dei ſecundum ſe; quæ nullas habet partes, ſed per ordinem ad obiecta, atqui obiecta opponuntur contradictorie, ergo membra diuidendia opponũtur contradictorie; quod vero inter obiecta ſit oppoſitio contradictoria, ſic declaro, quia obiectum ſimplicis intelligẽtiæ eſt illud, quod in ſuo conceptu obiectiuo non includit exiſtentiam actu exercitam, contra vero obiectum ſcientiæ viſionis eſt illud, quod in ſuo conceptu obiectiuo includit exiſtentiam, actu exercitam, ſed de quacumque rei intelligibili verificari debet alterũ membrum ex ijs: vnde etiam de ipſis obiectis conditionatis, aut verũ eſſe debet in ſuo conceptu obiectiuo non includere exiſtentiam actu exercitam, aut includere, ergo inter obiecta hæc eſt cõtradictoria oppoſitio, & quia re vera res conditionate futuræ non includunt exiſtentiam actu exercitã, quippe quæ nunquam erunt præſentes æter-
6 nitati, neque extrahendæ ſunt à poſsibilitate; ideo à præfatis doctoribus reuocatur ſcientia conditionalium ad ſimplicem intelligentiam.

Io. Vincentius. Controuerſia hæc eſt de modo loquẽdi. Authoris reſolutio.

Quia controuerſia hęc multũ habet de modo loquendi, breui me ab ea expediam, & primo non probo rationem, quare Magiſter Ioa. Vincentius cenſuit, tertium membrum inter hæc addendum eſſe, etenim Deum per ſuam voluntatem complacentiæ approbare obiectũ exiſtẽs, aut odio habere, vt peccata, ad quę ſolum cõcurrit, vt cauſa 1. per voluntatem cooperantem, nõ vero complacet in illis, hoc (inquam) non variat obiectum, in ratione intelligibilis, quia ſiue approbetur, ſiue non approbetur eodem modo habent exiſtentiam exercitam, ergo propter approbationis ſcientiam, quæ ſolum addit ex parte voluntatis ſpecialẽ actum, tertium membrum in ratione ſcientiæ addendum non eſt.

Scientia approbationis non cõſtituit 3 membrũ diuiſionis in ſciẽtia Dei.

Quo ad ſcientiam conditionaliũ recognoſcenda, quæ dixi diſp.7. cap. 10. ſub finem, ego
7 ſic iudico; probare ſane, quæ retuli eam magis pertinere ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, non vero negandum obiecta eius ſcientiæ aliqua ratione eſſe extracta ab obiectis puris ſimplicis intelligentiæ, vt præciſe obiecta eius ſcientiæ ſunt. Hác ſecundã partem ſic declaro, ex noſtra doctrina diſp.7. cap. 1. num.3. mens noſtra duo ſigna rationis, cum fundamento in re conſiderare poteſt, alterum proprium poſſibilium, alterum proprium horum conditionatorum, inſtãs poſsibilium prius eſt ratione inſtanti proprio cõtingentium conditionatorum, quia quod à pluribus depẽdet poſterius eſt, quam quod à paucioribus, ideoque in quacumque re ablata per impoſsibile, eius poſsibilitate neceſſario aufertur futuritio cõditionata, non vero è cõuerſo, ex ablatione futuritionis conditiõnatæ fit eam non eſſe poſsibilẽ. Pono exemplum in eo actu, quo Petrus negauit Chriſtũ Dominum ad hoc, vt actus ille eſſet poſsibilis, ſolum neceſſaria erat exiſtentia liberi arbitrij eius, quocumque loco, & tempore exiſteret, & quæuis repræſentatio ex parte intellectus bonitatis, & malitiæ obiecti eius actus, & cõcurſus generalis præparatus ex parte Dei: ad futuritionem vero conditionatam eius peccati, vltra hęc enarrata, nęceſſariũ erat voluntatẽ Petri exiſtere in certo loco, & tempore, & intellectum eius repræſentare incommoda, & pericula imminentia certo quodam modo, ſi Chriſtum confiteretur, item negare ipſi Deum auxilium efficax, quo infallibiliter non negaret, ergo futura conditionata aliqua ratione extracta ſunt ab obiectis ſimplicis ſolum intelligẽtiæ, nempe præciſe poſsibilibus, ergo licet non habeant exercitium exiſtentiæ, vt obiecta viſionis habent tamen aliquod exercitium conditionatum, à quo præſcindunt, in inſtanti rationis declarato obiecta mere poſsibilia.

Itaque licet obiecta poſsibilia, & conditionate futura, conueniant in negatione exercitij exiſtentiæ pro tota ęternitate, & ſecundũ hanc rationem pertineant ad ſimplicem intelligentiam, at membrum hoc in duo alia ſubdiuidẽdum eſt: nempe in præciſe poſsibilia, & in poſsibilia conditionate futura, quæ vt inter ſe diſtincta ſunt, ita ratione noſtra in Deo diſtinctas ſcientias diſtinguere poſſumus, hæc vero membra inter ſe diſtincta eſſe oſtẽdi iam, & ſic amplius declaro, pone per impoſsibile, cor alicuius hominis adeo in duratũ eſſe, & oculos obcæcatos, vt nullum noſcat Deus auxiliũ efficax, quo ille conuertendus ſit in hac hora, quæ illi ſupereſt vitæ, illius cõtritio poſsibilis eſt, quis hoc dubitet? non vero futura ſub
conditione, ergo obiectum præciſe poſsibile 8
diſtinctũ eſt ab obiecto conditionate futuro.

R. ad arg. ad 1.

Hinc facile reſpondeo ad argumenta op-

Scientia conditionalium cõtingentiũ cõmodius reuocatur ad liberã, quam ad naturalẽ. vt terminatur ad creaturas, in quantum reſpicit rem ſimpliciter poſsibilem, & quæ numquam exiſtet in tota æternitate, qua propter vt dixi in ſuperiori diuiſione ſcientiam hanc eſſe mediam inter ſimplicis intelligentiæ, & viſionis ſcientiam, & magis habere de ſimplici intelligentia, & commodius ad eam reuocari: ita modo dico mediam eſſe inter naturalem & liberam, & magis habere de libera, quam de naturali, & commodius ad illam, quam ad hanc reuocari.

R. ad arg. Ad argumentum reſpondeo, illud membrum non neceſſarium ſubdiuidendum eſſe in alia duo membra, nam aut eſt non neceſſarium abſolute, quod pendet à decreto libero, exiſtente in Deo, aut eſt non neceſſarium conditionarum, quod nullum præſupponit decretũ liberum exiſtens in Deo. De primo non neceſſario eſt ſcientia pure libera, de ſecundo mixta, primum non neceſſarium purum non opponitur contradictorie cum neceſſario, quia eſt medium inter illa, ſcilicet ſecundum non neceſſarium, pro quo eſt ſcientia libera conditionalis, quam iure optimo mediam appellamus, recognoſce dicta diſp. 7. cap. 10. & ſupra numero 9.

Caput. 2. Quid reſpondeat ex parte obiecti triplici ſcientiæ Dei.

11 MATERIA huius capitis in noſtris gymnaſiis nata, indagine, & diſcuſsione noſtrorum Magiſtrorum adoleuit, & quidem digna eſt, cui inter ſapientes locus detur non contemnendus. Quæſtionis ſenſus is eſt, an aliquid ex parte obiecti cognoſcatur à ſecunda ſcientia, quod non fuerat à prima cognitum, & an aliquid à tertia, quod non à ſecunda. Modo ratio dubitandi vtrinque proponenda, pro parte affirmante facit hæc ratio, nam ſcientia ſimplicis intelligentiæ ſolum cognoſcit quidditatem obiecti, proprietates, & accidentia, ſecundum ipſorum naturas, an vero obiectum illud habiturum ſit exiſtentiam, vel conditionate, vel abſolute nõ cognoſcit, niſi accidant ſecunda, & tertia ſciẽtia. Deinde ſecundo, res omnes poſsibiles ſecundum illum ſtatum cognoſcit Deus in ſua omnipotentia, vt vidimus diſp. 5. cap. 3. quia in ea continentur, & cum ipſa neceſſariam habent connexionem: at in omnipotentia nequaquam Deus cognoſcere poteſt, an res illa poſsibilis futura ſit, aut abſolute, aut conditionate, quantumuis eam ſuper comprehendat, ergo aliquid ſpeciale cognoſcit Deus per ſecundam & tertiam ſcientiam, & aliqua noua veritas reſpondet ex parte obiectorum. Ad hæc reducuntur, quæ pro hac parte produci ſolent.

Ratio dubitandi.

Pars affirmans.

12 *Negans.* Pro alia, quæ negat aliquid nouum reſpondere ex parte obiecti, ſic propono rationem dubitandi, ſummo Petrum iam productum in ſua differẽtia temporis, & nihil in ipſo ſignari poteſt ſiue intrinſecum, ſiue extrinſecum, quod ſcientia viſionis intueatur, quod prius cognitum non fuerat per ſimplicem intelligentiam; ergo nihil nouum ex parte obiecti reſpondet ſcientiæ viſionis, quod non reſpõderit ſimplici intelligentiæ, probo antecedens, in Petro in exemplum aſſumpto eſt eſſentia hominis, & exiſtentia; eſt indiuiduatio; eſt eſſentia & eſt exiſtentia proprietatum, & accidentium; hæc omnia cognita fuerant per ſimplicem intelligentiam, tum quia erãt poſsibilia, & omne poſsibile cognoſcitur per hanc ſcientiam, tum quia producta fuere à Deo dirigente actionem producentem, hac ſcientia, ergo præcognoſcente & dirigente, ſumme itẽ actionem, qua productus eſt, ſumme item decretũ liberũ Dei, quod ſcientiam de ſe indifferentem determinauit, ad dirigendam hanc productionem, actio hæc vt poſsibilis præcognita erat, decretum item, quo ad liberam terminationem, vt rationem poſsibilis ſubire poteſt, præcognitum erat. Deus enim priuſquam decerneret producere Petrum, optime nouerat, ſe poſſe decernere, ſi vellet, vt ſcientia illa ſimplicis intelligentiæ Petri regularet actionem eius productiuã, ergo nihil eſt Petro intrinſecum, aut extrinſecum ex parte eius, quod reſpondeat ſcientiæ viſionis, & non reſponderit ſcientiæ ſimplicis intelligentiæ.

Si reſpondeas, nihil horum fuiſſe cognitum per ſimplicem intelligentiam, ſecundum actuale exercitium exiſtendi: omnia vero hæc fuiſſe cognita ſecundum naturas, & quidditates. **1. Reſpon.**

Obiectio in promptu eſt, nam hoc actuale exercitium exiſtendi nihil addit reale ad ipſam rei actualem exiſtentiam; ergo, ſi concedis, totam rei actualem exiſtentiam ſecundum eſſe poſsibile præcognitam fuiſſe per ſimplicem intelligentiam, ipſum actuale exercitium poſsibile cognitum fuit. Ad hæc, licet actuale exercitium, ſeu exiſtẽtia adderet aliquid reale ad eſſentiam, non vitas efficaciam argumenti: nam hoc diſtinctum præcognitũ fuit vt poſsibile, ſicut reliqua accidentia, realiter diſtincta à natura præcognita fuere. Ergo ex hac opinione non fit ſatis argumento. **Cõfutatur.**

Q 2 Si reſpon-

Digitized by Google

2. Reſpon. Si reſpódeas ſecundo; à prima ſcientia cognoſci hæc omnia vt non entia in ſe, & ſolum vt entia in potentia, à ſecunda vero, & tertia ſcientia cognoſci, vt entia in ſe, vel conditionate, vel abſolute extra actualem entitatem potentiæ.

Cõfutatio. Obiectio in promptu eſt: nam in his eſſe non entia, ad veram eorum entitatem, tum eſſentialem, tum exiſtentionalem, ſolum addit negationem actualis exiſtentiæ, quæ actu eſt priuatiue, hoc eſt ſecundum priuatiuam exiſtentiam eo modo, quo poteſt cum ipſa ſunt in potentia, & eſt in potentia ipſum non eſſe, cum ſunt in actu res, vnde ſcientia ſimplicis intelligentiæ cognoſcit eam negationem veluti poſsibilem, cum poſsibilis eſt, & ſcientia viſionis, vt actu exiſtẽtem, dum actu eſt, eo modo quo negationes has cognoſcit Deus, vt explicui diſp. 8. cap. 2. ergo ad hanc ipſam negationem deuoluitur quæſtio cum omni ſua difficultate, quidnam amplius cognoſcat Deus in ipſa negatione, cum eam cognoſcit per ſcientiam viſionis, vt exiſtentem, ac cum eam cognoſcit per ſimplicem intelligentiam, vt poſsibilem.

13 *Pro authoris definitione quædam notãda.* His, & ſimilibus in quotidianis diſputationibus ſe ſe mutuo exagitant Magiſtri noſtri, non oportet referre, quæ ab ipſis dicta, licet ſapiẽter dicta, quia vt opinor, difficultati propoſitæ plene hucuſque ſatisfactum nõ eſt. Pro explicatione, noto primo, inter has tres ſciẽtias non eſſe diſtinctionem virtualem intrinſecam, quæ ſufficiat ad rationis præciſionem.

Notand. 1. *Virtualis diſtinctio intrinſeca duo habet* De hac diſtinctione virtuali intrinſeca ſæpe mentionem feci, & in ſpeciali diſp. 4. cap. 1. & in tractatu de Trinitate ex profeſſo explicanda eſt, ea duo habet. Primum quod ratione illius poſsit perſona producens communicare productæ vnum, non communicato alio, virtute diſtincto. Secundum quod de formalitatibus diuinis, ſic virtute diſtinctis, ſimul vera ſunt enuntiata contradictoria, at vbi non eſt hæc virtualis intrinſeca diſtinctio, ſolum relinquitur diſtinctio rationis ratiocinatæ, quæ ſumitur à noſtra mente penes ordinem ad extrinſeca connotata. Inter has ſcientias non eſſe virtualem diſtinctionem, id manifeſtum reddit, quod omnes perſonæ eas habent, abſque vlla oppoſitione inter ſe, vnde nequit communicari vna à perſona producente, non communicata alia, quo fit inter has ſcientias ſolum reſtare diſtinctionem rationis non præſcindentis, penes ordinem ad diuerſa connotata extrinſeca, tota igitur difficultas ſita eſt in declarandis his extrinſecis connotatis.

Nota. 2. Noto ſecundo, rem eſſe actu poſsibilem præciſe, duo includere, primum actualem exiſtentiam potentiæ continentis. Secundum negationem determinationis, ſeu indifferentiam ad producendum, & non producendum, nam quia res, quæ actu eſt producta, producibilis eſt, & etiam non producta, nec producẽda producibilis eſt; ideo producibile, ſeu poſsibile dicit præciſe actum primũ, hoc eſt, potentiam rem continentem cum indifferentia, ſeu indeterminatione ad alterum ex contradictorijs extremis, verbi gratia, conſidera voluntatem noſtram in actu primo, vt natura præcedit omnem determinationem, ſiue poſitiuam, ſiue omiſsiuam, pro illo naturæ priori indifferentiæ, quodcumque extremum ex contradictorijs poſsibile eſt: itaque creaturas eſſe actu poſsibiles, & dicit earundem naturã, & actualem exiſtentiam potentiæ continentis, & præciſionem ad exiſtendum, & non exiſtendum, nam licet ea, quæ contradictorie opponuntur, inter ſe medium non habeant, quippe, quæ opponuntur immediate: at in alio tertio ſtatũ medium, & indifferẽtem habere poſſunt. Obſerua hoc loco nos locutos de poſsibilitate libera, quæ ad rem noſtrã eſt, non de naturali, quæ vltra exiſtentiam, virtutis continentis, connotat intrinſecam determinationem eius, ad producendum effectum, niſi ab extrinſecis agentibus impediatur, poſsibilitas vero libera connotat indifferentiam intrinſecam principij continentis. 14 *Poſsibile præciſe includit duo.* *Diſcrimẽ inter effectum poſsibilẽ à cauſa libera & à cauſa neceſſaria.*

Nota. 3. Noto 3. exiſtentiam rei, eſſe actum intrinſecum formalem, determinantem indifferentiam potentiæ, in qua continebatur ad vnam partem, itaque res actu poſsibilis, & exiſtens non diſtinguntur in ſe, ſed ſolum ratione, penes diuerſa connotata, quod ea, quæ eſt poſsibilis, præciſe cõnotat actum extrinſecum, in potentia continente, & præſcindit ab actu in ſe, ſeu negatione eius, actu vero exiſtens connotat prædictum actum intrinſecum ſibi, & formalem. Hic obſerua duplicem eſſe actum exiſtentiæ; alterum abſolutum, alterum conditionatum, vt ſæpe explicui.

Nota. 4. Nota 4. ſemper nos procedere in ſententia, non diſtinguente eſſentiam ab exiſtentia, quia eam longe putamus veriorem, non quia in oppoſita eodem modo locum non habeat hæc difficultas, vt ſupra notaui.

15 Con. *Authoris definitio.* Ex his reſpondeo ad difficutatem propoſitam, & acquieſco parti, quæ negat aliquam formalitatem nouam, ex parte obiecti, reſpondere vni ſcientiæ re ipſa, quæ non reſpondeat alteri, hanc partem probant rationes dubitandi pro parte negatiua, & eam ſic amplius declaro, tum ex parte ſcientiarũ, tum ex parte obiectorũ: nam ſcientia ſimplicis intelligentiæ, ex parte rei ſecundũ intrinſeca, quæ habet, eſt ſcientia conditionalis, & ſcien-

Digitized by Google

& ſcientia viſionis, ergo nõ petunt in obiectis diuerſas formalitates obiectiuas; quia diuiſio hæc non eſt diuerſarum ſcientiarum in ſe, ſed diuerſorum noſtrorum conceptuum, penes diuerſa connotata ratione noſtra in obiectis, ergo concipere non debemus has ſciẽtias, quaſi in ſe ſpecie diſtinctas ſaltin ratione noſtra, & tamquam actus ſcientiæ adæquatos ratione diſtinctos, vt in voluntate ratione diſtinguimus iuſtitiam à miſericordia tamquam actus adæquatos diuerſarum ſpecie virtutũ, quæ exigant diuerſas formalitates obiectiuas in creaturis; ſed ſolum vt vnam ſimpliciſsimã ſcientiam in ſe, comparatam à nobis ad idem obiectũ formale ſecundũ diuerſa connotata, quæ ipſum obiectũ habet per rationẽ noſtrã. Neque enim hæ ſcientiæ diſtinguntur per rationẽ, ſicut diſtinguimus diuerſa attributa in Deo, puta attributũ iuſtitiæ, & miſericordiæ, nã licet hæc propter virtualẽ in diſtinctionẽ, nõ diſtinguãtur ratione præſcindẽte; at reſpiciũt in creatutis diuerſas formalitates obiectiuas, nimirũ honeſtatẽ iuſtitię, & miſericordię; ſcientiæ vero illæ non reſpiciunt diuerſas formalitates obiectiuas in creaturis, ſed eandem, cum diuerſis connotatis; hoc manifeſtius fiet cõſideratione obiecti, S. Th. q. 3. de veritate, ar. 3. ad 8. aurea habet verba pro hac cõſideratione noſtra, ſic enim ait, *ſciẽtia viſionis ſuper diuinã ſcientiam nihil addit intra genus notitiæ, ſed ſolum exiſtentiam creaturarũ, quæ videri dicuntur*. En explicat ſcientiam viſionis penes ordinem ad diuerſum obiecti connotatum, id etiam obſeruat P. Vaz. *in hac quæſt. art. 8. in commentario.*

Obiecta propria harum ſcientiarũ accurate explicantur.

Et ſummo Petrũ poſsibilem, conditionate exiſtentem, abſolute exiſtentem, idem Petrus eſt ex parte rei, eadem eius exiſtentia, eadem in diuiduatio in poſsibilitate, & in exiſtentia, quia exiſtentia poſsibilis non eſt diuerſa formalitas ab exiſtentia actuali, nec indiuiduatio poſsibilis eſt diuerſa formalitas ab indiuiduatione actuali, ſed ſolũ differunt penes diuerſa connotata, quod exiſtentia poſsibilis connotat exiſtentem potentiam, præſcindit vero à determinatione eius ad alteram partem, ex contradictorijs: exiſtentia vero actualis dicit eandem exiſtentiam cum actu proprio, & formali determinante potentiã, vel abſolute, vel conditionate, vt dixi notatione 2. & 3. & quia poſsibilitas rei ratione præcedit determinationem eius, ſiue conditionatam, ſiue abſolutam, vt explicui diſp. 7. cap. 1. Hinc etiam ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quæ cõparatur cum poſsibilitate creaturarum ratione præcedit eandem, vt eſt conditionalis, & vt eſt viſionis per inſtãtia rationis deſumpta ab obiectis, non ergo diſtinguntur hæ ſcientiæ, propter diuerſas formalitates reſpondentes ex parte obiecti: ſed propter eandem, ſecundum diuerſa connotata priora, & poſteriora ſecundum ſigna rationis.

16

R. ad arg.

Ad 1. Ad primam rationem pro parte affirmante; nego ſcientiam ſimplicis intelligentiæ ex parte rei non cognoſcere exiſtentiam conditionatam, & abſolutam obiecti, nam cum ex parte rei vna ſit ſcientia hæc, quæ à nobis, propter modum in adæquatum concipiendi, triplex denominatur, illa ex parte rei quidquid eſt in obiecto cum omni ſua connotatione cognoſcit: cum hoc verum eſt ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, vt à nobis inadæquate conceptam, penes vnum connotatum in obiecto, ratione prius alijs, præſcindere à cognitione aliorum poſteriorum connotatorũ, non tamen excludere cognitionem eorum: ideo propoſitio negatiua, quæ dicit per ſciẽtiam ſimplicis intelligentiæ non cognoſci exiſtentiam rei, vel conditionatam, vel abſolutam falſa eſt.

Ad 2. Ad ſecundam: concedo Deum cognoſcere res omnes poſsibiles ſecundum illam connotationem poſsibilis in ſua omnipotentia; & diſtinguo minorem. Deus non cognoſcit in ſua omnipotentia, an res ſit futura abſolute, vel conditionate ſumpta indifferenter, prò quodam priori rationis, concedo, in ſua omnipotentia determinata per actualem exiſtentiam effectus, aut conditionatam, aut abſolutam, nego, hæc autem determinatio nihil addit nouum ex parte rei, ſed nouam connotationem eiuſdem formalitatis, quæ exigit nouam connotationem eiuſdem ſcientiæ, vt iam declaraui.

Obiectio. Ais, ergo iam addit nouam connotationẽ, ergo formalitatem realẽ; quia hæc noua cõnotatio aliquid reale eſt. Reſpõdeo diſtinguẽdo primam conſequentiam, nouam connotationem, quæ non fuerat cognita à ſcientia ſimplicis intelligentiæ, vt ea realiter eſt in Deo. Nego, quæ non fuerat cognita ab ipſa, ſecundum quod illa ſolum reſpicit, per rationem noſtram, potentiam continentem creaturas cum indifferentia, & indeterminatione ſupra explicata, tranſeat. Dico tranſeat, quia propoſitio negatiua in rigore ſemper falſa eſt, nec ex hoc fit aliquid contra noſtram doctrinam, vt notaui iam ex doctrina huius articuli & in ractatu de prædeſtinatione. diſputat. 3. capit. 13. vbi explico diſcretionem prædeſtinati à reprobo ex diuina electione non omnino abſoluta. ſpeciali tamen ante præuiſa merita abſolute futura, licet poſt præcognita conditionate futura.

Digitized by Google

Cap 3. *Diuiſio ſcientiæ* Dei, *in practicam, & ſpeculatiuam.*

QVIA ſcientia diuina non ſolum eſt ſapientia, verum & prudentia: non ſolum eſt ſcientia, verùm & ars. Ideo S. Thom. in artic. 16. qui eſt vltimus huius
17 quæſtionis, eam vlterius diuidit in practicam, & ſpeculatiuam in hoc vero articulo duo affirmat: primum prorſus eſſe ſpeculatiuam, vt ſe, & propria ſua cognoſcit, in hac aſſertione ſequũtur D. Thom. omnes eius commentatores, è quibus videri poſſunt. P. Suarez, 1. parte. lib. 3. de attributis poſitiuis cap. 4. P. Valentia hic puncto 8. & P. Vaz in hac 1. parte diſp. *69*.

S Thom. art. 16.

P. Suar. P. Val. P. Vaz.

Scot.

Refragatur Scotus in quæſt. 4. prologi §. ſi obijciatur contra hoc ad 4. arg. qui putat probabiliter defendi poſſe ſcientiã Dei, quatenus præcedit affectum, & ad ipſum mouet, eſſe practicam, Dialectici quidam Magiſtri ſecuti ſunt Scotum, dicentes hanc ſcientiam Dei ideò eſſe practicam, quia proponit volũtati diuinæ, ipſum amandum eſſe, & Deum tali cognitione, quaſi directũ, ſe amare. Quod ſi obijcias amorem Dei, quo ſe amat, liberum non eſſe. Reſpondent ad rationem praxis liberum, vel neceſſarium nihil referre. Hic obſerua Scotum in ea quæſt. §. ſi obijciatur, verſiculo licet hæc, tandem; acqueuiſſe ſententiæ S. Thom. vt probabiliori.

Scotus cõparatione ſuorum actuum ſcientiam Dei eſſe practicã, ſequuntur eum moderni.

Scotus probabiliorem iudicat ſententiam S. Thom.

Verum libido noua proferendi peperit hanc opinionẽ, nec enim licet (vt quibuſdam videtur) recedere à communibus ſententiis, dum in dictis euidenter reuinci non poſſint, & in primis ea diffinitio Scoti, qua dicebat praxim eſſe actum alterius potentiæ ab intellectu naturaliter poſterior intellectione, quæ huic ſententiæ fauere poteſt, reiecta iam eſt ab omnibus in Logica, eo quod ſcientia
18 practica diuiditur in prudentiam, & artem, prudentia eſt directiua agibilium, ars vero factibilium, ergo vt operatio aliqua ſit praxis ſubijci debet directioni ſcientiæ practicæ: at qui amor diuinus, quo ſe amat neuticã ſubijcitur vlli directioni, nec dirigibilis eſt, ergo ſcientia Dei comparatione eius practica non eſt.

Confutatio eius ſentẽtiæ. 1. ratio.

Com. 1.

Confirmatur hæc ratio, ad quãcunque rei viuam contemplationem, naturaliter ſequitur in voluntate delectatio, nec tamen illa cõtemplatio eſt practica, in ordine ad delectationem ſubſecutã, alias nulla eſſet cognitio nõ practica, quod abſurdum eſt, ergo nec ſcientia Dei, qua ſe cognoſcit practica eſt, comparatione amoris ſui.

Confirmatur 2. quia illa ſciẽtia nec eſt prudentia, nec ars per reſpectum ad illum amorẽ, ergo non eſt practica, quidquid dixerint ad quodcumque membrum antecedentis neceſſario erit fictum, & quod oppoſitum opinantes abire cogat in abſurda, & doctrinam ſine fundamento.

Secundo probo ab abſurdo, nam ſequitur ex ea doctrina ipſam proceſsionem Spiritus ſancti eſſe praxim, & ſcientiam Dei, quæ per ſe præcedit ad illam proceſsionem, eſſe practicam, per reſpectum ad eam, conſequens eſt abſurdũ ſine authore, & fundamẽto ergo &c.

2. ratio.

Obiectio.

Sed obijcies, ſcientia illa dictat Deo, qua ratione, & perfectione amanda ſit eius infinita bonitas, ergo aliqua ratione dirigit amorem Dei, ergo vt ſic ſubijt rationem practicæ, Vrgetur obiectio, pone artem ædificatricem duas ſimul habere virtutes cõparatione ædificationis, & directricem eius, & determinatricem facultatis ædificandi ad opus, proculdubio tunc eſſet practica, imo perfectiori modo, nam ratio artis ſita eſt in virtute efficiendi arte facta, quod ſi determinaret potentiam exequentẽ, potentiorem haberet virtutem efficiendi, ergo non propterea deficeret à ratione artis.

Ad obiectionem nego antecedens, nec enim propoſitio illa, quæ ſemper præcedit ad omnẽ actum voluntatis, eſt dictamen propter duo. Primum, quia non eſt regula agibilium, aut factibilium. Secundo quia amor ille non eſt liber.

Satisfactio

Ad confirmationem in eo caſu ea ars haberet aliquid practicæ ſcientiæ, & non haberet, haberet in quantum dirigit effectionem, dependentem, non haberet, in quantum ea effectio, nec denominatiue libera foret, atque adeo non ſubderetur arti, vt ſubdi debet effectio ex natura ſua. Nec ſi velis in eo caſu denominationem aliquam practicæ: ei arti tribuere, tecum multum cõtendo, cum controuerſia deducta ſit ad quæſtionem de nomine parui momenti, & nomine tantum diſsides à communi ſententia, quod vitium eſt. 19

Duplex dubitatio. 1. *an ſcientia Dei ſit practica comparatione actuum liberorum.*

Venio ad ſecundum aſſertum D. Thom. in quo duplex moueri poteſt dubitatio. Prima an ſcientia Dei ſit practica, cõparatione ſuorum actuum liberorum. Secunda an comparatione creaturarũ. Quo ad primam Scotus ſupra §. tertius articulus, & in 1, diſtinct. 38. quæſt. 1. negat ſcientiam Dei practicam eſſe comparatione actuum liberorum.

2. *an comparata ad creaturas* Scot. nega Prob. 3

Verum negari non poteſt ſcientiam Dei eſſe prudẽtiam, ita affirmante ſacra ſcriptura prouerb. 3. ibi *Dominus ſapientia fundauit*

terram

Digitized by Google

terram, ſtabiliuit cælos prudentia, & Hierem. 10 & 15. atqui prudentia verſatur immediate, & principaliter circa agibilia ſicut ars circa factibilia, ergo ſcientia Dei comparatione actuum voluntatis eius eſt prudentia.

Confirmatur quis neget, Deum habere in ſua ſcientia hoc practicum iudicium, ſi voluero hominū miſereri per incarnationem, eiſq; elargiri Filium meum in carne, actus ille erit miſericordia, liberalitas, charitas eximia, ſed iudicium hoc verſatur immediate circa actus liberos ſuæ voluntatis, ergo ſcientia Dei eſt practica erga illos.

Obiectio ex Scoto.

Sed obiicies. Primo ex Scoto voluntas diuina ipſa ſibi regula eſt, nec indiget directione intellectus, vnde, nec in ipſo præcedit dictamen comparatione voluntatis, dictans hoc amandum, aut faciendum eſt: ergo, &c.

Vrgeo obiectionem actus liberi voluntatis diuinæ, nec diſtinguitur à ſcientia, nec pēdet ab illa, ergo non eſt praxis, comparatione ſcientiæ.

Satisfactio.

Ad obiectionem reſpondeo. Diſtinguendo illam propoſitionem, voluntas diuina ipſa ſibi eſt regula proponens, & oſtendens obiectiuas honeſtates, quas proſequitur per volūtatem, nego. Nam, nec increata, nec creata voluntas quidquā cognoſcit. Ipſa ſibi eſt regula, hoc eſt, ex ſe eſt indefectibilis in ſuis actibus, quoad rectitudinem, & honeſtatem moralē, concedo, in hoc enim differt voluntas increata à creatis, quod illa ex natura ſua impeccabilis eſt, hæ peccabiles: hinc eſt, quod licet ad omnem actum liberum præcedat ratione in Deo dictamen diuinæ prudentiæ, non tamen id eſt ex indigentia, propter periculum deficiendi in actibus voluntatis, ſed ex exigentia connaturali, quæ præſcribit, vt actus voluntatis præcedant actus intellectus, ex eo quod etiam in diuinis verum eſt, nihil volitum eſſe, quin præcognitum.

Ad confirmationem. Conceſſo antecedente, nego conſequentiam: nam vt non obſtāte in diſtinctione actus neceſſarij ab actu libero, eſt propriſsime actus neceſſarius, & liber, ita licet neceſſarius dirigibilis, non ſit, & indiſtinctus à libero, is dirigibilis eſſe poteſt, nec obſtat independentia, nam non eſt de ratione directionis prudentiæ, quod actus ab ea directus pendeat, ſed quod vere dirigatur, ſiue pendeat, ſiue non. Prudentia quidem creata, & ars, quę dirigunt operationes creatas, dirigunt cum dependentia: at prudentia diuina, quæ dirigit actus ſuos liberos, condiſtinctos à creaturis, dirigit ſine dependentia. Dico condiſtinctos à creaturis, nam omnis actus liber Dei eſſentialiter connotat creaturam aliquam, non tamen ipſa intrinſece conſtituit actum liberum ſecundum plurium ſententiam, vt ex profeſſo diſputo tractatu de voluntate Dei diſp. 16. vbi noſtra & aliqua fundamenta ieci diſp. 2. cap. 2.

Licet creatura eſſentialiter cō notetur ab omni actu libero Dei non tamen eſſentialiter eum cō ſtituit ſecundū plurium ſententiam.

Denique ſcientia Dei, vt comparatur ad creaturas practica eſt, & ars diuina recte nuncupatur, ita Sapient. 7. *omnium artifex docuit me ſapientia.* Ratio à priori eſt, quia ipſæ ſunt operabiles à Deo, & cognoſcuntur modo operabili, hoc eſt ſecundum factibilitatē, quam habent, ipſa denique ſcientia, cum Deus quas vult producit, dirigit actionem effectricem, ergo eſt practica.

Sapient. 7. *Scientia Dei vt cōparatur ad creaturas practica eſt.*

20

Sed petet aliquis. An ſcientia ſimplicis intelligentiæ, vt eſt cognitio creaturarum, quæ nunquam erunt, ſit practica, Diuus Thomas in hoc articulo reſpondet ſpeculatiuam eſſe, vt cum quis ædificator conſiderat, qualiter poſsit fieri aliqua domus non ordinans ad finem operationis, ſed ad cognoſcendum tantum *erit* (ait) *quantum ad finem ſpeculatiua, ſic etiam cum Deus cognoſcat de creaturis poſſibilibus, quidquid nos ſpeculatiua diffiniendo, & diuidendo cognoſcimus*, vt cognitio noſtra ſpeculatiua eſt, ita diuina.

D. Thom. eſſe ſpeculatiui. *An ſcientia ſimplicis intelligentiæ cōparatione purè poſſibilium ſit practica.*

21

Longiorem hæc petebant diſcuſsionem, ſi locus opportunus eſſet. verum non omittam doctrinam, quam puto veriorem. Quæcumque ſcientia, ſiue practica, ſiue ſpeculatiua denominetur, cognoſcit naturam rei, eiuſq; proprietates, nam ſi ſciētia eſt, eſſe debet cognitio certa, & euidens naturę, & proprietatū, ergo ſi cognitio, quæ dicitur practica, ſcientifica eſt, hoc habere debet. Rurſus rei factibilitas, ſeu exigentia certæ actionis, qua produci petit, vt creatiuæ, aut generatiuæ à nobis concipitur, vt proprietas à natura emanans, cum tamen ſit ab ea indiſtincta, ante operationem intellectus. Hinc efficitur quamcumque ſcientiam, & naturam obiecti ſui, & factibilitatem contemplari. Qui opinantur rationem practici, & ſpeculatiui in ſcientia eſſentialem eſſe, dicunt ſcientiam illam practicam eſſe, quæ ex intrinſeca ratione ſua ordinatur ad factibilitatem, & quaſi ſecundario, & per accidens cognoſcere naturam, vt medium ad cognoſcendam factibilitatem, quia intrinſecus finis ſcientiæ practicæ eſt opus, qui vero opinantur, rationem practicæ, & ſpeculatiuæ in ſcientia eſſe extrinſecam denominationem: partim ſumptam à potentia ſciētis, partim ſumptam à fine cognoſcendi, dicunt omnes ſcięntias ex primaria intentione ex æquo ordinari ad naturam, & proprietates rei cognoſcendas, & cum in cognoſcente eſt potentia productrix rei cognitæ, ſcientia illa, comparatione eius, eſt de re operabili, & ſecundum hanc rationem ſortitur denomina-

Resolutio authoris.

Digitized by Google

tionem practicæ, quia ex parte ſcientiæ, & modi cognoſcendi, nihil deſsideratur ad dirigendam operationem, ſi ſciens velit applicare ſuam potentiam executricẽ ad opus. Quod ſi producere non intendat, ex parte erit practica ratione potentiæ, ex parte ſpeculatiua, ex defectu finis. Hæc mihi arriſit ſententia in logica & video eſſe conſentaneam D. Thomæ in hoc noſtro articulo, dum ait, *Conſiderationem*

S. Thomas expenditur

ædificatoris circa modum efficiendi domũ, eſſe de re operabili, ac proinde practicã aliquo modo, ſi vero conſiderationem illam non ordinet ad operationis finem, eſt ſpeculatiua quantũ ad finem, & expendo illa verba, *Scientia igitur, quæ eſt ſpeculatiua, ratione ipſius rei ſcitæ eſt ſpeculatiua tantum, quæ vero ſpeculatiua eſt ſecundum modum, vel finem, eſt ſecundum quid ſpeculatiua, & ſecundum quid practica.* Ecce in prioribus verbis ponit ſcientiam tantum ſpeculatiuam circa rem non operabilem, circa quam non poteſt eſſe intentio operationis, in poſterioribus vero eandem ſcientiam ait, eſſe ſecundum quid ſpeculatiuam, & ſecundum quid practicam, ratione modi cognoſcendi, & finis; ergo rationem practici, & ſpeculatiui ſumit à fine, & modo cognoſcendi, ſiſtente in veritate ex voluntate ſcientis. De Deo vero concludit, *De ſe ipſo habere ſciẽtiam ſpeculatiuam tãtum, de omnibus vero alijs ſpeculatiuam, & practicam*, quia omnia alia ab ipſo operabilia ſunt, & quia ita cognoſcuntur ac ſi in veritate ſiſteret, de his vero, quæ poteſt quidem facere, ſed ſecundum nullũ tẽpus facit, *Non habet* (ait) *ſcientiam practicam, ſecundum quod practica ſcientia dicitur a fine.* Ecce confitetur, & rationem practici dici à fine, & ratione virtutis dirigendi, & potentiæ productionis, etiam reſpectu pure poſsibiliũ, ſcientiam Dei practicam eſſe; hinc & mea lata ſententia, & mẽs Diui Thomę explicata, quæ aduerſus eam obijci poſſunt, alibi Deo dante explicabuntur. Hanc autem ſcientiam practicam Dei non eſſe viſionis, ſed ſimplicis intelligentiæ, diſputatione ſequenti cap. 1. & 2. demonſtro.

(§)

DISPVTATIO

DISPVTATIO DECIMA, ET VLTIMA.

DE *PROPRIETATIBVS SCIENTIAE DEI.*

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. Scientiam viſionis vt ſic, non eſſe cauſam obiecti proprij.

In 2. Mens Diui Thomæ, in controuerſia capitis primi.

In 3. Nec ſcientiam Dei eſſe diſcurſiuam, neć variabilem.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

VTRVM SCIENTIA DEI SIT DISCVRSIVA.

NEgat Sanctus Thomas eſſe diſcurſiuam in noſtro cap. 3. accurate explicatur hæc Cõcluſio.

ARTICVLVS OCTAVVS.

VTRVM SCIENTIA DEI SIT CAVSA RERVM.

COncluſio Sancti Thomæ. Scientia Dei eſt cauſa rerum, adiuncta tamen voluntate. Hæc Concluſio in noſtro cap. 1. & 2. accurate explicatur.

ARTICVLVS DECIMVSQVARTVS.

VTRVM DEVS COGNOSCAT ENVNTIABILIA.

COncluſio Sancti Thomæ eſt affirmatiua

ARTICVLVS DECIMVS QVINTVS.

VTRVM SCIENTIA DEI SIT VARIABILIS.

Negat

Negat Diuus Thomas variabilem eſſe, quia eſt eius ſubſtantia. Cap. noſtro 3. elucidatur mens Sancti Thomæ in his duobus articulis.

Caput. I. Scientiam viſionis vt ſic, non eſſe cauſam obiecti proprij.

1 Ex proprietatibus diuinæ ſcientiæ altera eſt eam eſſe cauſam rerum, vt ait Diuus Thomas hoc art. 8. Dubitant Theologi, an id verũ ſit de ſcientia ſimplicis intelligentiæ. An de ſcientia viſionis, nos non de hac, ſed de illa verũ eſſe, in hoc cap. 1. oſtendimus. Concluſio. Concluſionem autem ei præfixam adeo certam puto, vt putem prorſus neceſſariam pro concordanda libertate noſtra cum præſcientia futurorum liberorum, verum quia aduerſarij ex Thomiſtis recentioribus eam concluſionem euertere conati ſunt opere pretium erit ipſam, & authoritate, & ratione efficaciter confirmare, in qua re à noſtris Theologis fæliciter elaboratum eſt, nam Cardinalis Bellarmin. (Bellarmin.) lib. 4. de Libero arbitrio, capit. 13. P. Molina (P. Molina.) in hac quæſt. artic. 13. diſp. 17. §. *his ita explicatis*. P. Frãciſcus Suarez (P. Suar.) lib. 1. opuſculorum de concurſu Dei cap. 13. num. 15. P. Gabriel Vazquez (P. Vaz.) diſp. 68. cap. 6. P. Gregorius de Valentia (P. Val.) in hac quæſtione puncto 8. §. *his tamen non obſtantibus*. Patres Conimbricenſes (Conimbr.) in logica ad cap. 8. lib. 1. Peryhermeniarum, quæſt. vnica art. 4. Pater Leonardus Leſsius (P. Leſius.) lib de Auxilijs cap. 19. Pater Martinus Becanus (P. Becanus.) 1. tom. Summæ cap. 10. quæſt. 15. P. Benedictus Iuſtinianus (P. Iuſtinian) in Commentarijs doctiſsimis in Paul. in Epiſtola ad Rom. cap. 8. in illa verba. *Quos præſciuit, hos prædeſtinauit* P. Pererius (P. Pererius.) in eundem locum diſputatione 21. & alij expoſitores huius loci abunde rem hanc locupletarunt, & ex Sanctorum Patrum teſtimonijs concluſionem noſtram comprobarunt. Patres præcipui hi ſunt Origines (Origenes.) lib. 7. in cap. 8. ad Romanos, explicãs illa verba, *quos vocauit hos, & iuſtificauit*, quem refert S. Thomas in hoc art. 1. argumẽto de cuius mente, & Originis expoſitione capite. 2. agendũ. Iuſtinus (Iuſtin.) lib. quæſtionum à Gẽtilibus Chriſtianis poſitarum quæſt. 58. Cyrillus (Cyrillus.) lib. 9. in Ioan. cap. 10. Hieronym. (Hieronym.) in illud Ezechiæ. 2. *Hæc dices ad eos*, & in illud Hieremiæ 26. *Noli ſubtrahere verbum*, & in cap. 16. Iſaiæ, Chryſoſtomus (Chryſoſt.) hom. 60. ſuper Matthæũ explicans illud Lucæ cap. 17. *Neceſſe eſt ſcandala veniant*. Damaſcenus (Damaſcen.) lib. contra Manichæos non longe à fine. Leo Papa (Leo Papa.) ſermone 16. de Paſsione Domini. Beda tom. 8. lib. quæſtionum, quæſt. 13. Boetius (Boetius.) 5. de Conſolatione proſa 3. Rupertus in 2. cap. Iſaiæ. Auguſtinus (Rupertus. Auguſt. in.) lib. 5. de Ciuitate cap. 10. & lib. 3. de libero arbitrio cap. 4. Verba horum Patrũ prolixum eſſet recenſere, & fere omnia referũtur à noſtris authorib⁹, at vt intelligas quid firmum ex eorũ teſtimonijs deprehendi poſſit; animaduerte quoſdam ex ijs, in ſpeciali de peccatis futuris locutos, & ſolum affirmaſſe, non ideo peccata futura, quia Deus præ nouit futura, ne Deum per præſcientiam efficiant authorem peccati, & licet mihi hæc etiã teſtimonia firma ſint, propter inſeparabilitatem malitiæ ab entitate peccati, vt dixi diſput. 6. cap. 3. at poſſunt aduerſarij aliquale ſibi parare effugium, dicentes id ſolum à Patribus ſignificari, Deum nõ eſſe per præſciẽtiam cauſam peccati, vt peccatum eſt; quapropter ſolidiora aliquorum Patrum teſtimonia referre, decreui, & primo Iuſtinus Martyr.

2 (Verba Iuſtini Martyris.) quæſt. 58. ad Gentes intendens reddere rationem, ob quam, Deus cauſa non fuerit peccati Adami, & Angelorum per præſcientiam, ſtatuit hanc doctrinam generalem his verbis. *Cauſa non eſt eius quod futurum eſt prænotio, ſed quod futurum eſt, cauſa eſt prænotionis, neque enim prænotionem ſequitur, quod futurum eſt, ſed quod futurum eſt prænotio, &c.* Nihil clarius dici poteſt pro concluſione.

Secundo Hieronymus (Verba Hieronymi.) in cap. 26. Hieremiæ hæc habet verba quam ſimilia præcedentibus. *Illud forſitan maieſtati diuinæ non conuenit, ſed noſtro loquitur affectu, vt liberum ſeruetur arbitrium, ne ex præſcientia cogatur facere, aut non facere, non enim ex eo quod Deus ſcit futurum aliquid, id circo futurum eſt, ſed quia futurum eſt, Deus nouit, quaſi præſcius futurorum.* Ecce ne præſcientia lædat libertatem in omnibus actibus præſcitis, vult Hieronymus futuritionem eorum præcedere, ſaltim cauſalitate rationis præſcientiam.

Diuus Damaſcenus (Damaſcen. Verba) lib. contra Manichæos paulo ante finem habet notanda verba, quæ huc remiſsi referenda diſp. 7. cap. 12. *At vero vt ea, quæ facturi ſumus, præſciat Deus, à nobis proficiſcitur, eſt quidem Dei præſcientia, vera, & inuiolabilis, verum ipſa nequaquam eſt cauſa, cur omnino fiat, quod futurum eſt, quin potius, quia hoc, vel illud facturi ſumus, id circo prænoſcit.*

Denique preſſe hoc ipſum probant Origenis (Origenes.)

Digitized by Google

ris verba lib. 7. in Epiſtolam ad Romanos ad illa verba c. 8. quos præſciuit, & prędeſtinauit &c. *In præſciētia Dei* (ait) *neq, ſalutis, neq; perditionis noſtræ cauſa conſiſtit, quia non proptereà erit aliquid, quia id ſcit Deus futurum, ſed quia futurum eſt, ſcitur à Deo antequam fiat, nam etſi fingimus, Deum non prænoſcere aliquid futurum, ſine dubio erit.* Ecce non ſolum vniuerſaliter affirmat præſcientiam Dei, non eſſe antecedentem comparatione bonarum, aut malarum operationum; verum, & optimam ſuæ aſſertionis rationem redit, quia ſcilicet ſcientia hæc viſionis mere ſpeculatiue verſatur erga ſua obiecta, ideoque non aliter ea forent, ſi à Deo ignorarentur, ac modo erūt, cum præſciuntur. Qualis vero ſit D. Thomæ reſponſio, ad hoc Originis teſtimonium explico capite ſequenti.

Obſeruatio circa hæc teſtimonia. Qua ratione vera ſit ea cauſalis, quia hoc, aut illud eſt futurū, ideo ſcit Deus.

3 In his tam expreſsis quatuor Sanctorum Patrum teſtimonijs obſeruandum eſt, cum aiunt, id circo Deum ſcire futura, quia illa futura ſunt. Hanc cauſalem non eſſe ita intelligendam, vt putemus exiſtentiam obiecti creati eſſe cauſam realem præſcientiæ Dei; ſecundum aliquam perfectionem intrinſecam eius, nam cū omnis perfectio intrinſeca Dei, etiam ſcientiæ liberæ ſit Deus in ipſo, nulla creatura cauſa eius eſſe poteſt; & eſt hoc notandum diſcrimen inter ſcientiam creatam, & increatam, quod illa ita haurit ex obiectis ſuam perfectionem in ſcientia, vt re vera pēdeat ab ipſis, tum ratione ſpeciei impreſſæ, tū ratione ſpecificationis, quam omnis creatus actus habet, ab obiecto cuius eſt. At hæc nulla ex his rationibus pendet ab obiecto in aliqua ſui perfectione: cum ergo dicunt idcirco Deum futura hæc cognoſcere, quia illa futura ſunt, aut eorum eſſe futurum, eſſe cauſam prænotionis, intellige de cauſalitate Logica, hoc eſt, ſecundum rationem, quatenus vt dixit Origenes, etſi per impoſsibile intelligeremus non eſſe ſcientiam eorum in Deo, ea tamen futura eſſent; at non è contra, quatenus non foret præuiſio eorum ſaltim, quo ad terminationem extrinſecam, niſi ipſa futura eſſent. & in hoc ſolum conſiſtit tota ratio antecesſionis futuri ad præſcientiam, recognoſce, quæ diximus diſp. 2. cap. 2. Vbi totam repræſentationem horum etiam futurorum, quo ad ſufficientiam diximus habere ſcientiā Dei ex ſe, quæ eſt infinita in genere ſcientiæ, quod eſt dicere, in nulla ſui perfectione pendere ab obiectis creatis: at quo ad efficaciam non fore: quia hæc includit terminationem extrinſecam, & eſſentialiter connotat obiectum in ſtatu exiſtentiæ.

4 Præter antiquos Patres Eccleſiæ, oportet referre quoſdam ex antiquis Thomiſtis pro noſtra ſententia, & primo Hærueus auditor Sancti Thomæ & creatus Magiſter Generalis Illuſtriſsimæ familiæ Dominicanorum pro tuenda præceptoris doctrina in 1. diſt. 39. quæſt. 1. aperte docet, ſcientiam Dei practicam eſſe determinatam a voluntate diuina, at ſcientia viſionis non determinatur à voluntate diuina, ſed ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quæ pręcedit eam, & ad omnia indifferens eſt, ergo ſcientia viſionis non eſt practica: pariter Capreolus antiquus, & grauiſsimus Thomiſta in 1. diſt. 35. quæſt: 2. art. 1. concluſ. 8. ait, inter ſcientiam Dei, quæ eſt cauſa rerum, & inter rem cauſatam, mediare diuinam volūtatem, idque eſſe de mente Sancti Thomæ, quis non videat? Inter ſcientiam viſionis, quæ ſubſequitur volūtatem, & inter effectum nullum eſſe decretum medium? Ergo ſcientia viſionis non eſt cauſa rerum: Porro Franciſcus Romæus Magiſter etiam Generalis, qui adfuit decretis Concilij Tridentini lib. de Libertate operum, veritate 8. ad finem, explicans, qua ratione ex diuina præſcientia non impediatur libertas hæc (ait) *Illud non prætereundum eſt, quod ſi ad antiquos Doctores te conuertas, reperies fere omnes in hanc vnam conſenſiſſe ſententiam, non ex eo quod Deus ſcit aliquid futurum, id circo futurum eſt, ſed quia futurum eſt Deus nouit, qui eſt præſcius futurorū, ſic enim loquitur Hieronymus, ſuper Hieremiā: Auguſtinus, In de prædeſtinatione & gratia: Origenes, ſuper Epiſtolam ad Romanos: & Chryſoſtomus, ſuper decimum Matthæi caput: ſic plerique orthodoxi proceres.* Vbi expende hunc Thomiſtam non dicturum pene omnes Doctores in eam ſententiam conſentire, ſi aut D. Thom. aut aliquis ex Thomiſtis boni nominis eam refutaret. Sunt etiam alij ex alijs Doctoribus, qui noſtram ſequuntur ſententiam, quos referunt Scriptores noſtri.

Hæruens· Harueus creatus Magiſter Generalis pro tuēda doctrina S. Thom.

Capreol.

Franciſcus Romæus.

5 Ratione ſic etiam probo ſententiam noſtram, & primam atque præcipuam ſumo ex Sancto Thoma in hoc artic. 8. & ex quæſt. 22. artic. 2. in corpore vbi ſcientiam Dei, quæ eſt cauſa rerum explicat per cognitionem artificis, & cauſalitatem quam habet in arte facta. Ex quo argumentor ſic; ſcientia artificis, per quam cauſat artefactum, non verſatur circa illud exiſtens, ſed circa illud factibile, quippe qui contemplatur, quo pacto res illa fieri petat, & debeat accomodate ad finem artis, ergo pariter in ſcientia Dei, antecedens manifeſtum eſt, conſequentiam probo primo. Ex doctrina D. Thom. quæ non ſubſiſtit, niſi ſciētia ſimplicis intelligentiæ influat in opus, ea enim comparatur ſcientiæ artificis. Secundo probo, ratione manifeſta, nam Deus per ſciētiam ſimplicis intelligētiæ optime nouit, quo pacto

Probatur 1. ratione S. Thomæ.

Digitized by Google

pacto res omnes creatæ fieri petant, & debeāt, ergo ſi ei coniungatur voluntas diuina decernens productionem alicuius rei determinatæ, & per omnipotentiam mandetur executioni, productio ea ſcientia illam dirigere poteſt, & & influere per modum artis, ergo illa practica eſt, & hæc eſt ratio a priori noſtræ ſententiæ.

Secundo probanda eſt rationibus, quas inſinuarunt Patres à nobis allegati, nimirum, quod ſi ſcientia viſionis eſſet cauſa futurorum contingentium, & ad ea omnino antecederet, iam foret ſuppoſitio antecedens vſum libertatis, & neceſſario connexa cum euentu libero, ac proinde periret contingentia, & libertas, quas rationes ego ad formam vrgentem reuocaui diſp. 6. cap. 2. probans in phyſica præmotione cognoſci non poſſe actum liberum futurum.

Tertio deniq; contra Thomiſtas, qui aſſerebant, ideo Deum cognoſcere futura, quia ſunt in æternitate præſentia, ex voluntate Dei contra quos diſputaui diſp. 6. cap. 4. & 5. ad hominem poſſumus ſic argumentari, nam hi Thomiſtæ ſupponunt ante ſcientiam viſionis obiecta hæc habere præſentiam in æternitate, imo potius ideo videri à Deo, quia hæ ſunt præſentes æternitati, ergo ſciētia viſionis nō poteſt in eorum doctrina eſſe cauſa earūm, nec hæc ſentententia cum illa cōſiſtere poteſt.

6 *Scientia viſionis ſolū eſſe poteſt practica ad cādē rem reproducendam*

Hoc loco obſerua, nos non negare in aliquo caſu ſcientiam viſionis eſſe poſſe practicam, & cauſam alicuius rei, nam licet, non conſentiam aliquibus recentioribus adſtruētibus præuiſionem cælorum prius ratione productorum eſſe ſcientiam practicam, comparatione actionis, producentis ornatum, & præuiſionem cuiuſcumque naturæ, prius exiſtētis comparatione actionis producentis proprietates, & accidentia, vt demonſtro in tractatu tertio de Prędeſtinatione diſp. 12. cap. 2. at ſi Deus vellet eandem numero rem præexiſtentem reproducere, vt poteſt, non dubiū quin ea præuiſio, quæ quidditatiua eſt, & cōprehenſiua eius rei ſecundam actionem poſſit dirigere, in hoc ergo caſu ſciētia viſionis practica erit.

Solutio argumentor. Obijcitur Auguſtin.

Argumenta pro contraria parte leuia ſunt, & prætermiſsis teſtimonijs Diui Thomæ pro art. 2. Primo obijciūt nobis Auguſtinum lib. 6. de Trinitate cap. 10. vbi habet hæc verba, *Non enim hæc, quæ creata ſunt, ideo ſciuntur à Deo, quia facta ſunt, ac nō potius ideo facta ſunt vel mutabilia, quia immutabiliter à Deo ſciūtur?* Igitur Auguſtinus ſentit hanc cauſalem concedendam eſſe; ideo res eſſe futuras, quia prænoſcuntur à Deo, non è contra.

7 Reſpondeo, Teſtimonium hoc ad rem nō adferri, nam Auguſtinus ibi non agit; an ſciē tia viſionis, aut ſimplicis intelligentiæ ſit cauſa rerum, de quo eſt noſtra controuerſia, ſed an aliqua ſcientia Dei ſit cauſa rerum, de qua nulla eſt, quia pars, quæ affirmat, apud omnes eſt in confeſſo. Imo ſi expendis ſcopum Auguſtini, in eo capite inſpicies ipſum locutum de ſcientia ſimplicis intelligentiæ, nam ibi explicat, quid ſit eſſe Dei, & ait eſſe primam, & ſummam vitam, cui non eſt aliud viuere & aliud eſſe, & primum, ac ſummum intellectum, cui non eſt aliud viuere, & aliud intelligere, ſed id quod eſt intelligere, hoc viuere, agit ergo de ſcientia Dei, vt conſtituit eſſe eius non de ſcientia viſionis ſecundum eam ſpecialem connotationem, quam addit, de ea enim, vt ſic conſtat, abſolute potuiſſe non eſſe in Deo, ac proinde vt ſic nō conſtituere eſſe Dei. *Mens Auguſtini in hoc teſtimonio.*

Secundo obijciunt eundem Auguſtinum, lib. 15. de Trinitate cap. 13. vbi in hæc verba *Vniuerſas autem creaturas ſuas, & ſpirituales, & corporales, non quia ſunt, ideo nouit, ſed ideo ſunt, quia nouit.* Auguſt.

Sed nec hoc teſtimonium ad rem eſt; nam Auguſtinus ibi ſolum ait, Deum, & nos nullam ſcientiam haurire, nihil didiſcere, initio enim capitis eius hæc habet verba, *Nunquid Deus Pater ea ipſa, quæ non per corpus, quod eſt ei nullū, ſed per ſe ipſum ſcit, aliunde ab aliquo didicit? aut nuntijs, vel teſtibus, vt eas ſciret indiguit? &c.* & ibi progreditur, probans Angelos quidem Dei nuntios eſſe, non tamen vt enuntient, quæ neſcit, ſed vt ab illo ipſi per Verbum eius, ſine corporali ſono nuntient, quod voluerit. Ad hæc; Auguſtinus poſt verba in contrarium relata, hæc adiecit, *Non enim neſciuit, quæ fuerat creaturus, quia ergo ſciuit creauit, non quia creauit, ſciuit*, In quibus plane ſignificat ſe loqui de ſcientia, quæ præcedit, determinationem creandi, quia cum vult creare, ipſa quæ præſcit, vult creare, non de ſcientia viſionis, quæ ſubſequitur decretum creandi, ſed de ſcientia ſimplicis intelligentiæ, que antecedit, neceſſario intelligendus eſt. *Mens Auguſtini in ſecundo teſtimonio.*

Tertio, obijciunt Gregorium lib. 20. moralium capite 24. vbi ait, *Quæcumque ſunt, non ideo ab æternitate videntur, quia ſunt, ſed ideo ſunt, quia videntur.* Hæc verba magis vrgere videntur, eo quod loqui videatur Gregorius de ſcientia viſionis in ſpeciali. Gregor.

Verum ad hoc teſtimonium bene reſpondet Pater Vazquez hic diſput. 68. capite 6. num. 43. nimirum non negare ibi Gregoriū, ideo res futuras à Deo cognoſci, quia futura ſunt ſed ſolum non ideo cognoſci, quia pręſentes ſunt ipſi in æternitate, nec enim Deo ita vt nobis præſentia obiecti eſt neceſſaria, Reſponſio P. Vaz.

idq;

id quę ſignificat, cum ait, *Quæcumque ſunt, non ideo ab æternitate videntur, quia ſunt,* Nempe ab æternitate, cum vero ait, *ſed ideo ſunt, quia videntur*, loquitur de eſſe intentionali, quod habent in mente Dei, non de eſſe reali, quod in ſe, hoc enim iam negauerat. A ratione nihil afferunt momenti.

8 *An ſcientia ſimplicis intelligentiæ immediate Phyſice influat.* Sed pro coronide, petet aliquis, an ipſa ſciẽtia ſimplicis intelligentiæ applicata, & determinata per voluntatem immediate phyſicè influat, an ipſa voluntas applicans, quia videtur cauſa efficacior, & immediata magis, an vero omnipotentia Dei, ratione diſtincta ab vtraque? Dubitatio hæc diſputari etiam poteſt in hac prima parte ad quæſtionem 19. artic. 4. vbi an voluntas ſit cauſa rerum, & ad quæſt. 25. de potentia Dei. In qua noſtri frequentius docent potentiam Dei immediate influere, ita Pater Suarez lib. 3. de attributis cap. 9. in 1. parte, & in metaphyſica diſput. 30. ſect. vltima P. Vazquez diſp. 8. c. 2. *P. Vaz. P. Suar.*

D. Th. Reſolutio authoris. Diuus Thom. in hoc artic. 8. comparans ſcientiam in ordine ad res quas efficit, calori in ordine ad calefaciendum, valde inclinat in ſententiam quæ dat ſcientiæ immediatum phyſicum influxum, ego ſic iudico. Primo facile pro libito quamcunque ex his ſententijs defendi poſſe, quia nulla efficaciter refutari poterit. Secundo cum potentia Dei, ratione præſcindente, non diſtinguatur à ſcientia, & voluntate, hoc ipſo quod affirmes potentiam Dei concurrere, affirmas ex parte rei ſcientiam, aut voluntatem concurrere: etenim hæc ſolum diſtinguntur ratione per connotata extrinſeca, & quod affirmatur de vno, de omni indiſtincto ab ipſo ratione præſcindente, affirmare cogimur. Verum quia nomen potentiæ ordinem cauſæ, & continentis exprimit, & connotat creaturas vt contentas, & vt effectus, non nomen ſcientiæ & voluntatis, ſed ſolum cognitas, & volitas, quæ nomina intentionalia ſunt; ideo proprius omnipotentiæ vt ſic virtus immediate influens, quam ſcientiæ, & voluntati tribuendum. Et hoc ſibi voluerunt noſtri Scriptores, nec refragatur Diuus Thomas in ſimili petito à calore, quod tenet, quo ad influxum, & dependentiam rerum à ſcientia, non vero quo ad modum influendi per virtutem phyſicam. Vel dicito, ſcientiam ibi ſumi ſecundum quod eſt idem re cum omnipotentia.

Cap. II. *Mens Sancti Thomæ in controuerſia capitis primi.*

Angelicus Doctor Princeps Theologiæ ſcholaſticę NEGABIT nemo Angelicum Doctorem in quæſtionibus ſcholaſticis principem iure optimo obtinuiſſe locum, inter alios ſcholaſticos Doctores, ea tamen eſt ipſi adhibenda fides, quę terminos humanæ, & fallibilis non tranſiliat, cum nec Patrum modeſtia maiorem ſibi fidem permittat, quippe qui non ſemel explicant, & corrigunt ſuas ſententias, cuius rei fideliſsimus, atque vtiliſsimus teſtis Auguſtinus, nec non ipſe Thomas, ideo vero eius mentem in noſtra re graui quidem, ſuſcepi explicandam, quia aduerſarij immerito ipſum ſibi Patronum faciunt.

9 *1. Teſtimonium.* *1. teſtimonium Diui Thomę ad probandã ſcientiam viſionis eſſe practicam.* Mouentur primo ex hoc art. 8. ad primum vbi Originem pro noſtra ſententia allegatum noſtro ſuperiori capit. explicare conatur, quod ſi D. Th. à nobis eſſet, quid Origenem noſtræ ſententiæ aſſertorem explicaret? Mouentur ſecundo ex quæſt. 2. de veritate art. 14 ad 1. vbi eundem explicat Origenem dicens, locutum de ſciẽtia viſionis, quatenus nõ imponit neceſsitatẽ in ijs rebus, quas cauſat. Tertio mouentur, quia ad finem huius arti in corpore, ait, *ſcientiam quæ eſt cauſa rerum communiter appellari ſcientiam approbationis:* atqui ex D. Thom. quæſt. 7. de veritate art. 8. in corpore ſcientia ſimplicis intelligentiæ diſtinguitur à ſcientia approbationis, ergo ſcientia ſimplicis intelligentiæ non eſt cauſa rerum.

Verum qui mentem D. Thom. introſpexerit, tum in hoc art. tum in 1. diſt. 38. quæſt. 1. art 1. non dubitauit mentem ipſius nobis ſuffragari: etenim, vt notaui cap. ſuperiori cauſalitatem ſcientiæ Dei erga res ſemper explicat per cauſalitatem artis in artifice erga artefacta, conſtat vero ſcientiam artificis, quæ influit in opus, eſſe rei factibilis, vt factibilis, non eius vt exiſtentis, nam hæc intuitiua eſt, & producta ſpeciebus à re artefacta immiſsis, ergo minime poteſt in eam influxum habere, ergo pariter dicendum in ſcientia Dei viſionis, quæ licet non producatur à re exiſtenti, aut habeat realem cauſalitatem in illam, vt notaui capite ſuperiori: at ſcientia viſionis eam exiſtentem ſaltim ratione præſuppoñit, ergo vt ſic non influit ex mente S. Thomæ. *Alia teſtimonia pro aduerſa ſententia.*

Digitized by Google

Secundo id probo ex noſtro articulo octauo, in illis verbis, *Cum enim forma intelligibilis ad oppoſita ſe habeat (cum ſit eadem ſcientia oppoſitorum) non produceret determinatum effectum, niſi determinaretur ad vnum per appetitum.* Hæc verba ſic expendo, vt probem vera eſſe non poſſe, niſi intelligantur de ſcientia ſimplicis intelligentiæ, & primo loqui de ſcientia, quæ eſt cauſa rerum, dubium non eſt, ait enim, ſcientiam non producturam determinatum effectum. Deinde non loqui de ſcientia viſionis, ſic probo. Primo quia loquitur de ſcientia indifferenti ad oppoſita, hæc vero non eſt viſionis, hæc enim non eſt indifferens ad oppoſita, ſed determinata ad exiſtentia. Secundo, quia ſcientia hæc, de qua agit, eget determinatione voluntatis, adiuncta ſibi, vt cauſet, ita vt inter ſcientiam, & effectum interueniat determinatio voluntatis, immediatior effectui, at inter ſcientiam viſionis, & effectum nullus intercedit actus voluntatis, cum ſcientia viſionis ſubſequatur decretum de re producenda, vnde Diuus Thomas quæſtione 2. de veritate, articulo. 14. circa finem, ait inter *ſcientiam Dei, quæ eſt cauſa rerum, & ipſam rem cauſatam inueniri duplex medium, primum diuinam voluntatem, ſecundum in quibuſdam effectibus influxum cauſæ ſecundæ*, & in 1. diſtinct. 38. quæſtione 1. artic. 1. ad vltimum, air, *Creaturas non procedere à Deo per neceſsitatem ſcientiæ ne, vt omnes intelligit per ſcientiam viſionis, ita omnes producat neceſſario*, ſed per libertatem voluntatis complentis ſcientiam in ratione cauſæ, igitur dubitari non poteſt de mente Diui Thomæ in hac parte, quin à nobis ſtet.

10 *Explicantur oppoſita teſtimonia.* Nec teſtimonia ex aduerſa parte, difficilè explicantur. Ad primum reſpondeo, cum ait Originem locutum de ratione ſcientiæ, cui non competit ratio cauſalitatis, niſi adiuncta voluntate, agit de ſcientia, quam cauſare ad modum artis, & cum in differentia ad oppoſita dixerat in corpore articuli, quam vidimus eſſe ipſam ſimplicem intelligentiam, & cum dixit referens ex Origine, ideo Deum præſcire aliqua, quia ſunt futura intelligendum eſſe ſecundum cauſam conſequentię, non ſecundum cauſam eſſendi, ſolum vult res futuras non habere influxum realem in ſcientiam Dei, vt nos etiam explicuimus, ſed hunc influxum realem ſolum cerni in conſequentia, à nobis illata, hæc enim concluſio, *Ergo Deus ſcit rem eſſe futuram*, illata ab hoc antecedenti, *res eſt futurum*: nō dependet ab eo ſecundum influxū realem: quod vero explicationem Origenis ſuſceperit, non probat, ſe docere doctrinam Origeni contrariam, nam ſi id agnouiſſet Diuus Thomas ingenue fateretur, & omni explicatione prætermiſſa, ſuam contra Origenem ferret ſententiam. Aut forte ideo explicat Origenē, quia interpretatio, quam docuerat in ſecundo teſtimonio, ab aduerſarijs producto ex quæſt. 2. de veritate, artic. 4. ad primam iam non placebat, cum cenſuerit mutandam explicationem, quo etiam nomine nobis ea diſplicet, vnde etiam ſatiſfactum eſt ad ſecundum argumentum aduerſariorum. Hoc loco obſerua, quidquid ſit de expoſtione Origen. Diuū Thomam nunquam alia Sanctorum Patrum teſtimonia, à nobis relata capite ſuperiori eodem modo explicaſſe, vnde non licere aduerſarijs ex D. Thom. authoritate, eius plicatione pro alijs Patribus vti.

Ad tertium fateor ex mente Diui Thomæ ſcientiam approbationis eſſe cauſam rerum, quia ſcientia ſine applicatione, & approbatione voluntatis non influit, vt retulimus ex Sancto Thoma. Nego vero ſcientiam viſionis eſſe ſcietiam approbationis, nam idem Diuus Thomas articulo 9. huius quæſtionis reſponſione ad tertium diſtinguit ſcientiam viſionis, à ſcientia approbationis, dicens non oportere, quod quæcumque ſcit Deus, ſint, vel fuerint, vel futura ſint, ſed ſolum ea, quæ vult eſſe, vel permittit eſſe, & ratio eſt manifeſta, quia peccata videt, non approbat, ſcientia ergo ſimplicis intelligentiæ eſt ſcientia approbationis, adiuncta voluntate approbante, non in quantum dirigit permiſſionem peccatorum, ſecundum quam ſolum rationem eam diſtinxit Diuus Thomas, à ſcientia approbationis, in quæſtione 2. de veritate articulo 8. ſed in quantum dirigit productionem rerum omnium, quę Deo volente, & approbante, producuntur.

(.§.)

§§§§§§§§§§§
§§§§§§§
§§§§

Caput

Caput. III. Nec ſcientiam Dei diſcurſiuam eſſe, nec variabilem.

11 D. Th. Art. 7.

DVæ reſtant quaſi proprietates ſcientiæ Dei, alteram explicat D. Thom. art. 7. alterã art. 15. vtraque negatiua eſt. Prima negat ſcientiam Dei diſcurſiuam

Eſt in ſciẽtia Dei diſcurſus eminẽtialis, non formalis.

eſſe, id intelligendum de diſcurſu formali, in quo reperitur cauſalitas, ſeu dependentia concluſionis ab aſſenſibus præmiſſarum: at diſcurſus quidam eminentialis ſine vlla depẽdentia, quatenus effectum in cauſa, & ex cauſa cognoſcit, negari non debet, nec negatur à S. Thom. hunc autem eminentialem diſcurſum explicui fuſe diſp. 5. cap. 3. & 5. ideo hic plura nolo.

D. Th. art. 15. P. Vaz. P. Mol.

Erga ſecundum attributum P. Vazquez in obſeruatione circa doctrinam art. 15. putat D. Thom. ſermonem inſtituere in hoc art. de ſcientia ſimplicis intelligẽtiæ, P. vero Molina extendit doctrinam S. Thom. ad ſcientiã viſionis, & liberã. De neceſſaria veritate ſciẽtiæ ſimplicis intelligentiæ, ex profeſſo à nobis diſputatum tota diſp. 5. De immutabili veritate ſcientiæ Dei liberæ ex hypotheſi futuritionis obiecti abunde dixi diſputatione 6. cap. 8.

Cenſura P. Molinæ de modo loquendi S. Tho.

Id ſolum obſeruo in hoc art. 15. in reſponſione ad 3. S. Th. poſt refutatos Nominales, docuiſſe hanc propoſitionem falſam eſſe, *quidquid Deus ſciuit, ſcit*. P. vero Molina poſt interpretatam mentem D. Th. in bono ſenſu, cauendum eſſe admonet modum loquendi D. Th. quia videtur offendere pias aures, & conſtanter aſſerendum ſemper Deum eodem modo ſcire quamcumque enuntiationem, quam ſemel ſciuit.

12 *Authoris reſolutio.*

Motus fuit D. Th. ad id aſſerendum, quia Deus ſciuit, Chriſtum naſciturum ex Maria virgine, modo vero non ſcit Chriſtum naſciturum, cum falſum hoc ſit. Ego ſic exiſtimo de re, & de mente S. Th. aut loquimur de ſciẽtia Dei comparata ad Chriſti Natiuitatem in tempore determinato, tamquam ad obiectum viſionis, & ſic quidquid ſciuit Deus de ea Chriſti Natiuitate ab æterno, & toto tẽpore antecedenti, menſuræ propriæ natiuitatis & tunc ſciuit, & modo ſcit, & ſciet pro æternitate tota, nam per hanc ſcientiam vt ſic ſolum Deus affirmat natiuitatem Chriſti exiſtere in ea duratione determinati temporis, quod verum eſt in quocumque tempore ſiue antecedente, ſiue præſente, ſiue ſequente ſit in mente propoſitio: aut loquimur de ſcientia Dei per ordinem ad noſtras denominationes, in quantum eamdem propoſitionem denominamus de præterito de præſenti, & de futuro: de præterito, vt intelligimus propoſitionem Dei coexiſtere toto tempore antecedenti ortui Chriſti; de præſenti, vt intelligimus eamdem coexiſtere tempori, in quo naſcitur Chriſtus; de præterito, vt intelligimus coexiſtere tempori ſequenti, & tunc etiam intelligit Deus ſcientia ſua inuariabili nos habere fundamentum ad has denominationes vere tribuendas.

2. opinio in quo cõſiſtat veritas mentalis.

Denique, aut comparatur ſcientia Dei ad enuntiationes noſtras de præterito, de præſenti, de futuro, quas formamus de ipſa Chriſti Natiuitate, omnis vero enunciatio noſtra, aut eſt mentalis, aut vocalis, & ſcripta, circa mentalem duplex eſt opinio in Philoſophia, prima negat propoſitionem mentalem mutari poſſe de vera in falſam, & affirmat eamdem perſeuerare variato obiecto, propter indepẽdentiam ab illo in ſua entitate intrinſeca, in qua tota ratio veritatis ſita eſt in hac ſententia. Secunda vero affirmat mutari poſſe de vera in falſam, quia putat veritatem compleri per exiſtentiam obiecti, ita ſe habentis, vt enuntiat propoſitio, in priori ſententia Deus cognoſcit, quamcumque enuntiationem noſtram mentalem eſſe, vel determinate, & immutabiliter veram, vel determinate, & immutabiliter falſam, dum perſiſtit mens in eo aſſenſu, nam ſi non perſeueramus in ea opinione, mutatur intellectus de falſo in verum, aut è contra non aſſenſus, ſicut mutari ſolet manus de frigida in calidam, quo exemplo vſus eſt S. Th. infra quæſt. 16. art. 8.

In affirmante vero ſententia Deus etiam immutabiliter ſcit propoſitionem mentalem veram eſſe vſque ad momentum ortus Chriſti, deinceps vero falſam, & hoc ab æterno ſciuit, & in æternum ſciet.

13 *De propoſitione vocali reſolutio.*

De propoſitione vero vocali, aut ſcripta ſententia affirmans, mutari poſſe de vera in falſã, verior eſt. vnde in his propoſitio S. Th. hunc habet ſenſum Deum ſcire propoſitionẽ de futuro eſſe veram vſque ad determinatum tempus, & tranſacto eo tempore, non ſcire eſſe veram, imo ſcire eſſe falſam, non quia varietur ſcientia Dei, aut per amiſsionem alicuius ſcientiæ, aut acquiſitionem nouæ, cum vtrumque ab æterno ſciuerit, ſed quod nos affirmare poſſumus, Deum modo, in hac propoſitione *Chriſtus naſcetur ex Beata Virgine* non ſcire veritatem ineſſe, ſed falſitatem.

Digitized by Google

Obſerua hoc loco propoſitiones vocales propter connotationem temporis præteriti, præſentis, aut futuri gemminatam continere veritatem, alteram de exiſtentia obiecti, vel negatione eius in tempore; alteram de coexiſtentia, vel negatione coexiſtentiæ propoſitionis, cum obiecto enuntiato, & vnam ex his veritatibus ſciri poſſe, altera ignorata, vt accurate explicui diſp. 6. cap. 8. nu. 68. Hæc de re.

De mente Sancti Thomæ fateor litteram ſuboſcuram,& ſtatuo ipſum retuliſſe ſcientiam Dei ad noſtras propoſitiones vocales, id conſtat primo, quia refutans Nominales, dicit, *Diuerſitatem partium orationis, cauſare diuerſitatem enuntiabilium.* Admittit ergo partes in oratione, quod verum eſt de propoſitione vocali. Secundo quia infert, vt abſurdum, fore ſemper veram propoſitionem, quæ ſemel vera eſt. Quod ſolum abſurdum eſt in propoſitione vocali. Cum ergo ait, *Et ideo concedendum eſt, quod hac non eſt vera, quidquid Deus ſciuit, ſcit, ſi ad enũtiabilia referatur.* Intellige ſi referatur ad obiectum, vt enuntiatur per noſtram propoſitionem vocalem, quod colligo primo ex illis verbis. *Eſſet autem ex hoc ſcientia Dei variabilis, ſi enuntiabilia cognoſceret per modum enuntiabilium componendo, & diuidendo ſicut accidit in intellectu noſtro.* Secundo ex verbis ſequentibus ibi. *Vnde cognitio noſtra variatur, vel ſecundum veritatem, & falſitatem, puta ſi mutata re eandem opinionem de re illa retineamus.* Ergo agit Angelicus Doctor de ſcientia Dei, vt refertur ad noſtras enuntiationes variabiles, & affirmat, Deum, poſt amiſſam veritatem, in noſtra enuntiatione, non ſcire, veram eſſe, cum ſciuerit, veram eſſe toto tempore, quo vera fuit vti antea dixi. Hactenus de hoc tractatu. Cedant dicta in Dei gloriam, atque honorem Sanctæ Eccleſiæ Dei.

TRACTA-

Digitized by Google

TRACTATVS
SECVNDVS.
DE VOLVNTATE DEI.
DECEM DISPVTATIONIBVS *diſtinctus.*

Pro captu noſtro ſcientiam Dei enucleauimus, in qua vocauimus in dubium plura, non vſque vocata, & exponere, atque definire conati ſumus. Poſt illum tractatum, hunc qui ſequitur, de voluntate Dei, doctrinæ cohærentia præſcribit. Velim animaduerſum lectorem meum in eo contineri difficilia in bono numero, noua non in pauciori, quia hucuſque ieiunè nimis ab ſcriptoribus tradita doctrina huiuſce rei, nec ad debitum ordinem, conuenientemque methodum redacta, quæ de Diuina Voluntate, atque actibus eius diſputari poſſunt, & debent. Cedat labor in gloriam Dei.

DISPVTATIO VNDECIMA.
DE EXISTENTIA DIVINAE VOLVNTATIS.
Diſtincta tribus capitibus.

In 1. Cap. In Deo eſſe voluntatem de fide eſt, & euidens ratione naturali.

In 2. Cap. Diſcuſio, atque defenſio rationis Sancti Thomæ.

In 3. Cap. Demonſtratur neceſſaria connexio inter cognitionem, & appetitũ

ARTICVLVS PRIMVS.
VTRVM IN DEO SIT VOLVNTAS.

RESpondet S. Thomas Quoniam in Deo eſt intellectus, eſt etiam voluntas; Nam hæc ſequitur intellectum; imo vt intelligere Dei eſt ſuum eſſe, ita & ſuum velle.

Digitized by Google

Cap. I. in Deo eſſe voluntatẽ de fide eſt, & euidens ratione naturali.

1 *De fide eſt in Deo eſſe voluntatem.*

AD probandũ de fide eſſe, Deum voluntate gaudere, adduco Paulum ad Epheſios 1. cap. ibi: *ſecundum propoſitum eius, qui omnia operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, vbi Apoſtolus agit de electione diuinæ vocationis ad fidem, & gratiam, quæ ſane tametſi videatur nobis, vt quædam ſors fortuita, à Deo vero procedit ex decreto, & propoſito prudenti, & diuino conſilio habito: ergo Paulus in hoc teſtimonio aſſerit voluntatem eſſe in Deo, hoc teſtimonio vtor ad probandam diuinam libertatem diſputat. 16. capit. 1. Item ad Rom. duodecimo, ibi: *vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta*: hoc eſt, vt ſciatis, quid Deus à nobis velit fieri bonum, id enim vocat bonam voluntatem Dei: deinde, & *beneplacẽs* hoc eſt, quid velit Deus à nobis fieri melius, & *perfecta*, hoc eſt, optimum; & ipſi Deo vndequaque gratum; in hoc namque teſtimonio triplex hæc voluntas Dei ſignificatur ab Apoſtolo ſecundum Anſelmum, Chryſoſtomum, Hieronymum, atque Auguſtinum lib. 10. de ciuitate cap. 6. Item pſalmo 113. ibi: *Deus autem noſter in cælo omnia quæcunque voluit, fecit, ſimulacra gentium argentum, & aurum*, vbi Pſaltes pulchra anthitheſi declarat inſigne diſcrimen inter verum Deum, & fictos gentium Deos; nam hi ſunt ſtupidi, vt argẽtum, & aurum, nequientes cultores liberare; Deus autem verus voluntate omnipotenti præeſt rebus omnibus, atque ad nutum ſuæ voluntatis omnia operatur. Id etiam probatur ex Matthæi 26. cap. ibi, *non ſicut ego volo: ſed ſicut tu*, vbi Patrem alloquitur Chriſtus, & plane aſſerit voluntate præditum eſſe. Similiter Lucæ 22. ibi *non mea voluntas, ſed tua fiat*, & Ioannis 5. *non quæro voluntatem meam: ſed eius, qui miſit me.*

Paul. ad Epheſ. 1. — Ad Rom c. 12. — Anſelmus. Chryſoſt. Hieron. Auguſt. Pſalm. 113. — *Pſal. 113 ibi Deus autẽ noſter &c. explicatus.* — Matt. 26. — Luc. 22. — Ioan. 5.

In confirmationem huius rei, faciunt etiam Eccleſiæ definitiones, quæ in Chriſto Domino, & duas naturas, & duas voluntates ſtatuerunt contra hæreticos Monophiſitas, Appollinariſtas, & Monotheliſtas: de his P. Vazquez tom. 1. in 3. p. diſp. 73. cap. 1. contendit, non negaſſe in Chriſto duas facultates volendi; ſed tantum operationem voluntatis humanæ. Quidquid de hoc ſit, hoc ipſo, quod ab Eccleſia definitum habemus, in Chriſto eſſe duplicem voluntatem humanam alteram, alteram diuinam, tradit nobis Eccleſia, vt fide ſanctum, Deum voluntate præditum eſſe. Hæc primam partem concluſionis præfixæ in titulo capitis abunde probant.

P. Vaz.

Vt vero oſtendamus, ratione naturali id ipſum demonſtrari: ponendum in primis eſt, nos non agere de diuina voluntate, vt ſignificat facultatem, ſeu actum primum volendi, ratione antecedentem, & diſtinctum à ſecundo; nam diſp. 12. cap. 1. oſtendo nullum ſine imperfectione huiuſmodi actum primum, etiam ratione noſtra conſtitui in Deo poſſe: agimus ergo demonſtrantes eſſe in Deo, aut ipſam actualem volitionem, aut rationem quandam abſtrahentem ab actu primo, & ſecundo ſpectantem ad appetitũ intellectualem, ne rem prorſus certam ad dubias reuocemus. 2

1. Ratio. *Rationibus demõſtratur eſſe in Deo volũtatem.*

Hoc poſito, vtor eodem ſyllogiſmo, quo vſus fui ad probandam ſcientiam in Deo diſp. 1. cap. 2. hoc pacto: Deus eſt ſubſtantia viuens perfectiſsimo modo; ſed ſubſtantia viuens perfectiſsimo modo, non tantum eſt intelligens, ſed etiam volens: ergo, vt in Deo eſt ſcientia propter vitam perfectam, qua gaudet, ita voluntas. Maior propoſitio ex terminis nota eſt: minorem probo, nam vita perfecta, atque adæquata ex vtroque actu, per quem viuitur, integratur, ſicut perfecta beatitudo vtrumque actum continet. Eſt elegans Ariſtotelis teſtimonium lib. 12. metaphy. cap. 7. vbi diſputat an primus motor (hoc eſt Deus) optimam ac perfectam actualem vitam habeat ſumma & perfectiſsima iucunditate affectam, quæ ex ſui contemplatione naſcitur: & profert hæc verba *ſi ita ſe habet Deus, ſicut nos aliquandò, admirabile eſt, quod ſi magis adhuc admirabilius eſt: at ita ſe habet*. In his verbis, quæ etiam citaui, & expendi diſp. 1. cap. 2. Ariſtoteles plane fatetur iucundiſsima vita compoſita ex contemplatione ſcientiæ, & fruitione voluntatis gaudere Deum.

Ariſtot.

Secundo, idem probari poteſt ex effectibus, tum quia Deus producit ſubſtantias voluntate præditas: ergo in ipſo præexiſtit voluntas libera ab imperfectionibus, quibus ſcatent voluntates creatæ: tum quia quidquid producit Deus, producit perfectiſsimo modo, atque adeo agens intellectu, & voluntate: ergo gaudet vtroque. 2. Ratio.

Tertio, Deus eſt ens nobiliſsimum, omni ex parte perfectum, ſine vlla imperfectione: ergo habet appetitum intellectualem: probo conſequentiam hanc, quia appetitus intellectualis eſt perfectio ſine imperfectione: quippe qui Deus per ipſum, & ſe amat pro dignitate, & creaturas libere. 3. Ratio.

Quarto, nam Deus, & eſt infinitè bonus, atque amabilis, & dignus, qui infinitis extollatur laudibus: ſed nec infinite niſi à ſeipſo amari- 4. Ratio.

Digitized by Google

amari poſſet, nec dignus laude eſt; niſi virtutibus polleat: ergo habet voluntatem, qua ſe amet, vt par eſt, & in qua reſplendeant virtutes omnes.

Cap. 2. Diſcuſſio, & defenſio rationis Sancti Thomæ in hoc articulo primo.

3 *Diſcuſſio rationis S.Thom.* QVAE diximus cap. 1. rem plane demonſtrant. In hoc vero duo faceſſunt negotium, & vtrumque originem ducit ex doctrina, quā docet S. Thom. in ſuo articulo: Primu,mquo pacto formanda ſit ratio S. Thomæ, vt intentum plane conuincat; nam vti ratione obſcura, difficilique ad demonſtrandā rem de ſe conſpicuam, non videtur vitio carere. Quod vero ratio D. Thomæ difficilis ſit, conſtabit ex ſubijciendis in hoc capite. Secundum, an hæc ſit bona, atque neceſſaria cōſequencia, *Deus habet intellectum: ergo voluntatem*: quam videtur formaſſe Sāctus Thomas in hoc articulo 1. in corp. ibi: *Reſpondeo in Deo voluntatem eſſe, ſicut eſt intellectus: voluntas enim intellectum conſequitur.* De hoc ſecundo inſtituo cap. 3. *S.Thom.*

4 *Formatio rationis S.Thom.* Quoad primum ratio Sancti Thomæ ſub obſcure in textu propoſita, ſic formanda eſt. Quæcumque res talem habet naturalem habitudinem ad ſuam formam, per quam, cum illa caret, tendit in ipſam, & cum poſsidet, quieſcit in ipſa: ſed res intellectu prædita eſt in actu per formam intelligibilem, hoc eſt per cognitionem, non aliter, ac omnis alia res per ſuam formam: ergo ſicut in rebus naturalibus eſt appetitus naturalis ad bonum, ita in rebus cognoſcentibus eſt habitudo ad bonum apprehenſum, igitur eſt appetitus rationalis, per quem, cum habet bonum apprehenſum, quieſcit in illo per gaudium, cum caret eo, quærit ipſum per deſiderium, ac ſubinde in Deo vt eſt intellectus, ita eſt voluntas, ſicut in omni habente ſenſum eſt appetitus animalis.

5 *Caietanus.* Caietanus contra rationem hanc inſurrexit dubitando primo, quod ex maiori, & minori propoſitione ſolum videatur inferri hæc conſequentia: *ergo res intelligens talem habet appetitum ad formam intelligibilem, vt in ipſa habita, quieſcat, & ad eam non habitam propendeat.* Secundo inſurgit dubitans, quod ex diſcurſu S. Thomæ ſolum videtur effici, eſſe in omni natura intellectuali appetitum naturalem ad ſuam formam, nimirum ad formam intelligibilem, non autem efficitur eſſe elicitum appetitum ad res intellectas, ac proinde diſcurſus ille non conuincit intentum, videlicet in omni natura intellectuali eſſe voluntatē.

Vt Caietanus reſpondeat, notat ſeptem differentias inter appetitum naturalem ex vna parte, & animalem, hoc eſt, complectentem ſenſitiuum, & rationalem ex alia, non oportet illas à nobis repeti: ſed tantum eas attingemus, quæ è re fuerint. Caietanus ergo, ad primam rationem dubitandi, reſpondet, conſequentiam illam bene inferri, adijcit vero ad formam intelligibilem, hoc eſt, ad apprehenſionem duplicem eſſe appetitum, alium naturalem, & hunc ineſſe ipſi intellectui, qui appetit ipſam, vt propriam atque intrinſecā perfectionē: alium rationalem, & hunc ineſſe voluntati, per quā intellectui ipſi appetimus formā intelligibilem, V. G. in viſione beata, quam appetit intellectus, perfuſſus lumine gloriæ appetitu naturali, & voluntas elicito ex conſideratione expetibilitatis viſionis beatæ. Ex quarta differentia ex illis ſeptem infert hoc eſſe diſcrimen inter appetitum naturalem, & animalem, quod appetere naturaliter non eſt actus elicitus, ſicut eſt appetere animaliter, ac ſubinde appetitum naturalem ineſſe rei ab alio, animalem vero ineſſe rei ex ſe: quia appetitum animalem mouet bonum, in quantum apprehenſum, vt etiam attigit in ſeptima differentia. *Caietanus.* *Gaietani, reſponſio.* *Appetitus naturalis, & rationalis, ex Caiet.*

Ad ſecundam rationem dubitandi negat Caietanus ex diſcurſu Sancti Thomæ ſolum colligi conſequentiam illam, quam propoſui ſupra, & reddit rationem; quia appetere actu elicito ſequitur apprehenſionem, ſicut naturam ſequitur appetere naturaliter. Quod ſi conceditur inferri appetitum elicitum, obtinetur intentum: quoniam appetitus elicitus non tantum amat formam intelligibilem, quæ eſt mentis perfectio, ſed etiam omne bonum ſuppoſito. *Caietanus.*

Pater Vazquez in commentario huius articuli: refutat hanc Caietani defenſionem duplici ratione. Prima, quoniam non probat Caietanus, rem apprehenſam eſſe formam intelligibilem. Secunda, quia licet Caietano concedatur rem apprehenſam eſſe formam intelligibilem; ſolum ex eo fiet eſſe in natura intellectuali appetitum naturalem ad intelligendum res, quas intelligit; non vero eſſe appetitum elicitum ad res intellectas. Addit Pater Vazquez, Sanctū Thomam non intendiſſe concluſionem hac ratione demonſtrare: 6 *Impugnatio ex P. Vazquez.*

ſed tantum rem explicare per proportionem ad appetitum naturalem.

7 *Mens S. Th. ex authore.* Vt omittam modo leuis momenti eſſe has impugnationem in Caietanum, ego aliter intelligo mentem S. Thom. non ſatis niſallor penetratam à Caietano, & totum ſermonem ad eam introſpiciendam ſic conuerto. Angelicus ergo Doctor duas alta mente conſiderare videtur formas, atque ad ſingulas earum ſuũ quoque ſequi appetitum, quoniam omnis forma ſibi annectit neceſſario appetitum ad bonum, hoc eſt, ad omne conueniens rei per formam conſtitutæ. Prior forma eſt natura rei communis omni enti, poſterior forma eſt cognitio, & hæc eſt propria cognoſcentium, enim vero cũ in omni ente creato cognoſcente diſtinguantur natura, & cognitio; duplex quoque in eo forma eſt, ac ſubinde duplex appetitus. In Deo vero nobiliſsimo, & ſimpliciſsimo ente, quoniam intellectione actuali natura Dei conſtituitur, vt docui diſput. 3. in tractatu de ſciẽtia Dei vna eadẽque eſt forma naturæ, & intellectionis: ex hoc vero S. Th. immediate intulit in Deo, in quo non tantum eſt inclinatio formæ, quæ conſiſtit in natura communi cognoſcentibus, & non cognoſcentibus: ſed etiam eſt inclinatio formæ, quę cõſiſtit in intellectione eſſe etiã appetitum correſpondentem huic inclinationi, nimirum qui ſpectet ad genus volitiui. Sic autem probatur hæc conſequentia; nam vbi eſt forma, eſt appetitus, non enim eſt forma ſine appetitu: ſed in Deo non eſt tantum appetitus innatus, communis omni formæ cognoſcenti, & non cognoſcenti, quippe habet formam propriam cognoſcentium: ergo eſt appetitus, ſpectans ad genus volitiui.

Duplex forma in cognoſcentibus, altera ipſa rei natura, altera cognitio.

Duplex quoque appetitus.

Diſcurſus is facile fluit, & legitimam mentem D. Thomæ continere videtur, obſeruandum tamen diſcrimen inter hos appetitus, etenim non cognoſcentium appetitus ſemper eſt ad perfectiones ſibi re ipſa, atq; phyſice cõiunctas, aut coniungendas, cum eas appetit propter ſe perficiendum: cum vero appetit aliquid propter prolis generationem, fertur appetitus ad ſpeciem conſeruandam. Appetitus vero cognoſcentium non ſemper eſt ad ſe coniungendum Phyſice cum bono, quod appetit, licet illud appetat propter perfectionem intrinſecam: ſed ſolum eſt ad ſe coniungendum intentionaliter, & obiectiuè cum bono cuius amor conueniens eſt ſuppoſito. Hinc efficitur perſonæ intelligenti rem, ſibi conuenientem deberi appetitum ſpectantem ad genus volitiui, atque amorem, ex quo procedat quies, ſeu gaudium, dum bonum poſsidetur, aut deſiderium, dum non poſsidetur. Dixi nõ ſemper: quoniam aliquando cum obiectum quod deſideratur, eſt actus ipſius potentiæ, aut alterius viuentis, vt cum expetimus viſionẽ beatam, & amorem Dei, appetitu elicito amamus perfectionem nobis realiter, & intrinſece coniungi, vt diximus de appetitu innato.

Appetitus in non cognoſcentibus eſt ad bonum eis intrinſecum, in cognoſcentibus ad obiectum.

Hinc intelliges quidnam ſibi Caietanus voluerit cum dixit rem apprehenſam eſſe formã intelligibilis: non enim loquitur ſecundum eſſe reale, vt ipſe explicuit ibi: *non in genere entium, ſed in genere intelligibili, non qualitercumque: ſed in quantum conſtituit ipſum intellectum eſſe ipſum cognitum apprehenſibiliter, ſed vt eſt obiectiuè in mente, nam ipſa intellectio, quæ eſt forma intelligibilis conſtituit rem ſecundum eſſe reale obiectiue, in mente formaliter ſecundum eſſe cognitum, ſeu apprehenſum.* Ecce quid ſibi velit Caietanus, rem apprehenſam eſſe formam intelligibilem, in quo hæſit P. Vazquez, vt notaui num. 6. nihil tamen affert, quod contra Caietanum vrgeat. 8 *Caietan.* *Caiet. explicatus.*

Porro cum P. Vazquez in 2. obiectione contra Caietanum contendit, ex eo antecedenti Caietano conceſſo, ſolum colligi eſſe appetitum ad intelligendum res, quas intelligit, non vero eſſe appetitum ad res intellectas, non videtur ſolida hæc obiectio contra S. Th. nam ex eius diſcurſu alia colligitur conſecutio: etenim ſupponit ipſe in Deo per ſcientiam ſuam vndequaque infinitam appetitum ad intelligendum expletum eſſe, atque in eius poſſeſsione quieſcere, ex hoc vero alium appetitum venari conatur, qui ſequitur ad formam ſcientiæ, nimirum elicitum ad bona per ſcientiam repræſentata, in quantum ſuppoſito ſcienti conuenientia ſunt; nam vt ad formam, quæ eſt natura, ſequitur appetitus naturalis; ita ad formam, quæ eſt cognitio, elicitus. *P. Vazq.*

Nihilominus in eo mihi videtur aliquantum peccaſſe Caietanum, quod ſuppohit probandum, & declarandum, non confirmat, nec roborat. Etenim licet poſita diſtinctione inter appetitum naturalem, & animalem, quam ibi docte declarat, bene procedat in diſcurſu: at conſtanter probandum illi erat appetitum animalem quatenus complectitur ſenſitiuum, & rationalem habere tam ſtrictam, atque neceſſariam connexionem, vt in nullo ente, nec creato à Deo, nec creabili cognitio poſsit ab eo appetitus ſeiungi. Imo ſi ratio S. Tho. ex aliquo latere infringi poteſt, ex hoc eſt, nimirum ex non demonſtrata hac connexione, quam nos cap. ſequenti demonſtrare conabimur. Ex his vero, quæ in eo dicenda ſunt manifeſtum fiet, connexionem illam ſupponendam non fuiſſe pro re demonſtranda, vt S. Thom. & Caiet. ſuppoſuere. 9 *Caiet.* *Notatus.* *S. Thom.*

Cap. 3.

Digitized by Google

Cap.3. *Demonſtratur neceſſaria connexio inter cognitionem, & appetitum.*

10 *Rationes ad probandum non eſſe neceſſariam cõnexionẽ inter cognitionem, & appetitum.* 1. Ratio.

NON deſunt argumenta ad probandum, non eſſe neceſſariam connexionem inter quamlibet cognitionem, & aliquem appetitum; ac proinde conſequẽtiam, quæ procedit ex cognitione ad appetitum euidentem non eſſe. Primum argumentum ſic ſe habet: non repugnat Deum producere creaturam intellectualem, non volitiuam: ergo ex intellectu non neceſſario infertur voluntas. Antecedens probo, primo quia volitiuum ſupponit intellectiuum, prius perfecte conſtitutum: ergo ex negatione volitiui non infertur negatio intellectiui; bene vero e conuerſo ex negatione intellectiui infertur negatio volitiui, ſicut ex negatione propriæ paſsionis non infertur negatio naturæ; licet è conuerſo bene inferatur. Secundo probo antecedens: nam ſi repugnat creaturam illam à Deo produci, ea in ſua natura eſſet chymęrica, & contradictionem inuolueret, oſtendẽda ergo eſt hæc contradictio: etenim dum nõ oſtenditur, neganda non eſt Deo poteſtas, ad eam producendam.

11 *Reſpõſum diluitur.*

Reſpondebis in ea creatura contineri hanc contradictionem: quod illa haberet appetitum proportionatũ formæ, & quod non haberet, haberet quidem, quoniam omnis forma ex ſua natura neceſſario ſecum affert appetitum ſibi proportionatum: non haberet, quoniam appetitus proportionatus formæ intelligibili pertinet ad genus volitiui, & eſt elicitus à facultate appetendi: nam vt ipſa cognitio eſt forma elicita à principio intrinſeco, ita appetitus ei reſpondens, & proportionatus eſſe debet à principio intrinſeco.

Sed contra primo, eſto verum ſit, hunc appetitum elicitum eſſe proportionatum ex natura rei alicui formæ intelligibili, non tamen demonſtrari videtur, hoc eſſe à Deo eſſentiale omni formæ intelligibili, vt nulla etiam per potentiam Dei fieri queat, ad quam non ſequatur facultas appetendi elicitiue: quare enim natura illa contenta non erit appetitu innato? Si forma intelligibilis eſſentialiter ſupponeret genus volitiuum, plane ex ea forma hoc inferretur genus, ſicut de facto ex volitiuo infertur intellectiuum: at cum hoc non ſupponat volitiuum imo ſupponatur ad ipſum non videtur extendi repugnantia, quæ eſt inſeparatione, vt magis declaro in obiectionibus ſequentibus.

Secundo contra ſic inſurgo: ad potentias noſtras externas cognoſcitiuas nulla ſequitur facultas appetendi elicitiue: ergo cognitio ſeparabilis eſt ab appetitu elicito, probo hãc conſequentiam: nam pone formari à Deo animal, ſolum prępditum his potentijs corporeis cognoſcitiuis. Rurſus quemadmodum in his appetitus elicitus corporeus ſeparatur à cognitione corporea: ita in intelligente ſpirituali non erit repugnantia, ſeparari ab ipſo voluntatem, ſeu facultatem ſpiritualem, volendi actu elicito.

Tertio etiam argumentor ſic: gradus intellectiuus vt ſic, videtur præſcindere à gradu volitiuo vt ſic, atque eſſe gradum eo ſuperiorem, quoniam nec ipſum in ſe includit: nec ad ad eum ordinari videtur: nec ab ipſo pendet, aut in eſſe, aut in operari. Ergo licet in intelligentibus, quæ cognoſcimus, gradus ille connectatur cum volitiuo: at in alijs intelligentibus, quę non repugnant fieri, poterunt hæc duo non connecti: ergo ex quocunque intellectiuo non fit conſequentia ad volitiuum.

Confirmo & declaro argumentum: quanquam principium intelligendi in creatura rationali coniungatur cum intellectiuo per diſcurſum, item cum cognoſcitiuo per ſenſum materialem: at quia principium illud ex ſe præſcindit à cognitione diſcurſiua, & materiali in Angelo ęſt principium intelligendi, ſeiunctum à diſcurſu, vt plures opinãtur, & materiali cognitione, vt certum eſt: ergo pari ratione, quoniam gradus intelligendi prętſcindit à gradu volitiuo, vt in antecedenti probatum eſt, poterit ab eo ſeiungi per potentiam abſolutam, nec conſequentia formata ex illo ad hoc euidens erit.

Nec ſatisfacies, ſi negaueris præſcindere, dum non reddis rationem, quare non præſcindat, & rationem non quamcumque, ſed quæ ſufficiat ad negandum omnipotentiæ Dei virtutem ad ſeparandum gradum, qui ex natura ſua perfectior, & prior eſt, atque independens in eſſe, & operari à gradu minus perfecto, atque poſteriori. Argumenta hæc id clarè demonſtraut, non fuiſſe ſupponẽdam connexionem inter cognitionem, & appetitum, ſed oſtendendam, & confirmandam. 12

S. Thom. P. Suar. P. Molin. P. Valent. Defenditur ab authore connexio inter cognitionẽ & appetitũ.

Nihilominus defendendam ſuſcipimus rationem S. Thomæ, quæ procedit ex ea connexione, ſolidam eſſe, & à priori, quod etiam opinantur moderni ſcriptores: ita P. Suarez 1 p. lib. 1. de attributis Dei poſitiuis & P. Molina in hoc art. 1. & P. Valentia diſp. 1. q. 19. puncto 1. atque moderni Thomiſtæ, Vt hoc a radice demonſtrem, obſerua punctum in diuerſo

Digitized by Google

Obſeruatio pro rei declaratione.

diuerſo ſtatu poſſe controuerti,ſecundum diuerſos cognoſcentes, quos nouimus: etenim aut ſummere poſſumus facultaté, cognoſcentem corpoream imperfectam,quales ſunt externi ſenſus noſtri, & conſiderare alias facultates,verſus deſcenſum imperfectiores,& imperfectiores, atque de illis mouere dubitationem, an neceſſario reſpondeat aliqua facultas appetendi, ſeu appetitus elicitus, & conſiderare poſſumus facultatem cognoſcendi animalem, cui etiam reſpondet appetitus elicitus animalis, & ex inde aſcenſum verſus facultates alias cognoſcendi perfectiores, & perfectiores,vſque ad vim intelligendi hominis, Angelorũ, atque ipſius Dei,& dubitationem de eiſdem mouere, an neceſſario reſpõdeat appetitus elicitus.

Omnis cognitio eſt ordo eſſentialis ad aliquem appetitũ

Ego quidem cenſeo, neceſſario reſpondere cuicumque cognitioni quantumlibet exili, & infimæ:quoniam quęcumque perceptio attingit obiectum verum,& bonum, & per illã tale obiectum quaſi appropinquat cognoſcenti, vt appetitus feratur in ipſum, in quantum ſuppoſito conueniens eſt. Ex hoc fit cognitionem ipſam eſſe ordinem tranſcendentalé ſibi eſſentialem ad aliquem appetitum.

Dices, cum cognitio imperfecta eſt, non eſſe opus, ei reſpondere appetitum. Verum hoc probat, non reſpondere quidem appetitum perfectum cognitioni imperfectæ, non autem nullum reſpondere.

Recentiores externis cognitionibus reſpondere appetitus concedunt.

13 Hæc ratio,ni fallor,mouit quoſdam recentiores Philoſophos in libris de anima, vt nouiter affirmarent externis quoque potentijs, & cognitionibus reſpondere ſuos diſtinctos appetitus elicitos,qui ferantur ad obiecta earum cognitionum, cum primum percipiuntur.

Authoris iudicium.

Verum hoc tam facile affirmandum non eſt, maxime cum neceſſarium non ſit ad præiactam doctrinam, quam vt veram tradidimus; quoniam ad illam ſatis eſt,ſi ipſæ potentiæ externæ medijs ſuis perceptionibus moueant mediate appetitum animalem internũ, & ad eum dicant ordinem tranſcendentalem, quo poſito, opus non erit in ſingulis facultatibus cognoſcendi externis, ſingulos appetitus conſtituere. Quapropter ego dicerem Deum, nec de potentia ſua efficere poſſe animal ex vna parte præditum cognitione, licet imperfecta, & ex alia priuatum vi appetendi: nam omnis cognitio eſt ordo tranſcendentalis ad aliquem appetitum, vt conſtat ex his, quæ hucuſque à Deo condita ſunt, & Philoſophia cognoſcit.

In cognoſcentibus perfectis ſolide ex cognitione infertur appetitus.

De perfectis cognoſcentibus verſus aſcenſum hoc magis perſpicuum eſt. Quo namque cognitio perfectior eſt, eo proponit clarius cognoſcenti bonitatem, aut diſconuenientiam,hanc vt fugiat,illam vt proſequatur: ergo quemadmodum omnis perfecta cognitio hoc habet ex ſua eſſentia, & quo perfectior eſt,id habet perfectius, ita illæ ex eſſentia ſua exigunt appetitum perfectiorem eis reſpondentem:& ſicut quoniam homini propter perfectionem cognitionis eius, conuenit obiectum indifferens,indifferenter repręſentare; ideo omni cognoſcenti perfectiori hoc idem conuenit, & in eo modo cognoſcendi radicari libertatem appetitus.ita quia homini competit ex perfectione cognitionis, eundem eſſe ordinem eſſentialem ad appetitum; ita etiam omni perfectiori cognoſcenti id cõpetere debet: ergo in cognoſcentibus perfectis conſequentia illa,quæ procedit ex cognitione perfecta ad appetitum,ſolida eſt.

Dilutio argumentorum.

Hoc ipſum manifeſtius fiet,ſi ex hac doctrina argumenta propoſita diluamus. Ad primũ negandum eſt antecedens, ad probationem primam eius antecedentis, diſtinguo illam propoſitionem *volitiuum ſupponit intellectiuum*, ſi ſenſus eſt, ſupponere intellectiuum conſtitutum ſine ordine tranſcendentali ad volitiuum, nego: cum eo ordine, concedo. Quare quanquam Deus facultatem formalem volendi(ſi realiter diſtinguitur à natura)ſeparare poſsit à facultate intelligendi:at nullatenus efficere poteſt,quod ipſum intellectiuum non ſit radicaliter volitiuum. Id declaro hac inſtantia; natura ignis conſeruari à Deo poteſt ſine calore, non autem ſine ordine tranſcendentali eſſentiali ad calorem:& hoc ipſo, quod ordo ille tranſcendentalis ad calorem deſtruatur, natura quoque ignis deſtruitur. Ita in noſtra re. 14

Oſtenditur repugnantia.

Secunda probatio eius antecedentis petit, vt repugnantiam oſtendamus. Dico repugnãtiam hanc eſſe, *omnis forma petit habere appetitum ſibi proportionatum:aliqua forma non petit habere appetitum ſibi proportionatum*, enim vero propoſitiones hæ contradictoriæ ſunt; propoſitio affirmatiua vniuerſalis à nemine negari poſſe videtur: nam hæc eſt omnis formæ eſſentia petit appetitum ſibi proportionatum.Deinde propoſitio particularis negatiua ab ipſis aduerſarijs conceditur;quoniã ſi datur aliqua forma intelligibilis, quæ non petit appetitum elicitum, datur ſane aliqua forma,quæ non petit appetitum ſibi proportionatum: appetitum namque elicitum proportionatum eſſe formæ intelligibili,& monſtraui hoc cap. 3. & 2. & lumen ipſum naturæ intuetur.

Hinc conſtat ad primam obiectionem, quæ petebat demonſtrationem repugnanriæ, quæ eſt inſeparatione earum facultatum:nam vt Deus 15

vt Deus

Digitized by Google

vt Deus facere non poteſt formam ſubſtantialem ſine appetitu innato, ita cognitionem ſine radicali elicito.

Ad ſecundam de potentijs externis iam dixi num. 12. & 13. quoniam hæ quoque potẽtiæ mouent appetitum elicitum, ſaltem mediate: nam licet immediate moueatur à ſenſatione interna; at vero hæc cum dependentia ab externis propoſitionibus mouet appetitũ animalis: vnde ſi in his vitium eſt, ſenſus internus prauè, & cum læſione proponit obiecta appetitui animali.

Gradus intellectiuus non præſcindit ab ordine tranſcendentali ad appetitũ.

Ad 3. nego antecedens: nimirum gradum intellectiuum præſcindere ab ordine tranſcẽdentali ad volitiuum. Etenim licet non includat ipſam facultatem volendi, ſi eſt potentia realiter, aut ex natura rei diſtincta à ſubſtantia includit tamen illam virtualiter, & ipſum intellectiuum eſt ordo trãſcendentalis ad volitiuum. Tametſi verum ſit hoc non pendere in operari à volitiuo, non tamen verum eſt, non pendere in eſſe ab ipſo ſaltem tamquam à termino ordinis tranſcendentalis intellectiuo eſſentialis. Porro verum etiam eſt gradum intelligendi non ordinari, vt medium ad gradum volendi, vt ad finem vltimum; propterea quod gradus intelligendi perfectior eſt. Cæterum verum etiam eſt gradum ipſum intelligendi ordinari, tamquam ad finem intermedium, ad gradum volendi, & vtrumque gradum ſimul ordinari ad perfectionem perſonæ, tamquam ad finem vltimum, *cui.* Huius rei paſsim exempla habes: illud eſt vulgare, & receptum ab omnibus, quod producitur ex incarnatione diuina, quæ cum ſit infinite nobilior hominum ſalute, nihilominus ad ipſam ordinata immediate fuit, & ſimul vtrumque, hoc eſt, & incarnatio, & ſalus, ad Deum gloria afficiendum, tamquam ad finem, *cui.*

Gradus intellectiuus non ordinatur ad voluntatem vt ad finem vltimum; ſed vt ad intermedium.

Ad confirmationem concedo, principium intelligendi præſcindere à principio rationali ſenſitiuo: ad hoc vero affirmandum fundamentum habemus in Angelis, & in Deo, in quibus eſt principium intelligendi ſine rationali, & ſenſitiuo. At non pariter præſcindit gradus intellectiuus à volitiuo, tum quia non habemus ſimile fundamentum ad ſimilem præſciſionem: tum quia intellectio ex propria ratione eſt propoſitio obiecti ſecundum cõuenientiam, aut diſconuenientiam eius, & veluti approximatio ad appetitum, vt feratur in ipſum, aut proſecutione aut fuga: ac proinde ex ratione eſſentiali eſt ordo tranſcendentalis ad volitiuum, ſeu ipſum radicale volitiuum: non ergo præſcindere poſſumus, ſicut in caſu argumenti.

Notanda obiectio.

Recentiorum acuta obiectio.

16 SED recentiores quidam Theologi ſic obiiciunt acute, non repugnant dari aliquod iudicium intellectuale, cuius eſſentiæ repugnet, ſequi appetionem: ergo gradus intellectualis, ſeu forma intelligibilis non habet neceſſariam connexionem cum appetitu, conſequentia videtur bona, nam in eo iudicio intellectuali reperitur ratio formæ intelligibilis: ergo ſi eius eſſentia talis eſt, vt repugnet, ei appetitus inter appetitum elicitum, & formam intelligibilem, non eſt neceſſaria connexio, vt probent antecedens ita fingunt: decernat Deus non concurrere ad actum appetendi alicuius creaturæ, & hoc diuinum decretum reuelet Angelo, qui accepta reuelatione à Deo format iudicium hoc. *Deus nunquam concurret ad actum appetendi.* Is actus eſt formę intelligibilis ex eſſentia ſua: ei autem repugnat mouere appetitum: ergo datur actus intellectus, cui repugnet ex eſſentia ſua mouere appetitum. Probo minorem nam actus is ex eſſentia ſua ſupponit decretum non concurrendi, ſicut intuitio hominis ſedentis, ſupponit ſeſsionem hominis, & ſummit eſſentiam ab ipſa, tamquam ab obiecto: ſed actus qui ex eſſentia ſua ſupponit decretum non concurrendi ad appetitionem, repugnat mouere ad illam; maxime cum iudicium illud habeat Metaphyſice certam veritatem, vt pote in diuina reuelatione fundatã: atqui ſi poſſet mouere appetitum, poſſet eſſe falſum, ſicut ſi actu moueret, actu falſum eſſet: ergo ſicut repugnat ei, aut eſſe, aut eſſe poſſe falſum; ita repugnat mouere, aut mouere poſſe appetitum. Quod vero, ſi appetitum moueret, aut mouere poſſet, eſſet falſum, iudicium probatur: nam iudicium affirmat, Deum decreuiſſe, numquam concurrere ad actum appetitus, quod ſi ipſum moueret, aut mouere poſſet, ad actum appetitus poneret in rerum natura oppoſitum ei, quod ipſum affirmat; atque adeo ſeipſum redderet falſum iudicium: ergo ſi repugnat tale iudicium falſum eſſe; etiam repugnat mouere appetitum.

Ad hoc argumentum varie reſpondere aggreſsi ſunt: poſt vero varia confutata quieuerunt in hac ſolutione. Dicunt Deum quidem decernere apud ſe poſſe, non concurrere cum

Digitized by Google

17 *Eorumdē ſolutio.* cum actu appetendi, non tamen decernere poſſe, tale decretum reuelare: propterea quod ex reuelatione ſequuntur contradictoria, nimirum, *iudicium illud ex eſſentia ſua ad appetitionem, & ſui &, obiecti mouere poſſe, & non poſſe ex ipſa ſua eſſentia.* Quod mouere poſsit conſtat, quoniam iudicium illud in ſe eſt, vt verum, ita bonum: ergo obiectiue mouet ad amorem, ita obiectum ab ipſo repræſentatum eſt bonum, nempe decretum non concurrendi ad actum appetendi: ergo amabile: ergo dum ipſe illud repręſentat quantum eſt in ſe mouet ad amorem. Quod vero mouere non poſsit ex eſſentia ſua, probatur: quia licet decretum illud liberum ſit, & abſolute poſſet non eſſe: at ex ſuppoſitione eius, impoſsibilis eſt omnis motio appetitus, & veritas iudicij eſſentialiter, & per ſe ſupponit decretum tale exiſtens; ergo ex eſſentia ſua non poteſt mouere appetitum: nam ex eſſentia ſua non poteſt mouere ad impoſſibile, nec eſſe principium, ſe falſum reddendi. Quippe iudicium ſupernaturale eſt, ac de fide diuina: non poteſt autem eſſe falſum; aut ſe reddere falſum mouendo de facto; aut potentia ad mouendum. Ex hoc colligunt iudicium illud in ſe eſſe chymęricum, ac ſubinde nullum eſſe iudicium poſſe, quod virtutem non habet mouendi appetitum.

18 *Iudicium authoris.* Ego quidem non dubito Deum poſſe habere decretũ, quod nõ poſsit reuelare, quodque pugnet cum decreto reuelandi, exempli gratia, non repugnat Deum decernere non concurrere ad actum intellectus creaturæ, illud tamen reuelare nequit, nam ipſa reuelatio ſecum neceſſario affert actum cognitionis, ideoque ipſa reuelatione operaretur contra decretum non concurrendi ad actum cognitionis. Negandum tamen non eſt ipſum decretum, quod Deus reuelare non poteſt, quantum eſt ex ſe, ſeu per ſe loquendo, eſſe cognoſcibile à creatura ſaltem remote. Dico remote, quia cognoſcibile proxime, aut ſupponit, aut cõſtituitur per facultatem cognoſcendi proximam: facultas autem cognoſcendi proxima creaturæ vltrà entitatem ſuam continet concurſum Dei paratum; ita vt ſine illo non ſit potentia proxima cognoſcendi: atque ideo decretum vniuerſale non concurrendi cum aliquo intellectu creato, ex eo quod inferat negationem concurſus, nequit eſſe proxime cognoſcibile. Eſt vero remote cognoſcibile, & quantum eſt in ſe, quoniam eſt ens reale, & verum, & cum omni ente reali aliqua cognoſcibilitas eſſentialem habet connexionem. Pariter dicendum eſt in eo iudicio, de quo eſt controuerſia, nimirum cum pronunciat Angelus, Deum decreuiſſe, num-

Licet aliqua cognitio proxime non poſsit excitare appetitum remote omnis poteſt.

quam concurrere cum creatura ad aliquam appetitionem, dicendum (inquam) eſt ipſum propter obiectum, quod habet, & à quo ſumit eſſentiam, non poſſe proxime excitare appetitionem: at quantum eſt ex ſe, ſeu remote foret excitatiuũ appetitionis; tum obiectiue, quatenus ipſum iudicium in ſe ens eſt, & verum, & bonum, & intelligibile, & amabile: tum etiam approximatiue, ſeu vt conditio, quatenus ſibi cognoſcenti applicat obiectum bonum, & honeſte amabile videlicet decretum de non concurrendo cum appetitione creata. Quod quidem, hoc ipſo quod ſit decretum Dei, non poteſt non habere rationem formalem, ſub qua honeſte amari poſſit.

Ex hoc infero, nullatenus repugnare reuelari à Deo decretum ſuum de non concurrendo ad appetitionem, nec iudicium illud, quod creatura formaret, facta reuelatione, eſſe chymericum. Si hoc ſecundum verum eſt, primum illud, nimirum reuelari à Deo poſſe, ſuum decretum verum etiam eſt, nam ſi propter aliquam rationem reuelari non poteſt, maxime quia in ipſo iudicio, quod neceſſario formandum eſt facta reuelatione, inuoluitur repugnantia, quod autem in eo iudicio nulla ſit repugnantia, ſic oſtendo. Non repugnat aliquam entitatem eſſe ex natura ſua remote cognoſcibilem, & appetibilem, & non eſſe proxime cognoſcibilem & appetibilem: nam tunc non ſunt vera de eodem ſubiecto ſecundum idem contradictoria prædicata. Propterea quòd proxime cognoſcibile, & appetibile, vltra entitatem, addit ex parte cauſæ primæ decretum concurrendi ad cognitionem, atque appetitionem creaturæ, & applicatam diuinam omnipotentiam per tale decretum. Remote vero, ſeu ſecundum ſe cognoſcibile, ſeu appetibile ſolum dicit rei entitatem ſecundũ ſe, quæquidem, vt ſic, indifferens eſt ad proximam cognoſcibilitatem, & appetibilitatem; & ad ipſarum negationem, atque ab vtroque præſcindit: quemadmodum facultas libera, vt ſic in actu primo indifferens eſt in ordine ad omnem determinationem, ab omnique præſcindit. Nulla verò entitas realis præſcindere poteſt à remota cognoſcibilitate, & appetibilitate: propterea quod ea eſt cum ente reali neceſſario coniuncta.

19 *Reuelare poteſt Deus decretũ non concurrẽdi ad appetitionẽ.*

Ex his facillimo negotio reſpondebis ad illas contradictorias, propter quas recentiores præfati arbitrati ſunt iudicium illud, affirmans Deum decreuiſſe, non concurrere cum creatura ad appetitionẽ, eſſe implicatorium. Etenim concedendum eſt ipſum, ſpectata ſua entitate, eſſe remote cognoſcibile, & appetibile, licet alias Deus decreuerit, non concurrere ad 20 *Solutio authoris.*

rere ad

rere ad aliquam appetitionem creaturæ: id quod manifeſte cernes in ipſo decreto Dei, non concurrendi ad creaturæ appetitionem, quod Deum habere poſſe dubitat nemo, quoniam in ea nulla eſt implicatio: tunc ſic ipſum non eſt proxime appetibile à creatura, quoniam infert negationem concurſus cauſæ primæ, ſine quo creatura nequit proxime appetere: ſimul vero, & quantum eſt ex ſe, eſt remote appetibile, quatenus in ſe bonum, atque honeſtum eſt. Non ergo repugnat eandem rem propter ſuam entitatem eſſe quantum eſt ex ſe remote appetibilem, ratione negationis concurſus generalis, quam ſecum neceſſario affert ex ſua natura ſpecifica. Cuius ratio à priori eſt: quia ea prædicata non competunt eidem rei, propter eandem formam, ſed propter diuerſam: nam appetibilitatem remotam habet à ſua entitate poſitiua; non appetibilitatem proximam habet à negatione concurſus, ex decreto prouenientem.

21 Obſeruandum hoc loco, decretum hoc non concurrendi, & iudicium illud reuelatum, ſupra quod omnis controuerſia mota eſt, habere talem naturam, cum qua neceſſario coniuncta ſit negatio concurſus cauſæ primæ ad appetitionem: nam iudicium ſupponit in Deo decretum non concurrendi, & decretum ipſum aufert omnem concurſum: atque adeo negatio proximę appetibilitatis eſt neceſſario connexa cum eſſentia eorũ: aliæ vero res poſitiuæ indifferenter ſe habent ad proximam appetibilitatem, & negationem eius; atque comparatione earum proxima appetibilitas, & negatio eius ſe habent, vt accidentia communia, quæ poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem: comparatione vero eius decreti, atque iudicij negatio proxima appetibilitatis ſe habet, vt propria paſſio ab earum natura prorſus inſeparabilis. Quo fit nos non affirmare illud decretum, atque iudicium ſecundum rationem generalem entis realis, eſſe radicem appetitionis; & ſecundum ſpecificam rationem talis iudicij, & decreti non poſſe eſſe radicem appetitionis: nam licet aliqui propter quandam diſtinctionem virtualem inter prædicata communia, & particularia rerum creatarum admittant prædicata contradictoria; nos autem longe abſumus ab ea ſententia, quam non ſemel in noſtris ſcriptis refutauimus, atque iudicauimus dare Scoto, & eius ſcholæ diſtinctionem ex natura rei formalem inter prædicata ſuperiora, & inferiora, licet verbis negare videantur: affirmamus igitur tum decretum illud; tum iudicium illud ratione totius ſuæ entitatis habere virtutem remotam, mouendi appetitum: & non habere proximam propter negationem concurſus, quam hæc entia neceſſario ſecum afferunt.

Ex his ad eam obiectionem facile reſpondeo, atque diſtinguo primam propoſitionem; *non repugnat dari iudicium, cuius naturæ repugnet mouere appetitum, tanquam cauſæ proximæ*, concedo; propterea quod cauſa proxima mouendi appetitum, vltra iudicium illud, continet paratum concurſum Dei ad appetendum, & hoc iudicium ſupponit Deum imparatum, & renuentem concurrere omni appetitioni: *tanquam cauſæ remotæ, & quantum eſt ex ſe*, nego; vt iam explicui. Ad probationem admitto à Deo id decretum reuelari poſſe, quoniam in eo iudicio nulla eſt implicatio, vt ſatis oſtendi numer. 16. & ſequentibus. Nego etiam ei iudicio repugnare, mouere appetitum, tanquam cauſæ remotæ; nec inde efficitur, ſe poſſe falſum reddere: tum quia iudicium illud expreſſe ſolum affirmat, Deum nunquam concurſum iri ad appetitionem, ex quo ſolum fit non fore potentiam proximam ad appetendum ex defectu diuini concurſus parati: non autem negat eſſe potentiam remotam, hoc eſt, illud quoque iudicium quantum eſt in ſe, excitare poſſe appetitionem, niſi obſtaret impedimentum concurſus negati. Nec denique ex eo, quod in eo iudicio remaneat virtus remota mouendi appetitum, infertur poſſe ipſum facere oppoſitum eius, quod affirmat: nam non affirmat ſe non poſſe remote mouere appetitum, ſed ſolum expreſſe negandum eſſe à Deo concurſum ad omnem appetitionem, ex quo etiam efficitur non fore potentiam remotam.

Aduertendum denique eſt, obiectionem hanc ad rem non eſſe, nec obſtare reſolutioni Sancti Thomæ, atque rationi, quidquid in ea dicatur: quoniam ratio Sancti Thomæ non procedit de actu particulari cognitionis perſonæ intelligentis, facta aliqua ſuppoſitione: quia licet ea ſuppoſitio, comparatione actus, eſſentialis ſit: comparatione vero intelligentis, ſeu elicientis actum prorſus accidentalis eſt: etenim fieri à Deo non poteſt perſona aliqua intellectu prædita, cuius exiſtentia petat eſſentialiter, quod in Deo præexiſtat decretum de non concurrendo ad appetitionem creaturæ, vt de ſe manifeſtum videtur, & quanquam poſt quamcunque creaturam formatam poſsit Deus habere tale decretum, at nihilominus ea perſona per ſe, & quantum eſt ex ſe intelligens, & volens eſt, licet ex ratione accidentaria ipſi impediatur appetitio. 23 *Obiectio illa non ad rem.*

22

S titio.

titio. Quod ſi hæc vera ſunt in quacumque creata perſona, in Deo, de quo erat ſermo Sancti Thomæ euidentiſsima ſunt: tum propter perfectionem gradus intelligendi diuini: tum quia voluntas eius eſt in impedibilis ex omni capite. An vero præter appetitum ſpectantem ad genus volitiui, ſit etiam appetitus innatus in Deo, & quædam inclinatio naturæ explico breuiter diſputat. ſequenti capit. 4.

Digitized by Google

DISPVTATIO DVODECIMA DE NATVRA DIVINAE VOLVNTATIS.

Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. Non eſt in voluntate diuina conceptus actus primi per ordinē ad volitionē.

In 2. Volitionem Dei non eſſe Methaphyſicum conſtitutiuum naturæ eius.

In 3. Obiectiones,& ſolutiones.

In 4. De appetitu innato Dei.

Caput I. Non eſt in voluntate diuina conceptus actus primi per ordinem ad volitionem.

1 SEQVENS ordinem tractatus de ſcientia Dei, accedo ad explicandam naturā voluntatis diuinæ:an Deus eam habeat per modum actus primi, & ſecundi; vel ſine actu primo, & ſecundo,per modū puriſsimi actus? In diſp. 2. tract. de ſciētia Dei monſtraui omnem actum, primū tum re, tum ratione remouendum eſſe à Deo propter imperfectionē, quā neceſſario implicat. Quæ ibi dixi, communia ſunt intellectui, & voluntati diuinæ; vnde hic ea repetere opus non eſt, lectori vero recognoſcenda illa ſunt.

Sententia conſtituēs actum primum. Verum video modernos quoſdam nouiter aggreſſos defendere, eſto in ſcientia nullus ſit actus primus,nec re,nec ratione: in voluntate diuina in ordine ad ſuos actus eſſe quendam actum primum virtualem, ac proinde principium virtuale elicitiuum actuū, ſeu volitionum diuinarum. Quid autem appellent principium virtuale conſtabit ex fundamentis, quæ ſubijcio,ita opinatur P. Arrubal diſp. 49. cap. 2. & alij conſequenter ad doctrinam de ſcientia Dei,quos retuli diſp. 3. cap. 1. Quid autem ſentiat D. Tho. cap. 4. ſatis expendi, & explicui locos à parte contraria. **Arrubal.**

2 Primum fundamentum,cum inter res creatas duæ formalitates realiter diſtinctæ, ita ſe habent, vt altera prior ſit principium reale alterius poſterioris,in Deo inter ſimiles formalitates eſt cōſtituenda virtualis ratio principij in priori,& in poſteriori ratio virtualis principiati, ſi in ea ratione principij, & principiati virtualis non eſt imperfectio: ergo dicendum eſt in intellectione diuina eſſe principium virtuale, & quaſi actum primum, & volitionem principatum, & quaſi actum ſecundum. Probo hanc conſequentiam, primo quia in ratione principij virtualis nulla eſt imperfectio: nam eſſe principium virtuale, non eſt re vera eſſe principium, ſed ita ſe habere ad munera principij, ac ſi eſſet principium, cum non ſit: ſicut non eſt imperfectio eſſe diſtinctionem realem virtualiter in Deo: quia in re non eſt diſtinctio realis; ſed ita ſe habet ad munus diſtinctionis, ac ſi eſſet realis. Probo ſecundo: nam licet intellectio creata non ſit principium vitale, atque elicitiuū volitionis, quippe eſt diſtincta à natura creata, & ſolum ſe gerit vt conditio: at diuina intellectio non tantum eſt conditio, proponens, ſed etiam natura ipſa Dei ſecundum dicta diſputation. 3. de ſcientia Dei: ergo comparari debet ad volitionem, tanquam eius principium, non formale, & reale; ergo virtuale. Quo pacto vitatur etiam obiectio, nimirum hac etiā ratione probari intellectionem diuinam comparari debere ad naturam Dei, tamquā aliquid procedens virtualiter ab ea: quippe in rebus creatis eſt natura reale principiū intellectionis, & eſſe virtuale principium, non dicit imperfectionem, vitatur inquam, hæc obiectio: quia cum Deus conſtituatur intellectione in eſſe Dei, non poteſt **1. Fund.**

in ipſo præcedere natura, quæ ſit virtuale eius principium, at volitio virtualiter diſtinguitur ab intellectione, & eam ſupponit, vt naturam: ergo ad eam debet coparari, & virtuale principium, ab ea procedens.

3 2. Fund.

Secundum fundamentum, intellectio diuina, vt eſt natura Dei, & ratione præcedit volitionem, eſt apta denominari volens, *vt quod* à volitione accedente pro poſteriori rationis; ergo comparatione eius eſt actus primus virtualis. Probo hanc conſequentiam, quia pro eo priori, vt præcedit & nondum intelligimus eam, vt actu volentem, eodem modo ſe habet, ac ſi vitaliter in eam influeret eam eliciendo, & recipiendo: ergo eſt actus primus virtualis.

Demum aduertunt magis conſtanter procedi, ſi dicant intellectionem diuinam etiam ſupponere rationem aliquam priorem aptam vt reddatur intelligens, *vt quod* ab intellectione, eamque eſſe principium virtuale eius, ac proinde eam intellectionem non ſe habere comparatione volitionis, vt principium virtuale; ſed vt determinans moraliter per propoſitionem obiecti: alteram vero rationem præſuppoſitam, quæ ſe habet per modum naturæ habere munus principij virtualis.

4 *Confutatio eius ſententiæ.*

Verum ſententia hæc leui innititur fundamento, & iudico manaſſe ex non bene penetrata diuina diſtinctione virtuali, atque ratione virtualis principij: vt mentem proferam meam, Nota primo controuerti poſſe de voluntate diuina: an ſit actus primus in ordine ad actus neceſſarios, & in ordine ad liberos? ſicut de ſcientia diſſeruimus diſp. 2. cap. 2. nam voluntas Dei vtroſque habet actus, ſicut ſcientia: hoc diſcrimine animaduerſo, quod actus liberi ſcientiæ Dei ſunt denominatiue liberi; voluntatis vero formaliter, & immediate. Nota 2. de actibus liberis ſpecialem eſſe difficultatem, quid addant ad neceſſarios in Deo, & quo modo ſe habeant cum diuina voluntate, de qua re infra diſp. 16. agendum ſicut tractaui de ſcientia libera diſp. 2. cap. 2. vnde difficultas locũ habet in ordine ad actus neceſſarios, & vtriſque communis eſt, ſententiam vero horum recentiorum tracto in actibus liberis cap. 7. eius diſp. 16.

5 *Diſtinctio virtualis diuina duo habet*

Nota 3. diſtinctionem virtualem in diuinis duo habere. Primum eſſe principium diſtinctionis realis diuinæ intra Deum, ſine aliqua imperfectione. Secundum ratione eius, vera eſſe prædicata contradictoria. Hoc fuſe explano tractatu de trinitate diuina, exempli gratia ſummo in Patre intellectionem, quæ eſt ipſius natura: & paternitatem, quæ eſt prima perſonalitas: hæc indiuiſibiliter ſunt principia realis diſtinctionis, quæ eſt inter patrem, & Filium, eo per generationem producto. De his etiam ratione huius mirabilis diſtinctionis virtualis ſingulariſsime vera ſunt hęc prędicata contradictoria, nimirum, *natura diuina à Patre Filio communicatur*, *Paternitas non communicatur*, Hac eadem ratione inter intellectionem diuinam, & volitionem eſt ſimilis, licet magis remota virtualis diſtinctio; quatenus ſunt illa in Patre: hæc in Patre & Filio principia communicatiua realium communicationum, diſtinctis realiter perſonis: vnde continent in ſe realem diſtinctionem virtualiter, ſunt que vera de eis contradictoria prædicata: nimirum, *intellectio eſt principium formale in Patre communicationis generatione, non volitio*: ſed hæc, *eſt principium formale communicationis, non generatione, ſed ſpiratione.* Dixi vero hanc diſtinctionem virtualem eſſe magis remotam ſeu radicalem in intellectione, & volitione, quia cum ipſa per ſe relatiua non ſint, ſed abſoluta, non habent immediatam oppoſitionem cum aliqua perſonali: vnde cum Pater Filio diuino communicet realiter naturam: realiter nõ communicat Paternitatem, quia hæc cum filiatione immediatam habet oppoſitionem. At nequit communicare intellectionem, quin identice, & realiter communicet volitionem, per quam filius conſtituitur, volens, cum non communicet paternitatem, ita vt pater conſtituatur, quia volitio non habet eam oppoſitionem.

Eſſe principium diſtinctionis realis. & contradictoria vera eſſe de extremis.

Virtualis diſtinctio remota quid.

6 *Trinitatis myſteriũ per diſtinctionem virtualẽ accipit nobis lucem.*

Hæc doctrina, quæ à nobis cõpendioſe modo docetur in tractatu de Trinitate Deo dãte latius explicanda, ea enim quo ad fieri poteſt, in hac vita lucẽ accipit, hoc tam nobis obſcurum, & latẽs myſterium. Porro ex ea efficitur, diſtinctionẽ illam virtualem diuinam eſſe cũ ordine ad fœcunditatem internam diuinarum perſonarum, atq; in ordine ad earum realem diſtinctionem; nam vt in hac nulla eſt imperfectio, ita nec in virtuali, quæ ad realem formalem ordinatur.

Virtualis diſtinctio non eſt inter diuinã voluntatẽ & volitionem.

Ex hoc infertur etiam, non ſolum ſine fundamento, ſed extra rem applicari rationẽ virtualis principij in voluntate diuina, comparatione volitionis: etenim inter voluntatem diuinam, & volitionem non eſt aliqua virtualis oppoſitio; non principiũ fœcunditatis diuinæ; non eſt inter illa ordinatio ad diſtinctionẽ realem: non ſunt vera de eis contradictoria prædicata: non eſt ergo inter illa virtualis diſtinctio (nam virtualem diſtinctionem hæc conſtituunt, & nihil aliud) vbi ergo ea non ſunt, nec eſt virtualis diſtinctio. Quod ſi nõ eſt virtualis diſtinctio inter voluntatem in ratione actus primi, & volitionẽ, vt dicis eſſe actũ ſecundũ, ea non eſt virtuale principiũ: nec hæc quid virtualiter elicitũ ab ea, vt manifeſte conſtat.

Rurſus

Digitized by Google

8 Rurſus cum dicunt virtuale principium eſſe illud, quod ita ſe gerit, ac ſi principium eſſet, cum tamen re vera principium non ſit volitionis: vel volunt nos ſine fundamento per rationem fingere, eſſe principium, cum re vera non ſit: vel volunt nos habere aliquod fundamentum, ſiue intrinſecum in obiecto, ſiue extrinſecum in creaturis ad affirmandum eſſe in Deo principium volitionis. Primum nõ dicent, quia id non eſt eſſe actum primum, ſeu principium virtuale in Deo: ſed cum non ſit, nos fingere eſſe; falſo quidem iudicio, vt eſt illud, quo, quis affirmaret Deum eſſe corporeum, aut velle per formam accidentariam. Si ſecundum: contra, nec in obiecto ipſo, nec in creaturis eſt fundamentum, aut eſſe poteſt, ad affirmandum eſſe virtuale principium: ergo &c. Primã partem ſic declaro, cum intellectio diuina, vt eſt natura, accipit denominationem, *vt quod* volentis, aut volitio comparatur ad naturam, vt actus ſecundus vitalis, aut vt actus puriſsimus ſecundarius. Si primum, in Deo volitio procedit per aliquam elicientiam ab intellectione, in qua etiam recipitur; nã in intellectione per te eſt prædicatum proprium principij, quod appellas virtuale, conuenit enim in ſpeciali, proprioque prædicato principij, & actus primi; cum principijs, & actibus primis vitalibus creatis: ergo voluntas diuina comparatur ad volitionem, tamquam principium, & efficiens, & recipiens illam: ac proinde ante operationem intellectus conſtituis in Deo elicientiam, & receptionem ſui actus. Hæc autem eſſentialiter continere imperfectionem demonſtraui diſputation. 2. de ſcientia Dei.

9 *Reſponſio.* Dices eſſe principium virtuale tantum, & elicientiam, aut receptionem virtualem, in quo nulla eſt imperfectio. *Confutatio* Sed contra primo: iam oſtendi num. 7. non eſſe diſtinctionem virtualem: ergo nec erit eliciẽtia, aut receptio virtualis. *Implicatio eſt ponere principium virtuale.* Contra ſecundo: aut aliquam ponis effectionem volitionis in Deo, cum dicis eſſe virtualem, aut nullam, ſed ſolum affirmas, ita ſe habere, ac ſi volitionem eliceret, cum re ipſa non eliciat. Si primum, contra primo: ergo ponis imperfectionem: nam omnis actio, & paſsio, ſeu informatio, & receptio formæ in ſubiecto implicat imperfectionem, quocumque nomine eam appelles, aut ſignifices. Contra ſecundo: cum dicis eſſe virtualem, aut ſolum vis eminenter eſſe in Deo rationem principij, & actionis, & paſsionis, quæ ſunt in principio vitali creato, ſicut homo eſt eminenter in Deo: vel vltra aſſeris eſſe modo magis formali rationem principij. Si primum; omnes hoc aſſerunt etiam negantes actum primum, & principium: quia eſſe eminenter, eſt contineri effectum imperfectum in forma eleuatiori carente omni imperfectione, & ſicut homo in Deo eminenter non eſt homo, ſed ipſa Dei omnipotentia: ita principium vitale creatum eminenter, ſeu virtualiter non eſt principium, ſed aliquid ſuperius habens omnia, propter quæ eſt principium creatum ſine imperfectione, nimirum eſſe Deum intelligentem, & volentem, ſine aliqua elicientia, aut receptione. Si ſecundum: ſine vllo fundamento vocas principium virtuale diuinam voluntatem in ordine ad volitionem, & abuteris nomine, quod ad alia diuina non inepte applicuimus in tractatu de Trinitate, vt dixi numero 5. 6. & 7. Probo hanc conſequentiam, quia vbi nõ eſt principium aliquod, nec elicientia, & receptio aliqua re ipſa, ſine fundamento, & prauo nominis vſu ponitur, & nuncupatur principium virtuale elicientia, aut receptio virtualis.

Dices, fundamentum eſſe denominationem illam volentis, *vt quod*, quam natura habet; & hoc eſt eſſe principium virtuale, & ita ſe gerere, ac ſi eam eliceret. Sed contra reddit argumentum noſtrum, aut reducitur ad denominationem intelligentis, *vt quod* per actum informantem, aut per puriſsimum: primum præterquã quod in ſe eſt abſurdum, & implicatum imperfectione nos concipere volitionem diuinam, vt actum informantem, iam eſt refutatum. Si concipimus vt actum puriſsimum, & ens à ſe accedens intellectioni, vt alteri actui puriſsimo, & enti à ſe, omnis eliciẽtia, omnis receptio, & informatio, omneque principium vitale remouendum eſt, vt explicui tractatu de ſcientia Dei diſp. 3. cap. 5. Sed dicendum volitionem accedere intellectioni, vt actum ſecundarium puriſsimum actui primo puriſsimo, non vt potentiæ elicitiuæ, aut receptiuæ: nam hoc ipſo nec intellectio eſſet actus puriſsimus, ſed partim actus, partim potẽtia, quatenus cõparatur ad volitionẽ tanquã ei' receptiua, nec volitio eſſet actus purus ſed informans: ita diuina relatio accedit, vt actus purus relatiuus, abſolutis actibus puris. 10

Volitio Dei actus purus ſecundarius

Diuinæ relationes ſunt actus puri.

Reſtat examen alterius membri dilẽmatis propoſiti videlicet, an ratio principij virtualis conſtituatur cum fundamento in creaturis? in quo ita cẽſeo. Non dubito, quin ex cognitione creaturarũ conſurgamus ad diuina cognoſcẽda, vt aliquo modo nos creaturarũ perfectiones in Deo conſtituamus: at duo ſemper ante oculos habenda ſunt. Primum vt ab eo prædicato, quod ex creaturis ad Deum tranſmittimus, abſtergamus omnem imperfectionem. Secundum, quod ſi abſtergi non poteſt, conſeruata formali natura eius, ſolum aſſeramus eſſe eminenter in Deo, non formaliter. 11

Prædicatum creatum non eſt formaliter in Deo, niſi ab omni imperfectione purũ.

Digitized by Google

Hoc explicui diſput. 2. numer. 24. Itaque non debet Deo adſcribi quidquid in creaturis cernimus, niſi præuio diligenti examine eius rei, de qua controuertimus, an in Deo ſit nec ne, vnde non debemus ſumere fundamentum in creaturis, ad rationes imperfectas Deo attribuendas, hoc enim eſſet abuti fundamento creaturam: nec abſolute dicendum eſt, eas ad hoc præbere nobis fundamentum; ſed nos id ſumere ex praua, & infirma diuinarum perfectionum contemplatione. Sed hoc magis conſtabit ex ſolutione fundamentorum contrariæ opinionis num. 14.

12 *Solutio argumentorum.* Ad maiorem primi fundamenti reſpondēs, dicere poteſt, tranſeat, & negare conſequentiam. Aduerto tamen falſam doctrinam continere, nec enim ſufficiens eſt, ad conſtituendum in Deo principium virtuale, aut diſtinctionem virtualem intrinſecam eſſe duas formalitates in creaturis, quarum poſterior ab alia realiter procedat, etſi non cernatur in ea ratione principij virtualis imperfectio. Nam vltra hoc primo neceſſarium eſt, extrema diſtinctionis formaliter in Deo conſtituere: at voluntas in Deo per modum actus primi nō conſtituitur à nobis, quia putamus in eo extremo eſſe imperfectionem; vnde prius nobis debuiſſent probare id extremum eſſe formaliter, aut virtualiter eo modo, quo intendunt eſſe in Deo, de quo eſt controuerſia. Secundo licet verum ſit, quidquid in ſe non eſt imperfectum in Deo, eſſe formaliter ex regula generali, atque adeo rationem principij virtualis in Deo eſſe debere formaliter; ſi in eo nō implicatur imperfectio: at cum principium virtuale, & diſtinctio virtualis in Deo ponantur ratione fœcunditatis, per ordinem ad diſtinctionem perſonarum diligenter aduertendum eſt: an vtilis ſit ad eam fœcunditatem ea diſtinctio: an inutilis, nam ſi inutilis eſt; ex hoc ſolum excludenda: etſi per impoſsibile aliàs non implicaret imperfectionem, dico per impoſsibile, quia ſemper diſtinctio virtualis inutilis ad fœcunditatem, eam implicat.

Diſtinctio virtualis in Deo nō eſt, niſi ſit ad fœcunditatem vtilis,

13 Procedamus modo negando conſequentiam. Ad primam probationem reſpondetur diſtinguendo antecedens, *In ratione principij virtualis vt ſic nulla eſt imperfectio*, concedo: *in ratione virtualis principij intellectionis, aut volitionis* nego. Rationē reddidi num. 7. & 8. porro propoſitionem hanc eſſe principium virtuale non eſt, eſſe reuera principium, ſed ita ſe habere ac ſi eſſet; diſcuſsi numer. 9. & dixi in ea, aut nihil dici; aut ſi quid dicitur, imperfectionem inuolui in re pronunciata. Et demum committi abuſum nominis. In ſimili, quod adducitur de diſtinctione virtuali, quæ eſt per ordinem ad fœcunditatem: & licet inter naturam, & paternitatem non reperiatur diſtinctio realis: reperitur virtualis, quatenus ea eſt principium diſtinctionis realis perſonarum, capax prædicatorum contrarie oppoſitorum: at hæc tua diſtinctio virtualis nihil eſt in ſe.

Ad ſecundam probationem, fateor illud diſcrimen inter intellectionem diuinam, & creatam comparatione volitionis. Nego tamen intellectionem diuinam ſe habere, vt principium virtuale: nam cum volitio diuina ſit actus purus per ſe ſubſiſtens, non indiget principio eliciente, nec formali, nec virtuali: nec illud habere poteſt, vt iam explicui num. 10, fundamentum quidem habemus ex creata intellectione, atque natura ad concipiendā diuinam intellectionem, vt communem, priorem, atque primariam comparatione volitionis: non tamen vt principium; eo quod in ratione primaria, & priori nulla ſubeſt imperfectio. In ratione principij includitur eſſentialiter, vt declaraui; quo pacto vero volitio ad intelllectionem comparari debet, explicui num. 10. & diſp. 3. cap. 5. num. 17. 14

Volitio diuina non indiget principio virtuali.

Ad ſecundum fundamentum diſtinguo antecedens: eſt apta denominari volens, vt à volitione, vt ab actu informante recepto, & elicito ab ipſa ſecundum rationem noſtrā, nego: vt ab actu puro accedente per identitatem alteri actui, concedo. Itaque duplex eſt modus accedendi, & denominādi: prior, actus informantis, & is eſt imperfectus, & proprius creaturarū: alter actus puri ſine informatione ſola identitate, & is eſt perfectus, proprius Dei, ipſique ſingularis ſine exemplo in creaturis. 15

Actus informās imperfectus, actus purus perfectus.

Ex dictis facile colligitur non eſſe habitū in voluntate Dei, tū quia habitus eſt propter potentiā; vbi ergo non eſt potentia, nec habitus. Secundo, quia habitus eſt actus primus facilitans, in voluntate Dei non eſt actus primus, nec difficultas: ergo non eſt habitus; vide, quæ in ſimili dixi diſputat. 2. capit. 3. §. 3. de ſpecie intentionali in ordine ad ſciētiam Dei. 16

Non eſt habitus in voluntati Dei.

Caput

Digitized by Google

Cap. 2. Volitionem diuinam non eſſe metaphyſicum conſtitutiuum naturæ Dei.

Duplex Dei conſtitutio Phyſica, & metaphyſica: ſiue primaria, & ſecundaria.

NE actum agamus, ſeu eadem repetamus indicanda ſunt, quæ explicata habeo diſp. 3. de Scientia Dei. Primum duplicem eſſe Dei cõſtitutionem eſſentialem: aliam phyſicam, quæ coaleſcit ex omnibus diuinis perfectionibus primarijs, atque ſecundarijs, quas notaui cap. 2. in principio: aliam Metaphyſicam, quæ dicit rationem primariam, atque ex proprio genere perfectiorem, ad quã cætera ſequuntur, veluti proprietates, ſeu rationes ſecundariæ. Hoc explicui capite. 3. num. 9.

17 *Ineficaces aliquorum probationes notantur.*

Secundo teſtimonia Patrum Chryſoſtomi Niſſeni, Damaſceni, quæ retuli cap. 1. nu. 3. quatenus videntur, ſignificare volitionem Dei, eſſe extra eſſentiam diuinam, nobis in hoc puncto non fauere. Nam eodem fere modo loquuntur de intellectione, atque ſapientia. Nihilominns cap. 3. docuimus ſapientia, atque intellectione conſtitui naturam Dei: & cap. 5. explicuimus ea teſtimonia de conceptu inadæquato, prout nos intelligimus referri ad obiectum, & ita non eſſe eſſentiam Dei: non autem prout intellectio eſt ad Deum, & eſt ipſa Deitas. Pariter ergo, qui teneret volitione Dei conſtitui naturam Dei, ea poſſet intelligere, atque interpretari: ac ſubinde non poſſumus nos eis ſolide vti.

Tertio nota. Nec etiam nobis vtendum alia probatione, qua aliqui vtuntur, & inter eos Pater Arrubal, nimirum eſſentiam diuinam eſſe primarium obiectum ſuæ volitionis, ac proinde ſupponi cõſtitutam ad eam, propterea quod actus ſupponit obiectum. Nam contra nos habes inſtantiam euidentem in ſcientia, quæ cùm conſtituat naturam Dei, nihilominus ipſam naturam habet ſui obiectum primarium, vt explicui diſp. 3. cap. 5. ad 3. & fuſius diſp. 4. cap. 1. à nnm. 4. Quæ etiam inſtantia in ipſa volitione comparatione ſui, vt ſe amat, locum habet in omni ſententia. Nec enim, licet ſe amet, ſe ſupponit obiectum; niſi concedere cogaris proceſsionem in infinitum, inter actus diuinæ voluntatis, ſaltim ratione noſtra diſtinguente actum, qui eſt obiectum, ab actu ad ipſum, vt ab obiectum terminato. Quem proceſſum in actibus ſcientiæ vitandum eſſe demonſtraui ſupra capite illo 1. in quo etiam num. 9. oſtendi non omne obiectum ratione præcedere actũ, nec præſupponi conſtitutum ad ipſum: ergo probatio hæc non ſolum nõ eſt nobis ſolida, ſed nec alicui bene ſentienti.

P. Arrubal.

His animaduerſis concluſionem in titulo capitis præfixam: nimirum volitionem diuinam metaphyſice non cõſtituere naturam Dei, tuẽtur Pater Suarez, 2. tom. Met. diſp. 30. ſect. 16. Bañes hic. Ex antiquis Thomiſtis Capreolus in 1. diſtinct. 45. quæſt. 1. art. 1. Caietanus & Ferrara ſuis locis, & quotquot non conſtituunt actum primum ad volendum; conſequẽter eam defendunt. Probo primo hac ratione: nam inter intellectionẽ, & volitionem diuinã eſt illa virtualis intrinſeca diſtinctio, quam tetigi num. 5. & ex profeſſo fundaui in tractatu de Trinitate diuina, quæ in ſe continet oppoſitionẽ virtualem realem: nam vt actualis diſtinctio realis ſolum eſt in diuinis, vbi eſt actualis oppoſitio: ita diſtinctio virtnalis realis ſolum ibi eſt, vbi virtualis oppoſitio. In diuinis namque ab oppoſitione, tanquam à ratione à priori, procedit diſtinctio: ergo ab oppoſitione actuali reali procedit actualis realis diſtinctio; à virtuali, virtualis. Rurſus ratione huius virtualis diſtinctionis vera ſunt ea contradictoria prædicata de intellectione, & volitione, quæ expreſsi num. 5. Sed poſita hac diſtinctione virtuali, inter intellectionem, & volitionem diuinam, non poteſt volitio Metaphyſice conſtituere naturam Dei: ergo, &c. Probatur minor; nam intellectio naturam Dei metaphyſice conſtituit, vt oſtendi diſp. 3. cap. 3. ſed volitio non poteſt ſimul ingredi conſtitutionem metaphyſicam cum intellectione: ergo volitio non conſtituit metaphyſice. Probo hanc minorem. Primo: quia intellectio præcedit volitionem, tamquam gradus ex ſuo genere perfectior, tamquam radix Logica eius: ergo ſola intellectio pertinere poteſt ad Dei metaphyſicam conſtitutionem. Hæc conſequentia manifeſta eſt. Nam metaphyſica conſtitutio, vt à Phyſica diſtinguitur, eſt ratio prior, & perfectior ex genere ſuo in ſuo gradu, ad quam ſequuntur cætera, vt proprietates. Ergo licet ad phyſicam conſtitutionem pertineat, in metaphyſica conſtitutione habet ſe vt quid poſterius; vt proprietas, non vt pars conſtituens. Probo ſecundo minorem. Intellectio conſtituit naturam Dei, vt differentia completa metaphyſice: ergo volitio non ingreditur metaphyſicã conſtitutionem. Conſequentia eſt nota: nam vt duæ differentiæ completæ realiter diſtinctæ vnam per ſe eſſentiam non conſtituunt, ita nec duæ differentię completæ, virtualiter diſtinctæ, in diuinis poſſunt eſſentiam Dei per ſe vnam conſtituere. Probo hanc conſequentiã,

18 *P. Suarez. Bañez. Capreolus. Caietanus. Ferrar.*

Volitio non eſt de conſtitutione metaphyſica naturæ Dei.

1. Argumẽtum.

 Nam

Digitized by Google

Ex differentijs cõpletis non conſtituitur vna natura per ſe.

Nam hæc diſtinctio virtualis diuina æquiualet reali creaturarum, quoad munera diſtinguendi: ergo vt in creatis duæ differentiæ completæ realiter diſtinctæ, vnam eſſentiam per ſe nõ conſtituunt: ita nec in diuinis duæ differentiæ completæ virtualiter diſtinctæ. Antecedens probo. Primo, quia omnis intellectio ex propria ratione eſt forma completa, nec enim eſt vt materia, & forma, quæ ſunt entia ex ſe incompleta, ideoque non conſtituit vnum per ſe cum ſubiecto: ergo multo potiori ratione intellectio diuina eſt ens completum. Probo ſecundo, quia à Deo omnis ratio entis incõpleta remouenda eſt; quia dicit imperfectionem, videlicet negationem, aut priuationem complementi in natura. Vnde licet naturæ diuinæ accedat ſubſiſtentia, virtute ab ea diſtincta, at non complet illam in ratione naturæ, ſed perſonæ. Supponit autem complетã in ratione naturæ: ergo intellectio in Deo, quæ pertinet ad conſtitutionem naturæ diuinæ eam conſtituit, vt differentia completa. Nec obſtat habere ſe vt partem metaphyſicam, quatenus identificata cum prædicatis quibuſdam communibus Deum plenè conſtituit. Quia pars metaphyſica, ſeu differentialis eſt ens completum, eique tota natura rei reſpondet ex parte obiecti, cum differentiam concipimus. Vnde de ea prædicatur, vt in hac *homo eſt rationalis*, Licet enim genus ſe habeat inſtar materiæ; & differentia inſtar formæ: nec tamen genus ſummitur à materia ſola; nec differentia à forma ſola; ſed vtrumque eſt totum compoſitum diuerſimode conceptum, & ſignificatum, vt docent logici peritiores communiter: ergo intellectio diuina, vt forma completa adæquate, conſtituit metaphyſice naturam Dei, nec volitionem admittere poteſt, vt compartẽ conſtituentem, ſecundum bonam Philoſophiam.

Genus non ſumitur à ſola materia, nec differentia à ſola forma

19 Secundo probo concluſionem ex alijs noſtris principijs, quæ iecimus in tractatu de Trinitate, nimirum Filium procedere ab intellectu, & Spiritum Sanctum à voluntate Patris, & Filij. Porro ideo Filij proceſsionem eſſe generationem, quia per eam formaliter, ſecundum propriam quaſi ſpeciem, ſeu terminum formalem communicatur natura Dei Filio: proceſsionem vero Spiritus Sancti non eſſe generationem, quia non communicatur natura. Ex hoc principio infertur ipſam intellectionem diuinam, quæ per intellectum in Patre formaliter communicatur, pertinere ad cõſtitutionem naturæ Dei. Nam aliàs ægrè intelligitur, quo pacto proceſsio verbi diuini ſit generatio, vt declaro tractatu de Diuina Trinitate. Ex quo eadem ratione infero, volitionem non pertinere ad conſtitutionem naturæ Dei. Nam vt ex vi proceſsionis, per intellectum in Patre, intellectio Filio communicatur, ita ex vi proceſsionis per voluntatem in Patre, & Filio communicatur volitio Spiritui Sancto: ergo ſi hac, & illa pertinet ad diuinæ naturæ conſtitutionem, vtraque, vel neutra erit generatio. Probo conſequentiam quia per quamcunque earum proceſsionum: ex vi proceſsionis communicatur perſonæ productæ ratio incompleta, conſtituens naturam Dei: ergo vel vtraque, vel neutra proceſsio eſt generatio. Et peto ab aduerſum opinante, quare in ſua opinione proceſsio Spiritus Sancti non eſt generatio, niſi quia non communicatur completum conſtituens? Ergo nec proceſsio filij erit generatio, quia nec ei ex vi proceſsionis formalis communicatur completum conſtituens, ſi volitio pertinet ad conſtitutionem naturæ Dei.

2. Argumentum. Si volitio naturam Dei conſtituit, proceſsio verbi non erit generatio

Dices, eſſe diſcrimen quod proceſsio Filij communicat Filio conſtitutiuum primarium, quod eſt quaſi radix logica ſecũdarij, ac propterea virtute communicatur tota natura, non autem proceſsio Spiritus Sancti. Sed contra primo: in hac ſolutione datur nobis, volitionem non pertinere ad metaphyſicam conſtitutionem, ſed eſſe veluti proprietatem in ea conſideratione. Contra ſecundo natura diuina non conſiſtit per aduerſarios in formali intellectione, & virtuali volitione; nam aliter cõſiſteret in ſola intellectione: ſed in vtroque formaliter: ergo generatio verbi formaliter non poteſt conſiſtere in communicatione formali intellectionis, & virtuali volitionis; ſed in communicatione formali vtriuſque. Etenim per generationem tota natura communicatur formaliter, & proprietates ſolum communicãtur virtualiter: ſed volitio formaliter non communicatur Filio ex vi proceſsionis; ſed nec poteſt communicari, cum principium formale eius ſit intellectus in patre: ergo proceſsio Filij non poteſt eſſe generatio. Contra tertio: prius ratione intelligimus Filio communicatam intellectionem per proceſsionem quam formalem volitionem: quippe hæc ab intellectione communicata intelligitur per aduerſarios virtualiter, ſeu logice manare. Peto in eo ſigno rationis priori, intelligis generationem Verbi completam ſecundum eſſentialia, vel non? Si primum: ergo ſola intellectio, quæ eſt virtualiter volitio, conſtituit naturam Dei. Conſequẽtia hæc manifeſta eſt: nam hoc ipſo, quod generationem, quæ eſt neceſſaria ad naturam, Filio communicãdam, intelligamus in ſua ratione generationis plene conſtitutam, debemus intelligere per ipſam, termino producto, naturam etiam integram communicari, vt conſtat. Si ſecundum de

de ratione integræ generationis non ſolum eſt communicatio intellectionis per intellectum; ſed reſultantia illa logica, ſeu virtualis volitionis ab intellectione: hoc autem abſurdum eſt: nam tota generatio eſt productio realis formalis, & eſt notionalis: illa vero reſultantia communis eſt omnibus, non eſt realis formalis productio, ſed rationis, ſeu logica emanatio, nec à Patre: ergo ea ſolutione non fit ſatis argumento.

Contra quarto, exemplo generationũ creaturarum: nam etſi per eas partes non producantur ſemper, nec eas produci neceſſarium eſt ad generationem, produci vero vnionem, & per ipſam partes eſſentiales inter ſe copulare, & mutuo ſeſe communicare, & ea ratione totam naturam filio communicare, eſſentiale eſt ijs generationibus, & in ea virtute proprietates, non autem partem naturæ: ita ad generationem diuinam non ſufficit partem naturæ communicare: ſed neceſſarium eſt eam completam formaliter communicare, & in virtute rationes, quæ ſe habent vt proprietates: ergo cum volitio filio diuino tantum virtute communicetur, volitio ſolum ſe habet vt proprietas.

20 Tertio probo. Si propter aliquam rationem volitio ingredi debet naturæ diuinæ cōſtitutionem: maxime quia natura Dei conſtitui debet perfectiori modo excogitabili, con tinente omnem perfectionem ſimpliciter ſimplicem: ſed hæc ratio id non probat, ergo volitio ingredi non debet naturæ diuinæ cōſtitutionem. Probo minorem. Nam illa ratio probat etiam paternitatem, filiationem, & proceſsionem, ſecundum conceptum perſonalitatis, pertinere ad eſſentialem conſtitutionem naturæ Dei: hoc autem falſum eſt: ergo illa ratio non probat intẽtum. Probo ſequellam. Nam vt oſtendo tractatu de Trinitate tres illæ proprietates perſonales, ſecudum conceptum communem perſonæ, ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices: quia in vnoquoque indiuiduo entis melius eſt, eſſe perſonam quam non eſſe. Vnde licet paternitas vt ſic, filiatio vt ſic, non ſint perfectiones ſimpliciter ſimplices: ſed eas appellaui perfectiones ſimpliciter infinitas, ex ſuo genere relatiuo. At vt ſunt perſonalitas, & in eo conceptu conueniunt, ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices. Nec obſtat ex parte obiecti, conceptui perſonalitatis ſolum reſpondere eas tres relationes; quia licet illæ reſpondeant propter negatam præciſsionem obiectiuam, at etiam in illis reſpondet ratio perſonæ idem cum ipſis, & illa eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, vt probaui: ſicut cum concipio animal, reſpondet ſubſtantia: animal tamen vt ſic non eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, eſt vero ſubſtantia. Ita cum concipio accidens: accidens non eſt perfectio ſimpliciter ſimplex; eſt vero ens incluſum in accidente. Non ergo neceſſarium eſt, vt natura Dei, concepta vt natura, contineat omnes perfectiones ſimplices: ſed ſatis eſt vt natura ſit intenſiue perfectiſsima per gradum eleuatiorem, & ei debeantur tamquam radici virtuali, ſeu logicæ reliquæ perfectiones, vt explico amplius capite ſequenti.

3. Argumẽtum.

Non eſt neceſſariũ naturam Dei conſtitui per omnem perfectionẽ ſimpliciter ſimplicem.

Cap. 3. *Obiectiones, & ſolutiones.*

21 QVIA in tractatu de Scientia Dei tetigi quædam obiecta, & poſſui fundamēta ad omnia diluenda. Hoc cap. ſpeciales tantum obiectiones diluo. Prima obiectio. Deus vt Deus eſt ſumme perfectus in omni genere perfectionis, ita vt nihil poſsit perfectius excogitari, aut mente concipi: ergo conſtituitur in eſſe Dei volitione, omnibuſque cæteris abſolutis perfectionibus. Probo hanc conſequentiam, perfectior eſt Deitas, quæ conſtituitur omnibus abſolutis perfectionibus, quam quæ ſola intellectione: ſed Deitas debet conſtitui omnium perfectiſsimo modo: ergo debet conſtitui etiam volitione, alijſque abſolutis perfectionibus.

1. Obiectio

Obiectio contra noſtram doctrinam

Satisfactio. Reſpondetur diſtinguẽdo maiorem, Deus vt Deus eſt ſumme perfectus in omni genere perfectionis identice, ſeu phyſice, ſeu quatenus petit eſſe idem cum omni perfectione, concedo: ſecundum conſtitutionem metaphyſicam, quæ conſiſtit in prima ratione eleuatiori, quæ eſt velut radix cæterorum, nego. Ad illud vero de Deitate, quæ ita conſtitui debet, vt nihil poſsit excogitari, aut mente concipi perfectius: verum eſt de metaphyſica conſtitutione, quæ eſt omnium excogitabilium perfectiſsima. At verum non eſt, non poſſe excogitari aliquid perfectius, quam illud metaphyſicum tantum conſtitutiuum. Nam collectum, ſeu aggregatum illud ex omni abſoluta perfectione perfectius eſt, quam ſola Deitas intellectione conſtituta ex vna parte, cum aggregatum eam includat, & addat cæteras abſolutas perfectiones: at cum methaphyſica conſtitutio eius componi non poſsit ex omnibus: tum quia repugnat ei cōſtitutioni aggregatio, quæ eſt phyſica conſtitutio:

Eſſentia Dei ſecundum conſtitutionẽ metaphyſicam nō eſt aggregatio omniũ perfectionum.

Digitized by Google

tutio, tum quia cum intellectio ſit forma cōpleta, non poteſt admittere in compartem, componentem alias perfectiones abſolutas, vt dixi num. 18. Hinc eſt, Deitatem, vt metaphyſice conſtituitur, non poſſe eſſe rem omnium perfectiſsimam, licet ſit omnium perfectiſſime metaphyſice conſtitutum.

22 Aduerte primo, hoc argumentum inſtantiam habere manifeſtam in ratione perſonæ, ſi, vt arbitror, & dixi num. 20. ea ratio eſt perfectio ſimpliciter ſimplex: nam eodē modo probat eam ingredi debere conſtitutionem naturæ Dei.

Aduerte ſecundo. Deum in ſe, nō fore perfectiorem, ſiue nos dicamus metaphyſice cōſtitui volitione, ſiue non; nam hæc conſtitutio ſit per mentem noſtram formaliter cum fundamento ſumpto ex modo, quo creaturæ cōſtituuntur tranſlato in Deum, vt explico tract. de Trinitate diſp. de Diuinarum perſonarum conſtitutione. Rurſus nullus, qui in materia de Trinitate recte ſentiat, negare poteſt, volitionem diuinam diſtingui diſtinctione illa intrinſeca virtuali ab intellectione, ac proinde eam in ſe non includere, imo virtualiter excludere, & à parte rei ſolum eſſe inter ſe actu & formaliter idem: atqui ex eo quod nos dicamus ingredi, aut non ingredi conſtitutionem; nec maior perfectio, nec maior identitas Deo accreſcit: ergo ex conſtitutione Deitatis per volitionem, aut ex non conſtitutione per volitionem, non accedit Deo maior perfectio. Dices accreſcere perfectionē Deitati, ſeu Deo in ratione naturæ. Sed nec hoc in rigore verum eſt; nam ſi in obiecto, nec intellectio includit volitionem, nec hæc intellectionem, ex eo quod nos dicamus, vtramque conſtituere naturam; aut ſolum primariā rationem conſtituere, non ſit, eam in ſe perfectiorem eſſe: quia eodem modo intellectus ſemper habet ſibi copulatam per identitatem actualem realem volitionem: conſtitutum ergo ex vtroque, vt à nobis conſtitui imaginamur, erit perfectius; non tamen in ſe, aut Deus, aut natura Dei.

23 Secunda obiectio directe procedit contra eam duplicem conſtitutionem, & fundamentum intendit eneruare ſic. Metaphyſica conſtitutio formaliter eſt per conceptus noſtros cum fundamento in ipſa re: ergo ſi ipſa res phyſice conſtituitur collectione omnium perfectionum, quæ ſibi identificantur, etiam metaphyſice ſic concipienda eſt. Id conſtat in naturis creatis, quæ per omnes perfectiones, quas habent ſecum identificatas, conſtituuntur etiam metaphyſice in perfectione eſſentiali naturæ: ergo pariter in conſtitutione metaphyſica naturę diuinæ procedendū eſt.

2. Obiectio.

Propter hoc argumentum dixerunt aliqui etiam Angelicam, & humanam naturam metaphyſice conſtituendam eſſe per principium intelligendi, aut diſcurſus: ita vt principium volendi ſit extra conſtitutionem metaphyſicam naturæ creatæ. Si vna ratio ex parte obiecti præſcindi poteſt ab alia, idem dicerent in formis ſenſitiuis, nimirum earum naturam metaphyſicam ſummendam eſſe in ordine ad operationem primam perfectiorem, puta ad imaginationem, non autem in ordine ad appetitionem. Idem demum in alijs vegetatiuis, & non viuentibus: principium autem ſecundæ operationis non ita perfecte eſſe extra naturam metaphyſicam.

Aliorum ſolutio.

Sed ij non videntur prorſus penetraſſe metaphyſicam conſtitutionem, nec rationem, propter quam negamus Deitatem includere volitionem in ſui primaria, & originali conſtitutione, etenim radix prima deſumenda eſt ex ea intrinſeca virtuali diſtinctione diuina, in ordine ad fœcunditatem perſonarum, quam Chriſtiani Theologi peritiores declarare, quātum obſcuritas huius vitæ, & altitudo myſterij patitur, conati ſunt pro myſterio tutando. Ea primo reperitur inter intellectionem, & volitionem: deinde inter paternitatem, & intellectionem: rurſus inter hanc, & paternitatem, & filiationem. Deinde inter volitionem, & relationem ſpiratoris actiuam. Denium in Spiritu Sancto inter naturam, & proceſsionem paſsiuam. Nullatenus autem reperitur ſimilis diſtinctio, ſed alia vulgaris virtualis in creaturis; nempe virtus ad operandos effectus, realiter diſtinctos, quæ etiam eſt in Dei omnipotentia, comparatione effectuum ad extra, non autem in rebus creatis eſt diſtinctio virtualis intrinſeca, quæ ſit ſufficiens ad communicandam, ſeu realiter producēdam vnam rem ex identificatis, non producta, aut communicata alia: quis hoc, qui vel mediocriter animum aduertat ad res Theologicas, non videat? Et à nullo Theologo oppoſitum affirmatum video. Itaque in rebus creatis, in quibus non eſt illa virtualis intrinſeca diſtinctio, in metaphyſica conſtitutione ſolum attendi debet ad realem diſtinctionem, ſeu identitatem: atque id, quod à parte rei eſt actu idem cum natura, eſt de conſtitutione metaphyſica, quaſi fundamentali eius, quæ fieri debet formalis, per conceptus noſtros. Quia primo natura diuina conuenit cum creaturis in actuali identitate reali, etſi differat in virtuali diſtinctione. Hinc dicimus omnia abſoluta eſſe de phyſica conſtitutione naturę diuinæ, quo tantum ſignificamus, phyſice loquendo, non eſſe priuatam eis perfectionibus abſolutis, atque adeo identice, ſeu phyſice pertinere ad eius

24 Cōfutatio

Diſtinctio virtualis interque diuina inueniatur.

Diſtinctio virtualis intrinſeca in ſolo Deo eſt.

Quid metaphyſica conſtitutio

Digitized by Google

ad eius conſtitutionem. Excipimus vero perſonalitates diuinas, etſi actu ſint idem: quia non pertinent ad naturæ compoſitionem ex proprio conceptu; ſed ad perſonæ. Nam naturæ conſtitutio eſt, veluti formæ totalis conſtitutio, & metaphyſicæ. Vnde ſemper concipienda eſt, vt *quo*, veluti humanitas: conſtitutio vero perſonæ eſt ſubſtantiæ completæ, vt concipitur, vt *quod*; volitio autem hanc non habet repugnantiam ex proprio concep-
25 tu, ideoque ſatis aptè dicitur, eam pertinere ad phyſicam conſtitutionem. Quapropter dicendum non eſt in naturis creatis, eas metaphyſice conſtitui per principium primæ, & perfectioris operationis, ſiue ex parte obiecti hoc principium præſcindatur à principio aliarum operationum ſecundarum, ſiue non, quod ego ſemper verum putaui; Primo quia licet præſcindi poſſet, non eſt tamen inter ipſa principia illa intrinſeca diuina diſtinctio virtualis, nec excluſio: ergo non eſt ratio cur vtraque ingredi non poſsit metaphyſicam cō ſtitutionem. Secundo, quia principium primæ operationis, vt præciſum à principio ſecundæ operationis, non eſt differentia completa, ſed incompleta, & inadæquata: atque adeo admittere poteſt, ac debet in compartem conſtituentem alia principia, cuius oppoſitum reperitur in diuina intellectione, vt præciſa à volitione, vt dixi num. 18. In ſecunda probatione; nam differentia, metaphyſice conſtituens, completa eſt. Ideo autem attendendum eſt, an præſcindi poſsit, vel non poſſit. Quia huius rei definitio ex alijs principijs petenda eſt. Nam forte diſtinctio virtualis illa intrinſeca ſolum ad fœcunditatem conducit, ideoque eſt in ſe perfectiſsima: non autem vt mens noſtra vnam rationem ab alia obiectiue, quaſi ſeparare poſsit: vnde multi præciſſionem illam obiectiuam, non tantum in creatis, ſed in diuinis negant, quia ex hac præſcindibilitate nulla in ea ponitur perfectio, ſicut efficitur ex diſtinctione virtuali in ordine ad fœcunditatem.

Non eſt præciſsio inter diuina.

26 Dices, ſi vtraque nempe intellectio, & volitio diuina eſt forma completa; nec phyſice ex vtraque natura Dei conſtitui poterit. Probo ſequelam. Nam inter illas eſt diſtinctio virtualis, quæ æquiualet reali actuali in creaturis: ſed ex duobus entibus completis non fit vnica phyſica conſtitutio naturæ, aut entitas per ſe in rebus creatis: ergo nec in diuinis vtraque illa forma ad conſtitutionem phyſicam naturæ vnius per ſe ſpectare poteſt.

Diſtinctio virtualis, inter intellectionem & volitionem diuinam non obſtat conſtitutioni Phyſicæ per ſe.

Reſpondetur diſtinctionem virtualem diuinam in quibuſdam tantum æquiualere reali actuali creaturarum diſtinctioni, non tamen in omnibus: æquiualet quidē, quoad productionem, & non productionem; communicationem, & non communicationem: non autem quoad priuationes perfectionum, quæ reſultant ex actuali reali diſtinctione. Nam natura creata realiter completa atque diſtincta ab alia eſt priuata phyſice, imo negata perfectione alterius, nec per ſe cum ea vnibilis, hinc non poſſunt venire ad vnionem per ſe. At diuina intellectio, quia retinet actualem realem identitatem cum volitione, nec eſt priuata phyſice, nec negata eius perfectione: imo eā petit eſſentialiter ſibi coniungere, ac ſubinde non tantum ſit vnum per ſe per intellectionem, & volitionem: ſed idem actu, ac propterea eſt inter ipſa actualis phyſica conſtitutio eiuſdem naturæ.

Dico ergo ad ſecundam obiectionem, negandam eſſe cōſequentiam. Ad probationem, 27 *Satisfactio vera.*
concedo, in rebus creatis phyſicam conſtitutionem tantum eſſe fundamentum conſtitutionis metaphyſicæ, per noſtros conceptus; nego in diuinis paritatem rationis propter diſcrimina explanata, nimirum quia in diuinis ad volitionem diuinam præcedit ratio completa, virtute diſtincta, à volitione omnium perfectiſsima, in ea ſola metaphyſica naturæ conſtitutio ſita eſſe debet.

Tertia obiectio, Volitio diuina eſt ſubſtantia perfectè: ergo eſt ſubſiſtens: ergo pertinet ad rationem naturæ. Probo hanc conſequentiam, quia in ſubſtantijs omnes ſubſiſtunt, & quæ ſubſiſtunt, pertinent ad eſſentialem rationem naturæ. Id conſtat tum in ſubſtantijs ſimplicibus completis, tum in compoſitis ex materia & forma. Reſpondebis pertinere ad rationem conſtituendi Phyſicam, & ſatis id eſſe, vt ſit ſubſiſtens, non tamen inde probari ſpectare ad conſtitutionem metaphyſicam. 28 *3. Obiectio.*

Solutio nō ſufficiens.

Non contemnenda ſolutio, ſed obiectio petit doctrinam profundiorem, nam adhuc petet obijciēs. Si volitio diuina eſt virtute diſtincta ab intellectione, & non ſpectat ad metaphyſicam naturæ diuinæ conſtitutionem: quare illa, vt diſtincta ab intellectione per rationem, petat ſubſiſtere poſitiue, quare ei nō erit ſufficiens negatiue ſubſiſtere; hoc eſt, per non dependentiam ab alio: nam re vera volitio accedit intellectioni, tanquam actus purus ſecundarius actui primario, complete conſtituente naturam: ergo dum intellectio quæ naturam conſtituit, ſubſiſtat alia ratione diſtincta ſubſiſtentia pro volitione neceſſaria nō erit. Nam ſola natura petit perſonalitatem, vt complementum, non autem volitio, quæ eſt extra rationem naturæ. Rurſus vel illa ſubſiſtentia eſt perſonalitas, vel aliud genus ſubſiſtentiæ commune naturis non intellectualibus? 29 *Vrgetur obiectio.*

Digitized by Google

bus? Neutrum dicendum videtur. Non primũ, quia perſonalitas eſt terminus proprius naturæ intellectualis: at volitio vt diſtincta ab intellectione non eſt natura intellectualis. Nõ ſecundum, quia in Deo nõ eſt ſubſiſtẽtia, quæ non eſt perſonalitas, nec enim eſt duplex virtute ſubſiſtentia, alia, quæ eſt perſonalitas, alia, quæ non. Quod ſi non eſt duplex virtute, vel eſt tota perſonalitas, vel tota alia ſubſiſtentia, quæ non eſt perſonalitas; nam negata diſtinctione intrinſeca virtuali, neganda ſunt de eadem re contradictoria prædicata. Præterea aliæ ſubſiſtẽtiæ à perſonalitate imperfectæ ſunt, nec in Deo formaliter conſtituẽdæ.

Intellectio, & volitio diuina ſubſiſtunt vno termino.

Dices hoc ipſo, quod intellectio, & volitio ea diſtinctione intrinſeca virtuali diſtinguantur, ſua vnicuique propria ſubſiſtentia erit tribuenda, vt hoc ipſo, quod materia, & forma realiter diſtinguãtur, ſua vnicuique partialis ſubſiſtentia tribuitur, maxime cum altera pars nimirum forma rationalis eſt: at diſtinctio virtualis diuina æquiualet reali actuali. Verũ primo mihi ſatis probabilis philoſophia docet, vtramque partem compoſiti eodem perſeitatis modo ſubſiſtere. Secũdo iam dixi, non eſſe abutendum ea virtuali diſtinctione ad libitum, & eius bonum vſum tantum eſſe in ordine ad fœcunditatem, non autem ad exigendum diſtinctum virtute terminum, & complementum à termino intellectionis; cũ hoc nihil ad fœcunditatem conducat: & quẽadmodum, non quia intellectio, & volitio diuina diſtinguantur virtute, ideo in ſcientia Dei, aut beati ea cognoſcente, ſimilis conſtituenda eſt diſtinctio virtualis: ita nec in termino vtriuſque illius formæ erit etiam diſtinctio virtualis ſtatuenda. Tertio licet in diuinis ſint quatuor relationes reales; non ſunt quatuor ſubſiſtentiæ; tres perſonales, & relatiuæ; vna non perſonalis, & abſoluta. Quod ſi ſubſiſtentia volitionis virtute diſtinguitur à perſonalitate intellectionis; numerus quaternarius ſubſiſtentiarum erit conſtituendus, non obſtante indiſtinctione actuali ſubſiſtentiæ volitionis à perſonalitatibus relatiuis intellectionis, vt conſtat in relationum quaternitate; cum relatio ſpiratoris ſolum virtute diſtinguatur à paternitate, & filiatione: ergo ſimiliter in noſtro propoſito.

30 *Satisfactio vera.*

Ad hæc ergo, & ad obiectionem ſic duco reſpondendum, concedo volitionem ſubſiſtentem eſſe ipſa perſonalitate, per quam ſubſiſtit intellectio. Moueor primo; quia forſitan terminare nõ poteſt intellectionem diuinam, quin ſimul terminet volitionem immediate. Nam licet inter diuinam volitionem, & intellectionem ſit intrinſeca virtualis illa diſtinctio, & ratione eius filiatio diuina in verbo terminat immediate humanitatem Chriſti Domini, non terminat natura ita immediate, & formaliter; ſed tantum identice: at hæc virtualis diſtinctio remotius reperitur, quoad fundandam formalem oppoſitionem in intellectione, & volitione, quam in natura, & paternitate, propter quam rationem, non communicata paternitate, communicatur natura; & producta paternitate non producitur natura: at non poteſt communicari intellectio, non communicata ipſa volitione, licet non ex vi communicationis, nec altera earum produci, altera non producta, vt dixi num. 5. Hoc autem attente conſiderandum ad noſtram reſolutionem: nam quo diſtinctio illa virtualis eſt in remotiori ſtatu; eo oppoſitio etiam in remotiori ſtatu eſt, eo eſt minus apta, vt ſe gerat quoad munera realis diſtinctionis, ac ſi eſſent diſtincta, ac proinde nõ quia ratione eius diſtinctionis virtualis eo modo, quo eſt in paternitate, & natura, hæc non terminet immediate, & formaliter vnionem humanitatis Chriſti, illa terminet, ſtatim id ipſum affirmandum eſt fieri poſſe in intellectione, & volitione, cõparatione perſonalitatũ relatiuarum. Etenim, vt expẽdebam in tractatu de Trinitate, prima huius diſtinctionis virtualis origo eſt ipſa intellectio diuina, in eaque, tanquam in primo fonte, continetur, in quantum ab ea pro priori quodam rationis intelligimus logice, aut virtualiter emanare volitionem, paternitatẽ, & cæteras proprietates perſonales, medijs realibus proceſsionibus, non tamen fieri poteſt, quin intellectio non terminetur tota quacumque perſonalitate. Moueor ſecundo, quia in tertia proceſsione ex vi eius eſt terminus cõmunicatus, & productus: terminus communicatus, eſt volitio; productus, eſt relatio ſpirationis paſsiuæ, quæ ex conceptu eſſentiali eſt ſubſiſtẽtia, per quã ſubſiſtit tertia perſona, vt conſtat: at non eſt ſubſiſtentia aliqua, aut abſoluta, aut relatiua diſtincta virtute à propria perſonalitate, per quam eſt perſona Spiritus Sancti, vt probatum eſt: ergo eſt perſonalitas. Verum eſt non denominari perſonalitatem, vt comparatur ad volitionem: quia hæc denominatio connotat naturam intellectualẽ quam terminat, in ſe, tamen perſonalitas eſt. Quare autem ea proceſsio non ſit generatio, cum perſonalitas communicetur, in tractatu de Trinitate explico. Et ratio facilis eſt ex dictis: quia ratio generationis non eſt deſumenda ex producta perſonalitate, quæ quaſi ſpecie diuerſa eſt à perſonalitate producente: ſed ex natura generantis communicata: & cum communicetur formaliter volitio Spiritui Sancto non poſſet eius proceſsio eſſe generatio.

Diſtinctio virtualis alia inter naturam, & paternitatem, & alia inter volitionẽ, & intellectionem.

Ratio generationis in diuinis non ſumenda ex producta perſonalitate ſed ex natura communicata.

Itaque

Itaque volitio diuina ſubſiſtens eſt ipſa perſonalitate perſonę, in qualibet ex tribus perſonis, in quibus hoc eſt ſingulare: ac propterea licet omnis, & ſola ratio ſubſtantiæ naturæ creatæ, quæ pertinet ad cõſtitutionem metaphyſicam, naturæ ſubſiſtentia terminetur, non ideo in diuinis pariter affirmandum eſt; propter diuerſam naturæ diuinæ phyſicam, atque metaphyſicam conſtitutionem, quæ non reperitur in conſtitutione naturarum creatarum, vt explicui ſatis num. 25. & 26. in ſecundæ obiectionis explicatione.

Cõſtitutio Phyſica, & Metaphyſica tãtum in diuinis.

32 Quarta obiectio: materia prima cœli eſt radix prima omnium, quæ ſunt in corpore cœleſti, & per eam ſufficiẽter diſtinguitur ab alijs rebus, in opinione magis probabili omnes materias cœlorum aiente eſſe ſpecie diſtinctas; & tamen non eſt tota natura, etiam ſecundum conſtitutionem metaphyſicam corporis cœleſtis, ſed compoſitum ex illa, & forma: ergo ſimiliter licet intellectio diuina ſit prima omnium radix, quæ ſunt in Deo, in illa ſola erit tota rei natura, etiam ſecundum metaphyſicam conſtitutionem; ſed aggregatũ ex ea, & volitione, & alijs perfectionibus abſolutis.

4. Obiectio

Confirmari hoc argumentum, & vrgeri poteſt exemplo radicis in arbore, quæ in ſe eſt ſubſtantia completa conſtans materia, & forma, atque principium effectiuum ramorum, foliorum, florum, fructuum arboris: & tamẽ radix non eſt tota arboris eſſentia, ſed pars: ergo pariter intellectio ſola erit pars naturæ diuinæ, non tota.

Satisfactio. Hæc obiectio parui momenti eſt, & parum ad rem. Quare immerito quidam recentiores ingenioſi plus iuſto ſermonem protrahunt in ea explicanda, adhibentes varias ſolutiones, & replicas, quibus aut doctrina vera non continetur, aut argumenti neruus à radice non præciditur. Eis prætermiſsis, tranſeat antecedẽns, & nego conſequentiam: diſcrimen eſt, quod omnis naturæ conſtitutio, ſiue metaphyſica ſit, ſiue phyſica, eſſe debet ex ſubſtantia completa in genere naturæ, ſiue ſimplici cum natura ſimplex eſt, ſiue completa cum incõpoſita; materia autem cœlorum prima completa ſubſtantia eſt, ac propterea incompleta natura; intellectio autem diuina completa ſubſtantia eſt ex proprio conceptu, vt explicui num. 18, vnde illa admittit aliam compartem conſtituentem, non hæc.

33 Confirmatio prima aliquid habet è re, nullam tamen difficultatem, quia confundi conſtitutionem integrantem ex partibus ſubſtantialibus cum conſtitutione metaphyſica: radix, ſeu truncus, & rami eiuſdem naturæ ſpecificæ ſunt. In trunco ergo eſt eadem ſpecies, atque conſtitutio metaphyſica, quæ in ramis; non tamen habens tot partes integrãtes, ac proinde in radice non eſt tota eſſentia ſecundum partes integrantes ad quas videtur referri, illud tota: eſt autem tota eſſentia ſecundum partes ſpecificas. Nam diuina, quæ tota in intellectione ſita eſt, non habet partes integrantes, cum ea partium diuiſsibilitas non ſit ſine magna imperfectione. Conſiderat quidem obijciens, volitione diuina intellectionem integrari, vt ramis truncus: conſideratio aliena à bono Philoſopho, ne dum à Theologo: an ne creatæ intellectiones volitionibus integrantur? quo ergo fundamento ſi in ſpiritualibus intellectionibus creatis non ſunt partes integrantes, nec volitiones creatæ, eas integrant, diuinam intellectionem conſiderant, & explicant per compoſitionem partium integrantium: conſideratio hæc nimis impropria, & à re diuina diſsidens.

Si natura ſpecifica foliorum, fructuum, &c. eſt ſpecie diſtincta ſaltem partiali à natura ramorum, diſtinguenda in eis eſt integra conſtitutio ſpecifica à partialibus, & concedendum omnes partes pertinere ad integram conſtitutionem; negandum ad partialem. At vnde habetur eſſe in diuinæ naturæ conſtitutione integritatem hæterogeneam conſtitutionis, & partialis? An quia eas cernimus in materialibus ſubſtantijs, ſcatentibus mille imperfectionibus, liceat ſtatim diuinam pari conſtitutione compactam conſiderare, & affirmare? Non ne melius philoſophatur, qui Angelicam naturam diuinæ vicinam contemplatus, cerneret in ea nec veſtigium eſſe huius materialis, & craſſæ compoſitionis, per partes ſpecificas integrantes; ita etiam diuinam cenſeat, ac prædicet, & defendat eſſe conſtituendam? Quis hoc non videat?

Obijcies denique verba Diui Thomæ, in hoc artic. 1. ibi: *Vt intelligere Dei eſt ſummum eſſe, ita & velle.* ergo ſecundum Sanctũ Thomam vtrumque eſt de conſtitutione eodem modo, & ſi excludimus à conſtitutione volitionem; etiam intellectionem excludere debemus cum de vtraque eodem modo loquatur. Reſpondetur Sanctum Thomam ſolum hic loqui de reali identitate intellectionis, & volitionis cum Deo, non autem de eſſentiali conſtitutione, quia ad Sancti Thomæ inſtitutum realis identitas ſufficiens erat. Lege dicta diſp. 3. cap. 4. 34 5. Obiectio. 35 Satisfactio.

(§ .)

T Cap.

Digitized by Google

Cap. 4. De *appetitu innato* Dei.

S. Thom.

MATERIA huius capitis extra tractatum de voluntate Dei videtur: at ex quodam fundamento in Sancto Thoma: artic. 1. ab authoribus introducta eſt. Pater Arrubal diſp. 2. cap. 2. ſentit eſſe in Deo naturalem appetitum comparatione eius actus, cuius in Deo eſt ratio principij actiui: vt in omnipotentia ad producendas res creatas; in Patre ad generandum; in Patre, & Filio ad ſpirandum: non tamen eſſe appetitum innatum, comparatione aliarum perfectionum communium, quarum in Deo nullum eſt reale principium. In prima parte huius ſententiæ nulla eſt diſſenſio. Secundam partem probat, ex P. Vazquez 1. 2. diſp. 22. c. 2. vbi docet eſſe non poſſe appetitum naturalem ſine principio actiuo, & paſsiuo: nam inclinatio appetitus naturalis continet aliquem conatum; conatus autem eſſe non poteſt, vbi non eſt ratio potentiæ. Secundo, quia inclinatio innata ſine potentia non habet effectum aliquem: ergo ea inclinatio non eſt perfectio alicuius; ergo non eſt inclinatio innata. quia omnis huius generis inclinatio eſt perfectio. Cum ergo in Deo comparatione perfectionum communium, quę ſunt idem cum eſſentia Dei, non ſit ratio principij actiui, & paſsiui, nequit eſſe innatus appetitus.

P. Arrubal. *Sententia concedens Deo innatum appetitum.* P. Vazquez.

36 Verum nec Pater Vazquez ſuffragatur eo loco ſecundæ parti, nec ea vera eſt: & Pater Suarez 2. tom. Met. diſp. 30. ſect. 16. §. de appetitu innato, rem hanc magis à priori declarauit. Patrẽ Vazquez non ſuffragari conſtat in illis verbis. *Alter appetitus eſt innatus, qui tantum eſt per modum potentiæ, & inclinationis ad aliquam perfectionem.* In quibus duos appetitus innatos diſtinxit: alium per modũ potentiæ; alium per modum inclinationis ad aliquam perfectionem: at in natura eſt inclinatio ad propriam intrinſecam perfectionem, imo ad conſeruationem in eſſe: ergo appetitus innatus reſtringendus nõ eſt, iuxta mentẽ Patris Vazquez ad ſolam rationem potentiæ, & licet num. 9. dicat appetitum innatum ſemper oriri, & conſequi potentiam aliquam, non tamen ibi loquitur de ſola potentia actiua producente perfectionem, qua caret. Nam infra diſtinguit appetitum innatum, per modum deſiderij, & hunc (ait) eſſe in ordine ad perfectionem, quam non habet, & appetitum per modum complacentiæ in perfectione poſſeſſa, ſic enim (ait) *Quo fit vt potentia naturalis ſecundum ſe comparetur per modum complacentiæ, & amoris cum ſua perfectione, quatenus eſt ſibi abſolute conueniens*: ergo potentiam naturalem non vſurpauit pro principio actiuo, ſed pro ipſo appetitu innato. Hoc notarim, vt ſententia P. Vazquez, quæ in quacunque re Theologica magnifaciẽda eſt, in hac etiam conſtet. Et quod plus eſt, hæc eadem mihi videtur expreſſa ſententia D. Thom. in hoc art. 1. in illis verbis. *Qualibet autem res ad ſuam formam naturalem, hanc habet habitudinem, vt quando non habet ipſam, tendat in eam, & quando habet ipſam, quieſcat in ea; & idem eſt de qualibet perfectione naturali, quæ eſt bonum naturæ.* In his ſtatuit doctrinam generalem communem inclinationi appetitionis innatæ, & elicitæ: ergo vt in elicita eſt deſiderium boni abſentis; & complacentia, ſeu gaudium boni præſentis: ita in appetitu innato vtramque inclinationem debemus conſiderare: nam licet ratio appetitus innati ex elicitis per analogiam quandam petita eſt; at ea analogia talis eſt, vt re vera inueniatur talis appetitus, ſeu naturalis inclinatio in rebus, vt bene aduertit Pater Suarez ſupra. Nã licet nulla ſit appetitio elicita in his rebus; at eſt propriiſsime naturalis, & analogia ſolum conſiſtit in earum explicatione, per appetitum elicitum. Idem repetit S. Thom. art. 2. in corp.

P. Vazquez. P. Suarez. *P. Vazquez ſententiæ magni momenti in re Theologica.* S. Thom. P. Suarez. S. Thom.

37 Quapropter rem totam definio ſequentibus propoſitionibus. Prima propoſitio. In Patre æterno per potentiam generandi; in Patre, & Filio per ſpirandi, eſt appetitus naturalis ad Filium, & ad Spiritum Sanctum. Hæc concluſio de ſe manifeſta eſt, produco tamen eius optimam explicationem. Nam primum in Patre eſt paternitas, & eſt intellectio illa, ſecundum duos conceptus inadequatos, & eſt potẽtia producendi per generationem, & eſt ipſa generatio actiua, vt doceo tractatu de Trinitate. Hæc, & eſt cognitio omnium, quæ cognoſcit Deus, & eſt natura, ſeu Deitas totius Trinitatis. Illa ſecũdum vtramque conſiderationem eſt ipſa inclinatio ad finem, tanquam ad terminum explentem, & exhaurientẽ omnem Patris fœcunditatem generatiuam: ergo tum vt potentia producendi per generationẽ; tũ vt actualis generatio, vehemẽtiſsimã habet naturalem inclinationẽ ad Filium. Quoad relationem ſpiratoris propter proportionalẽ rationẽ potẽtiæ, & ſpirationis actiuæ eodẽ modo Theologizãdũ eſt. Intellectio autẽ, vt eſt cognitio, eſt principiũ appetitionis modo, quo explicui diſp. 11. c. 2. vt eſt natura Dei fœcũda in Patre, inclinatur appetitu naturali ad ſe cõmunicandũ. Pariter in Patre, & Spiritu Sancto volitio, vt eſt in ipſis fœcunda, & pertinet ad rationem ſecundariam perfectionum abſoluta-

Pater æternus, ad Filium, & ambo ad Spiritum Sanctũ habẽt naturalem appetitum.

Digitized by Google

abſolutarum diuinarum, vt explicui hac diſp. ſæpe, maxime cap. 1. & 2.

In omnipotentia eſt naturalis inclinatio ad creaturas

Dionyſij.

38 Secunda propoſitio: in omnipotentia eſt inclinatio naturalis ad ſe communicandum creaturis per earum productionem. Hæc etiã concluſio de ſe manifeſta eſt; eius rationem à priori declaraui tractatu de incarnatione ex D. Dionyſio cap. 4. de diuinis nominibus, vbi comparat ſolem hunc abſque electione ſe ſe medio lumine, in diaphana corpora diffundentem omnipotentiæ Dei, per electionem, creaturis ſecundum earum capacitatem ſe cõmunicantem: atqui in quocunque bono eſt inclinatio ad ſe communicandum, quantum poteſt; etenim bonitas rei (vt hic loquimur) non eſt ſpeciale aliquod attributum, ſed integritas, atque plena rei perfectio: eſſe autem in perfecto ſtatu, in ſe conſtitutũ ſtatim ad alia perficiendum, propendet naturaliſsimo impetu. Quod ſi hoc verum eſt de quocumque bono potiori ratione de Deo (qui eſt ſummũ bonum) verum eſſe debet, vt bene expendit S. Thom. in hac quæſt. art. 2 quod eo rigore verum eſt, vt licet in bonis creatis nõ ſemper eſſet hæc inclinatio, at in Deo ſemper eſſet propter ſummam eius bonitatem: ergo Deus per ſuam omnipotentiam habet inclinationẽ naturalem ad ſe communicandum creaturis per productionem: nam omnis communicatio, aut eſt cauſalitas, aut ad cauſalitatem reuocatur. Ideo autem nec violenta fuit toto illo ſpatio durationis ex æternitate à parte ante, vſque ad inſtans, in quo producere cœpit creaturas, nec modo eſt violenta, quia nõ producit omnes, quas poteſt. Nam ad producendum inclinatur tunc cum à ſcientia Dei dirigitur, & à voluntate determinatur: eſt enim ex natura ſua potentia agentis per intellectum, & voluntatem; ac proinde non eſt violenta, cũ non producit, quia nec dirigitur, nec determinatur.

S. Thom.

Omnipotentia nõ fuit violẽta ex æternitate.

Inter ſciẽtiam, & omnipotẽtiam quãta rationis diſtinctio.

39 Hoc loco obſerua, ſecundum noſtra principia, omnipotentiam Dei nõ diſtingui ratione præſcindente à ſcientia, aut volitione libera, vt notaui diſp. 10. de ſcientia n. 8. ſed ſolum penes inadæquatas conſiderationes noſtras, in quãtum eandem formalitatem realẽ actualiter, & virtualiter concipimus, vt eſt perceptio rerum, vt eſt amor illarum, vt eſt Phyſica continentia in genere cauſæ efficientis: vnde ſicut, vt eſt amor eſt appetitus elicitus creaturarũ: ita, vt eſt cõtinentia phyſica eſt innatus.

Intellectio Dei naturaliter inclinatur ad volitionem, ad paternitatem, ad ſpirationem actiuam,

Tertia propoſitio, in intellectione comparatione volitionis, & relationis Paternitatis, & Spiratoris actiui, eſt naturalis inclinatio, ſeu appetitus innatus. Veritas huius cõcluſionis declaratur ex noſtris principijs, quæ putamus vera eſſe, & à nullo negari poſſe; licet non omnes eadem perſpicacitate in eis mentem fixerint: nimirũ intellectionem in diuinis eſſe rationem omnium primam, & præcipuam, ab eaque virtuali, ſeu Logica emanatione procedere prædicata ſecundaria, quæ ab ipſa virtuali illa intrinſeca diſtinctione differunt, de qua ſæpe feci mentionem cap. 1. & 2. ac ſubinde procedere. Primo volitionẽ diuinam hac ratione. Secundo relationem Paternitatis. Deinde relationem Spiratoris actiui, quæ à Paternitate, atque intellectione virtualiter diſtinguitur: ergo ad ea intellectio habet naturaliſſimum appetitum innatũm, non per modum deſiderij, quia eis carere non poteſt: ſed per modum continentis virtualiter, ſeu logice, & appetentis earum virtualem, ſeu logicã emanationem, & in ea pro poſteriori rationis iam exercita gaudentis, & complacentis. Aduerte in inclinatione naturalĩ intellectionis ad diuinam volitionem contineri etiam inclinationẽ ad libera decreta: propterea quod non diſtinguntur in Deo à volitione neceſſaria, vt dicendum diſp. 16. Porro cũ Deus nequeant habere actus liberos niſi honeſtos, ea inclinatio eſt ad omnem honeſtatem Dei propriam.

P. Arrubal.

Diluũtur rationes in contrarium.

40 Nec contra hanc concluſionem vim habent rationes Patris Arurbal. Primo, quia iam damus in intellectione rationem quandam actiuæ potentiæ, & virtutis comparatione harum rationum poſteriorum, ſuumque conatum. Quod vero addit in prima ratione, videlicet ſine principio actiuo, & paſsiuo appetitũ innatum eſſe non poſſe, nulla ratione verum eſt, nec conſentaneum ſuis principijs: nam in omnipotentia ipſe ponit appetitum innatum ad creaturas: at non eſt ratio principij actiui, & paſsiui. Secundo cum in ratione principij paſſiui eſſentialiter contineatur imperfectio, vt monſtraui diſp. 2. cap. 3. ſi id verum eſſet, omnis appetitus innatus à Deo eſſet remouẽdus. Tertio quia id affirmat ſine aliquo fundamento; quare enim ad rationem appetitus innati, ait, neceſſariam eſſe rationem principij actiui, & paſsiui?

In diuinis perfectionibus eſt ad ſe ipſas ſua quoque inclinatio.

41 Quarta propoſitio, in intellectione, & volitione, & cæteris perfectionibus; tum abſolutis, tum relatiuis, eſt etiam quædam inclinatio naturalis ad ſeipſas. Hæc eſt de mente D. Th. Patrum Suarez, & Vazquez ſupra citati num. 36. & declaratur ſic. In appetitu elicito eſt affectus complacentiæ, non ſolum comparatione bonorum diſtinctorum; ſed etiam comparatione ipſius actus: nam vt intellectio Dei eſt ſui intellectio abſque vlla diſtinctione, aut propria reflexione, vt accurate declaraui diſputat. 4. cap. 1. à num. 5. ita volitio Dei eſt ſui amor: ergo pariter in appetitu innato eſt ſimile põdus ad ſuum eſſe, & conſeruationem

S. Thom. P. Suarez. P. Vazq.

Digitized by Google

DISPVTATIO DECIMA TERTIA.

DE OBIECTO INCREATO VOLITIONIS DEI.

Diſtincta ſex Capitibus.

In Primo. Non habet Deus affectum ſpei circa ſe ipſum.

In ſecundo. Rei difficultas circa amorem ſpecialem, & ſtrictum.

In tertio, Sententię Theologorum.

In quarto. Prima recentioris ſatisfactio refutata.

In quinto. Alia alterius recentioris ſatisfactio refutata.

In ſexto. Propria reſolutio per tres concluſiones.

ARTICVLVS TERTIVS. SANCTI THOMÆ.

VTRVM QVIDQVID DEVS VVLT, EX NECESSITATE VELIT.

S. Thom. RESPONDET Sanctus Thomas: Deum ſuam bonitatem neceſſario velle; quia eſt finis perfectiſsimus, ſibi ſine alijs ſufficiens: creaturas vero, quia non ſunt neceſſariæ ad finem, non neceſſario abſolute velle; ſed tantum ex ſuppoſitione, hoc eſt, ſuppoſito, quod eas velit, iam neceſſario velle propter diuinæ volitionis immutabilitatem.

Cap. I. Non habet Deus affectum ſpei circa ſe ipſum.

1 *In ſcientia Dei cōceduntur quidam actus, quidā negātur.* VT in ſcientia Dei varios actus conſideramus ſimplicem aprehenſionem, iudicium intuitiuum, nō comprehenſiuum, & comprehenſiuum; cognitionem Dei in ſe, in alio, & ex alio, diſcurſum virtualem: quoſdam negamus Deo propter imperfectionem, vt ſimplicem apprehenſionem, iudicium de ſe arbitratiuum, cognitionem ſui ex alio, vt conſtat ex diſput. 4. cap. 2. & 3. quoſdam concedimus, vt cognitionem ſui in ſe comprehenſiuam, & ſui in alio, vt conſtat ex cap. 1. & 4 eiuſdem diſp. Ita in voluntate Dei diſquirendi diligenter affectus, qui negādi, qui concedendi ſunt, & in hoc capite: de affectu ſpei circa ſe ipſum. *Ita etiam in voluntate.*

Digitized by Google

11 Nota autem primo affectus volũtatis quoſdam eſſe proſecutionis, quoſdam fugę: hi directe circa malum verſantur, nam ex natura ſua ſunt receſus ab obiecto ex affectu proſecutiuo, ſiue formali, ſiue virtuali in bonum oppoſitum: verbi gratia odium, deteſtatio, metus, triſtitia; nam ex amore boni ſequitur odium mali aduerſi; ex deſiderio fuga, ſeu deteſtatio mali contrarij; ex gaudio in bono poſſeſſo triſtitia de amiſſione. Quod autem in voluntate diuina circa ipſum Deum non ſint affectus fugæ, clarius eſt, quam probari poſſit. Nam totus Deus ſibi eſt optimus, atque conuenientiſſimus: ergo procul exulat omnis fuga a voluntate Dei circa ſe ipſum. An vero erga creaturas hos habeat affectus, diſp. 20. in qua elucido totam quæſtionem 20. Sancti Thomæ.

In Deo comparatione ſui non eſt fuga.

12 Nota ſecundo, in vnaquaque virtute omnes illos proſecutionis affectus reperiri poſſe: ſummo charitate, quæ diligit bonum Deo ex complacentia in ipſo, ſeu propter Deum, aut quia Dei eſt. Vnde munus eius charitatis eſt amare ſtricto amore; hoc eſt actu diſtincto à deſiderio, ſpe, & gaudio bonum diuinum, ſiue intrinſecum, ſiue extrinſecum: quia bonum diuinum eſt; deſiderare cum abſens eſt; ſperare cum abſens, & arduum; gaudere, atque lætari cum poſſeſſum propter ipſam complacentiam in Deo, aut quia bonum Dei. Hoc eodem modo Theologizãdum eſſe de virtute habituali ſpei opinatur, Pater Suarez, 3. part. quæſ. 17. artic. 4. in Commentario nimirum huic etiam virtuti hos omnes affectus reſpondere, mutato obiecto formali charitatis. Etenim hæc reſpicit amici bonum propter bonum amici, vt dixi: ſpes autem quodcumque bonum, vt eſt bonum noſtrum, ſeu operantis: nam ſicut ad charitatem ſpectat amare bonum amici, deſiderare, ſperare, lætari in eo, quia bonum amici eſt: ita ad ſpem amare bonum noſtrum deſiderare, & ſperare, atque complacere in eo, quia noſtrum eſt.

P. Suarez.

13 Ex hoc autem fieri videtur, poſſe nos aliquam ſpem in Deo conſtituere. Nam licet ſimplex deſiderium ſpei virtutis non conſtituatur, nec deſiderium, nec affectus præcipuus eius virtutis, qui reſpicit obiectum, non tantum abſens, ſed etiam arduum, à quo actu cæteri, qui in hac virtute ſunt, ſpei accipiunt denominationem: Licet hi (inquam) affectus non conſtituantur, propterea quod abſentia nulla eſſe poteſt comparatione bonorum Dei intrinſecorum, at poni poterit affectus complacentiæ, ſeu gaudij, reſpondens ſpei, & non ſolum charitati diuinæ. Sic declaro hanc illationem. In eo affectu complacentiæ, vt ratione diſtinguitur ab affectu complacentiæ, ſeu gaudij, reſpondenti charitati, eſt honeſtas, eſt perfectio ſine imperfectione: ergo ille actus non eſt denegandus voluntati diuinæ. Quod autem ſit perfectio ſine imperfectione, conſtat primo. Quia nec in noſtra ſpe eſt aliqua imperfectio, ex eo quod bonum noſtrum, quia noſtrum diligamus, cum id ordinate diligimus, nedum in Deo imperfectio erit, cum complacet, & fruitur in bono diuino proprio, quia propriũ eſt; Deum enim ferri voluntate in ſuum proprium bonum, quia proprium Dei eſt, ordinatiſſimum eſt; imo ex recta ratione omnia in Dei bonum extrinſecum ſaltem ordinari denium debent, vt conſtat: ergo aliquis affectus ſpei poni poterit. Vnde Pater Suarez, & Caietanus in eo articulo 4. ſentiunt in beatis, etiam poſt reſurrectionem manere habitum ſpei, propter hunc actum: eadem autem ratio videtur de Deo, non quoad habitum, eo quod nullus habitus Deo datur, ſicut nec facultas volendi ex ratione generali actus primi, ſed quoad ſimilem actum.

P. Suarez. Caietanus.

Nihilominus concluſio præfixa in titulo certa eſt, & communis cõnſenſus Theologorum. Et vt fere omnes cum Sancto Thoma: negãt beatis circa propriam beatitudinem habitũ, aut actum ſpei: ita potiori ratione Deo. Lege ipſum 3. part. in ea quæſt. 7. art. 4. in arg. ſed contra vbi ſic concludit, *Et ſic patet, quod ſicut fides eſt de non viſis, ita ſpes de non adep-tis: ſed fides non fuit in Chriſto, ſicut dictum eſt: ergo nec ſpes.* In hoc argumento concludit Sanctus Thomas ex viſione beata Chriſti, tum fidem, tum ſpem pari ratione eſſe neganda. Atque 2. 2. quæſt. 18. artic. 2. ita ait. *Ideo cum beatitudo iam non fuerit futura, ſed præſens, non poteſt eſſe ibi virtus ſpei.* Ecce negat virtutem ipſam in ſtatu beatitudinis, id etiam docet communis ſententia ſcholaſticorum. Vide P. Vazquez 3. part. diſp. 43. cap. 2. & 1. part. diſp. 84. cap. 1. & diſp. 235. cap. 4. & 1. 2. diſp. 40. cap. 2. Et P. Ludouicum Torres, 2. 2. tom. 1. diſp. 62. dub. 1. P. Valentia, 1. 2. diſput. 5. in fine, qui antiquos allegant, nominatim vero in Deo omnem affectum ſpei negarunt. Pater Vazquez 1. part. diſput. illa 84. cap. 1. & Torres ſupra diſp. 60. dub. 2. Pater Arrubal 1. part. quæſt. 20. num. 4. Et Pater Suarez, 1. quæſt. lib. 3. de Attributis poſitiuis cap 6. num. 7. licet diuerſa ratione, qui vt vniuerſaliter negent Deo affectum ſpei mouentur, quia ſpes reſpicit illũ, à quo res aliqua ſperatur, tanquam ſuperiorẽ & potẽtiorẽ, qui poteſt præſtare id quod ſperatur; Deus autem nullum huiuſmodi reſpicere poteſt: ergo.

14 S. Thom. *Non eſt ſpes comparatione ſui.*

P. Vazquez. P. Torres. P. Arrubal. P. Suarez.

Verum

Digitized by Google

Ad ſpem non opus eſt ſperare à potētiore.

Verum obiter noto hanc rationem ineffi-cacem eſſe, nam licet fundamenta ſint non contemnenda, ad affirmandum arduitatem, quæ ſemper eſſe debet in obiecto ſpei, vt di-ſtinguas illud ab affectu deſiderij, conſiſtere in eo, quod ab alterius voluntate pendet id, quod conſequi ſperamus, vt dico infra num. 16. At quod is, à quo res pendet, ſeu largienda ſit potētior, atque ſuperior, nullum (ni fallor) habet firmum fundamentum, imo oppoſitum legi in P. Vazquez, 1. 2. diſp. 40. cap. 2. vbi declarans differentias deſiderij, ſpei, & inten-tionis, ait, res magnas, & minimas à nobis de-ſiderari, & ſperari poſſe, ſic addit. *Quia quoti-die ſperamus aduentum famuli ex tali loco, e-tiamſi aduentus illius ſit parui momenti, & res minima &c.* Ecce concedit difficultatem ob-iecti ſpei conſiſtere in dependentia ab aliena poteſtate, etſi is, à quo rem ſperamus, & de-pendemus, non ſit ſuperior, ſed inferior, non ſit potentior in ea ratione, vt hic loquimur, id etiam conſtat in Rege, cum ſperat ſeruitiū ſibi præſtandum eſſe à milite, vel vaſallo, cu-ius ratio à priori eſt: quod hoc ipſo quod ſit aliena voluntas, & poſita in alterius perſonæ poteſtate ea vti, atque inflectere pro arbitratu in partem, quam libuerit, aut negando, aut cō-cedendo bonum prohibito, tota ſpei difficul-tas reperitur, & nimis accidētarium, quod ea perſona a qua ſperatur, ſit æqualis poteſtatis ſuperioris, aut inferioris: ergo ea ratio fir-ma non eſt. Nemo negabit rem, quæ intendi-tur probari magis eſſe certam, quam funda-mentum hoc, quo nititur; maxime autem cu-rādum eſt, vt medium, quod aſſūmitur, ad ali-quid probandum, certius ſit, quam concluſio ex eo inferenda, alias talis probatio non ca-rebit vitio.

P. Vazq.

Medium notius eſſe debet quā cōcluſsio.

16 Secundo ergo concluſio probari poteſt, ex alio principio, nimirum eſſe de eſſentia cuiuſ-cumque obiecti affectus ſpei eſſe abſens, & ar-duum; cum ergo comparatione Dei erga pro-pria bona, nec difficultas, nec arduitas eſſe poſſit; nec affectus ſpei poterit eſſe: conſe-quentia hæc certa eſt. In principio aſſumpto eſt difficultas, quia ex eo remouetur omnis ſimplex amor, omniſque complacentia à vir-tute ſpei: illud tamen tam eſſe ſine controuer-ſia indicat P. Vazquez 3. p. diſp. 43. cap. 2. vt non dubitauerit affirmare à nullo ex ſcho-laſticis oppoſitum aſſertum fuiſſe. Sed iam notauimus num. 13. à P. Suarez, & à Caieta-no, ſcholaſticis quidam magnæ authoritatis contrarium defendi: quæ opinio inter noſtros Magiſtros in hac prouincia Caſtellana com-munior iam eſt, nec habet leue fundamentum in modo procedēdi aliarum virtutum, in qui-bus ſimiles actus reperies: quare ergo virtutē ſpei ad vnum actum limitemus? qui licet ſit præcipuus in ea virtute; vt in alijs virtutibus; at alios etiam comprehendit, etſi minus præ-cipuos, ambitus virtutis: ergo licet non con-cedamus in Deo ſpem pro præcipuo affectu; alium tamen complacentiæ poterimus con-cedere, nihil impediente eo principio.

P. Vaz. P. Suar. Caietanus.

Nihilominus fundamentum hoc maioris momenti eſt, quam præcedens, & propter il-lud ego docui 3. p. q. 11. art. 2. 3. & 4. nec in Chriſto eſſe pœnitētiam, nec fidem, nec ſpem. Robur autem conſiſtit in duabus propoſitio-nibus. Prima, quod obiecta harum virtutum ſtatuenda, atque defendenda à nobis ſunt con-ſtāter; eo modo, quo ea nobis proceres Theo-logi, atque Philoſophi tradiderunt, nec cuiuis authori licere pro arbitratu ea mutare, aut alterare: nam niſi in obiecto virtutis non eſt conſenſio inter concertantes, cum obiectum fixum, & immotum ſit, velut primum princi-pium, ex quo cæteræ reſolutiones manant in ea materia, fere omnis diſputatio præcidi-tur. 17

Fundamentum concluſionis.

Secūda propoſitio. Doctores omnes quo-ties de ſpe loquuntur, eamque diſtingunt ab alijs virtutibus, ſemper ex parte obiecti aſsi-gnant conditionem abſentiæ, & arduitatis. De S. Thom. certiſsimum eſt, vt notaui num. 14. ac de communi ſcholaſticorum Theolo-gorum ſententia poſt ipſum. De Ariſtotele etiam lege ipſum lib. 2. Rethoricorum ad Theodoctem cap. 5. vbi loquitur de timore, & eius contrario, & incidens in ſpem, ait, *ſpem eſſe cum imaginatione rerum ſalutarium, quod prope adſunt*; & quoties hac de re ſermonem inſtituit, ponit, atque ſupponit, ſpem verſari circa abſentia, & ardua. Item ſect. 30. proble-matum problemate 50. proponit. *Cur nihil in eo delectamur, quod triangulum duobus rectis pares angulos inter nos, vel habere ſpectamus, vel habiturum ſperamus?* & reſpondet, eis ſo-lum delectari, quæ vel fuerunt, vel ſunt conſi-lio noſtro: non vero in eo, quod ita à natura ipſa habet. Semper tamen de ſpe loquitur, vt de reſpiciente bonum futurum, & arduum. De Patribus etiam res certa eſt ſupra locum Pauli 1. ad corint. cap. 13. *Nunc autem manet fides, ſpes, & charitas, tria hæc, maior autem horū eſt charitas.* Per illam vero particulam *nunc*, ſignificari à Paulo tempus huius vitæ, & viæ demōſtratur ab interpretibus, vide Corneliū à Lapide, ibi, & Gregorium de Valentia, à quo quædam deſumpſit 2. 2. diſp. 1. q. 5. puncto 2. vbi ex communi Patrum ſententia, & con-textu id oſtendunt nihil impediente, quod Irenæus lib. 2. cap. 47. & Tertullianus de pa-tientia cap. 12. aliter id intelligunt, extra mē-tem Pauli, quod hic referre non oportet. Ex

Obiectum ſpei abſēs & arduū.

S. Tho. Ariſtoteles

Paul. 1. ad corin. c. 13.

P. Cornel. à Lapide. P. Valent. Irenæus. Tertull.

Digitized by Google

eo intulerunt ſpem non manere in Beatis, nam vt dixit Paulus ad Rom. 8. *ſpes, quæ videtur, non eſt ſpes; quod enim videt quis, quid ſperat?* hoc eſt ſpes non eſt eorum, quæ poſsidentur. Nota vero hoc loco nomen *ſpes*, diuerſa ſignificatione accipi in primo loco, quam in ſecũdo: nam in primo, cum ait, *ſpes, quæ videtur*, ſumitur ſpes pro re ſperata: in ſecundo vero pro actu ſperandi, ac ſi dicat, res, quæ per viſum poſsidetur, non poteſt ſperari, ita Toletus in hunc locum. Prætermiſsis aliorum Patrum teſtimonijs, refero verba Auguſtini in Inchiridion cap. 8. qui id confirmat teſtimonio Lucani, dicentis *liceat ſperare timenti*, & concludit ipſe, *ſpem propriè non eſſe niſi bonarum rerum, nec niſi futurarum*: ergo omnes communi conſenſu obiectum ſpei aſsignarunt ea indutum conditione abſentis, & ardui: ergo obiectum, cui repugnãt illæ conditiones, ſunt extra obiectum virtutis ſpei. Confirmo

Paul. ad rom. 8.

Toletus. Auguſtin.

9 rem, & declaro ratione à priori, ſpes nobis confertur, vt expediamur, atque roboremur ad tollenda impedimenta, atque ſuperandas difficultates, quas ſumus perpeſſuri, in conſecutione boni abſentis, quod deſideramus, eo vero adepto ceſſant hæc omnia: ergo actus cõplacẽtiæ circa obiectum obtentum extra obiectum ſpei eſt: quippe in ea fruitione nulla eſt arduitas, difficultas nulla.

Reſponſ. Video reſponderi ab aduerſarijs poſſe, hæc omnia vera eſſe, atque intelligenda de actu præcipuo, non vero de obiecto habitus ſecũdum omnem ſuam latitudinem.

Refutatur 1. Sed contra primo, licet verum ſit poſſe Deum efficere habitum quendam in ſuo ambitu, complectentem hos tres affectus, quem ſpem nominaremus: at negabit nemo, poſſe etiam efficere habitum minus amplum, qui ſolum reſpiciat obiectum affectũ eis duabus conditionibus, & actum ſolum cõtineat tendentem in obiectum illud affectu proſecutionis, in eo tantum ſtatu: ſed Patres Eccleſiæ Theologiæ, atque Philoſophiæ declararunt nobis obiectum huius virtutis, per eas conditiones, & nunquam dixerunt alios actus eſſe ſpei: ergo dicendum erit habitum ſpei, quem habemus, & nouimus, ſic eſſe, vt à nobis declaratur, licet Deus alium poſsit efficere.

Contra ſecundo, licet aliæ virtutes eos tres affectus poſsint habere, id eſt, quia non repugnant obiecto primario virtutis illi tres ſtatus: at obiecto primario ſpei repugnant illi tres ſtatus, nimirum præſciſionis à præſentia, & abſentia, & actualis poſſeſsionis: ergo non ex eo, quod in alijs virtutibus reperiantur illi affectus, fit eos reperiri in ſpe. Hoc ergo fundamentũ ſic ſolide confirmatum, veritatẽ concluſionis præfixæ bene declarat, & roborat.

Tertio denique aliud eſt fundamentum irrefragabile pro concluſione, deſumitur ex ea arduitate, ſeu difficultate obiecti ſpei; circa- 10
quam eſt duplex explicatio. Prima, ait, arduitatem conſiſtere in difficili aſſecutione obiecti, quatenus medijs ſolum magnis laborib' ad illud perueniendum eſt. Secunda ſolum difficultatem conſiſtere in eo, quod dependẽter ab alterius voluntate ſit aſſequendum, etſi res ex ſe facilis, & non magni negotij ſit. Hæc ſecunda explicatio mihi placet: primo quia eam expreſſam lego in S. Thom. 2. 2. q. 1. art. 1. in corpore; vbi tractans de poſsibilitate, & futuritione rerum, quæ ſperantur, ſic ait; *poſsibile autem eſt aliquid à nobis dupliciter, vno modo per nos metipſos, alio modo per alios, vt patet in 3. Ethicorũ: in quem ergo ſperamus aliquid, vt poſsibile nobis per diuinum auxiliũ, ſpes noſtra attingit ad ipſum Deum, cuius auxilio innititur.* In his verbis, S. Thom. ſpem noſtram ſupernaturalem fundat in poſsibilitate doni per diuinum auxilium: hic expende hæc verba S. Thom. protuliſſe, vt arduitatem obiecti ſpei declararet, prædixerat enim antea, obiectum ſpei *eſſe bonum arduum poſsibile haberi*, & art. 2. ſpem inniti diuino auxilio: ergo ab alterius pendet voluntate. Adduci poteſt in confirmationẽ huius rei Paulus Oroſcius, in Apologia pro libero arbitrio longe ante medium ait, *ſperare non eſſe poſsibilitatis propriæ, ſed largitatis alienæ;* hæc vero verba, & ſententia Pauli Oroſcij indigent declaratione, non enim negãdum nos inniti poſſe in noſtris bonis operibus in præmij, & gloriæ conſecutione, eſſet enim error Sectariorum noſtri temporis dicentium hominem non debere ſpem ſalutis collocare in proprijs operibus bonis, ſed in ſola Dei gratia: ex quo inferunt nobis de bonis operibus curandum non eſſe; contra quos plura affert teſtimonia ex Patribus P. Valentia 2. 2. diſp. 2. p. 1. puncto 1. nam licet primario ſpes bonorum operum collocanda in gratia Dei ſit, quatenus Deus eligit nobis liberaliter gratiam congruam, maxime vltimam, qua decedimus in gratia: at noſtra cooperatio libera ſuas etiam partes habet: vnde ea neganda non eſt, ſed ab ea præſcindendum, atque dicendum, obiectum ſpei eam reſpicere, non formaliter, vt à noſtra voluntate pendet; ſed vt ab aliena.

Arduitatis duplex explicatio.

S. Thom.

Poſterior approbatur.

Oroſius.

P. Valen.

Quidquid autem de his definiendum ſit, ex quacumque ex his duabus explicationibus 11
euidenter fit, in Deo affectum ſpei conſtituẽdum non eſſe: nam nec in gaudio illo, ſiue cõplacentia Dei, erga propria bona, eſt labor, aut difficultas, nec Deus gaudet de proprijs perfectionibus, vt ab alio acceptis, vt conſtat: ergo non habet affectum ſpei. Probo hanc conſequen-

Non eſt in Deo ſpes erga propria bona.

Digitized by Google

conſequentiam; nam licet demus in ſpe eſſe eos tres affectus, at præſcindere non poſſunt ab arduitate, eo quod ea eſt obiectum eius virtutis eſſentiale: ergo ſi arduitas conſiſtit in dependentia ab alterius voluntate; etiam ſimplex amor ſpei ferri debet in bonum, vt habet eam bonitatem ab alterius voluntate: & gaudium de eo gaudere vt eſt ab altero: igitur cũ Deus ſuas perfectiones accipere non poſſit ab alio, non poteſt habere affectum ſpei.

Filius diuinus non ſperat generari à Patre. Dices, filius diuinus producitur generatione à Patre, & cognoſcit, ſe à Patre accepiſſe ſuum eſſe: ergo voluntate complacere poteſt in eo eſſe, vt accepto à Patre. Imo non videtur dubium, quin de facto ſic complaceat: ergo iſte affectus erit ſpei. Idem dici poteſt de Spiritu ſancto comparatione Patris, & Filij: reſpondetur dando argumento ſpem admittere complacentiam: nam licet aliquid reſpondeant negando, non tamen oportet reſtringere ſolutionem ad eum modum opinandi, quia alium habet euidentem, atque facilem exitũ, nimirum filium diuinum, quidquid vult, eadẽ volitione Patris velle, ac proinde nullã habet dependentiam à Patris volitione. Ratio autẽ ardui obiecti ſpei, in quantum dicit dependẽtiam ab alio, eſſentialiter petit alterius voluntatem: nam ſi eadem eſt voluntas, diuerſitas ſuppoſitorũ parum refert ad rem hanc. Quid enim ardui eſt, ſi à mea ipſa volũtate pendeo, etſi eam habeam ab alio acceptam? Imo ego exiſtimo in voluntate, à qua ſpero bonum, neceſſariam eſſe indifferentiam, & libertatem ad rationem ardui, ſi hæc conſtitit in dependentia ab alio: nam ſi naturaliter, & neceſſario res euenit, non eſt ſpes de illa, vnde in complacentia, quæ ſpei reſpondet, debet eſſe de bono accepto ab alio libere, non neceſſario, propter quam ſolum rationem etſi diſtinctas haberent voluntates perſonæ, procedentes, non eſſe poſſet in eis affectus ſpei, nedum ſit, cum vna eſt in tribus voluntas.

Dices Patrem gaudere in communicatione reali actiua ſuæ naturæ Filio per generationem: Filium autem gaudere in receptione, quaſi paſsiua, ſeu generatione ipſius a Patre, non vero in actiua generatione eius ad aliquẽ filium: ergo hæc complacentia, vt in filio poteſt eſſe actus ſpei. Reſpondetur argumentũ hoc probare, ſi quid probat eſſe in filio circa ſuam generationem paſsiuã aliquã volitionẽ, quæ nõ eſt in Patre, & in Patre aliquã volitionẽ circa ſuã generationẽ actiuã, quæ non eſt in filio: hoc autem falſum eſſe conſtat. nam licet proprietates relatiuæ, atque actiones notionales ſint in vna perſona, & non in alia; at actus omnes ſcientiæ, & voluntatis, circa quodcumque obiectũ in omnibus perſonis ſunt; quippe ad naturam communem ſpectant. Reſpondetur ergo tum Patrem, tum filium gaudere de generatione actiua, & paſsiua. Pater gaudet de actiua, vt propria; filius de paſsiua, vt propria. Pater gaudet de paſsiua, vt propria filij, ſibi non propria. Filius gaudet de generatione actiua, vt propria Patris, ſibi non propria: vterque tamen de vtraque, & vna volitione, quæ, vt eſt in Patre, ſeu illum connotat, eſt gaudium de generatione actiua, vt propria, & de paſsiua, vt alterius ſuppoſiti: & vt eſt in filio eſt gaudium de generatione actiua, vt alterius perſonæ, de paſsiua, vt propria. Ratio eſt, quia cum hæc volitio in vtraque perſona ſit eadem, habeatque obiecta eadem, ſolũ diuerſitas prouenit a perſona diuerſa, in qua eſt: exemplum eſt in ſcientia, quæ eadem eſt in Patre, & filio, licet in illo intueatur generationem actiuam, vt Patris propriã, & paſsiuam, vt propriã filij, non vt ſuam; & in hoc è cõuerſo. 21

Quomodo Pater, & filius gaudeant de generatione actiua, & paſsiua.

Q. 20. S. Th. ar. 1.

Caput. II. Rei difficultas circa amorem ſpecialem, & ſtrictum.

22 NOTA primo, vt in ſcientia Dei eſt notitia ſimplicis intelligentiæ, & intuitionis: hæc habet obiectum exiſtentiam exercitam rei: illa quidditatem rei ſecundũ ſe, vt accurate explicatum a nobis eſt tractatu de ſcientia diſp. 9. cap. 2. Ita in diuina voluntate circa increata, atque inamiſsibilia bona, varios affectus conſiderare poſſumus, vt amoris ſpecialis, & ſtricti, deſiderij, atque gaudij: conſulto non dico amoris proprij, quia deſiderium, atque gaudium amores proprij ſunt, non tamen ſpecialiter, ſed communiter dicti: eo quod amor ſtrictus eſt affectus ex ſua ratione eſſentiali ſpecifica, diſtinctus à gaudio, & deſiderio, in rebus creatis realiter; in diuinis, ſi reperiuntur ſola ratione. In voluntate creata bene declaratur affectus amoris ſtricti, atque diſtinctio eius à deſiderio, & gaudio: tum ex parte obiecti, quatenus obiectum deſiderij eſſentialiter debet eſſe in ſtatu abſentiæ, non adeptum; gaudij vero in ſtatu præſentiæ, & poſſeſſum: amoris vero obiectum eſt res ſecundum propriam bonitatem, præſcindens ab abſentia, & poſſeſsione, neutram excludẽs, aut negans; tum ex parte ipſius actus, qui cum ſit primus noſtræ voluntatis, eſt aliorum cauſatiuus; gaudij cum amamus obiectum præ-

Amor ſtrictus deſiderium, & gaudium conſiderãtur in Deo.

ſẽ-

Digitized by Google

ea non poſſe amare ſpeciali amore. Item non probare proceſsiones diuinas, atque perſonas, procedentes a Patre pro priori originis, amari non poſſe amore ſpeciali, quatenus pro eo priori præſcindunt ab actuali exiſtentia.

Quare actus liberi, & proceſsiones diuinæ nō amentur amore ſtricto.

Verum ſolutio hęc in primis dat intentum difficultatis quoad neceſſarias perfectiones abſolutas. Secundo eius impugnatio pendet à modo declarandi libertatem diuinam: nam ſi ponas perfectionem aliquam intrinſecam, additam actui neceſſario, ſiue virtualiter, ſiue ratione diſtinctam, non video quare admitti non poſsit comparatione eius perfectionis amor ſpecialis: ſi vero id neges, & dicas amorē neceſſarium eſſe etiam eſſentialiter liberum ſufficienter, ſine vlla additione ex parte Dei, ſed ſolum ex parte creaturarum: ita tamen vt id, quod ex parte creaturarum additur ſit eſſentiale intrinſece actui libero Dei, & connotatum eſſentiale extrinſecū, vt docui de ſcientia Dei diſp. 2. cap. 2. & ex profeſſo tracto infra diſp. 16. ea ſolutione non eluditur vis rationis, etiam comparatione actuum liberorū; nam ſi ipſe actus neceſſarius eſt liber formaliſſime, abſque ylla intrinſeca diſtinctione in Deo, vt repugnat quod eadem res ſit abſens, & præſens; ita quod eadem res ſit præſcindens à poſſeſsióne & non poſſeſsione, à determinatione ad poſſeſsionem, & à non determinatione: ergo cum volitio, vt neceſſaria poſsideatur, nec in ea ſit indifferentia hæc, ita libera: alias competerent eidem entitati ſine intrinſeca diſtinctione virtuali contradictoria prædicata. Tertio quo ad proceſsiones, & perſonas procedentes; vt non ſufficit poſterioritas originis earum, ad hoc vt pro priori originis cognoſcantur ſimplici intelligentia, & pro poſteriori intuitione, ſed ea nihil obſtante, ſola intuitione cognoſcuntur: ita quo ad amorem dicendum, nihil obſtante poſterioritate originis, ſolo gaudio in eis Deum complacere. Ratio à priori eſt, nam licet detur inſtans originis vnius ab alia, at non datur inſtans indeterminationis, ſeu indifferentiæ in ordine ad poſſeſsionem, & non poſſeſsionem: quia perſona procedens in vtroque inſtanti originis priori, & poſteriori, determinationē habet ad poſſeſsionem in poſteriori, in quo intelligimus exiſtere actu perſonam, procedentem, quatenus ita procedit, vt Pater in filio maneat, & filius in Patre ratione naturæ, & Spiritus ſanctus in vtroque (vt dicemus ex profeſſo tractatu de diuina Trinitate) In priori vero quatenus in ipſo principio, quod eſt prius origine intelligimus determinationem ad proceſsionem. Hoc enim eſt diſcrimen inter principia libera, & neceſſaria, quod licet vtrumque ſit prius natura, aut origine, quam effectus, ſeu terminus procedens, & vtrumque contineat effectum, ſeu terminum: at neceſſarium continet cum determinatione ad exiſtentiam; liberum cum indeterminatione: ergo, cum proceſsiones diuinæ neceſſariæ ſint, etiam in eis pro priori originis debemus intelligere determinationem ad exiſtentiam perſonarum, procedentium; & cum determinatio ad exiſtētiam in proceſsionibus immanentibus, & in eadem natura ſit determinatio ad poſſeſsionem, non indifferentia ad poſſeſsionem, & non poſſeſsionem, hinc eſt, nec pro illo priori eſſe in principio, producente indifferentiam, quæ neceſſaria eſt ex parte obiecti ad amorem ſpecialem. Hæc ſine dubio partem negantem amorem ſpecialem Deo, circa propria bona, vrgenter probant. Porro in propria reſolutione, quam ſubijcio cap. 7. ea magis acuo, & refutando aliorum ſolutiones cap. 5. & 6. confirmo.

Proceſsiones diuinę non amantur amore ſtricto.

ſed gaudio.

Caput III. *Sententia Theologorum.*

20 RECENTIORES noſtri intenti magis ſpeculationi rei, quā examini ſententiarum Theologorum, ſupponentes, omnes vno ſenſu conceſsiſſe amorem ſpecialem Deo, premunt ingenia, vt aliquam exprimant ſatisfactionem propoſitæ difficultati. Allegant primum S. Thom. q. 20. art. 1. verum, qui attente legerit articulum, atque commentatores omnes, cum Caietano, plane videbit abs re allegari. Primo quia S. Thom. non agit in eo art. de amore ſpecialiter dicto circa ſeipſum: id conſtat ex diſcurſu S. Tho. nam ponit bonum, & malum eſſe propria obiecta voluntatis; & inter ea primarium eſſe bonum, ſecundarium autem malū. Ex quo infert voluntatem primario incipere ab actibus proſecutionis, qui circa bonum verſantur. Porro vt probet primum omnium actuum eſſe amorem, ponit facultatem appetendi naturaliter, prius appetere, quod eſt communius, quam quod eſt particulare: ſicut etiam facultas cognoſcendi prius refertur ad verum in communi, quam ad particulare. Ex quo infert primum actum appetendi eſſe amorem, quia obiectum amoris communius eſt, quatenus abſtrahit ab habito, & non habito. Hic notat Caietanus cum dicit, bonum in commune eſſe primum obiectum voluntatis, non loqui S. Thom. de bono in vniuerſali, ſed de bono abſolute

S. Thom. non concedit amorē ſtrictum.

S. Thom.

Caietan.

Digitized by Google

creatura ſibi, & amico poteſt velle bonum, abſtrahens amore ſpeciali. Hæc autem definitio difficile poteſt Deo applicari, erga propria bona, propter rationes formatas capit. 3. nam in obiecto illo diuino, & increato nulla eſt bonitas, abſtrahens à poſſeſsione, & non poſſeſsione comparatione Dei: igitur non tantum non probat illa ratio intentum: verum ex oppoſito videtur probari, ſine imperfectione Deo amorem ſpecialem, erga ſeipſum, tribui non poſſe.

(§)

Caput. IIII. *Recentioris prima ſatisfactio refutata.*

Quæ dixi cap. 3. probant authoritatem non cogere, ad ponendum amorem ſtrictum in
23 Deo circa ſeipſum; vnde res hæc ratione definienda: nam ſi non obſtantibus obiectis cap. 3. propoſitis, amor ſpecialis abſolui poteſt ab omni imperfectione, concedendus Deo erit: omnis namque perfectio libera ab imperfectione ex generali regula in Deo eſt; & tunc authoritas nonnihil ſuffragabitur, quatenus modus loquendi amorem innuit à gaudio aliqua ratione diſtinctum. Quod ſi plenam difficultates illę enodationem non habent, ſine metu contradicendi placitis Theologorum, negari poterit: nec quidquam eſt tantæ authoritatis, quod in hac re cogat affirmare, atque defendere, quod non intelligimus. Modi ergo defendendi noſtrorum Theologorum, ad examen vocandi.

Primus modus defendendi amorem ſtrictum.

Primo recentiores, qui exactè rem tractarunt, aſſerunt non eſſe amorem à gaudio formaliter diſtinctum. Conuicti, difficultatibus propoſitis, tuentur hanc primam ſuæ opinationis partem. Secundo, gaudium ipſum, quod Deus habet de ſe, dicunt ſimul eſſe amorem ſpecialem, atque ſtrictum. Hanc ſecundam adijciunt partem, ne recedant ab ea, quam ipſi communem ſententiam cenſent: ex quo defendunt, & in Deo eſſe amorem ſtrictum, & eneruant omne difficultatum robur, quod procedebat contra amorem ſtrictum, diſtinctum à gaudio. Quod vero ipſum gaudium diuinum ſit etiam amor ſtrictus, in quo eſt axis totius difficultatis, ſic declarāt. Amor ſtrictus, atque ſpecialis eſt affectus in rem ſecundum ſe, hoc eſt in rem ſecundum prædicata quidditatiua, quod ſi prædicatum quidditatiuum alicuius rei fuerit ipſa exiſtentia, atque præſentia, ſeu poſſeſsio ab amante, erit quidem affectus ille gaudium ex vna parte, quatenus eſt de bono poſſeſſo, vt ſic; eritque ſimul amor ſtrictus, quatenus verſatur circa rei quidditatem: & cum ea quidditas in ipſa exiſtentia, atque poſſeſsione exiſtat, non deficiet ratio amoris ſtricti, quia ſemper ille affectus verſatur circa quidditatem, & naturā rei: ſed tantum fiet ſimul cum affectum fore gaudium, quatenus eſt de bono habito vt ſic.

Ex hoc fit diuinum gaudium eſſe ſimul amorem ſtrictum: quia ipſa exiſtentia, & præſentia boni diuini eſt ipſius Dei prædicatum 24
quidditatiuum. Efficitur etiam diſcrimē inter amorem, & gaudium creatum ex vno extremo; & amorem, & gaudium diuinum ex alio. Nam quia exiſtentia exercita, atque præſentia actualis non eſt de eſſentia boni creati, ſicut de eſſentia Dei: hinc eſt omnem amorem obiecti creati diſtingui debere à gaudio, nam amor rei creatæ ex propria ratione tendit ad ſolam eſſentialem bonitatem, præſcindens ab ſtatibus accidentarijs exiſtentię, & præſentiæ: gaudium autem eſsentialiter reſpicit rei bonitatem ſub ſtatu accidentario exiſtentiæ, & præſentiæ, ac propterea omnis amor rei creatæ diſtinguitur à gaudio, non autem gaudium Dei circa propriam bonitatem ab amore, ita tamen vt ſimul idem affectus ſit amor ſpecialis, & gaudium. An ex hac doctrina fiat ſatis difficultatibus propoſitis, iam diſcutio.

Diuinum gaudium eſſe ſimul amorem ſtrictum, aliqui defendunt.

Hæc quidem planè oſtendunt gaudiū proprijſsime circa ſeipſum eſſe in Deo: non vero 25
eſſe amorem ſpecialem. Hoc ſic probo, obiectum amoris ſpecialis, vt ſic, ſecundum ſe, eſt diſtinctum, ab obiecto gaudij vt ſic, ſecūdum ſe, in prima præciſione, vel non? Hoc ſecundum nemo dicet: quia, qui id diceret, & obiectorum naturas, & affectuum confunderet: cum ergo hæc confundenda non ſint, neceſſario ex parte ipſorum obiectorum aſsignanda eſt diuerſitas obiectiua, a qua per ſe reſpecta ij affectus diuerſi, diuerſitatem ſpecificam deſumant. Nam quemadmodum obiectum affectus deſiderij diuerſum eſt ab obiecto gaudij, & amoris ſpecialis: ita obiectum proprium, à quo amor ſpecialis ſumit ſuam naturam ſpecificam, diuerſum eſſe obiectiue debet ab aliorum affectuum obiectis. Præterea ſi obiectum amoris ſpecialis vt ſic in prima, vniuerſaliorique præciſione non diſtin-

Non eſt amor ſpecialis erga ſeipſū in Deo.

Digitized by Google

diſtinguitur in ratione obiecti ab obiecto gaudij, nec in particularibus obiectis diſtinguetur, niſi tantum materialiter, & entitatiue, ac ſubinde, nec ipſi affectus in ſeipſis erunt ſpeciei diſtinctæ. ſicut quia ratio entis, vt ſic in prima præſciſione eſt vna, & eadem, aut vniuoce, aut analogice, poſtea entia particularia non diſtinguuntur inter ſe in ratione entis; ſed tantum materialiter, & entitatiue: ergo pariter in noſtra re de obiectis amoris, & gaudij: nec eſſet cur, aut vnde Theologi, aut Philoſophi affectus hos ex obiectis diſtinguerent: ergo cum omnes diſtinguant, euidens eſt, obiecta ipſa ex ſe in omni præciſione eſſe diſtinguenda. Quod ſi diſtinguuntur, quod erat primum; ſequitur in Deo nequaquam eſſe obiectum amoris ſpecialis. Probo hanc conſequentiam, nam ſi diſtinguitur obiectum amoris ſpecialis ab obiecto gaudij, diſtingui debet per præſciſionem à poſſeſsione, & non poſſeſsione (vt conſtat ex capite 3.) hanc enim propriam rationem obiectiuam aſsignarunt omnes huic affectui, imo nec alia aſsignari poteſt: atqui in bono diuino nulla eſt ratio obiectiua præſcindens comparatione Dei ab adepto, & non adepto: ergo nulla eſt ratio obiectiua propria amoris ſpecialis.

26 *Non eſt in Deo ſcientia abſtractiua ſui.* Confirmo hanc partem: in Deo hac ratione nulla eſt obiectiua ratio propria ſcientiæ abſtractiuæ, aut ſimplicis intelligentiæ comparatione Dei, quæ coincidit cum ſcientia intuitiua obiecti ſui: quia nimirum hæ ſciẽtiæ diſtinctas in ſe habent rationes ab obiectiuis formalitatibus deſumptas, & ex parte obiecti formalis per ſe reſpiciunt diſtinctas rationes ſub qua, ſeu terminos formales. Nec quia ſcientia abſtractiua ſeu ſimplicis intelligentiæ terminatur ad quidditatem Dei, ſecundum ſe, licebit dicere eandem ſcientiam ſimul eſſe abſtractiuam, & intuitiuam, aut ſimplicis intelligentiæ, & viſionis. quia Deus, qui eſt obiectum, eſt exiſtens per eſſentiam: ſed omnes Theologi docẽt eſſe quidem eam ſcientiam intuitiuam, & viſionis comparatione Dei: non tamen ſimul abſtractiuam, ſeu ſimplicis intelligentiæ vt docui numer. 24. Ergo ſimiliter ex hoc, quod Deus per ſuammet eſſentiam ſit exiſtens, & præſens dicendum eſt, affectum illum non eſſe ſimul gaudium, & amorem; ſed eſſe propriiſsime gaudium, non tamen amorem.

27 Ratio à priori huius rei eſt, quia cognitio intuitiua poſſeſsionis rei eſt cognitio dirigens, & applicans voluntati proprium obiectum gaudij, ſicut cognitio obiecti, abſentis, eſt applicatio obiecti proprij deſiderij, & vt gaudium eſſentialem ordinem habet ad cognitionem intuitiuam poſſeſsionis rei, & deſiderium ad cognitionem proponentem bonitatem obiecti abſentem: ita ſpecialis amor eſſentialem ordinem habet ad cognitionem, proponentem obiectum præſcindens à poſſeſcione, & non poſſeſsione: vt ergo repugnat in Deo hæc cognitio præſcindens, & cognitio bonitatis abſentis increatæ, comparatione Dei, ita ſpecialis amor, atque deſiderium.

Vt hæc fugiant, excogitarunt diſcrimen inter amorem ſtrictum, & ſcientiam abſtractiuam. Nam hæc per ſe abſtrahit ab exiſtentia rei: ideo autem tendit ad obiecta creata ſecundum ſe, quia ea ſecundum ſe abſtrahunt ab exiſtentia, non vero tendit ad hæc obiecta ſecundum ſe cum præſciſione ab exiſtentia, ſeu non exiſtentia: ſed cum determinatione ad abſtractionem ab exiſtentia; amor autem ſpecialis contrario modo ſe habet, licet conueniat in tendentia ad obiecta ſecundum prædicata eſſentialia: nam in rebus creatis ideo abſtrahit ab exiſtentia, quia tendit ad illa ſecundum ſe, & illa ſecundum ſe abſtrahunt: at hæc abſtractio ab exiſtentia non determinatur ab amore; ſed ad ipſam indifferenter ſe habet. Hinc fit non eſſe ſcientiam abſtractiuam de ſe in Deo, ſed ſolum intuitiuam, quia diuina nequeunt abſtrahere ab exiſtentia: eſſe tamen amorem ſpecialem: quia licet hæc tendat ad rem ſecundum ſe, non determinat abſtractionem ab exiſtentia: vnde cum in diuinis bonis exiſtentia, & poſſeſsio includatur in quidditate Dei, poteſt eſſe circa eam amor ſpecialis; licet non ſit ſcientia abſtractiua. 28 *Effugium*

Hoc acute excogitatũ, non ſolide: vnde enim habent ſcientiam abſtractiuam abſtrahere ab exiſtentia, & negatione eius, amorem ſpecialem non abſtrahere à poſſeſsione, & non poſſeſsione? maxime cum, quotquot Theologi, & Philoſophi explicant naturam ſpecialis amoris per hoc obiectum, ſic abſtrahens, explicent, non aliter, ac ſcientiam abſtractiuam: vnde ergo habetur amorem ſpecialem poſſe tendere ad rem, vt poſſeſſam, cum ipſa poſſeſsio eſt quidditas rei; non autem abſtractiua ſcientia ad rem, vt exiſtentem, cum exiſtentia eſt ipſa eſſentia rei. *Precluditur 1.* *2. præcluditur.*

Contra ſecundo: vel aſsignatur obiectum diſtinctum ab obiecto gaudij huic amori ſpeciali, vel non? ſi aſsignatur: ergo non eſt bonum vt poſſeſſum: ergo non eſt bonum vt diuinum. Probo hanc conſequentiam, quia bonum diuinum vt ſic eſſentialiter eſt poſſeſſum à Deo. Si non: ergo non ponitur amor ſpecialis, ſed tantum gaudium. Probo conſequen- *Iudicium diſcurſiuum diſtinguitur à ſimplici.*

ſequen-

ſequentiam : vt naturæ horum actuum non confundantur, in quocumque ſubiecto ſint, habere debent diuerſa ſaltem obiecta formalia: ergo ſi non aſsignatur diuerſum obiectum ab obiecto gaudij, ſolum ponitur in Deo gaudium, non amor ſpecialis. Explico rem in actibus mentis: quia obiectum iudicij diſcurſiui diuerſum eſt ab obiecto iudicij ſimplicis primi cuiuſdam principij, & quia actus illi ex natura ſua diuerſi ſunt, quotieſcumque reperiuntur in aliquo ſubiecto, neceſſario habere debent obiecta formalia diſtincta, & hoc ipſo quod remoueatur obiectum iudicij diſcurſiui, non poteſt remanere diſcurſus, nec affirmari ea duo iudicia venire in eundem actum: ergo ſimili ratione, quia ſpecialis amor, vt ſic diſtinctam naturam habet à gaudio, in quocumque ſubiecto ſint, debent habere diuerſas rationes formales obiectiuas: & hoc ipſo quod tantum remaneat obiectum formale gaudij, non amoris ſpecialis, efficitur ſolum gaudium manere, non autem vtrumque affectum, & in vnum actum venire. Quapropter ſicut natura rei ſecundum ſe, ſeu ſecundum prædicata quidditatiua indifferens eſt, vt ſic, vt ſit obiectum ſcientiæ abſtractiuæ, & intuitiuę tunc eſt obiectum ſcientiæ abſtractiuæ, cũ in eſſentia eius obiecti non continetur exiſtentia; tunc ſolius intuitiuæ, cum cõtinetur: ita natura rei ſecundum quidditatiua prædicata indifferens obiectum eſt ad amorem, & gaudium, tunc eſt obiectum amoris ſpecialis, cum non eſt de eſſentia rei ipſa actualis poſſeſsio, comparatione illam amantis: tunc autem eſt obiectum ſolius gaudij, cum eſt ipſa actualis poſſeſsio eſſentialis rei. Et quemadmodum non dicimus Deum, qui natura eſt exiſtens, eſſe ſimul obiectum ſciẽtiæ abſtractiuæ, in quantum ipſa exiſtentia natura, & quidditas eſt, & intuitiuæ ratione actualis exiſtentiæ: ita nec dicendum eſt, Deum erga ſe habere ſimul gaudium, & amorem ſpecialem; hunc in quantum ipſa poſſeſsio eſt quidditas rei; illud in quantum ipſa natura eſt poſſeſsio.

(:)
()
§

Caput. V. *Altera recentioris alterius ſatisfactio refutata.*

29 RECENTIORES alij, alia gradiuntur via, vt cum omni proprietate defendant cum communi Theologorum (vt ipſi arbitrantur) amorem ſpecialem, atque gaudium in Deo. Concedunt ergo amorem ſpecialem, atque gaudium eſſe formalitates ratione diſtinctas, & vnam (nimirum amorem) alia (videlicet gaudio) priorem. Aduertunt vero ſe non admittere diſtinctionem rationis, præſcindentis: ſed per conceptus inadæquatos, & varias connotationes, nec alia opus eſſe.

Secundus modus defendẽdi amorem ſtrictum.

Vtrumque autem, nimirum, & formalitates illas eſſe, & alteram poſteriorem probant primo: quia hæc eſt bona cauſalis, & à priori. *Quia Deus ſe amat, gaudet in ſui poſſeſsione*: etenim etiam in Deo verum eſt, gaudium eſſe de bono amato poſſeſſo: è conuerſo autem hæc non eſt bona cauſalis: *quia Deus gaudet in ſui poſſeſsione, ideo ſe amat*: ergo ſignum eſt illam cauſalem non eſſe propter formalitatem aliquam, in gaudio incluſam: ſicut cum dicimus; *quia eſt animal rationale, eſt homo*: nam tunc etiam è conuerſo vera eſt cauſalis, ſcilicet: *quia eſt homo, eſt animal rationale*; igitur amor eſt formalitas in Deo, diſtincta à formalitate gaudij in ea non contenta, ſed ipſa prior ratione, cuius prioritatis rationis redditur illa cauſalis à priori.

Declarant à ſimili in vnione diuina humanitatis ad verbum: Deus non tantum in ea gaudet, ſed etiam amat: imo, quia amat, gaudet: atqui Dei amor non tantum ad prædicata quidditatiua vnionis, ſed etiam ad exiſtentiam eius exercitam, tendit, nam eam etiam amat: ergo res, vt exiſtens, & amorem ſpecialem, & gaudium terminare poteſt. 30

Si petas, in quonam diſtinguantur affectus illi? Quando idem habent formale obiectum, nempe vnionem diuinam, exiſtentem. Reſpondent diſtingui ex modo tendendi diuerſo, quatenus licet amor de facto terminetur ad vnionem exiſtentem, non tamen id exigebat ex propria ratione, & modo tendendi: id autem exigit gaudium ex propria ratione, & modo tendendi. Idem dicunt in re noſtra, amorem ſpecialem Dei erga proprias perfectiones terminari quidem ad earum actualem exiſtentiam, non tamen id exigit ex ratione amoris ſpecialis, ſicut exigit gaudium: ideoque formalita-

Aliqui ex modo tendendi diuerſo diſtinguũt gaudium ab amore ſtricto.

formalitates eſſe diſtinctas. Quod ſi dicas, diuerſam eſſe rationem de vnione, ac de diuinis perfectionibus; propterea quod ex neceſsario exiſtunt, atque eſſentialiter, non illa Replicant dicentes: qui ſic reſpondet, non penetraſſe virtutem ſui argumenti: nam licet non ſit exiſtentia de eſſentia vnionis; at Deus amat illam, vt habentem exiſtentiam exercitam per ſcientiam viſionis, regulantem illum amorem, alias non amaturus, ſi eam non videret habere: ergo negari non poteſt ad exiſtentiam exercitam, & gaudium, & amorē ferri poſſe, ſiue exercitium exiſtendi ſit rei eſſentiale, ſiue non. Ad hoc confirmandum plura congerunt exempla, vt conſtet, quam ſit vera ſua doctrina, & quanta abſurda ſequātur, ex ea negata. Nam primo ſequitur viatorem non poſſe amare Deum amore diſtincto à gaudio: quia amor charitatis erga Deum regulatur per fidem, fides autem proponit Deum cum exercitio exiſtendi; ſed per ſe ad obiectum, cum exercitio exiſtendi, ſolum poteſt gaudium tendere: ergo & cætera. Secundo ſequitur, nec inter Beatos, nec inter viatores eſſe poſſe amorem amicitiæ diſtinctum à gaudio, patet, nam amor amicitiæ fertur in amicum redamantem, atque adeo in ipſum, vt exiſtentem: ſed per te ſolum gaudium eſſe poteſt circa rem, vt exiſtentem: ergo &c. Mitto alia exempla, quæ inculcant, quia nihil ad rem habent.

Confirmāt exemplis.

31 Demum id declarant ratione à priori. Primus motus, ſeu affectus voluntatis, quo ea vnitur cum ſuo obiecto, ſiue exiſtat, ſiue non, eſt pondus quoddam in eius bonitatem, cauſatiuum quidem gaudij, ſi obiectum exiſtit deſiderij, ſi non exiſtit: ergo ille primus affectus, qui eſt ſpecialis amor, poteſt ferri ad bonum, prout exiſtens, qui vim habet, cauſandi gaudium in eodem inſtanti, ſi inueniat obiectum exiſtens: licet ergo non petat ex eſſentia ſua, & modo tendendi eſſentiali, obiectū exiſtens, quia ad non exiſtens terminari poteſt: at poteſt terminari ad exiſtens. Quemadmodum cognitio abſtractiua terminari poteſt ad obiectum exiſtens, vt conſtat in fide, licet non petat illud, ſicut intuitiua: & in hoc diſtinguuntur eæ duę cognitiones, non tam ex obiecti exiſtentia, quam attingunt, quàm ex modo tendendi. Pariter amor ſpecialis diuinus diſtinguetur à gaudio. Primo quia eſt eius cauſatiuus, & de facto cauſat cum amor eſt de obiecto, exiſtente. Secūdo ex modo tēdendi, non petente exiſtentiam obiecti, etſi non repugnet ad eam terminari.

Ratione etiam à priori.

32 Minus mihi probatur is modus defendendi, quam primus capit. 5. refutatus: nam licet, ſi vera eſſent, quæ continet, cum maiori proprietate defenderet in Deo amorem ſpecialem, & gaudium, quam alter, & commodius difficultatibus capit. 3. ſatisfacerent: at deficit in quibuſdam primis quidem, atque firmiſsimis principijs, & in pluribus non attingit ſcopum controuerſiæ. Atque in primis, quo ad ſuppoſitionem de communi Theologorum ſententia, iam expendi capite 4. quam debilis ſit authoritas pro amore ſpeciali erga propria Dei, condiſtincto à gaudio.

Authori minus placet is ſecundus modus.

33 Secundo, non probant illam cauſalem eſſe in Deo veram, niſi ſecundum cauſalitatē formalem, in quantum ipſum gaudium eſt amor proprius, licet non ſpecialis. Nam qui negat amorem ſpecialem à gaudio condiſtinctum, non admittet in Deo illas cauſales in ſenſu intento ab his Theologis: ſed dicet in Deo tantum locum habere accommodatū, in quantum modum amandi, & gaudēdi creaturarum, extrinſeco ſolum fundamento in ipſis Deo tribuimus: Deum vero, penitius conſiderantem, ipſi non adſcripturum illas cauſales à priori: propterea quod videat amorem ſpecialem formaliter in ipſo non eſſe ex obiecti proprij defectu; ſed ſolum amorem in gaudio incluſum. Senſus ergo eius propoſitionis, *Deus quia amat ſe, gaudet in ſe*, non eſt propter amorem ſpecialem, & formalitatem, à gaudio diſtinctam, & eo priorem: ſed quia ipſum gaudium etiam ſecundum propriam rationem eſt quædam intima vnio voluntatis cum obiecto, ac ſubinde eſt quidam propriiſsimus, atque arctiſsimus amor: vnde cum dicimus, *quia amat ſe, gaudet in ſe*, non denotamus cauſalitatem aliquam in obiecto, ſed in noſtris conceptibus diuerſis, quæ diuerſitas non habet fundamentum intrinſecum in ipſo Deo, ſed in amore, atque gaudio creaturarum, quem modum concipiendi in Deum transferimus: & hæc eſt ratio, quare ea cauſalis non ita proprie è conuerſo formetur: quia nimirum amor in creaturis eſt cauſa gaudij, non è contra gaudium amoris, & cum modus noſter concipiendi ex modo creaturarum petitus ſit, cum in eis non bene dicamus, *quia gaudet, amat*, ſed è conuerſo, *quia amat, gaudet*: ideo nec in Deo vtimur ea cauſali: at ſi ſumatur amor non pro ſpeciali amore, de quo eſt cōtentio, an ſit in Deo, ſed pro amore proprio, communi tamen omnibus affectibus proſecutionis, eam cauſalem, vt liber formare poſſumus de amore ad gaudium, & de hoc, ad amorem, vt diximus ſupra num. 37. de animali rationali ad hominem, de homine ad animal rationale.

Senſus eius propoſitionis, quia amat ſe, gaudet inde.

Tertio

Digitized by Google

34 *Obiectum proprium gaudij.*

Tertio in ea declaratione ex amore Dei ad vnionem hypoſtaticam, atque gaudium, & in reliquis, quæ adijciunt, patens æquiuocatio eos hallucinari fecit, vt hoc demonſtrem & patentem ſatis non latentem æquiuocationem, vel ipſis manibus palpandam, atque tractandam, & diſcernendam offeram, moneo, obiectum gaudij non eſſe tantum rem exiſtentem, ſed poſſeſſam, & adeptam. Dignitas regia, diuitiæ, honores, vita delicijs affluens, exiſtit modo in perſona Regis: an ne ego gaudebo propter illa bona? minime ſane, niſi mea etiam ſint propter aliquam cum rege conuinctioné: quis hoc ignorat? non ne ea poſſum mihi deſiderare, quia licet exiſtant à me abeſſe, video? at deſiderium, & gaudium de eiſdem bonis ſimul non ſunt; igitur res exiſtens obiectum indifferens eſt ad amorem, & gaudium, & deſiderium: in quo cernitur manifeſtum diſcrimen, inter ſcientiam intuitiuam, & gaudium. Illa enim eſt cognitio ſolum de obiecto exiſtente, atque in ſe, ſiue à vidente poſsideatur, ſiue non: hoc autem eſt de obiecto quidem exiſtente, non autem ſolum exiſtente, ſed de adepto, & poſſeſſo à gaudente.

Gaudium, & deſiderium de vno obiecto ſecundũ diuerſam rationem.

Porro, moneo contingere eſſe quidem gaudium de vna re, ſecundum quod adepta eſt, atque poſsidetur, & ſimul eſſe amorem ſpecialem, atque deſiderium circa eandem rem, ſecundum aliam rationem, ſecundum, quam eſt animanti conueniens, non tamen adepta, ſed poſsibilis adipiſci: verbi gratia, familiaris, & à priuatis conſilijs Regis gaudet de familiaritate, atque conſuetudine regia, quam iam adeptus eſt, ſpecialiter amat, & deſiderat alia dona, & beneficia, quæ iudicat ſibi conuenire, & quæ adeptus non eſt. Pariter in caſu aduerſariorum de vnione humanitatis Chriſti Domini ad verbum diuinum, eam Deus intuetur exiſtentem, & gaudet in eius exiſtentia, nam ipſa vt ſic eſt bonum adeptum, & Deo conueniens ſaltem extrinſece: fructus alios quos meritorum ſatiſfactionis, remiſsionis peccatorum, gratiæ, & gloriæ ferre poteſt, poteſt etiam ſpecialiter amare Deus, atque deſiderare, ſi eos præſciat antequam Chriſti humanitas Sanctiſsima eos ferat, in latis vero iam gaudere: ſed actus ij ſpectant iam ad obiectum creatum voluntatis diuinæ.

Reſpondeo ergo ſcientiam Dei dupliciter terminari poſſe ad vnionem hypoſtaticam: primo abſtractiue pro priori rationis, antequam Deum intelligimus determinatum, ad eam producendam, ſiue eam cognoſcat in ſe, ſiue in ſua omnipotentia, ſiue vtrobique ſecundum dicta à nobis diſputat. 5. de ſcientia poſsibilium. Secundo in quantum eam intuetur exiſtentem, non quomodocumque, ſed ſciens ipſam exiſtentiam, hoc ipſo quod ſcit eſſe aliqua ratione bonum adeptum, & poſſeſſum à Deo, nam hoc eſt diſcrimen ad noſtram rem inter Deum, & creaturas; quod comparatione Dei quæuis res, hoc ipſo quod exiſtat, neceſſario eſt ipſius aliquod bonum extrinſecum ſub eius poteſtate (non ago modo de peccatis, ne aliena miſceamus) non autem comparatione creaturarum, poteſt enim exiſtere res, quin vlla ratione ad creaturam pertineat, imo ſit malum quoddam comparatione eius: nam primo modo ſcientia Dei proponit obiectum eius volitioni: & concedo circa tale obiectum amore ſpeciali verſari poſſe, atque deſiderio: qua ratione beatitudinem reproborum ſimpliciter amat, atque deſiderat. Cum autem ſecundo modo, nego circa tale obiectum conſideratum, vt poſſeſſum habere poſſe alium actum præter gaudij, & fruitionis: dico conſideratum, vt poſſeſſum: nam circa alia bona, quæ proficiſci ex creatura poſſunt, & hucuſque non ſunt profecta poteſt eſſe ſimplex amor, & deſiderium, vt iam notaui num. 42.

Res hoc ipſo quod exiſtit, eſt bonũ Dei, non creaturæ.

Rurſus ea diſtinctio ex modo tendendi, non ſolum ſine fundamento excogitata, ſed contra omnem bonam philoſophiam eſt: nam modus tendendi non diſtinguitur ab ipſis tẽdentijs, ſiue realibus, ſiue intentionalibus: verbi gratia, modus tendendi productionis non diſtinguitur à productione, modus tendendi intellectionis, & volitionis, ab ipſis: in his autem omnis peritus Philoſophus, cum videt productionem eſſe ab alia ſpecie diſtinctam, recurrit, aut ad principium eius, aut ad terminum formalem: verbi gratia, calefactio diſtinguitur à frigefactione, propter terminum diſtinctum, licet habeant idem principium, & calefactio ignis à calefactione ſolis propter principium licet habeant eundem terminum. Dices, cum Deus generat, & creat eandem formam, eas productiones ſolum diſtingui ex modo tendendi. Sed contra; ego docui in Philoſophia diſtingui ex principio, & termino: ex principio, quia cauſa eius actionis generatiuæ non eſt ſolus Deus: ſed etiam ſubiectum in ſuo genere cauſæ, ad quod etiam dicit ſuum eſſentialem ordinem: ex termino, quia terminus generationis non eſt ſola forma, ſed ipſa cum vnione ad ſubiectum, terminus autem creationis, cum creatur, eſt ſola forma: vt hoc videas conſidera ignem, calefacientem eandem manum primo, ſecundo, & tertio diuerſis temporibus. Si à Philoſopho quæratur, an prima calefactio diſtinguatur ſpecie à ſecunda, an hæc

Modus tendendi non diſtinguitur a tendentia.

Actio per principiũ, aut terminum diſtinguitur.

Creatio diſtinguitur ex principio, & termino.

 à tertia

Digitized by Google

à tertia reſpondebit non diſtingui, & reddet optimam rationem, quia nec ex parte principij, nec ex parte termini eſt ratio diſtinguendi tendentias illas calefactiones, quæ vt eſſentias ſuas habent extrinſece à principio, & termino; ita primas rationes diſtinguendi. Quod ſi, quis iuxta horum ſententiam, quos impugnamus, diceret, diſtingui eas, à modo tentendi, audiendus non eſſet: nam quæſitio eſt de hoc modo tendédi, qui vt dixi non diſtinguitur ab actione, à quo nam naturam ſuam reſpectiuam ad principium, & terminum diſtinctam ſummat? & nihil reſpondere poterit, niſi dicat, ſeipſa diſtingui, quæ ſolutio in naturis abſolutis tolerari poſſet; at in reſpectiuis nullatenus: nam vnde ille habet calefactionem primam, ſeipſa habere naturã ſpecie diſtinctam, à ſecunda? ſed nec in naturis omnino abſolutis (ſi quæ eſt) omnino ferenda ſolutio, nam ſemper aſsignantur proprietates, aut effectus in ordine, ad quos ſumitur diſtinctio ſpecifica. Maneat ergo exexploſa illa diſtinctio ex modo tendendi in productionibus.

35 *Eadem Philoſophia in tẽdentis intentionalibus.*

Eodem modo philoſophandum eſt in tendentijs intentionalibus. Nunquam enim contingit, ab eodem principio, ad eundem terminum, diuerſas eſſe cognitiones, aut appetitiones: verbi gratia ab eadem potentia videndi, eademque ſpecie impreſſa albi lucidi eiuſdem rationis, ſemper eſt quæcumque viſio, item hominis cognitio, & quod amplius eſt, in beatis viſionibus omnes ſunt eiuſdem rationis: quia lumen gloriæ, & Deitas ſupplens vicem ſpeciei ſunt eiuſdem rationis, & ipſe Deus idem terminans viſionem, licet potentiæ intellectiuæ, cognoſcentes noſtræ, & angelicæ ſint diuerſæ rationis, quia ipſæ non cooperantur ſecundum naturalem actiuitaté; nec ex modo tendendi diſtinguuntur. Ratio à priori eſt, quia modus tendendi non diſtinguitur ab ipſis tendentijs intentionalibus, & ſicut natura ipſarum conſiſtit in ordine principij ad terminum formalem, ita eadem, aut diſtincta natura ſumenda eſt ex diſtincto principio, aut termino: quare enim eiſdem manentibus principio, & termino diſtinctis ordinibus reſpiciantur. Pariter in appetitionibus, atque in re noſtra, amor Patris verbi gratia, ab eadem voluntate procedens, eadem mentis propoſitione intellectiua, eiuſdem ſemper rationis eſt: nec ex modo tendendi diſtingui ſpecie poteſt. Idem eſt in amore charitatis viæ per fidem regulato, & patriæ per viſionem. Pari ratione in bono adepto, quod vt adeptum repræſentatur, volitio ad ipſum vt adeptum, terminata non poteſt eſſe diuerſæ rationis.

Nec valet dicere, amorem ſpecialem ex propria ratione non petere terminari ad bonum, vt exiſtens, & adeptum. Primo, quia ille ſpecialis amor Dei ex ratione ſibi eſſentiali petit, terminari ad bonum diuinum: ergo de facto terminari petit ad bonum exiſtés, & à Deo poſſeſſum. Conſequentia liquet, quia hoc totum eſt de ratione boni diuini. Secundo, quia ille ſpecialis amor diuinus, vt eſt formalitas, quaſi ſpecifica, ratione diſtincta, atque prior gaudio aliquod obiectum ſibi determinat ex eſſentia ſua, habens ſuam bonitatem in aliquo ſtatu. Quis hoc non videat? nam determinatus affectus voluntatis determinatum aliquem ſtatum ſui obiecti boni petit: vel ergo petit ex natura ſua obiectum exiſtens, vel non exiſtens, vel præſcindens ab exiſtẽtia? nõ petit nõ exiſtés, nec præſcindens, vt cõſtat, ex eo quod diuinæ perfectiones determinatæ ſint ad exiſtendum, & ad negationem præciſionis ab exiſtentia, & non exiſtentia: idque eſſentialiter, maxime in perfectionibus neceſſarijs: ergo cum formalitas illa amoris ſpecialis, vt condiſtincta ratione à gaudio, determinat bonum diuinum ſibi, vt obiectum, non abſtrahens à diuino, & creato, nec bonum creatum: manifeſte fit determinare ſibi ex eſſentia ſua bonum exiſtens: non igitur bene dicitur non petere ex eſſentia ſua terminari ad bonum exiſtens. Rurſus quo ad poſſeſſionem, & adeptionem eandem interrogationem propono: nam formalitas illa amoris ſpecialis, vt condiſtincta à gaudio, & eo ratione prior aliquem determinatum ſtatum petit in obiecto, vel cum negatione poſſeſsionis ab amante, vel poſſeſſum ab ipſo, vel præſcindés à poſſeſſo, & non poſſeſſo? Non cum negatione poſſeſsionis: hoc enim obiectum in hoc ſtatu eſt proprium affectus deſiderij, quem omnes Deo negant: non præſcindens à poſſeſſione, quia bono diuino, hoc ipſo quod diuinũ ſit, tam repugnans eſt præſcindere à poſſeſſione, comparatione Dei, quam præſcindere ab exiſtentia: ergo petit ex natura ſua bonum diuinum, vt poſſeſſum ab ipſo: ergo non bene dicunt aduerſarij poſſe quidem terminari ad bonum poſſeſſum, ac de facto terminari ad illud, non tamen petere naturam eius affectus eam poſſeſsionem. 36 *Amor Dei de ſe eſſentialiter petit obiectum exiſtens.*

Reſpondebis, licet de facto affectus ille terminetur ex eſſentia ſua ad bonum poſſeſſum, quia illud, aut carere poſſeſsione, aut ab ea præſcindere non poteſt: at ſi per impoſsibile poſſeſsione careret, aut carere poſſet bonum illud diuinum, adhuc eodem modo affectus ille ſpecialis ad ipſum terminaretur. Et per hoc declaratur, qua ratione affectus ille amoris ſpecialis ex natura ſua non petat, 37 *Solutio.*

petat, licet habeat obiectum bonum poſſeſſū.

Confutata. Verum hæremus in eadem doctrina, & non datur ſatisfactio argumento: nam ex hac reſolutione non negatur, bonū diuinum, vt cōdiſtinguitur à bono in communi, & à bono creato, eſſe obiectum, atque peti eſſentialiter ab eo amore ſpeciali: ergo nec negari poteſt, bonum vt exiſtens, & poſſeſſum, eſſe, & peti ab amore illo eſſentialiter. Conſequentiam hanc probaui num. 46. Quod vero (ais) ſi per impoſsibile non exiſteret, ac non poſsideretur, nec foret bonum diuinum: nam cum de ratione boni diuini ſit, eſſe à ſe eſſentialiter exiſtēs, in ipſo impoſsibili ſuppoſito deſtruis rationem boni diuini ac per neceſſariam conſequentiam amor ille erit ſpecialis, non erit Dei erga proprias perfectiones. Itaque amor ſpecialis vt ſic ex genere ſuo petit obiectū, abſtrahens ab exiſtentia, & poſſeſsione, licet terminari aliquando poſsit ad exiſtens, & poſſeſſum, non tamē conſideratum, vt exiſtens, & poſſeſſum, & cui repugnat habere propriam perfectionē, abſtrahētē ab exiſtētia & poſſeſsione atq; ſciētiā præſcindētē in cōſideratione ab exiſtētia, & poſſeſsione, hoc ipſo repugnat habere amorē ſpecialē, circa propriam bonitatē, ſicut cui repugnat ratio cōmunis, ſeu generica hominis, verbi gratia, ratio animalis, hoc ipſo repugnat eſſe homo: ita, cui repugnat ratio communis, & generica amoris ſpecialis, verbi gratia, reſpicere bonum, abſtrahens ab exiſtentia & poſſeſsione, & vt ſic conſideratum tēdere in illud, repugnat amor ſpecialis: atque adeo, &c.

38 *Exemplū de viatoribus non ad rem.* Procedamus modo in alijs diſcutiendis. Illud de viatoribus per fidem Deum, exiſtentem, amantibus pluribus cauſis, non eſt ad rem: quoniam Deus, vt exiſtens, adhuc eſt indifferens obiectum ad amorem ſpecialem ad deſiderium, & gaudium, vt dixi num. 42. viator ergo per fidē Deum cōſiderare poteſt exiſtētem, atque ſibi cōuenientē mille titulis, verbi gratia, amandū ardentius, atq; ardētius vt à ſe obediendum, & per fidem, atq; viſionē beatam conſequendum. Secundum illam rationem conuenientiæ, exiſtentem, præſcindētem à poſſeſsione, & non poſſeſsione, amare ſpecialiter poteſt, vt abſentem, vel quia timet an vera fide diuina cum cognoſcat, an amore ſuper omnia diligat, poteſt deſiderare fidem, atque dilectionem vt certiorem, atque certiorem à ſe cognitam: quod ſi Deus ita cuiquā reuelaret, vt certiſsimus redderetur ſuæ fidei, & gratiæ gaudere quidem poſſet de adeptione Dei per fidem, & gratiam: non tamen ſimpliciter amare, aut deſiderare, vt voluntas regulatur ab ea cognitione, niſi agamus de augmento fidei, & charitatis, quod non poſsidet. Ex quo conſtat Beatum ſpecialiter amare, aut deſiderare non poſſe, Deum vt viſum conſequi, ſed tantum gaudere: forte poterit amare, atque deſiderare ſibi, aut alijs beatis, aut viatoribus alias diuinas communicationes, vt infuſiones gratiarum, reuelationes ſpeciales, gratias accidentarias, ſine aliqua tamē animi anxietate.

Beatus quid poſſit deſiderare, quid non.

Pariter dicēdum in alio ſimili de beatorum atque viatorum amore amicitiæ, eſſe nō poſſe, niſi gaudium, circa redamationem, in qua completur amicitia, certo cognitam: at vero circa alia amici officia, quæ ſibi mutuo ipſi præſtant. quia conueniunt amico, dum non præſtantur, de facto poteſt eſſe, & amor ſpecialis, & deſiderium, atque ſpes ſecundum dicta à nobis cap. 1. non autem gaudium vſque dum exerceantur, & poſsideantur ab amico, in cuius obſequium fiunt. 39 *Quæ amicitia inter beatum, et viatorem.*

Denique aduerſariorum ratio à priori parui momenti eſt. Nam ille ordo in motibus voluntatis eſt comparatione noſtrarum voluntatum, atq; bonorum, quæ non poſsidemus; nam omnis volitio cognitione dirigitur; noſtra autem cognitio, regulariter loquendo prius cōſiderare ſolet bonū ſecundum ſe, ſiue exiſtens ſit, ſiue non, vt iam animaduerti, & illud primo ſpecialiter amare ſolet; poſtea facta comparatione ad ſe ipſum, & videns ſibi eſſe conueniens, atque à ſe non poſsideri, deſiderat; & cum conſequitur, & conſecutum cognoſcit, gaudet: verbi gratia, pone hominem diuitem cum præſciſione, an ipſe ſit diues, vel non, commodum diuitiarum conſiderare bene po poteſt, & eas ſpeciali proſequi amore: poſtea vero aduertens ſe diuitijs abundare, optime poteſt in eo bono, à ſe poſſeſſo gaudere. At quis dubitet voluntatem noſtram poſſe ab affectu gaudij incipere, & ſi regulariter non ita contingat: Nam ſi prima intellectus conſideratio circa ſe ipſum ſit de re, à ſe poſſeſſa, cur non poterit ſtatim voluntas gaudere, quin, aut ſpecialis amor præcedat, imo obiectum, ita conſideratum, neceſsitatem, quoad ſpeciem imponit voluntati, vt circa illud affectum gaudij exerceat, ſi quē vult exercere: ac propterea, cum ſcientia Dei circa ſe ipſum ſit neceſſaria conſideratio de perfectionibus diuinis, à ſe poſſeſsis, & cum eæ perfectiones infinitæ ſint, & comprehenſiue intueatur, circa eaſdē, non ſolum nō poteſt exercere alium affectum à gaudio, verum, & ipſum non poteſt, non exercere. Non ideo nego, ſæpe in nobis ſpecialem amorem cauſare gaudium, & vtrumq; affectum in eodem inſtanti in vna voluntate, circa idem obiectum, exiſtere; debent tamen in intellectu duæ exiſtere conſiderationes, prima boni ſecundum ſe; altera aduertentia ad 40 *Dilutio rationis à priori.*

Gaudium poteſt eſſe primus actus noſtræ volūtatis.

Digitized by Google

eius poſſeſsionem: conſiderans per primam, ſpeciali amore ipſum amauit; per ſecundam cum aliqua dependentia ab amore in eo gaudebit: nõ tamen ideo in quocumque gaudio id ita eſt, ac maxime in diuino, vt ſatis ſuperque conſtat ex dictis.

Cap. 6. Authoris reſolutio circa amorem ſtrictum per tres concluſiones.

DESIDERATVR noſtra reſolutio. Prima concluſio in voluntate diuina, comparatione perfectionũ 41 neceſſariarũ abſolutarum, non datur amor ſtrictus, hoc eſt, ſpecialis affectus, diſtinctus ratione à gaudio, ipſum ratione præcedens. Hæc concluſio non indiget probatione noua cum in ijs omnibus, quæ diximus in 3. cap. proponentes rei difficultatem, in quarto cap. examinantes placita Theologorum in quinto refutantes aliam, & aliam ſatisfactionem, hanc concluſionem ſtatuerimus, atque ſtabilierimus.

In Deo erga bona ſua neceſſaria non eſt amor ſpecialis

42 Dices: quare nos non poſſumus conſiderare affectum illum non tantum, vt ſupponentem bonum, vt à Deo poſſeſſum, ſed etiam quantum eſt ex vi affectus, ſaltem affectiue ponentem illud, & eum appellare gaudium, ſecundum primam rationem, amorem vero ſtrictum ſecundum poſteriorem? Reſpondeo quia in Deo non eſt affectus, affectiue ponens à gaudio diſtinctus, quod ſi non eſt talis affectus in Deo, male conſiderat, qui illum eſſe conſiderat: non autem eſſe talem affectum, manifeſte cõſtat ex dictis: primo, quia in Deo nullum habet obiectum diſtinctum ab obiecto gaudij; nam ſi quod haberet præſcindere deberet à poſſeſsione, & non poſſeſsione: ſed nihil præſcindens ita eſt in Deo; vt probaui, num. 42. Ergo. Secundo quia ponere affectiue, eſt habere affectum, qui ſi in aliquo caſu priuaretur bono, eſſet principium, & cauſa illud ponendi. Hunc autem affectum non eſſe in Deo, conſtat duplici ratione. Prima quia hoc commune eſt gaudio: nam ex eo ſequitur dolor, & triſtitia, cũ priuatur bono: non enim ſine dolore amittitur, quod cum gaudio poſſidetur; dolor autem is ſufficiens eſt, ad ponenda media iterum acquirẽdi bonum amiſſum, ſi apprehenditur fieri poſſe, vt iterum comparetur: ergo ex ea ratione non datur affectus affectiue ponens, diſtinctus à gaudio ſupponente. Secundo quia otioſus, & ſuperfluus eſſet in Deo ille affectus, quippe Deo ipſi conſtat illam conditionem, ſi amittatur, impoſsibilem eſſe: cur ergo detur de facto affectus, qui tantum deſeruiat ad conditionẽ impoſsibilem? Deinde tertio: forte affectus ille non repugnabit in bonis, quæ non repugnat amitti; at non ſolum eſt otioſus, ſed impoſsibilis in bonis, quæ repugnat amitti: at quemadmodum affectus is, circa proprias perfectiones, *Ego volo ponere bonum diuinum ſub conditione, quod non ſit bonum diuinum*, repugnat ex terminis: ita is *ego volo ponere in me perfectiones neceſſarias, ſub conditione, quod non eſſent in me*, repugnat ex terminis: nam tanta repugnantia eſt, in eo quod bonum diuinum non ſit bonum diuinum ac in eo quod perfectio neceſſaria Dei non ſit Dei, & quod ab ipſo non poſsideatur, vt conſtat. Ratio à priori eſt, quia ille affectus ſimul vellet duo contradictoria, alterum velle ponere, quantum eſt in ſe bonum, neceſſario poſſeſſum à Deo, alterum velle, quod in aliquo caſu non poſsideatur à Deo.

In Deo nõ eſt affectus ponendi in re diuinas perfectiones quantum eſt ex parte ſua.

Secunda concluſio: nec circa perfectiones relatiuas, aut actus notionales datur amor ſtrictus in Deo. Concluſionem hanc probaui cap. 3. num. 26. & ea in primis certa eſt, comparatione Paternitatis (id conſtabit ex dicendis) at comparatione Spiritus Sancti habet ſpecialem difficultatem: nam cum ipſa volitio communis in Patre & Filio ſit principium communicatiuum, atque productiuum per relationem Spiratoris Spiritus Sancti (vt dicemus in tractatu de Trinitate (poſſet quis dicere, eam pro eo priori quo ponit Spiritũ Sanctum, non eſſe gaudium, ſed amorem ſpecialem, & pro poſteriori, quo videt iam productum, gaudere de productione, iam poſita in rebus. Sed ſi attente hoc conſideretur, non probat adhuc comparatione Spiritus Sancti eſſe ſpecialem amorem in Patre, & Filio. Primo, quia vt non eſt de eſſentia viſionis intuitiuæ quod ſupponatur productum obiectum, quod intuetur, nec quod ab ea non producatur; imo ſimul, & producere, & intueri poteſt, vt conſtat in intellectione in Patre, quæ ſimul producit, atque intuetur Filium; ita non eſt de eſſentia gaudij, quod nõ producat, ſed ſimul poteſt gaudere, atque producere, communicando ſe, imo cum Pater & Filius cognoſcunt ſe; non tantum amare Spiritum Sanctum, ſed etiam amando, producere, ſeu amorem ſuum eſſe fœcundum, habent, in eo ipſo ſpecialem rationem gaudẽdi. Dices aliud eſſe gaudere in vi producendi 43

Non eſt in Deo amor ſtrictus erga perfectiones relatiuas, aut actus notionales

Digitized by Google

Spiritum Sanctum, quæ eſt eo prior origine, quæque poſsidetur à Patre, & Filio, aliud in ipſo Spiritu producto, qui eſt poſterior origine, & qui non adhuc poſsidetur. Reſpondetur id verum eſſe, & re vera diſtincta eſſe obiecta hæc gaudij, tum ipſam viam producendi tertiam perſonam, tum & ipſam tertiam perſonam; at non probari prius illud originis ſufficiens eſſe ad obiectum amoris ſpecialis, imo non eſſe probaui num. 26. ex eo quod in eo priori non eſt indifferentia ad poſſeſsionem, & non poſſeſsionem, licet ſit prioritas, in ordine ad realem productionem, quæ diuerſa eſt à ratione obiecti. Secundo quia ſi ipſa originis prioritas ſufficiens eſſet ad rationem obiecti amoris ſpecialis, ſequeretur Patrem, & Filium habere amorem ſpecialiter dictum, erga Spiritum Sanctum: nam poſito obiecto bono, omnis actus voluntatis liber, atque immunis ab imperfectione Deo concedendus eſt, non ſecus ac ſcientia in mente, poſito obiecto cognoſcibili; Spiritum vero Sanctum non habere erga ſe amorem ſpecialem. Probo hanc conſequentiam, quia tota ratio ponendi obiectum amoris ſpecialis Patri & Filio erga Spiritum Sanctum, eſt prioritas originis; ſed Spiritus Sanctus non eſt prior origine ſe ipſo, nec alia ex duabus perſonis; ergo Spiritus Sanctus, nec habet obiectum, nec actum: at abſurdum eſt, dicere habere Patrem, Filium ſpecialem actum ſcientiæ, aut volitionis, quem non habet Spiritus Sanctus: ergo, &c. Hoc eſſe abſurdum patet: nam licet propria relatiua, & notionalia vni perſonæ competant, & non alteri; abſoluta vero qualia ſunt actus, qui circa ea tanquam circa obiecta verſantur, omnibus perſonis communia ſunt: ergo ſignum eſt, prioritatem originis, ſufficientem non eſſe ad rationem obiecti amoris ſpecialis condiſtincti à gaudio, licet ſit neceſſaria ad fœcunditatem. Hæc eadem probant in Patre, comparatione Filij, vt in Patre origine præcedūt ſcientia, & volitio, non eſſe amorem ſpecialem, in quo etiam dubium videtur locum habere: nam licet non eodem modo communicatur Filio diuino volitio, ac intellectio, at ſi poſterioritas originis ſufficiens eſt, ad conſtituendum obiectum amoris ſpecialis, comparatione perſonæ origine prioris, etiam Filius reſpectu Patris eſſe poſſet obiectum amoris ſpecialis: quippe ad hoc nihil refert, quod diuerſo modo intellectio, quàm volitio communicentur.

Tertia concluſio, mihi etiam verius eſt, nō eſſe amorem ſtrictum in Deo, comparatione decretorum liberorum: non quia indifferentia, quam habent ad eſſe, & non eſſe, ac proinde ad poſſeſsionem, & nō poſſeſsionem ſufficiens ratio non eſſet ad diſcrimen in ratione obiecti inter ipſa, & neceſſaria Dei: ſed quia nihil addunt entitatis, nec re, nec ratione, nec virtualiter diſtinctum à volitione neceſſaria, ſecundum magis communem ſententiam: ergo ſi circa hanc non eſt amor ſtrictus, nec circa illa, vt ſunt obiecta diuina, & increata, & Deus poſſidens volitionem neceſſariam poſſidet actu, & ſufficienter liberam, quo ad totam perfectionem, vt dixi num. 26. Aduerte tamen, plenam, & fixam huius concluſionis tertiæ reſolutionem multum pendere ex modo declarandi libera decreta (ſi quis nobis in hac vita relictus eſt) de quo diſput. 16. per duodecim capita. 44

Nec eſt amor ſtrictus erga decreta libera.

(§)

DISPVT-

DISPVTATIO DECIMA QVARTA.

QVALIS SIT AMOR DEI ERGA ſe ipſum.

Diſtincta tribus Capitibus.

In Primo. Amor Dei de ſe ipſo neceſſarius eſt quoad exercitium.

In ſecundo. Qualis ſit amor Dei erga bona diuina, an concupiſcientiæ? an Charitatis propriæ?

In tertio, Nec eſt amor concupiſcientiæ realis, nec formalis amicitiæ inter diuinas perſonas, ſed alia quædam eminentialis amicitia.

Circa doctrinam Sancti Thomę in eodem articulo tertio.

Cap. I. Amor Dei de ſe ipſo neceſſarius eſt quoad exercitium.

I DISPVTATIONE quarta de Scientia Dei non tantum ſtatuimus, Deum ſe ipſum, per ſe ipſum cognoſcere, ſed vlterius perfectionem cõprehenſiuam ei⁹ ſcientię, atque modos, quibus Deus ſe ipſum tum in ſe, tum in creaturis cognoſcit ſcrutari niſsus ſum: Pari ſtylo doctrinæ in hoc tractatu opere pretium erit, poſtquam diſputatione ſuperiori definitum reliquimus, Deum ſe ipſum gaudio, non amore ſtricto amare, ſcrutari propriam naturam eius amoris, quo verſatur erga ſe ipſum; atque modos, quibus ſe Deus amat, nimirum an tantum propter ſe, an etiam propter creaturas, illud primum in hac diſputatione, hoc ſecundum in ſequenti.

1. Obiectio. Prędicata tranſcendentia diuina. Id in primis obſeruandum, vt ſcientia comparari à nobis poteſt ad prædicata quædam, quaſi communia in Deo, non dico communia Deo, & creaturis, ſed licet propria Dei, ſunt veluti tranſcendentia omnes diuinas perfectiones, hæc ſunt eſse ens à ſe, infinitum, æternum, immenſum, & alia id genus; & comparari poteſt ad ſe ipſam, & comparari poteſt ad attributa à ſcientia virtute diſtincta, & ratione poſteriora; Demum comparari poteſt ad actus notionales, atque ad proprietates perſonales: ita amor diuinus ad hæc omnia ſimili proportione poteſt, ac debet comparari, & inueſtigari, an comparatione omnium, an tantum aliquorum neceſſarius ſit, & comparatione aliorum liber.

Deinde obſeruandum, tametſi ſine controuerſia Deus non tantum amet ſe, propter ſe, ſed etiam creaturas propter ſe; imo, & in opinione ſatis probabili ſe propter creaturas, de qua re ſermonem habeo diſputatione ſequenti cap. 2. & 3. Verum modo non tractamus de amore diuino, vt refertur ad creaturas aliqua ratione, an ſit liber, an neceſſarius: nam hoc proprium locum ſibi vendicat, vbi allegaui; ſed vt refertur ad ipſum eſſe Dei, hoc eſt, vt eſt amor ipſius Dei tantum, tanquam obiectum formale, & materiale.

Concluſio, amor Dei neceſſarius eſt quoad exercitium vt comparatur ad quæcumque diuina, vt explicui in prima obſeruatione, conſulto dico ad quæcumque diuina, quoniam non eſt animus aſſerendi ſolum amorem Dei neceſſarium eſſe, vt amat in ſe omnes illas perfectiones, quaſi collectiue, ſeu vt integrant illud totum perfectum, quo Deus conſtituitur, per omnem perfectionem intrinſecam: ſed etiam neceſſarium eſſe, vt amat in ſe ſingulas illas perfectiones; vt cum ſe amat, propterea quod eſt ens à ſe, propterea quod eſt ens infinitum, 2 *Concluſio. Amor Dei de ſe eſt neceſſari⁹.*

Digitized by Google

nitum, æternum, immenſum, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.

Cum autem affirmamus amorem diuinum erga ſe ipſum neceſſarium eſſe, non tantum loquimur de amore neceſſario, quoad ſpecificationem ſolum; ſed etiam volumus neceſſariũ eſſe quoad exercitium, quatenus non poteſt Deus in ſe illas perfectiones non amare, contra Caiet. in hoc artic. 3. vt noto num. 3. & Ferrar. doctrina hæc ſic explicata, communi

Caiet. Ferr.

3 omnium conſenſu approbata eſt, non tamen eodem modo demonſtratur. Pater Vazquez in hoc artic. 3. diſp. 79. cap. 1. & Pater Arrubal diſp. 52. cap. 1. Vtuntur hac ratione, in diuina bonitate ita relucet omnis ratio boni, vt nulla ſit ratio mali, propterea illam clare intuenti, ita præponitur obiectum illud, vt in exercitio amoris nulla appareat ratio mali, à qua retardari exercitium poſsit: ſed Deus intuitiue comprehenſiue ſe cognoſcit, ergo neceſſario ſe amat quoad exercitium. hac ratione 1. 2. quæſt. 5. artic. 4. probari ſolet beatos neceſſario quo ad exercitium Deũ diligere, & ferè omnes in ea conquieſcunt.

P. Vazquez. P. Arrubal.

1. Probatio *Ratio cõmunis ad probandũ beatos neceſſario diligere Deum.*

Verum cum in hoc capite venemur demonſtrationem pro concluſione examinandũ nobis, an ne hæc ratio ſit demonſtratiua. Fateor quidem ſi quod obiectum, ſi quæ cognitio propter perfectionem, vim habet determinandi potentiam, de ſe indifferentem ad actum neceſſarium, eſſe bonitatem diuinam vt obiectum, & claram Dei viſionem, vt cognitio: at ego non percipio euidenti cognitione neceſſariam connexionem, inter illud antecedens, nimirum bonitatem diuinam adeo eſſe perfectam, vt in ea nulla ratio mali reluceat, & quod propter talem perfectionem ſi clare videatur, ita ad ſe rapiat potentiam indifferentem, vt eam determinet ad amorem neceſſario: ponamus namque aliquem adeo extollere ingenuum dominium facultatis liberæ erga ſuas operationes, vt defendat à nullo obiecto quãtumuis perfecto, & quantauis claritate perſpecto, trahi ad determinationem poſſe, atque adigi ad neceſsitatem: qua quæſo ratiozinatione is reuincetur? nulla ſane, quantumcumque expendat diuinarum perfectionum infinitudinem, ergo ſignum eſt rationem illam non eſſe demonſtratiuam, & ſi non inficier, eſſe non contemnendam. Ad hæc, quod in exercitio operationis nulla ſit ratio mali, non videtur probare principium determinatum eſſe ad exercitium, ſed ad ſpeciem actus: quemadmodum quod in obiecto propoſito, vt in beatitudine in communi, nulla ſit ratio mali, non probat ipſum determinare potentiam ad exercitium, ſed ad ſpeciem etiam apud ipſos, qui hac ratione vtuntur, atque ideo vltra petunt in obiecto determinante, vt in Deo infinitatem perfectionis, ergo ſimiliter comparatione operationis ex eo, quod in eius exercitio nulla apparet ratio mali, ſolum modo probare videtur potẽtiam determinari quoad ſpeciem, non autem quo ad exercitium: maxime cum ipſa exercitatio operationis nullam in ſe habeat infinitatem perfectionis. Quod ſi dixerunt diuerſam eſſe rationem de actu, & de obiecto, non negabo diuerſam eſſe; verum ipſis incumbet producere rationem euidentem, qua demonſtrẽt, non obſtare, hoc quod diximus de limitatione perfectionis in operatione, quo minus potentia indifferens de ſe determinetur ad exercitium: hoc ipſum vero obſtare in obiecto, quam (ni fallor) haud facile reddent.

Diſcutitur *Non videtur demõſtratiua.*

Porro, ſic vrgeo alia via, certius eſt, atque euidentius, neceſſariò Deum amare ſe ipſum, quam à beatis amari, ergo illa veritas non demonſtratur pro dignitate, atque exacta ratione, quæ ex æquo vtrumque probat: ſcrutanda igitur nobis alia neruoſior, atque clarior probatio.

Sed dicat aliquis primo. Bonitas obiecti, quo maior eſt, eo magis ad amorem ſui trahit volũtatem, ergo cum bonitas diuina ſumma ſit, atque infinita, rapiet volũtatem ſumma determinatione, ac proinde neceſſario trahet. 4

1. Obiectio. *Duplex obiectio.*

Secundo obijciat, in Deo vrgentius probare propoſitam rationem; quoniam ſcientia Dei de ſe ipſo perfectior eſt infinita differentia, pariter amor, quo ſe ipſum diligit, ergo licet nec clara viſio beati, nec perfectio amoris ipſius virtutem haberent, determinandi voluntatem; habebunt tamen diuinæ ſcientiæ comprehenſiuæ, atque amoris adæquati perfectio.

Reſpondeo ad primam probare voluntatem ſumma inclinatione amplexuram tale obiectũ, inclinatione autem, quæ intra limites liberæ contineatur, non quæ ad neceſſarias ſpectet. Nam ſi ea argumentatio concluderet ſuum intentum, probaret etiam Deum non liberè, ſed neceſſariò, ſe communicare creaturis; Quoniam bonitas de ſe eſt ſui diffuſiua, & flectit habentem ad ſe alijs communicandum, ergo ſumma atque infinita bonitas ſummè inflectet, ergo neceſſariò determinabit, cur enim bonitas viſa ex parte obiecti virtutem habeat determinandi, propter infinitatem in bonitate, & hæc eadem non tantum viſa, ſed realiter habita, atque poſſeſſa, eam non habeat virtutem? Pariter in habitibus voluntatis ea argumentatio eluditur. Nã habitus de ſe eſt inclinatio, & facilitas ad opus pro quo datur, quantumuis vero augeatur, & ſi creſceret

Reſponſio ad primam

Ex infinita bonitate clare viſa non infertur demonſtratiue amor neceſſari

Digitized by Google

ſic creſceret infinitum in graduali intenſione, non determinaret facultatē liberam, eo quod illa inclinatio, & facilitas eſt ſemper in ordine ad actum liberum, quippe neceſſarius non indiget facilitate, ergo infinitas, ſeu augmētum rationis, inclinantis ad actum, vſque ad infinitatem, non probat neceſsitatem iuduci in principio libero.

5
2. Probatio pro concluſione.

Ad ſecundam concedo eam rationem ſpeciale habere in Deo robur, propter exceſſum infinitum in ſcientia, atque in amore, vt expēditur in obiectione; at non demonſtratur infinitatem in ratione, inclinante ad actum, cōnexionem neceſſariam habere, cum determinatione actus, vſque ad neceſsitatem, imo quæ modo dicebā in reſpōſione ad ſecūdā obiectionē, oppoſitum ſuadere videntur. Qua propter cōcludo licet ea ratio vulgariter ab omnibus ſubſummatur, vt primūquodam principium intentum probans vero ſimiliter, non tamen ei tribuo gradum demonſtrationis.

Proponitur ratio ex libertate.

Iidem Doctores allegati nu. 3. alia ratione ſic probant, Deum ſe amare neceſſario. Quoniam ex artic. 1. conſtat in Deo eſſe voluntatem, & ex ſe manifeſtū eſt, Deum eſſe bonum, ergo Deus ſe poteſt amare. Cōſequentia hæc manifeſta eſt: tunc ſic, non poteſt ſe amare amore libero, ergo neceſſarium eſt, quod ſe amet amore neceſſario: antecedens hoc probatūr, nam nec in Deo, vt eſt amans, nec in ipſo, vt eſt amatus, poteſt eſſe mutatio, ſed ſi Deus poſſet ſe diligere amore libero, poteſt eſſe in ipſo aliqua mutatio, ergo Deus non poteſt ſe amare amore libero. Probatur minor. Amor liber non addit ad neceſſarium, niſi nouam denominationem, fundatam in mutatione aliqua exiſtente, aut in amante, aut in termino amato, ergo ſi in Deo comparatione ſui poteſt eſſe amor liber, poterit quoque aliqua eſſe mutatio. Probo hanc conſequentiam, demus vel Deum ſe modo diligere, vel non ſe diligere. Si hoc ſecundum cum poſsit ſe diligere, in ſequētibus durationibus petit etiā ante ipſis eſſe aliqua mutatio. Si primū, ergo cū modo ſe diligat libere, poteſt nō diligere in ſequētibus durationibus, ergo poterit eſſe in ipſo aliqua mutatio, vel melius ita infero: Cū modo ſe libere diligat, potuit non ſe diligere ab æterno, ergo potuit eſſe ab æterno aliqua mutatio comparatione ſtatus, quē modo habet, probo hanc conſequentiam eodem modo; ſicut actus liber nouus probat aliquam mutationem, aut in amante, aut in obiecto amato, quæ ſit fundamentum nouæ denominationis, ita ceſſatio ab actu libero probat mutationem, vt perſpicuum eſt, ergo quia Deus non eſt obnoxius mutationi, non etiam poteſt ſe libere amare.

Hoc quoque argumentum licet non contemnendum, at procedit ex proprijs principijs horum doctorum, quæ non tantum non demonſtratiua, ſed falſa iudicantur ab alijs magiſtris bonæ notæ in re Theologica, Arbitrantur enim Pater Vazquez, & Pater Arrubal, & alij ſectatores actum liberum diuinum fere eodem modo, ac non diuinum, ſine aliqua reali mutatione intelligi non poſſe, de qua propoſitione magna nobis erit diſceptatio tum diſput. 18. cap. 1. in qua vtrum ne creaturæ poſsibiles à Deo diligantur, & quo actu, num neceſſario, num libero. Etenim præfati Magiſtri colligunt, ex eodem principio amari à Deo amore neceſſario, & diſp. 16. in qua fuſe diſſerimus de diuina libertate. Vide ca. 10. in quo propriam produco ſententiam Porro propter idem principium defendunt, nec de potentia abſoluta peccatum à Deo cōdonari poſſe, ſine intrinſeca mutatione peccatoris, & alia id genus, quæ non ſolum non putantur demonſtrari, ſed minus probabilia eſſe de quo diſp. 17. cap. 2.

Diſcutitur. Nō eſſe demonſtratiua. P. Vazquez. P. Arrubal.

Ex hoc autem conſtat, ſummi principium minus certum, quam ſit res ipſa quæ demōſtranda ſuſcipitur. Quis namque neget certius euidentiuſque eſſe, ſe Deum neceſſario amare, quam actum liberum Dei nouum, ſine reali noua mutatione intelligi non poſſe, ergo nō ſine vitio producitur illud principium ad noſtrum intentum.

6
3. Aliorum probatio. *Alia ratio ex proceſsione Spiritus Sancti.*

Tertio ergo alij probant ex ea celebri propoſitione Sanctorum ore prolata, nimirum *Quod Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu Sancto*, hoc eſt, producendo Spiritum Sanctum, ſed productio Spiritus Sancti neceſſaria eſt, ergo Deus ſe diligit amore neceſſario.

S. Auguſt. S. Hierony. S. Bernar. P. Suarez. *Nec eſt ad rem.*

Verum, vt omittam modo, in quo ſenſu ab Auguſtino lib. 6. de Trinitat. cap. 5. Hieronymo in Pſal. 17. in principio & Bernar. ſem. 3. Pentecoſt. & ſerm. 8. in Cantica prolata fuerit, nam P. Suarez 1. p. lib. 11. de tertia Trinitatis perſona cap. 3. num. 5. arbitratur propoſitionem, nec in ſanctis patribus reperiri eo rigore, vt nos cogat eam defendere in omni proprietate, vt inquam hoc omittam in tractatum de Diuina Trinitate probatio, quæ ex illa ſummitur ad rem eſſe nos poteſt. Nam omnes in eo conueniunt, eam locutionem nō eſſe veram, propter ſolam dilectionem eſſentialem, quoniam Pater, & Filius non habent ab Spiritu Sancto ſe diligere ratione dilectionis eſſentialis, quam vtraque perſona in ſe habet prius origine, quam producant Spiritum Sanctum. Vnde optime dicimus Patrem ſe diligere dilectione eſſentiali, pariter, & Filiū, imo, & Spiritum Sanctum: at nequaquam poſſumus dicere Spiritum Sanctum, ſe ipſo ita dili-

Digitized by Google

diligere, ſicut Pater, & Filius ſe diligunt Spiritu Sancto: igitur illa propoſitio non fuit prolata de amore ſolo eſſentiali, ſine connotatione alicuius actus notionalis, atqui de amore eſſentiali, qui virtute diſtinguitur ab intellectione, quæ conſtituit diuinam naturã, vt oſtendi diſp. 3. & à quo fluit virtuali emanatione ante fluxũ paternitatis, in meis principijs, quæ iacio tractatu de Trinitate, diſceptamus an demonſtretur neceſſario ſe Deũ diligere? an non? ergo probatio deſumpta ab ea propoſitione extra rem eſt. Præterea multi, nec improbabiliter arbitrantur eam propoſitionem in nullo genere cauſæ in rigore verã eſſe, de qua re vbi ſupra interim videantur ſcriptores noſtri: ergo non debet ſummi loco demonſtrationis; id negat nemo, à quibus defenditur, propter authoritatem Sanctorum, quos allegaui numer. 6. defendi, non ſine labore; non igitur ex ea propoſitione depromi demonſtratio pro concluſione poteſt.

Nec demonſtratiua.

7 Hæc notaui, vt lectorem moneam, ne ſe facile committat rationibus apparenter propoſitis, licet in ore ſcholarũ circũferantur vulgariter, nec eas æſtimet demonſtrationes, donec ſingulas propoſitiones acri examine diſcutiat, paſſim enim rationes dicitãtur demõſtrationes, quę longe diſtãt à rei euidẽti probatione. Quapropter in noſtro puncto communem concluſionem hæc argumentatio, quã ſubijcio, mihi videtur vrgẽtius probare. Sub ſummo fruitionem voluntatis eſſe ſaltem de ratione perfectæ, atque integræ beatitudinis, nam eſto cõſiſtat ratio eſſentialis beatitudinis in ſola viſione Dei, quatenus eſt adeptio, ſeu poſſeſſio ſummi boni, neutra vero pars concertantium negat amore, qui ſequitur ad viſionem perfici, ſeu integrari, atque compleri beatitudinẽ. Modo, ſic firmo rationem; Deũ eſſe perfectè, ſeu integrè, atq; neceſſario beatum eſt perfectio ſine imperfectione; imo eſt perfectio, quã Theologi compellãt ſimpliciter ſimplicem: ergo Deus neceſſario ſe amat, cõſequẽtia manifeſta eſt; nam ſi amor eſt de ratione integrę beatitudinis, & neceſſario eſſe beatum eſt perfectio ſine imperfectione, ſeu ſimpliciter ſimplex, Deus non poteſt non habere neceſſarium amorem ſui; antecedens duas habet partes, altera Deum eſſe integre, atque perfectè beatũ eſſe perfectionẽ ſine imperfectione atque ſimpliciter ſimplicẽ: & hæc manifeſta eſt, tũ quia in cõceptu beatitudinis integrę, & plenæ nulla ſubeſt imperfectio, aut dependentia ab alio, aut limitationis, aut compoſitionis, aut aliarum rationum, quæ pugnãt cum perfectionibus attributorum diuinorum: Tum quia in vnoquoque indiuiduo entis melius eſt eſſe adæquatè, & plenè beatũ, quam nõ eſſe adæquatè, & plene beatum. Altera neceſſitatem in hac integra beatitudine eſſe pariter perfectionem ſine imperfectione, & ſimpliciter ſimplicem, hæc etiam probatur eodẽ modo, quoniam in conceptu beatitudinis neceſſario conuenientis ſubiecto, aut perſonæ nulla ſubeſt imperfectio, pugnans cum diuinis perfectionibus, vt ſatis conſtat de ſe, & ex dictis, & quoniam cuiuſcumque indiuiduo entis melius eſt eſſe neceſſario integrè beatũ, quam non eſſe neceſſario, ſed contingenter integrè beatum; etenim vt contingentia ad peccandum, & non peccandum, licet inuoluat libertatem, non tamen eſt perfectio, ſed imperfectio libertatis: ita contingentia ad ſtatum perfecti beati, & ad ſtatum non perfecti beati, licet inuoluat libertatem, non tamẽ vt ſic ea eſt perfectio, ſed imperfectio, maxime cum in creaturis libertate pollentibus ſecundum prouidentiam diuinam naturis ipſis conſentaneam contingentia, ſeu amiſſibilitas beatitudinis procedat ex peccabilitate.

4. Probatio.

Optima probatio ex diuina beatitudine

Obijciat aliquis, quod in complemento beatitudinis ingreditur actus facultatis liberæ, inter actus autem facultatis liberæ perfectior eſt liber, quam neceſſarius, ergo non eſt melius eſſe neceſſario complete beatum, quã eſſe libere complete beatum. 8

Reſpondeo negando minorem, quoniam perfectio actus voluntatis præſcindit à libero, & neceſſario, nec verum eſt omnem actum liberum eſſe perfectiorẽ omni actu neceſſario, ſed aliquando neceſſarius eſt perfectior, aliquando liber. Quoties neceſſitas actus procedit ex imperfectione cognitionis, vt in brutis, & noſtris ſubitis motibus: tunc actus neceſſarius eſt imperfectior libero; cum vero neceſſitas procedit ex perfectione obiecti, quod petit propter ſummam bonitatem neceſſario amari, ſi adſit clara ipſius intuitio, tũc actus neceſſarius perfectior eſt libero, vt cõſtat in amore beatifico, qui ſuperat in perfectione actus liberos: ergo cum Deus erga ſeipſum verſetur clara cognitione, & erga ſuam ſummam bonitatem, ſit perfectius eſſe ſe neceſſario, quam libere amare.

Objicies 2. Noſtram rationem ſolum probare amorẽ eſſe neceſſarium, vt amat eſſẽtiã Dei, non autẽ vt amat attributa, & proprietates perſonales, hoc vero eſt cõtra concluſionẽ n. 2. nã in ea aſſerimus eſſe neceſſariũ, pro vt amor comparatur, nõ tantum ad eſſentiã, ſed etiam ad ſingula prædicata diuina: Hoc autem tantũ efici ea ratione, ſic probo. Viſio beata ea ſolũ ratione eſt eſſentialis beatitudo, vt refertur ad eſſentiã, non vt refertur ad attributa, 9

De neceſſitate amoris vt refertur ad attributa, & ad perſonalia.

Digitized by Google

quæ ſunt extra eſſentiam, & multo minus vt refertur ad proprietates perſonales: nā Deus Pater ante earum proceſsionem intelligitur beatus, & licet per impoſsibile vna tantum eſſet in diuinitate perſona, ea viſa ſufficienter beatificaret, ergo fruitio etiam Dei ea tantum ratione eſt completa, ſeu integra beatitudo, vt refertur ad eſſentiam, & nō vt ad attributa, neque vt amat proprietates perſonales. Modo ſic formatur argumentum, nos inferebamus, Deum neceſſario ſe amare, quoniam amor ſpectat ad beatitudinis complementum, & eſſe neceſſario complete beatum, eſt perfectio ſine imperfectione; imo, & ſimpliciter ſimplex: ergo ſi amor attributorum, ſi amor proprietatum perſonalium vt ſic, non ſpectat ad completam beatitudinem ex ratione propoſita non efficitur, amorem illum diuinum neceſſarium eſſe, vt refertur ad attributa, nec vt ad proprietates perſonales, ſed tantum vt refertur ad Dei eſſentiam.

Hanc obiectionē propono, vt alteram partem concluſionis confirmem, & vt modo omittam ſatis probabilem eſſe ſententiam aſſerentium, non tantum eſſentiam, ſed etiam attributa, atque proprietates perſonales cōſtituere eſſentialiter obiectum beatitudinis, ac proinde claram Dei viſionem, non tantum vt refertur ad eſſentiam, ſed vt ad attributa, & vt ad relationes eſſe beatitudinem eſſentialem, quoniam vt ſic eſt adeptio ſummi boni, vt eſt in ſe; ita affirmat P. Vazq. 1. 2. diſp. 13. cap. 2 vt hoc inquam omittam, quia non ſuperat probabilitatem, & nos quærimus vrgentiorem probationem. Reſpondeo negari non poſſe viſionem attributorum, atque relationum diuinarum pertinere ad eſſentiam beatitudinis, ſaltem ſecundum ſtatum perfectum eſſentiæ, etenim ſiue videri poſsit eſſentiā Dei, non viſis attributis, & perſonis, ſiue nō, negabit nemo viſionem, quæ videret omnia fore eſſentialiter perfectiorem beatitudinem, quam alia, quæ ſolum eſſentiam Dei videret, ſicut viſio intuitiua comprehenſiua Dei eſſentialiter eſt perfectior beatitudo, quam viſio intuitiua non cōprehenſiua. Eodē modo Theologizandum in amore quatenus ſpectat ad complementum, ſeu integritatem beatitudinis nam beatus, cuius beatitudo eſſentialis compleatur amore neceſſario, amante omnia illa nimirū, & attributa, & proprietates perſonales, perfectius habebit complementum, quam alius, cuius beatitudo compleatur ſolo amore neceſſario eſſentiæ. Quo poſito eodem modo formatur argumentum ad probandum Deū neceſſario amare omnia illa. Nam licet amor omnium nō ſit de ratione eſſentiali cōplementi beatitudinis, eſt tamen de ratione perfectiſsimi complementi, ſed perfectio eſt ſine imperfectione, habere ſuam beatitudinē completam neceſſario, nō quocunque complemēto, ſed perfectiſsimo, imo perfectius eſt vnicuiq; indiuiduo, id habere, quam non habere: quo etiam probatur eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicem, licet hoc neceſſarium non ſit ad cōſtituendam aliquam perfectionē in Deo, vt conſtat in diuinis relationibus, quæ ſecundum propriū conceptum non ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices, vt oſtendo in tractatu de Trinitate: ergo eodem argumento vti poſſumus ad probandum Deum neceſſario amare attributa, & proprietates perſonales, quo probauimus Deum neceſſario amare ſuam eſſentiam. An autem conſtent Patrem eſſe beatum prius origine, quam filiū producat, & nihilominus beatitudinis paternæ totam Trinitatem eſſe obiectum, item ſi vna eſſet in diuinis abſoluta perſona eius viſionem ſufficientem fore ad beatificandum, & nihilominus non eſſe modo ſufficientem ſuo loco diſcutiendum.

Reſtat difficultas de mente S. Th. an non tantum neceſsarium eſſe amorem quoad ſpeciem, ſed etiam quoad exercitium ſignificauerit, in qua re dixi n. 3. Cai. & Ferr. ſolum intelligere S. Th. de neceſsitate quoad ſpeciem. Placet modo referre ſententiam, & verba Zumeli in hoc art. 3. Nam dicit, *quod per ſe loquendo ratio D. Th. ſolum concludit diuinā volūtatem neceſſario amare, & velle ſuam bonitatem, quantum ad ſpecificationē actus.* Deinde cum attigiſſet, Deum eſſe actū puriſsimū, & ex hoc inferret, ſe amare neceſſario, quantū ad ſpeciē & quātum ad exercitiū poſt paucas lineas, ait, *vnde ratio S. T. vtrūq; probat:* & cū poſtea iterū dixiſſet quod Deus amat omni neceſsitate propriū obiectum, nec poſſe eſſe in potentia reſpectu eius, addit *& ratio S. Th. eſt euidens* difficilius mihi eſt hæc inter ſe cōponere, quā mētē Angelici doctoris enucleare nam in prioribus verbis dixit vnam tantū neceſsitatem probare rationem S. Th. in ſecundis vtramq; probare, in tertijs euidenter vtramq; cum tamen nihil de S. Th. protulerit noui, ſed de ſuo: ſed nullum pono laborem in hac compoſitione, quia non eſt digna aliquo labore. P. Vazquez in commentario, aſſeruiſſe quidem neceſsitatem quoad exercitium, quia diſcrimen conſtituit in amore creaturarum, quas ſolum amat neceſsario ex ſuppoſitione, & in amore Dei, quem abſolutè neceſſario amat; non vero eam probaſſe: ſed nōn concedam ego incidiſſe in hoc peccatum S. Thomā, nam graue peccatum eſt in Theologia aſſertionem manche probare, nec id colligitur ex ponderatione P. Vaz. Nam

Margin notes: P. Vaz. — 10 — S. Tho. Difficultas de mēte S. Th. — Zumel ſibi contrarius. — Zum. — Explicatio P. Va. — P. Vaz.

Nam amare neceſſario ex ſuppoſitione, non eſt amare neceſſario quoad ſpeciem, quoniã cum hac neceſsitate ex ſuppoſitione, ſtat non neceſsitas quoad ſpeciem, vt perſpicuum in amore creaturarum, quas Deus amat neceſſario ex ſuppoſitione: hoc eſt, quod ſi ſemel eas amat, non poteſt actum liberum quaſi ſuſpendere, non tamen amat neceſſariò quoad ſpeciem, cum eas poſsit mille rationibus odio habere. Nec amare neceſſario abſolute eſt amare neceſſariò quoad exercitium: vt conſtat in exemplo, quod adducit San. Thom. de beatitudine in communi, quam abſolute neceſſario amamus, non tamen quoad exercitium. Ratio à priori eſt, quoniam, tum in neceſsitate quoad exercitium, tum in neceſsitate quoad ſpeciem eſt neceſsitas abſoluta.

S. Th. authoris explicatio.

Quapropter cõſiderata cohærentia doctrinæ S. Thom ego cenſeo, & ipſum adſtruxiſſe neceſsitatem quoad exercitium, & efficaciter probaſſe. Articulo namque primo dixerat, *ſicut intelligere diuinum eſt ipſius eſſe Dei; ita velle*. In his verbis de actuali intellectione, & volitione loquitur, vt conſtat, maxime in noſtra ſententia, quam putamus Sancti Thomæ, quæ negat omnem actum primum ad intellectionem, & volitionem. Vide quæ habeo diſputatione 3. & 12. cap. 1. & 2. quo fit Deum neceſſario habere aliquod exercitium ſuæ voluntatis, quis autem dubitet hoc exercitium verſari debere erga ſummam bonitatẽ increatam infinitam? Porro S. Thomas in eodem articulo 1. ex ſcientia in Deo, infert voluntatem conſequentia demonſtratiua, vt dixi diſp. 11. cap. 2. atqui in ſcientia loquebatur de actuali intellectione, ergo in voluntate de actuali volitione, ſed omnis volitio eſt alicuius volentis, & obiecti voliti; ergo Dei: nam ab obiecto creato non poteſt neceſſario rapi voluntas Dei, quippe foret amor inordinatus qui prius, & vrgentius raperetur a creatura, quam à creatore. Vnde ipſe S. Th. in 1. cõtra Gen. cap. 8. ita ait, *impoſsibile eſt autem Deum non velle aliquid actu, eſſet enim volens impotentia tantum, quod eſt impoſsibile, cum ſuum velle ſit ſuum eſſe: neceſſe eſt igitur, quod velit ſuum eſſe, & ſuam bonitatem*. In his verbis euidenter loquitur de neceſsitate quoad exercitium.

Rationem S. Th. efficacem eſſe, ſic oſtẽdo, & efformo. De ratione cuiuſcumque facultatis appetendi eſt dicere ordinem neceſſarium ad ſuum principale obiectum: ergo etiam, id eſt de ratione diuinæ facultatis. Tunc ſic, ſed in Deo non datur appetitus per modum actus primi diſtincti realiter ab actu: ergo neceſſario datur aliquis actus appetendi identificatus cum ſua ſubſtantia, qui quidem neceſſario habet ordinem ad ſuam bonitatem, quæ eſt principale obiectum, eamque diligit neceſſario in exercitio.

Nec obſtat Sanctum Thomã conſtituiſſe exemplum in beatitudine incommuni, quam tantum amamus neceſſario quoad ſpeciem; tum quia in hoc art 3. & in cap. 80. primi contra Gen. poſuit etiam exemplum in viſu, comparatione coloris, in quo eſt neceſsitas quoad exercitium, ſi non impediatur, tum quia ordo neceſſarius potẽtiæ creatæ ad beatitudinem in communi, eſt in Deo, in quo non eſt potentia, ordo neceſſarius actus ad ſuam bonitatem: exemplum ergo adfertur, vt ſemel adſtruatur ordo neceſſarius diuinæ voluntatis ad ſuum 1. obiectum, & cum in Deo non ſit ordo potentiæ, vt ſupponit ex art. 1. ſolide pariter, & acute infert ordinem neceſſarium actus ad ſuam bonitatem, quæ eſt neceſsitatis, quoad exercitium.

Cap. II. *Qualis ſit amor Dei erga bona diuina, an concupiſcentia, an charitatis propria.*

II QVONIAM, tum amor liber, tum neceſſarius ſpectare poſſunt ad varias ſpecies, ſeu modos actuum, licet capite ſuperiori demonſtrare conati fuerimus, amorem Dei erga ſibi propria increata quin aliqua cõſideratione deſcendat ad creaturas neceſſarium eſſe, in hoc inueſtigamus an amor ille neceſſarius, dicẽdus ſit cõparatione ipſius Dei concupiſcentiæ? an beneuolentiæ?

Duplex eſt reſpectus in quouis actu amoris.

Atque in primis nonnulla præmittenda ſunt. Primum in vnoquoque actu amoris eſſe duplicem reſpectum, alterum ad bonum concupitum, alterum ad perſonam, cui tale bonũ amamus, & licet bonum cõcupitum propter ſuam bonitatem, ſeu gratia ſui amamus: at amor comparatione eius, non dicitur amicitiæ ſed concupiſcentiæ, eo quod non habemus amicitiam cum rebus anima expertibus, vt docuit Ariſt. 8. Ethic. cap. 2. & 7. Ethic. ad Eudemum c. 8. Nam ridiculum eſſet dicere, ſi vino quiſpiam bona vellet, vt conſeruationẽ ei velle gratia ſui, ſeu amore amicitiæ: at cõparatione perſonę, cui volumus tale bonũ dicitur amor amicitiæ largiori quadã ratione, vt noto nu. 13. & c. 3. Hæc doctrina certa eſt,

Digitized by Google

S. Thom. Caiet. P. Vaz. P. Mol. P. Valent. P. Azor. P. Salas. P. Torr. Scotus. Gabr.

& ab omnibus recepta, eam tradunt, & explicant plures S. Thom. 1. 2. q. 26. art. 4. vbi Caiet. & 1. contra Gen. c. 91. vbi Ferrar. P. Vazq. varijs in locis ſuorum operum, præcipuè lib. 3. de adoratione diſp. 1. cap. 6. & 1. p. to. 2. diſp. 232. cap. 2 & diſput. 84. cap. 3. & 1. 2. diſp. 2. c. 3. & P. Mol. 1. p. q. 63. art. 3. diſp. vnica mem. 2. P. Valentia 1. 2. diſp. 3. quæſt. 2. puncto 1. P. Azor tom. 1. lib. 1. cap. 22. q. 1. & lib. 3. c. 4. q. 1. & P. Salas 1. 2. tractatu. 9. diſp. 3. ſect. 1. & P. Luiſius Torr. 2a. 2æ. diſp 66. dub. 1. in pr.

Non eſt duplex actus

Verum in hac doctrina oportet aduertere contra Scotum in 2. d. 6. q. 2. & Gabrielem ibidē q. 1. Hunc duplicem reſpectum, qui eſt in vnoque actu amoris, nō efficere duos actus voluntatis: alterum, quo amamus perſonam, ex cuius amore procedat alter actus, quo ei amamus bonum: nam arbitrantur hi Doctores, vt intentio finis diſtinctus actus eſt ab electione mediorum, ita amorem perſonæ, quē comparabant intentioni finis diſtinctum actū eſſe ab amore boni concupiti, quem actum comparabant electioni mediorum. Cæterum optime impugnātur à P. Vaz. in ea diſp. 232. c. 2. & egregiè explicatur tota doctrina à P. M. ſupra. Nam amare in vno actu, eſt velle alicui bonū, ergo in vno ſimplici actu eſt reſpectus ad bonum quod volumus gratia ſui, & eſt reſpectus ad perſonam, cui id volumus, & licet verum ſit aliquem ordinem eſſe inter hęc obiecta, quoniam bonum, quod ratione ſuę bonitatis concupiſcimus eſt in ordine ad perſonam, & propter ipſam: ita vt per eum actum perſona ſit magis amata, quā bonum, nihilominus tamen ipſa perſona, & bonum conſtituunt integrum obiectum eiuſdem actus, cū duplici reſpectu inadæquato, quin duplex actus neceſſarius ſit, ſed in eodem ordo ad perſonā eſt præcipuus, & primario intētus, ordo ad obiectū minus principalis, atq; ſecūdario.

P. Mol. *Qua ratione nobis proximo, & Deo varia bona velimus.*

12 Præmittendum 2. ex P. Mol. Nos velle bonum poſſe, & nobis, & Deo, & proximis: nam ea particula *alicui bonum* comprehendit cōparationem cum omnibus ijs perſonis. v. g. cum nobis deſideramus delectabilia, diuitias, ſanitatem, longam vitam, honores, atque eminentiam ſupra alios: etiam cum deſideramus honeſta, vt gratiam, virtutes, earum actus, itē cum hæc eadem proximis deſideramus. Denique cum Deo deſideramus gloriam, honorem, cultum, creaturas, & alia, quorum Deus capax eſt: hi actus amorum erunt honeſti, aut inhoneſti, ſecundum naturam bonorum, & finem, propter quem deſiderantur perſonæ, & erunt comparatione ipſius perſonæ affectus ordinati, aut inordinati propter eandem rationem, & conſiderationem, vt ſuis locis explicandum. Ad noſtram rem, ſicut nobis amamus amore diſtincto, primum eſſe, atque in eo cōſeruationem, & bona deinde intrinſeca, vt ſanitatē, partium integritatem, perfectionem potentiarum, earum actus, atque delectationes: demum bona extrinſeca diuitias, honorem, famam, &c. ita Deus amore realiter indiſtincto, amat 1. ſibi ſuum eſſe, in eo æternitatem, atque immēſitatem, perfectiones deinde attributorum, vt eſſe omnipotentem, bonum, miſericordem, liberalē, magnificum iuſtum, &c. Demum bona extrinſeca, quæ ipſi proueniūt à creaturis, vt gloria, honor, cultus, per charitatem, per fidem, per ſpem, atq; religionem, alioſque virtutum actus: vt ergo dicimus in nobis eum actum, quo nobis bonum concupiſcimus, comparatione boni concupiti eſſe concupiſcentiæ, comparatione autē propriæ perſonæ, eſſe quaſi actum charitatis propriæ, qui licet non dicatur amicitiæ, quoniam amicitia eſt ad alterum, at imitatur modum, quo perſonæ alteri, vt proximo deſideramus bonum; ita de ipſo Deo ſimiliter petimus, qualis ſit amor ille, per quē ſibi amat bona increata, & in eis gaudet, an comparatione boni concupiti ſit affectus concupiſcētiæ, comparatione autem propriarum perſonarum, ſit veluti affectus charitatis proprię; & quamquam hi actus in Deo neceſſarij ſint, in nobis liberi, nihilominus amor etiam neceſſarius poteſt habere modum tendendi in obiectum ſuum proprium amoris amicitiæ, vt conſtat in beatis, qui neceſſario amant Deum affectu amicitiæ, & propriū etiam bonum affectu concupiſcentiæ. Nec enim ad horum affectuum naturam per ſe neceſſaria eſt libertas, ſed ſolū duplex ille reſpectus iam explicatus n. 11.

Amor neceſſarius. eſt amicitiæ, & concupiſcentiæ.

Porro licet in nobis aliquādo bonū concupitum nō diſtinguatur à perſona, vt cum conſeruationem ipſius ineſſe, concupiſcimus: at actus, quo id deſideramus, ſemper realiter diſtinguitur, vt conſtat, & regulariter bonum etiam concupitū, non tantum ab actu realiter diſtinguitur, ſed etiam à perſona, non ſolum cum nobis amamus bona extrinſeca, ſed etiam intrinſeca, vt cum deſideramus ſanitatem, ſcientiam, gratiam, atque virtutes: in Deo vero nec actus volitionis, nec bonū concupitum, nec perſona, cui illud amat diſtinguuntur actu realiter cum in ſe, atq; ſibi diligit increata bona, quo fit, nec comparatione boni, nec perſonæ, eſſe actū dilectionis diuinę, tam propriè affectū concupiſcientiæ, & charitatis propriæ, ſicut cum nobiſmet ipſis bona intrinſeca amamus, eo quod ij affectus ex parte actus dicunt ordinem tranſcendentalē realem ad bonum, tanquam ad obiectum, & ad perſonam, tāquam ad ſubiectum, ſeu finē *cui*, vbi autem

In Deo comparatione ſui non eſt cōcupiſcientia propria nec amicitia propria.

Digitized by Google

vbi autem non eſt realis diſtinctio inter actũ, & obiectum, non eſt ordo realis tranſcendentalis, vt mihi certum principium eſt.

13 At, quoniam volitio diuina diſtinguitur virtualiter à natura, quæ conſiſtit in actuali intellectione, ſecundũ dicta diſp. 3. & à proprietatibus perſonalibus, cum Deus amat ſibi, hoc eſt Patri, filio, aut Spiritui ſancto, ſuã naturam dici poteſt amor ille concupiſcẽtiæ ſaltem virtualiter cõparatione boni cõcupiti, & affectus charitatis propriæ virtualiter, cõparatione perſonæ: quoniam, tum perſona, tum bonum differunt virtualiter à volitione, vt num. 12. diximus, ſolum ex defectu diſtinctionis in Deo comparatione ſui, negari propriam concupiſcentiam, & charitatem propriam. Aduerte cum affirmo eſſe virtualem diſtinctionẽ, me non agere de vulgari diſtinctione virtuali, quæ reperitur in creaturis per ordinem ad diuerſos effectus, ſeu modos noſtros concipiendi ĩnadæquatos: nam hæc nõ eſt in mea ſententia intrinſeca obiecto, nec ſufficiens, vt propter illam ſolum dicatur dilectio diuina, aut concupiſcientia, aut charitas propria, ſed tantum extrinſeca. Loquor ergo de alia virtuali diſtinctione æquiualenti reali, in ordine ad quædam munera, in Deo ſingulari, quoniam eſt fundamentum fœcunditatis diuinæ, atque oppoſitionis relatiuæ, & de qua ſæpe feci mentionem in tractatu 1. de ſcientia Dei, & per quam Deo dante arcanum Trinitatis conabimur delineare: ergo cum prædicta diſtinctio æquiualeat reali in multis, non eſt, cur ea non poſsimus vti, ad tribuendam denominationem amoris. concupiſcientiæ, & affectus propriẹ charitatis, diuinæ dilectioni.

Eſt virtualis concupiſciẽtia.

Quod ſi aliqua attributa non diſtinguntur virtuali hac diſtinctione à diuino amore, vt ſi miſericordia, & iuſtitia, qui ſunt actus liberi, & ij non diſtinguntur virtualiter à neceſſario, vel ſi omnipotentia, & volitio neceſſaria non diſtinguntur virtualiter, tunc cum Deus in ſe, & ſibi amat miſericordiam, & iuſtitiam, atque omnipotentiam, non tam propriè dici poterit is affectus concupiſcientiæ, comparatione boni concupiti, propter indiſtinctionem etiam virtualem: at diuerſa ratio eſt de reſpectu, quem habet ad perſonalitates, quoniam illæ in omni ſententia diſtinguntur à dilectione illa, diſtinctione mirabili virtuali: ac propterea proprius dici poterit affectus charitatis propriæ in ordine ad perſonam *cui* quam concupiſcientiæ: iam notaui num. 11. nos in hoc capite ſemper vſurpare amorem amicitiæ in largiori ſignificatione, aliam enim habet magis ſtrictam, & propriam, quam explico capite 3. vbi definio, an inter diuinas perſonas ſit amicitia aliqua ratione.

Vbi nõ eſt diſtinctio virtualis, non eſt virtualis concupiſcientia.

Cap. III. *Nec eſt amor concupiſcientiæ realis, nec formalis amicitia inter diuinas perſonas, ſed alia quædam eminentialis amicitia.*

14 PROPTEREA quod in diuinis eſt perſonarum Trinitas cũm reali diſtinctione, & vnaquæque ex diuinis perſonis habet proprias ſibi perfectiones, vt diſtincta ab alia, etenim relationes diuinas ex proprio conceptu perfectiſsimas infinitè eſſe, mihi perſpicuum eſt, & demonſtrabo tractatu de Trinitate diuina: vltra dicta cap. 2. quæ inquiſitu, & ſcitu sũt digniſsima, an in Patre, vt comparatur ad filium æternum, & in filio, vt comparatur ad ſuum Patrem, ac denique in Spiritu Sancto, vt comparatur ad alias perſonas, ſit aliquis amor, aut concupiſcientiæ, aut amicitiæ. Pater namque amat ſuã paternitatem, tum vt ſibi bona quatenus per ipſam conſtituitur in eſſe perſonæ, tum vt bona filio, vt eſt principium productionis filij cum eſſentia: ergo amor ille erit tum concupiſcientiæ, tum amicitiæ, quippe tendit ad bonum, & vt ſibi, & vt alteri diſtincto realiter bonum eſt. Pariter in filio conſideratio locũ habet, quoniam & amat propriam filiationẽ, vt ſibi bona, & vt Patri bona, nam ratione filiationis Pater filium habet, Patri vero bonũ, & conuenientiſsimũ eſt filium habere, igitur erit in filio, & amor amicitię, & cõcupiſcẽtię.

Ratio dubitãdi pro amore amicitiæ, & concupiſcientiæ inter diuinas perſonas.

Vt vero accuratè explicetur, in quo ſenſu procedat hæc dubitatio obſeruandum hoc loco eſt, amorem amicitię, & concupiſcientiæ ſtrictiori ratione vſurpari, quã de eis ſermonem habuimus capite ſuperiori. Concupiſcẽtia enim eſt affectus quo amam⁹ bonũ noſtrum, quã noſtrũ eſt, ſiſtendo in proprio cõmodo ex vi talis affectus, vt cũ volo eſſe tẽperatus, quatenus temperantia meum bonũ eſt, & cum Dominus procurat ſeruos tẽperatos eſſe, quatenus parſimonia ſeruorum in cibo, & potu ipſi vtilis eſt, item cum deſideramus viſionem Dei propter noſtram commoditatẽ. 15

Quid concupiſcientia, quid amicitia propriè.

Digitized by Google

Ariſt. Amor beneuolentiæ, ſeu amicitiæ eſt affectus, quo alteri deſideramus bonum, quod alterius bonum eſt, ex complacentia in eius perſona: ita dixit Ariſt. 8. Ethic. cap. 7. *Amicum, amico bona illius gratia velle.* Diſtinguere etiam oportet inter beneuolentiam, & amicitiam, quoniam amicitia includit beneuolentiam, & addit mutuā extremorū redamationem, quo fit eſſe beneuolentiam ſine amicitia perfecta, ex eo, quod alterum extremum non reſpondeat beneuolentiæ: licet vero beneuolentia in generali vſurpatione ſignificet quemcumque actum, quo alicui bonum volumus, at in præſenti ſtrictius ſignificat, nimirum actum incohatæ amicitiæ, hoc eſt actū, quo alterum extremum vult alteri bonum, non quomodocumque, ſed ex complacētia in eius perſona, nam alias non eſt incohata amicitia: vnde Ariſtot. 2. Magnorum moralium cap. 15. & 9. ethic. cap. 5. & S. Thom. 22. q. 27. art. 2. in corpore, docuerunt, beneuolentiam eſſe initium amicitiæ: cum vero diximus amicitiam velle alteri bonum ex complacētia perſonæ, cui vult tale bonum, noluimus ſignificare duos actus intercedere neceſſario ex parte cuiuſcumque extremi in quacūque amicitia: alterū, quo complacemus in perſona, ſeu nobis chara eſt, atq; grata: alterum, quo ei volumus bonum, qua illius eſt, ſiue hoc bonum delectabile ſit, ſiue honeſtū: ſed eundem actū ſimul poſſe habere hos reſpect⁹ formaliter ad perſonam, ſecūdum eam rationem, propterquā in ea complacemus, aut nobis amicabilis eſt, materialiter autē ad bonum ipſum, vti in ſimili actu diximus nu. 11. Quoniā ſi formaliter reſpiceret actus bonum propter ipſum, & materialiter perſonam, nō eſſet actus amicitiæ, ſed eius virtutis, aut vitij, ad quod ſpectaret bonum amatum V. G. ſi ego deſidero, Deo cultum exhiberi propter honeſtatē cultus diuini, is actus non eſt charitatis, aut amicitiæ erga Deum, ſed religionis: quodſi deſiderarem Deo eundem cultum, ex complacētiā in Deo, ratione alicuius diuinæ perfectionis, ille actus eſſet amicitiæ, quia tantum materialiter reſpiceret cultum, formaliter vero aliquam ex diuinis perfectionibus. Pariter ſi deſidero Petro fratri meo bonum temperantiæ, propter honeſtatem temperantiæ, actus ille non erit amicitiæ, ſed virtutis temperantiæ; at ſi eandem ipſi exoptō ex complacentia in eius perſona, ſecundum eam rationem propterquam mihi chara eſt, actus ille erit amicitiæ. Pariter in obiectis inhoneſtis moraliter cum amicus amico deſiderat dilectabilia inhoneſta, ſi ex affectu ad delectationem, propter illam, non eſt amicitiæ, ſi ex affectu in ordinato ad perſonam, ille actus ſeruabit quoque ſuum modum amicitiæ, etſi ratione materiæ deficiet à ratione virtutis, itaque hæc vno actu amplecti poſſumus, non tamen inficior duobus, etiam circa hæc obiecta nos verſari poſſe, vt in proprijs locis explicandum, in hoc leuiter attigiſſe ſufficiat.

Ariſt. S. Thom.

Vno actu exerceri poteſt.

His adnotatis pars affirmatiua ſuaderi 1. poteſt ex Ariſtot. qui cum inter Patrem, & filium negauerit ſtrictam iuſtitiam, eo quod hæc eſt ad alterum, & filius non eſt alter à Patre, ſed aliquid illius, vnde declarans 8. Ethic. c. 12. amicitiam ſodalitiam, & filialem, ait, *Parentes diligunt natos, vt aliquid ſui, nati vero parentes, vt aliquid ex illis*, at tum in hoc loco, tum cap. 7. ponit amicitiam inter Patrem, & filium, quam ait, in excellentia poſitam. *Eſt, & alia ſpecies amicitiæ (ait in principio capitis) quæ in excellentia poſita eſt: vt amicitia Patris ad filium, & omnino ſenioris ad iuniorem, virique ad vxorem, & principis omnis ad eos, qui ipſi ſubijciuntur*: ergo Ariſt. maiorem poſtulat diſtinctionem ad iuſtitiā, quam ad amicitiam; ergo cum licet inter diuinas perſonas non ſit naturæ, & volitionis diſtinctio, ſit tamen realis perſonarum, ſufficiens erit ad mentem Ariſtot. ad aliquam amicitiam. 16

Ariſt. 1. argum. pro parte affirm.

Ariſt.

2. allegari poteſt Aug. tom. 3. lib. 6. de Trinitate c. 5. vbi 1. ait. Spiritum ſanctū eſſe vnitatem, ſanctitatem, atque charitatem amborum, ergo agnoſcit charitatem inter Patrem, & filium, perfecta autem charitas perfecta amicitia eſt: ergo &c. Deinde poſt pauca, ſic ait, *Spiritus ergo ſanctus commune aliquid eſt Patris & Filij, quidquid illud eſt: at ipſa communio conſubſtantialis, & coeterna. Quæ ſi amicitia conuenienter dici poteſt, dicatur, ſed aptius dicitur charitas.* Ecce nomen amicitiæ expreſſit, nec prohibet amicitiam appellare, & licet adiecerit, aptius dici charitatem, at non negat in eo eam, quā appellat aptius charitatem eſſe quoq; amicitiā, quoniam charitas inter duo amicitia eſt.

S. Bern.

Rich. de S. Victore

3. adducitur Bern. lib. de amore Dei, vbi ſpiritum ſanctum appellat amorem Patris ad filium, & filij ad Patrem; in quibus ſignificat, & eſſe amorem concupiſcentiæ, & amicitiæ, quoniam ſi Pater amat filium, & filius Patrē, amant ſe, & vt Pater, ſibi, & filio eſt bonus: & vt filius ſibi, & Patri eſt bonus, vt notabam num. 14. ergo ſe amant vtroque amore. Accedit denique Richardus de S. Victore capite 16. de Trinitate: vbi ait; *Perfectum amorem mutuum eſſe*, ergo cum Pater, & filius ſe ament amore perfecto, amant ſe amore mutuo, habemus igitur eſſe amorem mutuum non latentē, & cum bonorū commu-

communicatione inter Patrem, & Filium, cur ergo ipſis negemus amicitiæ dulciſsimum nomen.

17 **Concluſio.** Verum omnino tenenda eſt oppoſita ſententia, quoniam quæ adducuntur pro prima, & parui momenti ſunt, & extra rem; vt conſtabit ex dicendis. Et inprimis quoad amorẽ concupiſcẽtiæ, nõ alia ratione exiſtimo eſſe in Patre ad Filiũ, & Filij ad Patrẽ amorẽ concupiſcẽtiæ, niſi propter illã quam explicui n.13. cuius ratio eſt, nam amor ille in Patre, aut conſiderari poteſt, vt eſt amor, hoc eſt, ſecundum proprium dilectionis conceptum, aut conſiderari poteſt ſecundum id, quod ratione noſtra diſtinctum virtualiter addit in Patre: ſecundum primam conſiderationem dilectio illa eſt communis tribus perſonis; ſecundum aliam, ſecũdum quam eſt propria Patris, ſolum addit rationes notionales, & relatiuas, vt paternitatem, & relationem ſpiratoris, ſecundum quas iam non eſt dilectio in ratione dilectionis: nec enim Pater quidquam diligit Paternitate, aut ſpiratione actiua, ergo nec ſecundum eas rationes amor ille in Patre eſt amor concupiſcientiæ, nam non eſt amor, ergo non eſt amor concupiſcientiæ. Quo etiam fit dilectionem in Patre, aut in filio, vt dilectio eſt, nõ poſſe comparari ad perſonam realiter diſtinctam, quoniam nihil commune in diuinis habet terminum realiter diſtinctum, atque adeo ſolum inter ipſas eſſe poterit virtualis illa concupiſcentia, de qua num.13. Nec obſtat, ſi dicas, dilectionem notionalem Patris realiter diſtingui à Filio, atque vt ſic terminari ad perſonam diſtinctam realiter. Quoniam ipſe amor concupiſcientiæ ratione ſui, & non ratione alicuius ſecum identificati, qui non eſt dilectio, ſed extra rationem dilectionis, dicit ordinẽ tranſcendentalem realem, tum ad bonum concupitum, tum ad perſonam *cui*, igitur cum dilectio quæ in Patre eſt, vt eſt dilectio, non diſtinguatur realiter à perſonalitate, nec à perſona Filij, non poteſt eſſe realiter amor concupiſcentiæ, ſed tantum virtualiter, vt explicatum eſt. Scio quoſdam realem concupiſcentiam conceſsiſſe inter diuinas perſonas. Sed non video, quo fundamento, cum autem nos concedimus virtualem concupiſcentiam, intelligo de perfectiſsima omni imperfectionis fæce mundata: vt conceduntur virtutes morales Deo, licet ex ſuo genere, atque ex proprio conceptu, nõ attingant perfectionem charitatis, vt ſæpe in progreſſu inculcandum eſt.

Nõ eſt realis concupiſcentia inter diuinas perſonas.

18 Quoad amorem vero amicitiæ in acceptione rigoroſa ſignificata num.15. non ſolum negandam exiſtimo realem amicitiam inter diuinas perſonas, ſed etiam virtualem, ita obiter indicauit P. Suarez 2.tom. meth. diſp. 30.ſect.16. num. 60. licet non diſtinxerit realem, & virtualem, omnem tamen ſine limitatione negauit. Hanc ſecundam partem concluſionis probo hac ratione, mihi ſatis efficaci, ſi ſtamus principijs, quæ de amicitiæ natura accepimus ab Ariſt. & Theologi deinde receperunt, atque comprobarunt, non poteſt aliqua ratio amicitiæ cõſtitui inter diuinas perſonas, niſi ea deſtruamus, & alia ex parte nullus Doctorum, qui agnouit lumine fidei perfuſus Trinitatem ſuffragatur ergo nulla ratione tenenda, atque eligenda eſt ſententia, quæ eam adſtruere conatur, maxime cum, quæ fundamẽta ex aduerſo adferuntur, nullius ſint momenti: nec vere fundamenta, vt conſtauit ex excuſione illorum, num.20. Hæc argumentatio docet, quę nouitas fugienda, & qui modus ſeruandus in eligendis, atque tuendis ſentẽtijs; 1. pars antecedentis conſtat ex dictis num.15. etenim ſecundum ibi edocta ab Ariſt. amor amicitiæ eſt ad alterum, & non quomodocumque ad alterum, ſed redamantem, hoc eſt reſpondentẽ amori, altero amore, in quo ſint amici quodammodo æquales, qua ratione actum benebolentię appellauit inchoatam amicitiam, propterea quod, licet non ſit redamatio ex parte alterius extremi, quia vero poteſt eſſe, quoniã habet diſtinctam naturam, & voluntatem, per quam redamare poteſt, beneuolentia illa eſt inchoata amicitia, quæ connotat ſaltem poſſibilem redamationem in altero extremo: Vnde amor amicitiæ, qui eſt ad alterum, per accidens reſpicit perſonæ diſtinctionem, per ſe vero naturæ diuerſitatem, eo quod ad redamationem per accidens ſe habet pluralitas perſonarum, per ſe autem naturarum, vt de ſe perſpicuum eſt, negauit autem nemo amorem amicitiæ per ſe petere redamationem. Quo circa ſi duæ naturæ terminarentur eodem modo ſubſiſtendi, inter ipſas amicitia cum omni Ariſtotelico rigore eſſe poſſet, non autem ſi vna natura plures habeat ſubſiſtendi modos, quoniam in illa redamatio eſt, non in hac, ergo cũ in Patre, & Filio vna ſit natura volitio vna, & ſimplex, nequaquam poteſt induere rationem amoris amicitiæ, licet eam ad Patrem ex Filio, & ex Patre ad Filium comparemus, quia non eſt ad alterum formaliter ſecundum amicitiæ leges, ſed tantum materialiter, ergo ſi ſtamus principijs antiquis, authoritate omnium confirmatis, remouere debemus a diuinis perſonis rationem amicitię. Licet ergo verum ſit, eſſe in Patre diuino affectum amoris erga filium, quo vult ſuo filio omne bonum, quod habet, in quantum filio bonum eſt, ſiſtendo in eo ex vitalis affectus, idque ex infinita complacentia in perſona filij, at affectus ille non eſt dicendus amor amicitiæ, non quod ei non reſpondeat

Non eſt amor amicitiæ realis nec virtualis inter diuinas perſonas.

tota perfectio in modo amandi charitatis, ſed quod nec reſpondeat, nec reſpondere poſsit redamatio per actum diſtinctum, ad quem habet ordinem eſſentialem. Qua etiam ratione nec dicenda eſt beneuolentia, de qua Ariſt. fecit mentionem, appellans eam inchoatam amicitiã. Nam vbi integra, atque perfecta impoſsibilis eſt, inchoata, quæ ordinatur ad perfectam & connotat in alio extremo potentiam ad redamandum, erit impoſsibilis. Idem, atque eadem ratione dicendum eſt de dilectione filij comparatione Patris.

Adieci in concluſione, nec eſſe amicitiam virtualem, cum conceſſerim concupiſcentiã virtualem num. 13. & 17. Quoniam, inter dilectionem Patris, & Filij, non eſt virtualis illa diſtinctio diuina in ratione dilectionis, atqui amicitia reſpicit alteram redamationem, vt explicatum eſt, ergo vbi non eſt altera redamatio, nec realiter, nec virtualiter, nec realiter, nec virtualiter, eſt amicitia: quia vero bonum concupitum & perſona, cui concupiſcitur, virtualiter diſtinguntur a diuina dilectione, ideo admitti debet virtualis concupiſcentia.

19 *Inter diuinas perſonas eſt amicitia æquiualenter & eminenter.* Sed quia ea ſolum ratione negauimus amicitiam inter diuinas perſonas, propterea quod non eſt diſtinctio volitionum, quæ ſequitur diſtinctionem naturarum, & ex alia parte diximus etiam habere quidquid perfectionis habet amicitia creata in modo amoris, ſibi inuicem eam diuinam volitionem, ſecluſa imperfectione diſtinctionis, addendum eſt eſſe inter diuinas perſonas, non tantum æquiualentem amicitiam, ſi cum creatis conferatur, in quantum ſimplex illa dilectio æquiualet duabus creaturarum circumſcripta imperfectione diſtinctionis, ſed etiam eſſe eminenter amicitiam ſeu ſuperamicitiam, quam Ariſt. aſſecutus non eſt, vt Theologi appellare ſolent ſubſtantiam Dei ſuper ſubſtantiam, & naturam ſuper naturam, & ſicut cum humanæ generationes fiant cum diſtinctione in naturis generantis, & geniti, non diuina, & nihilominus generatio eſt, ſeu ſupergeneratio comparatione noſtrarum. Ita affirmare poſſumus de hac amicitia diuina.

Quod vero nullus e Theologis hucuſque adſtruxerit eam amicitiam formalem, quam docuit Ariſt. quæ erat ſecunda pars noſtræ probationis, probatur, quia nullus adfertur a contraria parte, & teſtimonia, quæ producuntur, extra rem eſſe, iam explico, deinde quia ego legi, quotquot noui de hac re agere, & ſolum inuenio vnum in manuſcripto, nullum in opere typis excuſſo.

20 *Reſponſio ad primũ.* Modo ad argumenta breuiter oportet ſatiſfacere. Ad primum concedo Ariſt. negaſſe iuſtitiam inter patrem, & filium, verum ille non negauit iuſtitiam inter ipſos, quia non habeãt diſtinctas naturas, atque ſuppoſita ad hoc vt inter ipſos mutua obligatio ex iure ſtricto iuſtitiæ poſsit intercedere: ſed quia inter patrẽ, & filium non emancipatum non eſt ſufficiens diſtinctio dominiorum. Vnde lib. 5. Ethic. ca. 6. ita ait, *non eſt enim iuſtitia ad ſua ſimpliciter, id autem, quod poſsidetur, & filius quandiu ſit paruus, & non ſeparatus vt pars ipſius patris eſt, ſe vero nemo vult lędere, qua propter non eſt ad ipſum iuſtitia,* ergo tota ratio, quare Ariſt. negat iuſtitiam, quia filius quandiu ſub patris eſt poteſtate, eſt vt pars bonorum patris. *Nam* (inquit ille in eodẽ capite) *poſſeſsio, & liberi quoad tantuli fuerint, & non ſeparati quaſi quadã vnius cuiuſque ſunt.* Hoc eſt ſunt patris poſſeſſiones vt cætera bona. Vide Leſſ. lib. 2. de iuſtitia ca. 1. & Valentiam 22. diſp. 5. quæſt. 1. puncto 2. At inter patrem, & filium extractum a patria poteſtate, & iam dominum aliorum bonorum iuſtitia, & vltro, citroque obligatio eſſe poteſt. Nego autem conſequentiam, & rationem negandi ſummo ex ipſa Ariſt. doctrina. Nam tam eſſentialis eſt amicitiæ diſtinctio inter amores, quam iuſtitiæ, quæ eſt ad alterũ diſtinctio dominiorum, ergo vt Ariſt. negat iuſtitiam inter perſonas dum nec eſt, nec eſſe poteſt dominiorum diſtinctio, ita, & negat amicitiam inter perſonas, in quibus eſſe non poteſt redamatio cum amoris diſtinctione.

Ariſt. Quare Ariſt. neget iuſtitiam inter patrem, & filium.

P. Leſſ. P. Valẽtia.

Ad ſecundum, quod continet duplex Aug. teſtimonium reſpondere in primis poſſumus ex dictis num. 19. nimirum ab Aug. appellari ibi charitatem, ſeu amicitiam Patris, & Filij in eo ſenſu, in quo nos etiam diuinam dilectionem amicitiam ſuper eminentem eſſe diximus non autem formalem, quam arguens intendebat, & forte hoc ſignificauit cum nomen amicitiæ correxit, & magis acquieuit nomini charitatis. Nec verum eſt, quancumque charitatẽ duorum eſſe formaliter amicitiam, ſed eam, quæ in ipſo amore charitatis multiplicatur per mutuam dilectionum correſpondentiam. Charitas ergo duorum formaliter, hoc eſt duorum in charitate, eſt amicitia formaliter, non autem duorum in perſonis, nam hæc eſt tantũ duorum materialiter ad rationem amicitiæ. Sed quoniam Aug. in eo cap. 5. loquitur de Spiritu Sancto, vt eſt tertia perſona, atque dilectio producta Patris, & Filij, vt explicet æqualitatem eius in bonitate, in diuinitate cum alijs duabus perſonis, vt conſtabit legenti textum, addendum eſt extra rem adduci illud teſtimonium. Nec enim concedent, qui eo vtuntur, amicitiam inter Patrem, & Filium eſſe ipſum Spiritum Sanctum, vt eſt tertia perſona realiter ab ipſis diſtincta, quia Pater, & Filius nõ ſe

Reſ. ad 2. Aug. explicatur.

ſe

Digitized by Google

ſe mutuo amant amore realiter ab ipſis diſtincto, cum in diuinis non ſit talis amor in ratione amoris; amor enim productus ad rationem amoris addit relationem ſpirationis paſsiuæ, quæ eſt extra rationem amoris. Diligunt ergo ſe ipſos mutuo amore communi, atque dilectione non diſtincta ab ipſis realiter, quam probare intendebant eſſe amicitiam, non Spiritum Sanctum. Qua vero ratione dici ſoleat, Patrem, & Filium ſe diligere Spiritu Sancto, id quod Aug. hoc in loco videtur aſſeruiſſe, magna controuerſia eſt inter Theologos, vt tetigi ſup. num. 6. Ego eam facile, & proprie explico in proprijs principijs, quæ declaro (Deo auſpice) in tractatu de Trinitate.

Ad 3. Explicatur Bernardus: Ad tertiū ex Bernar. dico eodē modo explicādū eſſe. Nam ſecutus Phraſsin Aug. tantum vult, Patrem, & Filium ſe diligere Spiritu Sancto. Nec teſtimonium, quod adiungitur ex Richardo de S. Victore ad fidem allegatur. Primo quia cum ſex libros de Trinitate ſcripſerit nō allegatur liber. 2. quia legi ſingulorum ſex librorum caput. 16. & in nullo inueniuntur verba, quæ allegantur, & licet inuenirentur facilē habent ex dictis explicationem. Fauet magis lib. 3. de Trinit. c. 19. & 20. vbi ait eſſe in Trinitate condilectionem, mutuam conuerſionē, & charitatem conſocialē, & ſimiles terminos. Verum cum ad condilectionem, & amorem conſocialem ipſe neceſſariam putet tertiam perſonam, non eſt eius mens de amore amicitiæ in ſenſu Philoſophi: quippe is eſt inter duos. Senſus, ergo eſt ſe diligere tres diuinas perſonas, qua dilectione quandam facere coniunctionem, & ſocietatem ſeu eminentem amicitiam vt dixi num. 19.

Richard. à Sancto Victore nō ad fidem citatus.

Aliud eius dem teſtimonii explicatur.

DISPVTATIO DECIMA QVINTA.

ANNE DEVS SE DILIGAT PROPTER creaturas?

Diſtincta quatuor Capitibus.

In Primo. Sententia negans.

In ſecundo. Refutatur modus quidam defendendi ſententiam affirmantem.

In tertio. Sententia affirmans defenditur ex proprijs principijs.

In quarto. Dilutio argumentorum cap. 1.

Erga eundem tertium articulum Sancti Thomę.

Cap. 1. Sententia negans.

1 *S. Thom. Libere amat Deus creaturas propter ſe* DESCENDIMVS iam ad ſecundam partem articuli tertij S. Thom. in qua affirmat duo primū Deum diligere creaturas propter ſuam bonitatem. Secundum hunc amorem liberum eſſe. Quoniam cū creaturæ amantur propter Deum, amantur vt media ad finem: licet vero finis ipſe neceſſario ametur, at ſi talis naturæ eſt, vt ſibi ſufficiat, nec indigeat creaturis ad ſuum eſſe, non ſunt creaturæ media neceſſaria ad eſſe finis, ac proinde non amantur neceſſario, ſed libere. Hæc ratio, vt iacet, ab omnibus commentatoribus approbatur. Verum indiget diſcuſione. Nam aut agit de eſſe finis, ſecundum ſibi intrinſecas perfectiones exiſtentes? aut bonis extrinſecis finis, quæ eſt a creaturis, ratione vtentibus, proueniunt. Si primum creaturæ, nec ſunt, nec eſſe poſſunt media vt Deus habeat in ſe ipſo exiſtentes perfectiones intrinſecas, quibus neceſſario præditus eſt a ſe ipſo, indepēdēter ab omni creatura: quod ſi creatura eſſet medium ad

Diſcutitur ratio S. Thom.

ad hunc finem, penderet ab ipſa in exiſtentia ſuarum perfectionum; nam medium influit, vt cauſa in exiſtentiam finis, ergo cum creaturæ vt ſic non ſint media, non amantur a Deo, vt media, ad eſſe finis, hac ratione. Si ſecundum, ergo creaturæ neceſſario amantur, vt media ex ſuppoſitione amoris finis ſecundum eam rationem, probo, & declaro hanc conſequentiā: nam finis vt ſic non tantum amatur ſecundum eſſe intrinſecum, ſed etiam ſecundum bona extrinſeca gloriæ, honoris, manifeſtationis diuinarum perfectionum, quæ ei proueniunt a creaturis, ſed ad hæc creaturæ ſunt media neceſſaria; quippe ſi creaturæ non exiſterent, nec De⁹ afficeretur gloria, nec honore, nec diuinæ perfectiones cuiquam patefierent, ergo ex amore finis ſecundum hanc rationem, neceſſario infertur amor creaturarum, non liber, quoniam ſequitur ex ſuppoſitione antecedenti, ergo neceſſarius. In nullo ergo ſenſu ſubſiſtit ratio S. Thom.

2 Vtrumque argumentationis membrum videtur manifeſte conuinci. Verum ſupereſt alius ſenſus, in quo locum ſuū habet S. Thomę doctrina. Is eſt, gloria omnis, quæ ex creaturis accreſcit Deo, talis eſt, vt ſine illa Deus beatiſſimus, atque perfectiſsimus exiſtat, nam ipſe ſibi ſufficit, quo fit, licet creaturæ ordinentur, vt media ad Deum, tanquam ad finem, non tamē ſunt media eius rationis, vt ſine illis Deus fœlicisſimus non ſit: ſit etiam abſolute creaturas non amari neceſſario. Nam id tantum amatur neceſſario a Deo, quod ſpectat ad ſummam, atque perfectam Dei beatitudinem, vt oſtendimus diſp. 14. ca. 1. Fit quoque libere amari, nā ſupponitur eas à Deo amari ex ſecundo art. ergo cum non amentur neceſſario, libere amantur. Cum vero ait S. Thom. creaturas eſſe media in ordine ad Deum, non loquitur de medijs, quæ dant exiſtentiam fini, nec expreſsit, qua ratione, ſint media, ſed id ſubsūmit, tanquam certiſsimum, non curans de modo, quo media ſunt, quia non erat ad rem S. Thom. ne vero aliquis colligeret ex amore neceſſario finis, amorem neceſſarium mediorum, videlicet creaturarum, præ occupans locum obiectionis, dixit non eſſe media eius rationis; quæ neceſſario amanda ſint propter ſtatum finis, qui neceſſario amatur. Vnde in reſponſione ad ſecundum ait. *Quod licet Deus ex neceſsitate velit bonitatem ſuam, non tamen ex neceſsitate vult ea, quæ vult propter bonitatem ſuam: quia bonitas eius poteſt eſſe ſine alys.* Addit vero neceſſario amari creaturas, ex ſuppoſitione, propter diuinæ voluntatis immutabilitatem.

3 Ex hac S. Thom. doctrina ſic explicata atq; vindicata Magiſtri noſtri ſumpſerunt anſam diſputandi, an Deus non tantum amet creaturas propter ſe, ſed etiam econuerſo ſe ipſum propter creaturas, quatenus non tantum ſibi, ſed etiam creaturis conuenientiſsimus eſt, tū, vt principium omnium bonorum creaturarū: tum vt finis, & obiectum beatitudinis ipſarū. Et quamuis hæc diſputatio ad ſecundarium obiectum diuinæ voluntatis videatur ſpectare: quoniam ſi Deus ſe amat, propter creaturas, amat eo affectu creaturas: quia vero adhuc in hoc modo amoris ipſe Deus terminat amorē ſaltem, vt obiectum materiale, etiam hæc materia ſpectat ad hanc partem, in qua non tantum explicamus Deum ſe amare, ſed etiam omnes modos, quibus a ſe amabilis eſt, atque ſe amat: vt in tractatu de ſcientia diſp. quarta, non tantum explicuimus, Deum ſe cognoſcere comprehenſiue, ſed etiam omnes modos, quibus ſe cognoſcit, tum in ſe, tum in creaturis, vt terminus ordinis tranſcendentalis ipſarum ad Deum. Vt vero ibidem diſp. 5. c. 4. ſuppoſuimus Deum cognoſcere creaturas poſsibiles, non tantum in omnipotentia, ſed etiam in ſe ipſis, ita hic quoque ſubsūmimus, Deum amare creaturas propter ipſarum intrinſecā bonitatem, vt doceo diſp. 18.

Non tantum explicandū quid Deus amet sed quibus modis.

An vero neceſſaria ſit hæc ſuppoſitio, vt diſputatio præſens locū habeat ex filo doctrinæ conſtabit num. 15. nam ego in tractatu de ſciētia Dei diſp. 4. num. 17. in 2. concluſione aduerti illam ſuppoſitionem huic ſimilem neceſſariam non eſſe, ad defendendum ſe Deum in creaturis cognoſcere, hæc notarim propter doctrinæ cohærentiam, quæ magnifacienda a perpolito Theologo.

His præiactis, pro parte negante allegari poteſt Durandus in 3. diſt. 27. q. 2. num. 6. vbi affirmat proximum, & immediatum obiectum amoris concupiſcientiæ non eſſe Deum ſecundū ſe, & reddit rationem, *quia Deus amandus eſt propter ſe, & amore amicitiæ,* ergo ſentit non poſſe amari propter creaturas. Quod oſtenditur primo, quia videtur talis affect⁹ ex propria ratione inordinatus, quoniam creaturæ ex natura ſua ordinantur ad Deum, vt ad finem, non autem Deus ad creaturas, at ſi Deus ſe amaret propter creaturas, ex vi eius affectus ſe ordinaret ad ipſas, ergo peruerteret ordinem a natura præſcriptum. Secūdo, quia, cum aliquod obiectum amatur propter aliud, hoc aliud amatur, vt finis, illud primum, vt medium, vt cōſtat, ſed affectu voluntatis ita ordinem rerum inuertere, vt finis conſtituatur in medio, & fine vti, vt medio, eſt verſari voluntatem inordinate in hęc obiecta, etenim eſt, vti fruendis, videlicet Deo, qui fruitione amandus eſt, & frui vtendis, nimirum creatura, qua tantum vtendum eſt, ergo is amor Dei propter creaturas includit in ſua propria ratione inuerſionē difformem

4 Durand. *Rationes pro parte negante.* 1. Ratio.

Digitized by Google

formem rectæ rationi, negandus igitur Deo eſt.Tertio affectus,quo plus amatur creatura, quam creator in ſua eſſentia in ordinatus eſt; ſed per hunc affectum plus amatur creatura, quam creator,ergo is affectus in ordinatus eſt Minor probatur primo,quia vtrumque Deus & creatura amantur eo affectu,vt conſtat, ſed magis amatur creatura,ergo minus Deus.Minor huius probationis videtur manifeſta.Quoniam ratio,propter quam amatur Deus, ſunt creaturæ,ergo ideo amatur Deus, quia amantur creaturæ,ergo in amore præferuntur creaturæ,aut formaliter ſi duobus actibus verſetur voluntas erga illa obiecta,aut virtualiter, ſi vno.Secundo probatur eadem minor principalis,cum voluntas noſtra verſatur circa finem, & medium,aut vno actu indiuiſibiliter , aut duobus,ſemper plus amatur finis,ſiue virtualiter,cum in ſimplici actu continentur intentio,& electio,ſiue formaliter, cum in duplici: ſed comparatione eius affectus creatura ſe habet vt finis,Deus vt medium,ergo ab eo affectu plus amatur creatura,quam Deus, ergo affectus ille in ordinatus eſt. Tertio cum voluntas verſatur vno actu circa obiectum materiale,& formale,magis afficitur formali , ratione cuius amat materiale quam iſti,qua ratione dici ſolet actus virtutum ſpeciem ſummere ab obiectis formalibus non a materialibus;ſed in eo affectu Deus ſe habet vt obiectum materiale,creatura vt formale,ergo ex vi eius affectus magis amat voluntas,creaturam,quam creatorem,probatur minor,nam cum voluntas amat Deum propter creaturas, aliquod habet motiuum formale,non Deum,ergo creaturas,quod non Deum,conſtat,nam amat ipſum propter aliud,obiectum autem materiale eſt,quod terminat actum ratione alterius , formale vero, quod propter ſe:vnde cum Deus amat creaturas propter ſe,obiectum formale eſt ipſe Deꝰ, materiale ſunt creaturæ.Pariter quando amore charitatis amamus proximum propter Deũ, Dei bonitas eſt obiectum formale eius dilectionis,materiale vero creaturæ,ergo comparatione eius affectus obiectum materiale eſt Deꝰ formale creaturæ,ergo voluntas ex vi eius affectus magis afficitur ad creaturas,quã ad Deũ erit igitur inordinatus affectus.

Cap. II. *Refutatur modus quidam defendendi ſententiam affirmantem.*

5 *Aliqui definiunt dubitationẽ per tres aſſertiones.*

MAGISTRI quidam apud me bonæ notæ præmiſſa diſtinctione vulgari,finis *cuius gratia:* & finis *cui* quam,quia neceſſaria eſt, ad decidendam hanc queſtionem,eã accuratè explico infra num.14.reſpondent triplici aſſertione.In prima dicunt,Deum ſe amare propter creaturas,tanquam propter finem *cui*.Quoniã in affectu nulla eſt inordinatio nec difformitas ad rectã rationem,id cõſtat primo in affectu ſpei noſtro, in quo ſecluſis communibus imperfectionibus accidentis,formę,& alijs,actus ille ex modo tendendi proprio virtutis eſt,ergo rationi conformis,nihilominus ex vi eius Deum amamus, vt bonum, noſtrum tanquam propter finem *cui* , ergo in affectu in quo amatur Deus propter creaturas, tanquam propter finem *cui*,nulla eſt inordinatio. Secundo,id probant in affectu amicitiæ Dei erga homines,quo ipſis vult ſummum ipſum bonum,vt ab hominibus conſequi poteſt propter ipſos homines, ſeu ex complacentia in ipſis hominibus, ergo in hoc affectu Deus ſe amat propter homines,tanquam propter finem,*cui*,imo & *cuius gratia*:ſed ex materia de charitate conſtat,eſſe amicitiam Dei ad homines,item inter alios affectus illum , ergo nulla eſt inordinatio in amore Dei propter creaturas,vt propter finẽ *cui*:hãc rationẽ vrgeo n.17.

In ſecunda aſſertione dicunt,poſſe ſe Deũ amare propter creaturas,tanquam propter finem *qui* ſaltem inadæquatè , appellant finem *qui* bonum illud,cuius gratia,ſeu propter quẽ mouetur ad amorem,exemplum rem declarat & aſſertionem confirmat Deus amat gratiam pro hominibus tanquam propter finem *cuius gratia*,quippe amare gratiam,propter ipſius intrinſecam bonitatem,honeſtum eſt,ex obiecto honeſto,ſi ſimul Deus ipſam amet propter ſuam ipſius liberalitatem , & miſericordiam ex complacentia in actibus internis earum, amauit ſe,& creaturas,tanquam propter finem *qui* adæquatum,ſe autem vt condiſtinctũ,& ſecretum a creaturis,tanquam inadæquatum finem *qui*,creaturas ſimiliter,vt gratiam,ſeu hominem gratum tanquam inadæquatum finem *qui*.In hoc vero amore nullam eſſe inordinationem conſtat,nam non ex parte obiectorũ, quippe honeſtiſsima ſunt,nec in peruerſione ordinis ipſorum,cum nec prę̨feratur Deo creatura,nec Deus ſit medium,creatura finis; nec etiam repugnat ſimul ſe amare propter ſe , & propter aliud,cum fines *qui* ſunt inadęquati, ergo ex nullo capite repugnat iſte actus. 6

In Tertia aſſertione adijciunt,etiam non eſſe repugnantiam,in eo quod Deus ſe amet propter creaturam,tanquam propter finem adæquatum *qui*:vt cum Deus amat ſuam omnipoten-

Digitized by Google

tentiam,propter gratiam homini conferendã, quia nimirum virtutem habet eam conferẽdi,ex complacentia in homine grato Deo,itẽ ſuam miſericordiam,& liberalitatẽ, propter ſimilem rationem.

7 *Vt reſpondeant ad rationem dubitandi.*

Ad rationem vero dubitandi, ex eo quod Deus amatur vt medium,& præfertur creatura in eo affectu,reſpondet licet præciſiue ex vi eius actus,vt diſtincti virtualiter ab alijs diuinæ voluntatis,Deus referatur ad creaturas, non tamen inde ſequi,Deum amari,vt mediũ, & creaturas,vt finem.Quia ad hoc vt Deus ſe amet,vt medium neceſſarium eſt,quod non ſe amet propter ſe eodem actu,quod in Deo ſit negatio amoris propter ſe, vnde in eo affectu præciſiue ſumpto nulla eſt imperfectio,quia ſibi copulat vſque ad identitatem realem amorem Dei propter ſe.Explicant, & confirmant exemplo cognitionis abſtractiuæ Dei in alio, quæ ideo ſine imperfectione in Deo eſt, quia in ipſo eſt idem cum cognitione intuitiuaDei in ſe.

8 *Refutatio.*

De duobus ferendum nobis iudicium primum de aſſertionibus.Secundum de modo ſatisfaciendi rationi dubitandi: de primo cap.3 vbi propriam pronuncio ſententiam:de ſecundo in hoc cap.Non poſſum acquieſcere huic modo ſatisfaciendi ſecundum principia, quæ ieci,diſp.4.c.2.& 3,vbi non tantum ratione identitatis, ſed etiam ratione conceptus formalis,atque directi omnem actum,includentẽ imperfectionem,remouendum a diuina mente monſtraui,idem quoque mihi præſtandum in hoc cap.in diuina volunrate.Pro quo ſtatuo prime nullam rationem formalem,quæ in ſua eſſentia imperfectionem includat,in Deo conſtitui debere:hoc certum ex communi omniũ conceptione Nam ſi in ſua ratione eſſentiali inuoluit imperfectionem,vt nihil poteſt a ſua eſſentia præſcindi,ita nec pôterit ab imperfectione, quapropter nequaquam poterit denudari ab ipſa,licet extrahatur ad vltimam præciſionem:Hac ratione, qui putant in iuſtitia commutatiua,& diſtributiua ſpeciali,& ſtricta includi eſſentialiter datum, & acceptum cũ abdicatione,& tranſlatione dominij,item cum ordine ad vtilitatem,eam à Deo relegant, qui vero aliter arbitrantur,ipſamDeo concedũt. Hoc idem clarius eſt in temperantia,& caſtitate,quæ virtutes materiam habent corpoream & imperfectam,licet ergo ratio aliqua ita eſſet idem cum diuinis aliis perfectionibus, vt nec ratione præſcindi ab eis poſſet,at ſi conſtaret eam in ſuo eſſentiali conceptu includere imperfectionem,immediate efficeretur eam imperfectionem etiam retinere in Deo, ex quo ſtatim fieret remouendam à Deo. Quoniam nulla formalitas,ſiue abſoluta,ſiue relatiua,ſiue ſpectans ad intellectum,ſiue ad voluntatem ſiſtere inDeo poteſt,quæ in ipſo conſeruet imperfectionem,ergo reſolutio huius quæſtionis ab hoc vno puncto pendet,non ab alijs.An ſcilicet ratione noſtra poſsit præſcindi ab alijs?an non?An ſit idem cum alijs?an non?.

Nulla ratio in ſua eſſentia imperfecta in Deo eſt.

9 Obiectio.

Dicunt,qui recurrunt ad identitatem,hoc ipſo quod ſit idem cum Deo,ſtatim fieri, non eſſe imperfectam. Quoniam ratio imperfecta non poteſt eſſe idem cum Deo Immo nec eſſe in Deo. Bene. Sed ea reſponſio non reddit rationem à priori,nec procedit ex intrinſecis principijs.

Præoccupatio. *Non colligitur apriori & directe ex idẽtitate cum Deo rei perfectio.*

Pro quo ſtatuo.& aduerto ſecundo duas in his verſari dubitationes,prima an ſit aliqua ratio in Deo,vel non ſit,ſecunda. An ea ſit idem vel non ſit idem cum ipſo.Prior definienda eſt ex perfectione,vel imperfectione formalitatis eius,quæ diſcutitur,nam ſi conſtet eſſe perfectam,conſtat quoque in Deo conſtituendam eſſe:quippe Deus ex prima hominum conceptione à natura in ipſa natura impreſſa, eſt cumulus perfectionum omnium, aut,vt melius dicam,eſt perfectiones omnes, nulla abſente. Si conſtet eſſe imperfectam,conſtat etiam in Deo non eſſe,propter contrariam rationem, ſumptam cum proportione.Secunda vero definienda immediate eſt ex ſumma ſimplicitate Dei; ex qua fit, quidquid eſt in Deo, ipſi idem eſſe.Vnde ſchola Scoti, qui putant diſtinctionem ex natura rei, præcedentem operationem intellectus non pugnare cum diuina ſimplicitate, cum formaliter conſtituant in Deo attributa, & relationes, propterea quod nullam includunt imperfectionem,nihilominus negant ea eſſe idem ex natura rei cum natura Dei,& inter ſe, ergo hæc conſequentia *eſt idem cum Deo, ergo perfecta.* Licet teneat,non tamen eſt apriori, neque procedit ex proprijs principijs:ſed ita formanda eſt, *eſt perfecta hæc ratio,ergo eſt in Deo.*Deinde,*eſt in Deo,ergo eſt idem cum ipſo.* Nam licet in re, idem eſſe cum Deo,& eſſe perfectam,non diſtinguantur,at per rationem noſtram in bona, & directa cauſali,non quia eſt idem cum Deo, eſt perfecta,quoniam prius eſt eſſe perfectam, quam eſſe omnino idem cum Deo, nam hæc cauſalis bona eſt, *quia de ſe hæc ratio perfecta eſt,eſt in Deo,* deinde, *quia eſt in Deo, eſt idem cum ipſo.* Saltem ſecundum noſtram rationem, ergo prius eſt, eſſe rationem aliquam perfectam, quam eſſe idem cum Deo non igitur ex directo principio, & à priori ex identitate cum Deo perfectio rei colligitur.

10 Statuo tertio cum diſputatur, an aliqua formalis ratio ſit in Deo? an non? diſtinguendum eſſe. An illa ratio abſoluatur

ad

Digitized by Google

Aliud eſt eſſe aliquid perfectum ſine imperfectione, aliud eſſe æqualiter perfectum

ab omni imperfectione, licet ex proprio conceptu ſit minoris perfectionis, quam cæteræ rationes, aut an ita perfecta ſit, vt exæquet cæteras omnes. Quoniam non videtur neceſſarium hoc ſecundum ad conſtituendam in Deo aliquam rationem, ſed ſatis eſt illud primum. Immo cum in Deo ſint rationes primariæ, & ſecundariæ, abſolutæ, & relatiuæ. Hoc eſt, quæ ſpectant ad primam methaphyſicam conſtitutionem Dei, & quæ ad phyſicam, ſeu ad ſecundam, & quæ ſpectant ad conſtitutionem naturæ diuinæ, & quæ ad perſonæ, & omnes formaliter in Deo inueniantur: negari minime poſſe videtur, priores ex proprio conceptu perfectiores eſſe, poſteriores minus perfectæ, & ſi nulla imperfecta ſit. Ita docui diſp. 3. cap. 2.

11 *Argumentũ efficax contra modum dicendi huius capitis.*

Ex hoc autem ſumitur argumentum non inefficax contra hunc modum dicendi. Etenim confero actum, quo Deus ſe amat propter ſe, cum actu, quo ſe amat propter creaturas, nam fatentur ij magiſtri eſſe duos actus ratione noſtra, & modo pe-to ab ipſis, vel tantum volunt actum, quo ſe Deus amat propter creaturas, eſſe ita perfectum ſine imperfectione, vt tamen ſit in inferiori gradu perfectionis, quam actus, quo ſe amat propter ſe, vel etiam in æquali perfectione. Si primum, ergo id non bene explicant per identitatem: probo hanc conſequentiam. Nam ſi habet perfectionem inferiorem, eam habet ex propria ratione eſſentiali, quaſi ſpecifica, per quam conſtituitur in ſpecie miſericordiæ aut liberalitatis, quæ minus perfecta eſt, quam ſpecies charitatis, non autem per identitatem cum charitate, per quam potius euehitur ad ſuperiorem gradum perfectionis. Et quemadmodum ſi actus illi realiter diſtinguerentur, eſſent quidem ex proprijs naturis inæqualis perfectionis, ita cum eos concipimus ratione diſtinctos, debemus eos concipere inæqualiter perfectos, attenta ipſorum ratione intrinſeca, niſi aliunde alter eleuetur ad æqualem gradum cum altero: vt conſtat in Chriſto Dom. in quo ij actus ſecundum rationes intrinſecas inæquales ſunt, licet per extrinſecam diuinitatis ſanctitatem euehantur ad æqualitatem in dignitate per ordinem ad meritum, ergo pari ratione, ſi fatentur ij magiſtri hos actus, ex proprijs naturis inæqualis eſſe perfectionis, non bene recurrunt ad identitatem cum alio actu, ſed præſcindendo ab identitate, vel diſtinctione proprias rationes intrinſecas eorum actuum conſiderare directe debent, atque explicare, qua ratione inæquales habeant perfectiones, & quare actus ille, quo Deus, qui eſt finis ex natura ſua, amatur vt medium: actuſque ille, quo creatura, quę eſt medium ex natura ſua, amatur vt finis, imperfectus non ſit, & tunc relicta identitate alia Philoſophandi ratio ipſis erit quærenda, ergo per eam identitatem non ſatis diſſoluitur nodus is.

Si dicant ſecundum, nimirum eos actus æqualem habere perfectionem ratione identitatis: magis (ni fallor) vrgebuntur. Primo quia communis Theologorum (nullo, quem no verim, excepto, ex his, qui ſua ſcripta approbata euulgarunt) docet eſſe in Deo rationes illas primarias, & ſecundarias, item abſolutas, & relatiuas formaliter, & vnam quamq; illarum ita eſſe ex propria ratione directa perfectam ſine imperfectione, vt nihilominus primaria conſtitutio nobilior ſit ex ſe, quam ſecundaria: abſoluta conſtitutio nobilior, quam relatiua. Quippe illæ conſtitutiones ſpectant ad naturam, & ad ea, quæ ſunt naturę: eſſe ad perſonam, & in omni ente, quod hucuſque concepimus, natura in ſuppoſito eſt prima in perfectione, deinde ſequuntur perfectiones quæ ſpectant ad perſonam. At qui nos diuina ex creatis debemus concipere, quoniam Deus in ipſis preſsit veſtigium ſui, & alioquin ſine fundamento ſolido mens noſtra in diuinis cum periculo errandi diuagabitur; ergo hoc ipſum affirmare in Deo debemus: nimirum eſſe perfectiones primarias, & ſecundarias, magis, & minus perfectas ex proprijs rationibus, omnes tamen ab omni imperfectione abſolutas. 12

In Deo perfectiones ſunt inæquales.

Secunda, quia ſi ratione identitatis cũ natura diuina, euehitur res, quę eſt idē ad æqualem gradũ perfectionis cũ ipſa, erit ſane paternitas ſola ex proprio cōceptu æqualis perfectionis cũ natura diuina, imo, & cũ tota Trinitate diuina. Probo hanc ſequelã, nã ex proprio conceptu habet identitatē, quoniã eſſe idē cũ natura, eſt prædicatũ eſſentiale paternitatis, ergo ſi ex prædicato identitatis attingit æqualitatē in perfectione cum natura diuina, ex proprio conceptu erit æqualis perfectionis. Nec ſatiſfaciet, ſi dicat inter naturã, & paternitatē eſſe diſtinctionē virtualē intrinſecã, non autem inter illos actus, de quibus diſceptamus: nã vt diſtinctio virtualis intrinſeca non opponitur actuali reali identitati, imo eã petit eſſentialiter. Nec etiã obſtat, quominus paternitas ratione eius identitatis habeat æqualitatē in perfectione, quæ debetur identitati. Ratio a priori eſt, quoniam diſtinctio illa virtualis vtilis eſt, atq; ex cogitata pro emanatione diuinarum perſonarum, non debet ad alia protendi extra rem. Nec enim in alijs conſiderationibus adſtruit aliquid 13

Sequitur paternitatem eſſe æqualis perfectionis cum tota Trinitate.

liquid oppoſitum diuinæ ſimplicitati, ad ſtrueret vero, ſi impedimento eſſet quominus paternitati, non obſtante identitate communicaret cum æqualem gradum perfectionis. Quo circa conſentanee procedunt ad ſua principia, qui concedunt illatum conſequens, ac proinde ab eis non reputatur abſurdum. Cogor ergo conſequentis abſurditatem oſtendere. Primo ergo ſic obicio, à nullo authore, aut Scholaſtico id conceſſum eſt, ergo temere id affirmas. Antecedens declaro, in tractatu de Trinit. diſputatur an ne relationes diuinæ afferant perfectionem ex proprio conceptu. Negant afferre Nominales cum OKámo, Durandiſtæ cum Durando, Thomiſtæ frequentius, quia putant ab ipſis eſſe S. Thom. & ex noſtris ſcriptoribus Molina, Bellar. nec non P. Vazquez qui tres perfectiones negat, vt dico in tractatu de Trinit. ergo ij in paternitate licet agnoſcant identitatem cum eſſentia, non agnoſcũt perfectionem ratione identitatis, ne dum agnoſcerent æqualem cum eſſentia perfectionem, ſpatijs ergo longiſsimis abſunt ij docto res a mente horum magiſtrorum. Alia vero pars, quæ concedit perfectionem, quæque optimum patronum habet patrem Franciſcum Suarium: tota in eo poſita eſt, vt declaret, qua ratione diuinæ relationes, inter ſe comparatæ æquales ſint in perfectione, & vna alteri æquiualeat, & æquiualere omnes deducunt, hoc aut illo modo, nullus vero confert relationes cum eſſentia, nec affirmare audet attingere gradum perfectionis, in quo illa eſt. Hac ratione ego intuli ſupra, fore paternitatem non tantum æqualis perfectionis cum eſſentia, ſed etiam cum trinitate tota. Nam licet ab alijs relationibus diſtinguatur realiter, at omnes fateri debent, eis æquiualere in perfectione, & cum ex alia parte ratione identitatis æquiualeat perfectioni eſſentiæ, æquiualebit ſane in perfectione toti Trinitati. Hoc vero affirmare ſine patrono, ſine neceſsitate, imo ſine fundamento, vt iam declaro cuique cordato Theologo abſurdum debet eſſe, nec minus abſurdum reputandum eſt, quod ab aduerſario difficultate oppreſſo, concedatur.

Id eſſe abſurdum.

Nullus è Theologis id concedit.

14 Secundo obijcio, paternitas ex proprio conceptu, vt diſtincta virtualiter ab eſſentia, excludit illam virtualiter, ergo vt ſic non eſt perfectio eſſentiæ. Probo hanc conſequentiam, quoniam vt excludit eſſentiam virtualiter, non eſt eſſentia, nam eſſentia eſt, vt eſt actu idem cum illa, ergo non eſt perfectio eſſentiæ, probo hanc conſequentiam; quia perfectio eſſentiæ non diſtinguitur ab eſſentia, ſed vt ſic non eſt eſſentia; vt probatum iam eſt, ergo non eſt perfectio eſſentiæ. Dices, licet non ſit perfectio eſſentiæ, poſſe æquiualere. Sed contra id verum eſt in rebus realiter diſtinctis, vt in paternitate, & filiatione, in quibus eſt æquiualentia in perfectione, imo æquiualentia in rebus, quæ realiter diſtinguntur, videtur propriè locum habere, non vero in his, quæ ſunt actu idem. Quoniam ſumpto vno extremo nimirum paternitate, in ea nequaquam inuenies perfectiones ſimpliciter ſimplices, quæ ſunt in natura: vt eſſe comprehenſiue, omnia ſcientem, amorem infinitum ſui, omnipotentem, miſericordem, liberalem &c. Ergo non poteſt pâternitas cum ſuis perfectionibus æquiualere perfectionibus naturæ, probo hanc conſequentiam, nam eo res perfectior eſt, quo in ſuo eſſentiali conceptu continet plures perfectiones ſimpliciter ſimplices. Etenim hac ratione Deum conſtituimus per omnes perfectiones ſimpliciter ſimplices, vt eum conſtituamus perfectiſsimum ſuper omne cogitabile. Vnde, quo res creatæ participant plures perfectiones ſimplices, eo Deo ſunt ſimiliores, & perfectiores, igitur cum in paternitate non ſint aliæ perfectiones ſimpliciter ſimplices, eis, quæ ſunt in natura æquales, non poteſt ei æquiualere in perfectione.

Reſponſio. *Refutatio.* *In paternitate non ſunt perfectiones æquiualentes naturæ*

15 Dices: iterum, eſſe duos modos æquiualendi alteri in perfectione, prior per prædicata æque perfecta, incluſa in proprio conceptu rei: poſterior per identitatem, rationem vero noſtram tantum probare non æquiualere paternitatem naturæ, per priorem modum ratione prædicatorum propriorum. Non autem probare non æquiualere per poſteriorem modum, id eſt, per identitatem. Sed contra primo, ſine fundamento affirmatur, eſſe idem, eſſe æquiualere in perfectione. Imo videntur eſſe diuerſa; nam conceptus identitatis, ſeu vnitatis conſiſtit in rei indiuiſione in ſe, & diuiſione à qualibet alia, conceptus vero æquiualentię in perfectione dicit æqualitatem valoris in perfectione, facta comparatione inter prædicata, ergo non eſt idem æquiualere in perfectione, & eſſe idem. Contra ſecundo ergo iam fateris, attentis prædicatis intrinſecis paternitatis, ſi præſcindamus ab identitate, ea eſſe minus perfecta ex propria ratione, quam ſint prædicata naturæ, ergo cum in Deo ſit formaliter natura, & formaliter paternitas, ſunt formaliter in Deo perfectiones primariæ, & ſecundariæ, quarum prior ex ratione intrinſeca perfectior eſt, comparata cum ratione intrinſeca poſteriori, ad quid ergo vtile eſt affirmare, per identita-

Alia reſponſio. *Refutatio.*

Digitized by Google

identitatem extolli hanc perfectionem, quæ ex ſe inferior eſt, ad æqualitatem imperfectione. Contra tertio demus manere in ſua intrinſeca perfectione ſola, tantum ex eo fieret, eſſe in Deo primarias, & ſecundarias conſtitutiones, & perfectiones, hoc vero non ſolum nihil habet abſurdi, verum ab omnibus doctoribus claſsicis putatur neceſſarium, ergo ea æquiualentia reijcienda eſt, quia inutilis, quia impropria, quia ad nihil neceſſaria, quia contraria omni Scholæ. Imo de ea ſic pronuncio, ſi non ſuppeteret alia ratio defendendi, Deum ſe diligere propter creaturas quam hæc, potius id ego negarem.

In commoda, propterque eſt abſurda ea æquiualentia.

Cap.III.*Sententia affirmans defenditur ex proprijs principijs.*

16 *Duo principia pro rei definitione.*

NOSTRA ergo definitio in hac difficultate ex duobus principijs petenda eſt. Alterum eſſe in Deo formaliter aliquas perfectiones, quæ licet nullam habeant imperfectionem, ex propria tamen ratione, non attingunt æqualem perfectionis gradum, cum alijs primarijs, & nobilioribus formalitatibus Hoc ſatis oſtendi cap. 2. & conſtat in naturalibus perfectionibus, vt in volitione neceſſaria, comparatione intellectionis, in relationibus, comparatione abſolutorum, idem quoque in actibus moralibus virtutum, quæ in Deo eſſe dicendum eſt diſp. 18. Præterea hoc ita aſſerendum eſſe conſtat ex principijs, quæ in toto tractatu de ſcientia ſecutus ſum. Nam diſp.4.cap.4.Deum ſe comprehendere explicui, & diſp.5.cap.4.Deum cognoſcere poſſibilia in ſe ipſis, & cap. 5.Deum cognoſcere poſſibilia ex ſe ipſo, atqui nulli dubium eſſe poteſt actum, ſe comprehendentem ex genere ſuo, & ex obiecto, eſſe gradus perfectioris, quam actum in ſe ipſis, & ex ipſo Deo poſſibilia cognoſcentem, ad hoc vero defendendum, nec conſiderauimus identitatem actuum inter ſe, nec ea vti opus fuit, nec etiam relatione alia referente actum minus perfectum ad perfectiſsimam omnium rationem, ſed ſatis nobis fuit, ita conſtituere eorum actuum naturam, vt abſtergeretur ab omni imperfectionis macula, ergo pariter in hac difficultate procedendum nobis.

Alterum principium, ex quo noſtra pendet reſolutio, eſt in eo actu, quo Deus ſe amat propter creaturas, nullam eſſe inordinationem, ratione cuius aliquam in ſuo eſſentiali conceptu contrahat inhoneſtatem. Quoniam, cum actus is moralis ſit, ſi quam habet imperfectioné, ea debet eſſe in genere moris, non immediatè in genere phyſico: ſi ergo conſtitui in Deo poſſit ſine aliqua inhoneſtate, Deo concedendus erit, ſi non poſſit, negandus. Hoc principium multum pendebit ex dilutione argumentorũ, quæ cap 1. propoſuimus.

17 Pro ſtatuenda ratione a priori, ex qua petenda eſt argumentorum enodatio, accurate explicare oportet varias finis acceptiones, atque naturas: de quibus bene P.Vazq. 1.2.diſp. 2.c.3.& diſp.15.c.3. in primis ponendum ex tribus bonis, honeſtum, & delectabile tantum habere rationem finis, ſeu terminare actus voluntatis vt finis, non diſputo modo an intermedia non vt honeſta, ſed vt vtilia etiam finis aliqua ratione dici poſsit, nam controuerſia vocum eſt, & parum noſtra refert. Videri poteſt P.Vazq.ſup.diſp.4. Nec etiam diſputo, an media vt ſic habeant intrinſecam bonitatem, & ſi non propter ſe, ſed propter finem amabilem, in qua re pars, quæ affirmat, ſemper mihi viſa probabilior. Deinde ponendum finem diuidi in finem *cuius gratia*, & finem *Cui*. Ille eſt bonum ipſum amatum, aut quia honeſtum, aut quia delectabile: vt cum Petro deſidero gratiam, aut ſanitatem, Petrus eſt finis *Cui*: gratia, & ſanitas, eſt finis *cuius gratia*. Aduertit vero P. Vazquez in ea diſput. 2. & 15. ex his duobus finibus integrum finem coaleſcere, nam ſanitas, ſeu gratia in Petro eſt integrum obiectum noſtri deſiderij, nec enim appetimus vnum ſine alio, aut ſanitatem ſine Petro, aut Petrum ſine ſanitate. Aduertit deinde finem *cuius gratia* diuidi in finem *qui*, & finẽ *quo*. Quoniã aliquando eſt res ſuppoſito diſtincta à fine *cui*. Vt cum Petro deſidero fundum, pecunias, Deum, vt obiectum potentiæ: tunc finis *qui* eſt res vt pecuniæ, Deus, &c. Finis *quo*, eſt poſſeſsio, ſeu quaſi poſſeſsio, quo adipiſcitur Petrus rem, quam ipſi deſiderabamus, vocat quaſi poſſeſsionem operationem facultatis, quæ verſatur circa obiectum, & per quam quaſi intra ſe continet illud, & hac ratione poſsidet, notat rurſus ex re, & poſſeſsione integrum finem coaleſcere, nec enim amantur pecuniæ, niſi poſſeſsæ, nec amatur poſſeſsio, niſi pecuniarum.

P.Vazq. Quid finis cuius gratia, & finis cui.

Subdiuiſio finis cuius gratia.

Verum duo animaduertenda occurrunt. primum ſimilem ſubdiuiſionem finis *cuius gratia* 18 ponendam eſſe, cum finis *cuius gratia* eſt forma, vt gratia, & ſanitas. Quoniam, nec hæ formæ amantur ſecundum ſe abſtractæ a ſubiecto, aut in alio, ſed in Petro, ergo etiam in ijs diſtinguere debemus finem *qui*, ſeu rem, quę eſt bona, atq; amata propter ſuã bonitatẽ, a fine *quo* ſeu

Duæ ſpeciales notationes.

Digitized by Google

ſeu quaſi poſſeſsione per vnionem informantem. Secundum licet verum ſit illa tria, nimirum finem *qui*, & finem *quo*, & *cui* conſtituere vnum integrum finem, atque nos vno indiuiſibili affectu circa illa verſari poſſe, at ſemper ſupponitur aliquis amor perſonæ, ſeu finis *cui* aut re, aut ratione diſtinctus, ſiue ex complacentia ipſius perſonæ, ſiue alterius. Id conſtat, nam ideo perſonę illi deſideramus bonum honeſtum, aut delectabile, ſeu vtile, quia ipſam amamus, aut ratione ſui, aut ratione alterius; ratione ſui; cum eſt amicus, & vt talis amatur: ratione alterius, cum eſt ſanguine amico coniunctus, aut amici amicus: vt cum filio Petri amici, exopto gratiam, ſanitatem, aut pecunias ratione amicitiæ cum Petro.

19 Ex hoc colligo, ad rem noſtram non ſupponere hanc dubitationem, Deum amare creaturas propter ipſas, ſed ſiue in ea affirmes, ſiue neges, noſtram dubitationem locum habere, nam licet Deus non amet creaturas propter ipſarum, ſed tantum propter diuinam bonitatem, ſufficit is affectus, erga creaturas, ſaltem ratione præſuppoſitus, vt ex illo ſe ipſum amare poſsit, in quantum bonum creaturis, quas amat propter ſe ipſum, aut tāquam obiectum, aut tanquam principium gratiæ, & reliquorum bonorum, quorum res creatæ ſunt capaces: vt probaui in ſecunda animaduerſione.

20 His prænotatis, vt demonſtrem in eo affectu, quo Deus ſe amat propter creaturas, tanquam propter finem *cui* nullam ſubeſſe imperfectionem, argumentum ita efformo. Patres Tridentini ſeſſ. 6. cap. 11. & Can. 31. definierunt non eſſe peccatum iuſtificatum bene operari intuitu æternæ mercedis, ex illo Pſ. 118. *inclinaui cor meum, ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionē*, & ex Paul. ad Hæbr. 11. vbi, ait, Moyſen reſpexiſſe in remunerationem, in quæ loca id ipſum affirmarunt Patres Eccleſię, contra errorem lutheranorū, dicentium inhoneſtum eſſe operari intuitu mercedis, vt referunt Vega lib. 11. in Triden. cap. 41. Bellarm. tom. 3. lib. 5. de iuſtificat. cap. 8. & poſt ipſos P. Ludouicus Torres 2.2. q. 17. diſp. 61. dub. 2. ex quo immediate colligitur actum ſpei virtutis Theologicæ honeſtum eſſe, tum ex obiecto, tum ex modo tendendi ad illud. Ratio a priori eſt. Quoniam mihi deſiderare æternam fœlicitatem, pro qua conſequenda à Deo conditus ſum, atque eleuata mea natura per gratiam ex meritis Chriſti, vt eam conſequi valeam, nequaquam eſſe poteſt rationi difforme, ac maximè, quia niſi per media licita, hoc eſt, actus virtutum, conſequi beatitudo non poſsit. Vnde in ipſo beatitudinis propriæ deſiderio, in quantum eſt bonum meum, eſt inclusa voluntas honeſta virtualiter omnium actuum virtutum, qui neceſſarij fuerint pro illo finè. Nec obſtat, hunc actum referre bonum beatitudinis in bonum proprium, etenim deſiderare mihi bonum propriū, quia proprium non eſt difforme rationi, niſi bonum concupitum ſit difforme rationi, aut inhoneſtum moraliter, aut media, quæ adhibentur, ad ipſum conſequendum, illicita ſint, atqui nec in bono, nec in medijs eſt inhoneſtas, nec in eo, quod ipſum mihi velim, ergo actus ſpei totus honeſtus: eſt quod vero hæc non referantur ad Deum, tanquam ad vltimum finem expreſſe, vel quod non quæram mihi beatitudinem propter Deum, tanquam propter motiuum formale, ſeu ex complacentia in ipſius bonitate; tantum probat non eſſe illum actum tam perfectum ex genere ſuo, ſicut eſt actus charitatis, non vero actum ſpei imperfectum eſſe; maximè cū virtualiter, & implicitè ordinetur in Deum, vt eſt actus honeſtus, & non excludat relationem expreſſam ex affectu charitatis. Quoniam optime poteſt quis vno actu deſiderare, & procurare beatitudinem, in quantum, ſeu quia bonum proprium eſt, & alio actu, quia etiam bonum diuinum extrinſecum eſt, ex complacentia in Deo, ergo in modo tendendi ſpei in ſua obiecta non eſt inordinatio, aut in honeſtas.

Trid. Pſal. 118. Probatur efficaciter Deum, ſe amare propter creaturas.

Vega. Bellar. Torres. actus ſpei honeſtas declarata

Ex hoc fit immediate in Deo abſque vllo incommodo poſſe conſtitui actum, quo ſe diligat propter creaturas tanquam propter finem *cui*. Probo hanc conſequentiam, nam in eo actu, nec ratione obiectorum, nec ratione finis *cui* eſt imperfectio, ergo &c. Non eſſe imperfectionem ratione obiectorum probaui iam num. 20. Non eſſe ratione finis *cui* patet, quia non eſt difforme rationi creatori, velle aliquod bonum ſuæ creaturæ, quia ipſi bonum eſt, imo id eſt maxime conforme, vt ipſum lumen naturale intuetur; Quod vero iſte actus ex propria ratione non ſit omnium perfectiſsimus, quos poteſt habere, nihil obſtat. Iam enim cap. 2. oſtendi in Deo eſſe formaliter primarias, & ſecundarias perfectiones, inæqualiter perfectas, ergo in bonis principijs, quæ nos docent ex creatis ad increatas gradum facere, ſecluſis imperfectionibus, tueri debemus, Deum ſe diligere propter creaturas, tamquam propter finem *cui*. 21

Ratio applicatur Deo.

Vrgeo, Deus eſt dignus amore, quia ſuis creaturis bonus eſt, tum vt cauſa efficiens, tum vt finis, ſeu obiectum, ergo cum voluntas ſe conformat huic diuinæ amabilitati, & ipſum Deum amat vt ſic, honeſte operatur, atqui ſicut mens diuina non tantum ſe cognoſ-

Vrgetur ex comparatione cum ſcientia.

Digitized by Google

cognoſcit vno modo, ſed omni modo, quo cognoſcibilis eſt, vt ſæpe docui in tractatu de ſcientia Dei, in illa diſp. 4. ergo ſimili ratione voluntas diuina, quæ ſequitur regulam rationis, à mente præſcriptam, nec minus voluntate amat ſe, aut minus perfecte, quam mente ſe cognoſcit, diliget ſe ipſum omni modo, quo amabilis eſt, nam niſi honeſte Deus, quantum eſt ex ſe, amabilis non eſt.

Vltimo id probo, quia Deus amat creaturas propter ipſas, & ex complacentia in ipſis, & vult eis bona non ſolũ creata, vt gratiam, dona, virtutes, & alia temporalia, ſed etiam ſe ipſum, vt obiectum videndum, amandum, ſperandum, credendum; ergo multo melius ſe amare poterit propter creaturas tanquam propter finem *cui*. Antecedens demonſtrandum eſt infra diſp. 18. cap. 2. ex principijs iactis in hac, & conſtat, quoniam Deus habet veram, & propriam amicitiam cum creatura rationali. Conſequentia manifeſta eſt, ſi quæ namque eſſet inordinatio, maxime in eo quod ſe ipſum diligeret propter creaturas, tanquam propter rationem motiuam formalẽ ex complacentia in creaturis, nõ autem in eo quod ſe diligat propter creaturas, tanquam propter rationem motiuam formalem ex complacentia in creaturis, non autem in eo quod ſe diligat propter creaturas, tanquam propter finem *cui* ergo cum in eo priori affectu non ſit in ordinatio, vt fatentur omnes, nec eſt in hoc poſteriori. Dilutio argumentorum, quam ſubicio cap. 4. non modicam affert his lucem.

22 *Iudicium de 2. & 3. aſſertione cap. 2.*

Prius autem de duabus aſſertionibus, quæ retuli num. 4. ferendum iudicium, eas ego veras exiſtimo, ſed quæ non ſpectant ad finem *cui*, de quo ſolo eſt ſermo noſter in hac diſputatione, quibus vero ſolidis rationibus probandæ ſint, videbimus infra diſput. 18. ſolum aduerto non eſſe bonam eam probationem tertiæ aſſertionis, quam num. 5. deſumunt ex ſcientia Dei abſtractiua in alio, nam identitas cum ſcientia ſui intuitiua non eſt ratio, quare abſtractiua non ſit imperfecta, ſed quia Deus per ipſam tantum attingitur indirecte, vt terminus cognitionis comprehendentis creaturas, ex profeſſo hoc habes explicatum diſp. 4. c. 2. & 3.

Cap. IIII. Dilutio argumentorum.

23 *Reſponſio ad argumenta primi capitis*

AD primum prætermiſſo quid ſenſerit Dur. de quo non nimis curãdum. Negandum omnino eſt, eũ affectum eſſe inordinatũ. Ad probationem concedo, creaturas omnes ordinari ad Deum, tanquam ad finem vltimũ, cõcedo ſimiliter Deũ, hac ratione, non ordinari ad creaturas; licet autẽ non ordinetur, ob varias rationes, Deus eſt creaturis bonus, & conuenientiſſimus, tũ vt principiũ, & cauſa omniũ bonorũ, quæ ſunt in creaturas, tũ vt obectũ cognitionis fruitionis, & aliorũ actuũ noſtrarũ potentiarũ, Deũ autẽ ſe amare quia cõueniẽs eſt creaturis, non poteſt eſſe inordinatum, nã ſe amat vt eſt, vt ergo eſſe conueniens, non eſt inordinatum obiectiue, ita nec ſe amare, vt cõueniẽs eſt inordinatum formaliter, maximè cũ tota hæc conueniẽtia, ſit in ordine ad obiecta honeſta, quæ ex natura ſua ordinantur ad hoc, vt creaturæ agnoſcant & conſequantur Deum ſuum vltimũ finem. Vnde ea propoſitio obiecta, quod ſi *Deus ſe amaret propter creaturas, ex vi eius affectus ſe ordinaret ad illas*. In rigore neganda eſt, quia aliud eſt ſe amare, vt conueniens creaturis, aliud vt ordinatum ad ipſas, hoc enim vltra conueniẽtiã, addit rationẽ medij ex natura ſua, quam Deus non habet, cõparatione creaturarũ, ſicut nec ipſæ ſunt finis aliqua ratione, comparatione Dei, non ergo ſe amat, vt ordinatus ex ſe ad creaturas. Sed vt cõueniens ipſis, imo vt neceſſarius pro conſequẽdo vltimo fine, hoc eſt, ſe ipſo, varias ob cauſas.

Nõ ſe De' amat vt ordinatus ad creaturas, ſed vt eis conueniens.

Replica. Reſponſio Quomodo Deus nobis amet bona temporalia.

Sed obijcies, etiam eſt conueniens, & neceſſarius, pro largiendis bonis tẽporalibus creaturis, ergo poterit ſe amare ſecundũ hanc conuenientiã propter creaturas: hoc vero abſurdũ eſt, quia in hoc obiecto non eſt honeſtas. Reſpondeo, me non dixiſſe ob quancumq; rationẽ conueniẽtiæ creaturis, ſe Deum honeſte amare poſſe, ſed ob eam, in qua relucet obiectiua honeſtas, ſine imperfectione. Omnibus ergo modis, quibus Deus poteſt nobis cõferre honeſte bona tẽporalia, & caduca, ſe poteſt amare, vt cõueniens ea ratione; nullo autẽ modo è quibus ea nobis conferri poſſunt indifferenter, aut inordinate. Quoniam obiectum indifferens, & inordinatum eſt extra adæquatam latitudinem obiectiuam voluntatis Dei.

Ad 2. neganda eſt prima propoſitio, nimirũ *omne quod amatur propter aliud, amari vt mediũ* nã in fine *cui*, de quomodo loquimur, id alienũ eſt à veritate, etenim vt explicui n. 14. ex fine *cuius gratia*, & fine *cui* coaleſcit integer finis, & affectus voluntatis, vtrumq; reſpicit indiuiſibiliter, non eligit vnum vt medium, & ordinat ad perſonam, tanquam ad finem. Id conſtat cum nobis appetimus æternam fælicitatem, quam amamus, vt vltimum finem, non vt medium, nobis tamen eam concupiſcimus, vt optime notauit P. Vazq. 1.2. diſp. 2. cap. 3. 24

Digitized by Google

ergo non omne, quod amatur propter aliud, tanquam propter finem *cui*, amatur vt mediũ, ratio à priori eſt, quia medium ſemper amatur, vt cauſa finis, aut propter aliam conducẽtiam, quam habet ad finem, cum amatur vt mediũ formaliter, ac propterea præſupponit intentionem finis, ex qua procedit volũtas ad eligendum, ex quo inferam tractatu 3. diſp. 23 cap. 2. licet indiuiſibiliter ferri poſsit voluntas ad rem, quæ eſt finis, & quæ eſt medium, non tamen ſi medium eligat, vt medium reduplicatiuè, vt dici ſolet, & eodem modo finem, vt finem intendat. Ex hac doctrina ruit ſecũdũ argumentum. Quod vero profert inordinatũ eſſe vti fruendis, & frui vtendis, ad rem nõ prõfert. Nam ſenſus eſt, non debere voluntatem noſtram ita affici ad creaturas, ipſiſque adhærere, vt in eis rationem vltimi finis aliquo modo conſtituamus, quod tũc ſolum fit, cum peccamus, atque creaturam Deo anteponimus, aut in graui, aut in leui materia; amare autem Deum propter creaturas, modo explicato, nõ eſt ipſum creaturis poſtponere; imo velle ipſis media neceſſaria, vt Deum toto corde diligãt, & perfectiſsime creaturis præferant, hoc explico magis in ſolutione ad 3.

Duplex actus neceſſarius eſt ad finem & mediũ formaliter.

Quid vti fruendis, & frui vtendis.

25 Ad tertiũ diſtinguo Maiorem propoſitionem. *Affectus, quo plus amatur creatura, quã creator, inordinatus eſt*, quando eſt per reſpectum eiuſdem actus, propterea quod, vt reſpicit perſonam, videtur eſſe præcipuus, nego maiorẽ: quando expreſſe ita anteponitur in amore creatura, creatori vt impedimento ſit, quo minus creatura per alium affectum cum eo incompoſsibilem, diligat plus creatorem, quam creaturam, concedo maiorem, vt probe intelligas doctrinam, quam continet diſtinctio, recognoſce, quæ dixi diſp. 14. n. 11. vbi declaraui, omnẽ actum amoris habere duplicẽ reſpectum, per ordinem ad diuerſos terminos, alterum ad bonum concupitum, alterum ad perſonam *Cui*, dixi quoque inter hæc obiecta ſuum ordinem eſſe, licet terminent vnum indiuiſibilem actum, ideoque vt terminatur ad perſonam, dici amorem amicitiæ, & quoddamodo, eo affectu eam plus amari, quam ipſum bonum, comparatione cuius amor ille tantum dicitur concupiſcentiæ, & in hoc tantũ ſenſu cõcedo plus amari creaturã, nego vero in eo modo amãdi, aut tendendi ad ea obiecta eſſe aliquã inordinationẽ, quod ſatis demõſtratũ c. 3. & cõſtat, vel ex eo quod iſte modus plus amandi creaturam eſt virtualis maior amor Dei, quippe ordinatur, ad hoc vt creatura præferat amorem creatoris omnibus creaturis, vnde cum hoc etiam modo amandi tam ex parte noſtra, quam ex parte Dei, recte conſtat amor amicitiæ ſuper omnia, quo fit in alio affectu, qui comparatione Dei dicitur concupiſcentia, nullam ſub eſſe imperfectionem. Minor argumenti hoc eodem modo declaranda eſt. Ad probationem minoris, minor probationis diſtinguenda eſt. *Magis amatur creatura*, hoc eſt reſpectus ad illam, eſt precipuus in eo actu eo modo, vt explicui concedo, ex quo non efficitur eſſe in ordinationem, quoniam totum illud vltimatè tendit ad perfectiſsimum amorem Dei: illa vero propoſitio, *ratio propter quam amatur Deus, ſunt creaturæ*, ſic explicanda eſt, ratio, hoc eſt, finis *cui* concedo, motiuum, ſeu ratio mouendi, nego: modo non definio, an etiam Deus ſe ipſum amare poſsit propter creaturam, tamquam propter motiuum formale, ſeu ex complacentia in perſona creata, cum qua etiam init amicitiam. Id decerno infra diſp. 18.

Qua ratione plus dicatur amari creatura quam Deus.

Sed tantum affirmo, cu.n Deus ſe amat propter creaturas, tanquam propter finem, *cui*, de quo fuit noſtra diſputatio, ipſas non eſſe motiuum formale, quippe finis *cui* non dat ſpeciem actui, ſed bonum concupitum, cum id propter ipſius honeſtatem deſideramus perſonæ, vt dixi diſput. 14. num. 15. illa præterea conſequentia, *ergo ideo amatur Deus quia amantur creaturæ*. Si cauſalis cadat ſupra ordinem obiectorum, comparatione eius affectus, hoc eſt, vt reſpiciuntur ab eo, verum ſenſum habet, nam ſuum habent ordinem inter ſe ea obiecta, & amor perſonæ videtur præcipuus, quoniam ſi bonum amamus eſt, qua illi bonum eſt; ſi autem cauſalis cadat ſupra actum, non habet bonum ſenſum, niſi quaſi in genere cauſæ formalis, quia eſt, vnus, & ſimplex, vt ſæpe dixi: abſolute autem negandum eſt, in amore præferri creaturas creatori, ſed precipuè reſpici ab eodem actu, quo creatura, & Deus ſimul amantur, qui actus non præfert abſolutè, ſed amat id, quod neceſſarium, & conueniens eſt, vt ipſa creatura poſsit ferri in Deum amore perfectiſsimo. Si vero Deus amaret creaturam diſtincto actu ratione, & præſuppoſito ad illum, quo ſe Deus amat, propter creaturam, non tantum amaret creaturãm vt finem *cui*. Sed etiam propter ipſam, de quo caſu eſt diuerſa difficultas, in ea vero conſentanè ad noſtra principia concedendum eſt, ex vi eius affectus plus amare creaturas, quam ſe, non tamen eſſe inordinatum, quia licet in eo actu non ſit tanta perfectio, quanta in actu, quo diligit creaturas propter ſuam bonitetem, non tamen eſt aliqua imperfectio, ſicut licet in ſcientia, per quã ſe cognoſcit in creaturis, perfectior ſit cognitio creaturarũ, quã ſui. Nam eſt comprehenſiua

Non præferuntur ſimpliciter creaturæ, ſed tantũ eſt precipuus reſpectus ad illas

Quod ſi ponitur duplex actus ratione.

Digitized by Google

ſiua creaturarum, non ſui, non tamen eſt imperfectio, vt defendimus diſp. 4. cap. 2. ita in noſtra re. Nec exiſtimo quidquam referre, ponere vnum ſimplicem actum, aut duos ratione noſtra, nam tam vitanda eſt imperfectio in formalitate inadæquata eiuſdem actus diuini, quam in integro actu ratione noſtra.

26 Ad ſecundam probationem minoris. Cócedo maiorem; nego minorem: nimirum Deum ſe habere, vt medium: & creaturam, vt finem, quoniam ex Deo ſic amato, vt obiecto creaturæ ipſi coniungendo per actum, immanenté animæ noſtræ, qui eſt quaſi poſſeſsio, & ex perſona creata coaleſcit integer finis eiuſdem actus, vt dixi ſæpe, vide num. 17. & diſp. 14 numero. 15, cum autem duo obiecta ſe habent alterum vt medium, alterum vt finis, non coaleſcit ex illis vnum obiectum.

Replica. Dices, cum Deus amatur, vt cauſa efficiés alicuius boni creati, alicui creaturæ, vt cum Deus ſe amat, vt producat in Petro gratiam, tunc amatur vt medium, & in quantum conducens Petro, per potentiam gratiæ productricem: ergo tunc plus amatur Petrus, quam ipſe Deus. Probatur minor, quia non amatur vt finis *cuius gratia*, nec vt finis *qui*, nec vt finis *quo*, ſecundum ſubdiuiſionem à nobis notatam ſupra num. 17. nam finis *qui*, eſt ipſa gratia, finis *quo* eſt ipſa vnio informationis: ergo amatur vt medium.

Solutio. Reſpondeo, negando formaliter amari, vt medium, quoniam volútas diuina in ſuis actibus non habet cauſam finalem formaliter, atque adeo nec intentionem, quæ imperet electionem cum aliqua cauſalitate: amatur igitur materialiter tantum, vt medium ratione conducentiæ, quam habet ad conſtituendum Petrum gratum, quæ eſt ſimilis conducentiæ, ſeu vtilitati mediorum. Cum autem in obiectione dicitur plus amari finem, quam mediú, verum eſt, comparatione eorum actuum, iam autem oſtendi; qua ratione, id ſine incommodo concedatur, quia in eo maiori amore nulla eſt in ordinatio, inhoneſtas nulla; quippe amare Deum ea ratione ad modum medij, in quantum cum alijs medijs conuenit in códucentia, vltimo ordinatur ad perfectiſsimum amorem Dei. Porro iam aduerti num. 19. Deum non ordinari ex ſua natura ad creaturas, ac proinde nec ſe amare, vt medium ordinatum ex ſe ad creaturas, tanquam ad finem.

Deus non ſe amat formaliter, vt medium ad creaturas

Denique ad 3. probationem, neganda eſt minor, videlicet cum Deus ſe amat propter creaturas amare ſe, vt obiectum materiale, & creaturas vt formale. Ad probationem minoris concedo in eo affectu aliquod reſpici obiectum formale, cum vero dicitur hoc obiectum formale non eſſe Deum. Reſpondeo, non neceſſario non eſſe Deum, imo Deú eſſe poſſe, nam ſi Deus ex complacétia in ſua bonitate ſe amat, vt obiectum creaturis, amat ſe propter creaturas, tamquam propter finé *cui*, motiuum autem formale eius amoris eſt diuina bonitas, non ergo ex eo quod Deus ſe amat propter creaturas neceſſario colligitur, ſe amare vt obiectum materiale, creaturas vt formale, quando vero obijcitur, ſe amare propter aliud, diſtinguo propoſitionem, tamquam propter finem *cui*, concedo, tanquam propter motiuum formale, nego: nam obiectum formale eſt illud, quod terminat actum voluntatis, propter ſuam bonitatem, ſecundum quod ipſa: materiale vero, quod licet ametur in ſe, non propter ſe, vt alibi magis explicandum. Nec quæ adducuntur de amore creatoris terminato ad creaturas, propter bonitatem diuinam, aut de amore proximi, propter eandem bonitatem, cótra hoc faciunt, vt conſtat. An autem Deus ſe poſsit amare, vt obiectum materiale, crerturas, vt formale, alio affectu amicitiæ erga creaturas definio diſp. 18. 27

Nec vt obiectum materiale, & creatura vt formale.

O

DISPVTA-

DISPVTATIO DECIMA SEXTA.

DE LIBERTATE VOLITIONIS diuinæ.

Diſtincta duodecim Capitibus.

In 1. De fide eſt Deum liberum eſſe.

In 2. Ratione naturali demonſtratur libertas Dei, & proponitur rei difficultas.

In 3. Reijcitur ſententia Thomiſtarum explicans libertatem Dei per reſpectum rationis

In 4. Reijcitur Caietanus, & alij ſectatores magis temperati.

In 5. Diſcuſsio, & refutatio ſententiæ Patris Suarij, & ſectatorum.

In 6. Refutatur noua quædam ingenioſi Magiſtri ſententia.

In 7. Refutatio alterius nouæ ſententiæ.

In 8. Refutatur ſententia Patris Albertini.

In 9. Sententia Aureoli, & Varij modi defendendi libertatem per extrinſeca connotata.

In 10. Argumenta contra Aureolum, & explicatio propriæ ſententiæ.

In 11. Infero corollaria, & diſcutio modos dicendi relatos capite 9.

In 12. Solutiones argumentorum contra propriam ſententiam.

ARTICVLVS DECIMVS S. THOMAE.

VTRVM DEVS HABEAT LIBERVM ARBITRIVM.

Materia diſputationis ſpectat ad art. 2. 3. & 10. S. Thoma.

RESPONDET, Deum comparatione ſui non habere liberum arbitrium; quoniam ſe diligit ex neceſsitate; comparatione vero aliorum à ſe habere, quia ea diligit, & non ex neceſsitate. Aduerte diſputationem hanc ſpectare etiam ad articulum 2. & 3. Nam in illo tractat vtrum Deus velit alia à ſe; & reſpondet velle illa, quoniam vt ſummum bonum ſe illis communicat, iuxta capacitatem creaturarum; at ſe velle vt finem, cætera autem vt media, ordinata ad finem, & cum creaturæ non ſint media neceſſaria, vt per ſe conſtat, & diximus diſp. 15. num. 1. & 2. conſequens eſt, vt ea libere velit: in hoc vero art. 3. expreſſe docet creaturas non neceſſario velle; niſi ex ſuppoſitione.

Cap.

Digitized by Google

Cap. I. *de fide eſt* Deum *liberum eſſe.*

1

QVONIAM, quæ reſtant obiecta diuinæ voluntatis creaturæ ſunt, & creaturas omnes liberè vult, antequam ad eas in particulari deueniamus oportet modum diuinæ libertatis, quantum in hac vita hominibus fas eſt explicare: leuiter hanc attigi difficultatem tractatu de ſcientia diſp. 2. cap. 2. obiter explicans in Dei ſcientia non eſſe actum primum realem in ordine ad obiecta libera, quæ ibi dixi, hic intelligentur, ſi ea intelligere datum nobis à Deo eſt, an potius negatum pro fidei exercitio, & certamine.

Primum teſtimonium probans de fide Deū liberum eſſe. Bell. P. Salas. Paul ad Epheſ. 1.

Primo, ſtatuenda veritas de fide diuina, nimirum Deum libertate præditum, comparatione creaturarum, eam & contra gentiles Philoſophos, & contra hæreticos bene probat Bellar. tom. 3. lib. 3. de gratia & lib. arb. cap 15. in quo errores refert. & cap. 16. in quo confutat ex ſcriptura, & ex Patribus, atque ex ipſo P. Salas tom. 1. in 1. 2. tractatu 3. quæſt. 6. diſp. 1. ſect. 7. Ego 1. eam probo ex illuſtri teſtimonio Pauli ad Epheſ. 1. *qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, quod adduxi diſp. 11. cap. 1. ad probandum, in Deo eſſe voluntatem, & explicui ex commentatoribus; modo eodem vtor, ad probandam libertatem. Hunc locum doctiſ. verſat P. Suar. in Opuſculis, relectione de libertate diuina diſp. 1. ſect. 1. in qua tres excogitauit eius expoſitiones, & poſt duas priores merito reprobatas. Tertiā iam adſtruit, in qua, vt Paulus explicet quod dixerat, nimirū forte nos eſſe vocatos, ne quis putaret vocationem, & prædeſtinationem contingenter, & caſu à Deo habita, adiecit *omnia Deum operari ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, hoc eſt, ſecundum conſilium intellectus, acceptatum à voluntate ſua, cui conſilium ipſum beneplacitum eſt: nam phraſis Hæbrea ſolet loco adiectiui ponere aliud ſubſtantiuum in caſu gignendi, exemplum eſt in eodem Paulo ad Coloſ. 1. ibi, *& tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ*: hoc eſt, ſibi dilectiſsimi: ergo ſuſcepto prudenti conſilio per mentem, & approbato per voluntatē negotium noſtræ prædeſtinationis, & vocationis peractum fuit, ſi quidem omnia Deus operatur ſecundum cōſilium voluntatis ſuæ. Ex hoc autem manifeſte colligitur, Deum libere operari: quoniā conſilium, & prudentia non eſt de neceſſarijs. Deinde, quia prædeſtinatio, & vocatio noſtra eſt per electionem, vbi vero eſt electio, eſt perfectiſsima libertas.

Suar. Paul. ad Coloſ. 1.

Conſilium ſpectat ad mentem. S. Tho. Ariſt. Niſſenus.

Obſerua, cum Paulus non inat *conſilium*, intelligendus eſt de actu mentis: nam conſilium propriè ad mentem ſpectat ſecundum S. Tho. 1. 2. q. 14. art. 1. ex Ariſt. 3. Ethic. c. 3. & Niſceno lib. 5: Philoſophiæ cap. 4. & 5. & verborum proprietas in ſacra ſcriptura, quātum fieri poſsit, retinenda ſemper eſt; non vero in Deo conſilium ponendum eſt, vt in nobis cum ea inquiſitione mediorum, atque diſcurſu, & collatione eorum, quæ procedunt ex ignorantia, ſed vt conſilium continet certum iudicium de agendis, nulla præuia conſultatione: ergo cum Paulus dicit ſecundum cōſilium voluntatis ſuæ, non attribuit voluntati conſilium, ſed ſenſus eſt, ſecundum iudicium certum, & practicum diuinæ mentis acceptatum per voluntatem: ergo his Pauli verbis ſatis efficaciter probatur Deum liberum eſſe.

Secundo, adduco eundem Paul. 1. epiſt. ad Corint. cap. 12 verſ. 11. *Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis, pro vt vult*. Aduerte male originem *pro vt vult* referre ad hominem, cui diuiduntur dona, quaſi dicat, prout vult homo, ſed referendum eſſe ad ipſum Spiritum ſanctum, qui vt Dominus, & Pater omnia dona diſtribuit vnicuique priuatim ex hominibus: ergo Spiritus ſanctus eſt liberi arbitrij. 2

Paul. ad Cor. 1. cap. 12.

Tertio argumentor, de fide eſt Deū poſſe facere alia, quæ nō fecit, neq; faciet, & potuiſſe nō facere, quæ fecit: ergo etiā eſt de fide Deū liberi arbitrij eſſe, conſequentia hæc manifeſta eſt: nam agens neceſſarium, niſi impediatur, determinatè facit quidquid poteſt, & determinatè non facit id, quod non poteſt: ergo cum Deus à nullo poſsit impediri, ſi non facit alia, quæ poteſt, & facit, quæ non facere potuiſſet, id ita eſt, quia ea liberè operatur. Antecedens quoad vtramque partem probant euidenter, ſacræ ſcripturæ teſtimonia è quibus quædam clariora refero. Primum Danielis 3. in eis aureis verbis. *Potens eſt Deus nos de manibus tuis o Rex liberare, quod ſe noluerit, ſtatuam tamen, quam feciſti non adoramus*, In his verbis, præterquam quod expreſſe aſſeritur omnipotentia Dei indifferens ad liberandum, & non liberandum, determinanda per voluntatem liberam, ac ſubinde Deum liberum eſſe, affirmatur etiam vtraque pars antecedentis 1. quia potuit non liberare, cū liberauerit: ergo fecit, quod potuit nō facere. 2. quia potuit non liberare, & tamen liberauit: ergo potuit non facere, quæ fecit. 2. ſap.

Daniel. 3. *Expenditur hoc teſtimoniū.* *& hoc aliud.*

11. ſunt

Digitized by Google

Sap. 11. 11. ſunt duo teſtimonia, quæ eodem modo inducenda ſunt, alterum ibi. *Non erat impoſſibilis manus tua immittere illis multitudinem Vrſorum, aut audaces Leones &c.* non tamen immiſit: ergo potuit facere, quæ non fecit, alterum ibi: *ſed miſereris omnium, quia omnia potes, & diſsimulas peccata omnium, propter pænitentiam.* In hoc teſtimonio multis modis affirmatur libertas Dei. Primo, quia ei datur miſericordia, virtus moralis, quæ eſſentialiter ſupponit libertatem, quo etiam fit teſtimonia omnia ſacræ paginę, in quibus Deo adſcribitur aliquis actus virtutis, probare hanc veritatem, quis autem ea enarret? Secũdo, quia dicitur, Deum moueri pœnitentia, ad diſsimulandum peccata, ergo ſupponitur libero præditus arbitrio: nam libertatis expers nullo moueri poteſt ad agendum, aut nõ agendum. Tertio, quia cum potuiſſet pœnas peccatis debitas infligere, dicitur diſsimulare: ergo non facit quod poteſt facere. Huc etiam faciunt verba Matthæi cap. 26. *an putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum?* ergo Pater rogatus annuere & facere poterat motus precibus, quod numquam fecit, liberi igitur eſt arbitrij. Mitto alia teſtimonia propter rei perſpicuitatem. Matt. 26.

3 Duo Patrum teſtimonia. Teſtimonia Patrum habes in Bellarm. ſupra: duo tantum propono illuſtriſsima. Primum ex Greg. Niſſeno lib. de Fato, cap. vltimo. *Non enim (ait) ſub neceſsitate eſt Deus, neque voluntatem eius ſeruire neceſsitati, ſas eſt dicere,* & infra *omnipotens neque naturæ neceſsitate, neque legis præſcripto operatur, ſed ſunt illi omnia contingentia etiam neceſſaria.* Hoc eſt effectus, qui neceſſarij ſunt comparatione cauſæ creatæ, comparatione Dei contingentes ſunt, quippe impediri ab ipſo poſſunt. Secundum ex Ambr. lib. 2. de Fide cap. 3. *Hæc operatur (ait) vnus, & idem ſpiritus ſanctus diuidens ſingulis prout vult, id eſt, pro libero voluntatis arbitrio, non pro neceſsitatis obſequio*: vide quoque Auguſt. in Enchirid. cap. 95. & lib. 13. de Trinitate cap. 18. Hæreticos vero, qui in hoc errarunt conſulto non nomino. Niſſenus. Ambr. Aug.

Cap. II. Ratione naturali demonſtratur libertas Dei, & proponitur rei difficultas.

4 P. Salas. P. Suar. VARIAE rationes congeruntur à P. Salas tractatu illo 3. diſp. 1. ſect. 7. pro demonſtranda vi naturalis luminis libertate Dei, verum præ cęteris rem hanc declarauit P. Suar. 2. tom. methaph. diſp. 30. ſect. 16. num 25. & ſequentibus, nobis vero non erit difficile rem hanc demonſtrare, tum à priori, tum à poſteriori ex iactis principijs, & tractatu 1. diſp. 1. cap. 2. & tractatu 2. diſ. 11. cap. 1. Quoniã, & ſcientiam eſſe in Deo, & voluntatem ratione euidenti probauimus. Primũ, diſp. 1. ſecundũ 11. ex vtroque autem principio euidenter colligitur eſſe libertatẽ. Ratio à priori demonſtrans diuinam libertatẽ. Primo, quia omnis voluntas creata libera eſt, & in ea eſſe liberam comparatione obiectorum, quæ libere amari petunt, eſt maxima perfectio, quare eam denegabimus voluntati conditoris rerum omnium maxime perfectiſſimo, quippe, à quo omnis deriuatur perfectio? Secundo, quia ſi Deus habet ſcientiam, & voluntatem, operatur ad extra ex ſcientia, & voluntate: nam virtus ipſius productrix naturaliter petit, dirigi per ſcientiam & voluntatem Dei, vt vidimus artificis facultatem operatricem exigere naturaliter artis directionem: ergo ſcientia dirigit omnipotentiam, & voluntas applicat ſecundum præcognitionem in ſcientia exiſtentem; nam, vt in nobis nihil volitum, quin præcognitũ, & nihil operamur, cũ humano modo operamur, niſi per intellectum, & voluntatem humanam, ita in Deo nihil volitum, quin ratione noſtra præcognitũ, & quidquid Deus operatur diuinè, & vt Deus, per diuinum intellectum, atque ſuam voluntatem operatur. Atqui ſcientia creaturarum dictat eas libere amandas eſſe: ergo voluntas libere amat, atque libere applicat ſuam omnipotentiam ad productionem. Hoc antecedens manifeſtũ eſt, tum, quia omnis creatura bonitatem habet limitatam, admixtã mille imperfectionibus, propter quas odio haberi poteſt, tum quia nulla creatura neceſſaria eſt, aut ad exiſtentiam Dei, aut ad ipſius ſummam fœlicitatem; nam ipſe ſibi ſufficit: & licet ex creaturarum perfectionibus, & actibus, fiant manifeſtæ diuinæ perfectiones, & gloria extrinſeca ei accedat: at nec hæc manifeſtatio, nec hæc gloria Deo neceſſaria ſunt, vt ipſe potiatur omni fœlicitate ſupra omnem cogitationem: ergo ſcientia illa diuina dictat, creaturas omnes à Deo libere amandas eſſe. Vide, quæ dixi diſp. 14. num. 4. vbi cõtendebam non omnino demonſtrari amorem ſui in Deo neceſſarium eſſe ex obiecti infinitate clare viſa; nam ea hanc doctrinam confirmant.

A poſteriori ita demonſtro. Omnipotentia Dei 5

Digitized by Google

Ratio à poſteriori ex abſurdo

tia Dei infinitè perfecta eſt in ſua virtute productiua, ſicut ſcientia, & voluntas, & quidquid in Deo eſt, ergo vltra hæc, quę produxit, alia poteſt producere perfectiora, & meliora; quoniam in his productis non exerit perfectionem infinitam, aut intenſiuam, aut extenſiuam, quippe producta omnia, & intenſiuè, & extenſiue finita ſunt: ergo libere hæc produxit: probo hanc conſequentiam. Primo, quia ſi produxiſſet ex neceſsitate naturæ, operaretur ſecundum vltimum potentiæ, tum in velocitate producendi, tum in quantitate creaturarũ, tum in qualitatibus, & perfectionibus, ſecundum earum capacitatem: etenim nec ab intrinſeco limitari poſſet, quoniam foret agens neceſſarium, nec ab extrinſeco, quoniam omne extrinſecum ei ſubditum eſt, ac proinde produxiſſet ab æterno orbes cœleſtes, & terreſtres in multitudine infinita, & ſpecies rerum, quibus conſtarent perfectiores, atque perfectiores ſine termino, & indiuidua harum ſpecierum, non tantum qualitate perfectiora, ſed numero infinita, atque ea ornaret qualitatibus, & accidentibus perfectioribus ſimiliter: ergo ex vno tantum orbe producto, & ex ſpeciebus in eo, & ex indiuiduis ſpecierum, & ex qualitate indiuiduorum in hoc pondere, & menſura, vt condita ſunt, manifeſta demonſtratione oſtenditur diuina libertas. Secundo, probo illam conſequentiam: nam ſcientia Dei ratione præcedens voluntatem æque ipſi proponebat omnium rerum producibilitatem, tum earum, quæ fuerunt, ſunt, & erunt, tum earum, quæ nunquam producentur: item rationes, quibus Deus moueri poterat ad has, & illas producendas: ſi ergo agit neceſſario determinatus, quare neceſſario determinatus fuit ad has, & non ad illas? quare elegit has & non illas? nulla ſane ratio reddi poteſt huius determinationis, & productionis. Porro cum has eaſdem, quas produxit, variè gubernare, ac conſeruare, vel deſtruere poſsit, nulla reddi poteſt ratio, cur hac ratione, & non alia eis prouideat? eas gubernet? & moderetur: ergo ex electione, prouidentiæ, atque gubernatione creaturarũ, quas habemus, euidenter oſtenditur libertas diuina.

Altera à poſteriori.

Denique id ipsũ probo à poſteriori. Quoniam omnibus à natura inſitum eſt inuocare diuinum numen, cum calamitatibus exercentur, timere diuina ſupplicia cum patrantur opera praua, implorare gratiam, & veniam, cum dolor de peccatis concipitur, inquam rem eleganter dixit Tertul. in Apolog. c. 7. ipſos etiam paganos in anguſtijs ſuis, non ad capitolium, ſed ad cœlũ reſpicere, & ita loqui ſolere, Deus videt, Deo comendo, Deus mihi reddet, & ſubiungit. *O teſtimonium animæ naturaliter chriſtianæ*, & Niſſenus lib. de Fato cap. 36. etiam quoſdam, qui ſtellarum fatum aſſerbant, in precibus ad Deum fuſis, ſperaſſe mutandam fortunã: quod ſi Deus nõ libere ageret, fruſtra inuocaretur ei⁹ auxilium, timeretur ſupplicium, peteretur venia, ſperaretur mutatio; quippe hæc, aut danda, aut neganda neceſſario eſſent: ergo impreſſum à Deo eſt, in cordibus hominum ſe liberum eſſe.

Tertul.

Niſſen.

Verum contra hæc, licet certa obijcitur. Primo, quod tantum probant, Deum determinatè libere amare, atque producere quamcumque creaturam, non vero liberè amare, aut ſe determinare ad producendam aliquam creaturam indeterminatè: quoniam ad libertatem ſufficit, quod in poteſtate diuinæ voluntionis ſit, ſe determinare ad hanc, aut illã creaturam determinatè, licet non ſit ſe determinare ad aliquam indeterminatè, qua ratione dicere ſolemus, Deum ipſum neceſſario eſſe debere in actuali exercitio alicuius actus liberi indeterminatè, licet non in exercitio huius, aut illius determinatè, ne maneat in omni moda ſuſpenſione omnis actus liberi: ergo indifferentia ad hoc, aut illud obiectum determinatè ſufficit ad libertatem perfectam, licet ex alia parte ſit neceſsitas ad amorem alicuius obiecti indeterminatè. Rationes autem, quas propoſuimus, ſolum probant libertatem in Deo: ergo eis non probatur, Deum liberum eſſe in ordine ad creaturas, etiam indeterminate 6

1. Obiectio

Secundo obijcitur, Deus habet inclinationem naturalem ad ſe communicandum creaturis; etenim naturaliter eſt bonus, & bonum eſt diffuſiuum ſui, qua ratione S. Thom ar. 2. probat Deum amare alia à ſe, ſed hęc inclinatio eſt infinita: ergo habet virtutem determinandi ad eam communicationem: probo conſequentiam. Primo, quia quo inclinatio eſt maior, eo magis propendere facit in rem, ad quam eſt inclinatio: ergo inclinatio infinita determinabit. Probo ſecundo, quia bonum infinitum, clare viſum, determinat potentiam indifferentem: ergo inclinatio infinita, ex parte operantis, ipſi intrinſeca, etiam habebit virtutem determinandi. 7

S. Tho.

Confirmo rationem, eſto non determinet; at non ſe communicare eſt contra naturalem inclinationem Dei, ſed non poteſt Deus habere affectum ſuæ voluntatis contrarium naturali inclinationi: ergo nequaquam poteſt ſolus manere nulli ſe creaturæ cõmunicando. Porro naturale eſt Deo ſe perfectiſsimè amare, ergo amare creaturas in gloriam ſuam: probo hanc conſequentiam, quia amor ille, quo, &

Digitized by Google

quo, & ſe amat, & ſimul creaturas, propter ſuam gloriam, perfectior eſt amore ſolo ſui: ergo cum amor perfectiſsimus ſit Deo naturalis, aliquis amor creaturarū neceſſarius eſt.

8 Tertio obijcitur, quoniam conceptus libertatis inuoluit imperfectionem in ratione eſſentiali: ergo libertas neganda eſt Deo. Antecedens probo: primo, quia de ratione libertatis eſt indifferentia potentię ad amandū, & non amandum, aut odio habendum: at in Deo non eſt potentia, aut actus primus, nec in ordine ad ſcientiam, nec in ordine ad volitionem, vt docui diſp. 2. cap. 1. 2. & 3. & diſp. 12. cap. 1. Id quoque præſcribit communis definitio libertatis, nimirum quod eſt potentia ita indifferens, vt poſitis omnibus requiſitis ad amandum, & non amandum; ad odio habendum, & non habendum, poteſt amare, & non amare, odio habere, & non habere, ſed in Deo non eſt potentia indifferens ad hæc, quippe nulla eſt potentia: ergo conceptus libertatis inuoluit imperfectionem repugnantem Deo.

Imperfectiones, quæ videtur implicari in libertate.

1. Potentia.

Secundo probo illud antecedens: quoniam libertas pugnat cum immutabilitate, ſed Deus eſt immutabilis: ergo non eſt liber: probo hanc maiorem, nam actus liber eſt aliquod reale in Deo, eſt namque actus vitalis ipſius, quo re vera viuit, ſed quocūque ſignato actu libero, quem habet, ille abeſſe à Deo potuit, ſi non in tempore, ex ſuppoſitione quod ſemel habuit, ſaltem ex æternitate, pro eo priori rationis, pro quo neceſſario debet eſſe, & intelligi indifferēs ad eum habendum, & non habendum: nam ſi ſecludamus omnē indifferentiam etiam in ordine ad ſigna naturæ, & rationis, circumſcribimus omnem libertatem: ergo Deus in æternitate fuit mutationi obnoxius, ſi liber eſt: ergo libertas cum immutabilitate pugnat.

2. mutabilitas.

Tertio probo, quia hinc etiam fit libertatem pugnare cum diuina ſimplicitate: nam ſi à Deo actus liber vitalis abeſſe potuit ab æterno: ergo licet ipſum habeat ex æternitate, nequaquam idem eſt diuina ſubſtantia: nā omnis bona Methaphyſica docet extrema realia quorū alterum, vel vtrumque ab alio ſeparabile eſt, diſtingui realiter: ergo licet actus creandi libere mundum, nunquam ſit à Deo ſeiungendus, eo quod ſemel habuit, at potuit ſeiungi, cum potuerit non habere voluntatem creandi mundum, imo, & voluntatem non condendi: ergo vtraque harū voluntatum diſtinguitur à Deo. Hac quoq; ratione oſtenditur actus omnes liberos, quibus potuit velle creare pro libito creaturas ex pure poſſibilibus diſtingui à Deo: ergo libertas pugnat cum diuina ſimplicitate.

3. Compoſitio,

4. Limitatio in perfectione.

Quarto probo; primum illud antecedens: quoniam libertas videtur etiam pugnare cum infinitate in perfectione: nam ſi actus liber creatus perfectio eſt, diuinus perfectiſsimus quoque erit, ſed vt probauimus, ſi voluiſſet nullam cōdere creaturam, priuatus eſſet perfectionibus, quas modo habet ex actibus liberis, qui exiſtunt in ipſius voluntate, & modo etiam videtur carere perfectione omniū actuum liberorum efficacium erga creaturas poſſibiles: ergo ſi Deus liber eſt, non eſt vndequaque perfectus; ac ſubinde libertas pugnat cum infinitate in perfectione.

9 Propter hæc creditur, plures ex Philoſophis negaſſe Deo libertatem, vt dixit S. Th. lib. 2. contra Gentes cap. 23. eos autem non duxit nominandos, nominauerūt vero poſtea Ariſt. & Auicenam Ferrar. Sotus, Henricus, & alij. Hinc plus iuſto à Theologis diſputatum eſt, an Ariſt. in eo fuerit errore, nec ne; ego exiſtimo, & erraſſe, & ſibi fuiſſe contrarium; nam ipſe poſuit primo, Deum agentem per intellectum, & voluntatem, vt conſtat ex lib. 1. Met. cap. 2. & ex libro 12. cap. 9. Deinde ponit mundum ab æterno, & non eſſe timendum, ne cœleſtes orbes quieſcant, quia primus motor neceſſario mouet, & non fatigatur: id probat ex eo quod agit ex neceſſitate naturæ; vide 8. Phyſ. cap. 1. & 6. & lib. 12. Methap. textu 30. & 38.

Error, & contradictio Ariſt. in libertate Dei. Ariſt. Auic. Ferr. Sotus. Henr.

Ex alia parte in lib. de Mundo ad Alexand. ſic ſcribit: *Quod in naui gubernator, in curru auriga, in choro præcentor, in ciuitate lex, in exercitu imperator; hoc idem in mūdo eſt Deus: niſi quod illis ipſis principatus laborioſus, perturbatus, & anxius eſt: Deo autem expers omnis mæſtitiæ, laboris, nullamque corpori afferēs imbecillitatem, nam cum in re immobili collocetur, omnia, quæ vult, mouet; arbitratuque ſuo in diuerſis rerum generibus verſat:* ſi verba hæc Ariſt. ſunt, concedit in eis Deo libertatē. Porro lib. 2. Magn. Moral. cap. 8. tribuit Deo diſtributionem bonorum, & malorum ſecundum rationem meritorum; denique Alexand. ex ſententia Ariſt. admonet beneficia à Deo eſſe petenda: ergo ſenſit liberum eſſe; itaque vtrunque docuit, nec nimium curandum, aut de ſententia Ariſt. aut de conciliandis eius aſſertis, propter rei obſcuritatē, in homine lumine fidei priuato, licet præſtātis ingenij.

10 Ex his tribus obiectionibus duæ priores facilem habent ſolutionem, tertia continet omnem difficultatem diuinæ libertatis; in hoc capite ſatisfaciendum duabus; tertia vero ſibi vendicat totam diſputationem: vide cap. 10. 11. &c. Ad primam concedo ad libertatem, vt cunque ſufficere indifferentiam in or-

Reſponſio ad 1. obiectionem.

Digitized by Google

in ordine ad hoc, aut illud obiectum determinatũ, vt bene probatur in obiectione, quē modum libertatis multi ſatis probabiliter concedũt Chriſti D. humanæ voluntati in ordine ad opera præcepta, eum modum dicendi accuratè explicaui tertia parte in quæſt. 19. Nego autem rationes tantum probare eum modũ libertatis; ratio namque a priori, quam formaui numero 4. procedit ex ſcientia Dei, quæ dictat omnes creaturas, tum in particulari, tum in communi libere eſſe amandas, eo quod Deus nec eis indiget in particulari, nec in communi, aut ad ſuum eſſe, aut ad ſuam ſummam fœlicitatem; ſi namque ad hæc creaturis indigeret, ſibi non eſſet ſufficiens, nec Deus eſſet, & licet verum ſit poſita in Deo præintentione gloriæ extrinſecæ, quam ſibi Deus voluit comparare ex creaturis, neceſſariam eſſe electionem producendi aliquam creaturam, quoniam erat mediũ neceſſarium; at nec illa præintentio neceſſaria eſt, ſed libera, quoniã nec minus exiſteret, nec minus fœliciter ſine vlla creatura, quam cum illis, vt fuit per æternitatem à parte ante, priuſquam in tempore vllam ederet creaturã.

Deus liber eſt etiam in ordine ad creaturas in cōmuni.

11 Ad ſecundam obiectionem concedo, Deũ habere infinitam propenſionem ad ſe communicandum creaturis; infinitam dico ex parte Dei, nam ex parte creaturæ non poteſt eſſe communicatio infinita: nego vero eam tollere libertatem, nam eſt inclinatio omnipotentiæ ſecundum virtutem, quam habet producendi, & omnis potentia ordinatur, atque propendet in proprium actum: omnipotentia vero, ſiue diſtinguatur ratione à voluntate, ſiue non, ſiue ratione præſcindente, ſiue non præſcindente, de quo aliquid dixi diſp. 10. cap. 1. num. 8. ex natura ſua, quatenus eſt vis actiua agētis liberi, petit libere inclinari ad producenda obiecta in ordine adquę libera eſt, nec alio modo habet inclinationem niſi mota per voluntatem; quoniã de ſe indifferens eſt ad producendum, & ad non producendum, atque gaudet productione, ſi ad eam moueatur, & non productione, ſi moueatur ad non producendum: quippe nec ex productione aliqua ei accedit perfectio, nec minuitur aliqua ex negatione productionis.

Infinita inclinatio ad ſe communicandum non obſtat libertati diuinæ

Dices, negari non poſſe omnipotentiam ſecundum ſe conſideratam, atque comparatam cum productione creaturæ, & cum negatione productionis, magis propēdere in productionem; quoniam ea eſt actus poſitiuus explicans, atque manifeſtam faciens ſuam virtutem: ergo ante inclinationem liberam, quæ eſt quaſi extrinſeca propenſio, ſuam habet intrinſecam inclinationem infinitam: ergo ab ea determinabitur.

Reſpondeo, concedēdo maiorē hanc inclinationem in productionem, negādo vero determinare; reddo rationem: quia eſt inclinatio ſubordinata libertati diuinæ, quoniam hæc inclinatio menſuranda eſt per communicationis perfectionem; & cum omnis creatura finita ſit ex ſua eſſentia incapax infinitæ communicationis; hinc nequit Deus ab ea inclinatione determinari propter ſubiectionem, quam habet ad libertatem, quæ radicaliter procedit ex limitatione creaturæ. Cum autem communicatio, ſeu productio eſt infinita, vt in diuinis proceſsionibus non eſt ſubiecta libertati: ergo quātumuis magna ſit inclinatio, quia ſemper continetur intra limites liberæ, non poteſt determinare, ſicut habitus, licet in infinitum intenderetur, non determinaret; quippe ordinatur ex natura ſua ad tribuendam facilitatem, & promptitudinē facultati liberæ. Vnde hoc ipſo, quod determinaret non eſſet habitus, quia non eſſet pro facultate libera: ita, licet ea inclinatio omnipotentiæ ſit infinita ex parte ſuæ entitatis, non determinat; quia eſt inclinatio ad operādum liberè.

Ad ſecundam probationem nego conſequentiam: diſcrimen inter rem antecedentis, & conſequentis in eo conſiſtit; quod obiectũ viſionis claræ Dei eſt vndequaque infinitum carens omni malitia, & pellens omnē mœſtitiam, aut tædium ab operatione, propter quã rationem vim habet determinandi; at obiectum omnipotentiæ limitatum eſt, ſcatens multis imperfectionibus; & ideo vim non habet attrahendi omnipotentiam cum dedeterminatione in ſui productionem: vide quæ dixi diſp. 14. cap. 1. num. 4.

Omnipotentia ſub ordinatur libertati Dei.

Ad confirmationem negandum eſt, eſſe cōtra naturalem inclinationem non producere liberè aliquam creaturã: ſicut namq; naturalis inclinatio omnipotentiæ eſt ad producēdum liberè, vt modo explicabam, non ad producēdum, vt cumque, ſiue libere, ſiue non libere, ita non producere, quia liberè determinatur ad non producendum, non eſt contrarium naturali inclinationi: quoniam licet ex ſe magis propendeat in productionem, quam in nō productionem, vt diximus, tamen ea maior propenſio ſemper eſt cum ſubordinatione ad diuinam libertatem. 12

Denique ad vltimam confirmationem, nego conſequentiam: ad probationem reſpondeo attingere difficultatem, an actus liber addat perfectionem ſupra neceſſarium, nam ſi nō addit, tam perfectus eſt actus, quo ſe Deus ſolum neceſſario amat, quam ille, quo ſe ſimul, & creaturas propter ipſum amat. Etenim liber eſt, vt terminatur ad creaturas, vt conſtat

Z ex dictis

Digitized by Google

ex dictis hoc capite, & diſp. 15. numero 1. & in omnium ſententia nõ poteſt addere perfectionem intenſiuam, quæ ſi deeſſet à Deo, aliquid derogaret infinitæ diuinæ perfectioni, vt ex dicendis in diſcurſu erit manifeſtum: vide cap. 10.

Non facile nos expediemus à 3. obiectione, nec breuiter, quid intentatum relictum eſt à mente humana? quis lapis non motus? ne tantæ ſuccumbat prorſus difficultati, prius ergo aliorum dicta referenda, vt ſcopulis conſideratis, in quibus impegerunt, ab eis quantum fieri poteſt, noſtram doctrinam præcaueamus: quia vero antiquiora cogitata iam diu ſatis, ſuperque refutata ſunt, & refutatio quæcunque in hac materia facilis eſt, ea breuius refutabo, contentus ſolida propoſitione grauiorum rationum in cõtrarium: noua autem, quæ nec pauca ſunt, nec contemnenda longius, hanc vero tertiam obiectionem diluo capite 12. ex doctrina cap 10. & 11.

Cap. III. Reiicitur ſententia Thomiſtarum explicans libertatem Dei, per reſpectum rationis.

13 *Sententia de relatione rationis.*

ADEO preſsit Thomiſtas quoſdam ex antiquioribus, & recentioribus tertia illa obiectio propoſita cap. 2. vt non dubitauerint affirmare libertatem Dei, vt comparatur ad creaturas, ſolum afferre reſpectum rationis, nec quidquam aliud addere ad volitionem neceſſariam, per quam ſeipſum diligit; hoc aſſerto, facile occurrunt toti difficultati: quoniam additio entis rationis, nec probat realem potentiam, nec mutabilitatem; nec compoſitionem, nec carentiam realis perfectionis: eam docuere Ferr. primo, lib. contra Gent. cap. 75. & 76. Capreolus in 1. diſtinct. 45. quæſt. 1. artic. 2. Hiſpal. in ea diſtinctione, & art. notab. 2. Zumel art. 2. in tertio vero ſibi videtur aduerſari, dum ait, amorem liberum, vt eſt amor creaturarum, afferre perfectionem. Hanc eãdem ſententiã docuit P. Mol. hic art. 3. diſp. 2. poſt refutatum Caiet. & paſsim. q. 14. Id mirabile eam appellari communem in noſtra Hiſpania, ea fuit horum Thomiſtarum authoritas, dum in ea plus operæ dabatur armis, quam litteris, cum tamen tam ſit aliena ab omni veritate, ac ſolido fundamento, vt iam dico.

Ferr. Capr. Hiſp. Zumel. P. Mol.

14 *Confutatur.* P. Suar. P. Salas. P. Fonſ.

Ipſam vero efficaciter, & copioſe impugnarunt P. Suar. 2. tom. met. diſp. 30. num. 31. P. Salas 12. tract. 3. diſp. 1. ſect. 8. §. 4. P. Fonſ. 3. tom. met. lib. 7. cap. 8. quæſt. 5. ſect. 4. & omnes noſtri Magiſtri in manu ſcriptis. Ego inſurgo vnico diſcurſu, qui totam rei falſitatem manifeſtam reddet; quoniam aut ij Doctores ſibi volunt Deum velle creaturas ſecundum id, quod addit ad amorem neceſſarium ad ipſum terminatum per reſpectum rationis proprie, & formaliter; aut per reſpectum rationis impropriè, & fundamentaliter? neutrum tueri poſſunt: ergo &c. Nõ primum, quia tam abſurdum eſt, vt mihi nũquam perſuadere potuerim, viros graues, & doctos id ſibi voluiſſe, vt verba ſonãt. Primo, quia reſpectus rationis proprius, & formalis fit per fictionem rationis, cum dependentia eſſentiali ab ea, vt creaturæ efficiuntur à Deo cum dependentia eſſentiali ab ipſo: ſed Deus ab æterno independenter ab omni fictione erat amans creaturas, atque fuiſset, ſi nullam creaturam, quæ fingere poſsit reſpectum rationis, condere voluiſset: ergo amor liber creaturarum non addit reſpectum rationis. Dices primo, ab ipſo Deo fingi: ſed contra primo, oſtendi diſp. 8. cap. 1. Deum quidem cognoſcere entia rationis à noſtra mente fabricata, non tamen fingere. Contra ſecundo, finguntur ne à ſcientia Dei, an à volitione neceſsaria? Non à ſcientia, ea quippe æqualiter comprehendit omnes creaturas, & nulla eſt ratio, quare pro his magis, quam pro illis fingat entia rationis, quibus voluntas eas diligat, atque ad producendum determinetur. Porro ſi ipſa eſſet cauſa entis rationis, qui eſt actus liber, & non voluntas, ipſa eſſet facultas libera, ipſa cauſa exiſtentiæ, ipſa creaturas diligere diceretur, & non voluntas. Nec à volitione. Primo quidem, quia munus fingendi entia rationis facultatis intellectiuæ eſt, non appetitiuæ. Secundo, quia hæc relatio rationis aliquod habet ratione noſtra fundamentum, vt omnes aliæ: nullum autem eſt fundamentum, quare volitio neceſſaria, quæ verſatur in amore Dei, & præcedit ratione volitionem liberam, magis determinetur per reſpectum rationis ad has creaturas, quã ad illas: quare enim poti⁹ reſultet illa relatio, quam hæc, cum pro illo priori rationis æqualiter ſe habeat ad omnes? vbi notandum eſt diſcrimẽ inter ſcientiam liberam, & volitionem, quod ad illam præſupponitur exiſtentia obiecti, ſiue præterita, ſiue præſens, ſiue futura: nam ideo cognoſcit eſſe rẽ futurã, aut præſentem

1. Con ſut. Reſpon. Contra 1. *Deus non fingit ens rationis.* *Diſcrimẽ inter ſciẽtiam liberam, & volitionem.*

ſentem, quia ipſa futura, aut præſens eſt, vt oſtendi diſput. 10. de ſcientia Dei capite. 1. in volitione è conuerſo ſe res habet; quippe ideo res exiſtit, quia Deus vult illam exiſtere: ergo non poteſt declarari volitio libera Dei per reſpectum rationis reſultantem; quoniam ad eam reſultantiam nullum præcedit funda mentũ: ſi in Deo eſſet aliquis actus liber præcedens reſpectum, vt eſt in nobis, dici quidem poſſet eum eſſe fundamentũ reſpectus; at tũc volitio libera non cõſiſteret in reſpectu, ſed in actu, qui præceſsit: ergo cũ ſolus actus neceſſa-

15 rius præceſſerit ex æquo ſe habẽs in ordine ad creaturas, ponitur ille reſpectus ſine fundamento.

Contra 3. Contra tertio, eſto fingantur ij reſpectus à quocumque, aut reſultent; quis ſibi perſuadeat per reſpectũ rationis Deum amare omnia, quæ fecit? imo, & feciſſe omnia? quippe voluntas eſt cauſa rerum, vt docet S. Thom. ar. 4. & nos diximus diſp. 10. de ſcientia c. 1. Nos per actus liberos viuimus, perfectiſsimè operamur, De⁹ autẽ nec viuit, nec operari poterit, ſi actus eius liber reſpectus rationis eſt: ergo nulla ratione tueri poſſunt actũ liberum Dei formaliter conſiſtere in reſpectu rationis proprio, & formali, nè venire cogantur in hæc

Reſponſio. abſurda, ſapientius eſt fateri arcanum hoc ſuperare mentis noſtræ vim intelligendi, quã tã

Replica. abſurda affirmare, & defendere.

Reſpondebis, in volitione libera, vt libera eſt, includi neceſſariam, non vt cumque, ſed cũ additione reſpectus rationis, atq; adeò qua parte includit neceſſariam reali amore, amare & producere creaturas. Sed contra primo, ex creatis ad diuina aſcendere debemus, ſunt enim diuinorum vmbræ, & veſtigia; ſed amor liber creatus, nec includit, nec includere poteſt neceſſarium, vt conſtat, nec enim vnus atque idem actus procedens ab vna, eademque cognitione poteſt eſſe liber, & neceſſarius: ergo libertas diuina non poteſt componi ex amore neceſſario, & reſpectu rationis. Contra ſecundo, vel vtrumque intrat in recto, tãquam pars intrinſeca compoſiti actus liberi, vel alterum tantum in recto, & tanquam eſſentiale actui libero: alterum vero in obliquo, & extra eſſentiã actus. Neutrum defendi poteſt: ergo &c. Nõ poſſe defendi primũ, probo primo, quoniã totum illud compoſitum eſſet quid factum, etſi aliquod ex extremis ſit ens verum, vt fictus eſſet homo, cuius anima corpori vniretur per vnionem mente fictam, & relatio rationis Domini, & gubernatoris in Deo abſolute ficta eſt, licet fundetur in reali potentia: ergo incidis in abſurdum, quod vitare volebas hac ſolutione. Probo ſecundo, actus nãque Dei, vt neceſſarius eſt, totus ter-

In volitione libera non poteſt includi neceſſaria volitio.

minatur ad Deum, non ſe porrigit ad creaturas, ſine vlla contingentia eſt, atque ideò in nullo euentu poteſt non eſſe; actus vero ipſius Dei, vt terminatur ad creaturas, totus liber eſt, vt ad ipſas terminatur, totus contingens eſt in ordine ad illas, totus potuit non eſſe, ſi Deus voluiſſet: ergo habent oppoſitas rationes; quomodo igitur actus liber in ſua eſſentia contineat actum neceſſarium, & vt abſurdiſſimum eſſet dicere creaturam in ſua exiſtentia contingentem defectibilẽ, cõtinere Deum in exiſtentia eſſentialiter neceſſarium: ita abſurdum eſt actum liberum, vt ſic continere in ſua eſſentia actum neceſſarium Dei. Hac ratione ſecundum etiam dilematis membrum ex ea parte, qua petit, an actus neceſſarius includatur in libero? non includi probatum manet; ſed tantum connotari in obliquo, tanquam aliquid extra eſſentiam actus liberi: reſtat ergo, vt in ſolo reſpectu rationis ſola eius eſſentia ſita ſit, licet connotet actum neceſſarium, ſicut licet actus noſtri connotent potentiam, eam tamen reſpiciunt, tanquam aliquid extra eſſentiam ipſorum: & tunc reddit totum robur diſcurſus iam inſtructum.

Si propter hæc aſſerant ſecundum dilematis principalis membrum, nimirum ſe non loqui de reſpectu rationis proprio, & formali, ſed de improprio & fundamẽtali: qua ratione ipſos explicui tractatu de ſcientia diſp. 2. cap. 2. illis explicare incumbit, quid nam ſit hoc ens rationis improprium, & fundamentale, an aliud formale ens rationis, an ens reale? non primum propter dicta in alio membro; nec etiam ſecundum, quoniam vel hoc ens reale, quod eſt fundamẽtum, eſt intrinſecum Deo, aut extrinſecum. Si eſt intrinſecum, aut eſt volitio neceſsaria ſola, & hæc non, vt namque dicebam num. 15. ea indifferenter ſe habet ad omnes creaturas, nec eſse poteſt ratio, quare ſit fundamentum potius ad hoc, vt reſultet reſpectus rationis comparatione harum creaturarum, quæ receperunt exiſtentiam, quam comparatione aliarum, quæ nunquam eam recipient; aut aliquid addit reale ad illam, & tunc hoc ens reale ſuper additum erit formaliter actus liber, non reſpectus rationis poſtea reſultans, & incidunt in Caietan. & aliorum opinionem, de qua capite ſequenti erit ſermo: vbi hanc entitatem realem ſuperadditam liberam impugno argumentis formatis iam in tertia obiectione capitis 2. effugiaque præcludo. Si eſt extrinſecum: ergo actus liber Dei formaliter erit extrinſeca denominatio realis proueniens à creatura, vt opinatur P. Vazquez, & alij ſectatores, de qua ſententia diſputo, infra, capite 10 & 11.

16

Actus liber non eſt relatio rationis fundamẽtaliter.

Reſtat igitur defendi nequaquam poſſe actum liberum Dei eſſe reſpectum rationis, aut formaliter, & proprie, aut fundamentaliter, & in propriè.

Cap. IIII. Reijcitur Caietan. & alii ſectatores magis temperati.

17 Caiet. VENIO ad ſententias, quæ ſtatuunt actum liberum Dei eſſe realem rationem in ipſo Deo intrinſece exiſtentem, quæ varijs modis explicata eſt. Et primo Cai. ſentētia, tum in præſenti art. 2. & 3. tum 3. p. q. 1. art. 1. celebris eſt; concedit namque actum liberum, vt condiſtinctum à neceſſario addere rationem intrinſecam, quæ eſt perfectio; nam ut inclinari volūtatem noſtram ad bona aliorum perfectio eſt in nobis; ita inclinari voluntatem diuinā ad bona creaturarū, eſt proportionaliter perfectio diuina: aduertit vero duas eſſe limitationes. Prima, quod hæc perfectio in Deo libera eſt. Secunda, quod eſt independens; concedit præterea hanc perfectionem deeſſe à Deo poſſe, quod non iudicat incommodum, quoniam eſt perfectio libera, quæ eſt conditio diminuens. In art. 3. §. *ad hoc eſt dicendum*, hanc perfectionem actus liberi dicit tantum eſſe extenſiuā, quoniam perfectio intenſiua amoris diuini, ab ipſo Deo deſumitur: cum vero dicit deeſſe à Deo poſſe intelligendus eſt abſolute, quatenus ex æternitate potuit non eſſe volitio creādi mundum, non tamē ex ſuppoſitione, quod ipſum ſemel condere deberet; nam hoc pugnat cum perfecta immutabilitate. Animaduertunt aliqui, vt temperent Caiet. ſententiā, licet perfectio illa extenſiua, ſeu libera, qua modo vult creare mundum, abſuiſſet, non ideo fore Deum minus perfectum perfectione libera, aut extenſiua, quoniam vice illius ſuccederet alia perfectio libera, & extenſiua æquiualens priori, nimirum nolitio creandi mundum, id etiam applicari debet, & poteſt volitionibus liberis, cuiuſuis creaturæ in particulari, nam haberent, ſi noluiſset eas exiſtere, nolitiones æquiualētes in Deo.

18 P. Fonſ. P. Fonſeca 3. tom. meth. lib. 7. cap. 8. quæſt. 5. ſect. 3. impugnat hanc ſententiam, eam appellans audaciorē, & parum tutam: at ſect. 4. multum accedit ad Caiet. cōcedens actus liberos Dei eſſe quaſdam extenſiones in ipſo exiſtentes condiſtinctas ab obiectis extrinſecis creatis, act⁹ neceſsarij, quas etiā nominat terminationes ad varia obiecta virtute diſtinctas ex obiectorum diſtinctione, & licet neget eſse perfectiones aliqua ratione, vt diſcedat à Caiet. ſaltem in nomine: at in re concordat: primo, quia admittit eſse entitates reales, condiſtinguit enim à reſpectibus rationis, & ab extrinſeca denominatione. Secundo, ait abeſſe potuiſſe; quippe quæ liberæ ſunt: ergo admittit Fonſ. exiſtere modo in Deo entitatem realē increatam, quæ modo identicè Deus eſt, quæ tamē potuerit non exiſtere, & indifferens fuerit ad exiſtendum, & non exiſtendum. Quod autem ait non eſſe perfectionem, quia libera eſt, non tantū in re concordat cum Cai. verū rē affirmat mihi difficiliorē. Cai. enim dicit eſſe perfectionem liberam: Fonſ. eſſe entitatē realem liberā, non ne omnis entitas, cui in ſua ratione, atq; eſſentia nihil deeſt, perfecta quoque eſt: ego oppoſitum nunquam intelligere potui, & ſatis preſſe tracto in materia de Tr. ergo cū illi reali extenſioni diuinæ ad obiecta creata nihil ad perfectam naturam liberæ extenſionis deſit, perfectio erit ſaltem extēſiua, vt dixit Caiet. Non ne actus noſtri liberi in ratione liberi ſuāquoque perfectionē habēt, licet admixtam pluribus imperfectionibus? quare ergo actus liber Dei ſuam non habeat perfectionem defæcatam omni imperfectione: & quare precor actus noſtri liberi, & cæteræ quæcūque res perfectæ ſunt in ſua ſpecie, aut genere, niſi quia nihil eis deeſt ſuæ integritatis, atque naturæ: ergo quis neget perfectiſsimam eſſe illam diuinam extenſionem, cum nihil in ea deſideretur in ratione extenſionis diuinæ liberæ: ergo Fonſ. venit in omne, quod difficile eſt in ſententia Caiet. & addit rem difficiliorem, vt vrgeo num. ſequēti. In re Fonſeca conſentit Cai.

19 Dices, Caiet. poſuiſſe diſtinctionem ex natura rei, ſeu ante operationem intellectus inter actum neceſſarium, & actum liberum: Fonſecam autem ſolam rationis diſtinctionē, ſed ego attente legi Caietan. & in eo non aduerti hanc diſtinctionem: & licet contra vtrumque formetur ratio, efficax ad probandā diſtinctionem pluſquam rationis, nimirum quando duo extrema realia ſunt, vt ſunt actus liber, & neceſſarius, & ille ab hoc ſeparatur, ex ſeparatione reali inferri realem diſtinctionem inter illa extrema: at aliud eſt inferri diſtinctionem realem ex ſententia Caietan. tanquam abſurdum, quod impingimus ipſius ſententiæ; aliud ab eo affirmari. Quod vero contra Fonſ. vrgeat etiam ratio, conſtat, quia etiā in ſententia Fonſ. ſunt duo extrema realia, & alterum ſeparatur, & vt vnū non dicere perfectionem non tollit eſſe realem entitatē; ita nec Caiet. non ponit diſtinctionē realem inter actum neceſſariū & liberū.

P. Salas.

ita nec eſſe extremum reale. Porro P. Salas ſupra §. 7. Fonſecam plane ſequitur; imo, & poſt aggregatos plures authores §. 6. ad ſententiam Fonſecæ P. Suar. trahere conatur; licet vero in eo conſentiat cum his authoribus, quod actum liberum intrinſecum Deo, atque prædicatum reale ipſius eſſe dicat: at non habet illam extenſionem realem comparatione obiectorũ creatorum, ſed tantum conſiderat nouum quendam effectũ formalem, quem tribuit Deo dependenter ab extrinſeco connotato, vt dico cap. 5. vbi tracto ſententiam P. Suar. An autem Authores, quos congerit P. Sal. ſupra Fonſecæ, atq; ſuæ ſententiæ aggregandi ſint, nõ duco dignũ rigoroſo examine, quia plures eorũ modicę ſunt authoritatis, & inutile foret tempus inſumptũ in eorũ mẽte perſcrutanda, & quia alios bonæ notæ pro noſtra ſententia, quam ſubijcio cap. 10. facere oſtendo.

P. Suar. non eſt in ſententia Fonſecæ.

20

P. Mol. P. Suar. P. Vazq. P. Arrub. Ferr. Altiſiod. Alens.

Secunda ergo hæc ſentẽtia Caiet. Fonſecæ, & Salas impugnatur, bene à P. Mol. art. 2. in 2. diſ. 2. copioſius à P. Suar. 2. tom. met. diſ. 30. ſect. 7. num. 11. & ſequentibus, vſque ad num. 28. & à P. Vazq. hic ar. 3. diſp. 86. c. 1. & à P. Petro Arrubal in hoc art. 3. diſp. 54. cap. 2. ij ſunt precipui ex noſtris, ex alienis Ferr. lib. 1. contra Gent. cap. 75. & in vniuerſum actum liberum Dei non poſſe eſſe rationem ſibi intrinſecam docuerunt antiqui Altiſiodor. lib. 1. ſum. cap. 12. Alenſis 1. p. q. 35. memb. 2. Aureol. in 1. diſp. 47. art. 1. quos magis cõmemorabo cap. 10. vbi tracto eorum ſententiam: accedunt deniq; commẽtatores S. Th. ex ipſius familia: quia vero contra Caietan. & ſectatores magis temperatos ſatis, ſuperq; actum eſt à Doctoribus numeratis, ne actum agamus, rei difficultatem breuiter, pariter, & vrgenter ita propono. Conſiderans volitionem neceſſariam diuinã, vt præcedit natura, & ratione actum liberum, qui per doctores, cõtra quos diſputamus, eſt entitas ſiue perfectio condiſtincta ab entitate actus neceſſarij ex vna parte, re, aut ratione ab ipſa diſtincta, & ex alia condiſtincta ab omni obiecto creato extrinſeco; ita quod, nec actus neceſſarius, nec obiectum extrinſecum cõſtituãt intrinſecè, & eſſentialiter propriã rationem eius entitatis, ſiue perfectionis extẽſiuæ, quam dicũt eſſe actum liberum. Modo interrogo primo hos authores, cũ pro poſteriori naturæ, & rationis accedit actui neceſſario ea entitas libera, per quam Deus vult creare, & creat mundum quanta diſtinctione diſtinguatur ab actu neceſſario ſiue à Deo? reali, ſiue ex natura rei ante operatiõnẽ intellectus? an ſolũ virtuali diſtinctione, & rationis? contra primũ plura militant, quæ leuiter attingere ſufficiet.

Non diſtingui actum liberum à neceſſario diſtinctione præcedente operationem intellect'.

Primo enim derogatur diuinæ ſimplicitati, inuehitur in Deo compoſitio; quippe mens non capit, duas res diſtinctas venirę in vnitatem ſine aliqua vnione, & compoſitione; erit ergo in Deo vnitum, & compoſitum. Secundo, volitio illa libera diſtincta ante operationem intellectus à neceſſaria, eſt ne res, vel modus rei? ſi res, ergo compoſitio realis, inter rẽ, & rem realiter diſtincta in Deo: ſi modus, ergo eſt formaliter in Deo modalis res ex propria natura eſſentialiſsime imperfecta: quippe, quæ ad exiſtendum indiget affixione in aliud. Rurſus ſi non eſt in Deo entitas incompleta formaliter, qualia ſunt materia, & forma propter incompletionis imperfectionem, nec etiam erit entitas modalis diſtincta modaliter à ſubſtantia. Demum, licet in Deo alias non implicaret modalis entitas; qua ratione dici poteſt actum liberum, per quem producit omnia, per quem amicitias init cum Angelis, cum hominibus, per quem eſt iuſtus, liberalis, miſericors, eſſe modalem entitatem? Tertio, ſi accedit volitioni neceſſariæ, vt entitas, ſiue formalitas diſtincta, vel accedit vt forma informãs illam, vel vt pars integrans admodum compoſitionis continuatiuę. Si primum, admittis compoſitionem, aut ex materia, aut ex ſubiecto ex forma. Si ſecundum cõpoſitionẽ integrantẽ; vtrũque æque abſurdũ eſt: ergo &c. Quarto, ea formalitas diſtincta à natura Dei habebit ſanè aliquod principium ſui productiuum, nam diuinis rationibus non repugnat eſse ab alio productas, vt conſtat in Filio, & Spiritu Sancto; imo ſolus Pater, qui eſt prior origine cæteris perſonis eſt improductus; cætera vero, quæ ab ipſo ante operationem intellectus diſtinguuntur, producta ſunt: ergo etiam hæc formalitas actus liberi producta erit; quippe ponitur diſtincta, nec enim aliqua ſuppetit ratio, quare omnia alia, quæ in diuinis à prima perſona diſtinguuntur, producta ſint, & non hæc. Quod ſi producta eſt, euidenti conſecutione infertur eſse creaturam, atque formalitatem creatam, vt diſtinguitur à diuina: nam Arriani, vt negarent filio diuinitatem, aſserebant ipſum fuiſse productum à voluntate liberè, cum indifferentia ad exiſtendum, & non exiſtendum; ex hoc autem inferebant eſse creaturam. P P. autem, & Concilia exiſtimarunt conſecutionem neceſsariam eſse, ideo antecedens negandum arbitrati ſunt, atque decreuerunt proceſsionem filij liberam non eſse, ſed neceſsariam lege Concil. Toletan. 11. tom. 3. Concil. in profeſsione fidei: vbi varijs modis explicatur, vt Pater neceſsario, & ex æternitate eſt Pater; ita habere filium neceſsario, & ex æternitate,

Digitized by Google

ſibi æqualem de ipſius ſubſtantia, & S. T. 1. p. Quæ. 41. art. 1. & Aug. 15. de Ciuit. cap. 10. atqui ea formalitas ſi producta eſt, liberè producta eſt; ita vt potuerit non produci, atque non habere exiſtentiam, nam alias non eſſet actus liber: ergo non eſt diuina, & increata formalitas, ſed limitata, & creata; cõſequentia ſolida eſt ſecundum mẽtem Patrum, quos retuli. Quatuor hæ rationes ſatis, ſuperque demonſtrant actum Dei liberum non eſſe rationem realem, ſeu formalitatem à neceſſario diſtinctam diſtinctione præcedente operationem intellectus.

21 *Non diſtingui diſtinctione rationis.* Formemus modo alias contra ſecundum membrum, nimirum diſtingui ſola ratione. Primo, id probo ex dictis num. 20. nam cõſtat actum neceſſariũ habere à ſe exiſtentiam neceſſariam, actum liberum non neceſſariam; imo, quæ reuera poſſet non exiſtere, & aliam formalitatem exiſtere loco eius, quæ tamen modo non exiſtit; vt ſi voluiſſet creare alium orbem, & non voluiſſet creare hunc, exiſteret ſane formalitas libera, per quam voluiſſet, & crearet alium orbem, & non exiſteret formalitas libera, per quam voluit, & creauit hunc: ergo repugnat eſſe vnam rem à parte rei ſimpliciſsimam, actum neceſſarium, & liberum. Probo hanc conſequentiam: quia, quæ ſunt ſeparabilia realiter nõ poſſunt eſſe idem realiter, ſed entitas realis neceſſaria, & entitas realis non neceſſaria ſunt realiter ſeparabilia: ergo non poſſunt eſſe idem realiter. Maior eſt euidens lumine naturæ; quoniam licet ex inſeparabilitate non colligatur indiſtinctio realis, ex ſeparabilitate tamen euidenter colligitur diſtinctio realis; nam ſi extrema, de quibus eſt quæſtio, an diſtinguantur realiter, an non, realia extrema ſunt, & vnum exiſtit, non alterum; vnum eſt abſolute ens reale, aliud non ens reale; ens autem, & non ens non poſſunt eſſe idem realiter: alioquin idẽ eſſet, & non eſset ſimul: contra primum Methaphiſicæ principiũ, quod libet eſt vel nõ.

Exemplo ex diuinis relationibus. Secũdo id probo exemplo deducto ex diuinis relationibus: quoniam licet Paternitas diſtinguatur in Patre à natura diuina ſolum virtute, & ratione: at vero, ſi in aliquo caſu Paternitas poſset non exiſtere, nec eſset ens tam neceſsarium in exiſtentia, quam natura diuina, proculdubio ex hoc præſciſe identitas realis cum natura Dei deſtrueretur; ſi namque de facto Paternitas non exiſteret, vt poſset illa eſset per ſeipſam ens poſsibile, natura diuina per ſe ipſam eſsentialiter exiſtens, ſignatis autem duabus realibus formalitatibus, quarum altera eſt neceſsario, & eſsentialiter exiſtens: altera contingenter exiſtens, & non exiſtens, & de facto non exiſtens, repugnat in terminis quod ſint vna entitas ſimplex realiter, vt ipſum lumen naturæ intuetur: ergo pariter comparatione facta inter actum neceſſarium, & liberum, ſi ponitur actum liberum addere aliquam entitatem intrinſecam ad neceſſarium, debet poni pluſquam ratione eſſe diſtinctam, quandoquidem extenſio illa libera realis ſeparabilis eſt realiter ab actu neceſſario.

Alia ex rebus creatis. Tertio, id etiam declaro in creatis, ſi rationale ſeparabile eſt ab animali realiter, eo modo, quo ſeparabilis eſt extenſio libera ab actu neceſſario, proculdubio pluſquam ratione diſtinguerentur: nam ſicut, quia logicè, & per rationem ſeparantur, & animal eſt ſine rationali, logicè, & per rationem diſtinguntur; ita ſi rationale, quod eſt in homine ſepararetur realiter ab animali, quod eſt in eodẽ, realiter diſtingueretur; ita prorſus in noſtra re. Nec quidquam refert, ſi dicat ex creatis nõ ſumi conſequentiam ad diuina; quoniam donec ex ratione diuinitatis, aut infinitatis depromas differentiam, conſecutio nobis eſſe debet conſtans; quippe qui increata ex creatis venamur, & ex his ad illa inuiſibilia gradum facere debemus; vbi manifeſtum diſcrimen, atque inconueniẽs non obijcitur: maxime in hac re, in qua Methaphyſici omnes euidenti conſecutione ſibi videntur colligere realem diſtinctionem ex ſeparatione, non autem ex ſeparatione creaturarum, aut increatarum rerum: eſſe namq; creatas, aut increatas parum, ſeu nihil refert ad diſtinctionem, ſeu indiſtinctionem, ſi ſemel admittit in re ſeparabiles eſſe: ergo cũ additione realis formalitatis ad actũ neceſſariũ nõ ſtat in actu hoc libero ſola additio, aut diſtinctio rationis: atqui vt in primo membro oſtendi diſtinctio ante operationem intellectus non poteſt admitti: ergo ex ea prima interrogatione falſitatis conuincitur hæc ſententia: adijciamus alias breuius, quoniã ex prima bene diſcuſſa, aliæ quoque vrgeri poterunt.

22 *Aliud argumentũ.* Secundo ergo interrogo, an illa extenſio realis per quam Deus vult eſſe, & creat mundum pro eo poſteriori rationis, pro quo intelligitur iam exiſtere, ſit re ipſa Deus, vel non? hoc ſecundum dici non poteſt; quia Ber. ſemon. 80. ſuper Cantica cum Epiſcopis cõgregatis in Concilio Rehemẽſi damnarunt affirmantes eſſe in Deo ab æternitate aliquam rationem realem, ſiue relatiuam, ſiue nõ relatiuam, quæ non ſit Deus: acta huius Concilij referuntur à P. Vazq. 1. p. diſp. 120. cap. 2. *Bern. Conc. Rem.* Deinde, quia per hanc ſententiam ea formalitas in re non diſtinguitur à natura diuina: ergo in re eſt Deus, ſicut Paternitas, quia non diſtinguitur realiter in re eſt Pater, & Deus ſaltem identicè. Dicendum ergo primum, nimirum

Digitized by Google

rum eſſe Deum, & cum ex aliâ parte, ea forma litas, per quam Deus vult creare mundum, potuerit non exiſtere, pro eo priori rationis indifferentiæ ante determinationem, id, quod in re eſt Deus, & eſt ens a ſe, & eſt eſſentialiter, exiſtens, potuit manere ſine exiſtentia ſub ſola poſsibilitate, in ſtatu non entis actualis. Hæc autem abſurdiſsima eſſe quis non videat?

23 *P. Fonſ. Solutio Fōſecæ.* P. Fonſ. ſupra ſect. 5. preſſus hoc argumento reſpondet ex Alenſi 1. p. q. 34. memb. 2. concedendo eam formalitatem eſſe à parte rei Deū ipſum, negat verò conſequentiam, nimirum, Deum poſſe non exiſtere: quiâ nimirum in hac conſequentia eſt vitium figuræ dictionis, quippe fit tranſitus ex vno prædicamento ad aliud, quia Deus ex modo ſignificandi ſignificat ſubſtantiam: extendi autem voluntatem Dei ad hoc, aut ad illud, ſignificat actionē exercitam. Addit autem, ſi extēſio ſumatur abſtractè, & dicatur Deum poſſe nō eſſe id, quod eſt extenſio voluntatis ſuæ, quià extenſio abſtractè ſignificat, & actionem per modum per ſe ſtantis, non per modum adiacentis, & exercitam, negandum abſolutè eſſe, fieri potuiſſe, vt non ſit Deus, id quod eſt extenſio, licet potuerit concretè, & per modum actionis exercitæ non ſe extendere ad has, aut illas creaturas. Quo fiet negandam eſſe eam noſtram conſequentiam, *id quod in re eſt Deus manere potuiſſe ſub ſtatu poſsibilitatis*, quia per hunc modum ſignificandi importatur ſubſtantia.

Impugnatio. Verum hæc verba tantum eſſe videntur Ratio namque formata non procedit in ſua efficacia ex modo ſignificandi, ſed ex re ſignificata, ex qua ſola conuincit intentum hoc modo. Deus, vt fatetur Fonſ. potuit concretè, & per modum actionis exercitæ non ſe extendere ad has, aut illas creaturas, ſi non ſe extenderet, vt poſſet, defuiſset ne ab eo aliquid reale, quomodocunque illud ſignificetur, aut per modum actionis exercitæ, aut per modum per ſe ſtantis? ſi dicas defecturum, quia per reale intrinſecum ſe extendit ad creaturas in tua ſententia, totum argumenti robur locum ſuum habet; nā vel in re erat Deus illa extenſio ſignificata per modum actus exercitæ intrinſeca Deo: vel nō? ſi primum ergo id, quod in re eſt Deus, & cum ipſo vna res licet ſignificandum ſit per modū actionis exercitæ, potuit non exiſtere, & alia quæ intulimus. Si ſecundum, ergo aliqua formalitas eſt Deo intrinſeca ex æternitate, & idem cum ipſo, quod non eſt Deus; contra Rehemēſe Concilium allegatum nu. 22. Præterea aut ea formalitas quomodocumque ſignificetur, quæ per te additur ratione noſtrâ ad actum neceſſarium eſt finita, vel infinita? creata, vel increata? Si infinita, & increata; ergo Deus. Si creata, & finita; ergo creatura eſt ab æterno, idemque cum Deo, quod eſt abſurdiſſimum. Nihil ergo obſtante hac Fonſ. fuga ſecunda interrogatione ſententia Fonſ. efficaciter exploditur.

Tertio interrogo, an ea extenſio libera ad creaturas, ſignificata per modum actionis, exercitæ ſit in ſe perfectio diuina, vel non? Si primum, ergo deeſſe poteſt à Deo formalitas realis, quæ in ſe intrinſecè perfectio eſt, ex hoc autē immediatè fit in Deo eſſe poſſe, imò & eſſe priuationem perfectionis: quippe de facto nō ſunt plures actus liberi, qui eſſe poſſent erga creaturas, quæ in æternum manebunt in ſtatu purè poſsibilitatis. Hoc autem verè pugnat cum infinitate in omni perfectionis genere: vt etiam ſupra tetigi num. 18. Si ſecundum iam dixi ſupra eodem numero rem eſſe meum captum ſuperantem, nimirum quod ſit formalitas realis in rerum natura, cui nihil deſit ad ſuum eſſe, & quod ea in eâ ratione, in quâ abſoluta eſt in ſuo modo eſſendi, non afferat etiam eo modo, quo eſt, ſuam perfectionem; alias paratur via ad defendendum de quocumque ente in particulari abſoluto in ſuo genere non dicere perfectionem; propter propriam ſpecialem rationem: id quod, me iudice, ideò non capit mens, quia pugnat cum ipſo lumine naturali. Duo vero in noſtrâ re ſpecialem ingerunt difficultatem. Primum, quod actus ille liber diuinus ſignificatus abſtractè, & per modū per ſe ſtantis adducat, entitatem, atque perfectionem ſummam, vt Fonſeca fatetur ſect. illa 5 littera F. eundem verò ſignificatum concretè, & per modum actionis exercitæ nullam afferat perfectionem. Quoniam eſſe perfectionem, aut non eſſe competit rei in ſe propter integritatem ſuam, non autem propter modum ſignificandi, & intelligendi noſtrum: quippe modus ſignificandi noſter rei extrinſecus eſt, perfectio verò, ſiue non perfectio intrinſeca eſt, ergo vel res abſtracte concepta nihil habet perfectionis, vel ſi habet, eam habet concepta, & ſignificata concretè. Ad idem, illa extenſio libera intrinſeca Deo condiſtincta realiter ab obiecto extrinſeco, & ratione ab actu neceſſario eadem ſemper eſt in ſe, ſiue hoc modo, ſiue illo conſideretur, & ſignificetur â nobis: ſicut rationale, vt ratione diſtinctum ab animali, & realitèr ab actibus ratiocinationis, quorum principium eſt, idem eſt in ſe, vel perfectum, vel imperfectum, ſiuè â nobis abſtractè, ſiue concrete ſignificetur, quiſnanque capiat eamdem formaliſsimam rationem eſſe, & non eſſe perfectionem, ex eo, quod hoc, aut illo modo ſignificetur; ergo eam extenſionem realem liberam, vt ſic, perfectionem eſſe Dei, ſi ei intrinſeca eſt, negari non debet, & tunc incidit Fonſeca in primum membrum, quod

24 *Actus liber ſi Deo intrinſec. eſt, eſt perfectio.*

25

ipſe quoque negat propter abſurdum illatum.

Secundo, quod Deus propter illam realem liberam extenſionem omnes habeat virtutes morales iuſtitiæ, miſericordiæ, liberalitatis, munificentiæ, & propter eandem ineat amicitias cum Angelis Sanctis, & cum hominibus: quin in eo eſſe amicum, eſſe iuſtum, miſericordem, atque liberalem vlla perfectio ſit. Hoc vero quis ſibi perſuadeat? idcircò ſi actus liber intrinſecus Deo eſt, & ratione diſtinctus à neceſſario, non poteſt non infinite perfectus eſſe. Cætera, quæ contra hanc ſententiam poſſum adijcere, lubens omitto, quoniam his ſatis, ſuperque euertitur.

Cap. V. Diſcuſſio, & refutatio ſententiæ P. Suarij, & ſectatorum.

26 *P. Suarez. Sententia P. Suar.* PATER Fran. Suarius, 2. tom. met. diſp. 30. ſect. 9. num. 35. aliã ingreditur viam, & niſi fallor, in ea dignius de Deo cenſet, nam licet concordet cum opinantibus cap. ſuperioris, in eo, quod actus liber Dei eſt realis actus ſuæ voluntatis, ipſique Deo intrinſecus, diſcedit vero ab eis in illa additione entitatis etiã virtualiter, ſeu ratione diſtincta ab actu neceſſario, ſed ait, ipſum ſimpliciſsimum actum eſſe neceſſarium, vt comparatur ad Deum eſſe liberum, vt ad creaturas, eodemque ſe diligere propter ſe vt finem, creaturas propter Deũ vt media, ſine aliqua additione, nec per rationem, quia autem libertas Dei, non eſt potentiæ, ſed actus, hinc eſt quod cum nulla additio fiat, cum creaturas libere amat, potuerit etiã ſine diminutione entitatis non eas amare, nec Deum conſtituere volentem illas creaturas: quoniam actus ille diuinus non tribuit neceſſario adæquatum quaſi effectum formalem Deo, ſed cum dependentia ab aliqua connotatione creaturæ extrinſecæ, hoc vero licet a nobis non intelligatur, tribuere debemus actui libero diuino ratione infinitatis, atque eminentiæ in modo libertatis, tametſi vero omnis forma creata neceſſario tribuat adæquatum effectum formalem ſubiecto proportionato, vt cernere eſt in actu libero noſtro in voluntate exiſtente, hoc vero propter eminentiam diuinæ libertatis, quę non eſt in ordine ad actum nec ſpeciem ſummit ab obiectis, nec ad ea ordinatur, ſed abſolutiſsime ea reſpicit, deuorandum nobis eſt, in quo huius myſterij arcanum ſitum eſt. Quo deuorato, difficultates tactæ cap. 2. de imperfectione potentiæ, mutabilitatis, compoſitionis, &c. ſuperari videntur

P. Valen. hanc etiam ſequitur P. Val. in præſenti q. 19. puncto. 3. & 4.

27 *Sequũtur recentiores.* Magiſtri quidam recentiores, qui acceſſerunt, vt huic ſententiæ lucem adferant, dicunt eſſe poſſe contingentiam in prædicato intrinſeco alicuius rei, ſine vlla contingentia in entitate rei, aut phyſica mutatione; hoc autem poſito facile explicant, qua ratione prædicatum intrinſecum volentis creare mundum Deo poſſit competere contingenter, & nihilominus, ſi condere mundum noluiſſet, nihil de diuina entitate deſideraretur, nulla in ipſo eueniret phyſica mutatio. Illud autem ponendum eſſe oſtendunt varijs exemplis probabiliter admiſſis ab authoribus, nec parum videri debet in probabili ſententia, licet difficili, myſterium actuum liberorum cum probabilitate tueri. Primum exemplum eſt in opinione non diſtinguente relationem prædicamentalem a fundamento realiter, in ea nanque prædicatum Patris reale eſt, & ipſi intrinſecum, ita vt hæc prædicatio, *Petrus eſt pater*, filio exiſtente importet aliquid Petro intrinſecum, mortuo vero filio, non eſt vera ea prædicatio, non quia Petrus pater diminutus fuerit in aliqua reali entitate, ſed quod illud prædicatũ intrinſecũ cõpetebat dependenter ab exiſtentia filij. Quod ſi hæc opinio probabilis eſt, ea ſola defenduntur actus liberi diuini, nimirum manente eadẽ entitate in Deo denominari volentem cum connotat creaturam cum aliquo ſpeciali ordine ad exiſtentiam, non denominari cum non connotat. *1. Exemplũ Illuſtratur exemplis varijs* Secundum eſt in opinione, quæ duo affirmat. Primum, veritatem mentalem eſſe actui intrinſecam. Secundum. Nõ eſſe relationẽ, aut modum a ſubſtantia actus diſtinctum, nihilominus tuentur non improbabiliter eandem mentalem propoſitionem poſſe mutari de vera in falſam: non quod veritas non ſit actui intrinſeca, ſed quod actus verus connotat obiectum ita ſe habens, & licet entitas actus non mutetur, non competit ei eſſe verum in exercicio, quod tamen eſt prædicatum intrinſecũ. Tertium eſt huic affine in bonitate, & malitia actuum voluntatis, quæ cum ſit eis intrinſeca, nec diſtincta à ſubſtantia: modo idem actus eſt bonus, cum connotat legem, cui eſt conformis: modo malus, cum connotat legem, cui eſt diſformis. Quartum eſt in duratione rei permanentis, quæ cum intrinſeca rej ſit, atque indiſtincta ab exiſtentia pluſquam ratione, magis, aut minus durare, ſeu durare hodie, aut cras, eſt prædicatum intrinſecum, quod per ſolam connota-

Digitized by Google

connotationem temporis extrinſeci, aut veri, aut imaginarij variatur, nihil mutata rei entitate. Quintum in omnipotentia Dei, de qua duplex eſt ſententia. Prima affirmat ipſam eum habere ordinem tranſcendentalem ad creaturas, qui ſufficiat ad probandum defectum alicuius perfectionis in omnipotentia, ſi per impoſsibile aliquæ, vel aliqua ex creaturis poſsibiles non eſſent. Secunda abſoluit omnipotentiam ab omni ordine tranſcendentali, atque aſſeuerat eandem perſeueraturam entitatem, atque perfectionem in omnipotentia, licet omnes creaturæ poſsibiles non eſſent, nihilominus hoc prædicatum intrinſecum potentis producere creaturas Deo non competeret, ecce ergo adeſt, & abeſt prædicatum intrinſecum ratione connotati extrinſeci, abſque mutatione entitatis omnipotentiæ, in hac ſententia, quam hodie plures recipiunt, & defendunt. Denique in potentia obedientiali tam actiua, quam paſſiua ſimilis formatur inſtantia, quoniam vtraque potentia eſt intrinſeca, & indiſtincta, nec habet ordinem tranſcendentalem ad effectum ſupernaturalem, connotat vero ex parte Dei, ſeu formæ potentiam coagendi, ſeu informandi, ſuperiorem & eleuantem ita vt ſublata cõnotatione nequeat dici creatura potens obedientialiter, poſita autem dicatur. Pari ergo modo poſſumus Theologizari in actu libero

28 Dei, vt iam induxi in primo exemplo.

Impugnatio ſententiæ recentiorũ, qui acceſſerũt ad P.Sua. Ab ipſo diſcedunt

Non poſſum negare ſententiam P. Suar. magis ad veritatem accedere, imo nullam ex ſententijs hucuſque ex cogitatis, ei æqualem eſſe, exempla item, quæ a recentioribus congeruntur, ad rem aduci, ipſi vero non nihil diſceſſerunt a P.Suar. etſi arbitrentur ipſiſsimam Suarij mentem retinere. Diſcrimen autem conſiſtit in hoc, quod ipſi concedunt ex parte actus neceſſarij, vt ratione præcedit liberum potentiam ratione præſuppoſitam ad habendum, vel non habendum prædicatum intrinſecum; licet dependenter ab extrinſeco connotato, non ita tamen, quod prædicatum intrinſecum ſit in recto extrinſecum connotatum, ſed quid ab eo diſtinctum, quoniam alias nec illud vocarent intrinſecum, nec ab Aureolo, & a Pat. Vazq. & alijs, qui explicant actus liberos per extrinſecos effectus diſcreparent, quorum tamen ſententiam acriter impugnant, de qua nos infra cap. 10. & 11. Nec denique exempla ad rem adferrent, in quibus prædicatum illud quod dicunt eſſe intrinſecum diſtinctum eſt à connotatis extrinſecis. In hoc porro & diſcedunt a P.Suar. qui omnem reſpuit potentiam in libertate Dei, & acceſſerunt inopinate Caiet. Fonſecæ, & P.Salas, quos impugnaui cap. 4. Nam quod Caiet. perfectionem liberam, ſeu extenſiuam, quod Fonſ. & Salas realem appellant extenſionem ad obiecta creata, ij nominant prædicatum intrinſecum nouo nomine contenti, vt aliquid videantur dicere cum in diſputationibus vrgentur, rem vero totam ſine luce, ſine intelligentia latentem ſub nominis cortice prætermittunt, horum autem hominum ingenia, & placita non amo. Demum rem docent ſe ſe implicantem. Hoc ſic oſtendo. Prædicatum hoc intrinſecum eſt intrinſece in re, de qua prædicatur, ſed non eſt reſpectus rationis proprius, & fictus; ergo eſt ens reale in ipſo, ſiue dependeat ab extrinſeco connotato in prædicari, ſiue non. Nam aliud eſt inueſtigare à quo dependeat, aliud quid ſit, argumento autem formato ſolum intendimus, vt explicent quid ſit, an ne obiecto ipſi extrinſecũ, an intrinſecũ, ante omnẽ intellectus fictionẽ nõ negant hoc ſecundũ, ergo eſt ens reale, hoc quod tu nominas prædicatum intrinſecum, foret etenim hoc mirabilius, quod eſſet aliquid intrinſecum obiecto, & quod nec eſſet ens rationis, nec ens reale, quod ſi non eſt ens rationis, ens reale erit; ergo cum concedis potentiam ad habendum, & non habendum prædicatum intrinſecum, concedis in Deo potentiam ad habendam, & non habendam entitatẽ realem, implicas ergo, cum, ais, eſſe contingentiam in prædicato intrinſeco, & non eſſe in entitate reali. Porro contra te inſurgunt omnes interrogationes cap. 4. An hoc prædicatum intrinſecum, quod eſt contingens, & quod entitatem realem eſſe oſtendimus, ſit diſtinctum a prædicatis intrinſecis Dei non contingentibus ante operationem intellectus, an non? & an in Deo ſit Deus, vel non? & an ſit perfectio, vel non? & quæ diximus contra quodcunque dilematis membrum, te premunt, & proculdubio ſuo pondere ſupprimunt.

Labuntur in Cai. & Fonſ.

Rurſus, quando, ais, prædicatum illud intrinſecum pendere ab extrinſeco connotato, vel, ais, pendere, vt reuera ſit in Deo, vel tantum vt prædicetur de Deo. Exempli gratia, voluntas condendi mundum prædicatum intrinſecum Dei eſt pendens ab extrinſeco connotato, aut pendet, vt ſit, aut non pendet, vt ſit in Deo? ſed vt prædicetur ab aliquo. Si primum, ergo prædicatum intrinſecum, quod eſt ens reale in Deo, pendet à creatura in ſuo eſſe, quod abſurdum eſt. Si ſecundum, ergo nec pendere poteſt, vt prædicetur, omne enim, quod eſt in ſe, & independens in eſſe poteſt ab intellectu id concipiente prędicari. Quis hoc dubitet? res enim non eſt quia prædicatur, aut prædicabilis eſt, prędicari enim, aut prædicabilem eſſe, eſt intelligi, aut intelligibilem eſſe actu iudicij; vt ergo non quia res intelligitur, eſt, nec quia intelligibilis: ſed è conuerſo, quia eſt, intelligitur, & intelligibilis eſt, ita ſi prædicatum illud 29

illud

Digitized by Google

illud intrinſecum eſt in Deo independenter à connotato extrinſeco, eſt etiam ad hoc vt prædicetur, ſeu prædicabile ſit. Quo circa nihil ad ferunt momenti in hoc intrinſeco prædicato, nec ipſum dignum eſt, quod pluribus impugnetur.

30 *Quod in rebus creatis eſſe patrē, & filium.* Nec exempla congeſta eos liberabunt; quoniam quædam non ſatis penetrata adducuntur, quædam eadem difficultate implicantur. Libet in ſingulis aperire paucis, quod cenſeo. Primũ eandem patitur difficultatem; licet namque vere ſimilius ſit Paternitatem non addere relationem realem ex natura rei diſtinctam â fundamento, & in ratione ſtando magis probabile; at tunc eſſe Petrum patrem nihil aliud eſt quam genuiſſe filium, & vtrumque ſibi coexiſtere, ſeu complexum quoddam ex coexiſtentia vtriuſque, inuoluitque extrinſecam denominationem, quæ quidem præcedente generatione, quæ dicitur ratio fundandi in Petro eſſe patrem, dum exiſtit, eſt extrinſeca denominatio deſumpta ab exiſtentia filij, quaſi aduenientе patri: pariter eſſe filium poſita generatione paſsiua, & exiſtentia filij, eſt extrinſeca denominatio, ei proueniens ab exiſtentia patris, in quantum comparatur cum filio, & ei aduenire videtur; affirmare vero eſſe patrẽ entitatẽ, ſeu hoc prædicatũ reale eſſe in patre ipſi intrinſecum, atque indiſtinctum â fundamento, & per ſolam mortem filij, deperdi eſſe patrem quoad rationem prædicati intrinſeci, & non deperdi entitatem realem, eſt deuorare rem in ſe implicantem, quæ nec in diuinis admittenda eſt, ne dum in humanis, & in re tam parui momenti, qualis eſt denominatio patris, tam facilis explicatu alijs modis, qui ita iudicat, non quærit rerum explicationem, ſed ingenij oſtentationem in applicatione vnius opinionis ad aliam cum eodem tamen vitio.

31 *Ex duabus ſententijs probabilibus tertia improbabilis componi ſolet.* Secundum & tertium eodem vitio laborant; probabile eſt veritatem propoſitionis mentalis eſſe intrinſecam indiſtinctam à ſubſtantia actus, probabile quoque eſt eandem propoſitionem mentalem mutari poſſe de vera in falſam, ſi hanc opinionem ſeiungas à prima: at non eſt probabile ſimul vtrumque coniungere: & veritatem eſſe indiſtinctam a ſubſtantia actus, & mutare poſſe veritatem in falſitatem immutata tota entitate, & ſubſtantia actus; nam hoc ipſo quod denudatur propoſitio veritate, denudatur propria entitate, aut in aliam mutatur. Quo circa aut opinandum eſt, veritatem eſſe diſtinctam â ſubſtantia actus, ſiue ſit modus ab eo diſtinctus, ſiue extrinſeca denominatio deſumpta ab obiecto ita ſe habente, vt enunciat propoſitio, aut eandem propoſitionem mentalem mutari non poſſe de vera in falſam. Nec nouum eſt in Theologiâ, & philoſophia duas opiniones extremas probabiles eſſe, improbabilem vero prorſus tertiã ex vtraque compactam. Exempli gratia, probabilis ſententia eſt exiſtentiam rei permanentis non diſtingui â duratione, probabilis quoque eſt opinio affirmans durationem intrinſecam diſtingui, & eſſe modum ſucceſsiuum, vt conſtat ex authoribus, & rationibus vtriuſque partis: vt videri poteſt apud P. Suar. 2. tom. metà. diſp. 50. ſect. 1. & P. Vazq. 1. p. diſp. 73. cap. 3 & P. Mol. 1. p. q. 3. art. 4. diſp. 2. at ſiquis tertiam conflaret ſententiam, & diceret durationem rerum permanentium non diſtingui ab exiſtẽtia, & ſimul eam durationem eſſe ſucceſsiuam improbabilem fingeret ſententiam. Daret nãque eſſentiæ rei permanenti exiſtentiam ſucceſsiuam, ſic in alijs ſexcentis exemplis, quæ adducere poſſem. In tertio quoque exemplo dico mihi probabilius eſſe bonitatem, & malitiam eſſe actibus moralibus intrinſecam; imo & indiſtinctam a ſubſtantia actus; at cum hac ſententia improbabiliter coniungitur altera dicens eundem actum de bono in malum mutari poſſe, ex eo præciſſe, quod legem conformẽ aut difformem connotet; variatur namque ex parte intellectus propoſitio, quæ diuerſã legẽ proponebat, ea vero mutata propoſitione regula proxima moris mutatur, a qua eſſentia liter in eſſe moris pẽdet actus volũtatis, & cũ in hac ſententia eſſe morale nõ ſit diſtinctũ ab actus phyſica entitate, repugnat in terminis mutari in eſſe moris de bono in malum, & immutari in ſua entitate.

P. Suar. P. Vazq. P. Mol.

Si eſſe morale eſt ſubſtantia actus non poteſt idem eſſe bonus, & malus.

In quarto exemplo mihi probabilius eſt durationem omnis creaturæ eſſe diſtinctam ex natura rei, ab exiſtentia. In ſententia autem, aiente eſſe indiſtinctam, prorſus dicendum eſt compleri rationem durationis extrinſeca denominatione, ſumpta â tempore vero, vel imaginario, ne durationes rerum defendamus cum tanta difficultate, quam arcanum myſteriorum actuum liberorum Dei, itaque rem creatam durare eſſentialiter continet complexum conſtans ex rei exiſtentia, & extrinſeca forma à tẽpore aliquo deſumpta, vt dixi: ne nos in tricas inenodabiles conijciamus, nec mihi, qui amo facilitatem in doctrina, atque placitorum perſpicuitatem, & expeditionem, aliud probari poteſt. De 5. exemplo non nulla dixi diſp. 5. cap. 4. a num. 24. mihi certum fere eſt ex ablatione creaturarũ poſsibilium fieri à poſteriori, ſeu ſupponi auferri â Deo eam perfectionem neceſſariam, per quam continet, atque producere poteſt creaturas, nec enim mihi vnquã perſuadere potui in creatura, potentiam producendi quancumque rẽ, licet minime perfectã, importare perfectionem; in Deo vero nullam importare omnipotentiam creandi, & gene- 32

randi

Digitized by Google

Omnipotẽtia eſt perfectio maxima.

randi res omnes naturales, & ſupernaturales, nec ideo neceſſario dicendum exiſtimo, omnipotentiam habere ordinem tranſcendentalem realem, ſeu ſecundum eſſe, ſed tantum ſecundũ dici ad creaturas poſsibiles, ſed ſolum eas continere reali continentia, & perfectione, ſine dependentia tamen, ſed cum ſola connexione neceſsario ſecuta, ſeu intercedente inter creatorem, & creaturam, præſcindente autem a depẽdentia, vt declaraui citato loco. Affirmare autem poſse producere creaturas eſse prædicatũ Dei intrinſecum, & reale, & poſse ipſi non competere ſine intrinſeca ipſius immutatione in reali entitate, eſt mihi chimæra.

33

Dices, plures recentiores hodie ſequuntur eam ſententiam, per ipſamque explicant diſcrimen inter terminum ordinis tranſcendentalis, & inter purum extrinſecum connotatum. Nam ille omnino condiſtinctus eſt ab ordine tranſcendẽtali, qui a ſuo termino pendet in ſua entitate. Hoc ſimul eſt ratione cum prædicato intrinſeco, nec vnum ſine alio poteſt intelligi; non enim prius eſt potens Deus producere creaturas, quam illæ non repugnent, nec in Deo poſſumus intelligere prædicatum intrinſecum, per quod potens eſt producere creaturas, quin ſimul intelligamus eas nõ repugnare.

Fateor quibuſdam recentioribus placuiſſe noſtro ſæculo eam ſententiam. Verum, vt omittam, alia ratione ab ipſis explicari, quia nolo tempus terere, & diſputationem protrahere in eo examinando, mihi nunquam probari potuit ea Theologia. Primo quia eam explicant, & defendunt per actus liberos, & viciſſim cum hos defendunt circulate redeunt ad eam ſententiam. Quis vero non videt? & vitioſum circulum, & vtrumque tenebris inuolutum obſcuris manere? Secundo, quia etiam connotatum purum diſtinguitur a prædicato intrinſeco, hoc enim eſt Deo intrinſecum, connotatum vero eſt creatura, ſed per te ad ablationem connotati, aufertur prædicatum illud intrinſecum: quia per te eſſentialiter connectuntur, nec alterum ſine altero, aut eſſe, aut intelligi poteſt; ergo in hac ratione non eſt diſcrimen inter connotatum, & terminum ordinis tranſcendentalis: Quoniam ſi à termino trãſcendentali pendet ordo ad ipſum, quia ablato termino aufertur ordo, etiam a connotato pendet prædicatum intrinſecum quia ablato connotato aufertur prædicatum. Dicunt, cũ aufertur ordo, auferri entitatem realem, quod eſt inconueniens, non autem, cum aufertur prædicatum intrinſecum. Sed hoc indignum refutatione lõgiori. Quid eſt prædicatum intrinſecum? nam non eſt ens rationis, non eſt entrinſeca denominatio, etſi ſit cum ea coniuncta, nõ eſt entitas realis. Quid ergo eſt? Nomen ſolum ſine rei nucleo. Nolo plura. Demumque qua ratione ſe habeat omnipotentia Dei ad non repugnantiam creaturarum, & quid hæc ſit, & conceptus ſecundum quos illa ſit prior ratione, non repugnãtia poſterior, & è conuerſo prior non repugnantia, omnipotentia poſterior, ni fallor accurate explicui diſp. 5. cap. 2.

34

Non eſt potentia obedientialis actiua, nec paſsiua vniuerſalis.

Denique 6. exemplum non eſt magis accommodatum; vt vero prætermittam, me nunquã probaſſe potentiam obedientialem, aut actiuam, aut paſsiuam vniuerſalem, hoc eſt, pro omni effectu, ita vt quæcumque res quantumuis diſtans, & improportionata quamcumque producere, aut recipere poſsit. Concedo nihilominus in animo rationali, atque facultatibus ſpiritualibus ipſius virtutem actiuam, & paſsiuam in ordine ad res ordinis ſupernaturalis; concedo quoque eam virtutem obedientialem, imo, & ſupernaturalem, ſi complete ſũmatur appellari conuenienter; quia nonſolum importat entitatem animi rationalis, & potentiarum; ſed etiam Dei voluntatem per ipſas potentias operantem, ſecundum quam rationem dicitur obedientialis, & conprincipium ſupernaturale, ſiue extrinſecum, ſiue intrinſecum, ſecundum quam ſupernaturalis, includit enim complexum ex vtroque. Quod ſi ſermo eſt non de complexo, ſed de eo, quod ſe tenet ex parte creaturæ, licet ego ſemper negem eã eſſe potentiam naturalem, nec proximam, nec remotam, quoniam alias peteret connaturaliter compleri per principia ſupernaturalia, at appellari apte poteſt natiua, non repugnantia in ordine ad conprincipia, & formas, quæ eleuant ipſam naturam, atque euehunt ſupra omne, quod ipſa connaturaliter petit, & poteſt.

In animo rationali natiua nõ repugnantia ad ſupernaturalia.

Dicitur natiua, quia fundatur in ipſa rei eſſentia, nec enim lignum habet aptitudinem, quã animus rationalis, ipſiuſque facultates habent vt & per gratiam ſanctificetur, & per lumen, ſupernaturaleſque virtutes eficiant viſionem beatificantem, atque actus virtutum ſupernaturalium. Dicitur tantum non repugnantia, vt excludatur omnis ordo tranſcendentalis poſitiuus connaturalis, nihilominus ſi ea non repugnantia priuaretur, ſeu eo prædicato intrinſeco proculdubio mutaretur reali entitate; imo totam perderet eſſentiam. ea namque non repugnantia eſt ipſa eſſentia animæ rationalis. Vnde ſi per impoſsibile ſupernaturalia repugnarent, non poſſent conſiſtere, vt modo ſunt natura humana, & Angelica, nec vlla alia, quæ hanc habeat natiuam non repugnantiam, aut actiuam, aut paſsiuam in ordine ad ſupernaturalia. ſed tantum conſiſterent naturalia ea, quæ carent hac natiua, non repugnantia. Hæc notata velim a lectore etſi ieiune tradita, quia exiſtimo ſelectam continere Theologiam, quibus

ſa-

Digitized by Google

ſatisfactum eſt exemplis, quibus tum ſententia P. Suar. tum horum recentiorum iuuari poterat lege tract. 4. diſp. 36. c. 4. & diſp. 37. n. 17.

35 *Arg. contra ſententiã P. Suarez.* Contra P. Suar. in ſpeciali inſtruitur. Primo hoc argumentum. Quoniam ipſe vult, & merito actum liberum ad neceſſarium nihil addere entitatis, aut re, aut ratione diſtinctum, quæ ſit Deo intrinſeca. Præterea ipſe quoque vult denominationem hanc liberæ volentis non ſummi, vt à forma, ab extrinſeco connotato. Nam veniret in ſententiam Aureoli. Altiſid, & P. Vazq. quã ipſe impugnat, vt tracto infra c. 9. Nec etiam ſummi ab actu neceſſario, vt ſic: quippe abſolute poſſet non eſſe denominatio liberæ volentis, creare mundum, non tamen potuit non eſſe denominatio amantis Deum ipſum, ergo hæc denominatio non eſt ab actu neceſſario, vt ſic. Et ex alia parte nititur defendere, eſſe realem denominationem Deo intrinſecam, vt cum proprietate, ſine metaphora libertatem Dei defendat, veraque ſit, ac propria hæc cauſalis. *Quia Deus reali libera volitione vult creare Angelum, ideo eſt Angelus.* In ijs ſane ſi rem penitus inſpicias, ponit eſſectum formalem realem ſine formali reali, & principium reale creationis determinans omnipotentiam ad creationem, ſine realitate ex parte Dei. Etenim hoc reale, nec eſt quid adiectum actui neceſſario, nec ipſe vt neceſſarius. Dices eſſe ipſum actum neceſſarium cum extrinſeca cõnotatione. Nam, in formis, quæ reſpiciunt extrinſeca connotata, contingit tribuere effectum formalem cum illis, & non tribuere ſine illis, quia pendent in hoc effectu ab extrinſeco connotato, maxime cum actus liber Dei ſit in cauſando liber, & connotet actionem.

36 *Non poſſe eſſe formã denominantẽ libere.* Sed contra primo. In illa libera actus terminatione, ſeu connotatione ad creaturam diligibilem duo ſunt, & terminatio, quæ ſe tenet ex parte Dei denominati: & creatura diligibilis, quæ ſe tenet ex parte obiecti. Non peto, an vtrumque, neceſſarium ſit ad denominationem; nam video neceſſarium eſſe affirmari, ſed an vtrumque, quod neceſſarium eſt, alterum in recto, alteram in obliquo, intrinſece, & eſſẽtialiter ingrediatur denominationẽ volẽtis? vel, an ſolum denominatio hęc, vt à forma ſummatur ab eo, quod ſe tenet ex parte Dei, non autem ab extrinſeco, quod connotatur ex parte creaturæ? ita vt hoc tantum ſe habeat, vt extrinſecum, & extra eſſentiam denominationis etſi extrinſece neceſſarium ſit. Declaro *Exemplũ.* exemplo in albo, & ſciente, album eſt corpus mixtum informatum albedine: ſciens eſt intellectus informatus ſcientia ſcibilis. In priori effectu formali albedo intrat in obliquo eius conſtitutionem, at diſtincta ratione, ac in poſteriori: Nam intrat vt eſſentialiter contentum, & conſtituens album: ſcibile etiam in obliquo intrat in poſteriori effectu formali, diuerſo autem modo: nam, licet ſciens eſſe non poſsit ſine cõnotatione ſcibilis, aut ſciti; at nec obiectũ ſcibile, nec ſcitũ continentur intra eſſentiam eius effectus formalis; quippe ſola ſcientia informans intellectum ſcientem illum conſtituit. Pari modo in noſtra re, cum reſpondetur nobis terminationem illam cum connotato, ſeu dependenter ab illo Deum denominare libere volentem, inquirimus, an cõnotatum, quod in obliquo importatur, & neceſſarium eſſe damus, ſit connotatum eſſentialiter, atque intrinſecè ingreſſum in effectu formali, vt albedo in albo ingreditur; vel tantum extrinſece, & extra eſſentiam effectus formalis ſit, vt eſt obiectum ſcibile in ſciente? Si primum dicatur, ergo extrinſecum connotatum admittitur, vt pars eſſentialis effectus formalis, inciditurque in ſententiam Aureoli, Altiſid & P. Vazq. quam Suar. impugnat, nec defenditur illa cauſalis, quia Deus realiter libere vult ideo eſt creatura. Quoniã ipſa creatura inuoluitur in libera volitione, & reduci debet ad genus cauſæ formalis. Nec deniq; ſine metaphora defenditur libertas Dei per actum intrinſecum, & vitalem. Si ſecundum; ergo licet non daret denominationem illam, ſine extrinſeco connotato, at tota eſſentia formæ denominantis Deo eſt intrinſeca, vt eſt ſcientia ſciẽti; atqui nihil entitatis ponitur intrinſecum Deo præter entitatem actus neceſſarij, nec re, nec ratione diſtinctum; ergo ponitur nouus effect⁹ formalis realis, ſine realitate, a qua proueniat: nam manifeſte probatum, quod etiam ſectatores fatentur ab actu neceſſario, vt ſic, non eſſe eam denominationem. Præterea, cum ais, Deum terminari libere ad hanc creaturã, & per eam determinationem recipere creaturam nouum reſpectum ad exiſtentiam, non terminatur per actum neceſſarium, vt ſic, etenim ille omnia creata indifferenter reſpicit, non etiam per aliquid additum re, aut ratione; ergo actus liber, vt ſic, nihil reale eſt in tua opinione, de medio ergo tollis actum liberum, & ſolum conſtituis actum neceſſarium, vt ſiquis, diceret in aliqua re non eſſe entitatem re, aut ratione diſtinctam ab animali, de medio tolleret hominem, nec quantumuis extolleret perfectionem gradus animalis, poſset defendere per eam ſolam hominem conſtitui: ita ſi actus neceſsarius in ſe, non eſt actus liber, ſeu præſcindit à libero, vt animal ab homine, & nec extrinſecum cõnotatum eſt actus liber, nec quidquam realis formalitatis re, aut ratione diſtinctum additur ad actum neceſsarium, omnino tollitur de medio actus liber, tantum abeſt, vt *Tolli libertatem Dei.*

Digitized by Google

vt proprie defenſetur diuina libertas, vel ſiquis defenderet ſola eſſentia diuina ratione infinitatis conſtitui Patrem primam perſonam ſine additione realis formalitatis re, aut ratione diſtinctæ per ſolam filij poſitionem, rem diceret falſam, & ſupra, aut contra lumen rationis: ita in noſtro propoſito. Deniq; denominatio libere volentis realis eſt per ſe, non extrinſeca per te, non ens rationis per te, ergo intrinſeca. Nō eſt actus neceſſarius per te, ergo nihil eſt.

37 *Infinitas non eleuat vim argumenti.* Recurrit P. Suar. ad infinitatem, & eminentiam actus neceſſarij. Verum non explicatur qua ratione infinitas actus præſtet denominationem liberam realem, atq; intrinſecam, ſine realitate libera intrinſeca, cum ſola realitate neceſſaria intrinſeca. Imo ſi repugnat formam creatam, ſiue ſit abſoluta, ſiue relatiua, ſemel informare ſubiectum aptum, & non ei tribuere plenum, & adæquatum effectum formalem, vt ex ſe conſtat, & declarauimus in diſcuſsione ſex exemplorum in hoc cap. id magis repugnare videtur in volitione infinita. Formaquippe creata media informatione copulatur ſubiecto, ipſique tribuit effectum formalem, & poſſet aliquis fugere difficultatem in forma creata dicens, eandem formam ſine reali additione diuerſos effectus formales tribuere ratione diuerſarum informationum, & tunc etiam ſaltē eſſet diuerſitas in modo informandi, in quem refunderetur aliqua ratione diuerſus effectus formalis: at quod diuina volitio omnino ſimplex etiam ratione præſcindente in ſe ipſa immutata omnino modo denominet neceſſario ſe volentem, modo libere creaturas, & quod vtraque denominatio ſit realis, & hæc poſterior à priori ſeparabilis, & quod nihil reale hæc habeat, niſi idem ipſum quod illa, mens non capit, & potius videtur fatēdum nos hoc ignorare, quam tueri libertatē Dei hac ratione.

38 *Alia difficultas de prompta ex connotatis.* Obſerua hoc loco tam P. Suarium, quam alios, qui dicunt compleri, ſeu conſtitui actum liberum Dei per extrinſecum connotatum, conuenire in exigentia alicuius extrinſeci connotati noui ad nouum actum liberum, diſſentiunt autem in eo, quod Pater Suar. putat neceſſariam non eſſe nouam rei exiſtentiam, aut nouam exiſtentię negationem; alij vero putāt neceſſariam eſſe ſaltem nouam, & diſtinctam cauſalitatem. Tunc autem reſtat Patri Suario noua difficultas in ſuis ſententijs. Vt enim fuſe tracto diſ. 23. ſequentis tractatus, ipſe admittit electionem abſolutam ad gloriam ante merita præuiſa, per hæc numero auxilia, merita, quibus tantam numero gloriam comparauit, illa vero electio libera eſt, & connotat hæc auxilia numero, hæc merita, hanc gloriam. Verum non negat, nec negare poteſt, vt oſtendo ibi ca. 8. non eſſe neceſſariam eam electionem abſolutam, vt Deus conferat omnia hæc, ſed ſufficere actum inefficacem ſimplicis complacentiæ; ergo admittit duos actus liberos diſtinctos cum eiſdem connotatis, ergo tunc nouitas actus liberi non ex nouo connotato, ſed ex noua entitate deſumenda erit. Eadem efficeretur difficultas, ſi Deus ob diuerſos fines crearet hominem; diuerſi enim eſſent actus liberi, idem autem connotatum, nempe eadem creatio, quæ non variaretur in entitate ex fine extrinſeco; hæc, in quam, Suario reſtat difficultas ſoluenda, quam nunc amplius non vrgeo, quia eam diſcutio infra cap. 12. hæc ipſa inſtaurantur contra Thomiſtam nouum in hac materia quippequi eandem prorſus P. Suar. defendit ſententiā, licet ludat verbis in diuerſam, quod ſi ab eo diſcedit in Caiet. relabatur neceſſe eſt & cap. 4. confutandus erit. *Albelda diſput. 53.*

Cap. VI. Refutatur noua quædam ingenioſi magiſtri ſententia.

39 *Specialis modus dicendi.* VT lector poſsit ſeligere ex varijs opinandi rationibus, quam maluerit, placet aliquas proponere, licet non typis datas, at in eis cernet quātum humana machinetur mēs ſi premitur rei abſtruſa difficultate. Quidam ergo Mag. ex noſtris acutus, neſcio an tam ſolidus, conſiderat duo ſigna rationis, alterum prius, & præciſsiuum, alterum poſterius, & determinationis ad vnam partem: hæc ſigna ſunt in quacumque potentia indifferenti, v. g. in voluntate libera ad amandum Petrum, & odio habendum, pro priori naturæ, quo pręcedit amorem, & odium intra idem inſtans reale temporis in differens eſt, atque præſcindit ab vtroque, hoc eſt, nec eſt determinata ad amorem, nec ad eius negationem, nec ad odium, nec ad negationem, pro poſteriori vero ſigno naturæ determinatur ad alterum ex extremis per productionem liberam eius. Hoc ipſum accomodatur libertati Dei, & ſumitur volitio creādi mundum, & affirmatur eam in priori ſigno rationis, ſeu naturæ eſſe indifferentem, ad hoc vt ſit volitio diuina creandi mundum, hoc eſt, actus liber Dei, & ad hoc vt ſit negatio volitioni. In poſteriori vero determinationis eſt volitio diuina creandi mundum, & ens diuinum, de cuius eſſentiali ratione eſt exercicium ipſum in exiſtentia, in poſteriori hoc etiam ſigno nolitio creandi mundum, ad quam erat indifferens in priori ſigno, quaſi determinata eſt ad negationem entis realis, imo ad eſſe entis rationis, quoniam ens rationis eſt illud, quod eſſentialiter habet non poſſe exiſtere, negatio

Digitized by Google

autem entis realis exiſtere nequit. Itaque per hos magiſtros in priori ſigno eſt indifferentia neceſſaria ad omnem libertatem,in poſteriori vero determinatio ad alterum extremum. At enim quia de ratione cuiuſcumque entis diuini eſt exiſtentia tam eſſentialiter, vt ei repugnet non exiſtere.hinc eſt, quod libera determinatio creata contingenter, & mutabiliter exiſtat,non diuina,ſed neceſſario,& immutabiliter,poſtquam ſemel extitit pro poſteriori,nec hoc detrahit quidquam de perfecta libertate,nam ei non aduerſatur neceſsitas ex ſuppoſitione determinationis,& pro ſigno poſteriori,ſed neceſsitas antecedés,& propriori.

40 Hinc præcipuæ difficultati valde vrgenti in hac materia occurrunt;nam hęc duo componunt,& quod volitio creandi mundum libera ſit,quatenus erat indifferens ad eſſe reale,& rationis,& quod vt eſt diuina,ſeu exiſtit in Deo non poſsit non eſſe. Quoniã in ſuperabilis huius rei difficultas in eo ſita eſt,quod ex vna parte actus liber Dei ſit ens diuinum,ac proinde, à ſe & neceſſario exiſtens, & ex alia qua liber potuerit abeſſe à Deo.In hoc autem modo dicendi,cum præ intelligitur liber,& indifferens non adhuc intelligitur, vt aliquid Dei, ſed vt præſcindens à diuino,& nõ diuino;quippe præſcindit ab ente reali,& rationis:cum vero intelligitur determinatus ad eſſe diuinum iam intelligitur cum neceſsitate exiſtendi.

Ego ſic cenſeo de hoc modo dicendi. Primum peccare contra bonam Logicam. Secundum,non ſatisfacere difficultati. Tertium, labi in Catet. Fonſecę, & Salas ſententiam, quam impugnaui cap. 4. Primum,ita demonſtro. Volitio creandi mundũ illa in ſtatu præciſsiuo,quam dicũt abſtrahere à volitione diuina, & ab ente rationis, vel in ſe eſt aliquid reale poſitiuum,vel nihil reale poſitiuum, ſed negatio entis realis poſitiui ? vt ſi de gradu animalis, qui præſcindit à rationali, & irrationali interrogatio fiat, an in ſe illud animal ſit ens reale poſitiuum,vel negatio entis realis poſitiui? neceſſario ei competere debet alterum ex his extremis, ex principio Methaphyſico lumine naturæ noto, quod liber eſt, vel non eſt : itaque determinate ei debet cõpetere,vel eſſe ens reale poſitiuũ, vel non eſſe, ſed

41 eſſe negationẽ entis,Nec enim inter ens,& nõ ens immediatè,& contradictoriè ei oppoſitũ datur,& excogitari poteſt præciſio, niſi vane, & chimærice;ergo, aut illa volitio creãdi mũdnm etiam pro priori ſigno præciſionis, licet præſcindere dicatur à volitione diuina, & à negatione volitionis diuinæ, non tamẽ poteſt præſcindere in ſe ab ente reali,& nõ ente reali,quis hoc nõ intueatur? ex quo principio ſic formo euidentem demonſtrationẽ. Si dixerit

Nihil præſcindit ab ente, & non ente.

eſſe ens reale poſitiuum,non poteſt eſſe indifferẽs,vt in poſteriori ſigno ſit nihil, & ens rationis;nam omne ens realepoſitiuum aptũ eſt, vt realiter exiſtat : nullum autem ens rarionis aptum eſt.vt realiter exiſtat.Componere autẽ ens aliquod ex ratione communi reali poſitiua,& ex differentia, quæ eſt ens rationis, chymæra eſt inſignis magis admirabilis, quam ex natura equina,& humana compoſita. Si dixerint eſſe, vt ſic negationem entis,ſeu nihil:ergo nequit pro poſteriori determinari ad eſſe entis realis,ne dum poſsit determinari ad eſſe reale diuinum. Probo conſequentiam, quia prædicatum, quod eſt nihil,ſeu negatio entis ex proprio conceptu,non poteſt trahi ad poſitiue exiſtendum:alias formaremus è conuerſo aliam chymæram compoſitã ex prædicato communi, quod eſt non ens in præciſione,& ex diffrentia reali,& poſitiua. Imo hi ponunt hanc differentiam eſſe ens diuinũ, atque adeò componunt actum liberum Dei ex ratione communi,quæ in ſe eſt non ens,& ex formalitate poſitiua propria Dei : immanis hæc chymæra:hac ego ratione contra ipſos egi in diſdiſputationibus quotidianis,& reſponſum nõ accepi,aut percepi.

42 Vrgeo ſic,prædicatum illud volitionis creãdi mundum commune videtur volitioni creãdi creatæ,& increatæ:vt ſcientia communis eſt creatæ,& increatæ,& ens commune eſt creato & increato;ſed ſcientia communis creatæ, & increatæ,& ens commune creato, & increato, determinari nequaquam poſſunt ad ens reale & rationis ratione differentiarum,quas habẽt in alio poſteriori, ergo volitio creandi mundum ſubſumpta in ſtatu indifferentiæ determinabilis non eſt pro poſteriori illo modo.Probo maiorem,quia nullum ens rationis, aut ex ratione generica entis rationis,aut ex ratione ſpecifica eſt volitio creandi mundum, at aliquod ens reale creatũ eſſe poteſt volitio creandi mundum;ergo prædicatum illud aliquid cõmune habet cum volitione creata, nihil autẽ cum ente rationis;ergo prædicatum illud cõmune eſt cum volitione creata.Quod ſi commune eſt,ergo pro poſteriori determinari poteſt ad volitionem creatam,& non tantum ad ens rationis, & ad ens diuinum vt dicebant. Rurſus ſi cõmune eſt,ergo determinari nõ poteſt ad ens rationis.Probo cõſequẽtiã,nã nullũ prædicatum ſuperius eſſentialiter contentum in creata volitione poteſt determinari ad ens rationis.Hæc demonſtrant hunc modumdicendi,pugnare cum bona logica & methaphiſica.

43 Secũdũ,nimirũ nõ ſatisfacere difficultati,demonſtro notando diſcrimen inter indifferẽtiã præciſsiuam principij liberi,& indifferentiam etiam præciſsiuam rationis genericę, ſeu logicę

Digitized by Google

Diſcrimen interpreciſionẽ principij liberi & gradus communis

ce communis,quoniã hæc terminatur per differentiam ab alio nimirum ab eo agente quod ſpeciem producit,in hac autẽ determinatione nullũ eſt exerciciũ libertatis. Nam non in producente quod ſæpe neceſſariũ agens eſt,& ſemper ac neceſſario in ea actione,quæ nõ eſt immanens,nec ſeruat modũ vitalẽ,vt cũ equus generat equũ:& homo hominẽ,& licet is ſe libere applicet ad opus generationis,generatio ipſa,quæ eſt productio, ſpeciei actio neceſſaria eſt,nec in ipſo gradu ſuperiori cõparatione differẽtiæ,à qua determinari dicitur,eſt etiã exerciciũ libertatis,vt per ſe cõſtat,tũ quia libertas in actione cõſiſtit,& gradus ille ſuperior ſe habet paſsiue in ordine ad differẽtiã,tũ quia nõ eſt in poteſtate eius ſe determinare p hãc, aut per illã differentiã,tũ deniq; quia per actũ, in quo cõſiſtit exerciciũ libertatis, obiectũ aliquod aut odio,aut amore afficitur, neutrũ autem horum competit gradui ſuperiori ratione differentiæ.Principiũ vero liberum determinatur per actũ in ordine ad quẽ actiue ſe habet,nec eſt ſuperior illo in prædicatione, nec ab alio determinatur;ſed à ſe immanenter agẽte,hoc diſcrimen per ſe notũ eſt.Tunc ſic, ratio illa præciſsiua volitionis creandi mundum quæ ex cogitatur ab hoc Mag. eſt tantũ communis logice, & ſolum habet indifferentiam gradus ſuperioris,ergo per eam etiam conceſſam non fit ſatis difficultati,nec defenditur libertas Dei.Probo antecedens,Primo,quia de ea volitione poteſt prædicari eſſe ens rationis, ſi Deus nolluiſſet condere creaturas, & prædicari poteſt eſſe ens reale diuinum, vt de facto prædicatur;ergo eſt communis ratio logice, probo hanc conſequentiam, quia nulla ratio determinata a parte rei per vltimam differentiã poteſt eſſe cõmunis enti reali, & enti rationis,ſecũdo nã,vt animal prædicatur de rationali,& irrationali:ita illa volitio de ente reali, & rationis;ergo eſt ratio logice cõmunis,tertio ſi namq;non eſt logice communis ſed præciſsiue libere; ergo habet ſe vt principium actiuum,in ordine ad ſe determinandum per ens reale diuinum, aut per ens rationis, ac proinde intelligere debemus pro poſteriori rationis ens illud reale diuinum,in quo conſiſtit volitio libera Dei creandi mundum actiue,produci ab ipſo Deo, & ſi noluiſſet creare mundum, ens illud rationis, quod eſt negatio volitionis,& extremum in differentiæ, actiue etiam procedere à Deo, hoc vero,& falſum,& abſurdum eſſe per ſe clarum eſt; ergo adhuc conceſſo hoc impoſsibili, quod ex cogitarunt,nec fit ſatis difficultati,nec apte defenditur libertas Dei.

Tertium nimirum incidere in Caiet. atque ipſius abſurda,ſic demonſtro,licet namque verum ſit pro eo poſteriori rationis,& ex ſuppoſitione determinationis ad diuinam volitionem eam in exercicio exiſtendi neceſſariam eſſe, at conſiderato ſigno rationis priori,ea,quę modo eſt diuina volitio,potuit non eſſe diuina volitio,ſed diuina nolitio,& eſſe in Deo negatio volitionis diuinæ,ſeu ens rationis; ergo hæc tua volitio libera diuina eadem,quæ modo eſt,potuit non exiſtere,atque manere in eſſe poſsibili, ens namque poſsibile eſt, quod non exiſtit realiter, & potuit reuera exiſtere realiter.Porro ex hoc fit,plus quam ratione diſtingui eam a volitione diuina neceſſaria, vt oſtendi ſupra num.21.Pręterea fit id, quod modo habet exiſtentiam à ſe, & neceſſariam, imo formalitatem realem, quæ eſt ipſe Deus, indifferentem reuera in ſigno naturæ fuiſſe, vt eſſet ens rationis ſeu nihil, quis hoc audeat concedere? Denique locum habent illæ interrogationes,quas fecimus cap.4 contra Caiet. & ſectatores: an ſcilicet hæc diuina libera volitio,vt addit aliquid ratione diſtinctum à neceſſaria, eſtque illa ratione poſterior, ſit entitas realis? ſit perfectio intrinſeca? ſit ne ipſe Deus? & contra quodcumque reſponſi membrum inſtrue dicta eo cap.4. 44

Is modus dicendi labitur in Caiet.

Cap.VII.Refutatio alterius nouæ ſententiæ.

45

Explicatio huius ſẽtentiæ.

ALIVS Magiſt. bonæ notæ cum quo habui controuerſiam diſpu. 12. caput. 1. eo quod conſtituebat in Deo actũ primũ,ſeu principiũ,virtuale in ordine ad volitionẽ neceſſariã, illa eadẽ diſtinctione virtuali applicata cõtingẽtiæ ſic vtitur,ad explicandã libertatẽ diuinam. Subſumit primo omnem volitionem liberam eſſe debere contingentem aliqua ratione in eſſe,& in denominari: ſecũdo ad hoc vt ſit contingens requiri, vt poſsit nõ elici à principio virtuali, aut realiter, aut virtualiter, nã ſi nec realiter,nec virtualiter poteſt non eſſe volitio non erit libera,ſed neceſſaria:tertio contingentiam virtualem,ſufficere ad denominationem realem,&formalem liberam:vocat vero cõtingẽtiã virtualem,cum ita elicitur actus liber,vt potuerit ita ſe gerere voluntas Dei quaſi non eliciat, licet realiter numquam poſsit non elicere. Hoc probat primo, quia vt diſtinctio virtualis diuina æquiualet reali actuali, ita contingentia virtualis diuina æquiualebit reali formali contingentiæ creaturarum, ſed hæc ſufficit in creatis ad libertatem formalem realem; ergo illa in diuinis ſufficiet.Secundo,quia in diuinis diſtinctio virtualis ſufficit ad hoc,vt vna formalitas ab alia virtualiter diſtincta communicetur, non commu

Digitized by Google

nicata altera; non in creatis, ſed requiritur realis; ergo in diuinis ad libertatem ſufficiet contingentia virtualis, licet nõ ſufficiat in creatis.

46 Quarta ſubſumit non repugnare volitionem diuinam eſſe virtualiter contingentem. Probat, quia hoc non eſt eſſe realiter contingentem, ſed ita ſe habere in ordine ad illam, ac ſi realiter eſſet contingens, cum tamen non ſit; hoc autem nihil habet imperfectionis contra diuinam immutabilitatem, ſicut diſtinctio virtualis, per quam ita ſe habet Deus, ac ſi diſtingueretur realiter, nihil habet contra diuinam ſimplicitatem, eo quid reuera non ponit diſtinctionem.

Ex his autem duo colligit, primum eſſe in volitione libera diuina contingentiam virtualem, ſecundum per eam ſufficienter explicari libertatem formalem Dei. Primum infertur; tum ex eo, quod in contingentia virtuali nulla cõtinetur imperfectio. Tũ etiã quia denominatio libere volentis creare mundum, Deo eſt contingens aliquo modo; nam alias eſſet neceſſaria, ſed non eſt contingens realiter, ergo eſt contingens virtualiter. Tum deniq; quia ſicut ex communicatione vnius formalitatis ex diuinis, & ex non communicatione alterius recte colligimus diſtinctionem virtualem inter ipſas, quia realem Deo tribuere nõ poſſumus, ita ex contingentia denominationis libere volentis in Deo recte colligimus contingentiam virtualem, cum realem colligere non liceat.

Secundũ ita probat, ex ſola contingentia virtuali fit, poſſe à Deo abeſſe, & ipſi adeſſe denominationẽ realiter formaliter volẽtis libere. Nam ſi ita elicitur à voluntate, vt potuerit non elici virtualiter, nec eſſe entitatiue virtualiter in voluntate, licet ſemper ſit realiter, poterit quidem ratione huius virtualis contingentiæ adeſſe, & abeſſe à Deo denominatio formaliter realiter volentis. Quemadmodum ad hoc vt Pater realiter formaliter communicet filio deitatem, & non communicet Paternitatem, ſufficit diſtinctio virtualis inter illa; ergo pari ratione contingentia virtualis ſufficiet ad illam realem, & formalem denominationẽ libere volentis, nam tunc virtualis illa elicientia, ſeu contingentia, aut libertas in eſſendo, eſt fundamentum, ſeu conditio præerequiſita ad realem, & formalem denominationem.

47 Quod ſi petas, an illa volitio virtualiter libera in eſſendo, & formaliter libera in denominando poſsit abeſſe à Deo ratione contingentiæ, quam ei tribuit? Reſpondent non poſſe abeſſe formaliter, aut realiter, poſſe tamen abeſſe virtualiter, hoc eſt, ita ſe habere, ac ſi realiter, & formaliter abeſſet, cum tamen nihil reale in Deo deſideretur, vnde ratione abſentiæ ſolius virtualis, aberit quoq; denominatio realis, & formalis, quia abeſſe virtualiter eſt ita ſe habere ac ſi realiter, & formaliter abeſſet, quod etiã eſt in cauſa, vt non permaneat realis, & formalis denominatio, vt magis explico diſcutiẽdo, & excutiendo hanc ſententiam.

Sentẽtia hæc ingenioſe applicat libertati diuinæ diſtinctionẽ illã mirabilẽ virtualem, qua Theologi neceſſario vti debẽt pro explicãdis, atq; defendendis diuinis proceſsionibus, & licet ea difficile à nobis intelligatur: at hoc nomine impugnanda nõ eſt; quoniã cũ nõ verſemur in re faciliori, quã ſit myſteriũ Trinitatis, ſi per doctrinã in eo ab omnibus admiſsã, atq; diuinæ libertati applicatã ea defenditur probe, nõ parũ effectũ eſt. Quo circa aut propter vitium in ipſa applicatione, aut quia nec ea data intelligitur diuina libertas, nec liberatur ab incommodis, quæ Caie. & ſequacibus obiecimus, erit refutanda. 48 *Refutatio.*

Ex priori vitio eã refutaui diſ. 12. c. 1. a. n. 4. quæ ibi dixi recognoſcẽda, & ſic ad rẽ noſtrã adducẽda, hi nãq; magiſtri vt ibi cõſtituẽdam cẽſuerunt diſtinctionẽ, atq; elicientiã virtualẽ inter volitionẽ neceſſariã, & eius principiũ virtuale, ita in præſenti cõſtituendã cẽſent eãdẽ diſtinctionẽ, atq; elicientiã virtualẽ inter actũ liberũ Dei, & eius principiũ virtuale, quod ſane non erit aliud quã idẽ, quod eſt principium actus neceſſarij in ipſorũ opinione. Quod autem ad hæc etiã extendere debeant diſtinctionẽ illã mirabilem virtualem manifeſtum eſt, nec ipſi inficiantur. Inter duo etenim inter quæ eſt virtualis elicientia, & ea ratione, vt ſit in vno virtualis contingentia, nimirũ in actu, & non in alio, nimirum in principio, neceſſe eſt intercedere virtualem diſtinctionem. Eam vero diſtinctionem virtualem inepte applicari oſtẽdo: primo, quia ea vtilis eſt ad diuinam fœcunditatem, & continet virtualem oppoſitionem, quę eſt principium realis, & actualis; at inter actum liberum, & principium eius nec eſt opus radice fœcunditatis, nec radice actualis oppoſitionis: ergo non eſt diſtinctio virtualis, atque ſine fundamento inter ea ponitur. *Inepte applicatur diſtinctio virtualis diuinæ libertati.*

Dicent fundamentum eius diſtinctionis virtualis non tantum eſſe fœcunditatem perſonarum diuinarum, ſed etiam contingentiam diuinæ libertatis, eamque diſtinctionem vtilem eſſe, & habere bonum vſum pro vtroque defendendo myſterio. Fateor rationem hanc magis vrgere contra principium illud virtuale actus neceſſarij, quam contra libertatem: eo, quod nihil cogit ad ponendum principium virtuale actus neceſſarij, ac proinde nec ad applicandã eam diſtinctionem virtualem, vt defendere poſsimus principium quoddam non neceſſarium, imo quod ſatis vrgenter impugnatur: at diuinã libertatẽ omnes catholici

cogi-

Digitized by Google

cogimur tutari,atq; acceptare quidquid facit pro eius defenſione.Hoc,inquam , verum eſt, nihilominus ſi propter eam rationem conuincitur negandum eſſe principium virtuale neceſſariæ volitionis,atq; conſequenter negandam eſſe diſtinctionem illam virtualem inter tale principium,& actum;etiam efficietur virtute illius negandum eſſe principium virtuale in ordine ad actum liberum voluntatis; nam quis dicat actũ neceſſariũ eſſe in Deo ſine principio, & ſine elicientia virtuali;actũ vero liberum indigere principio,atq; elicientia. Porro ſublato ſemel principio virtuali,aufertur quoq; diſtinctio virtualis,vt perſpicuum eſt,totusque modus dicendi;qui ei doctrinæ innititur, corruat neceſſe eſt.

49 *Arg. efficax contra applicationem diſtinctionis virtualis libertati diuinæ.* Secundo ergo vrgentius ſic argumētor,hæc admirabilis diſtinctio virtualis diuina hoc habet ſingulare ſupra omnes creatas virtuales, quod ratione eius ſunt veræ propoſitiones cōtradictoriæ in diuinis,non autē in creatis,imo in rigore contradictoriæ nō ſunt ex defectu identitatis,cũ nãq; dicimus contradictorias eſſe eiuſdem,atq; de eodē;intelligere debemus de eodē,hoc eſt,indiſtincto realiter, & virtualiter diſtinctione virtuali diuina.Quo circa cum dicimus eſſentia à Patre communicatur Filio, Paternitas non communicatur, nō ſunt propoſitiones contradictoriæ,vt dixi;ergo pari ratione cum ab his magiſtris applicatur hæc diſtinctio virtualis libertati,conſtitui debent rationes virtualiter diſtinctæ,in Deo tamen formaliter exiſtentes,de quibus veræ ſint propoſitiones aliàs contradictoriæ:vt exempli gratia,ſi dicamus principium volitionis liberæ non eſt contingens,volitio ipſa libera eſt contingens. Probo hanc conſequētiam:Quoniam aliud eſt diſtinctionem realem exiſtere virtualiter tantum in Deo,hoc eſt,cum realis actualis non ſit, eam virtute eſſe ratione munerum , quæ exercet,aliud eſt formalitates reales illas,inter quæ intereſt diſtinctio virtualis, tantũ eſſe virtualiter,& non eſſe formaliter ; apertum huius rei exemplum eſt in eſſentia diuina,& Paternitate,quæ actu,& formaliter ſunt,licet non actu,ſed virtute diſtinctæ;ergo ſimili ratione , ſi inter principium virtuale,& actum liberum eſt diſtinctio virtualis, duæ formalitates reales formaliter in Deo exiſtentes dari debent, altera,quæ ſit principium virtuale, altera, quæ ſit volitio libera formalis, quæ quidem tametſi virtute tantum diſtinguantur , formaliter in Deo ſunt.Probo hanc conſequentiam, nam ſi in Deo non eſt formaliter volitio libera,atque formaliter principium illud virtuale(ſemper inexplicatum),non ponuntur extrema neceſſaria ad diſtinctionem virtualem,etenim omnis diſtinctio eo modo , quo eſt, non tantum requirit hoc non eſſe illud,& diuiſum eſſe ab alio,ſed etiam eſſentialiter prærequirit hoc, & aliud ; ergo dum non ponuntur extrema diſtinctionis , non poteſt applicari diſtinctio.

Dices,extrema diſtinctionis eſſe principiũ virtuale virtualiter tantum , & volitio libera virtualiter tantum. Sed contra primo , ergo non applicatur ea diſtinctio virtualis diuina, quæ deſeruit fęcunditati,ſed alia , eaq; difficilior,& admirabilis magis. Probo conſequentiam,quoniam illa ſolum verſatur inter formalitates in Deo formaliter exiſtentes,nec per diſtinctionem virtualem aliquid ſuppletur circa modum exiſtendi,ſed tantum in ordine ad munera diſtinctionis , hæc autem tua verſatur inter formalitates ſolum virtualiter exiſtentes in Deo,& quod mirabilius eſt, atq; inexplicabile,præſtat,vt ratione eius diſtinctionis virtualis dent Deo eundem effectum formalem,non aliter, quam ſi formaliter exiſterent,hoc mens non capit. Contra 2.ſi eſſentia diuina & Paternitas non eſſent,formaliter in Patre ſed tantũ virtualiter,vt fingis; neque eſſet Deus formaliter,neq; Pater formaliter prima perſona diuinæ Trinitatis,quis hoc non videat? Rurſus, quia homo eſt tantum virtualiter in Deo,quia equus,quia Angelus,& aliæ creaturæ; tantum eſt Deus virtualiter homo,Angelus,& cætera, nō vero formaliter;ergo ſi tantũ à te cōſtituũtur virtualiter extrema eius diſtinctionis virtualis in Deo,& nō formaliter,Deus nequaquã erit formaliter liber,formaliter volens producere creaturas,formaliter principium virtuale liberæ volitionis,ſed tantum virtualiter ; deſtruiſq; formalem diuinam libertatem,dũ abuſu diſtinctionis virtualis,eam explicare niteris. Contra 3.inter extrema,quæ tantũ ſunt virtualiter in Deo,non eſt diſtinctio ea mirabilis virtualis,ratione cuius licet verè formare propoſitiones contradictorias,v.g.quia homo, & equus ſunt extrema virtualiter tantum exiſtentia in omnipotentia Dei,de ea non licet affirmare ſimul continere hominem in ſua virtute productrice,& non continere, ſed per te hæc extrema ſunt tantum virtualiter in Deo ; ergo tibi non licet inter ea conſtituere diſtinctionem virtualem ſingularem.Maior vero propoſitio vniuerſaliter vera eſt in omnibus,quæ virtualiter tantum ſunt in Deo , nec habebit inſtantiam in aliquo à noſtra quæſtione diſtincto, inſtantiam vero ſubſumere ex ipſa re,de qua eſt concertatio,vitioſum eſt. Contra 4.eſto verum ſit virtualiter tãtũ eſſe in Deo illa extrema. Peto an ne diſtinguantur inter ſe diſtinctione mirabili virtuali, an non? ſed alia inferiori, ſeu vulgari, Si primum, ergo ſunt in Deo exiſtentes virtualiter rationes

50 *Euaſio præcluditur.*

Præcluditur.

Præcluditur.

Præcluditur.

Digitized by Google

reales, de quibus veræ ſunt propoſitiones con tradictoriæ: da nobis ergo illas. Vna erit, *principium virtuale virtualiter exiſtens non eſt contingẽs*, altera *volitio virtualis virtualiter exiſtens eſt contingens*, de hac igitur volitione libera virtuali, diſtincta virtualiter à principio virtuali, eædem difficultates militant, quæ de formali, ſi eam exiſtentem formaliter conſtitueres. Nam petere poſsumus, an ea volitio virtualis in Deo ſit Deus? an exiſtat à ſe? an ſit perfectio? an entitas realis? & cum per te pro priori naturæ ante virtualem elicientiam potuerit non exiſtere virtualiter, potuit quidem manere in eſſe poſsibili virtualiter, idẽ, quod modo virtualiter exiſtens eſt Deus in Deo, eſt exiſtens à ſe, eſt perfectio, enſque reale: ergo contra tuam virtualem volitionem liberã locum habent difficultates omnes, propter quas reiecimus cap. 4. Caiet. & ſequacium extenſiuam perfectionem. Si ſecundum; ergo non ponis principium virtuale in ordine ad volitionem liberam, vt probabam num. 48. nam quo pacto ſit principium virtualiter eliciens volitionem, ſi inter principium, & volitionem non eſt virtualis diſtinctio.

51 Aliud effugium. Dices, te non conſtituere duas rationes, aut formaliter, aut virtualiter exiſtentes, virtualiter diſtinctas, ſed vnam ſolam ſimplicem in Deo virtualiter æquiualentem duabus, non contingentem in ſe, virtualiter æquiualentem contingenti; ſicut vna res in Deo ratione virtualis diſtinctionis æquiualet duabus in ordine ad munera diſtinctionis: ita poni à te virtualem contingentiam in libertate diuina æquiualentem reali creatæ, cum realis non ſit, ſed quæ ita ſe habet, ac ſi realis eſſet.

Præcluditur 1. Sed contra hoc iam actum eſt diſp. illa 12. num. 8. & 9. Nam virtualis hæc contingentia ex parte Dei, qui eſt obiectum, non eſt aliquã rationem formalem, aut virtualem in Deo exiſtentem eſſe contingentem, ſed tantum ita ſe Deum gerere, ac ſi contingenter vellet creaturas: ergo non eſt Deum eſſe liberum verè in ſe, ſed ita ſe habere, ac ſi eſſet liber, cum tamẽ liber non ſit. Confirmo, ex hoc quod eſſentia 2. diuina in prima perſona, ita ſe haberet in orne ad Paternitatem, ac ſi reuera Paternitas ab ea flueret Logica ſaltem emanatione, non eſſet ſufficiens, vt reuera prima perſona eſſet verus Pater, niſi veram, ac realem Paternitatẽ habeat, aut formaliter, vt ſit Pater formaliter, aut virtualiter, vt ſit Pater virtualiter: ergo pari ratione, ſi tua virtualis contingentia, nec ponit rationem formalem, nec virtualem in Deo contingenter exiſtentem, ſed tantum ita ſe gerere Deum, ac ſi cõtingenter vellet creaturas, cum tamen nolit contingenter ex parte formalitatum diuinatum, non ponis in Deo ratione eius virtualis æquiualentiæ veram libertatem, ſed tantum ita ſe Deum habere in ordine ad creaturas, ac ſi eſſet liber, cum tamen liber non ſit.

Præter hæc, vel cum aliquo fundamento in Deo dicis, ita ſe habere; ac ſi contingenter vellet? vel ſine fundamento ita fingis, vt tuearis libertatem Dei. Si hoc ſecundum ergo libertas Dei eſt quid à te fictum ſine fundamẽto in ipſo, quo nihil abſurdius. Si primũ, quod nam Deus præbet fundamentum, vt dicamus ita ſe habere, ac ſi contingenter vellet. Dices, quia liberè vult creaturas, ſed contra in tua ſententia idem eſt liberè velle, ac ita ſe habere, ac ſi contingenter vellet; ergo non das fundamentum, ſed ais idem per idem. 3.

Deinde argumentor in hunc modum: cum ais ita ſe habere, ac ſi contingenter vellet, atque Deum denominas realiter, & formaliter libere amantem creaturas, aut iſte effectus formalis eſt realis, aut rationis. Non ſecundũ, quoniam conſtitueres libertatem Dei in ente rationis, quod à nobis confutatum eſt ſupra cap. 3. & à te reſpuitur. Nec primum, quia non habet formam realem in Deo exiſtentem, nam ita ſe gerere, ac ſi contingenter vellet, non eſt in Deo exiſtere aliquid reale, quod antea non exiſtebat, an ne ſi Deus noluiſſet condere creaturas? eſſet ne in ipſo aliquid entitatis realis, quod modo non eſt? vel an modo, cum vult creare mundum, eſt aliquid entitatis realis, quod tunc non eſſet? nequaquam; poſſet quippe Deus realiter mutari, realem acquirere, & amittere perfectionem, quoniam omne reale perfectio eſt, vt contra Fonſecam docui num. 24 & 25. à qua forma reali tribuitur effectus ille formalis realis, qui modo eſt, & tunc non eſſet, nulla ſane aſsignari poterit, aſſerere vero effectum formalem realem ſine forma reali, contra lumen naturale eſt. 4. *Non eſt effectus formalis realis, ſine cauſa formali reali*

Hinc cernitur extra rem adduci illud de diſtinctione virtuali diuina æquiualenti reali creatæ. Etenim diſtinctio hæc virtualis verè, & realiter, ac formaliter eſt inter abſoluta, & relatiua inter intellectionem, & volitionem, eaque denominat virtualiter diſtincta, nulla vero realitas, aut formalitas eſt actu in Deo, quæ in ſe ſit aliquo modo contingens, cum dicas ita ſe habere tantum, ac ſi contingens eſset, & hoc appellas eſſe contingentẽ virtualiter, negas autem in Deo eſſe quidquam contingens: ergo in diſtinctione virtuali formam habemus Deo intrinſecã per quam denominantur diſtincta virtualiter diuina, quæ eam habent, non vero habemus formam liberam, aut contingentẽ in tua opinione, per quã De° denominetur liberè, & contingenter volens. 52

Porro

Digitized by Google

Porro cum dicimus eam diſtinctionẽ virtualẽ æquiualere reali, non eſt putãdum æquiualere in ordine ad denominationem formalẽ, nec enim eſſentiam, & Paternitatem conſtituit actu formaliter diſtincta, ſed tantũ virtualiter, nec aliud mens capit; nimirum quod illa in ſe ſit tantum virtualis diſtinctio, & quod eſſentiam & Paternitatem actu realiter, & formaliter diſtinguat; dicimus ergo æquiualere in ordine ad effectus diſtinctos, atque ſeparabiles ab ipſa diſtinctione virtuali, vt ad communicationem eſſentiæ, non communicata Paternitate, qui effectus poſterior origine eſt ipſa diſtinctione virtuali: quoniam in Patre pro priori originis ante generationem Filij præexiſtit diſtinctio virtualis, non vero communicatio naturæ, & non communicatio Paternitatis, quæ eſt pro poſteriori: at tu ponis æquiualentiam in ordine ad immediatũ effectum formalem, qui nulla ratione diſtinguitur à forma communicata: quippe ponis ratione formæ virtualis, ſeu ratione nullius formæ, ſed ſe habentis, vt forma realem, formalemque denominationem liberè, & contingenter volentis: ergo, nec aptè accommodatur diſtinctio virtualis ad diuinam libertatem, nec ea hac ratione defendi poteſt.

53 Formo tandem hoc argumentum, Deus poteſt, & producere Chriſtum Dominum ex fine noſtræ reparationis, & fine gloriæ ſuæ: pone productum ex vtroque fine, denominabitur tunc liberè volens Chriſtum duplici actu libero ratione noſtra: altero miſericordiæ, ſeu liberalitatis erga humanum genus: altero charitatis propriæ erga extrinſeca bona, quæ ſibi libere amat. Si ex vno tantum fine produxiſſet, altera abeſſet realis denominatio, quia per te denominatio volentis libere ex quocunque fine realis eſt. Inquiro modo, abeſſet ne à Deo forma realis, vel non? ſi abeſſet; ergo potuiſſet antequam eam habuit, nõ habere aliquam ex realitatibus in ipſo exiſtentibus, potuiſſetque carere aliqua perfectione, quam modo in ſe habet, & per quam modo realiter eſt Deus, quæ omnia apud te merito abſurda ſunt. Si non abeſſet; ergo effectus ille formalis non habebat formam realem: probo hanc conſequentiam, manet namque eadem realitas ſine eo effectu formali: ergo ille effectus formalis non proueniebat à realitate exiſtente in Deo, aut ſi proueniebat quare modo non dat Deo effectum formalẽ, & tunc daret, cum ſubiectum habeat totam formam, & capax ſit effectus formalis.

Dices, tantum fieri deeſſe formam eius denominationis virtualiter, atque ex defectu virtuali, ſequi deficere denominationem formalem, virtualiter autem deeſſe, nihil eſſe aliud, quam ita ſe habere, ac ſi realiter deeſſet, cum tamen realiter nihil deſit à Deo.

Sed contra, cum ais virtualiter deeſſe illam volitionem, aut ex parte Dei intelligis deficere aliquid in ipſo, ſiue formaliter, ſiue virtualiter exiſtens, aut non? Si nihil: ergo non poteſt negari manere effectum eundem formalẽ realẽ, ſicut dum eſt albedo in corpore mixto, & nihil ei detrahitur, aut entitatis, aut informationis, effectus formalis, atque denominatio albi perſeueret neceſſe eſt; quippe effectus, & denominatio non diſtinguntur ab entitate albedinis communicata ſubiecto: vide quæ dixi contra ſententiam P. Suar. ſupra num. 36. ergo pari ratione, ſi libere velle producere Chriſtum Dom. propter illum finem eſt effectus, & denominatio realis, dum manet tota forma realis, quin per virtualem non permanentiam, quidquam illius deſinat eſſe neceſſario, atque ineuitabiliter tribuet ſuum effectum formalem, nec aliud mens capit. Si intelligis deficere aliquid; ergo Deus carere potuit aliqua entitate à ſe, aliqua perfectione, quam modo habet, conſequens hoc manifeſte infertur in principijs, in quibus vtriq; conſentimus.

Ad fundamenta, quæ pro ſe adducunt ij Magiſtri reſpondere opus non eſt, quoniam 54
negato eo principio virtuali, & negato eo modo exiſtendi virtuali, atque denominatione formali libere, & contingenter volentis, vt negandum eſſe monſtrauimus, ſtatim omnia propriò corruunt pondere.

Cap. VIII. Refutatur ſententia P. Albertini.

55 P. Albert. P. Fran. Albertinus tom. 1. Corollario 2. quæſt. 2. Theologica ex 6. principio Theologico, in reſponſione ad quintum argumentum incidens in opinionem P. Suar. eamque probans quantum ad id, quod dicit actum volendi creaturas eſſe, aut eſſentiam Dei ſignificatam per modum actus eliciti, vel ipſum actum neceſſarium, quo Deus ſeipſum amat, addit indigere explicatione, & dum eam conatur explicare ſententiã bene in ſe diſtinctam amplexus eandem eſt. Pro qua notat primo in actu vitali, & in alijs formis relatiuis diſtingui exercitium denominandi, ab earum entitate. Nam ſi Paternitas in lapide collocaretur non denominaret *Notanda pro ſententia Albertini.*

Patrem in exercitio, haberet tamen in ſe omnem paternitatis realem entitatem. Notat ſecundo actum vitalem, vt in exercitio denominet, plura requirere, ac maxime duo: primum, vt procedat à principio intrinſeco; nã niſi procedat à principio intrinſeco, non procedit vitaliter, nec ſubiecto tribuere poteſt exercitium viuendi. Secundum, vt intra ipſum principium maneat; nam licet produceretur à principio vitali, ſi tamen collocaretur in ſubiecto extrinſeco, nec principium, nec ſubiectum viuerent per actum in exercitio. Deinde requirere ſubiectum informationis proportionatum. Notat tertium, exercitium denominandi non addere aliquid diſtinctum intrinſecum ab entitate formæ, ſed eam non denominare modo propter defectũ alicuius extrinſeci; & nulla facta mutatione in ipſa, denominare in exercitio accedente eo extrinſeco, quod deſiderabatur; vt ſi Deus tollat iudicium de re appetenda, volitio in voluntate mea exiſtens non denominabit volentem, ſi reſtituat, denominabit. Notat quartum, actum neceſſarium, quo ſe vult Deus, diſtingui ſecundum modum noſtrum concipiẽdi ab actu, quo vult creaturas.

56 Ex his aſſerit primo. In primo ſigno rationis, quo ſe Deus neceſſario amat eſſe quidem volitionem creaturarum quoad entitatem, non autem eſſe exercitium, ſeu informationẽ eius ſecundum noſtrum modum concipiendi. Aſſerit ſecundum, in ſigno rationis ſequenti, volitionem diuinam non neceſſario informare voluntatem Dei quoad exercitium volendi creaturas, quia non intelligitur habere ſubiectum proportionatum. Quod ſi ab ipſo petas quænam ſit hæc improportio? Reſpondet actum, quo Deus vult creaturas eſſe indifferentem quoad exercitium, vt ſit, & non ſit, connaturaliter enim ſequitur practicum iudicium indifferens: dum ergo non præintelligimus Deum libere ſe determinare ad volendũ eſſe creaturas, potius quam ad volendum nõ eſſe, non intelligimus ſubiectum proportionatum ad recipiendam denominationem liberè volentis in exercitio. Si vltra petas, per quid Deus determinetur? Reſpõdet per quãdam volitionem virtualem in priori quodam ſigno præexiſtentem determinari, & per hanc acceptare volitionem condendi creaturas, & ea acceptata acquirere denominationem libere volentis in exercitio: hoc, quod ait de volitione virtuali antecedente, commune eſſe putat omnipotentiæ indifferenti in operari: ipſe enim ſupra num. 11. explicans per quid determinetur potentia creata ad actum: reſpondet determinari ab ipſomet actu, in eoque virtualiter includi volitionem actus tanquam obiectum. Deinde num. 26. inquirens determinationem ex parte potentiæ, negare videtur, & à iudicio practico, & ab ipſomet actu, qui in ſe determinatus eſt, ſufficienter determinari potentiam num. 27. ait determinari ab influxu in actum, qui præcedit, & eſt virtualis volitio actus: atque ſi à Deo produceretur in voluntate volitio libera ipſam non denominaturam libere volentem, vſque dum ipſa voluntas influeret intrinſece, atque per eum influxum conſeruaret actum: in Deo vero, quia ad vitaliatem, ille influxus neceſſarius non eſt, ponenda videtur determinatio præcedens per virtualem volitionem, vt reddatur ratio, quare potius velit eſſe creaturas quam non eſſe; nam per eam virtualem volitionem Deus vult, vt actus ipſius quoad exercitium determinetur ad eſſe creaturarum.

Hic modus dicendi P. Albertini refutari poteſt ex diuerſis capitibus: nam primo, cõtra eum militant argumenta omnia, propter quæ non aquieuimus P. Suario cap. 5. vide num. 35 & 36. vbi oſtendi nullam formam ſi ſemel conſtituatur in ſubiecto proportionato poſſe ſuſpendere effectum formalem ex defectu alicuius extrinſeci, quantumuis ad id habeat eſſentialem ordinem, defectus ſane ille impedimẽto erit, quominus ea forma in ſubiecto conſtitui poſsit: at ſi intelligitur conſtitui, & ſubiectum eſt proportionatum intelligi neceſſario debet recipiens effectum in exercitio: & vt omittam quid ſit cum Paternitas, aut actus vitalis in lapide conſtituerentur, nam hæc, nec ad rem ſunt, nec conſtitui poſſe verum puto, peto ab Albertino, cum per ipſum volitio libera Dei nihil addat entitatis ad neceſſariam (in hoc enim concordat cum P. Suar.) quare non tribuat Deo adæquatum ſuum effectum formalem, in quocunque ſigno eam intelligimus exiſtentem in Deo? ait, quia nondum eſt volitio virtualis, à qua dependet; ſed data ea, de qua num. 58. pendebit quidẽ, vt ſit volitio libera, tanquam à præparante, ſeu proportionante ſubiectum, non tamen pẽdere poteſt in communicando effectu formali, ſi tota ibi adeſt, verbi gratia. Si tota anima rationalis informet corpus, licet nõ præexiſterint diſpoſitiones præneceſſariæ, adæquatum effectum ſuum formalem ſubſtantialem corpori tribuet; dico ſubſtantialem, vt præſcindam à quibuſdam effectibus formalibus, ad quos accidentia organizantia neceſſaria ſunt, quia intrant ipſum effectum, quod de anima rationali certum putant omnes, de quacunque alia forma, etiam reſpectiua certum putare debent in primario effectu formali; quippe eadem ratio in omnibus probat.

Refutatio Albertini

Omnis forma etiam reſpectiua ſi ſemel in ſubiecto proportionato conſtituatur tribuit neceſſario effectum formalem

Nec

Digitized by Google

Nec obſtat volitionem à Deo infuſam non tribuere effectum viuendi in exercitio, nec volendi obiectum, maxime ſi eam infundat non cognoſcenti: quoniam aut procedis in opinione dicentium actum vitalem habere eſſentialem dependentiam à principio intrinſeco, aut ſolum connaturalem. In illa à Deo infundi nequaquam poterit, nam eſſentialis dependentia, atque cauſalitas non poteſt ſuppleri etiam ab ipſo Deo. In hac infundere poteſt Deus volitionem, ea vero omnẽ effectum formalem, qui eſt ab ipſa etiam cum producitur à principio intrinſeco, proculdubio communicauit volũtati. Effectus namque formalis volitionis nihil eſt aliud, quam volitio communicata, & vt eſſe poteſt volitio communicata ſine influxu intrinſeco, ita denominatio formalis. Verum eſt abſolutè nõ recepturam volũtatem effectum viuendi, quia vita conſiſtit in actione ab intrinſeco principio, quod ſi etiam terminus actionis eſſentialiter pertinet ad rationem vitæ, ſaltem tãquam forma inadæquata, etiam inadequate viuet, licet ei ea vita, quæ eſt volitio modo vitali, data non fuerit, non autem abſolute. Idẽ cenſeo de denominatione amãdi obiectum, cuius eſt volitio, nimirum abſolute non amaturam, ſed habere qualitatem per quam amat vt terminus, ſeu inadæquatam formam cõſtituentem amantem, vtrumque etenim, & actio principij intrinſeci, & terminus eius amantem conſtituunt: atque eodem modo philoſophandum eſt in infuſione volitionis non cognoſcenti; quoniam ſi volitio habet eſſentialem dependentiam à cognitione, non poterit à Deo infundi non cognoſcenti, quod mihi verius eſt, atque adeo ſicut eſſe non poteſt ſine cognitione: ita nec tribuere effectum formalem, nam in formis comparatione ſubiecti capacis, non aliter ſentiendum eſt deeſſe, quam de effectu formali, & quod ad eſſe ſufficit, ad effectum formalem ſufficit. Si tantum habet connaturalem dependentiam, infundi quidem poterit, atque ſemel infuſa totum dabit ſuum effectum formalem, quem dabat ex parte ſua, etiam cum producta fuit præexiſtente cognitione, vt conſtat ex dictis. Hæc, quę dixi pro refutando Albertino ex hoc primo capite notata velim à lectore, vtilia quippe ad plurima ſunt, ea vero directè pugnant cum primo aſſerto Albertini.

57 Si volitio infunditur à Deo, quemnam tribuat effectum formalem.

Quem ſi no cognoſcenti.

58 Secundum caput, propter quod, & refutari poteſt, & mihi maximopere diſplicet, eſt, quia petit ex parte potentiæ illam antecedentem determinationem per virtualem volitionem præcedentem ipſum actum amoris. Ego quidem in creata facultate libera, ſi diſtinguas ex natura rei actionem producentem qualitatem volitionis, atque eius immanentiam, ſeu informationem, vt hodie communiter diſtingunt, arbitror ſolam actionem eſſe immediate, & per ſe liberam, terminum vero, & informationẽ mediatè, atque denominatiuè, & ideo in ſola ea eſſe fundamentum omnis meriti, atq; demeriti, cuius ea eſt (me iudice) ratio manifeſta; actio namq; quatenus eſt via, & fieri termini prioritate aliqua à quo ipsũ præcedit, ea vero pro eo priori præſuppoſita, tum terminus, tũ informatio eius neceſſaria ſunt, & tanta neceſsitate, vt ex ſuppoſitione actionis, nec per potentiam abſolutam poſsint non eſſe; ergo ſola actio egreditur immediate indifferenter à ſuo principio, cætera vero, quã habent indifferentiã, habẽt ratione actionis? ergo ſola actio eſt intrinſece, & immediate libera: quocirca, ſi Albertinus tantũ ſibi vult, ante actum (intelligendo qualitatem) præcedere natura determinationem potentiæ per actionem, ſeu influxum intrinſecum, hoc nomine impugnandus non eſt. Si vero vult, vt reor, id peti ex indifferentia potentiæ, quia ſcilicet actus determinatus à potentia indeterminata, vt ſic procedere non poteſt; procul releganda eſt eius doctrina, quia falſa, quia libero arbitrio contraria. Principijs noſtræ ſocietatis in hac materia falſam eſſe conſtat: quoniam ipſa actio, quæ natura præcedit qualitatem volitionis determinata eſt, nihil obſtante, quod immediate, atque per ſe ipſam abſque vlla præuia determinatione egrediatur à principio indifferenti. Nec enim ipſe petit determinationem aliquam potentiæ præuiam ad actiones, alias abiret in prædeterminantes. Contrariã eſſe libertati cõſtat ex eo, quod hęc ex proprio iure ſibi vendicat omnia præuia, tũ ex parte principij, tum ex parte cognitionis, indifferentia, ita vt prima determinatio ab ipſa ſit, concurrente etiam cauſa prima, vt alibi fuſius tradidimus. Quo etiam ſit contrariam eſſe noſtris principijs, quæ, vt illæſa ſeruent libertatis iura fide ſancta, omnem præmouentem Phyſicam determinationem ex parte potentiæ communi noſtrorum diſſenſu reſpuunt.

Sola actio eſt immediate libera.

Duplex ſenſus Albertini.

Redeo ad rem noſtram, influxus ille intrinſecus, qui natura præcedit volitionem, ſi eſt eius virtualis volitio, vt obiectum, non ideo eſt, quia ad libertatem opus ſit volitione virtuali antecedente, vt conſtat in ipſo influxu, qui non prædiligitur alio virtuali antecedente, alias abiretur in infinitum, ſed ideo neceſſarius eſt, quia commune eſt omni effectui, (qui nõ ſit fieri) produci per actionem diſtinctam ex natura rei, & natura priorem. Vnde, ſi actio non diſtinguitur à termino, ac precipuè in vitalibus, vt eſt hodie non contem- 59

nenda

Digitized by Google

nenda ſententia, nec hac prædeterminatione, aut virtuali volitione actus opus eſt, ſed ipſe actus immediate per ſe ipſum liber eſt, atque determinat potentiam indifferentem. Dixi, ſi eſt eius virtualis volitio, nam id permitto; licet negare poſſem eſſe, eo quod ea actio nõ eſt tendentia intẽtionalis in ſuum terminum, ſed ipſius realis productio, vt ſunt cæteræ actiones comparatione ſuorum terminorum: at parum curo de hac appellatione, quippe, quæ ad rem noſtram parum refert appellare illam virtualem volitionem, aut non.

An actio præuia ſit virtualis termini volitio.

Ex hoc vero radicitus conſtat in Deo opus non eſſe ea virtuali volitione antecedente, atque præparante ſubiectum, vt recipiat denominationem volentis in exercitio, quam ſine fundamẽto finxit Albertin'. Quoniã ſi ad eã eſt aliquod fundamentum maxime in creaturis, ſed vidimus non eſſe fundamentũ in creaturis: quippe illæ actionem præuiam non exigunt, vt diſponant ſubiectum, ſed vt producant volitionem liberam; ergo cum ad libertatem præuius influxus productiuus neceſſarius non ſit, vt ipſe fatetur, nullum eſt fundamentum in creaturis, ad conſtituendum in Deo virtualem illam volitionem antecedentem proportionantem ſubiectum. Rurſus ad hoc, vt volitio diuina neceſſaria Deum denominet ſe neceſſario amantem, opus non eſt diſponi voluntatem Dei, alia virtuali præuia volitione antecedente. Cur ergo opus erit ad effectum formalem liberæ volitionis? rationẽ huius Albertin' haud facile reddet.

60 Tertium argumentum, nec illud leuius contra eam virtualem volitionem ſic eformo. Diſtinguo ratione noſtra ex modo concipiẽdi virtualem volitionẽ antecedẽtem à formali denominatione libera, quæ poſterior ratione eſt: & peto, an ne illa volitio virtualis in ſe ſit libera, an nõ? ſi libera eſt; ergo tribuit Deo denominationem virtualiter libere volentis in exercitio expectata aliqua præuia diſpoſitione ſubiectum proportionante: ergo ſimiliter Deus recipiet formalem denominationem à volitione formali creaturarum nullla expectata præuia diſpoſitione. Porro, ſi libera eſt immediate: ergo etiam volitio formalis libera immediate eſſe poteſt. Ad hæc, ſi libera eſt, abſolutè loquendo contingenter adeſt, & potuit non adeſſe pro illo priori, quo Deus præintelligitur indifferens ad virtualem volitionem, & negationem eius: ergo aliquid Deo intrinſecum, quod eſt à ſe eſſentialiter, & ipſe Deus, & maxima infinitaque perfectio in ipſo potuit non exiſtere, redeuntque omnia incommoda, & abſurda, quæ omnes vitare cupiunt, & Caiet. premunt: probo hanc conſequentiam: nam illa virtualis volitio antecedens, non eſt ens rationis, non eſt creatura: quippe reddit ſubiectum proportionatũ, nec eſt Deo extrinſeca; ergo eſt realitas formalitas in Deo exiſtens. Si in ſe, & immediata libera non eſt; contra primo, ergo non diſponit ſubiectum ad recipiendam denominationem formalis libertatis in exercitio: probo conſequentiam, nam actus neceſſarius nõ eſt diſpoſitio ad liberum: contra ſecundo, ergo ſine neceſsitate ac fruſtranee ponitur, nam actus neceſſarius, quo Deus ſe diligit, diſponere poteſt, ſi actus neceſſarius ſufficit ad eam diſpoſitionem. Contra tertio, ergo perit diuina libertas: probo conſequentiam, nam non eſt libertas in ipſa virtuali volitione, nec ea poſita eſt libertas in formali denominatione, nullibi ergo inuenies libertatẽ: probo ſecundam partem antecedentis: primam enim tu das: ea etenim poſita non poteſt non denominare, eſt enim virtualis volitio determinatio præuia ad denominandũ formaliter. Deinde ea poſita denominatio illa à formali volitione non eſt in genere cauſæ efficientis, ſed in genere cauſæ formalis per Albertinũ: at in genere cauſæ formalis non conſiſtit libertas, vt omnibus conſpicuum eſt; ergo nec in virtuali volitione, nec in formali denominatione eſt libertas: pereat ergo libertas Dei neceſſe eſt.

Efficax argumentum cõtra Albertinum.

Cap. IX. *Sententia Aureoli, & varij modi defendendi libertatem Dei per extrinſeca connotata.*

61 RETVLIMVS iam, atque refutauimus ſententias omnes hactenus excogitatas pro defendenda libertate Dei ratione actus ſibi intrinſeci, nec reuera diſtincti à neceſſario, reſtant opiniones, quæ libertatem Dei extrinſeca denominatione compleri, aut conſtitui arbitrantur, ſiue ea ſummatur ab effectu, hoc eſt, re volita, & producta, ſiue à cauſalitate natura priori termino. Aureol. in 1. diſtinct. 47. art. 1. §. ex præmiſsis allegatur, vt caput huius ſententiæ, quia dixit Deum ſe habere in libera productione, ſicut ſe haberet ignis in combuſtione ſtuppæ, ſi poteſtatem haberet eam ſibi approximatam comburendi iam, & non comburendi; in hoc vero nulla eſt intrinſeca determinatio libertatis, ſed ſola determinatio extrinſeca ab effectu connotato cum indifferentia habito, & cum poteſtate non producendi

Aureol.

Aureolus acute de libertate Dei.

Digitized by Google

cendi. Ego legi Aureol. vbi de hac re loquitur, & licet ſententia eius in omnibus probãda nõ ſit in hac parte: at eum altiſsime de Deo ſenſiſſe, & acutiſsime libertatem diuinam explicaſſe dico cap. 10. in quo pronuncio proprium placitum. Gregor. Arimin. in 1. ſent. diſt. 45 qu. vnica poſt 7. concluſ. Aureol. acriter impugnat; nihilominus, nec ipſum alienum eſſe à bono ſenſu, in quem inducimus Aureol. cap. 10. monſtrandum eſt: ante Aureol eam indicat Antiſiod. 1. parte ſummæ Theol. capite. 13. alij quoque referuntur à P. Salas 1. 2. tractatu 3. diſp. 1. ſect. 8. §. 2. Hæc porro ſententia robur accepit, poſtquã eam denuò tutatus eſt P. Vazq. 1. p. diſp. 80. capite. 2. vbi etſi dicat liberum actum ſolum addere ad neceſſarium reſpectum rationis: at per hũc reſpectum intelligit extrinſecam denominationem ab effectu producto, per quẽ inquit, determinatur ad producendum, non autem per actum liberum voluntatis natura priorem, Deo intrinſecum, & licet nos concipiamus in diuina eſſentia cum eam concipimus per conceptum actus liberi, quaſi aliquem affectum, nihil reuera elicitum correſpondet noſtro conceptui, qui confuſus, & imperfectus eſt; itaque reſpectus rationis, qui poſtea reſultare dicitur, extra eſſentiam actus liberi eſt, ipſum ſupponens per terminum connotatum, vt animaduertit P. Vazq. quæſt. 14. art. 15. & P. Arrubal in præſenti diſput. 54. cap. 3. qui etiam ſecutus eſt in ſubſtantia opinionis P. Vazq. dico in ſubſtãtia, quia magis expreſsit connotata ſcientiæ liberæ, & actus liberi: nam pro illa aſsignauit veritatem obiecti contingentis, pro hoc, non effectum ipſum volitum, ſeu terminum, ſed cauſalitatem, per quam producitur terminus: quippe hæc immediatius, & prius determinat, prius natura, ſi à termino ex natura rei diſtinguitur, prius tantum virtualiter, ſi tantum diſtinguitur virtualiter, qua ratione ſibi perſuaſit fugere circulum vitioſum, quo ab omnibus vrgetur P. Vazq. non vero vitare dicam num. 84. cap. 11. vbi dijudico hanc ſententiam, & forte ideò P. Vazq. non curauit de exprimanda hac connotatione, quam non negauit, quia nimirum inſpexit ea nihil iuuari ſuam ſententiam: adducit in patrocinium Bonauent. in 1. diſp. 45. art. 2. quæſt. 2. in reſponſione ad argumenta: ſed nihil tale habet in eo loco. Ad hanc etiam ſententiam ſpectant alij Magiſtri in varijs diſputationibus, & ſcholaſticis, & expoſitiuis doctiſsimis ſanè, conſiderant enim tria in actibus diuinis liberis: primum rationem liberi: ſecundum perfectionem vitalem: tertium tendentiam in tale obiectum. Ex his tribus, ſecundum aiunt eſſe eſſentiale, atque intrinſecum Deo, ac ſubinde neceſſarium: primum autem, & tertium extrinſecum. In quo differt liber actus Dei, à noſtro, nam tendentia ad tale obiectum, atque vitalitas actus ſunt indiſtincta, & intrinſeca libero agenti creato; in Deo vero vitalitas diſtincta eſt à tendẽtia, hæc eſt extrinſeca, illa intrinſeca: ex quo efficitur alia differentia, quod in noſtro actu vitalitas non eſt neceſſaria, ſed contingenter adeſt, & abeſt; at ea ſuppoſita tendentia ad tale obiectum neceſſaria eſt; nã poſita vitalitate amoris Dei, nõ eſt in noſtra poteſtate eum actum ad Deũ non terminari. In Deo vero e conuerſo ſe res habet: nam perfectio vitalitatis neceſſaria eſt, tendentia autem ad hoc, aut ad illud obiectũ determinate neceſſaria non eſt. Ex hoc infert denominationem liberi eſſe extrinſecam denominationem in Deo. Vnde, cum dicimus hominem liberè amare, illud *libere* appellare ſupra vitalitatem, non ſupra tendentiam, aut terminationem. Cum vero dicimus Deum libere amare, illud *liberè* non appellare ſupra vitalitatem, ſed ſupra tendentiam: at aduertit eam denominationem includere rationem partim extrinſecam, partim intrinſecam; intrinſeca eſt vitalitas, extrinſeca eſt tendentia. Et cum dicimus Deum eſſe cauſam creaturarum per actum liberum intelligendum eſſe ratione intrinſeci, quod includitur in actu libero, non ratione extrinſeci, è quibus alia plura infert fuſe, quæ ſpectant ad ordinem diuinarum volitionum, atque ad ordines intentionis, & executionis: demum omnes negat actus liberos inefficaces Deo, de quo nos diſp. 17. cap. 3.

Gregorius Aureol. impugnat non abeſt à bono ſenſu.

Greg. Antiſiod. P. Salas. P. Vazq.

P. Arrub.

62 *Alius modus defendendi hãc ſententiã.*

63 *Alius modus defendendi hãc eandem ſententiã.*

Demum ſcriptores alij nuper ſermone quidem elegantes, & iocunda eruditione locupletes, ac de immaculata Matris Dei conceptione optime meriti, in hanc candem ſententiam reuocari debent. Quoniam dicunt; primo, actum liberum Dei non eſſe liberum libertate effectus, vt ſunt creati actus, ſed libertate cauſæ. Secundo dicunt, libertatem actus diuini non eſſe ſimilem libertati noſtri actus: quippe is in tantum ſolum eſt liber, in quantum procedit à principio indifferenti: at quidquid poſtea ipſe efficit, vt ſpeciem ſui, aut habitum neceſſario efficit; ſed libertati potentiæ liberæ, quæ libera eſt propter indifferentiam in producendo actum. Tertio dicunt, velle liberum Dei eſſe ipſum actum neceſſarium, quo amat creaturas poſsibiles, cum determinatione indifferenti ad eas producendas, vel non producendas: id probatur exemplo libertatis potentiæ noſtræ, quæ cum neceſſaria ſit in ſua entitate, ſolum eſt libera ex determinatione in ratione cauſæ.

P. Ferdin. Salas defenſione pro immaculata conceptione. cap. 24.

Ex hac

Digitized by Google

Ex hac doctrina primo inferunt, veras eſſe has duas enunciationes. Prima, *Deus liberè producit creaturas.* Secunda, *Deus liberè vult productionem creaturarum*: vtramque veram eſſe probant ex ſimilitudine facultatis liberæ creatæ, quæ ſi immediate produceret motum localem, nullo intercedente medio actu volendi, diceremus liberè producere ipſum localem: quoniam indifferenter, atque contingenter ipſum efficeret, diceremus quoque liberè velle per eam productionem motum ſuum, quatenus ſe liberè applicuit ad eum producendum: ergo pariter dicendum de actu volitionis neceſſario Dei, quatenus liberè ſe applicat ad producendam creaturam.

Secundo inferunt, Deum perfectiorè gaudere libertate, quam creaturam: etenim effectus liberi actus creati remote, & denominatiue tantum liberi ſunt, actus vero increati immediatè, & proxime.

Hinc tertio defenditDei immutabilitatem, quia nimirum effectus, quem producit volitio neceſſaria, non manet intra ipſam, ſed ad extra
64 tranſit, vnde eo non mutatur Deus.

Quod ſi ei obijcias, ipſum recidere in opinionem P. Arrub. quam impugnauit, nimirum libertatem conſiſtere in actu neceſſario ſimul cum connotatione extrinſecæ actionis. Reſpõdet, negando ſequellam, quoniam actio ad extra in ipſius ſentẽtia poſterior eſt actu libero, & licet ab omni actu libero Dei aliquid reale connotetur, non tamen ingreditur vt pars intrinſeca eſſentiam actus liberi componens, ſed tantum, vt extrinſecum connotatum extra eſſentiam, & illa conſtituta poſterius. Declarans porro per quid actus Dei liber intrinſece compleatur, ait compleri determinatione, aut applicatione ad operandum, quæ præcedit operationem; hanc vero determinationem non eſſe aliquid reale, & phyſicum indifferentem facultatem, aut volitionem determinans, hoc enim eſſet inducere prædeterminationem, à qua longe abeſt, & contra quam agit; nec eſſe ens rationis proprium; ridiculum enim, & incredibile eſt ab ente rationis obiectiuum tantum habente eſſe in mente fingentis determinari potentiam, aut volitionem indifferentem Dei; aſſerit ergo eſſe quandam moralitatem, per quam intelligimus ipſam diuinam volitionem ex ſtatu remoto ad operandum transferri ad proximum, ſeu determinationem ſine ſui mutatione, omne enim agens hunc habet duplicem ſtatum, antequam agat, ita cogitat de diuina volitione, nimirum ex æternitate fuiſſe in ſtatu primo proximo, atque determinatione comparatione rerum, quæ erant producendæ, in ſtatu vero remoto comparatione aliarum, quæ nunquam producendæ ſunt. Et ſi cut in voluntate creata propenſio, quam habet ad producendam hanc liberam volitionem, potius quam ad aliam, & quam Deus videt habere, antequam decernat cum voluntate ad ipſam concurrere, non eſt aliquid phyſicum intrinſecum ipſi, & ideo cum de ſtatu nõ propenſæ, tranſit in ſtatum propenſæ non mutatur phyſicè, ſed tantum moraliter, ita in diuina volitione. Pro hac ſententia allegari etiam poteſt P. ConinK. 3. p. q. 77. de Sacramento Euchariſtiæ, art. 1. dub. 1. vbi ait prius natura P. Coninck quam ſit actio libera, eſſe quandam applicationem in diſtinctam ab ipſa, per quam aliter ſe habet virtualiter potentia.

65 Denique, ex hac doctrina vitat circuitum illum vitioſum mutuæ cauſalitatis, & dependentiæ, quem vitare non potuerunt P. Vaz. & Arrubal: etenim ideo res futura eſt, quia Deus eam fore decreuit, ſe libere applicans, & determinans ad eam producendam, nec enim alia cauſalis vera eſt, nimirum: *ideo dedecreuit Deus rem fore, quia futura eſt.* Vltimo alia infert corollaria circa prædifinitionem finis, ante determinatam electionem mediorum, circa defendos duos ordines intentionis, & executionis, & circa obiecta actuum efficacium, & inefficacium diuinorum, de qua re nos diſputatione ſequenti. Hactenus prædicti recentiores, congeſsi omnes hos modos dicendi in hoc capite: quoniam ex Aureoli mente duxerunt originem, vt rami ex trunco, licet obſcuriſsime loquutus ſit negans deſiderium, & odium, quapropter à quibuſdam reijcitur eo nomine, quod omnem volitionem erga creaturas negauerit, ſicut, & omnem ſcientiam: ſed intelligi poteſt de volitione depẽdenti à creaturis, & imperfecta: ſicut in ſimili de ſcientia ipſum expoſuimus, tract. 1. diſp. 5. capite 1.

(*)*(*)
(*)
(*)
*

Cap.

Cap. X. Argumenta contra Aureolum, & explicatio propriæ ſententiæ.

DVM diiudicamus modos dicē-di cap. 9. relatos, non poſſu-mus non propriam quoque ſen-
66 tentiam indicare. Etenim multa in eis dicuntur vera, quædam etiam non vera, dum ergo hæc reijcimus, illa eligimus, iacimus fundamenta, in quibus noſtra inniti debet ſententia, atque inprimis aliorum opinionum ferè authores omnes in Aureolum acerrime inuehunt P. Fonſec. 3. tom. Meth. lib. 7. cap. 8. quæſt. 5. ſect. 2. ait eam ſententiam meritò à cæteris Theologis reijci, tanquam parum conſonam diuinis ſcripturis, & in ſe valdè abſurdam, & quod mihi pluris eſt P. Suarez 2. tom. Met. diſp. 30. ſect. 9. num. 3. & 4. ait iuxta principia fidei eam ſententiam nullo modo defendi poſſe, & P. Salas tractatu tertio diſp. 1. ſect. 8. §. 2. eis conſentit, & Thomiſtæ recentiores ei notam temeritatis, aut erroris inurere non dubitant.

P. Fonſ. *P. Suar.* *P. Salas.*

67 *Obiecta contra Aureol. ex teſtimonijs ſacræ ſcripturæ.*

Videamus, an obiecta Aureolo ſolida ſint. Primo, obijciuntur locutiones ſacræ ſcripturæ, in quibus tribuitur Deo velle, atque amare creaturas: imo ita velle, atque amare, vt hos actus condiſtinguàt ab effectibus, & non quomodocunque, ſed vt cauſas effectuũ creatorum: ergo actus liber Dei nequaquam per creaturas compleri debet, ſed ad eas præſupponitur: antecedens probatur. Primo, ex illo Pſal. 113. *Omnia quæcunque voluit fecit.* Ecce condiſtinguit voluntatem liberam ab effectu: imo determinationem libere voluntatis dixit eſſe cauſam rerum, quas voluit. Secundo, ex Paulo ad Epheſ. 1. *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* Tertio, ex Sap. cap. 11. *Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes.* Quarto, ex cap. 3. Ioan. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Vbi charitatem Dei erga homines, qui eſt actus eius liber, ponit vt cauſam incarnationis verbi diuini: mitto alia teſtimonia, quæ congeruntur; nam tota difficultas in his explicandis ſita eſt.

Pſal. 113. *Paul. ad Epheſ. 1.* *Sap. 11.* *Ioa. c. 3.*

Secundo, obijcitur ex his teſtimonijs, quod ea in propria ſignificatione intelligenda ſunt; nam non licet frequentes locutiones ſacræ paginæ, in quibus libertas propria tribuitur Deo, detorquere ad ſenſus improprios, & methaphoricos: at ſi ipſe effectus ad extra Deum conſtituit liberè volentem methaphoricè tantum, atque impropriè eſt in Deo volitio libera: ergo ſententia Aureoli non eſt conſona modo loquendi ſacræ ſcripturæ; & ſignificationi communi Patrum.

Tertio, ita obijci poteſt ex eiſdem teſtimonijs. Hæ cauſales ſunt bonæ, *quia Deus voluit, fecit mundum, conſeruat, ſaluos facit prædeſtinatos, pæna afficit damnatos*: nam continentur in eis locutionibus ſcripturæ David Pſalm. 17. ait, *ſaluum me fecit, quoniam voluit me.* Non autem ſunt bonæ vice verſa: *quia fecit mundum, quia conſeruat, eum voluit; quia ſaluos fecit prædeſtinatos, eos dilexit: quia miſit filium ſuum, mundum diligit*: at ſi vera eſſet opinio Aureoli, atque ſectatorum, eæ cauſales bonæ eſſent in generæ cauſæ formalis: actum enim liberum Dei complet, ſeu conſtituit ipſa creatura, & vt hæc eſt bona cauſalis in genere cauſæ formalis: *quia homo habet albedinem, eſt albus*: ita illæ bonæ erunt. Conſequens autem abſurdum eſſe patet. Primo, quia ille modus loquendi aduerſatur modo loquendi ſacræ ſcripturæ. Secundo, quia actus liber Dei eſt cauſa efficiens creaturarum. Deum enim eſſe agentem perfectiſsimum per intellectum, & voluntatem negari non poteſt; non vero agit per volitionem neceſſariam: ageret enim ex naturæ neceſsitate: ergo agit creaturas per volitionem liberam: ac proinde nullatenus aptæ ſunt illæ cauſales, *quia eſt creatura, eam vult Deus.* Vrgeo priuſquam Deus ad extra operetur, ſed determinat ad operandum: ergo actus liber præcedit operationem extrinſecam: antecedens probo, quia determinatio libera Dei eſt æterna, operatio ad extra eſt in tempore: ergo illa præcedit hanc. Vrgeo præterea, per actum neceſſarium, Deus non eſt liberè volēs liber vero actus ſolũ addit ad ipſum extrinſecā operationē intrinſecè cōſtituentem libertatem: ergo Deus incipit velle in tempore: conſequens abſurdum eſt; ergo, &c.

Pſal. 17.

Quarto obijcitur, Deus viuit per omnem ſuam volitionē, ſicut per omnem ſuam ſcientiam; ergo omnis volitio, atque omnis ſcientia eſt actus vitalis, & immanens; ergo non poteſt conſiſtere in extrinſeco effectu, aut fieri eius.

Quinto denique obijcitur. Nam non poterit eſſe actus liber in Deo, cui ex parte creaturæ non reſpondeat aliquis peculiaris effectus: imo actus inefficax liber, qui

 nullum

Digitized by Google

nullum habet effectũ a diuina voluntate circumſcribendus erit: item nequaquam Deus poterit velle producere aliquem hominem propter duos fines ſibi propoſitos: quoniam cum finis extrinſecus ſit, non mutatur actio productiua ex appoſito vno, aut duplici fine: atqui dum non correſpondet ſpecialis effectus ex parte creaturæ, non eſt nouus actus liber, vt conſtat; ergo Deus non poteſt velle
68 producere eundem hominem propter Duos fines, quod eſt abſurdum.

Primum ſtatutum pro propria ſentẽtia.

Hæc ſolent in Aureol. argumenta inſtrui. Verum, & mens ipſius à nobis altius introſpicienda, & tandem iam noſtra quoque in medium proferenda. Atque inprimis in memoriam reuocandum eſt nos remouiſſe cum ipſo Aureolo, & alijs a diuina mente omnem actum primum, rationem omnem potentiæ, non ſolum re, ſed etiam ratione noſtra in ordine, & ad omnem ſcientiam: omnem, inquã, liberam, & neceſſariam, & in ordine ad omnẽ volitionem, tum neceſſariam, tum liberam. Illud primum docui, atque authoritate, & ratione confirmaui tractatu de ſcientia Dei diſp. 2. per tria cap. Hoc ſecundum in hoc tractatu diſp. 12. cap. 1. Nullus (ni fallor) quæ ibi doceo, penetrauit, quin ſtatim iudicet eam doctrinam, tum ſolidiorem eſſe, tum dignius de Deo ſentire: hoc ipſum docuit Aureol. per hæc verba: *ſecunda propoſitio eſt, quod velle in Deo non eſt elicitum, etiam ſecundum rationem, ſed quid omnino inelicitum, & ſubſiſtens, & nihilominus liberrimum iſto nõ obſtante;* ea habet in primo libro ſentent. diſt. 46. art. 1. §. quod in Deo ex his verbis duo deprehẽduntur. Primum, omnem rationem potẽtiæ appetitiuæ in ordine ad eliciendum aliquem actum diuinæ volitionis à Deo procul remouendã eſſe, etiam ratione noſtra. Secundum nihilominus liberũ eſſe cum actũ non quidem in ſui elicientia, quæ nulla eſt, ſed alia conſideratione, quã mox ſubijcio. Rurſus in eodem loco poſt probatam eam propoſitionem; ita ipſam declarat. *Ergo Deitas debet concipi per modum cuiuſdam velle ſubſiſtentis: vnde ſicut ſupra dicebatur de intelligere, ſic oportet tenere de velle, & poteſt imaginatio manuduci; quia, ſi quis conciperet volitionem roſæ exiſtentem in volũtate alicuius ſeparatim ſubſiſtere ſine omni voluntate: & ſimiliter volitionem floris, & volitionẽ lapidis, & ſic de omnibus rebus, & cũ hoc apprehenderet, quod omnes iſtæ volitiones eſſent vna volitio: ſic intelligi debet Deus, vt quoddam velle ſubſiſtẽs omniũ rerũ: & ita propriſſime vult, non quod habeat volũtatem, quæ per velle perficiatur, ſed quia eſt ipſum velle.* Greg. in 1. diſt. 45. q. vnica eundẽ Aur. cõceptũ expreſſit in hæc verba: *quod ſicut Deus eſt ſua ſciẽtia, & notitia, qua nouit, quidquid nouit: ſic eſt ſuũ velle, quo vult, quidquid vult.*

Nullus actus primus in Deo in ordine ad volitionem.

Aureol.

Greg.

Ergo ijs manuducti, vt in creatis volũtas libera noſtra ab anima fluit prius, intellectu affecta per modum accidentis, & formæ inhærẽtis fluxu reali, ſi realiter ab ipſa diſtinguitur: 69
ita debemus intelligere à Deo intellectione actuali eſſentialiter conſtituto, (ſecũdum noſtram ſententiam diſp. 3. cap. 3.) fluere virtualiter actualem volitionẽ rerum omnium, non per modum formæ inhærentis, aut aliquo modo informantis, ſed per modum ſubſtantiæ ſubſiſtentis. Itaque quod in nobis eſt potentia in ordine ad actus, in Deo eſt actus ipſe non elicitus ab alio, ſed per ſe ſubſiſtens: ergo cum concipimus Deum per modum actus liberi, non debemus concipere actum liberum Dei per modum affectus eliciti; vt dixit P. Vazq. ſupra num. 61. ſed per modum actus liberi per ſe ſubſiſtentis: irrepſit nobis vitium hoc ita diuina concipiendi ex aſſuefactione ad concipiẽdos actus liberos creatos, ex quibus aſſurgim⁹, & eleuamur ad diuina: at vt acute, & vere dicebat Aureolus omnem rationem actus eliciti reſpuere debemus; quippe quæ plena eſt imperfectionibus, cum diuinum actum liberum agnoſcimus.

P. Vazq. notatur.

Actus liber Dei nõ debet concipi per modum eliciti.

Conſidera vlterius facultatẽ amãdi noſtrã, vt eſt potẽtia proxima amandi, (cum dico potentia proxima, inuoluo ex parte intellectus cognitionem prærequiſitam, atque obiecto proportionatam, & ex parte Dei paratum proxime concurſum indifferentem: nam cõſiderata ſecundum ſolam entitatem ſuam tantum eſt potentia remota amoris) vt eſt inquã potẽtia proxima, eſſe principium effectiuum actuũ, tum neceſſariorũ in ordine ad obiecta neceſſaria, tum liberorum in ordine ad obiecta libera, & eſſe principium receptiuum eorumdem actuum, per quos denominatur liberè, aut neceſſario amans. Item ſe ipſa tanquam forma extrinſeca prius quam intelligatur, habere aliquem actum, denominare obiecta neceſſario, aut libere amabilia: quod ſi loco potentiæ huius, ei daretur actus vniuerſalis ſubſiſtens, qui ſimul vna volitione, & ſimplici entitate eſſet amor neceſſarius obiectorum neceſſariorũ, atq; liber liberorũ, (vt conſiderabat Aureol.) ſine principio elicitiuo, & receptiuo actus liberi, eſſet in ipſa amor liber, per quem immediatè omnia bona denominarentur amata; neceſſaria bona, vt Deus ipſe ſecundum intrinſeca, neceſſario amata: libera bona, vt creata, liberè amata; & cũ Deus de facto loco potentiæ noſtræ habeat amorem vniuerſalem ſubſiſtentem ſine vlla potẽtia etiam per rationem noſtram in ordine ad ipſum 70

Non eſt in diuina libertate principiũ actiuum, aut paſſiuum, nec denominatio amabilis.

Digitized by Google

ad ipſum: hinc manifeſte efficitur in diuina libertate, nec admittendum eſſe principium elicitiuum actus liberi, nec paſsiuum, nec denominationem liberè volentis, tanquam à forma ei accedentem, nec ipſum aliquod obiectum denominare prius amabile, ſed immediate actu amatum, ſe quidem neceſſario in exercitio, vt diximus diſp. 14. capite. 1. creaturas vero liberè.

71 *Denominatio amãtis ſolum libera ratione actionis.*

Porro, cum facultas noſtra ſuſcipit denominationem amantis, ea denominatio ſecundum aliquid eſt libera, & ſecundum aliqua eſt neceſſaria. Enim vero tria continet: primum, effectionem eius qualitatis, quæ eſt volitio: ſecundum ipſam qualitatem: tertium, informationem eius: addere etiam poſſumus denominationem extrinſecam amati, quam tribuit obiecto. Ex his ratione illius primæ rationis libertatem continet ea denominatio non ratione cæterarum: nam poſita actione producente, quæ cum indifferentia egreditur à ſuo principio, qualitas volitionis neceſſario exiſtit, & poſita exiſtentia eius qualitatis vitalis neceſſario informat ſubiectum: ergo ratione ſolius actionis omnia illa contenta in denominatione amantis libera ſunt, vt diximus ſupra num. 58. impugnantes Albertinũ. Quo fit, ſi per impoſsibile ea actio tranſiens eſſet, qualitatemque volitionis extra principiũ in ſubiecto ſeparato produceret, nihilominus liberam fore eam productionem: dum enim egreſsio actionis cum indifferẽtia exerceatur, ſiue maneat intra ſubiectum, ſiue extra tranſmittatur, liberè egreditur, vnde agens ſic producens liberè operans denominaretur, vt notarunt recentiores Mag. num. 63. & ante ipſos Aureol. in 1. diſt. 47. art. art. 1. §. ex præmiſsis: vbi poſtquam dixit Deum ex complacentia, & condelectatione in creaturis poſsibilibus producere, quas vult, abſque vlla noui actus determinatione intrinſeca; cum intenderet conſtituere diſcrimen inter modum producendi liberum actionum externarum noſtrarum, ac Dei comparatione creaturarum: ait, *libertatem noſtram non mouere ad proſecutionem exteriorem, niſi quod interius per deſiderium mouetur. Nec etiam mouere membra exterius ad fugam, & reſilitionem, niſi quod fugit interius, & reſilit per odiũ, & deteſtationem: eſſet autem maioris perfectionis, ſi moueret exterius, abſque hoc, quod interius moueretur, ſe moto: ergo hoc, quod eſt imperfectionis ratio voluntarij ſic tanſmittitur ad diuina, quod Deus per rationem ſimplicem Deitatis producit exterius, & non producit, & habet vtrumque in ſua poteſtate, & habet ſuper vtrumque Dominium &c.* Ecce ea ſententia eleganter, & expreſſe ab Aureolo tradita. In

Aureol.

eo vero ab ipſo diſcedo, quod ait eam complacentiæ volitionem eſſe Deitatem ipſam: nam volitionem Dei intellectione poſteriorẽ ab eaque virtualiter manantem, atque diſtinctam non pertinere ad Methaphyſicũ Deitatis conceptum, docui diſp. 3. cap. 3. & 5. & ex proffeſſo in hoc tractatu diſp. 12. cap. 2. *Volitio nõ eſt Deitas contra Aureol.*

Quædam ex his colligenda ſunt, primum omnem libertatem, tam creatã, quam increatam conſiſtere immediate in ipſa egreſsione actionis à principio indifferenti. Secundum per accidens competere principio libero, vt ſic, vt eſt cõceptus communis creato, & increato, terminari eam actionem ad actum voluntatis. Primum manifeſte ſequitur ex dictis num. 71. quoniam inter ea, quæ reperiuntur increata libertate, ratione ſolius actionis pro ducentis cætera denominantur libera: ergo in libertate creata in ſola actione à principio indifferenti conſiſtit intrinſece, & immediate libertas. Deinde id certius eſt in diuina libertate: nam ſola actio, quæ immediatè egreditur à principio indifferenti, vt ſic eſt immediate libera, ſed nulla eſt actio, & productio in diuinis immanens, & interna, quæ egrediatur à principio indifferenti, vt ſic: etenim præter productiones perſonarum nulla alia eſt actio in diuinis, productiones autem perſonarum non procedunt à principio indifferenti vt ſic, ſed à principio determinato: ergo diuina quoque libertas in actu ſecundo in actione ad extra, hoc eſt terminata ad creaturã conſiſtere debet. Quæ etiam ratio probat ſecundũ illatum, nimirum per accidens eſſe principio libero, vt eſt ratio communis ad creatum, & increatum terminari ad actum voluntatis. Nã actio, qua Deus producit creaturas, immediate egreditur indifferenter à Deo, atque in ea exercet ſuam libertatem, ſed ei accidentariũ eſt terminari ad actũ voluntatis, cum de facto terminentur actiones Dei ad omnia creata: ergo per accidens eſt actioni, quæ immediatè egreditur à principio indifferenti, & in qua conſiſtit exercitium libertatis terminari ad actum voluntatis. Deinde in Deo eſt libertas, non in ordine ad actum elicitum voluntatis: quippe nullus talis eſt, etiam per rationem noſtram, vt oſtendi numero 69. ergo non eſt de ratione libertatis, vt ſic terminari actionem, in qua conſiſtit libertas ad actum voluntatis.

72 *Omnis exercitatio libertatis conſiſtit in actione.*

Non eſt de ratione eius terminari ad actum voluntatis.

Prætera deduco, nec etiam eſſe de ratione principij liberi, vt ſic, vt illud ſit potentia voluntatis: hoc patet primo, quia in Deo eſt principium liberum, non eſt voluntas per modũ potentiæ, vt diximus n. 68. ergo nõ eſt de ratione principij liberi, vt ſic, quod illud ſit voluntas. Secundo, quia non eſt de ratione

73 *Non eſt de ratione principij liberi eſſe potentiã.*

Digitized by Google

actionis liberæ terminari ad actum voluntatis, vt modo oſtendebam; ergo nec eſt de ratione eius petere egredi à voluntate tanquam à principio. Probo hanc conſequentiam, quia ſola actio, quæ terminatur ad actum voluntatis, petit procedere à voluntate tanquã à principio: ergo, vt non eſt de ratione actionis liberæ terminari ad actum voluntatis, ita nec proficiſci à principio, quod ſit voluntas. Dum ergo principium operans ſit indifferens in operando, quidquid ſit in ſua entitate, actio, quæ ab ipſo fluit, libera erat in eaque immediate, & intrinſece conſiſtet exercitium libertatis. Imo ſi res attentius inſpiciatur, in voluntate creata duas rationes conſiderare debemus, alteram principij vitalis, non tantum in genere, vt ſic: & vt eſt ratio communis ad alia viuendi principia, ſed vt eſt tale principium vitale, quod petit viuere in actu ſecundo per propriam actionem, & terminum: alteram principij liberi, licet hæc voluntas, vt talis eſt, petat agere formam intra ſe manentem, eamque producere actione immanenti: at id petit primario, & per ſe ſecundum rationem ſibi inadæquatam principij vitalis, non vero ſecundũ aliam inadæquatam, ſibi tamen eſſentialem principij liberi. Quoniam, vt dicebamus ſupra, ſi hæc eadem volũtas immediatè ageret motum externum membrorum corporis cum ea indifferentia, qua producit actum voluntatis, libere operaretur, & ſi non viueret per talem operationẽ. Nec nouum eſt eidem naturæ comprehendenti in ſe duas rationes inadæquatas competere per ſe, atque primario vnum modum operationis ſecundum vnam, non ſecundum alteram: exemplum eſt in animo rationali, qui eſſentialiter complectitur, & eſſe intellectiuum, & volitiuum, ei, vt intellectiuus eſt, non competit per ſe producere volitionem, nec ei, vt volitiuus, producere intellectionẽ: ita voluntati, vt vitale principium eſt, competit per ſe immanenter operari, non autem vt principium liberum, ſed contingenter operari, ſiue intra ſe, ſiue extra ſe operetur.

Voluntas creata, vt eſt principium liberum non operatur immanenter.

74 Vlterius conſidera, vt in libertate creata potentia ipſa eſt principium liberum comparatione obiectorum, quæ cum indifferentia proponuntur, & neceſſarium comparatione obiecti neceſſarij: ita in Deo, in quo nulla eſt potentia in ordine ad actum immanentem, & receptum, ipſe actus ſubſiſtens virtualiter ab intellectione emanans, eſt actus neceſſarius comparatione bonorum Dei intrinſecorum, & liber comparatione bonorum limitatorũ. Cum autem dico eſſe liberum, non intelligo in ordine ad denominationem obiecti, quæ præcedit omnem effectionem, aut ſpecialem dependentiam creaturæ in ordine ad exiſtentiam ab eo actu: quoniam hæc denominatio ſic intellecta, nec in creatura libera eſt, nedũ in Deo: etenim licet facultas ipſa creata in ſe ſit ſimul neceſſaria, & libera in ordine ad diuerſa: at nullam tribuit obiecto, quod reſpicit, denominationem liberam ante omnem actionem producentem actum liberum, ſed hoc obiectum denominat amabile neceſſario illud amabile liberè: at in ijs denominationibus ante influxum indifferentem in actum, nulla ſubeſt libertas contingentia, & indifferentia nulla: ita actus ille Dei denominat amata neceſſario bona ſibi intrinſeca, amata liberè bona extrinſeca, omnes creaturas, omnes negationes earum: item odio habita liberè omnia mala, tum phyſica, tum moralia: non tamen ita vt in his denominationibus, vt ſic ante productionem, aut nouum ſtatum creaturæ in ordine ad exiſtendum ſit aliqua contingentia aliquod exercitium diuinæ libertatis. tractatu de ſcientia Dei diſp. 2. cap. 2. dixi actum hunc liberum, vt præcedit actionem contingentem, & ſcientiam, vt præcedit exiſtentiam obiecti, denominare Deum actu ſufficienter liberè volentem creaturas, & actu ſufficienter ſcientem exiſtentia creata, eo quod Deus in ſe, ſeu ex parte ſua habet ſufficientem formam intrinſecam ad has denominationes actuales, deeſſe autem denominationem efficaciter liberè volentis, & ſcientis, eo quod hæ denominationes vltra formam Deo intrinſecam addunt, aut actionem contingenter procedentem à Deo, aut aliquam ſpecialem dependentiam, aut ordinem ad nouum eſſe exiſtentiæ, vt iam explico: doctrinã huius adnotationis eleganter docuit S. Thom. 1. lib. contra Gent. cap. 82. vbi contendens probare nullam eſſe in Deo denominationẽ facultatis volendi, ex eo quod nulla eſt huius modi potentia: ita ſcribit, *quaſi conſideretur* (intellige Deus) *in potentia ad vtramque, vt primo ſit volens potentia vtrumque, & poſt modum volens actu, ſed ſemper eſt volens actu quidquid vult, non ſolum circa ſe, ſed etiam circa cauſata:* cum autem dicit, *circa cauſata,* non eſt mens poſt cauſata ea actu velle, antequam vero cauſaret eſſe in potentia ad volendum: cum enim abſolute negauerit potentiã in Deo, tum ante creaturarum cauſationem, tum poſt illam, non potuit habere hunc intellectum, ſed illud *circa cauſata*, ſpecificatiuè ſumendum eſt: hoc eſt, ſemper eſſe Deum in actuali denominatione amantis omnia, quæ ſunt cauſata, in quouis ſtatu ſint, nec ea amabilia in potentia denominare poſſe.

Deus nihil denominat amabile, ſed amatum.

S. Thom.

75 Ex hoc vlterius infertur diſcrimẽ maximopere notandum inter denominationem creatam

Diſcrimē inter denominationem amati creatā, & increatam.

tā amantis liberi, & amati ex parte obiecti, & inter denominationem amantis liberè ſufficienter, & obiecti ſic amati increatam: quod denominatio creata præſupponit natura exercitium libertatis, quod conſiſtit in egreſſione contingenti actionis à principio indifferenti ſecundum dicta num. 71. denominatio autem increata non præſupponit tale exercitium: imo præſupponitur ad illud, vt principium exercitij libertatis, licet ergo in neutra harū denominationū formaliter, & immediate inueniatur exercitiū libertatis, & in hoc cōueniunt: at differunt in eo, quod denominatio, ſeu forma creata denominans liberè amans, & obiectū liberè amatum, non eſt principium liberum, ſed neceſſarium. Vnde quidquid ab ea fit, vt habitus, & ſpecies neceſſario fiunt: amor vero increatus, denominans Deum liberè amantem ſufficienter creaturas, & obiecta creata liberè amata, eſt principium indifferens, & quaſi liberum in actu primo, & quidquid ab ipſo efficitur in creaturis, liberè efficitur.

76 *Volitio libera Dei qua ratione principium indifferens.*

Ergo ſicut potentia noſtra libera, inſtructa iudicio rationis ex parte intellectus, & concurſu præparato ex parte Dei, eſt principium indifferens, & immeditatum actionis producentis contingenter ſuum actum, cum Dominio pleno ad producendum, & non producendum reſpuens omnem præuiam determinationem, tum Phyſicam, tum moralem, in quo decepti ſunt recentiores, de quibus num. 63. vt ex profeſſo dico capite. 11. & non reſpuens, ſed admittens inclinationem in actum, & obiectum. Inclinationem dico, tum intrinſecam indiſtinctam ab entitate, atque ei naturalem, tum acquiſitam per habitus: ita volitio libera Dei ſubſtantialis, atque ſubſiſtens, inſtructa ſcientia vniuerſali omnium rerum ſine indigentia alterius concurſus, eſt principium indifferens, & immediatum actionis liberæ, per quam producit non actum propriū ſibi intrinſecum, quoniā ipſum præſupponit, nec formæ intrinſecæ, vt potè imperfectæ capax eſt, ſed creaturam abſque vlla præuia determinatione, aut Phyſica, aut morali, cum pleno domnio ſuæ actionis ad agendum, aut non agendum per illam, cum inclinatione tamen naturali ad obiecta, non ex forma acquiſita, qualis eſt habitus, ſed tum ex ſcientia cognoſcente obiecti bonitatem, tum ex volitione eam ſufficienter amante: hæc autem inclinatio non eſt determinans, quippe eſt libertati inimica omnis determinatio antecedens, ſed alliciens ſuauiter, atque monens, liberè agit, exercetque propriam libertatem.

77 Quod ſi interroges in noſtra facultate libera, quare ergo obiectum amore, & odio dignū afficit amore, & nō odio? aut quare odio, & nō amore? cum præextiterit in potētia proxima ad quodlibet, reſpōſio non debet recurrere ad aliquam antedentem determinationem, aut Phyſicam, aut moralē, vt conſtat ex dictis: imo reſponderi debet, quia eſt principium indifferens, & in manu ipſius poſitum eſt, aut amore, aut odio afficere obiectum, & ipſa ſibi hanc eligendi poteſtatem habet. Itaque non debemus reſpondere, quia ipſa ſe determinat ad volendum: ita vt intelligamus determinationem aliquam præcedere, volitionem ſeu actionem immediate liberam, ſed quia ſe determinat ipſa actione, quæ eſt formalis determinatio. Hoc inter alios elegantius, atque explicatius docuit Anſelm. de caſu Diaboli cap. 27. Cum enim rogaretur à Diſcipulo de de noſtra voluntate, *cur ergo voluit*? Magiſt. reſpondet, *non niſi quia voluit: nam hæc voluntas nullam aliam habuit cauſam, quâ impelleretur aliquatenus, aut attraheretur, ſed ipſa ſibi cauſa efficiens fuit (ſi dici poteſt effectus* Aduerte vero illam cauſalem, *quia voluit* diuerſum habere ſenſum, cum applicatur ipſi volitioni, ſeu actioni, quæ immediate libera eſt, & cum applicatur effectui extrinſeco, vt motioni alicuius membri. Nam ſi fiat interrogatio, quare hæc voluntas edidit amorem, & non odium? cum reſpondemus, quia voluit non reddimus cauſalem per cauſam efficientem prædeterminantem, aut quoquo modo præſuppoſitam ad amorem: nam pono omnia præſuppoſita, atque prærequiſita omnem retinere indifferentiam, & prorſus æqualiter ſe habere ad amorem, & odium, & tunc ſecundum meliorem Theologiam odium, vel amorem eligere in exercitio poteſt: reddimus ergo cauſam formalem non neceſſariam, vt cum dicimus; ideo homo albus eſt, quia habet albedinē, ſed liberā in ſe continentē ipſum liberū exercitium: ac ſi diceremus, cum ſe potuerit inflectere pro arbitratu ad vtramuis partem, quia ſe inflectit ad amorem ipſum eliciens actione libera, ideo amat. At enim cum ea cauſalis applicatur effectui extrinſeco, vt motioni manus, cum dicimus mouet manum quia vult, aſsignamus cauſam efficientem, ſeu tenentem, ſeu ex parte efficientis: quatenus facultatem motricem determinat ad motum. In Deo vero illa prima cauſalis in genere cauſæ formalis locum non habet: quippe qui nullum habet libertatis exercitium in ordine ad elicientiam actus liberi immanentis: habet vero ſecunda, in genere cauſæ efficientis. Verum namque eſt, ideo produxiſſe hominē, quia vult. Etenim volitio diuina, quæ ut ad hominis exiſtentiam, aut efficientiam

Quare dicatur operari noſtra facultas libera cum operatur.

S. Anſelm.

78 *Diſcrimē inter cauſalem cū quæritur de ipſo actu interno, ac cū de effectu externo.*

In Deo nulla cauſalis de actu interno, optima de effectu.

Digitized by Google

comparatur, libera eſt, id eſt: eſt hominis indifferens, atque indeterminatum principium eſt cauſa, quare eius potentia applicetur ad hominem producendum: ideoque verum eſt dicere in omni rigore: ideo producere, quia liberè vult producere ſaltem ſufficienter antecedenter ad productionem.

79 Notare valde oportet diſcrimen aliud inter Deum, & liberum creatum, vt comparantur ad effectus externos. Quod Deus eos non operatur determinatus pro priori actu libero interno, ſed ſine vlla determinatione, licet cũ præcedente inclinatione, tum propter ſcientiam, tum propter ipſam volitionem ſubſiſtẽtem, vt comparatur ad creaturas: vnde actio ipſa tranſiens à Deo procedens immediatè libera eſt; terminus vero, ſi ab actione ex natura rei diſtinguitur mediate, nam gerit ſe in ordine ad effectus extrinſecos, vt liberum creatum ſe gerit in ordine ad actionem immanentem, quæ eſt volitio, & ad terminum eius, qui eſt ipſa, vt qualitas. Agens autem liberum creatum operatur effectus externos determinatus libertate intrinſeca præcedente, hoc eſt, actu efficaci voluntatis, medio quo mouet externa membra: qua ratione effectus externi non ſunt immediate liberi, ſed tantum denominatiue, & extrinſecæ. Non diffinio modo, an contingat aliquando ex actu ineficaci libero procedere motum externum. Forent vero immediatè liberi, ſi immediate procederent à principio indifferenti, vt dixi numero 71. Rurſus obſerua, cum in creatura

80 *Vt in Deo cauſalis illa locum habeat.* ad actionem, quæ intrinſecè, & immediatè eſt libera, ſola præcedat potentia indifferens, ſeu cum indifferenti inclinatione non poſſe proprie dici in genere cauſæ efficientis: *quia vult actionem produci*, quia nulla volitio præcedit, per quã ametur actio: at cum in diuinis productionibus ad extra, non tantum præcedat potentia producendi, ſed actus ſubſiſtens amans productionem, optime dicitur in genere cauſæ efficientis, *quia vult, producit*. Volitio ergo Dei ſimilis eſt potentiæ liberæ creatæ in indifferentia in operandi, in quo conceptu maxima continetur perfectio. Diſſimilis eſt in potentialitate ad actum proprium tanquam ad formam, in quo conceptu maxima continetur imperfectio. Demum productio ad extra Dei ſimilis eſt productioni externæ creatæ, in eo, quod vtraque immediatè procedit ab actu volũtatis, in quo conceptu nulla ſubeſt imperfectio, diſſimilis eſt in eo, quod creata non procedit immediate à principio indifferenti, ſed determinato per formam antecedentem, quod eſt valde imperfectum. Increata vero procedit immediatè à principio indifferenti, ſine vlla determinatione eius,

Similitudo, & diſſimilitudo creatæ, & increatæ libertatis.

aut per formam, aut per alium modum. S. Thom. in hoc articulo 3. in reſponſione ad 5. videtur continere hanc doctrinam in hæc verba: *ad 5. dicendum quod cauſa, quæ ex ſe eſt contingens oportet, quod determinetur ab aliquo exteriori ad effectum, ſed voluntas diuina, quæ ex ſe neceſſitatem habet, determinat ſe ipſam ad volitum, ad quod habet habitudinem non neceſſariam.* In his verbis conſtituit diſcrimen inter volita creata, & diuina inter volita inquam, quæ ſunt effecta vtriuſque volentis: & ait, effectus à libero creato procedere præcedente determinatione aliqua: à libero vero increato procedere ſine determinatione præcedente: vbi nota non dixiſſe volitionem procedere, aut cum ea habere connexionem non neceſſariam, ſed volitum procedere, ad ipſumque habere habitudinem, non neceſſariam: ergo etiam S. Th. libertatem Dei intelligit in ordine ad effectus extrinſecos. Id etiã tenet Scotus in 1. diſtinct. 39 quæſt. 1. §. iuxta prædicta, dicens non eſſe in Deo libertatem receptiuam, ſed productiuam. In hanc quoque mentem, & intelligentiam reducendi ſunt Thomiſtæ allegati, & refutati capite 3. explicantes libertatem Dei per reſpectum rationis: nec enim credibile eſt viros doctos intellexiſſe proprium, & formalem reſpectum rationis, vt ibi ſatis demonſtratur, ſed improprium, & fundamentalem, hoc eſt, denominationem aliquam extrinſecam ab effectu: vbi etiam attigi hanc explicationem ad finem eius cap. 35.

S. Thom. *Expendo teſtimoniũ S. Thom.* *Scot.* *Induco antiquos Thomiſtas*

Concludo ergo diſcurſum, & aſſero libertatem Dei conſiſtere in ipſa volitione ſubſiſtenti Dei, non vt comparatur ad ipſum Deũ, nã vt ſic omnino neceſſaria eſt; quippe non eſt principium indifferens, ſed vt comparatur ad creaturas, in quantum ſe ipſa ſimpliciſſima cum ſit, eſt vniuerſalis amor creaturarum amabilium, & odium vniuerſale odibiliũ, vt que eſt principiũ indifferens per eam volitionem, tum entium, tum non entium: tum bonorum, tum malorum; quorum cauſa eſſe poteſt; eam vt ſic conſideratam appello libertatem ſufficientem, ſeu in actu primo: vt coniunctam cum aliquo effectu, aut priuatiuo, aut poſitiuo, aut cum dependentia aliqua rei in ordine ad exiſtentiam appello libertatem efficacem, ſeu in actu ſecũdo, vt magis explico diſp. 17. ſi petas, quidnam addat, vt comparatur ad creaturas, aut qua ratione diſtinguatur à ſeipſa, vt comparatur ad Deũ? Reſpõdeo addere perfectioné nõ diſtinctã ratione præſcindéte, ſed inadæquatè eam concipiéte per ordiné ad obiecta creata, ſicut facultas etiam noſtra ſe ipſa immediatè, & eſt neceſſaria potentia in ordine ad Deum 81 *Concluſio totius diſcurſus.*

clarè

Digitized by Google

clare vi ſum, & eſt libera in ordine ad obiecta indifferentia. Qua vero ratione per hanc doctrinam actus liberi inefficaces, & efficaces explicandi ſint, & alij, quibus non videtur reſpondere effectus nouus in rerum natura. Item qua ratione ſcientia libera explicāda ſit iuxta principia, quæ ieci diſp.2.cap.2. dicemus, diſp.17. ac denique argumenta communia, quorum difficultatem propoſuimus cap.2. & quæ in principio huius capitis contra Aureolum quatenus contra nos etiam videntur militare, explico cap. 2. prius vero in ſequenti corollaria inferenda, & modi dicendi cap.9. propoſiti excutiendi.

Caput. XI. Infero corollaria, & diſcutio modos dicendi relatos capite nono.

82

P. Vazq. *Non defenditur libertas per actum neceſſarium vt ſic cum extrinſecis connotatis*

INFERO ergo libertatem ſufficienter ſumptam, ſeu in actu primo intrinſecam eſſe Deo, quatenus ipſa volitio ſubſiſtens, vt cōparatur ad creaturas eſſentialiter libera eſt, hoc eſt principium indifferens cū pleno dominio agendi, & non agendi. Quo fit P. Vazquez relatum nu 61. & fere omnes; qui cum eo in hac parte concordant vt dixi cap.9 decipi, cum dicunt libertatem Dei nihil aliud eſſe, quam eſſentiam, ſeu actum neceſſarium cū connotatione extrinſeca effectus. Quoniam nec eſſentia concepta per modum eſſentiæ, nec actus neceſſarius, vt ſic conceptus, ſunt Deo rationes agendi cum indifferentia; imo ſi per illos Deus ageret, ex neceſsitate naturæ ageret. Explicare ergo debuiſſent in ipſo actu neceſſario, non vt neceſſarius eſt, contineri quandam perfectionem in ordine ad creaturas, quæ eſt amor, & odium ipſarum ſufficiens, quęque, nihil impediente quod ſit actus, eſt ſimul principium liberum, & indifferens, non determinans omnipotentiam, vt dixi numero 80. Dum enim hoc in Deo non ponitur; nec libertas adſtruitur, aut per eſſentiam, aut per àctum neceſſarium, aut denique per extrinſecum cōnotatum; ſed deſtruitur, vt ſatis, ſuperque conſtat ex cap. ſuperiori.

83 Obiectio.

Dices, volitio hæc etiam, vt à nobis conſideratur, per ordinem ad creaturas neceſſaria eſt, quippe in nullo euentu à Deo abeſſe poteſt pluſquam ſcientia ſimplicis intelligentiæ: nam ſicut ſi creaturæ non eſſent poſsibiles, & ſcibiles, vel loco harum aliæ eſſent poſsibiles, & ſcibiles intelligeremus variari ſcientiam ſimplicis intelligentiæ Dei ſecundum dicta diſp. 5. cap.4. ita etiam intelligeremus variari hanc volitionem, vt ad creaturas terminatur, propter eandem prorſus rationem, nimirum mutationem amabilitatis.

Satisfactio *Volitio creaturarum eſt libera in ratione principij, non in eſſe.*

Reſpondeo concedendo, neceſſariam eſſe in ſuo eſſe, nec enim aliquid ei⁹ volitionis ſubſiſtentis, etiam vt habet reſpectum ad creaturas ſuas poteſt abeſſe, aut mutari: nam eſt ens à ſe, & neceſſarium in exiſtentia ſecundum omnem rationem intrinſecam. Nego vero eſſe neceſſarium in ratione principij, quoniam habet indifferentiam iam explicatam ſæpe in agendo. Vt noſtra facultas libera neceſſaria eſt in eſſe, libera in ratione principij, vt iam notaui n. 80. libertatem Dei in hoc ſimilem eſſe libertati potentiæ noſtræ. Ad hæc licet ſcientia ſimplicis intelligentiæ neceſſaria ſit in eſſe, at eſt ipſa etiam radix libertatis, quæ formaliter eſt in volitione, hæc enim ideo eſt principium indifferens, quia ſcientia ipſi proponit creaturas, vt bona limitata, non neceſſaria in ratione medij ad finem, hoc eſt, ad Deum, ad quem ex natura ſua ordinantur, vt bona, inquam, plena imperfectionibus, propter quas rationes, & alias infinitas ſibi notas poteſt Deus velle producere, & velle non producere, proportionato modo ac in noſtra libertate, non autem omnino pari; nam in noſtra non tantum eſt potentia ad effectum extrinſecum, ſed etiam ad ipſum velle intrinſecum, medio quo libera eſt ad effectum; in Deo autem non eſt potentia ad velle intrinſecum, quod vniuerſale eſt, & indeterminatum ad omnia, vt non ſemel animaduerſum eſt ca. 10. ſed ad effectus externos, qua ratione ipſi, vt à Deo, libere procedunt immediate, fateor denique, aut ſi nulla creatura eſſet amore digna, aut ſi mutaretur earum amabilitas per impoſſibile, eamque mutandam, vt dixi loco allegato, in ſcientia ſimplicis intelligentiæ; at vt in ea ex hoc non probatur dependentia realis eius à creaturis, nec aliquid imperfectionis. Ita in volitione nihil abſurdi eſſe poteſt.

Scictia ſimplicis intelligentiæ libertatis diuinæ radix

84 P. Arrub. *Iudicium de ſententia P. Arrub.*

Circulus, quem P. Vazq. contendit vitare & Pater Arrubal, per connotationem cauſalitatis ante terminum, is eſt. Ideo exiſtit homo, quia Deus vult ipſum exiſtere, & è conuerſo, ideo vult exiſtere, quia exiſtit, hanc ſecundam cauſalem bonam eſſe probatur Quoniam actus liber Dei ad actum neceſſarium ſolum addit cōnotationem extrinſecam exiſtentiæ effectus; quod ſi hæc extrinſeca connotatio eſt de eſſentia actus liberi, optima erit illa cauſalis, ideo Deus libere vult hominem eſſe, quia ipſe eſt. reſpondet P. Arrub. negando hanc ſecun

 dam

dam cauſalem, quia nimirum prius intelligimus Deum velle libere hominem eſſe, quam ſit. Primo, quia prius vult diſpoſitiones Phyſicas neceſſarias ad hominis eſſe, & in volitione ipſarum, ſeu per eam volitionem vult hominem eſſe. Secundo, quia prius vult cauſalitatē hominis, hoc eſt viā ad exiſtentiā, quā ipſam, ergo non eſt vera ſecunda illa cauſalis, nimirum ideo Deus libere vult hominem eſſe, quia eſt.

Redargutio contra P. Arrub.

Sed obiectio obuia eſt, etenim, & cauſalitas, per quam producitur prima diſpoſitio ad hominem, & per quam ipſe homo ſunt effectus Dei libere procedentes ab ipſo tanquam à cauſa, ſunt inquam effectus, ſi non vt termini, ſaltem vt fieri terminorum; ergo de his cauſalitatibus, vtraque cauſalis bona eſt, nimirum & ideo eas eſſe, quia Deus vt cauſa libera, vult eas eſſe; & ideo velle libere, quia ipſæ ſunt. Punctus aculeo huius redargutionis eam inculcat, tum cap. 5. tum 6. eius diſp. 54. & reſpondet diſtinguendo ſenſum cauſalem negatiuum, & poſitiuum, hunc ſecundum ait ſolum habere locum in terminis, & finibus, atque in rebus, ad quas aliæ præcedunt, vel vt media, vel vt diſpoſitiones. De ijs enim verum eſt, ideo eas eſſe, quia Deus prius eas vult libere poſitiue: videlicet per connationem extrinſeci præcedentis ad earum exiſtentiam. Primum vero illud, habere locum in priori cauſalitate, per quam Deus incipit, videlicet, ideo eſſe, quia Deus libere vult negatiue, hoc eſt, nullam præcedere aliam priorem volitionem poſitiuam, per quā velit, ſed ſe ipſa illam primam cauſalitatem velle, ſicut creata libertas, ideo vult ſuam primā operationem liberam, quia vult negatiue, hoc eſt, non per volitionem aliquam antecedentem.

Ipſius reſponſio.

85 Cæterum, contra hanc ſolutionem formo hanc rationem. Aut prius natura prima cauſalitate, vt cum Deus primam produxit creaturam, præſupponebatur in Deo liber actus, aut non. Si primum quod difficultate preſſus concedere videtur P. Arrub. cap. 5. num. 16. his verbis. ***In ipſa autem prima Dei cauſalitate antequam nihil ex Deo procedat, alio ſenſu verum eſt; ideo illam eſſe futuram, quia Deus vult illam eſſe futuram. Primo quidem ratione volitionis intrinſecæ Dei, quæ conſtituit volitionem diuinam, & re ipſa eſt prior, quam futura ipſius operatio.*** Nam aut loquitur de volitione libera: aut, de neceſſaria: non de hac, quia per ipſam vt ſic nō operatur libere, ſed neceſſario operaretur. Si de illa; ergo concedit libertatem intrinſecam ante primam cauſalitatem, atque pari ratione concedere debet libertatem intrinſecam ante quemcumque effectum, nec eſt cur quærat connotata extrinſeca priora terminis, & finibus pro libertate diuina, & pro cauſalibus pro poſitionibus, quæ ex ea depromuntur. Rurſus, ergo ante primam cauſalitatem, cauſalem poſitiuam concedere debet, ſi quidem Deus libere eas agit libertate intrinſeca præſuppoſita, quæ non poteſt non eſſe poſitiua; ſicut in noſtra libertate cauſalem poſitiuam reddimus primi effectus extrinſeci, quia præcedit libertas intrinſeca poſitiua per actum voluntatis; ac proinde P. Arrub. conſtituendus erit in numero Doctorum, qui diuinam libertatem explicant per rationem ipſi intrinſecam, atque vt illi, impugnandus. Si ſecundum dicat, nimirum non præſupponi ad primam cauſalitatem in Deo actum liberum, ſed per eam conſtitui aut compleri, ergo non fugit vitioſum circulum; nimirum ideo eſſe cauſalitatem, quia Deus *libere vult*, & ideo libere velle, quia ea eſt. Porro, ergo tantum præſupponitur actus volitionis neceſſarius ad cauſalitatem, à quo libere cauſalitas procedere non poteſt; & niſi noſtrū modum dicendi amplectatur, ſe expedire non poterit. Qua vero ratione nos vitamus circuitum vitioſum, partim dixi num. 78. 79. & ſequentibus, & partim dicam cap. ſequenti ſoluens hoc argumentum ex noſtra doctrina.

Replica efficax contra ipſum

Venio ad alium modum dicendi, quem retuli num. 62. In quo quædam diſplicent. Atque primo notanda, quæ diſplicent in noſtra liber tate; deinde quæ in diuina. Prætermiſſa prius, duplici ſententia vtraque probabili erga libertatem actus, altera defendit libertatem eſſe in ipſo tantum denominationem extrinſecam prouenientem à potentia indifferenti; altera vero, quam ego defendi. 12. ad quæſt. 6. ait libertatem eſſe intrinſecam; imo & indiſtinctā à ſubſtantia actus. Hoc ergo prætermiſſo. Primo non placet quod aſſerit in actu noſtro vitalitatem eſſe contingentem, tendentiam vero ad tale obiectum neceſſariam, ſuppōſita vitalitate. Nam vitalitas actus voluntatis, & tendentia, ſeu ordo tranſcendentalis eius ad obiectū, ſunt rationes eſſentiales ipſi actui, interſe indiſtinctæ, niſi ratione noſtra, nec vna ad aliam præſupponitur reali præſuppoſitione; imo nec rationis in omni rigore. Vitalitas enim tranſcendit omnes rationes inferiores actus liberi, qui etiam in ſe vitalis eſt, vt eſt talis tendentia, nā vt ſic eſt tendentia actualis potentiæ vitalis, nō potentiæ non vitalis, aut præſcindentis à vitali & non vitali, & licet tendentia illa, cum concipitur vt vitalis, comparatur ad principium intrinſecum, & cum concipitur, vt tendentia refertur ad obiectum; at vna ratio ſimpliciſsima ex parte obiecti, & eſt tendentia ad obiectum, & eſt vitalis in ſe eſſentialiter; ergo non bene aſſeritur contingentem, & liberam eſſe, vt eſt vitalis, non contingentem, & neceſſariam, vt eſt

86 Iudicium de ſecundo modo defendendi ſententiā Aureoli.

In noſtra libertate vitalitas, & tendentia ad tale obiectū pariter ſunt contingentia.

Digitized by Google

eſt tendentia, & vt ait poſita vitalitate non eſſe in poteſtate noſtra actum amoris Dei, non tendere ad Deum, ita dici poteſt poſita tendentia ad Deum non eſſe in poteſtate noſtra poni, aut non poni actus vitalitatem. Quemadmodum ergo ſupernaturalitas actus amoris, non diſtinguitur à tendentia proportionata in bonitatem Dei in ſe ipſa, nec eſt prior tendētia, nec illa contingens, hæc neceſſaria poſita ſupernaturalitate, ita phyloſophari debet de vitalitate comparata cum tendentia. Ratio à priori eſt, quod ſimplici entitati reali creatæ nequeunt ſimul competere prædicata contradictoria: nimirum eandem rem eſſe contingentem & non eſſe contingentem; eſſe neceſſariam, & non eſſe neceſſariam.

87 *Non diſtinguntur in Deo vitalitas, & libertas.* Deinde, nec verum eſt cum dicimus hominem libere amare. Illud *libere* appellare ſupra vitalitatem, & non ſupra tendentiam. Si namque vitalitas actus contingenter competit ſubiecto amanti, etiam tendentia actus ad obiectum contingenter competit ſubiecto amanti, ſeu tendenti in obiectum, vt ratio formata demonſtrāt; ergo cum dicimus hominem libere amare Deum, totum amorem, omniaque ipſius prædicata eſſentialia cum contingentia, atque libertate ei accedere intelligendum eſt: atqui nulli dubium eſt de eſſentiali ratione eius amoris eſſe, & vitalitatem, & tendentiam; ergo illud *libere*, non poteſt non, ſupra vtrumque eodem modo appellare.

88 Ex his non erit difficile excutere, quæ affirmat de diuina libertate, atque in primis valde diſplicet, quod in Deo realiter diſtinguit vitalitatem, à libertate, atque tendentia actus in obiectum; affirmans illam eſſe neceſſariam atq; intrieſecam Deo: hanc extrinſecam. Quoniam licet in actu creato elicito probabile ſit liberum eſſe, prouenire à denominatione extrinſeca potentiæ indifferenter elicientis actus; at in Deo non eſt actus liber elicitus, nec etiam ratione noſtra, vt dixi ſæpe ac præcipue num. 68. ergo non eſt fundamentum affirmandi in Deo actum liberum ipſius extrinſece liberum eſſe, propter indifferentiam potentiæ, à qua intelligitur elici, ſi dicat denominationem hāc ſummi, non à cauſa actus, ſed ab effectu actus. Sed contra hinc conficitur argumentum efficax, quo reuincitur falſitatis ipſum aſſertum. Nam actus Dei ſi ab effectu liber eſt, ita liber eſt ſicut noſtra potentia libera vt docui num. 80. ſed noſtra potentia eſſentialiter ſimul eſt vitalis ac libera, nec vnum prędicatum intrinſecum eſt, alterum extrinſecum; ergo multo potiori ratione actus liber Dei ſimul intrinſece, atque eſſentialiter eſt vitalis, & liber, nec eſt fundamentum ad diſtinguendum in Deo hæc prędicata. Porro, ſi actus diuinæ volitionis ſolum ſupponitur in Deo vt vitalis ante effectum, & vt ſic tantum neceſſarius eſt; ergo non poteſt producere effectum cum contingentia. Principium namque neceſſarium, vt ſic non operatur contingenter; ergo dicendum eſt non tantum præſupponi vt vitale ad effectum, ſed vt principium liberum, & indifferens ita vt vtraque ratio ſit eſſentialis, atque intrinſeca volitioni diuinæ ſubſiſtenti.

Secundo diſplicet, cum ait tendentiam ad tale obiectum eſſe extrinſecam, atque realiter diſtinctam à vitalitate quod vt falſum eſſe demonſtrem, ſummo tendentiam illam non eſſe reſpectum rationis fictum iſti namque magiſtri in ea tendentia conſtituunt libertatem Dei ſaltem partialiter, eſſentialiter tamen, non autem conſtituunt libertatem Dei in reſpectu rationis; ergo nequaquam affirmare poſſunt eſſe reſpectum rationis fictum, quod vlterius falſum eſſe à quocumque affirmetur, demonſtratum à nobis eſt cap. 3. Ergo tendentia eſt quid reale; atqui nō eſt obiectū ipſum; eſt etenim tendētia ad obiectum v.g. prędeſtinatio Santi Petri, non eſt ipſe Petrus, ſed tendentia ad ipſum; ergo eſt ens reale tenens ſe ex parte diuinæ volitionis: licet ergo non ſit ordo tranſcendentalis ad obiectum, vt ſunt tendentiæ noſtrorum actuum, eſt tamen ipſe actus, vt eſt amor gloriæ Petri: ſicut ſcientia Dei de hoc eodem obiecto eſt ipſe actus ſcientiæ diuinus, vt exprimens hoc obiectum, vt igitur expreſsio ſcientiæ non eſt obiectum expreſſum, nec reſpectus realis ſuperadditus, nec rationis, ſed ipſa ſubſtantia actus, ita tendentia volitionis eſt ipſa volitio ſic concepta per modum tendentiæ, non extrinſeca denominatio ab obiecto volito: Ergo cum dicimus Deum libere amare, illud *libere* appellare debet tum ſupra vitalitatem, tum ſupra tendentiam, non ita vt denominatio amati in obiecto tribuatur cum aliqua contingentia; nā iam aduerti, num. 75. in hac denominatione non eſſe libertatem immediatam, nec in Deo, nec in creatura: ſed quod tum vitalitas actus, tum tendentia ipſius libera ſint in ratione principij, vt comparantur ad creaturas. 89 *Nec diſtinguntur vitalis, & tēdentia ad tale obiectum.*

Tertio animaduerto, in hoc modo explicādi non vitari circulum illum vitioſum, qui ita torquet ingenia in hac materia. Nam licet dicat in denominatione producentis libere, partim includi denominationem intrinſecam partim extrinſecam, & ratione intrinſece quod includitur, verum eſſe Deum producere libere creaturas. Et vero, aut cum ita loquimur ſenſus eſt, Deum per actum liberum, vt liber eſt producere creaturas, vel per actum vitalem tantum denominatum liberum extrinſece ad effectu. Si primum, ergo non verificatur 90 *Non vitat vitioſum circulum.*

illa

illa propoſitio ratione intrinſeci incluſi, probo hanc conſequentiam, nam per te libertas, vt talis extrinſeca eſt actui diuino, ſed vera eſt propoſitio ratione actus liberi, vt liber eſt, ergo non ratione intrinſeci. Si ſecundum, contra primo, ergo non eſt verum Deum vt agens liberum formaliter producere creaturas. Probo hanc conſequentiam, quia non producit creaturas ratione ipſarum, ſed per ipſas eſt liber formaliter per te; ergo Deus vt agens liberum non producit creaturas. Contra ſecundo ergo vera eſt hæc duplex propoſitio. Prima *ideo producit creaturas, quia libere vult producere.* Secunda, *ideo libere vult creaturas, quia producit.* Primam ipſe concedit, nec ab aliquo negari poteſt, ſecunda etiam euidenter probatur, quia ipſe concedit libertatem Dei addere ad vitalitatem actus, ipſam productionem creaturarum; ergo ideo actus Dei ex vitali tranſit in liberum, quia adnectit, ſibique adiunctam habet productionem. Non igitur vitat vitioſum circulum. Qua vero ratione ordo diuinarum volitionum intelligendus ſit, atque ordines intentionis, & executiones negandi, vel affirmandi. Denique an ſecundum noſtra principia omnis actus in efficax à diuina libertate remouendus ſit ex parte, dico cap. ſeq & ex parte in 3. tractatu diſpu. 23. Id exploratum eſt, vt ſæpe monui, & conſtat ex dictis exercitium libertatis in actu ſecundo non eſſe in Deo, vbi nulla eſt actio, aut poſitiua, aut priuatiua, hoc vero commune eſt noſtræ libertati cum diuina; quo circa nulli erit mirabile, quod ſingulare habet diuina explico, diſp. 17.

Vbi non eſt aliqua dependentia non eſt in Deo exercitium libertatis in actu 2.

91 *Iudicium de tertio modo defendendi Aureoli ſententiã.*

Tandem excutio modum dicendi, quem retuli num. 63. & licet in quibuſdam conſentiam cum ipſo quatenus non recedit ab Aureoli mente, vt conſtat ex dictis cap. 10. in explicatione propriæ ſententiæ: at alieniſsimus ſum à doctrina, quam adhibuit ex proprio Marte. num. 64. à nobis relata: nimirum ante omnem extrinſecam actionem præcedere in quocumque principio libero determinationem, ſeu applicationem ad operandum, per quam principium liberum ex potentia remota transfertur, & conſtituitur in ratione potentiæ proximæ. Quot ſe difficultatibus implicuit hoc vno aſſerto? in quas ſe coniecit tricas? quaſdam ego breuiter indicabo. Inquiro primo, quid nã ſit ea determinatio? vix ſibi conſtat cum reſpondet, modo ait eſſe indiſtinctam phyſice à principio indifferenti: modo eſſe moralitatẽ. Si indiſtincta eſt, quomodo poteſt adeſſe, & abeſſe, & quomodo res poteſt per ſuammet entitatem modo eſſe in potentia remota, modo in proxima operandi? fuſe impugnaui has diuerſas reales denominationes, ſine noua realitate, ac forma cap. 5. Rurſus, ſi indiſtincta eſt, quomodo moralis eſt, nonne tota entitas noſtræ liberæ facultatis phyſica eſt? anne partim phyſica eſt, partim moralis? componi ne poterit vna indiuiſibilis eſſentia ex parte morali, & parte phyſica? Non ne hæc maior chimæra eſſet, quam ſi vnam indiuiſilem naturam ex humana, & equina componeres, aut ex naturis ſpiritualibus, & corporeis? Præterea, dum facultas noſtra habet ſibi propoſitum conuenienter obiectum bonum ex parte intellectus, & ex parte Dei paratum concurſum, non eſt in potentia proxima ad operandum libere abſque vlla alia additione, aut phyſica, aut morali, & cum aliquid horum deeſt, non dicimus ſolum habere potentiam remotam, & cum ſic præparata elicit operationem liberam, non dicunt omnes noſtri ſcriptores, ideo elicere, quia vult, vt explicui ſupra num. 78. & verbis Anſelmi expreſsis confirmaui, quod ſi antecederet hæc determinatio, ſeu applicatio, vel melius dico, hoc figmentum, non ita reſpondendum eſſet, ſed quia ſe antecedenter determinauit, aut ſe applicuit ad operandum. En hoc vno aſſerto damnat omnem noſtrorum doctrinam de libero arbitrio, in qua fundatur reſponſum illud calculo omnium confirmatum.

Determinationem antecedentem moralem nec diſtinctam potentia, nec indiſtinctam eſſe poſſe.

Inquiro ſecundo, cum facultas noſtra eſt in actu primo proximo ad amandum Deum charitate, habet quidem ex parte intellectus propoſitionem fidei infuſſæ, atque prudentiæ ſupernaturalis, & ex parte voluntatis vocationem ſuauem, nimirum qua præuiſus eſt conſenſurum: item habet præſto concurſum generalem in ordine ſupernaturali. An ne vltra hæc, habet eam tuam determinationem, ſeu applicationem, aut ea neceſſaria eſt ad eliciendam charitatem? aut non? ſi non habet, vel eſt ſine illa in actu primo proximo expedito, vel non: Si primũ ergo tua determinatio neceſſaria nõ eſt ad actum primum proximum. Si ſecundum: ergo actus primus proximus vltra illa aliquid addit. Hoc autem eſt contra doctrinam ſocietatis in materia de Auxilijs. Rurſus ſi eam non habet ille, & ea neceſſaria eſt: ergo ille non habet ſufficiens principium ad operandum, nam ſufficiens principium eſt actus primus proximus expeditus, & cum per te etiam nullus, qui non operatur, habeat eam tuã determinationem antecedentem moralem, quotquot cõdemnantur, priuati fuerunt reuera auxilio ſufficienti. En incidis in abſurda, quę cõtra prædeterminatores, noſtri ſcriptores, inferre conati ſunt. Quod ſi propter hæc dicas, eum ſic præparatum vt deſcripſi, hoc ipſo habere eam tuam determinationem antecedentem. Peto à te in quo nam eorum conſiſtat? nõ enim conſiſtit in propoſitione intellectus, quo

92 *nec ipſam eſſe vocationem cõgruã, nec cõcurſum generalẽ, in ordine ſupernaturali.*

Digitized by Google

niam ſæpe tum alius homo, tum idem ipſe nō operatur cum ea propoſitione. Nec conſiſtit in ſuaui vocatione, nam licet ea ex ſuppoſitio ne futuræ operationis, atque præſcientiæ eius, non componatur cum priuatione actus, at id ita eſt, quia hęc ſuppoſitio eſt conſequens, & inuoluit ipſum actum; tua vero determinatio antecedens eſt ad actum, & cum omni antecedenti, quod habet ea vocatio, componi poteſt priuatio actus; ergo nequaquam poteſt conſiſtere in ea ſecundum omnia, quæ antecedunt actum; quippe per te non conſtat priuatio actus cum ea determinatione. Vrgeo manifeſte, per te ea determinatio indiſtincta eſt à potentia ipſa, vocatio congrua & ſuauis realiter diſtincta eſt; eſt enim actus in deliberatus ipſius potentiæ, pia videlicet inſpiratio infuſſa à Deo in nobis; ergo tua determinatio in ea conſiſtere nequit. Nec denique in generali ſupernaturali concurſu: is enim nihil aliud eſt quā omnipotentia ipſa Dei ad cooperandum præparata & eum habent omnes, etiam qui non operantur. In quo ergo conſiſtit? quis te ab his poterit expedire!

92 Tertio inquiro, eſt ne ea determinatio ad actum ſupernaturalem, in ſua entitate, ſupernaturalis? an naturalis? Si primum, quomodo eſt indiſtincta ab entitate potentiæ noſtræ? Si ſecundum, quomodo naturale vt ſic ſit determinatio pręuia ad ſupernaturalem actū? nam ſi catholica doctrina reſpuit omne meritum, omnemque diſpoſitionem naturalem ad auxilium gratiæ vt contra Pelagianos & ſemipelagianos diſſero in tertio tractat. diſp. 25. quomodo non reſpuat naturalē determinationem antecedentem.

Nec naturalem nec ſupernaturalem eſſe poſſe.

Quarto inquiro, potentia ne cum ſe ita determinat, ſe determinat libere, an non? Si primum, ergo vt ipſa procedit à potentia ſine alia antecedenti determinatione, ita actus liber immediate procedere poteſt. Præterea, 4. per te ea Deo intrinſeca eſt, & per te libere procedit ergo etiā ipſe actū liber intrinſecus Deo eſſe poteſt, atque libere procedere, ſine mutatione Dei, & ſine vlla in perfectione. Denique per te eſt indiſtincta à potentia; ergo determinatio non eſt actio libera ab ipſa contingenter procedens, ergo non eſt libera ipſi potentiæ. Si ſecundum peto vlterius, an ea ſuppoſita poſsit non eſſe actus? vel non poſsit non eſſe? Si hoc ſecundum, ergo actus non eſt liber, quoniam nec in ipſo, nec in antecedente ſuppoſitione eſt contingentia. Si primum, ergo ea non eſt determinatio, ſed inclinatio potentiæ ad modum habitus; ergo vt actus liber imme diate à facultate fieri poteſt ſine habitu, ita & ſine hac determinatione. Imo vbi eſt habitus neceſſaria non erit, nec habere poterit vtilem effectum. Denique hæc determinatio a quo fit, an ab actibus? an à potentia? quidquid dixeris facile eſt reiectu. Abolenda ergo eſt hęc determinatio, quia implicata difficultatibus, quia onerata grauibus incommodis in Theologia, denique quia inutilis. Cupiens vitare caribdim in circulo, incidit in mille cyllas. 93

Caput. XII. Solutiones argumentorum contra propriam ſententiam.

94 TAMETSI haud difficile ſit occurrere argumentis in oppoſitum ex penetrata noſtra doctrina in c. 10. & 11. nihilominus quia ipſa difficilia ſunt, & quædam maiori indigent explicatione, pro eis enodādis hoc inſtituere caput decreui. Ea vero in duplici ſunt differentia, quædam ſunt communia contra omnem ſententiam, declarantque rei difficultatem; ex his tres obiectiones formaui cap. 2. duas priores ibi dilui; tertiam in hoc cap. diluendam reſeruaui. Quædam vero directe militant contra Aureoli ſententiam, atque contra noſtram ſecundum eam partem, quæ cum ipſa concordat, ea propoſui cap. 9: prius illa diluenda, deinde hæc.

Conceptus communis libertati creatæ, & increatæ.

Illa ergo obiectio contendebat probare in conceptu libertatis eſſentialiter includi imperfectionem; quod ſemper negandum eſt, & cū obijcit potentiam liberam vt ſic eſſe indifferentem ad amandum, & non amandum, ſeu odio habendum. Negandum eſt, eſſe de ratione libertatis vt ſic, vt eſt conceptus communis creatæ, & increatæ, eſſe potentiam indifferentem ad actum, quippe in Deo nulla eſt potentia per ordinem ad ſuum actum, vt ſæpe docui, ſolum ergo eſt de ratione libertatis vt ſic eſſe principium indifferens actionis, quod vero ſit ad actum, per quem amet, aut odio habeat eſt differentia libertatis creatæ, eo modo vt docui num. 72. & 73; quod vero ſit principiū indifferens producens, aut amando, aut odio habendo eſt differentia libertatis increatæ, in quo omnis ratio potentiæ excluditur, quia ipſum principium indifferens eſt volitio ſubſiſtens, actuſque puriſsimus incapax receptionis, & quia productum, eſt creatura extra Deū exiſtens.

Conceptus ſpecifici.

Secundo

Digitized by Google

95 Secunda probatio illius antecedentis ſumitur ex mutatione, quæ videtur eſſe in exercicio libertatis contra Dei immutabilitatem. Concedo actum liberum ſufficienter, ſeu in actu primo, pro ut eſt principium indifferens, eſſe aliquid reale in Deo: atque per ipſum Deum viuere. Nego autem eum vt ſic adeſſe, & abeſſe poſſe à Deo etiam pro quocumque rationis priori. Quoniam volitio illa ſubſiſtēs etiam in quantum eſt amor omnium amabilium creatorum, atque odium omnium odibilium, neceſſario emanat virtuali emanatione ab intellectione, quæ eſt natura Dei. Nec enim eſt aliqua indifferentia, aut exercicium libertatis in actu ſecundo in ordine ad illum actum Deo intrinſecum, vt ſubſumitur in probatione, ſed in ordine ad productionem creaturarum, vt tenet noſtra doctrina; quod vero creatura adſit, & abſit à Deo non inducit mutationem in ipſo.

Vt ſit immanēs volitio libera.

Vt Deus viuat per ipſam.

Dices, ergo Deus non viuit per actum ſecundum liberum, hoc eſt abſurdum; ergo. Reſp. concedendo ſequelam, nam cum in Deo non ſit actus ſecundus liber, ſed actus puriſſimus ſubſiſtens liber, non viuit per actum ſecundum liberum: ſed per actum puriſſimum ſubſiſtentem, quo conſtat, conſequens nullum abſurdum continere.

96 Dices iterum, ergo actus ſecundus liber Dei non eſt immanens, hoc eſt abſurdum ergo. Reſp. nec eſſe immanentem, nec tranſeuntem, quia in Deo non eſt actus ſecundus immanens; ſed actus puriſſimus ſubſiſtens indiſtinctus à propria natura, (oportet euellere ab ore noſtro, hos terminos cum de Deo loquimur.) Sed obiicies, ergo ſaltem exerciciū libertatis in actu ſecundo, ſeu efficaciter, non eſt immanens in Deo, nec per ipſum, vt ſic viuit. Concedo non eſſe immanentem ſecundū totum, quod includit liberum efficaciter, quia continet complexu ex amore ſubſiſtente, & effectu tranſeunte, ſicut exercicium libertatis creatum continet complexum ex principio indifferenti, & actione. Concedo quoque nō viuere Deum per omnem partem eius complexi, propter eamdem rationem. Nec quidquam refert, ſi creatura viuat per vtramque partem complexi, non Deus. Quoniam in creatura id ex imperfectione oritur: quippe ad actionem non præſupponitur vita perfectiſſima, atque plena, quæ in operatione adęquata facultatis vitalis conſiſtit, vnde modo actu viuet per hunc actum, modo per alium: in Deo vero ex maxima perfectione, eo quod omnis actio indifferenter egrediens ab ipſo, præſupponit libertatis plenam, actualiſſimam, puriſſimamque vitam per volitionem liberam ſubſiſtentem. Vnde nulla eſt in ipſo vlterioris vitæ indigentia aut capacitas.

Vt addat rationem tranſeuntem.

Tertia probatio ſumebatur ex compoſitione. Verum in noſtro modo dicendi nihil habet difficultatis, quoniam vt ſcientiam conſtituimus omne ſcibile ſufficienter ſcientem, hoc ipſo, quod obiectum ſcibile ſit, vt declaraui diſp. 2. cap. 2. ita conſtituimus volitionem hanc diuinam ſubſiſtentem amantem actu omne amabile, & odio habentem omne odibile ſufficienter, ita quod cum poſtea producit aliqua, ex his, quæ amat, & ea producta conſeruat, punit, aut præmio afficit; & cum non producit alia, tum actio producens, & conſeruans, & præmians, & puniens; tum non productio, procedant immediate, & libere ab eodem amore, ſine additione intrinſeca reali in ipſo, ac propterea ſine compoſitione, vt à potentia noſtra actio libera procedit immediate, & per productionem præciſſe denominatur libere operans, vt monſtrauimus num. 72. Quod ſi Deus alias vellet creaturas producere, eodem modo produceret per eandem volitionem, nihil ei ſuperaddito in ratione volitionis, ſed ſola noua productione dependenter ab ipſa volitione. Quoniam cum in ratione amoris, & odij ſit infinite perfecta vndequaque, ſicut ſua ſcientia in ratione ſcientiæ, vt hæc propter infinitam perfectionem in genere ſcientiæ, non poteſt admittere additionem in eo genere, ita nec volitio pari ratione. 97

Vt non ſit compoſitio ratione libertatis.

Ex hac etiam doctrina, quarta probatio, quæ procedebat ex infinita perfectione Dei, eneruata manet. Quoniam volitio illa diuina ſubſiſtens, in qua tuemur conſiſtere diuinam libertatem in ratione principij indifferentis, independenter à productione, aut non productione alicuius creaturæ: ante vtramque gaudet ſua perfectione infinita in ratione liberæ volitionis, quin aut ex productione, aut ex non productione quicquam accreſcat, aut poſſit accreſcere perfectionis. Ecce diluta facili doctrina habes prioris generis argumenta. 98

Libertas Dei non obſtat perfectioni infinitæ.

Nec difficilius diluuntur, quæ poſteriori loco contra Aureol. propoſuimus, quoniam nihil curauimus diligentius in noſtra doctrina quam eis parare facilem exitum: atque in primis quatuor illa teſtimonia ſacrę paginæ, quæ propoſuimus num. 67. à nobis ſtant. Nam cū conſtituamus antecedentem volitionem actualem omnium, quæ producit, egregie verum eſt feciſſe, quæcumque vult, & omnia operari ſecundum conſilium voluntatis ſuæ; ea namque volitio etiam eſt prudens conſilium, quo habito Deus diſponit res ſpectantes ad prædeſtinationem, & vocationem hominum, de qua re ibi loquitur Paul. vt notaui diſp. 11. c. 1 & in 99

Soluuntur contra Aureol. argumenta. Explicantur 4. teſtimonia obiecta ex ſacra ſcriptura.

Digitized by Google

& in hac diſp.c.1.vbi dixi ſenſum eſſe ſecundũ conſilium intellectus,acceptatum a voluntate ſua,quod mirifice verum eſt in noſtra doctrina: etenim præcedẽte propoſitione intellectus & rationes omnes,quæ inducere poſſunt ad producẽdũ,aut nõ producẽdũ aliquid proponẽte & volũtate pariter amante,operatur libere,atq; id,quod operatur,optime dicimus eſſe volitum à Deo,atq; ipſi acceptum.Imo ideo operatum,quia volitum. Veriſsimum quoq; eſt, nihil permãſurũ,niſi ipſe voluiſſet, quidquid enim conſeruatur diuina illa volitione perẽniter conſeruatur.Deniq; incarnatio verbi diuini pro ſalute hominũ ex illa ipſa dilectione duxit ſuam originẽ.Aduerte vero, nec verbũ eſſe in his teſtimonijs,quo indicetur Deũ pri⁹ determinatũ decreto efficaci hæc operari, ita vt operatio non procedat immediate libere, ſicut in nobis,ſed ſolum volentem feciſſe, ſecũ conſulentem ordinaſſe,& quia vult omnia conſeruare,& quia diligit homines, eis filium ſuum dediſſe,hęc vero in omni proprietate,& in rigore ſermonis in noſtra ſententia veriſsima ſunt,tantum abeſt, vt contra illam ſint, vt videantur eam roborare.

In noſtra ſententia proprietas ſermonis retinetur.

100 Hinc conſtat nullius roboris eſſe,quod in ſecũda obiectione attingitur,nimirũ nos detorquere ſcripturas ad ſenſus metaphoricos, & improprios.Nã cũ Deũ libere volentẽ proprijſime defendamus per eã volitionẽ ſubſiſtentẽ, vt reſpicit creaturas,retinemus rigorẽ ſermonis.Nec obſtat efficaciter velle,hoc eſt,cũ effectu cõnotare eſſentialiter,& inuoluere aliquid extrinſecũ,nã tũc loquimur de velle efficiẽte, & non poſſumus non includere effectũ.Imo totũ cõplexũ continent ſcripturę teſtimonia volitionẽ quidẽ in ſe vt cauſam, creaturã vt effectum,dicunt enim feciſſe,quæcũq; voluit,operari ſecundum conſilium voluntatis, conſeruari res, quia Deus vult, & quia diligit homines,eis incarne donaſſe filium. Imo in vniuerſum verum eſt,cauſam omnem in actu, cõplexum ex ipſa,& effectu continere.

101 Tertia obiectio pariter eneruata iacet ex noſtra doctrina lege n.78.conſtat enim has cauſales.*Quia Deus libere vult, eſt creatura; quia Petrum prædeſtinat, ſaluum facit,* & ſimiles veriſſimas,aptiſsimaſque eſſe.Quoniã ponimus antecedentem volitionem liberam,quæ eſt cauſa,atq; principiũ omniũ indifferẽs effectuum; quo etiã fit,vice verſa cauſalẽ nõ re idquia ex effectu cõparatione cauſæ non formatur cauſalis.Nec obſtat,Deum compleri per actionem in ratione volentis efficaciter, atq; verum eſſe ideo velle efficaciter,quia operatur,& ideo operari,quia vult efficaciter.Nam hæc cauſalis datur per cauſam formalem, & idem importatur in vna,ac in alia, ſolumque eſt diuerſus modus ſignificandi in quantum idem diuerſo modo ſignificatũ, modo ſummitur,vt forma, ſeu cauſa formalis,modo vt effectus formalis, vt cũ dicimus:ideo Petrus eſt homo, quia eſt animal rationale,& è cõuerſo,ideo eſt animal rationale,& cætera,qui modus ſignificãdi vtilis eſt ad demõſtrãdũ idẽ eſſe hominẽ, & animal rationale. In hac vero mutua cauſali formali nullũ eſt incõmodũ,quia nõ probatur ex ea mutua dependentia vnius ab alio,ſicut probaretur,ſi in genere cauſæ efficientis duo inter ſe mutuo dependerent.Imo in mea ſententia probatur idẽ ſaltẽ mediate à ſe ipſo dependere,ſeq; priorẽ,& poſteriorẽ eſſe,vt alibi demõſtrandũ eſt.Id,quod dixi in genere cauſæ efficientis,etiã in diuerſo genere cauſæ verũ puto; nimirũ effectũ alicuius cauſæ in ſuo eſſe, eiuſdẽ cauſæ in ſuo eſſe,cauſam eſſe non poſſe.

Mutua cauſalis in diuerſo modo ſignificandi nihil habet incõmodi.

In nullo genere cauſæ eſt mutua cauſalis realis.

Ad primam confirmationẽ,nego præcedere in Deo liberã determinationẽ ante actualẽ operationẽ:pręcedit quidẽ æternitate libera volitio operationis,atq; effectus,non determinatio,hoc modo cõcipimus Deũ aſſuefacti cõceptibus,in noſtro modo operandi actus externos:verũ iã docui n.76.& 78.hunc modum operandi exterius,ex determinatione interiori actus liberi eliciti plenũ eſſe imperfectionibus.Nã primo ponit in Deo actũ elicitũ 2.receptũ,tertio formã,relegãd⁹ ergo a Deo.Quo fit probationẽ antecedentis falſum ſubſummere,nimirũ determinationẽ Dei eſſe æternã. Nam determinatio libera interna non eſt in Deo nec æterna,nec temporalis.Secunda etiã confirmatio in multis deficit,primo,quod ſubſumit libertatem in actu Dei ſolum ad dere extrinſecam denominationem. Cũ ſit perfectio ipſius intrinſeca,eaq; maxima ratione diſtincta à neſſaria,ratione in quã non pręſcindente, ſed inadęquate cõcipiẽte ipſam per diuerſum cõnotatũ,vt dixi n.81 & 88. ſecũdo quod ſupponit tantum ſupponi ad effecta creata actum neceſſarium vt ſic. Cum autem infert, ergo Deus incipit velle in tempore.Abſolute negãda eſt conſequentia.Nam ſolum infertur Deũ incipere productiones rerum in tempore, quod fide certum eſt,hoc vero producere appellaui velle efficaciter,vt totum complexum complectar,& vt ſtudioſo huius noſtræ doctrinæ appoſitos tribuam terminos pro ea defendenda. 102

Quarta obiectio agebat. Quomodo De⁹ viuat per liberã volitionẽ,hoc iam explicui, in hoc cap.num.95.& 96.& conſtat ex dictis. 103

Quinta deniq; obiectio attingit copioſam, atq; difficilẽ materiã,videlicet qua ratione ordo in diuinis decretis liberis cõſtituẽdus ſit,& vnde ſumẽdus,an ſint,& quomodo ordines intẽtionis,& executionis.An actus ineficax liber

Digitized by Google

& vt ab efficaci diſtinctus. An deniq; omni libero actui nouo; nouus, & peculiaris effectus reſpōdeat. Ideo, & ſi nō difficile colligātur ha rū difficultatū definitiones ex noſtra doctrina in hac diſp. ſequentem inſtituo 17. In ea vero explico doctrinam art. 5. & 6. S. Thomæ.

DISPVTATIO DECIMA SEPTIMA.

APPENDIX DE MVTATIONE NECESSAria in rebus: de affectu efficaci, & inefficaci libero, de ordine intentionis, & executionis, atq; de ſignis rationis decretorum Dei.

Diſtincta quinque capitibus.

In Primo. Quæ nam mutatio ad extra neceſſaria ſit pro exercitio libertatis diuinæ cum votum vellet relaxare.

In ſecundo. Nullum Deus poteſt remittere peccatum ſola extrinſeca condonatione, ſed neceſſaria eſt variatio in rebus cum peccatis pugnans.

In tetio. Qua ratione in doctrina noſtra effectus efficaces, & in efficaces Dei defendi poſsint.

In quarto. Defenſio ordlnis intentionis, & executionis ſecundum noſtra principia.

In quinto. Explicatur ordo liberorum decretornm Dei ſecundum noſtra principia.

ARTICVLVS QVINTVS S. THOMAE.

VTRVM VOLVNTATIS DIVINAE SIT ASSIGNARE ALIQVAM CAVSAM.

Reſpondet S.Th. vt ſcientiæ Dei nulla aſſignatur cauſa, quia Deus non cognoſcit diuerſis actibus concluſionem, & principia: ita nec in voluntate aſſignari cauſa poteſt, eodē nāq; modo ſe habet voluntas in finem, & in ea, quę ſunt ad finē: ſicut intellectus in principia, & in cōcluſiones

S. Th. negat cauſā extrinſecam & in trinſecam diuinæ voluntatis.

Obſeruandū eſt S.Th non tantū negare, cauſam extrinſecam diuinæ voluntatis; ſed etiā ſufficientis eius negare, aliquē actū diuinæ voluntatis pendere, vt a cauſa, ab alio actu priori Deo intrinſeco, v.g. electionē habere intentionē cauſam ſui, nā ad hoc probandū adfert cōparationem ad intellectū, & ſcientiā, in qua nullus eſt actus, qui ab alio pendeat. Hoc quoq; ſignificat in fine corporis concludens articulū in hæc verba. *Sed tamen vult: ea, quæ ſunt ad finē ordinari in finē, vult ergo hoc eſſe propter hoc, ſed non propter hoc vult hoc.* Id eſt, licet media ſint propter finem, at electio mediorū in Deo nō eſt effectus intentionis propter indiſtinctionē electionis ab intentione.

ARTICV-

Digitized by Google

ARTICVLVS SEXTVS S. THOMÆ.

VTRVM VOLVNTAS DEI SEMPER IMPLEATVR.

Reſpondet in corpore articuli concedens abſolute voluntatem Dei vniuerſalem, ſeu vt cauſæ vniuerſalis ſemper impleri; licet in reſponſione ad primum diſtinguens voluntatem Dei antecedentem (per quam tantum vult ſecundum ſe bonum, non vero veſtitum omnibus circunſtantijs; à voluntate Dei abſoluta) concedit eam non ſemper impleri, quam appellat ſecundum quid, & per eam explicat illud, *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, poſt relatas tres S. Auguſt. expoſitiones. Hi duo articuli continent materiam, quam pro complemento doctrinæ noſtræ diſp.16. in hanc 17. remiſsimus. Quod vero ſpectat ad art. 4. In quo *vtrum voluntas Dei ſit cauſa rerum.* Satis dixi tractatu de ſcientia diſp.6. capit 3. vbi monſtraui decretum efficax intrinſecum antecedens noſtros actus liberos eſſe inimicum libertati; vbi etiam notaui non nulla de modo, quo Deus exhibeat ſuum concurſum cauſis liberis, nam modus concurrendi cũ cauſis neceſſarijs, nullam controuerſiam habet. An autem decretum efficax prędefinitiuum ſit etiam inimicum libertati, vel an beneficio ſcientiæ conditionalis antecedentis cum ea poſsit conſtare, res eſt plena difficultatis, & ſubtilitatis, ego ſemper probabilius duxi non conſtare cum libertate. Eam diſcutio fuſo calamo tractatu 3. diſp.23. cap.9. vide etiam diſp.10. cap.1. n.8. vbi dixi ad quæſtionem de nomine multum ſpectare; An ſcientia, an volitio ſit immediatior cauſa rerum. Quia vero S. Thom. in art.8. huius quæſtionis tractat, an voluntas Dei rebus neceſsitatem imponat, & quia lego modernos Thomiſtas ſemper in ſua ſententia perſiſtentes, de hac re diſputationem 19. moueo, & in ipſius cap.4. declaro per quam voluntatem, & qua ratione Deus cauſis liberis exhibeat ſuum concurſum conſentanee ad principia, quæ ſequimur in diuina libertate.

Caput. I. Quænam mutatio ad extra neceſſaria ſit, pro exercitio libertatis diuinæ, cum votum vellet relaxare.

1 Statui diſ.16. caput.10. & 11. actum liberum diuinum ſufficientem ſecundum propriam phraſim, ſeu vt explicatius dicam ſumptum ſufficienter antecedere omnem rerum creatarum variationem, & productionem, imo eſſe ipſarum cauſam, atque inducere in ipſo intrinſecam perfectionem, eamque infinitam. Ex quo conficitur hunc libertatis diuinę modum ante omnem mutationem ad extra, atque independenter ab illa in Deo præexiſtere.

2 *Libertas exercita in Deo nõ eſt ſine aliqua mutatione in rebus.* P. Vazquez P. Arrub.

Statui quoque libertatem Dei efficaciter, ſeu in exercitio ſumptã cõplecti præter volitionẽ intrinſecã productionẽ nouã, ſeu nouũ ordinem ad exiſtendum creaturæ, ſiue ea poſitiua ſit, ſiue non poſitiua, vt negatio & priuatio. Ex quo conficitur libertatem hanc ſine aliqua rerum variatione eſſe nequaquam poſſe, pro hoc ſtatuto allegaui vbi ſupra plures Doctores; nominatim videri poſſunt P. Vazq. in pręſenti diſp.79. cap.2. & P. Arrubal diſp. 53. Huius rei ratio eſt, quoniam in Deo non eſt potentia, ſeu actus primus ad volitionem, & nolitionem nec formalem, nec virtualem: nec ad prædicatum intrinſecum, aut ad nouam denominationem, vt pluribus peregi diſp. ſuperiori cap.4. & 5. ergo ſolum eſt volitio indifferens ad producendum, aut non producendũ per actualem volitionem: ergo cum ea reducitur ad exercitium actuale, quod appello volitionem efficacem ſiue efficientem, non poteſt non eſſe aliqua variatio in creaturis.

3 *Difficultas de voto.*

Contra deciſionem hanc, multa obijciũtur atq; producuntur exẽpla, in quibus datur intelligi, eſſe in Deo volitionẽ in exercitio, ſeu liberam determinationem volitionis indifferẽtis ante aliquã rerũ variationem; imo quæ ſit eius radix, quæ quia bene premunt, & nobis incedendum eſt via ſpeciali; ſigillatim de his tractare decreui: de primo in hoc cap. de alijs in ſequentibus. Primum ergo procedit in homine, qui ſe Deo voto obſtrinxit, quodque Deus acceptauit, illeque contraxit obligationem: poteſt quidem Deus eum hominem ita vinctum, a vinculis voti liberare per liberam ceſsionem ſui iuris, abſque mutatione vlla in hoc homine facta; verbi gratia dum ſomno indulget. Quoniam ſicut vnus homo alium ſibi obligatum fide promiſsionis poteſt per ceſsionem iuris liberare, ſine vlla mutatione facta in illo homine, quem liberat, ita quoque poterit Deus ſine mutatione in perſona voto deuincta, eam ab eo vinculo liberare; nam qua re negetur Deo, quod homini conceditur?

4 P. Vazquez

Verum conſentanee ad iacta principia, negandum omnino eſt, poſſe Deum de facto huic homini relaxare voti acceptati obligationem ſine aliqua mutatione ad extra facta, vel in ipſo homine, vel in aliqua alia re. Ita P. Vazq. 1. p. d. 82. c.6. Etenim, vt vtar exemplo ab aduerſario pro-

Digitized by Google

producto, ſemper mutatio aliqua intercedit, quoties relaxatur obligatio, aut ex fide data, aut ex voto ſuborta, ſiue ea relaxetur à creatura, ſiue à creatore. Hoc diſcrimine valde notando inter creatorem, & creaturam, quod in hac mutatio intrinſeca eſt per actus intellectus, & voluntatis immanentes: in creatore vero extrinſeca tantũ mutatio eſſe debet, quippe qui ex attributo immutabilitatis mutationi intrinſecæ non ſubiicitur: ergo commune eſt Deo, & creaturæ ſine aliqua mutatione obligationem voti relaxare non poſſe; illud vero eſt in Deo ſingulare propter perfectiſsimum modum ſuę libertatis eam mutationem extrinſece tantũ Deo tribui.

Mutatio aliqua neceſſaria in voti relaxatione.

5 Si petas, qualis nam erit ea mutatio; qualis ve neceſſaria ſit, vt obligatio voti remittatur? Reſpondeo eam mutationem fore reuelationem à Deo procedentem ex volitione ſufficiẽti relaxandi tanquã ex principio formali eius: factam inquam, vel ipſi perſonę obligatæ, vel alteri, per quã ad notitiã illius perueniat, à Deo ipſum liberatum eſſe à voti obligatione, quoniam cum ea reuelatione, vt producta ex voluntate remittendi, non poteſt conſiſtere voti obligatio, vt magis declaro in ſequentibus, ac præcipue cap. 2. vbi diſſero de modo, quo Deus peccata noſtra per extrinſecam condonationem remittere poſsit: aut non poſsit.

Reuelatio neceſſaria ad voti relaxationẽ à Deo.

Verum obiicies: cognitio illa, per quam perſona obligata dignoſcit ſibi remiſſam obligationem voti à Deo, non eſt ipſa remiſsio, imo vero illam ſupponit: quoniam cognoſcit obligationem eſſe remiſſam: ergo ante cognitionẽ remiſsio peracta fuit per actum liberum Deo intrinſecum.

Duo obiecta.

Vrgeo: cognitio remiſsionis per ſe neceſſaria nõ eſt, vt iſti homini remittatur obligatio, dum enim ille liber maneat ab obligatione voti per ſuperioris relaxationẽ, etſi nõ cognoſcat liberũ eſſe remiſſa eſt obligatio: exẽpli gratia, cũ lex abrogatur nobis ignorantibus liberi exiſtimus ab obligatione eius, etſi nos liberos eſſe ignoremus. Itẽ cũ Pontifex ſummus in Romana curia diſpenſat, ſeu anullat vota, adſtricti eis liberantur ab obligatione antequã diſpẽſatio, & irritatio perueniãt ad eorũ notitiam. Et licet cũ tũc tẽporis violamus votũ, aut contra legẽ facimus, peccemus, peccatũ hoc nõ ſumit ſuam malitiam ex virtute legis, aut voti, quippe ea non exiſtunt, ſed ex conſciẽtia noſtra erronea ignorante, non exiſtere.

6 Vt reſpondeam, aduerto me huc vſq; non adſtrinxiſſe variationẽ neceſſariam, vt votum relaxetur ad reuelationẽ factam ipſi perſonæ: nam ſi alteri fiat reuelatio, & illa cognoſcat ſibi votum relaxatum eſſe, forte ſufficiet quantũ eſt ex vi variationis neceſſariæ, licet ſolum deſideretur cognitio huius perſonæ, tanquam conditio ſine qua non, vt animaduerto infra n. 10. verum claritatis gratia ponamus variationem, quę neceſſaria eſt ad votum relaxandum, conſtitiſſe in cognitione facta eidem perſonæ, licet alio modo etiam remitti poſsit, vt declaremus qua ratione ea cognitio ſit, aut non ſit ipſa remiſsio, & argumento propoſito faciamus ſatis. Hoc poſito diſtinguo illam propoſitionẽ obiectionis, cognitio illa per quam dignoſcit homo ſibi remiſſam obligationẽ voti, nõ eſt remiſsio ſufficiens, ſeu volitio diuina intrinſeca Deo, per quã quãtũ eſt ex ſe remittit, concedo; nõ eſt remiſsio efficax, ſeu in exercitio, per quã defacto remittit atq; liberat à voti obligatione, nego. Enim vero illa diuina volitio, vt comparatur ad voti relaxabilitatẽ ex fine ſibi à Deo propoſito eſt ſufficiens remiſſio, quantum eſt ex parte Dei, dico expreſsi⁹, ad hoc vt Deus de facto remittat, atque homo ille exiſtat immunis à voti obligatione nihil amplius volitionis indiget Deus; quippe ea, qua infinita eſt ex ſeſe ipſa ſine vlla additione reali, aut per rationem eſt volitio ſufficiens, atq; ſubſiſtens omniũ volibiliũ, eſt quoque nolitio omniũ malorũ, quemadmodũ ſciẽtia Dei qua infinita eſt, ſine vlla additione in ratione ſcientiæ, aut reali, aut rationis eſt actualis ſciẽtia omnium ſcibilium, vt explicui diſp. 2. c. 2. ita de volitione diuina theologizandũ eſt, & vt ea ſcientia contingentia ſcibilia actu cognoſcat requiritur tantum determinatio ipſorum ex parte rerum ita ad hoc, vt ea volitio defacto remittat, requiritur aliqua mutatio ad extra, quæ in noſtro caſu eſt illa cognitio, quæ hoc ipſo, quod intelligatur procedere ex volitione formali relaxandi voti obligationem, tãquã ex principio proprio producente cognitionẽ illã, non vero ex ipſa volitione, in quãtũ eſt aliorũ volibiliũ volitio, vt explico magis, c. 2. eſt efficax remiſsio obligationis voti; quoniã ea cõpletur volitio ſufficiẽs libera Dei, & conſtituitur in ratione efficacis ſecundum iacta principia noſtra.

Satisfit. Cognitio reuelationis relaxãtis pugnat cum obligatione voti.

7 Ad confirmationem pariter diſtinguo primã propoſitionẽ, cognitio voti remiſsi nõ requiritur ad remiſsionẽ quaſi ſufficiẽtẽ, quãtũ ſe tenet ex parte remittẽtis, ſeu in actu primo, concedo: ad remiſsionem efficacem, & de facto liberantem hominem ab obligatione contracta ex voto, nego; quoniam vt dixi, ipſa cognitio eſt cõplementum remiſsionis efficacis. Hoc ipſum egregie confirmari poteſt exẽplo legis, quo vtebatur aduerſarius contra noſtrã doctrinam: ad rationem namque legis pertinet aliqua eius promulgatio, per quam, vt per medium ea deferatur ad notitiam ſubditorum, quoniam ipſa natura docet ſubditum nulla-

Promulgatio vt pertineat ad rationem legis.

Digitized by Google

nullatenus lege deuinci poſſe ſibi ignota, qua ratione, tum Theologi, tum iuris periti docent legis promulgationem, ac proinde eius notitiam pertinere ad legis ipſius conſtitutionem, vel tanquam partem integrantem naturam legis, vel tanquam conditionem ſine qua non ita docēte.

Iuſtinianus Iuſtiniano in *l. leges Cod. de legibus leges ſacratiſsimæ* ait *intelligi ab omnibus debent, vt vniuerſi præſcripto earum manifeſtius intellecto prohibita declinent, & faciant præcepta.* Itē in iure Pontificio *diſt. 4. c. 3. §. leges inquit inſtituuntur, cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur*, vide quoque c. 1. de Poſtulatione prælatorum, & Auguſtinum lib. de vera religione cap. 31. Conſentiunt etiam Theologi omnes; antiqui in 3. diſt. 37. commētatores S. Thomæ cum ipſo 1. 2. q. 90. art. 4. P. Suarez lib. 1. de leg. cap. 11. P. Salas tract. 14 diſp. 1. ſect. 10. & P. Vazquez 1. 2 tom. 2. in cōmentario eius art. 4. & fuſe diſp. 155. cap. 2. P. Azorius tom. 1. lib. 5. cap. 3. q. 1.

S.Thom. P.Suar. P.Salas. P.Vazq. P.Azorius.

8 Ex qua doctrina definitur promulgationem eſſe ſaltem conditionem, ſine qua non obligat lex de facto, licet ſit ante promulgationem poſt eam interius latam, quaſi obligatiua in actu primo, eo quod habeat iam omnem obligandi virtutem: ita in re noſtra quodam notato diſcrimine, quod iam ſubijcio, ea mirabilis volitio diuina libera ſufficienter eſt relaxatio voti quaſi in actu primo; ad hoc vero vt reducatur ad actum, & defacto liberet hominem à vinculo voti, neceſſarium eſt procedere ab ipſa aliquam variationem in rebus, vt ſatis ſuperque explicatum eſt.

In creatura ad legē ponēdam, & ſoluendam neceſſaria mutatio intrinſeca, in Deo extrinſeca,

Diſcrimen vero inter legem creaturarum, & inter hanc voti Dei relaxationem, quod magnopere notandum eſſe dixi, conſiſtit in eo quod ea variatio, ſeu productio cognitionis, pertinet in Deo ad rationem eſſentialem remiſsionis efficacis tanquam pars eſſentialis eius: at promulgatio non eſt de ratione eſſentiali legis humanæ, ſed tantum conditio ſine qua non inducit obligationem in magis probata ſententia. Differentia hæc deſumitur à doctrina à me notata ſupra num 4. etenim nec creator, nec creatura inducere poſſunt obligationem, aut eam ſoluere ſine aliqua reali mutatione in altero ex extremis: at enim in creatura intercedit ſemper & antecedit mutatio intrinſeca nimirum in facultatibus intelligendi, & volendi per elicientiam actuum immanentium, in quibus natura legis ſita eſt, ideo opus nō eſt mutatione phyſica in perſonis lege humana obligatis aut ſolutis ab obligatione. In Deo vero qui nō ſubeſt ijs mutationibus neceſſe eſt, aut ad ſuas leges ferēdas, aut ab ſoluēdū homines ab obligatione earum, & a vinculis voti intercedere extrinſecam rerum mutationem, quam diximus conſiſtere in noſtro caſu in illa reuelatione facta eidem perſonæ.

9 Quo fit in lege ab homine condita promulgationem, ſeu cognitionem eius eſſe conditionem neceſſariam, vt ille teneatur lege: at vero eius obligatio ortum habet, vt à cauſa propria, à legis natura exiſtentis in mente principis: pari ratione cum ſummus Pontifex diſpenſat, aut annullat vota, tota vis diſpenſationis, & annullationis conſiſtit, & manat ab actibus mentis Pontificię habitis per ſuam poteſtatem, & cognitio perſonæ cui facta eſt diſpenſatio, ſolum ſe tenet, vt conditio ſine qua in ipſum non habet effectum, qui neceſſarius eſt, vt ille liber maneat ab obligatione ex voto primordialiter dimanante: dico primordialiter, quia in hoc ſtatu nimirum facta diſpenſatione antequam perueniat ad notitiam diſpēſati, non tam videtur manare immediate obligatio ab ipſo voto, quod iam non eſt, quam à conſcientia erronea quatenus diſpenſatus exiſtimat ſe non eſſe diſpenſatum, vt dicebatur in obiectione. At vero in Deo quoniam variatio ad extra eſt de eſſentia tum legis diuinæ, tum etiam relaxationis voti, in quantum dum illam fert, & hoc relaxat, exercet ſuam libertatem efficaciter in actu ſecundo: hinc eſt eam reuelationem aut cognitionem non tantum eſſe conditionem; ſed etiam ad eſſentiam legis diuinæ atque ſolutionis à vinculo pertinere, vt ſatis in ſuperioribus declaratum eſt.

Promulgatio legis diuinæ pertinet ad eius eſſentiam, non humanæ, ſed tantum eſt cōditio.

10 Demum ex his conficitur in rigore loquendo dormienti ſeu nullum actum mentis exercēti relaxari à Deo votum non poſſe, niſi aut ipſi fiat reuelatio eius relaxationis, aut alteri, & ea reuelatio procedat ex volitione formali relaxandi, atque fiat ſpeciali actione vt declaro cap. 2. obſerua vero cum alteri fit reuelatio antequā perueniat ad notitiā perſonæ obligatæ iā cōſiſtere naturā relaxationis efficacis ſecūdū omnē partē eſſentialē, & tūc rē ita ſe habere vti diximus in lege humana, atq; diſpenſatione Pontificia. Etenim cognitio, quæ deſideratur in perſona obligata tātū ſe habet vt conditio ſine qua nō habet effectū relaxādi, quod ſi in eo ſtatu homo ille operaretur cōtra promiſſū in voto, peccaret quidē cōtra votū, ex cōſcientia erronea, hoc eſt ex voto exiſtimato nō realiter exiſtēte; quippe relaxatū eſt per volitionem ſimul cum reuelatione facta alteri perſonæ, licet id ipſe ignoret, vt diximus numer. 9.

Vt relaxetur a Deo votum dormienti.

Cognitio diſpēſationis Pontificia ſolum eſt conditio ad effectum diſpenſationis.

Vt peccet qui agit cōtra votum diſpenſatū ante notitiam.

11 Solet quoque adduci alterū exēplū deprōtum ex ſolutione vinculi matrimonij, quam Deus poteſt efficere nulla facta variatione ad extra; ad quod reſpondendum eſt negando ita fieri poſſe, ſed opus eſſe variatione aliqua

In ſolutione vinculi matrimonij quis actus liber Dei.

Digitized by Google

aut in ipſis perſonis per cognitionem eius ſolutionis, aut in alijs quibus fiat reuelatio ex volitione formali ſoluendi vinculum matrimonij: in qua re eadem doctrina procedendum eſt qua in ſuperiori de voti relaxatione; neque video in hoc exemplo ſpecialem ſubeſſe difficultatem.

Caput. II. *Nullum Deus poteſt remittere peccatum ſola extrinſeca condonatione, ſed neceſſaria eſt variatio in rebus cum peccatis pugnans.*

12 *Difficultas de condonatione extrinſeca peccati.* PRODVCVNT etiam exemplum aliud pro infringenda doctrina noſtra in peccatorum condonatione, tum mortalium, tum venialium, quando ſunt in ſtatu habituali: ea etenim ſaltim per potentiam abſolutam extrinſeca Dei condonatione remitti poſſe videntur, ſine vlla mutatione ad extra, vt ſi Deus remittat peccata dormientis: remiſsiones vero hæ fieri non poſſunt ſine exercitio diuinæ libertatis; ergo ad exercitium libertatis ipſius non eſt neceſſaria nouitas rerum ad extra. Hęc difficultas vrget magis in remiſsione peccati venialis, quam mortalis; etenim facile negari poteſt hoc remitti poſſe ſine infuſsione, aut gratiæ iuſtificantis, aut alterius formæ pugnantis cum peccato mortali. *In veniali magis vrget.* Cum vero, nec gratia, nec aliquis actus in via opponi videatur peccato veniali; imo cum hoc de facto remittatur in Sacramento, attrito per infuſsionem gratię, neceſſario fatendum videtur, tūc temporis illud remitti per extrinſecam condonationem: quoniam nec attritio, nec gratia infuſa pugnant cum veniali: atqui certum eſt, ſi variatio ad extra neceſſaria eſt ad remiſſionem peccati talem debere fieri, quæ pugnet ex natura ſua cum peccato, quod remittitur, non enim pellitur vna forma per aliam niſi ipſę oppoſitionem habeant erga idem ſubiectum, ergo & cętera.

Magis in pura natura. Demum difficultas hæc amplius vrgetur in peccatis, tum mortalibus, tum venialibus, quæ patrarentur in pura natura, non deeſſet etenim ei prouidentiæ modus remittendi peccata hominibus: atqui nulla tunc eſſet forma ex natura rei peccatis oppoſita: ergo per ſolam extrinſecam condonationem circumſcripta omni rerum variatione remitterentur.

13 *P. Suarez. Vazquez* Difficultas hæc grauis eſt; circa eam vero obſeruandum eſt magnam eſſe concertationē inter P. Suarez ex vna parte, & P. Vazq. ex alia, quoniam ille varijs in locis ſuorum operum tuetur extrinſeca ſola condonatione remitti poſſe peccata lege ipſum tom. 1. in 3. p. diſp. 4. ſect. 11. & tom 4. diſp. 11. ſect. 2. & 3. & diſp 12. & tom. 3. de gratia lib. 7. cap. 23. & 24. Is vero conſtanter id negat, neſcio vero an ſolide ſatiſfaciat, vt in ſequentibus videbimus; lege ipſum 1. 2. diſp. 287. cap. 3. & 4.

Obſerua præterea partem negantem extrinſeca condonatione remitti poſſe, duplici niti fundamento. Primum, quoniam peccatum remitti nō poteſt, niſi deſtructo volūtario, quod in ipſo eſſentialiter includitur; voluntarium vero deſtrui nō poteſt, niſi per motū eiuſdē voluntatis contrarium, retractantem auerſionem peccati à Deo? hac ratione ducti exiſtimant plures ſine mutatione voluntaria peccatoris, etiam per gratiæ infuſionem eradicari peccatum non poſſe, etenim infuſio illa gratiæ non eſt homini voluntaria, quippe non eſt à principio intrinſeco cognoſcente, nec ea videtur deſtruere deformitatem, quæ eſt in peccato contra rationem: ergo gratiæ infuſsio non eſt vera retractatio actus peccati, nec ſufficiens ad delendum illud, dum non præſupponitur ex parte peccatoris voluntarius motus conuerſionis ad Deum, per quem deformitas etiam contra rationem rectificetur. Importunus eſt hic locus ad diſcutiendum quantum ponderis habeat fundamentum hoc, idcirco non plura de illo. 14

Secundum ergo fundamentum, & quod ad nos maxime ſpectat nititur in diuina libertate, cuius exercitium petit, imo includit eſſentialiter extrinſecam rerum mutationem, & cum Deus potiatur exercitio ſuę libertatis, quoties peccata remittit conſequens eſt, neceſſariam eſſe aliquam variationem ad extra, & per extrinſecam condonationem remitti non poſſe. Hoc fundamentum ſolidum eſt ſecundum noſtra principia, ergo cogimur eſſe parati ad occurrendum difficultati propoſitæ. 15

Pro qua quædā notare oportet. Primū, ſi admitterētur à nobis formalitates morales medię inter entia realia phyſica, & rationis, quæ a pluribus admittūtur; quiq; affirmāt peccatū habituale, tū mortale, tū veniale cōſiſtere in quadā moralitate ex actu præterito relicta, quæ proprie, nec eſt ens phyſicū, neç rationis, quo pacto valorē appoſititiū rerum, & dignitates humanas ſolent explicare ad huiuſmodi peccatū habituale remittendū, ſufficeret volitio remiſſiua Dei ipſi intrinſeca, quā ſufficienter actum liberum 16 *Si moralitas media admititur facile ſit ſatis.*

liberum in noſtra phraſi appellamus ſimul cũ emanatione quadam alterius moralitatis hominem moraliter rectificantis: ac ſubinde repugnantis cum peccato habituali, probatur hæc notatio, quoniam per eam moralitatem, ita procedentem à volitione diuina, vt eſt remiſsio eius peccati ex vna parte Deus ſuam exerceret libertatem efficaciter, & ex alia peccatum illud habituale expelleretur à ſubiecto in genere cauſæ formalis: ergo ſi admittantur hæ mediæ entitates morales per ipſas ſufficiens fieret variatio in rebus ad exercitium libertatis diuinæ, & ad peccati expulſionem. Probo hanc conſequentiam, quia præter illa duo nihil amplius requiritur ad peccati remiſsionem.

17 *Non eſt admittendus.* Sed nititur iſte modus falſo fundamento, quoniam exiſtimo has entitates medias morales prorſus chymericas eſſe, & licet communiter in ore Theologorum circumferantur, non tamen mente intelliguntur: audimus quidem vocis corticem, ſed nucleum rei non guſtamus. Opinor ergo peccatum habituale nihil aliud eſſe, quam ipſum actum permanẽtem non in ſe phyſice, ſed in ordine ad aliquẽ effectum, per quem ſumimus fundamentum ad denominandum hominem peccatorem: effectus vero eſt, aut ipſum odium Dei, quo odio habet peccatorem, aut dignitas pœnæ, ex quo nos hominem apprehẽdimus, vt Deo inuiſum, & macula peccati infectum. *Peccatũ habituale quid.* Hæc doctrina ante oculos habẽda eſt, vt diſquiramus qua ratione peccatum mutatione rerum expellatur. Quoniam ad peccatum pellendum à ſubiecto ſufficiens non eſt Deum exercere ſuã libertatẽ, niſi ita exerceat, vt ab ipſo procedat aliqua forma, quæ cũ peccato pugnet, & per ipſã in genere cauſæ formalis expellatur: etenim non remittitur verè peccatum cum tegitur, aut non imputatur, ſed cum reipſa expellitur à ſubiecto: atqui in noſtra ſententia per actum immanentem Dei, qui ſit condonatio extrinſeca tantum non expellitur in genere cauſæ formalis, neque mundatur anima: quippe nihil tale ponimus, nullam in Deo efficientiam, nec formalem, nec virtualem: potentiam nullam in ordine ad nouum prædicatum, aut ad nouam denominationem: vide precor cap. 4. 5. & 6. diſp. ſuperioris: ergo nihil eſt intrinſecum Deo, quod ſolum ſit incompoſsibile cum peccato pro aliquo tempore: ergo peccatum pelli debet à ſubiecto per aliquid procedens ab ipſo: ergo id quidquid ſit pugnare debet cum peccato: vna namque forma non pellit aliam à ſubiecto, niſi opponatur in ordine ad ipſum. Hoc expreſſe tradit S. Thom. 3. p. quæſt. 87. art 2. in corpore. *S. Thom.*

18 *Actio eſſentialiter reſpicit principium formale.* Secundo, notandum eſt ex Philoſophia, quam ego docui ad 3. & 5. lib. Phyſicorum actionem habere ordinem tranſcendentalem ſibi eſſentialem, tum ad terminum, tum ad agens: imo cenſui ordinem ad agens eſſe magis præcipuum in actione; quia actio, vt ſic ſecundum propriſsimum actionis conceptũ eſt ordo inter illa duo extrema, hoc eſt, agentis ad terminum: ſicut viſio eſt ordo inter facultatem, & coloratum, hoc eſt, potentiæ ad obiectum: quemadmodum è conuerſo paſſio ſecundum proprium conceptum paſsionis eſt ordo ſubiecti ad agens. Hoc expreſſe docuit S. Thom. 1. 2. quæſt. 1. art. 3. vbi monſtrans actionem, & paſsionem per actum conſtitui, & diſtingui, ſic ſcribit: *vtrumque eorum ab actu ſpeciem ſortitur: actio quidem ab actu, qui eſt principium agendi; paſsio quidem ab actu, qui eſt principium motus.* *S. Thom.* Ex hac doctrina efficitur actionem: ita eſſentialiter reſpicere principium formale agendi ex parte agentis, vt quoties ipſa ratio formalis agendi diuerſa eſt, actionem, quæ egreditur ab ipſa, vt ſic, eamque eſſentialiter reſpicit diuerſam neceſſario eſſe, etiamſi ad eundem terminum factum terminaretur: quemadmodum igitur cognitiones eiuſdẽ obiecti à diuerſis facultatibus procedentes diuerſæ ſunt, propter eſſentialem ordinem, quem habent ad principia, nihil impediente, quod ad idem obiectum terminentur, ita actiones diuerſæ ſunt ex diuerſis principijs formalibus, licet eundem terminum efficiant.

19 *Diuina volitio qua ratione cauſa actionis diuerſæ.* Doctrina hæc, quæ procul dubio ſolidior eſt, & verior, ſic applicanda eſt noſtro inſtituto. Tametſi Deus ſimplici ſua ſciẽtia eaque infinita omnia cognoſcat, atque proponat ſibi bonitates rerum omnium, & omnes rationes, & motiua, propter quas, aut amari, aut odio haberi poſſunt. Porro licet ipſe Deus ſua ſimplici volitione ſubſiſtente, eaque infinita, amet, & odio habet omnia amabilia, & odibilia, idque actu ſufficienter propter omnes rationes, & motiua, propter quæ, aut amore, aut odio affici poſſunt. At vero, cum circa obiecta creata aliquid operatur, diſtinguere debemus ratione noſtra, non præſcindente ex parte obiecti, ſed inadæquate concipiente ex parte mõdi, tum ſcientiam, & volitionem, per quam formaliter operatur, atque ſecernere à ſcientia, & volitione, per quam non dicimus operari formaliter, ſed tantum identice, & quaſi materialiter, ſeu concomitanter. Hac conſideratione probati Theologi declarant luculenter generationem Filij diuini æterni, intellectio, namque eſt ipſa natura Patris, vt docui diſp. 3. cap. 3. volitio vero extra naturam Metaphyſicam eſt, &

ſpectat ad ſecundariam conſtitutionem naturæ diuinæ, vt dixi in eo cap. 3. & fuſius diſp. 12. cap. 2. hæc ergo præcedunt origine in Patre, nimirum intellectio, & volitio, cum reali identitate: prius inquam origine, quam Filius diuinus producatur, atque ipſi communicentur; nihilominus cum Pater ſuum gignit filium, non agit formaliter per volitionem tanquam per principium formale communicandi: ſed tantum per intellectionem, & materialiter, & identice per volitionem: propter quam ſolam rationem, alijs prætermiſsis productio filij eſt veluti ſpecie diſtincta à productione ſpiritus ſancti. Ita prorſus in noſtra re animaduertat lector, cum Deus producit gratiam iuſtificantem in homine, pluribus volitionibus ratione noſtra inadæquatè concipientis, producere poteſt, vel ex volitione liberali, vel ex miſericordi, vel ex remuneratoria ratione meriti, vel ex alijs ſibi notis. Item aut poteſt intendere hominem ſolum iuſtificare ſibi filium adoptare, & in amicum adciſcere, aut animam etiam emūdare pellens peccata mortalia, aut venialia. Claritatis gratia conſidera volitiones has veluti reipſa diſtinctas, & Deum ex vna tantum operari, tanquā principio formali eius actionis, aliàs vero cōſidera ſine exercitio, & in quodam otio: tunc ſecundum noſtram doctrinam cum vna tantū volitio intelligitur operari; diſtincta actione operabitur Deus, ac cum alia operaretur. Item cum tribus, vel quatuor volitionibus ſe applicaret ad operandum, diſtincta actione gratiam produceret, ab ea, qua eandem producit vna aut alia ſola volitio: nam quemadmodum viſio ſimplex, per quam video quatuor homines diſtincta realiter eſt à viſione, per quam vnum tantum video ex eiſdem, quoniam illa eſt ordo tranſcendētalis ad quatuor homines, hæc ad vnum: ita actio, quæ procedit à quatuor volitionibus, atque motiuis intentis à Deo, diſtincta eſt ab ea actione, quæ procedit ab vna: illa enim eſt ordo tranſcendentalis ad quatuor volitiones; hæc ad vnam. Quod dixi de productione gratiæ applicari facile poteſt ad omnes alias res, quæ procedunt à Deo: propono aliud exemplum; Deus verbū carnem potuit efficere, aut ex volitione reparandi genus humanum, aut intendente gloriam Dei, aut illud mirabile compoſitum Deus, & homo, actio incarnatiua, diuerſa erit cum procedit incarnatio à volitione reparandi genus humanum, & cum procedit à volitione gloriæ Dei, & ſic de alijs motiuis, quæ Deus intendere potuit. Ratio à priori eſt, quia illa actio habet diuerſum principium formale ratione noſtra, tum ex parte ſcientiæ proponentis, tum ex parte volitionis intendentis, quoniam ſcientiæ aliæ Dei, & volitiones, comparatione eius operationis concomitanter, ſeu materialiter ſe habent. Hanc Phyloſophandi rationem extendunt docti Phyloſophi ad actiones noſtras externas: quoniam putant volitiones ipſas anima Phyſice influere in ipſas. Ego id verum exiſtimo, ſi influunt, incertum, an influant, nec neceſſarium ad noſtram rem: nam diuinam volitionem influere Phyſicè prorſus certum eſt, atque omnipotētiam ſolum denominatione, & connotatione ab ea diſtingui; ergo quod in noſtris volitionibus incertum eſt, & non neceſſarium in diuina certum, & neceſſarium.

In generatione æterna agit Pater formaliter intellectione, non volitione.

Diſtincta eſt actio cum Deus agit vna volitione, aut pluribus.

Quidam actiones externas noſtras diſtingunt ſecundum volitiones

20 In hanc doctrinam videtur incidiſſe Petrus Arrubal 1. p. diſp. 58. varijs in locis eius diſputationis, ductus diuerſa ratione, quoniam putauit cauſalitatem illam habere intrinſecū ordinē ad finem intentum à Deo: vnde ex fine vult cauſalitates variari, lege ipſum cap. 4. in prima concluſione, & cap. 5. Contra quem aliqui recentiores Theologi variè inſurgunt: quoniam finis ille operantis nimis videtur extrinſecus ad variandam intrinſece actionem terminatam ad effectum: verbi gratia: actio incarnatiua non eſſet diſtincta, ex eo, quod Deus intenderet per incarnationem, aut reparationem generis humani, aut gloriam propriam, aut alium finem: & quemadmodum elargitio eleemoſinæ non eſt actio diſtincta in nobis, ex eo quod elargiens intendat ſubleuare miſeriam pauperis, aut ſoluere debitum creditori in egeſtate conſtituto: & quemadmodum etiam acceſſus ad vxorem propriam ex fine procreandæ ſobolis, non eſt diuerſus Phyſicè ab acceſſu ex fine delectationis: ergo pari ratione actio Dei producens verbum incarnatum, aut gratiam, aut auxilium, aut actū honeſtum non eſt diuerſa propter diſtinctos fines intentos à Deo.

P. Arrubal diſtinguit actiones penes fines.

P. Arrubal.

Refutatio quorūdam

Secundo obijciunt, cum Deus negat auxilium efficax ex diuerſis finibus, vt intendens humiliationē, aut punitionem, propter peccatum præcedens, aut agnitionem neceſsitatis gratiæ, diuerſi ſunt actus liberi in Deo ratione noſtra: ex parte vero creaturę vnica tātum eſt variatio: nimirum priuatio eiuſdem auxilij efficacis in indiuiduo: ergo ex diuerſis finibus intentis per diſtinctos actus liberos non efficitur diuerſam eſſe cauſalitatem, aut variationem in rebus.

Tertio, non videtur ſufficienter declarari, quare ex varijs cōcurſibus, qui à Deo egredi poſſunt, Deus hoc potius quam illo vtatur: quippe in noſtris principijs completur actus liber per ipſos concurſus: ergo non præſupponitur ex parte Dei actus liber determinans hunc potius concurſum, quam illum.

Licet

Digitized by Google

21 Licet argumenta hæc contra P. Arrubal inſtructa ſint; quia tamen etiam videntur militare aliqua ratione contra noſtram doctrinã, oportet explicare, qua ratione eis ſit ſatisfaciendum. Licet verum ſit in obiectis reperiri diuerſam amabilitatem, tum naturalem, tũ honeſtam, atque odibilitatem quaſi paſsiuam ex parte ipſorum: item vnum obiectum creatum ad aliud ordinari poſſe, vt mediũ, & cauſam, vel, quia ex natura ſua conducentiam habet pro alio, vel quia non repugnat ſaltẽ ordinari ad aliud. Nihilominus tamen volitio libera Dei, vt eſt in ſe, & ipſi intrinſeca, quam ſufficientem libertatem appellauimus non ſumit ſpeciem ab eis obiectis, nec honeſtatem moralem, & ea habent ſe, vt puri termini licet nos ipſam volitionem conſideremus, vt commenſuratam huic obiecto honeſto, honeſtate miſericordiæ, & alteri honeſtate iuſtitiæ, & alteri amicitiæ, & charitatis, vt amplius explicandum eſt diſp. 18 cap. 5. quo fit variationem actionis ex fine a Deo intento deſumi non poſſe, vt opinabatur P. Arrubal, contra quẽ in hoc puncto argumenta propoſita momentum habent. Quocirca nos, non in finem intentum, ſed in principium agendi, ad quod cauſalitas eſſentialem habet ordinem, vt notaui num 17. & 18. reuocãdã cenſuimus rationem diſtinguendi cauſalitatem. At vero contra hunc modum nullius momenti ſunt argumenta facta: nõ primum, quoniam non propter finem extrinſecum, ſed propter principiũ agendi mutamus actionem: exempla vero ex humano modo operandi petita ad rem non ſunt, nam fines illi honeſti, & diſtincti ab operante intenti, non procedunt Phyſicè ab intentione in nobis, ſicut in Deo actiones ad extra procedunt ex intentione finium. Quod ſi dicas etiam in nobis procedere, conſentaneè cogeris affirmare erogationẽ illam eleemoſinæ, & acceſſum ad propriã diſtincta fieri cauſalitate, cum ex vno fine, aut ex altero fiunt, vt notaui numero 18. ad finem: ſed hoc neceſſarium non eſt ad noſtram doctrinam.

Contra P. Arrubal habent momentum argumenta, non cõtra nos.

Nec ſecundum vim habet: quoniam ſicut infuſio auxilij efficacis ex diuerſis finibus, aut humiliationis, aut agnitionis neceſsitatis gratiæ, aut remunerationis diuerſam contineret cauſalitatem propter principium diuerſum: ita quoque cum negatur auxilium efficax ex eiſdem, vel alijs finibus cum proportione ſumptis diuerſam inducit priuationẽ in ſubiecto, ſi non ex parte termini, hoc eſt vocationis congruæ; bene tamen ex parte diuerſarũ cauſalitatum, quibus eadem vocatio congrua produceretur.

Tertium argumentum iam ſoluimus diſp. 16. cap. 12. & rationẽ ſolutionis fuſius tradidimus cap. 10. nam ſicut in facultate noſtra libera nulla præcedere debet, nec poteſt ratio prius natura illam determinans ad hanc actionem potius, quam illam: ſed tantum inclinans, tum per cognitionem proponentem, tũ per naturam voluntatis: ita in diuina volitione libera nulla præcedit determinatio, eam ita concipimus aſſuefacti noſtris actibus liberis concipiẽdis determinantibus actiones externas: verum eleuare mentem debemus, cum diuina contemplamur, ſeu potius ablactare ab infantilibus cogitationibus ſcaturientibus mille imperfectionibus.

Ex hac doctrina non erit difficile ſatisfacere difficultati in principio propoſitæ, & vt ordine debito procedamus, prius videndum eſt, quo pacto peccatum mortale habituale remitti poſsit à Deo in lapſa, & in pura natura, vt deinde ad remiſsionem peccatorum venialium gradum faciamus, quæ res difficilior eſt: atque in primis vniuerſaliter negandũ eſt, quodcunque peccatum mortale habituale, tũ paruulo, tum adulto remitti à Deo poſſe ſine variatione extrinſeca: imo, & ſine productione alicuius formæ repugnãtis cum ipſa natura peccati habitualis: quidquid illud ſit. Hæc doctrina manifeſtè conſtat ex dictis, tum cap. 1. tum in hoc 2. in principio. Dixi quidquid illud ſit, nam difficultas in rigore reuocãda non eſt ad aſsignandã formam repugnãtem, ſed poſtquam conſtet inter concertantes, an aliqua repugnet, vel non repugnet; diſceptandum inter illos eſt, an ea, quam vtraque pars fatetur repugnare neceſſaria ſit, an non: nihilominus, ne lector hoc etiam deſideret in noſtra doctrina pro eius defenſione indicabo breuiter, quid in remiſsione vniuſcuiuſque peccati dicendum ſit conſequenter, & ſi ad proprias materias id magis ſpectare videatur. Atque primo peccatum originale, vt de facto contrahitur ſecundum hanc prouidentiam, qua potimur ſine infuſione gratiæ iuſtificantis, nec per potentiam abſolutam remitti poteſt, vt aduertit P. Suarez tom. 3. de gratia lib. 7. cap. 23. num. 3. quoniam noſtrũ peccatum originale, quod de facto contrahimus, includit in ſua ratione eſſentiali priuationem gratiæ: nam ex pacto Dei, cum parente noſtro ad nos deriuatur debitum gratiam habendi: at priuatio gratiæ ſine gratia, nec per potentiam Dei expellitur: ergo peccatum originale noſtrum ſine infuſione gratiæ, nec per potentiam abſolutam poterit remitti. In hoc vero modo remittendi, iam eſt variatio ad extra, & productio formæ pugnantis cum peccato: at hæc neceſsitas ita remittendi, non oritur ex exercitio diuinæ libertatis, ſed ex ſtatuta prouidentia, vt notatum eſt.

22 *Quo pacto remittatur mortale in noſtris principijs.*

Peccatum originale ſine infuſione gratiæ de facto remitti vlla ratione poteſt.

P. Suar.

Quare

Digitized by Google

In nulla prouidentia, originale remitti poteſt ſine forma pro cuncta repugnante.

Quare addit P. Suarez ſupra in alia prouidentia, in qua priuatio gratiæ ſolum manaret in ratione negationis, originale habituale extrinſeca condonatione remitti poſſe, quod neceſſario à nobis improbandum eſt, atque dicendum in quacunque prouidentia neceſſariam eſſe productionem formæ repugnantis; ſiue ea ſit gratia, ſiue cauſalitas, per quã producitur, ſiue contritio, ſiue dilectio charitatis, ſiue viſio beata, ſiue vnio ad aliquam ex diuinis perſonis ſecundum varios modos opinandi, vt conſtat ex dictis.

23 *Item de mortali perſonali.*

Quod de peccato originali diximus, dictum puta de quocunque perſonali habituali mortifero propter eandem rationem.

24 Sed obijcies primo, cum peccatum habituale in noſtra doctrina conſiſtat in ipſo actu poſitiuo peccati durante moraliter, vt indicaui num. 17. videtur ſufficienter expelli poſſe per priuationem eius voluntariè procedentem a Deo, nec neceſſariam eſſe productionẽ formæ poſitiuæ: quemadmodum lux deſtrui à Deo poteſt per voluntatem terminatam ad priuationem lucis. Item formæ, quæ contrarium habent, non tantum deſtruuntur per voluntatem formæ contrariæ: ſed etiam per voluntatem liberam terminatam ad earum priuationem: ergo pari ratione peccatum habituale expelli a Deo poterit, atque remitti nõ tantum per infuſionem gratiæ, quæ habet naturam peccato contrariam; ſed etiam per priuationem eius, quæ ipſi contradictoriè opponitur.

Obijcies ſecundo, ſi gratia peccato nõ aduerſaretur, nullam cauſalitatem producentẽ gratiam ipſi aduerſari poſſe, atque adeo non bene nos ſubſumere per cauſalitatem pelli peccatum, quod ſi id verum eſſet nulla ſuppeteret ratio, quare ipſa cauſalitas non eſſet forma iuſtificãs, atque vita ſpiritualis animę. Conſequens hoc abſurdum eſt; ergo, &c.

25 *Peccata non remittũtur per ſuſpenſionem concurſus: ſed neceſſaria eſt forma poſitiua.*

Ad primum reſpondeo, licet verum ſit per peccati priuationẽ ipſum ſufficienter expelli propter oppoſitionem contradictoriam, atque per eam priuationem manantem à Deo ſufficienter intelligi exercitium diuinæ libertatis in actu ſecundo: quoniam ibi inuenitur complexum quoddam ex volitione diuina ſufficienti, & ex priuatione peccati manante, per quam eſt iam variatio in rebus ſufficiens ad libertatem Dei, vt quando Deus lucem deſtruit, quam liberè deſtruit ſine productione nouæ rei poſitiuæ. Nihilominus negandũ eſt peccatũ à Deo remitti poſſe, aut pelli à ſubiecto ſine productione formæ oppoſitæ poſitiuæ per meram ſuſpenſionem voluntariam concurſus. Cuius ratio eſt, quia Deus non cõſeruat aut Phyſicè, aut moraliter malitiam peccati habitualis: quo fit ſolam concurſus ſuſpenſionem ſufficientem non eſſe ad expellendum: imo potius ſuſpendere concurſum non poſſe, quippe non poteſt eſſe ſuſpenſio, vbi non eſt concurſus, qui ſuſpendatur; ſicut nequit eſſe in creatura ſuſpenſio concurſus, per quam conſeruatur Angelus.

Ad ſecundum, reſpondeo locum habere in remiſsione peccati venialis, quod non opponitur cum gratia, non autem cum remiſsione peccati mortalis, quod cum eo opponitur. Vnde cauſalitas, per quam producitur forma oppoſita mortali, quæcunque illa ſit, opponitur cum mortali, vt via ad terminum oppoſitum; ſicut frigefactio opponitur cum calore. Qua ratione vero cauſalitas producens gratiam expellere poſsit pecatum veniale, cũ gratia ipſum non expellat, ſtatim declaro numero 30.

Antequam explicemus, qua ratione peccata venialia remitti poſsint in noſtris principijs, de remiſsione peccati mortalis in pura natura agendum eſt. In qua re proculdubio dicendum, ſi Deus, vt potuit, conderet hominem in pura natura (quod non ſine incommodis feciſſet) ſtatueret ſanè eam prouidentiã, in qua peccata mortalia, quæ frequẽtiſsime ab hominibus committerentur, poſſet condonare: ne omnis adultus fruſtraretur fine naturali, pro quo tunc conditus eſſet. Id quod neſcio quid haberet minoris perfectionis in prouidentia: & cum ex alia parte ſecundum noſtra principia, quæ ſolida arbitramur, & quæ dignè de Deo ſentiunt, nequaquam poſſit ſola extrinſeca condonatione, abſque vlla in rebus variatione peccata remitti, non deeſſet Deo qualitas, quæ cum eo peccato pugnaret, & per quam naturam mundaret: verbi gratia, habet Deus in ſua omnipotentia qualitatem quandam, quæ ſit participatio diuinæ naturæ, vt ſolum author naturæ eſt, nec enim tunc ad delenda peccata illa, eſſet opus qualitate ſupernaturali, quæ ſit participatio naturæ Dei, vt author ſupernaturalis eſt: imo vt ſecundum hanc prouidentiam gratia noſtra iuſtificans ex natura ſua delet peccatum mortale, contra Deum authorem ſupernaturalem: ita qualitas illa deleret peccatum contra Deũ authorem naturalem. Ratio à priori eſt; quia tunc peccatum non eſſet offenſa Dei authoris ſupernaturalis: non ergo indigeret ad ſui expulſionem qualitate ſupernaturali. 26

Quo pacto mortale in pura natura remitteretur.

Qualitate quadam deleretur peccatum puræ naturæ.

Præterea licet actus contritionis naturalis, & amoris amicitiæ non forent condignæ ſatiſfactiones pro peccato illo mortali puræ naturæ: nihilominus tamen, ſi Deus ad ipſos cõcurreret ex volitione remittendi, & expellendi peccata illa, licet exhiberet talem concurſum, aut

Et contritione, & amore.

Digitized by Google

ſum, aut ex parte, aut in totum liberaliter; nihilominus ratione cauſalitatis, per quam cōcurreret ad actum contritionis, aut amoris, in quantum ea habet eſſentialem ordinem ad principium, à quo egreditur, haberet oppoſitionem ſufficiētem ad expellendum peccata illa ſecundum principia, quæ iecimus num. 18. & 19. & doctrinam, quam doceo ſtatim num. 30.

Denique miris alijs modis Deo notis, poſſet Deus remittere peccata, nec enim metiri debemus omnipotentiam Dei per modulum cogitationis noſtræ, maxime cum nulla mōſtrari poſsit ratio repugnantiæ.

Quo pacto remittantur venialia.

27 Venio ad remiſsionem peccatorum venialium, quæ aut remittuntur extra ſacramentum ex opere operātis, aut in ſacramēto ex opere operato. Atq; in primis vtrouis modo intercedit mutatio in peccatore, & nouitas in reb⁹: nā ſolus adultus capax eſt peccati venialis: atqui cum adulto remittitur peccatū hoc, aut in ſacramento, aut extra, exercet propriam libertatem, vt per ſe manifeſtū eſt; ergo in vtroque modo remittēdi intercedit mutatio peccatoris: hoc autem ſufficiens non eſt, quoniā præter mutationem peccatoris neceſſarium eſt; vt forma, quæ de nouo accedit, pugnet cū peccato veniali ex natura rei, vt notaui in principio huius capitis, & num. 17. Ex quo tota difficultas ortum habet, quia nihil eſſe videtur pugnans cum illo. Et primo agamus de remiſsione ex opere operantis.

Primo ex opere operantis.

Contritione, & amore, & infuſione gratiæ cōgruæ.

P. Suar.

Vt diſtinctè procedamus, inſtituamus ſermonē in homine iuſto infecto quatuor peccatis venialibus, vt iræ, intemperantiæ, inanis gloriæ, & leuis mendacij; in quo in primis cenſeo contritionem ſe extendentem ad materias horum peccatorum eſſe formam ſufficienter oppoſitam ad expulſionem eorum peccatorum: idem dicendum eſt de amore charitatis, ita perfecto, vt etiam ſe extendat ad has materias, licet non ſit formalis dolor eorum peccatorum: ita docet P. Suarez. tom. 4. in. 3. p. diſput. 11. ſect. 2. num. 7. & 8. Probatur primo, quia illa contritio. & amor procedētes ab homine iuſto ſunt plena, imo, & ſuperabundans ſatisfactio pro offenſa peccati venialis propria. vt docui tract. de incarnatione. Secundo, quia licet eſſet inadæquata ſatisfactio: at ſi Deus infunderet gratiā congruam, & concurreret ad illos actus, ex volitione pellendi peccata venialia à ſubiecto ratione cauſalitatis ſpecialis opponeretur illis peccatis, vt dixi: ergo propter hanc etiam rationem cum peccata venialia remittuntur ex opere operantis, habemus formam pugnantem, atque expellentem illa.

Sed petes, an actus hi pugnent cum peccato veniali, vt diſpoſitio ad formam pugnantem, vel vt forma? P. Suarez ſupra ait pugnare vt diſpoſitionem, ſed non placet. 28 Primo, quia forma ad quam diſponunt, ſeu quam merentur, videlicet augmentum gratiæ, non pugnat formaliter cum ipſis: ergo nequaquam poſſunt pugnare, vt diſpoſitio. Quippe tunc pugnat diſpoſitio diſpoſitiuè, cum pugnat forma, ad quam diſponit formaliter. Secundo, quia forma, per quam expelluntur, eſt condonatio extrinſeca, ſeu actus liber Dei in ipſo completè exiſtens: ſed hi actus non ſunt diſpoſitiones ad illam volitionem liberā, vt per ſe conſtat: ergo, nec in principijs P. Suarez dici poteſt pugnare, vt diſpoſitio.

P. Suar.

An pugnent ij actus vt diſpoſitio, an vt forma. Non vt diſpoſitio vt ſentiūt aliqui.

Pugnant vt forma

Dico ergo pugnare vt formam. Ratio à priori eſt; quoniam, vt diximus num. 17. peccatum habituale veniale nihil aliud eſt, quam ipſe actus Phyſicè præteritus permanens moraliter, nec enim eſt aliquid diſtinctum ab illo actu, ſeu forma media ab ipſo relicta: ergo forma, quo formaliter pugnat cum peccato veniali actuali, formaliter etiam pugnat cum peccato habituali veniali, atqui contritio illa dolens de offenſa Dei, etiam leui in illa materia peccatorum venialium formaliter pugnat cum actualibus: ergo cum habitualibus.

Petes deinde, an cum quis elicit feruentiſſimum amorem Dei immemor peccatorum 29 venialium, ideoque non ſe extendentē ad materias prædictas, an, inquam, Deus acceptet illum amorem, aut acceptare poſsit pro expellendis illis peccatis? P. Suarez vbi ſupra num 10. affirmat in ſuis principijs: nos vero in noſtris id affirmare non poſſumus, niſi recurramus ad ſpecialem cauſalitatem procedentem ex volitione remittendi: quoniam ſine forma repugnāte pelli peccatum non poteſt à ſubiecto, vt ſæpe docui: actus vero ille amoris quantumuis creſcat in intenſione non eſt forma oppoſita, dum non ſe protendit ad illas materias peccatorum venialium: ergo nequaquam ille acceptari poterit à Deo pro remiſsione ipſorum.

Actus feruētiſsimus non acceptatur pro remiſsione venialium niſi pugnat cū eis.

Præterea, quoties homo iuſtus elicit hos actus ſupernaturales, & confertur incre- 30 mentum gratiæ iuſtificantis, cenſeo etiam illū intenſiorem gradum, ita à Deo produci poſſe ut ratione cauſalitatis, per quam producitur, expellat, atque remittat ea peccata venialia. Quemadmodum gratia beati, vt in ipſo eſt, & conſeruatur, pugnat cum omnibus peccatis venialibus: ita hoc incrementum gratiæ, vt à Deo producitur ex volitione remittēdi peccata, quę ſupponit in ſubiecto, pugnat in viatore cum ipſis.

Augmentum gratiæ etiam poteſt pugnare.

At dicat aliquis, qua ratione ſi terminus nō pugnat (gratia nimirum intenſa) actio pugnare poſsit.

Digitized by Google

poſsit? Etenim ſicut actio ſumit ſpeciem à termino: ita contrarietatem: ergo dum in termino non datur repugnantia, nec in actione dari poterit. Reſpondeo ex doctrina, quam docui num. 18. & 19. repugnantiam actionis ſumendam non eſſe penes ordinem, quem habet ad terminum, ſed penes ordinem, quem habet ad agens, vterque enim eſſentialis eſt actioni: & cum Deus ſe applicat ad producẽdum incrementum illud gratiæ per volitionẽ remittendi illa peccata venialia, facile ipſi erit vti tali actione ſecundum ſpeciem, & tali modo producere incrementum gratiæ, quem nouerit repugnare cum ipſis peccatis venialibus.

31 Sed dices; ergo cum homo ille iterum cõmittit peccata venialia, quæ ſpectant ad illam ſpeciem, mutanda erit actio, per quam cõſeruat illam gratiam. Probo hanc conſequentiã: quia ſecundum nos illa actio pugnat cum eis peccatis venialibus in ordine ad idem ſubiectum: ergo nequit eſſe ſimul cum ipſis, ac ſubinde cum incrementum gratiæ ſemper perſeueret, etiam poſt commiſſa noua peccata venialia, mutanda erit actio. Poſſet aliquis reſpondere, hoc non eſſe incommodum momẽti. Nihilominus nego ſequellam: nam cum dicimus pugnare cum peccato veniali habituali, non eſt intelligendum pugnare cum omni peccato habituali eius ſpeciei, ſeu ſecundum totam ſpeciem: quoniam Deus non intendit remittere, aut pellere à ſubiecto peccata, quæ non ſunt commiſſa, aut adæquatam, & vniuerſalem ſpeciem ſecundum omnia indiuidua eius ſpeciei: ſed dicimus eam productionem incrementi gratiæ à Deo ſelectam, inter alias, quibus eandem producere poſſet, pugnare cum peccatis venialibus, quæ inuenit in ſubiecto, ſiue illa ſint plura, aut pauciora numero, aut ſpecie, & ſicut ea actio ex eſſentia ſua petit egredi à volitione remittendi ea peccata, & non à volitione remittendi peccata, quæ non ſunt commiſſa; ita ea actio repugnantiam habet in ordine ad peccata, quæ præexiſtunt, nõ in ordine ad peccata, quæ non ſunt. Opus ergo non eſt, aut gratiam decreſcere, aut actionem mutari, cum iterum labitur iuſtus in ſimilia peccata venialia. Ex his efficitur deleri peccata venialia poſſe, cũ delentur ex opere operantis, tum contritione, tum amore, tum concurſu, per quem producuntur, tum cauſalitate, per quam gratia creſcit. Nec hinc fit cauſalitatem eſſe formã ſanctificantem, vt obijciebatur num. 24. quia ſolum forma, quæ pugnat cum peccato mortali ex natura ſua eſt iuſtitia, non autem forma, quæ tantum cum veniali: ſicut enim mortale eſt mors animæ, ita vita eius eſt forma, quæ cum ipſo pugnat; & ſicut veniale non eſt mors animæ: ita non eſt vita forma, quæ cum ipſo pugnat.

Quoties ſpecie diſtincta remittuntur venialia per incrementum gratiæ, ſpecie mutatur actio producens.

Sed obijcies, ergo quoties producitur incrementum gratiæ ex volitione remittendi peccata venialia diuerſæ ſpeciei, toties productio eſt diuerſæ ſpeciei. Hoc autem videtur abſurdum: ergo &c. Reſpondeo concedẽdo ſequellam, in ea nihil ego video abſurdi, nec contra hanc productionem ſpecificã differentiam, quidquam militare alicuius ponderis. Imo id ipſum dicendum eſt, cum peccata mortalia diuerſæ ſpeciei remittuntur per infuſionem gratiæ ex volitione ea remittendi, propter eandem rationem, & tunc gratia pugnat cum mortali, vt forma, productio vt via ad formam.

Per alios etiam actus remittuntur venialia.

32 Quod ſi vera eſt ſententia, quæ aſſerit non ſolum peccata venialia remitti ex opere operantis propter hos actus perfectos in homine iuſto, ſed etiam propter alios minus perfectos, vt propter attritionem in materia peccati venialis, vt propter actum oppoſitæ virtutis, vt propter propoſitum efficax cauendi, vt propter orationem petentem remiſsionẽ, & alios ſimiles, vel quia in homine iuſto putantur ſatisfactiones condignæ, vel quia Deus liberaliter vult remittere, quia id promiſit his actibus, dum ſupernaturales ſint eodem modo procedendum eſt. Primo, quia ſemper confertur incrementum gratiæ: quippe fiunt ab homine iuſto, & ſupernaturales ſunt; etiam diximus, qua ratione expellitur peccatum veniale per incrementum gratiæ ratione actionis. Aduerte cum augetur gratia per merita, & non remittitur peccatum veniale diſtincta actione produci gratiam, ac cum remittitur. Secundo, quia ſi actus illi ſunt condigna ſatisfactio, iam ipſi, vt formæ expellunt illa, ſi non ſunt condigna ſatisfactio, ſed ex liberalitate ſupplendum eſt, quod deſideratur ſatisfactionis etiam pellentur cauſalitate producente illos actus, quoniam procedit ex volitione liberali remittente, ex quo aſſumet naturam pugnantem cum peccato veniali.

Quæ ſiat variatio cum ſimul veniale, & mortale ex opere operãtis remittitur.

33 Ex doctrina tradita deducendum etiam eſt, quænam ſit mutatio in rebus neceſſaria cum ſimul ex opere operantis remittuntur mortale, & veniale, nam in primis contritio neceſſaria eſt, vt cõſtat, quæ ſupra vtrumque cadat, hæc vero pugnat cum mortali, vel vt forma, vel vt vltima diſpoſitio ſecundum varias ſententias immediate pro naturæ poſteriori gratiæ infunditur, per quam immediatè pellitur mortale, per actionem vero, ſeu contritionẽ in eodem inſtanti exiſtentem veniale, vt diximus num. 28.

Solum reſtat remiſsio peccati venialis in

pura

34 *P. Suar. De remiſſione venialis in pura natura opinio P. Suar.*

pura natura, de quo P. Suarez tom. 4. in 3. p. diſputat. 11. ſect. numero 8. affirmat liberaliter à Deo remittenda fore, per extrinſecam condonationem, quia exiſtimat exhiberi tunc non poſſe condignam ſatisfactionem.

Verum ſi homo tantum haberet venialia, nullumque mortale, cum in eis peccatis non eſſet inordinatio ad finẽ ſupernaturalem, ſed tantum ad naturalem videtur conſequentius dici debere contritionem naturalem de illis peccatis, quæ tantum ſunt offenſa ſecundum quid, & amorem naturalem ſuper omnia cõplectentem materias eorum peccatorum fore condignam ſatisfactionem pro peccatis venialibus in natura pura, ſicut modo ſunt in homine iuſto in natura eleuata. Sed quidquid de hoc ſit dicendum eſt primo, ſine aliqua variatione in rebus remitti non poſſe peccata venialia in eo ſtatu, iuxta principia generalia, quæ ſtatuimus de diuina libertate diſp. 16. c. 10 & 11. & in hac diſp. cap. hoc 2. Dicendũ præterea eſt hanc mutationem fieri debere in peccatore per formam oppoſitam peccato veniali, ſiue illa ſit contritio, ſiue attritio, ſiue amor, ſiue actus bonus oppoſitæ virtutis, ſiue ſit cauſalitas procedens ex volitione remittendi, vt iam ſæpe dictum eſt. Hactenus de mutatione neceſſaria in adulto ad hoc, vt peccatum veniale illi remitti poſsit etiam per potentiam abſolutam, ex opere operantis. *Aliter dicendum ſecundum noſtra principia.*

35 *Quo pacto ex opere operato remittantur venialia.*

Cum vero remittuntur peccata venialia ex opere operato, hoc eſt in ſacramento virtute ipſius inſtrumentali, aut phyſica, aut morali ſecundum varias ſentẽtias: in primis etiam intercedit mutatio ex parte rerum: imo, & ex parte peccatoris. Primo, quia in ſolo adulto eſt peccatum veniale, atqui nullus adultus valide, & cum fructu recipit ſacramentum remittens veniale, niſi ſe diſponat per actum proprium: ergo ſemper intercedit mutatio in peccatore. Secundo, quia quoties per Sacramentum remittitur veniale infunditur gratia, in qua infuſione eſt etiam mutatio ex parte peccatoris: tam autem diſpoſitio illa, quæ eſt attritio ſupernaturalis, quam etiam gratia ratione cauſalitatis pugnat cum peccato veniali, cum ea producuntur à Deo ex volitione remittendi ea peccata, vt dictum eſt ſupra num. 28. 29. & 30. ergo etiam cum remittuntur peccata venialia ex opere operato, eſt mutatio, & eſt forma pugnans. *Neceſſaria mutatio ex parte rerum, & ex parte peccatoris.*

36 *Suar. Duplex ſententia ex P. Sua.*

Dices, minus perfectam diſpoſitionem ſeu attritionem neceſſariam eſſe ad remiſsionem peccati venialis cum ſacramento, quam ſine illo. Ita docuit P. Suarez tom. 3. de gratia capite 24. numero 7. per hæc verba. *Satis ergo eſt, quod peccatum veniale, quando per ſe, & ſolitarie dimittitur poſsit aliquando auferri virtute Sacramenti cum attritione, vel aliquo actu cum quo non dimitteretur abſque Sacramento.* Ex quo infert iuxta ſua principia, tunc remitti peccatum veniale per condonationem extrinſecam ſine forma oppoſita intrinſeca. Ideo ad verbum tranſcripſi ſententiam Patris Suarez in eo loco, quia non videtur conſonare cum ſententia, quam fuerat ſecutus to. 4. in 3. par. diſputatione 11. ſectione 3. aſſertione 3. vbi defendit attritionem extra ſacramentum in homine iuſto ſufficienter pellere peccatum veniale, propter condignitatem ſatisfactionis, & cum ſibi obiecisſet inde fieri nunquam per ſacramentum dimitti leuẽ culpam; quippe expulſa ſupponitur per attritionem, quam exiſtimat eſſe partem eſſentialem Sacramenti, atque neceſſario præcedere debere poſt tentatas plures ſolutiones in nulla quieſcit, & concludit numero 18. in hæc verba: *non ſentio igitur vllum inconueniens, quod peccatum veniale, quando de illo ſit confeſsio, nunquam ita tollatur per abſolutionem, quin ſit iam prius expulſum per attritionem*: Ergo in hoc loco cenſuit attritionem, quæ peccatum veniale expellit extra Sacramentum neceſſariam eſſe ad valorem, & fructum Sacramenti. Nihilominus mens P. Suarez probabilis eſt, nec omnino ſecum pugnans: in eo mihi videtur diſcrepare quod in 3. tomo de gratia partem affirmantem minus perfectum actum ſufficere in Sacramento ad remiſsionem peccati venialis iudicauit probabiliorem: in 4. vero tomo, quem prius ſcripſerat minus probabilem. *primo aſpectu contraria. P. Suar.*

37 *Satisfactio in vtraque ſecundum noſtra principia.*

Verum in neutra difficile eſt ſoluere obiectionem. In hac namque ſententia tertij tomi in 3. parte ſolutio eſt clara propter repugnantiam attritionis cum veniali. In illa vero ſententia tomi tertij de gratia propter repugnantiam, tum gratiæ auctæ, tum illius imperfectioris diſpoſitionis ratione cauſalitatis, ſi illa procedit ex volitione remittendi peccata venialia, quæ ſunt in pœnitente, vt ſatis dictum eſt numero 29. & 30. Aduerte rero in vtroque caſu Sacramento ſemper ſuam cauſalitatem inſtrumentariam relinquendam eſſe in ordine ad effectum remittendi veniale, aut Phyſicam, ſi Phyſicè concurrere poſſunt, quod mihi ſemper intellectu difficillimum, ſententias autem perceptu difficiles non amo; aut moralem inſtrumentariam, quam accuratè explicare niſus ſum tractatu de Sacramentis in genere aliorum diſcuſsis, & excuſsis ſententijs hoc anno 1621.

Digitized by Google

38 *P. Vazq.* *P. Vazq. refellitur.* Ex dictis efficitur non ſatis benè P. Vazq. 1. 2. diſput. 207. capite 3. numero 16. & capite 4. affirmaſſe nequaquam poſſe Deum expellere peccatum veniale per infuſionem gratiæ ſanctificantis quantumuis augeatur. Nam licet verum ſit gratiam non pugnare cũ veniali, propter gradus intentionis ſecundum communem ſententiam, quam ego admitto, nec in hoc ab ipſo diſcedo: at vt dixi numero 30. ratione cauſalitatis pugnare poteſt. Dico me admittere eam communem ſententiam: nam ſi quis dicat gratiam ipſam intendi poſſe per gradus eiuſdem rationis, aut ſpecificè, aut numericè etherogeneos, qui pugnẽt non tãtum cum mortalibus, ſed etiam cum venialibus, haud facile conuincetur: maxime cum in contritione manifeſtam habeat inſtantiam. Etenim eſſe poteſt contritio intenſa, quæ non pugnet cum venialibus, & remiſſa & intenſa, quæ pugnet; vt cum ſe protendit ad dolẽdum de offenſa Dei, etiam leui in materia peccatorum venialium, quæ commiſit.

39 *Attritionem cum ſacramẽto ratione reſpectus non pellere veniale contra P. Vazquez.* Demum, nec etiam probo cum tenet attritionem ſacramentalem cum gratia per ipſum collata pellere peccatum veniale, non ratione attritionis, nec gratiæ: quippe ei nihil accreſcit perfectionis intrinſecæ, ex hoc quod infundatur ſacramento inſtrumentaliter cooperante, ſed ratione reſpectus cuiuſdam rationis, qui opponitur peccato veniali habituali, quod etiam conſiſtit in altero reſpectu rationis. Hoc (inquam) aſſertum non probo, non quod affirmet per virtutem ſacramentorum remitti venialia, hoc enim à nullo negari poteſt: ſed quod cogitur ipſe in proprijs principijs quærere mutationem aliquam ad extra pugnantem cum veniali: ergo cum per ipſum, nec attritio pugnet per ſe, aut totaliter, aut partialiter, nec gratia, aut totaliter, aut partialiter, certe cor iunctum ex vtroque pugnare nõ poterit. Porro ea attritio, & gratia eiuſdem intrinſecæ rationis ſunt extra Sacramentum, & in Sacramento: ergo ſi extra Sacramentum intrinſecè non pugnant cum veniali, nec in Sacramento pugnabunt; nam idem manens idem ſemper eſt aptum natum facere idem ſecundum proloquium ipſi ſatis familiare. Non ergo poſſunt modo pugnare, modo non pugnare.

40 Illud de reſpectu rationis adhuc magis diſplicet. Primo, quia ſimilem potuiſſet apponere reſpectum rationis, gratiæ, & attritioni extra Sacramentum, quem appoſuit in Sacramento. Secundo, quia ſatis per ſe ſe abſurdum eſt, cogi Doctorem aſſerere, neque gratiam, nec actum ſupernaturalem attritionis, quibus Deo placemus, pugnare cum offenſa Dei, quæ eſt in peccato veniali, & per quam ipſi diſplicemus, reſpectum vero rationis, per quem non placemus Deo emundare animam à peccato veniali. Tertio, quia falſum eſt, quod ſubſumit peccatum habituale veniale conſiſtere in reſpectu rationis proprio, ſeu per rationem ficto: quippe vt dixi numero 17. etiam habituale veniale conſiſtit in actuali durante, non phyſice, ſed moraliter: ergo ſicut actus ipſe peccati quid phyſicum eſt, licet permanentia eius moralis ſit: ita forma pugnans, quid phyſicum eſſe debet, non reſpectus rationis. Quarto & vltimo, quia reſpectus ille rationis ideo reſultat per ipſum, quia datur gratia per ipſum ea intentione, vt pellatur veniale: ergo tandem pulſio reuocanda eſt in liberam intentionem Dei extrinſecã, quam ait eſſe principium reſpectus rationis. Satius ſane dixiſſet eſſe principium cuiuſdam ſpecialis cauſalitatis, quæ natura ſua pugnat cum veniali, vt à nobis explicatum eſt. Nam reſpectus iſti rationis ſecundum mentem P. Vazquez, vt non ſemel notaui, ſunt extrinſecæ denominationes: ergo peccatum expellendum erit per formam extrinſecam, non per intrinſecam videlicet, aut per gratiam, aut per attritionem. Cogitur ergo venire in partem aduerſam, nimirum per condonationem extrinſecam, ſine mutatione pugnante peccatum remitti.

Verum contra doctrinam noſtram de remiſſione peccati venialis obijci poſſe videtur S. Thom. 3. par. quæſtione 87. articulo 1. ad 2. vbi ait martyrio purgari hominem dormientem, etiam à culpa veniali, ex eo ſolum, quod non inuenit voluntatem peccato veniali actualiter inhærentem. In quo loco Caietanus addit id verum eſſe, etiamſi martyr ſe ſomno dediſſet cum propoſito committendi veniale: ergo tunc remittuntur venialia per ſolam extrinſecam condonationem. Probo hanc conſequentiam: nam licet in eo euentu foret in rebus variatio, nihil tamen eſſet in variatione, quod cum veniali pugnaret: ergo ſi venialia remittuntur extrinſeca condonatione remitti neceſſe eſt. Idem, quod de martyrio diximus, de baptiſmo concedendum eſt: nam vt ibidem ait San. Thomas hoc conuenit martyrio, quia obtinet vim baptiſmi: ergo ſi dormiens ſimiliter diſpoſitus baptizaretur, mũdaretur ab omnibus peccatis venialibus per extrinſecam condonationem. Hæc etiam difficultas locum habet cum vigilanti, & de ſolis mortalibus attrito donatur baptiſmi beneficium, quoniam mundus manet ab omni veniali, ſine forma tamen cum ipſis repugnante. 41 *S. Thom. Difficultas de remiſſione venialis per martyrium.* *S. Tho.*

Ad hanc

Digitized by Google

Ad martyrium neceſſaria eſt voluntaria acceptatio ex pia cauſa.

Ad hanc quoque difficultatem non eſt difficile reſpondere ex noſtris principijs;at, quia ea procedit in materia martyrij,& baptiſmi, quædam animaduertere oportet. Primum,ex quinque cõditionibus ad martyriũ neceſſarijs vnam eſſe acceptationem ipſius voluntariam ex pia cauſa: in hac vero acceptatione contineri opus honeſtum ſupernaturale, nulli dubium eſt. Secundo, animaduertere oportet controuerſum eſſe, in peccatore martyre erga diſpoſitionem neceſſariam, vt recipiat fructum martyrij: ſunt enim graues Theologi, qui opinantur contritionem,aut dilectionem charitatis neceſſariam eſſe; alij vero petunt attritionem de peccatis, alij alios animi motus pios. Sententia, quæ petit attritionẽ in martyre memore peccatorum mihi probabilior eſt; de qua re conſule P. Leonardum Leſsium tom. de iuſtitia lib. 3. cap. 1. dub. 4. concluſ. 2. & 3.

Quæ diſpoſitio neceſſaria ad fructum martyrij in peccatore.

P. Leſſius.

Tertio aduerte, erga peccatum veniale, quoſdam Doctores propter relatum S. Tho. teſtimonium affirmare conceſſam eſſe martyrio remiſsionem peccati venialis ex opere operato, dummodo voluntas ipſum acceptauerit, ex pia cauſa actu ſupernaturali, & dum ipſa non inhæreat affectu ad obiectum peccati. Ita Caiet. vbi ſupra,non ſine formidine,& P. Valentia 2. 2. diſp. 8. q. 2. puncto 2. & P. Leſsius vbi ſupra dub. 5. num. 56. ait non eſſe improbabilem.

Caiet. *P. Valen.* *P. Leſſius.*

Ad remiſſionem venialis per martyriũ neceſſaria aliqua deteſtatio.

Verum ſententia, quæ exigit aliquam deteſtationem, atque diſplicentiam peccati venialis,vt in baptiſmo:ita,& in martyrio longe probabilior eſt, nec alitet remitti per martyrium ex opere operato,habetque fundamentum in S. Th. in loco allegato;vbi ita ſcribit, *Paſsio pro Chriſto ſuſcepta obtinet vim baptiſmi,vnde purgat ab omni culpa.* In his verbis obſeruandum eſt S. Thomam non anteponere martyrium baptiſmo: imo martyrij virtutem videtur regulare ex virtute baptiſmi in ordine ad effectum remittendi venialia, atqui in baptiſmo ad remiſsionem venialis neceſſaria eſt aliqua pœnitentia,aut formalis aut virtualis: ergo ſimiliter in martyrio: ergo cum ait S. Tho. *niſi actualiter voluntatem peccato inuenerit inhærentem*, intelligendus eſt præſuppoſita ſemper aliqua pœnitentia venialis, & negatione adhęſionis actualis in ipſum peccatum veniale habere martyrium effectum purgandi ab ipſo: vnde ſententiam hanc abſolutę amplectitur P. Leſsius ſupra.

S. Tho. *S. Th.* *P. Leſſius.*

42 In neutra harum ſententiarum vrget difficultas propoſita:quoniam ex noſtra doctrina in hoc capite ſatis,ſuperque explicata, ſtat aliquam formam non pugnare ex natura ſua cum peccato, & tamen pugnare ratione cauſalitatis, per quam à Deo producitur. Quia vero in caſu martyris ſemper producitur gratia,ſi ea a Deo producitur ex volitione mundandi hominem vniuerſaliter ab omni culpa ea gratia ratione cauſalitatis pugnabit cum omni peccato veniali in martyre exiſtẽte: Vide quæ diximus num. 30.& ſequentibus.Præterea ſemper martyr habere debuit pium animi motum ſupernaturalem,& peccator diſplicentiam peccatorum:cum vero Deus hos actus producit, & infundit gratias congruas pro illis, optime potuit ſe applicare ad operandum ex præſcientia conditionali, quod actus illi coniungendi ſunt cum morte martyris propter piam cauſam,atque ex volitione purgandi illum hominem ab omni culpa, & tunc ipſi actus coniũcti cum morte pugnabunt cum venialibus. Prima ſolutio verior,& expeditior eſt.

Applicatio doctrinæ ad noſtra principia.

Solum reſtat explicare cum per ſacramentalia venialia remittuntur, quænam variatio intercedat,quæ ſufficiens ſit ad ea expellenda, & licet ſatis difficile ſit explicatu,quam nam ſacramentalia habeant cauſalitatem in ordine ad effectum remittendi venialia:nihilominus ne deſideret lector huius doctrinæ eius complementum, & ne quidquam,quod ei obſtare poſsit intactum relinquamus,vno verbo dicã, qua ratione in noſtris principijs in ſacramentalibus procedendum ſit. Atque primo verius eſt ſacramentalia non habere hunc effectũ remittendi venialia ex opere operato: quoniam non conſtat ab Eccleſia, quæ ipſa inſtituit in ordine ad hũc effectum fuiſſe inſtituta, de qua re docte P. Suarez tom. 4. in 3. par. diſp. 12. ſect. 2. Quo fit ad remiſsionem peccati venialis per ſacramentalia neceſſariam eſſe in homine iuſto pœnitentiam aliquam, atque diſplicentiam eius:ea vero, aut ratione ſui, aut ratione cauſalitatis, per quam à Deo producitur ex volitione remittendi ea peccata, pugnabit cum ipſis,vt ſæpe dictum eſt. 43

Quæ variatio cum per ſacramentalia venialia remittuntur.

P. Suar.

Hæc etiam ſpectat aliud exemplum de remiſsione pœnæ, atque expulſione reatus in homine,cui omnis culpa remiſſa eſt:reſtat vero aliqua pœna temporalis ſoluenda, quod etiam contra noſtram doctrinam inſtrui ſolet; ad ipſum vero facile dicimus pœnã nõ remitti ſola extrinſeca cõdonatione ſed neceſſariã eſſe reuelationẽ, aut ipſi perſonæ, aut alteri factam, vti diximus cap. 1. erga obligationem voti:igitur intercedit iam variatio ſufficiens in rebus ad diuinæ libertatis exercitium: ergo nec hoc exemplum quidquam efficit. 44

Pœna remitti non poteſt extrinſeca condonatione.

Digitized by Google

Cap. III. *Qua ratione in doctrina noſtra affectus efficaces, & inefficaces Dei defendi poſſint.*

45 *Magiſter Baſil de Leon in varijs diſputationibus 1. p. q. 6. Scholaſtica c. 11. probat nō eſſe in Deo actus inefficaces liberos.*

ACTVS liber Dei communiter diuiditur in actum inefficacem, & efficacem, per docti quidem Magiſtri, de quibus feci métione in diſp. 16. c. 9. n. 62. vbi ſententiam eorumdem diſcuſsi, quæ partim cum noſtra cōcordat, exiſtimauerunt, ex ipſa effici negandum omnem actum liberum in efficacé Deo: quoniam vero in aduerſam ſententiam vna méte veniunt omnes noſtri ſęculi peritiores Theologi, propter teſtimoniū Pauli 1. ad Thim. c. 2. verſ. 3. ibi *qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire* conatur, eam pro virili defendere, & ſepultā iam ſuſcitare, dicens, ſententiā negantē actum liberum inefficacem Deo vincere oppoſitam auctorum numero, & grauitate. Primo id ita eſſe, ſibi perſuadet ex Auguſtino, qui, cum aliquoties in hūc Pauli locum incidiſſet, nunquā ipſum de ſimplici actu libero terminato ad gloriā omnium hominum interpretatus eſt: nam ex Aug. tres accepimus expoſitiones ei' loci, quas refert S. Th. in hoc ar. 6. quaſq; ego hic breui referam. Prima, ait illam vocem *omnes* non ſignificare, ſingulos homines Deū velle ſaluos efficere: ſed ex omni hominum genere aliquos, puta aliquos Reges, aliquos plebeios, aliquos viros, aliquas fœminas, &c. hoc communiter appellari ſolet, capi illud *omnes*, atque diſtribui, non pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum. Ita docuit Auguſt in Enchiridio cap. 103.

Paul 1. ad Thimot. c. 2. explanatus per Auguſt. *S. Tho.* *Auguſt.*

Secunda, ait Deum velle ſaluos fieri omnes, qui ſalui fiunt; ſicut cum dicimus, Magiſtrum docere omnes pueros Ciuitatis: ſenſus eſt pueros omnes, qui docentur, ab eo doceri; ita quicunque ſaluantur, per voluntatem Dei ſaluari. Hanc docuit Auguſt. in loco ſupra allegato, & alibi ſæpe lib. 4. contra Iulianū c. 8. & lib. de correctione, & gratia cap. 14. lib. de Prædeſtinatione Sanctorum cap. 8. *Auguſt.*

Tertia, ait *Deus vult*, hoc eſt, facit nos velle, vt omnes ſaluentur, vt ad Ro. 5. dicitur *miſit Deus ſpiritum filij ſui clamantem Abba Pater*: id eſt, clamare nos facienté. Ex hoc ita formatur argumétum, ſi ſenſiſſet Aug. eſſe in diuina voluntate actum inefficacem liberum immediatè terminatum ad gloriā omnium hominū eius certè feciſſet métioné, maxime cū toties verſauerit teſtimoniū hoc: ergo cum nullibi explicuerit de eo actu inefficaci, ſignū nō contemnendum eſt, ſenſiſſe in eo teſtimonio non contineri. Quia vero hoc argumenū videtur negatiuum, producit ex illo c. 103. in Ench. hæc verba: *& quocunque alio modo, dum tamen credere non cogamur, aliquid omnipotentē Deū voluiſſe fieri, factumque non eſſe.* In his verbis ſentire videtur Auguſt. nullum eſſe actum liberum in voluntate Dei, qui effectum non afferat: ergo ſentit non eſſe actum inefficacem. *Ad Rom. 5.* *Auguſt.*

46 *Argum. ex Proſpero.* *Proſper.*

Secundo allegat Proſperum in epiſt. de libero arbitrio ad Ruffinū pag. 100. & 101. & li. ad capitula Gallorum reſponſione 8. vbi amplectitur relatas Augu. expoſitiones. Deinde, quia in lib. 2. de Vocatione gentium c. 2. docet Deum velle omnes homines ſaluos fieri, quia iuſsit omnibus prædicari Euangelium; & cap. 3. in fine: ideo dixit velle Deum omnes homines ſaluos fieri, quia ex Dei præcepto pro omnibus quotidie ſupplicatur. Ecce Proſper, non de voluntate beneplaciti terminata ad gloriam, vt ad finem; ſed de voluntate ſigni terminata ad media neceſſaria ad conſequendam ſalutem intelligit prædicta Pauli verba: hæc vero, quæ terminatur ad media, efficax eſt: ergo excludit Proſper, à mente eius teſtimonij actum liberum inefficacem, terminatum ad gloriam omnium hominum. Porro cap 4. & 5. explicat hoc idem teſtimonium, de præparatione mediorum ſufficientium pro omnibus hominibus nullo excepto. Inducit etiam cap. 13. vbi Proſper expendit, quomodo Deus admonuerit Caim ne fratrem Abel interimeret. Ex qua admonitione deducit, voluiſſe Deum vitam Abel, idque egiſſe cū procurauit, vt Caim ab illo impietatis furore reſipiſceret: ergo ex Proſpero, Deus voluit ſalutem Caim, & vitam Abel in admonitione ſola, qua voluit Caim à ſcelere retrahere. Citat etiam cap. 19. 23. & 25. in quibus voluntatem ſaluandi omnes homines intelligit de voluntate mediorum.

47 *Argum. ex Chryſ.* *Chryſoſt.*

Tertio, expēdit pro ſe teſtimonium Chryſoſtomi homilia 1. in ep. ad Eph. vbi ait Deū habere vehemens deſiderium ſalutis hominū; vehemens autem deſiderium non poteſt eſſe, niſi cōparatione mediorum, quatenus maiora vel minora media adhibet pro hominū ſalute: quoniā actus amoris Dei, ex parte amoris, non eſt in ſe vehementior comparatione vni' hominis, quā comparatione alterius: ergo vehemens illud Chryſ. deſiderium referendū eſt ad res ipſas ad extra productas, quæ ſunt media ſalutis. Porro comparatione gloriæ ſolum eſt ſimplex affectus, etiam in ſententia aduerſariorum: ergo non eſt vehemens deſiderium: ergo per hoc non potuit Chriſoſtomus intelligere niſi mediorum præparationem.

Quarto

Digitized by Google

48 *Ex Amb.* Ambroſ. Quarto, allegat Ambroſium lib. de Paradiſo cap. 8. ex quo refert verba, in quibus voluntatem ſaluum faciendi exponit per volũtatẽ ſigni, aut in præcepto Adæ poſito, aut in electione Iudæ, aut in prædicatione Iudæis facta.

49 Anſel. *Ex Anſel.* Quinto adducit Anſelmũ in duobus locis. Primus in locum Pauli, vbi approbat Auguſt. expoſitiones, & ait rogandũ eſſe Deũ, vt velit ſaluum facere aliquem hominem, quia neceſſe eſt fieri, ſi voluerit, nec enim debemus omnipotentiſsimæ Dei voluntati aliquid derogare: ergo ſentit non eſſe actum liberum Dei inefficacem. Deinde ibidẽ ait, *quid eſt enim oratio eorũ, vnde nõ Deus per vnigenitũ ſuum in omnibus gẽtibus ſaluos homines fieri velit, & ideo faciat quia omnipotens velle inaniter non poteſt quodcumq; voluerit.* Ergo ne cogatur Anſ. dicere voluntatẽ terminatam ad gloriam, inanẽ eſſe; hoc eſt ſine effectu, eam exponit de voluntate mouente ad orandũ. Alter locus eſt in lib. de voluntate Dei, circa finem ait, *approbãs in Deo eſt, qua vult omnes homines ſaluos fieri: quoniã nullum prohibet, quantũ ad ſe, ſaluum fieri, imo ſi quis ad hoc laborat, approbat.* In his diſtinguit voluntatem inefficacem, & voluntatẽ approbantẽ, & illam declarat per voluntatẽ non prohibentem, quãtum eſt in ſe ſaluum aliquẽ fieri; non vero per affectum ſimplicem gloriæ: ergo ex Anſ. nullus talis eſt. His ductus pronũciat is Magiſter contra Vaſq. hanc ſenaentiã eſſe à Patribus receptam, & immerito à mẽte Patrum alienam ab illo iudicatam.

50 *Ex Scholaſticis.* Alexand. Bonauen. Scotus. Maior. Marſilius. Driedo. S. Th. Caiet. P. Valen. Deinde ſexto allegat Doctores ſcholaſticos Alexand. 1. p. q. 36. mẽbro 2. Bon. in 1. diſt. 46. art. 1. q. 1. Scotum q. vnica ad 1. Maiorẽ ibidem q. vnica. Marſilium in 1. q. 45. ar. 1. Driedonem de concordia prædeſtinationis, & liberi arbitrij 1. p. 4. ad 2. S. Th. & Caietanũ in Paulum P. Gregoriũ à Valentia 1. p. diſp. 1. q. 19. puncto 2 §. tertia expoſitio, & puncto 6. §. ſed prior illa interpretatio.

Ex ratione. Demũ vtitur hac ratione, vbi non eſt ſpeciale obiectum non poteſt aſsignari ſpecialis aliquis actus liber volũtatis diuinæ, ſed in gloria omniũ hominum non eſt ſpeciale obiectũ: ergo non eſt ſpecialis actus. Maior huius ſyllogiſmi cõſtat, quia actus liber Dei eſt eſſentia cum termino. Minor probatur, quia illa volũtas beneplaciti erga ſalutẽ omnium hominũ eſt libera, vt conſtat: nam de hac eſt controuerſia: ergo illam nõ reſpicit, vt poſsibilem. Voluntas namque ſimplex erga gloriã poſsibilẽ neceſſaria eſt, atqui gloria Iudæ, verbi gratia, nõ eſt reuera futura; ergo non poſſumus aſsignare ſpeciale obiectũ ei actui libero. Si dicas gloriam hominum poſsibilium reſpicere actu neceſſario, gloriam reproborum exiſtentium actu libero. Sic inſurgit, vel terminus ei' actus liberi eſt totũ illum compoſitum ex reprobo exiſtẽte, & gloria, vel ſola gloria. Non primũ, quia reprobus, vt exiſtẽs nõ eſt terminus amoris ſimplicis, ſed efficacis. Nec ſecundum, quia gloria eſt poſsibilis: ergo reſpicitur amore neceſſario. Si dicas gloriã, licet futura nõ ſit, apprehẽdi tamẽ, vt futurã, & ſic terminare affectũ liberũ. Inſurgit, quia Deus, qui omnia cognoſcit, vt in ſe ſunt nõ poteſt ſibi proponere amandũ, vt futurũ, quod in ſe futurũ non eſt.

Cæterũ ſententia hæc pluribus titulis mihi diſplicet: antequam vero ad eos explicãdos accedã, notare oportet voluntatem liberã Dei cõmuniter diſtingui in voluntatẽ ſigni, & beneplaciti. Hanc diſtinctionẽ explicat S. Th. in hac q. 19. ar 11. voluntas ſigni dicitur illa, quæ non eſt in Deo; ſignificatur tamẽ eſſe, quibuſdam verbis, aut rebus, vt punitio ſignificat in Deo irã, cũ tamen non ſit, præceptũ de aliqua re voluntatẽ, vt fiat cum ſæpe non ſit, id ſæpe ſolet cõſtare in Propheticis cõminationibus. Volũtas beneplaciti eſt illa quæ fertur ad obiectũ bonũ diuinæ cõplacẽs volũtati in ſe ipſo. 51 *Reijcitur.* S. Tho. *Quid volũtas ſigni.* *Quid bene placiti.*

Porro hæc volũtas variè diuiditur: nam alia eſt abſoluta, & efficax, vt ſi Deus ante præuiſa merita eligit abſolute, & efficaciter prædeſtinatũ ad gloriã, & ſi Deus prædefinit ſimiliter actum bonum, ante præuiſam cooperationem liberi arbitrij. Alia eſt inefficax, & conditionata, vt in contrarijs ſententijs erit ea, quæ terminatur, & ad gloriam, & ad actum honeſtũ, ſi nec illam præeligere, nec hunc prædefinire efficaciter poteſt: de qua re habeo ſatis magnã diſp. 23. in tract. 3. Deinde alia eſt antecedẽs, alia conſequens: antecedens eſt illa per quam Deus vult aliquid, aut in ſua cauſa, aut in bonitate obiecti ſecundum ſe, ortũ habens primario ex diuina bonitate: conſequens eſt illa per quã Deus vult effectum in ſe, ſeu cauſa ex nobis accepta. Hanc diuiſionem declarat S. Th. in hoc ar. 6. exemplo iudicis æqui, qui ſpectata vita hominis ſecundum ſe; vult omnes ſibi ſubditos vita frui; voluntate vero conſequẽti homicidã damnat capite, propter cauſam homicidij ex ipſo ortam. Vberiorem declarationem prætermitto: nam doctrina facilis eſt, & cum maxime in nominis appellatione controuerſia poſita ſit, nõ duco plurib' opus eſſe. *Diuiſio voluntatis efficacis, & in efficacis.* *Quid voluntas antecedens.* *Quid conſequens.* S. Tho.

Primo ergo diſplicet, quia non eſt cõſentanea mẽti Pauli, in eo c. 2. vbi poſtquã dixerat pro omnibus hominibus obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarumq; actiones fundendas eſſe apud Deum, atque hoc eſſe bonum, & acceptũ coram ſaluatore noſtro Deo, adiecit Paulus, *qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, vnus enim Deus, vnus, & mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus.* In his verbis primo 52 *Reprobatur primo ex Pauli teſtimonio.* Paul.

 dubium

Digitized by Google

dubium non in illa particula *vult*, ſignificari actum liberum Dei. Secundo, dubium non eſt in illa particula *omnes homines* ſignificari hominum pluralitatem. Duplex dubitatio moueri poteſt. Prima erga obiectum illius actus liberi. Secunda erga hominum vniuerſitatem, an de ſingulis ſigillatum verum ſit, Deum ipſis velle obiectum bonum per actum liberum volitum? In vtraque dubitatione mihi fere certum eſt, & obiectum volitũ eſſe gloriam, & homines, quibus illam vult eſſe ſingulos ſigillatim nullo excepto, aut ex adultis, quod certius eſt, aut ex paruulis, quod minus certum. Et licet vtrumque monſtrandum mihi ſit tractatu de prædeſtinatione diſp. 23. cap. 11. & 12. & diſput. 35. capite 2. nihilominus libet in præſenti, contra propoſitam ſententiam id demonſtrare. Primo ex contextu Pauli: nam velle ſaluum fieri, eſt velle ſalutem in proprietate ſermonis; non vero velle auxilia ſufficientia ad ſalutem: ergo, qui affirmat obiectum eius actus liberi eſſe gloriam, cum omni proprietate retinet mentem Pauli; non vero qui affirmat auxilia ſufficientia eſſe tantum obiectum: quoniam illa ſolũ metaphoricè, & per tropum ſunt ſalus: quia nimirum poſſunt eſſe cauſa ſalutis. Atqui ex Auguſtino lib. 3. de doctrina chriſtiana cap. 10. docemur, verba ſcripturæ cum omni rigore, & proprietate intelligere, cum non cogimur ad abſurdum ex retenta proprietate: ergo affirmari non debet obiectum eius actus liberi eſſe auxilia ſufficientia tãtum, quæ metaphoricè ſunt ſalus hominis. Quod vero ex eo obiecto nullum ſequatur abſurdum in progreſſu faciemus manifeſtum.

Duplex dubitatio de Pauli teſtimonio

Reſolutio.

Expenditur textus

Auguſt.

Secundo id probo: nam ſi Deus nollet ſalutem hominum, ſed tantũ ſignificare ſe velle ratione præparationis mediorum, non obſecraret Apoſtol' pro omniũ ſalute vota facere. Probo hanc conſequentiam: quoniam ſi in Deo non eſſet voluntas gloriæ, per quam ſeriò, & ex animo exoptaret hominum ſalutem Paulus non conſtitueret ſolidum, atque reale motiuum orandi pro omnibus; ſed ſolum ſignificatum, & ſimulatum.

Tertio probo ex illa Paulina cauſali, *vnus enim Deus*, in qua ideo allegat Dei vnitatem, vt moueat nos fundere preces, vt intelligamus vnum Deum eſſe omnium hominum creatorem, prouiſorem, & Patrem, qui vt ſummè bon' homines ſuos, quaſi filios amat, ac ſaluos eſſe cupit, quantum eſt ex parte ſua. Qua ratione optime nos mouet ad fundendũ preces pro ſingulis hominibus, nullo excepto; quod ſi in Deo non eſſet deſiderium liberum, quo vere cuperet ſalutem hominum, non proponeret ſolidum motiuũ, ſed inane.

Quarto ex alia cauſali, *vnus & mediator Dei, & hominum*, ex qua ita formatur ratio. Deus ita cupit noſtram ſalutem, vt pro eius conſecutione filium ſuum mediatorem nobis donauerit: ergo debetis fidenter preces fundere ad Deum tam bonum, qui, vt conſequamini ſalutem, prærordinauit Filij ſui incarnationem. Vnde ex hoc contextu conuicti grauiores Theologi, atque Pauli expoſitores in hanc mentem conſpirarunt: ita Benedictus Iuſtinianus grauiſsimus commentator epiſtolarum Pauli: ita Cornelius à lapide eruditus, & ſubtilis. P. Salmeronius diſp. 5. in 1. epiſt. ad Thimot. §. *Eſt ergo quædam voluntas:* Eſtius in hunc locum, & Stapleton in epiſtola Pauli ad Rom. cap. 9 num. 19. ita quoque noſtri ſcholaſtici P. Molina elegantiſsime in hunc art. 6. & in concordia quæſt. 14. art. 13. diſputatione 10. & diſp. 23. membro 2. P. Suarez 1. p. lib. 4. de prædeſtin. lib. 1. & 2. P. Leſius de Auxilis diſp. de prædeſtinat. & reprobatione Angelorum & hominum, ſect. 6. in 1. aſſertione. P. Vazquez 1. par. diſputatione 83. capite 2. 3. & 4. P. Salas tom. 2. in 1. 2. tractatu 11. diſput. 2. ſect. 3. poſt tertiam concluſionem P. Arrubal diſp. 50. capite 2. Mitto omnes recentiores Thomiſtas: quoniam ab his Doctoribus res hæc neruosè confirmata, & copioſè locupletata eſt. Expendat lector, quænam ſit maioris momenti authoritas, an horum præclariſsimorum Doctorũ, qui magnã in Paulo ex profeſſo operam poſuerunt, an eorum antiquorum Scholaſticorum, quos pro ſe adducit is ſuſcitator eius opinionis, qui obiter, & tranſeunter rem tractarunt. Sed, nec hoc iure concedi debet oppoſitæ parti: quoniam, vt dicimus infra num. 70. ea quoque authoritas à nobis infringẽda eſt, vbi videbimus merito P. Molinam dixiſſe eam opinionem eſſe authoritate deſtitutam.

53

Doctores pro noſtra ſententia.

P. Bened. P. Iuſtin. P. Cornelius à lapide. P. Salmer. P. Molina. P. Suar. P. Leſsius. P. Vazq. P. Salas. P. Arrubal.

54 Secundo diſplicet: quia eſt aliena à mente Patrum. Id conſtat primo ex Damaſceno lib. 1. de fide cap. 29. vbi explicans hoc teſtimonium, ſic ſcribit, *quin illud quoque nos ne fugiat Deum, vt bonitate præſtantem primarie quidem omnes homines ſeruari, ac regni ſui cõpotes eſſe velle, nec enim ſupplicij, ac cruciatus cauſa verum ad hoc, vt bonitatis ipſius participes ſimus, nos effinxit.* Nihil illuſtrius dicere potuit pro noſtra ſententia. Idem repetit eodem loco his verbis, *neque latendũ eſt Deum præcedenter velle omnes ſaluari, & regnum eius conſequi: nec enim ad puniendum nos plaſmauit. ſed vt efficiat bonitatis ſuæ participes.* In his verbis nota particulam *præcedẽter* quæ ſignificat voluntatẽ antecedentẽ Dei, terminatã ad noſtram ſalutem, & regnũ æternũ.

Damaſ. *Patres pro eadem ex Damaſ*

Secundo

55 Hier. *Ex Hier.*

Secundo probo, ex Hieronymo in illa verba primi cap. ad Epheſ: *ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, vbi ſic ſcribit *vult autem Deus ea quæcumque ſunt plena rationis, atque conſilij, vult ſaluari omnes, & in agnitionem veritatis venire: ſed quia nullus abſque propria voluntate ſaluatur (liberi enim arbitrij ſumus) vult nos bonum velle, vt cum voluerimus, velit in nobis & ipſe ſuum implere conſilium.* Ecce ponit voluntatem inefficacem, & conditionatam gloriæ omnium hominum, propter ſeruandũ liberum arbitrium, quod ſi tantum intenderet ponere voluntatem præ ordinantem media, efficacem poneret, & abſolutam, non conditionalem, & inefficacem: dico conditionalem, & inefficacem; quia arbitror has volitiones non diſtingui in ſe, ſed ſolum denominatione, & connotatione, vt monſtro tract. de prædeſtin. diſp. 23. cap. 13.

56 S. Cle. Ro. *Ex Clem. Rom.*

Tertio idem diſerte docuit S. Clemens Romanus lib. 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 59. in hæc verba *nos ergo qui digni facti ſumus, vt eſſemus teſtes aduentus ipſius, cum Iacobo fratre Domini, & alijs ſeptuaginta duobus, & ſeptem Diaconis eius, ex ore Domini noſtri Ieſu Chriſti audiuimus, & perfecte ſcientes dicimus, quæ ſit voluntas Dei bona, placens, & perfecta per Ieſum Chriſtum nobis demonſtrata, vt nullus intereat; ſed vniuerſi homines vnanimi ſententia credentes ei, & vnanimem laudem ferentes in eum, viuant in æternum.* In his verbis Clemens clare tradit, tanquam acceptum ex ore Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deum velle, vt nullus hominum intereat, & quod vniuerſi viuant in æternum. Quid illuſtrius dici potuit, & maioris ponderis pro ſententia noſtra?

57 Cle. Alex. *Ex Clem. Alex. Quid cimmerius.*

Quarto alter Clemens Alexandrinus adhortatione ad gentes ſic ait, *audite qui eſtis longe; audite qui prope, nullis celatum eſt verbum, lux eſt communis omnibus, illuceſcit hominibus, nullus eſt in verbo cimmerius*, hoc eſt, excluſus, ſeu extraneus, ſeu non illuminatus: alludit ad tenebras cimmerias: ecce vterque Clemens hanc expreſſe docuit ſententiam. In ea quoque ſunt omnes Patres græci. Origenes lib. 4. contra Celſum 7. & lib. 3. de principijs cap. 1. Baſilius Pſalmo 7. Damaſ. lib. 2. cap. 9. item Dionyſius de cœleſti hierarchia cap. 9. Irenæus lib. 4. cap. 71. Chryſoſtomus pluribus in locis homilia 7. in Ioannem, & homilia 15. & 16. ad Rom. vt expendo infra num. 67. item Ambroſius ſerm. 8 in Pſalm. 118. & lib. 2. de Caim, & Abel cap 9. vt expendo infra num 68. Præterea Hilarius lib. 1. de Trinitate ante medium. Cyrillus lib. 5. in Ioannem Paulinus epiſ. 1. Verba horum Patrum refert P. Iuſtinianus; ego breuitatis cauſa prætermitto, at ex eis conſtat merito pronunciare hanc eſſe communem Patrum ſententiam, nec ſine fundamento Patrem Vazquez locutum, cum dixit, oppoſitam alienam eſſe a mente Patrum, vt inſimulauit magiſter is, vti retulimus num. 50.

Orig. Baſil. Damaſ. Dionyſius. Irenæus. Chryſoſt. Ambroſ. Hilarius. Cyrillus. Paulinus.

Hoc ipſum amplius confirmabimus, cum ex ipſis Patribus quos nobis obiecit is magiſter, tum in eiſdem locis, tum in alijs roborauerimus noſtram ſententiam. Pro eorum intelligentia, atque pro rei declaratione, magnopere aduerte; aliud eſſe controuerti, an in Deo ſit volitio libera inefficax, ſolitaria, & per ſe; & an ſit inefficax coniuncta cum aliqua efficaci, quæ tamen licet inefficaciter, ita tamen vult ſuum obiectum, vt ex vi eius diuerſum aliquem reſpectum accipiat in ordine ad exiſtentiam. Ex noſtra ſententia, quam explicuimus diſp. 16. cap. 10. legitime infertur, Deum nequaquam poſſe habere exercitium ſuæ libertatis per actum inefficacem tantum, qui ſimul non ſit efficax comparatione alicuius obiecti. Ratio huius eſt, quia exercitium libertatis diuinæ præter volitionem intrinſecam Deo, continet productionem alicuius rei; ſicut exercitium noſtræ facultatis liberæ, præter ſuam entitatem, continet operationem ab ipſa manantem, vt ſatis explicuimus illo cap. 10. Ex quo fit actum inefficacem liberum, hoc eſt, qui nullum habeat effectum, in Deo eſſe non poſſe, quia non eſt actus liber ſine exercitio libertatis, & non eſt exercitium libertatis ſine aliqua productione: ergo actus inefficax liber ſolitarius, ſeu ſeiunctus ab omni efficaci eſſe non poteſt. Non tamen efficitur ex ea opinione actum inefficacem coniunctum cum aliquo efficaci, non poſſe habere exercitium ſuæ libertatis, & hoc debuiſſent animaduertere magiſtri contra quos diſputamus: etenim cum actum liberum Theologi omnes diuidant in inefficacem, & efficacem, non ſolum in creatis, ſed etiam in diuinis, eligi debet opinio, quæ hæc membra illæſa cuſtodiat, non quæ euertat. Quod ſi ex ea opinione efficeretur, omnem actum inefficacem liberum a diuina libertate circumſcribendum eſſe, potius deferenda foret opinio, ex qua hoc abſurdum infertur, quam audacter pronunciare, nullum eſſe actum liberum inefficacem in Deo. 58

Non eſt in Deo ſola voluntas inefficax libera, bene vero cõiuncta cũ efficaci.

Non vacat producere materias omnes, in quibus Theologi conſtituunt actus liberos inefficaces; nam oporteret vniuerſam fere Theologiã penetrare: non omittam vero aliqua leuiter annotare, vt indicemus quam id certum ſit, & communi Theologorum calculo confirmatũ. Atque in primis Deum omnia operatum eſſe propter ſemetipſum, hoc eſt propter ſuam gloriam, indubitatum eſt: velle vero ſuam gloriam extrinſecam, quam capit ex creaturis, ac 59

Theologi in diuerſis materijs tribuunt Deo actus inefficaces.

tu libero: certum eſt, & à nobis probatum diſp.15.num.1. Deinde certum etiam eſt, non in omnibus creaturis liberis conſequi ſuam gloriam, quam intendebat, cum ipſe non reſpondet vocationi, imo eliciunt operationem prauam pro honeſta: ecce ergo intentio libera inefficax gloriæ, hoc eſt ſine effectu.

Ad Thim.1 c.2. Secundo Chriſtum Dominum nobis datū eſſe, propter noſtram ſalutem, atque redemptionem pro omnibus, nullo excepto, docuit Paulus 1.epiſ.ad Thimot.cap.2. res certa eſt, & a nobis confirmanda tract.de prædeſtinatione diſp.23.cap.8. nec enim Deus voluit mori Chriſtum tantum pro remedio peccati prædeſtinati; ſed etiam reprobi, intendens ipſum emundare, iuſtificare & glorificare: ergo proceſsit ex hoc fine incarnatio. Quis hoc neget? ſed intentio eius finis in reprobis inefficax fuit: ergo nec in hoc caſu negari, poteſt actus inefficax liber in Deo.

Petrus ep.2 cap 3 Tertio, quoties Deus vocat peccatorem intendit conuerſionem, & poenitentiam eius, ita docuit Petrus epiſ. 2. cap. 3. ibi *Deus patienter agit propter vos nolens aliquos perire, ſed omnes ad poenitentiam reuerti*, & eſt ſatis vulgare illud Ezechielis cap.18. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij dicit Dominus Deus, & non magis vt conuertatur a vijs ſuis, & viuat?* at non quoties Deus vocat peccatorem, ipſe poenitentiam agit; ergo negari non debet in hoc etiam euentu intentio poenitentiæ inefficax libera.

Ezech 18.

Omne honeſte amabile amat Deus.

Quarto id probo ratione à priori, quoniā eſt ſpecialis honeſtas in volitione mediorum ex intentione finis honeſti: ergo volitioni diuinæ amorem huius honeſti obiecti negare non debemus. Probo hanc conſequentiam: nā ſicut ſcientia Dei, propter infinitatem in ratione ſcientiæ cognoſcit omne cognoſcibile, & omni modo quo cognoſcibile eſt; cum in cognoſcendo nulla eſt imperfectio, vt confecimus tract.de ſcientia Dei; ita volitio diuina, propter infinitatem in ratione volitionis honeſtæ, amat omne honeſtum, & omnimodo quo honeſte amabile eſt, dum in amore nulla ſubſit imperfectio: ergo negandum non eſt, ipſam quantum eſt in ſe velle media ex fine honeſto. Antecedens manifeſtum eſt: nam producere creaturas, vt glorificent creatorem, verbum facere carnem, vt homines conſequantur vitam æternam, infundere vocationes congruas, vt ferant fructus bonorum operum, honeſtiſſima ſunt: ergo non poſſunt non a diuina volitione amari. Quinto hoc vniuerſum propter hominem, & hominem propter beatitudinem condita eſſe, omnium conſenſus eſt, ergo. &c.

60 Ne vero aduerſarius dicat, in amore inefficaci obiecti honeſti ſubeſſe imperfectionem, opere pretium erit, rem ex noſtris principijs aliquantulum diductis a radice explicare. Volitio illa libera ſubſiſtens in ſe ipſa eſt ſimplex complacentia, ſeu condelectatio, quaſi ſpeculatiua; eſt effectus inefficax proſecutiuus; eſt quoque effectus efficax in ſe ſufficienter, vt actus puriſsimus in genere appetitiuo. Vt comparatur ad poſsibilia, eſt complacentia ſimplex, veluti ſpeculatiua neceſſaria quidem in ſuo eſſe, libera vero in ratione principij operatiui earundem creaturarum; ſicut facultas noſtra cum in ſuo eſſe neceſſaria ſit, eſt principiū liberum noſtrorum actuum. Hoc explico diſp. 18.cap.1. Eſt quoque affectus inefficax proſecutiuus, vt eſt volitio alicuius finis, & ex ea operatur, non tamen ipſum aſſequitur, non propter defectum in volitione, aut in medio appoſito, ſed propter defectum creaturæ liberæ: cum vero Deus ſic operatur ex intentione finis, & ſimul ex electione medij appoſiti, ſemper cauſalitas diſtincta eſt propter eſſentialem ordinem, quem habet, & ad intentionem inefficacem, & ad electionem ab ea, qua produceret, ſi Deus ex vnico tantum ex illis actibus operaretur, ſecundum doctrinam a nobis explicatam num.18.& 19.

Volitio Dei eſt ſufficienter ſimplex cōplacentia affectus inefficax & efficax.

Cum Deus operatur ex efficaci & inefficaci ſimul affectu agit cauſalitate diſtincta.

Hoc loco obſeruandum eſt, tunc per eandem actionem compleri exercitium libertatis diuinæ duarum volitionum ratione noſtra, nimirum intentionis inefficacis, & electionis efficacis, hę vero volitiones diſtinguuntur a nobis per obiecta: nam prior comparatur ad finem; poſterior ad medium, vt in re noſtra ad gloriam omnium hominum, quæ eſt finis, & ad auxilia ſufficientia, quæ ſunt medium; non vero vna volitio habet prius exercitium libertatis, quam altera, nec ratione noſtra; quippe per eandem indiuiduam actionem ſimul complentur in ratione liberæ. Licet ergo ſumpto fundamento extrinſeco ex noſtris intentionibus, & volitionibus, eis concipiendis aſſuefacti, poſsimus dicere intentionem liberam Dei priorem eſſe electione ratione noſtra: quia in nobis intentio prior eſt electione reali prioritate naturæ, & quia in ipſis obiectis eſt aliquis ordo amabilitatis: quoniam finis amatur propter ſe, ſiſtendo in ipſo, medium propter aliud, cum progreſſu ad finem: at in eis actibus ſecundum rationem exercitij libertatis, nec eſt hæc prioritas nec poſterioritas rationis, hoc amplius declaro cap.4.

Vna cauſalitas complet duos affectus Dei liberos.

Obſeruandum deinde eſt, etiam ſi obiectū eius intentionis, verbi graria gloria omnium hominum, nunquam ſit extiturum, & abſolute relinquendum ſit in ſtatu poſsibilitatis; nihilominus habere ſpecialem ordinem ad exiſtentiam, poſtquam Deus ex volitione, vt exiſtat, 61

ſtat,

Digitized by Google

ſtat, & ex volitione mediorum habuit in ordine ad ipſum exercitium libertatis: quoniam extrahitur a ſtatu puro poſsibilitatis, & conſtituitur in ſtatu futuri, quantum eſt ex parte Dei, dependenter tamen a cooperatione noſtri liberi arbitrij, ex quo ortum habet, ne intentio illa Dei effectum habeat, atque denominetur efficax per ipſam gloriæ exiſtentiam: quoniam vt dixit Hieronymus relatus num. 55. *quia nullus abſque propria voluntate ſaluatur, vult nos bonum velle, vt cum voluerimus velit in nobis, & ipſe ſuum implere conſilium.* Et Auguſtinus lib. 1. contra aduerſarios legis, & prophetarum cap. 8. *hoc enim voluit, vt obediens homo eſſet, aut in obediens impune non eſſet, nec infructuoſe voluit, quod homo non fuerat ſeruaturus, iubere; quia pœna contemptoris docuit alios obedire.* Pulchra verba in fauorem noſtræ ſententiæ: ecce ergo actus inefficax liber cum aliquo exercitio libertatis in ordine ad finem, quem non obtinebit, coniunctus cū efficaci electione mediorum.

Gloria per voluntatē inefficacē extrahitur a pura poſſibilitate.

Hier. Auguſt.

62 Eſt denique efficax intentio finis cum ipſum aſſequitur, atque operatur cum electione mediorum efficacium. Dico *efficacium*, quæ aut ex natura ſua, & vi intrinſeca inferunt effectum, vt in naturalibus; vt cum ex pluuia intendit copiam frumenti, vel efficacium non ex ſua natura, ſed ex infallibilitate orta ex cooperatione liberi arbitrij, atque adeo præcognita per ſcientiam conditionalem, quam defendi diſp. 7. per duodecim capita; & magis declaro tract. de prędeſtinatione diſp. 23. cap. 13 & 14 Itaq; in nr̄is principijs nō ſunt cōſtituēdi affectus efficaces & inefficaces intrinſece liberi in Deo, ſic vt in nobis, ſed cum reſpectu ad effectus extrinſecos, & denominatione extrinſeca ab ipſis deſumpta: quemadmodum facultas noſtra libera denominatur efficaciter volens ab actu efficaci, quem producit; & inefficaciter volens ab actu inefficaci: ita volitio illa libera diuina dicitur intentio efficax finis ab ipſo aſſecuto, & inefficax ab ipſo nō aſſecuto, vt iam plius declaro cap. 4.

Obiectio.

63 Dices, voluntas noſtra habet exercitium libertatis per actum liberum inefficacem ſolum & ſeiunctum ab efficaci: ergo etiam diuina.

Satisfactio. Reſpondeo negando conſequentiam. Ratio differentię manifeſta eſt: quia voluntas noſtra in ſe mouetur per ipſum actum inefficacem nouiter exiſtentem, atque in ipſa receptum; non autem Deus, qui non eſt in actu primo, in ordine ad actum inefficacem, vnde, vt intelligatur habere libertatis exercitium per volitionem inefficacem, aliqua nouitas in rerum exiſtentia eſſe debet; quæ non poteſt non procedere immediate ab aliqua volitione efficaci: ergo licet in nobis inueniatur libertatis exercitium in ſola volitione inefficaci: non in Deo, imo ſicut vbi non eſt aliqua mutatio in nobis, nullum eſt libertatis exercitium, nec per actum efficacem, nec inefficacem: ita nec in Deo.

Ex his efficetur, non bene declaraſſe rem hanc quendam authorem, de quo feci mentionem diſp. 16. cap. 9. num. 63. ait enim in eo diſtingui intentionem inefficacem ab intentione efficaci, quod hæc reſpicit exiſtentiam futuram finis, & circa illam ſeſe determinet, atque neceſſario infert electionem mediorum: non vero illa, ſed tantum reſpicit ſubſtantiam & bonitatem finis ſecundum ſe, abſtractam ab exiſtentia: quia eodem modo placet Deo gloria, & beatitudo hominum poſsibilium, ſicut eorum qui futuri ſunt. Vnde cum a ſimplici illa voluntate fluit electio mediorum, non fluit per ſe, ac neceſſario, ſed libere & contingenter. 64

P. Ferdinandus de Salazar de immunitate virginis ab originali ca. 24. ſect. 4. num. 71.

Is ergo author non placet. Primo quod ponit intentionem efficacem, cum exercitio libertatis, ante exercitium electionis, vt neceſſario inferentem illam: hoc falſum eſſe oſtendi num. 61. intentio enim, & electio in ratione exercitij libertatis complentur per eandem actionem indiuiſibilem. Aduerte intentionem finis, cum efficax eſt, tot habere libertatis exercitia completiue, quot adhibet, & producit media ex remotiori vſque ad propinquius, ac tandem vſque ad attingentiam ipſius finis. Secundo non placet, quod ponit intentionem inefficacem in ordine ad bonitatem finis ſecundum ſe, abſtractam ab exiſtentia: nam vt oſtendi num. 61. licet finis ille non ſit extiturus; at ex vi cauſalitatis procedentis ab intentione eius, accepit aliquam futuritionem, & nouum ordinem ad exiſtendum; alias nequaquā eſſe poſſet exercitium diuinę libertatis. Tertio, quod ait contingenter inferre electionem. Nam nec eam infert, nec contingenter. Non infert, quia intentio illa inefficax, & electio medij idem actus eſt, etiam comparatione rationis noſtræ pręſcindentis: ergo in ipſis non poteſt eſſe illatio huius ab illo, ſed tantum accomodamus illationem, ſumpto fundamento extrinſeco in noſtris actibus; non contingenter; quia actus inefficax ſolus non poteſt in Deo eſſe cum exercitio libertatis, ſed ſemper habere debet adiunctam efficacem electionem, vt pluribus confecimus in hoc capite. Quod ſi contingenter inferret electionem poſſet non ſemel, ſine illa manere actus inefficax ſolus cum exercitio libero, quod falſum eſt. Non ergo cogimur ex noſtris principijs, actus inefficaces liberos de medio tollere ex mente diuina.

Intentio finis, vt præcedit electionem in Deo non habet exercitiū antecedentē libertatis.

Modo reſpondeamus ad argumenta aduerſarij, 65

Digitized by Google

ſarij, atque ex ipſorum declaratione magis ſententiam noſtram confirmemus. Quod attinet ad Auguſtinum tres illæ eius expoſitiones iam hodie ab omnibus refelluntur. Prima eo ſolo nomine confutanda, quod eam Beza auide arripuit, vt notat P. Cornelius: deinde quia illud *omnes* nimium limitat, nonne Deus plures ſaluare voluit, quam ſalutem conſecuti ſunt? alias ſimili ratione Pelagius, cum dicitur omnes homines in Adam peccaſſe, illud *omnes* reſtringere poteſt ad quoſdam, atque pronunciare, non in ſingulos homines peccatum originale transfuſum, & inſtantiam deſumere ex hac Auguſtini ſententia. Denique ſicut illud *omnes* limitatur quoad gloriam ad prædeſtinatos: ita etiam quoad auxilia ſufficientia poſſet reſtringi, atque affirmari ſolis prædeſtinatis auxilia ſufficientia collata eſſe, quod falſum eſt: tum comparatione adultorum quantumuis obduratorum, vt oſtendam tractatu 3. diſp. 34. cap. 4. tum paruulorum, vt oſtendo diſp. 35. cap. 2.

Satisfactio ad argumenta. 1. Coract.

Tres Aug. expoſitiones Pauli non admittuntur.

Secunda expoſitio, licet ſubtilis, ob has rationes, & ex contextu Pauli a nobis ponderato num. 52. explodenda eſt. Tertia denique duriorem habet ſenſum, nec accõmodatum ſcopo, & menti Apoſtoli: quia illis verbis voluit oſtendere acceptum eſſe Deo in ſe ipſo, quia ſumme bonus, vt omnes ſaluentur, non tantum in nobis. Vnde Auguſtinus videtur ſubodoratus, expoſitiones has non eſſe nimis ſolidas: nam in Enchiridio cap. 103. & Epiſ. ad Vitalem 107. *ait vel ſi quo alio modo illa verba Apoſtolica intelligi poſſunt.* Vnde tomo 3. lib. de ſpiritu, & littera ad Marcellinum cap. 33. his verbis videtur noſtram docuiſſe ſententiam *vult autem Deus omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, non ſic tamen vt eis adimat liberum arbitrium, quo vel bene, vel male vtentes iuſtiſſime iudicentur. Quod cũ ſit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cum eius euangelio non credunt: nec ideo tamen eam vincunt, verum ſeipſos fraudant magno, & ſummo bono, malisque poenalibus implicant, experturi in ſupplicijs poteſtatem eius, cuius in donis miſericordiam contempſerunt. Ita voluntas Dei ſemper inuicta eſt: vinceretur tamen, ſi non inueniret, quid de contemptoribus faceret, aut vllo modo poſſent euadere, quod de talibus ille conſtituit.* In his verbis plane docet infideles, qui non credunt, contra voluntatem Dei facere: ergo fuit voluntas Dei, vt crederẽt, vtique libera, & inefficax. Deinde (ait) ſimilem eſſe voluntatem Dei voluntati cuiuſdam Domini volentis, vt omnes ſerui operẽtur in vinea, & poſt laborem requieſcant, & epulentur; quod ſi laborare noluerint in piſtrino ſemper molant. ergo vt Dominus iſte vere laborem exoptat ſeruorum: ita Deus gloriam omnium hominum: item eorum, qui eam non ſunt aſſecuti: ergo nobis fauet Auguſtinus nihil impediente, quod illas tres expoſitiones dederit aliquando. Imo ne fateamur ſibi non conſtare Auguſtinum, in diuerſis locis, non incommode poſſumus pronunciare, limitationes illas procedere de voluntate ſalutis prędeſtinatorum, ſecundum quod ab ipſo effectu ſortitur denominationem efficacis; non tamen ideo negare, velle quoque Deum ſalutem reproborum. Ad hanc expoſitionem inducor duplici ratione. Prima, quod lib. 4. contra Iulianum cap. 8. expreſſe affirmat, noſtram ſententiam diſcutiens, hunc locum Pauli in hac verba *hos enim omnes vult Deus ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, in quos omnes per vnius iuſtificationem* (hoc eſt Chriſti) *gratia peruenit ad iuſtificationem vitæ*: ergo vt multi reprobi ad iuſtificationem peruenerũt ex meritis Chriſti: ita eoſdem voluit Deus ſaluos efficere: vtique voluntate inefficaci. Secunda, quod Auguſtinus non negat reprobis auxilia ſufficientia; ea vero contulit, vt media neceſſaria ad finem gloriæ: ergo ex intentione aliqua finis: nam is modus conferendi medium perfectior eſt.

S Aug. Ipſe noſtrã indicat.

66

Quoad Proſperum, concedo pluribus ſuorum operum locis amplexum fuiſſe Auguſtinianas expoſitiones, vt per omnia Auguſtinianus: ita in ea epiſ. de libero arb. ad Rufinum pag. 100. & 101. & ad capita Gallorum reſponſione 8. & in lib. de vocatione gentium cap. 2. 3. 4. 5. & 13. in quibus eam voluntatem refert ad media neceſſaria, vt ad prædicationem Euãgelij, ad internas auxiliorum ſufficientium gratias: at ex hoc non efficitur negare illum, voluntatem etiam illam habuiſſe pro obiecto ipſam gloriam, & ex præintentione illius finis, ſe Deum applicuiſſe ad conferenda media, vt modo dicebam explicans Auguſtinum; maxime cum ipſe in alijs locis ſententiam noſtram expreſſe docuerit. Vide lib. 2. de Vocatione gentium cap. 19. vbi explicans hunc Pauli locum ſic ait, *non oportet niſi perpetuum, æternũque ſentiri, ſecundum eas menſuras, quibus Deus dona generalia ſpecialibus nouit cumulare muneribus, vt & qui exortes gratiæ fuerint, de ſua nequitia redarguantur, & qui eius lumine enituerint; non in ſuo merito, ſed in Domino glorientur.* Ecce in his verbis, illud *vult omnes ſaluos fieri* etiam pertinere docet ad exortes gratiæ, comprehendendo reprobos, & cap. 23. explicans eundem locum, etiam vult, in ea ſententia paruulos comprehenſos. *Non irreligioſe, inquit, arbitror credi, neque inconuenienter intelligi, quod iſti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ ſemper vniuerſis*

Proſper.

Proſper. Aug. admittit expoſitiones: in noſtra tamen eſt ſententia.

eſt

eſt impenſa nationibus. Quis autem dicat in his verbis, non comprehendi pluſquam prædeſtinatos, & cap.25. ſic ait *ſiue igitur nouiſsima contempleatur ſæcula, ſiue prima, ſeu media rationabiliter, & pie creditur, omnes homines ſaluos fieri, Deum velle, ſemperque voluiſſe: & hoc non aliunde monſtratur, quam de his beneficijs, eaque prouidentia Dei, quam vniuerſis generationibus communiter, atque indifferenter impendit* Ecce Proſper egregie colligit ex beneficijs gratiæ indifferenter omnibus impenſis, voluntatem generalem Dei, omnes ſaluos faciendi: nam vt illa, ex ſua natura ordinantur ad eũ finem; ita ex voluntate Dei. Vnde P. Arrubal. diſp.60.cap.1. ſentit Proſperum fuiſſe huius ſententiæ præcipuum propugnatorem, imo poſt Auguſtinum conſultum, eo annuente. Id videtur omnem pellere dubitationem, quod in libro ad Capitula Gallorum, ſententia octaua, ſcribit his verbis, *item, qui dicit, quod non omnes homines velit Deus ſaluos fieri, ſed certũ numerum prædeſtinatorum, durius loquitur, quam loquendum eſt, de altitudine inſcrutabilis gratiæ Dei, qui & omnes vult ſaluos fieri, atque in agnitionem venire veritatis, & voluntatis ſuæ propoſitum in eis implet, quos præſcitos prædeſtinauit, prædeſtinatos vocauit, vocatos iuſtificauit, iuſtificatos glorificauit.* In his verbis expreſsit expoſitionem, quam Auguſtino accommodauimus, nimirum latius patere voluntatem illam generalem ab eo propoſito, quod implet in prædeſtinatis, a quo quidem reprobi excluduntur, & in quod reſtrictio efficacis locum habet; non autem a voluntate generali.

P. Arrub.

Poſt conſultũ Auguſt. eo annuente.

67 De Chryſoſtomo mihi dubitare non licet, in noſtra eſſe ſententia: primum, quia homilia prima in epiſtola ad Epheſeos, ita ait. *Secundum propoſitum voluntatis ſuæ perinde eſt, quia vehementer velle fieri hoc ipſius erat deſideriũ,* & infra *hoc eſt quod mirum in modum cupit vehementer deſiderat noſtram ipſorum ſalutem.* Nihil clarius dici potuit, & homilia 7. in 1. epiſtolam Pauli ad Thimotheum explicans noſtra verba, *imitare* (inquit) *Deum tuum: nã ſi omnes ille vult ſaluos fieri, merito pro omnibus operatur: nihil deſiderat ex his, quæ apud nos ſunt, niſi noſtram ſalutem hanc vehementer vult &c.* Nihil expreſsius dici potuit? Nec, quæ ab aduerſario expenduntur pro ſua ſententia alicuius momenti ſunt; quoniam falſum eſt, vehemens deſiderium non eſſe, niſi comparatione mediorum. Imo ex ipſorum magnitudine atque præſtantia optime colligimus, Deum quantum eſt ex parte ſua flagranter percupere noſtram ſalutem, & licet in amore ipſo in ſe, vt condiſtincto ab effectu, non ſit maioritas: at vt completur per effectus in eis, quæ exercet ſuam libertatem maioritas eſt. Vnde verum eſt plus auxilij ſufficiẽtis, & efficacis vni conferre, quam alteri. Nec quidquam obſtat, eſſe ſimplicem affectum, nam cum is proſecutiuus eſt, atque ſe communicat, & explicat per effectus præſtantes vehemens demonſtratur, quippe eſt eorum principium:

Chryſoſt.

Chryſoſt. a noſtra eſt ſententia.

Ambroſius in eo cap.8 de Paradiſo animæ a nobis eſt. Primo quia licet referat ad illa media ſalutis, vt ad præceptum Adæ poſitum, ad electionem Iudæ, ad prædicationem Iudæis factam, ea vero non excludunt voluntatem terminatam ad gloriam, imo eam inferunt, vt notatum eſt. Secundo, quia poſtquam ſtatuit, Deum non poſuiſſe neceſsitatem præuaricationis, aut proditionis, aut Iudæis perfidiæ, ſic ait, *& quod in Deo fuit oſtendit omnibus, quod omnes voluit liberare.* Ecce voluntas Dei liberandi omnes libera, & inefficax. 68

Amb.

Et Amb.

Denique de Anſelmo concedo in illum locum Pauli approbare Auguſtini expoſitiones, iam vero dixi quo pacto ex eis non inferatur, negandum eſſe actum liberum inefficacem explicans Auguſtinum, & Proſperum. 69

Anſel.

nec reſſragatur Anſel.

Imo ſuffragatur.

In altero loco, de voluntate Dei, plane nobis ſuffragatur, in quo magnopere aduertendum eſt in illa quadrimembri diuiſione, qua ſecat voluntatem Dei efficacem ab ipſo appellari efficientem, ibi *efficiens voluntas in Deo facit quidquid vult:* cum autem ait approbantem voluntatem eſſe, per quam Deus vult omnes ſaluos fieri, optime declarat dicens *quantum ad ſe*, quia eſt ſimplex complacentia terminata ad ſalutem, ex qua proficiſcitur nullũ prohibere, imo omnes iuuare, vt laborent pro ſalute, quod ſi laborauerint eos approbat voluntate conſequenti, & hæc eſt mens Anſelmi. Ex his vero ſatis liquet, quæ ex Patribus collecta ſunt ab aduerſario non tantum ſolida non eſſe, verum contra ipſum militare, ſi mens introſpiciatur; neque immerito pronunciatum fuiſſe a P. Vazquez oppoſitam ſententiam a mente Patrum alienam, vt ei inſimulat aduerſarius.

Voluntas efficax ab Aug. dicitur efficiẽs

Nec authoritas deſumpta ex antiquis Scholaſticis maioris firmitudinis eſt, nam in primis Alexander, licet in ea queſtione 36. in reſolutione referat Auguſtini tres expoſitiones, at abſolute ſecutus eſt Damaſcenum dicens *aliter ſecundum Damaſcenum voluntate antecedenti, vult omnes ſaluari: voluntate vero conſequẽti non.* Et poſt relatam ſententiam de volũtate ſigni, ſic ait *de voluntate ergo beneplaciti illa intelliguntur ſicut iam patet, non de voluntate ſigni, ſicut illi dixerunt.* Admittit præterea eam voluntatem generalem eſſe conditionalem ibi. *Ad illud vero, quod dixerunt alij quod* 70

Alexan.

Quid ſenſerint antiqui Scolaſtici.

Digitized by Google

quod de voluntate conditionali eſſet intelligendum, non de voluntate abſoluta, dicendum, quod ſic poteſt dici: & poſt pauca excludens paruulos, quia eorum ſalus non pendet ab operatione libera, ait conditionem illam non eſſe, *ſi ipſi volunt* ſed ita debere apponi *vult omnes homines ſaluos fieri in quantum in ſe eſt.*

Bonau.

Bonauentura vbi allegatur ab aduerſario, reuerenter refert Auguſtinum: at addit *ſed Damaſcenus facit vim in modo volendi, diſtinguit enim in Deo voluntatem antecedentem, & voluntatem conſequentem.* Deinde affirmat Deũ velle omnium ſalutem quantum eſt in ſe, & antecedenter, & licet id declaret per ordinabilitatem ad ſalutem, tum ratione naturæ, tum ratione gratiæ, tum ratione Chriſti Redemptoris, tum denique ratione legum, & mandatorum; non tamen excludit a ratione obiecti eius voluntatis gloriam ipſam, quę eſt finis horum mediorum: ſed tantum ſibi vult non omnibus eam voluiſſe voluntate efficaci.

Scot.

Nec Scotus ſuffragatur: nam in ea quæſtione vnica ſic ait. *Quod licet illud dictum Apoſtoli poſſet exponi de diſtributione accommoda pro omnibus; qui ſalui fient: tamen multo melius poſſet exponi de voluntate antecedente ſic, id eſt vult omnes homines ſaluare, & ſaluos fieri quantum ſcilicet eſt ex parte ſui, & voluntate ſua antecedente.* Et licet id poſtea referat ad media ſalutis, non tamen excludit intentionem inefficacem finis, ſed tantum efficacem.

Maior. Marſilius, Driedo. P. Valen. Damaſ. S.Thom.

Eadem eſt mens Maioris, Marſilij, & Driedonis. P. Valentia probat horum Doctorum expoſitionem: ait vero non repudiare priores, quarum prima eſt Damaſceni, & ſecunda S. Thomæ in hoc art. 6. qui plane fatentur voluntatem illam generalem Dei terminari ad gloriam in ſe. Deinde addit quæſtionem hanc, nimirum, an voluntas, qua vult Deus omnes homines ſaluos fieri, ſit appellanda antecedens, an ſigni, eſſe de nomine: & merito: quoniam quomodocumque explicetur non excluditur terminatio eius ad ipſam gloriam. Demum S. Thom. in locum Pauli lectione 1. hanc voluntatem explicat exemplo mercatoris volentis conſeruare merces voluntate antecedente, nolentis vero cum periculo ſubmerſionis: ergo ſicut in eo euentu voluntas mercatoris ex animo exoptat mercium conſeruationem; ita Deus ſalutem hominum ex mente S. Thomæ.

S.Thom. *S.Thom. a nobis eſt.*

Hæc cum ita ſint, expendat lector an contraria ſententia noſtram ſuperet authorum numero, & grauitate: quippe, noſtra eſt conſentanea menti Pauli, non oppoſita. Eſt omnium Patrum Græcorum, & grauiſsimorum latinorum, non oppoſita: & licet Auguſtinus ad ſuas expoſitiones mentem Pauli torſiſſe videatur, at abſolute non refragatur, imo ſuffragatur. Idem dico de Patribus aſſeclis Auguſtini. Noſtra eſt doctiorum Scholaſticorum, quos retuli num. 53. non oppoſita, & pauci, qui allegantur, vt minimum fide dubia, vt dictum eſt.

Nec ratio adducta maioris momenti eſt, 71
eius enodatio depromenda eſt ex dictis num. 60. & ſequentibus. Minor primi ſyllogiſmi neganda eſt. Ad probationem: concedimus, voluntatem illam beneplaciti non reſpicere ſalutem omnium hominum, vt mere poſsibilem; ſed vt aliqua ratione futuram ex medio in re producto ex intentione eius finis, in quo aduertendum eſt, illam gloriam denominari libere volitam: volitam quidem a volitione intrinſeca Deo: libere ab exercitio libertatis quod habet in productione medij. Contra hanc doctrinam nullum habent momentum redargutiones, quas adhibuit ſolutionibus a ſe excogitatis.

Caput. 4. *Defenſio ordinis intentionis, & executionis ſecundum noſtra principia.*

72 *Sententia negans hos ordines.*

ALIA reſtat nobis controuerſia, cum hoc eodem Magiſtro, & cũ alio, de quo etiam feci mentionem diſp. 16. cap. 9. num. 63. erga ordines intentionis, & executionis: quoniam ille exiſtimat inferri ex ſententia noſtra, explicante libertatem Dei per extrinſeca complementa, ordines intentionis & executionis à mente diuina remouendos eſſe, atque tantum eſſe aſsignanda inſtantia in Dei voluntate, ſecundum ordinem executionis. Allegat pro hac ſententia P. Molinam 1. p q. 23. art. 1. & 2. diſp. 2. §. verum autem. Verum mentem P. Molinæ explicabo & diſcutiam in eo loco diſp. noſtrã 23. capit 2. Deinde allegat P. Valentiam tom. 4. diſp. 1, generali §. quod autem.

P. Molin. P. Valen.

Et probat hac ratione: quia volitio libera eſt tantum eſſentia Dei cum termino: ergo ordo actuum diuinorum aſsignari tantum poteſt ſecundum cauſalitatem obiectorum: ergo cum cauſalitas obiectorum in ſola executione exiſtat, tantum erit ordo executionis in volitione diuina.

Confirmatur: quia nos ideo incipimus ab intentione finis, & poſtea conſultamus de medio

Digitized by Google

dio propinquo, & poſtea de alio, & alio, vſque ad remotius, quia ſucceſsiue & ignoràter procedimus. Quod ſi Deus nobis reuelaret in quacũque ſerie, quæcũque eſſent nobis euentura, nõ prius intenderemus finem; ſed poſita ſcientia immediate mandaremus executioni primum mediũ, & poſtea cætera vrgeremus, vſque ad finis conſecutionem.

73 *Alia moderni ſententia.* Alter vero modern' aduerſã ingreditur viã, defendẽs ordines intentionis, & executionis in mẽte Dei, nõ per duas volũtates efficaces circa eundẽ finẽ; aliã intẽtionis, aliã executionis: has enim iudicat impoſsibiles; ſed per vnã ſimplicis cõplacẽtiæ, nimirũ intẽtionis, aliã vero efficacẽ executionis. Ait vero priorẽ volũtatẽ terminari ad ſubſtãtiã ſingularẽ finis ſecundũ ſe, eamque reſpicere, vt obiectũ & effectũ, non immediatũ, ſed mediatũ, quatenus veluti imperat electionẽ efficacẽ mediorũ: pro illo vero priori intẽtionis, ait, nõ eſſe determinatam hanc, aut illã cauſam; hanc, aut illã actionẽ, per quã finis producendus eſt: eam vero determinationẽ ſpectare ad ordinem executionis.

74 *Sententia authoris.* Neutra harũ ſententiarum mihi probatur: & præter eã modo magnã eſſe controuerſiã erga hos ordines, inter P. Suarez ex vna parte, & P. Vazquez ex alia; erga prædefinitionem gloriæ prædeſtinatorum, an in collatione eius præmij in prouidẽtia diuina hi ordines interceſſerint, an nõ? an repugnẽt, an nõ? Lege ſi placet P. Suarez to. 1. in 3. p. diſp. 5. ſect. 1. & diſp. 10. ſect. 4. & lib. 3. de auxilijs cap. 19. num. 4. & 1. p. lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis cap. 14. Et P. Vazquez diſp. 89. cap. 7. & 11. & to. 1. in 3. p. diſp. 23. cap. 11. De qua re nos noſtrã pronunciabimus ſentẽtiã trac. de prædeſtina. diſp. 3. cap. 11. quoniã reſolutio pẽdet ex propria eius rei materia; modo vero in genere de ea diſſerimus, vt cõplectitur finẽ ex cauſis naturalibus aſſequendũ, & finẽ ex cauſis liberis; & ſolũ diſquirimus, an ne ex modo quẽ elegimus explicãdi libertatẽ diuinã, cõſequens fiat, hos ordines circumſcribendos eſſe, quia pugnat cum libertate. *P. Suar. P. Vazq.*

75 *1. Con. Non pugnat ordo intentionis & executionis cũ noſtris principijs de diuina libertate.* Aſſero ergo primò, ordinẽ intentionis, & executionis non pugnare cũ diuina libertate, vt eſt à nobis explicata. Hæc aſſertio infertur & probatur ex dictis cap. 3. num. 60. & ſequẽtibus: quoniã optime poteſt Deus operari aliquod mediũ immediatè, ex præintentione finis, ita vt finis per intentionẽ denominetur volitus, nõ vero effectus, nihilominus intẽtio habeat exercitiũ libertatis, quia Deus per illã ſe applicuit ad productionẽ medij, ex quã incipit finis ille eſſe futurus quãtũ eſt ex parte Dei, vt explicui cap. ſuperiori n. 60. & ſequẽtibus.

Poſtea verò cũ finis obtinetur, atque Deus cooperatione ſua illũ producit in executione, etiã eſt libere volitus per diſtinctũ decretũ, vt cõſtat: ergo circa eundẽ finẽ verſari poteſt duplex decretũ liberũ: alterũ prius in ordine intẽtionis; alterũ poſterius in ordine executionis: dũ tamẽ ea decreta diſtinctos cõtineant effectus, aut cauſalitates. In præſenti vero cõnotare dubiũ nõ eſt: nã decretũ in ordine intẽtionis cõnotat productionẽ primi medij, & remotioris; decretum autem per modum executionis connotat ipſum finem in re poſitum.

Ordo intẽtionis non eſt ſine aliqua variatione. Tantũ ergo in noſtra opinione efficitur, nõ poſſe peragi totũ ordinẽ intẽtionis ſine aliqua variatione in rebus, atque executione; nõ tamẽ fit, ſolũ ordinẽ executionis cõſiſtere poſſe in diuina mẽte, & prorſus eradicãdũ ordinem intentionis, ſicut cap. ſuperiori num. 58. diximus in noſtra ſentẽtia nõ poſſe admitti actũ liberũ inefficacẽ ſolitariũ, & ſeiunctũ ab omni efficaci; at nõ eſſe remouẽdos omnes affectus inefficaces liberos, ſi cõiungãtur cum inefficacibus: ita in materia huius capitis cõſequẽter ſentimus, ordinem intentionis ſolitarium ſine aliqua executione admitti nõ poſſe: at cõiunctum cũ illa, nõ pugnare cũ noſtris principijs. *Nec ſine ordine aliquo executionis.*

76 *Alenſis. P. Bell. P. Arrub. P. Suar. P. Vazq.* Operepretiũ erit hoc declarare, atque cõfirmare tũ authoritate, tum ratione. Et in primis ex ſcholaſticis hos ordines admittunt Alexãder 1. p. q. 25 ar. 2. in fine. Bellarminus lib. 2. de Gratia & libero arbitrio cap. 14. circa mediũ, P. Petrus Arrubal diſp. 65. num. 20. P. Suarez locis in principio relatis, P. Vazquez 1. p. diſp. 82. cap. 4. cũ hac limitatione quod nõ ponatur præintẽtio efficax finis depẽdẽtis à libero arbitrio, ante præuiſã cooperationẽ ipſius.

Gen. 45. Præterea, id cõſtat ex ſacris litteris: nã Geneſis 45. explicans Ioſeph fratribus ſuis diuinũ conſilium, quo ille adductus fuerat in terram AEgypti ſic ait, *pro ſalute veſtra miſit me in AEgyptũ, vt ſeruemini, & eſcas ad viuẽdũ habere poſsitis.* In his verbis ex duplici fine intẽto à Deo teſtatur, miſſum fuiſſe Ioſephũ: primus, vt fratres reſeruarentur ſuper terrã, hoc eſt, vt poſsint viuere, atque poſteritas, & memoria eorũ cõſeruari: ſecundus, vt eſcas ad viuendũ habere poſsint. Ecce ex duplici præintẽto fine ordine intentionis elegit mediũ, vt tãdẽ ordine executionis eundem aſſequatur. Vnde cap. 50. dixit iterũ *vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonũ, vt exaltaret me, ſicut in præſentiarũ cernitis, & ſaluos faceret multos populos.* In quib' apertè pronũciat, Deũ intendiſſe exaltationẽ Ioſeph, & ſalutem multorũ populorũ, nõ inclinãdo fratres ad impiã Ioſephi venditionem; ſed ea ſuppoſita, mouendo emptores ad emptionẽ iuſtã, & cætera præſtãdo, quæ opus erant, vt Ioſeph conſtitueretur Dominus AEgipti: ergo ordo intentionis negari non poteſt vniuerſaliter, nec eligi opinio ex qua fiat illum negandum eſſe in Deo. *Duplex ille ordo ex 45.*

Secundo idem probo, ex primo Regũ cap. 1. in *Lib. 1. Reg. cap. 1.*

Ee

Digitized by Google

1.in quo Anna ſterilis concepit & peperit filium Samuelem, eo quod multiplicatis precibus illum poſtulauit à Domino. Similiter Lucæ 1.de Ioanne Baptiſta ait, *exaudita eſt deprecatio tua, vxor pariet tibi filium*. In his euentibus, ex præintentione Samuelis Prophetæ, & magni Ioannis Baptiſtæ Deus mouit cor Annę, Eliſabeth, & Zachariæ, vt preces funderent, & poſtularent à Domino filium. Probo hanc conſequentiam: quoniam cum Deus ſpeciali prouidentia producit effectum, ex cauſis ſupra earum naturales vires; & effectus procedens præſtãtiſsimus eſt, intelligere debemus, ipſum fuiſſe à Deo præintentũ. Nam quid alias cauſas extraordinarias excitaret? Aduertendum verò, tunc ſecundum noſtra principia, aliquam ſpecialem variationem in rebus agnoſcendam eſſe, vel in effectu, vel in cauſalitate, ſecundum doctrinam à nobis traditam cap. 2. num. 18. & 19. Quoniam ſi productio medij in ordine ad finem præintentũ procedit ex præintentione finis, & medij electione, habet iam diſtinctũ formale principiũ illa actio, & ab eo ordinẽ intrinſecũ eſſentialẽ accipere poterit.

Luc 1.

77 Ex quo non probo, quod affirmat P. Vazquez diſp. 82. cap. 6. nimirum, ſine connexione rerum inter ſe, non poſſe vnam ad aliã à Deo ordinari: propterea quod ipſe non inuenit variationem ſufficientem in ipſis ad exercitium libertatis diuinæ: quoniam hoc ipſo, quod medium aliquam habeat cõducentiam ad finem, Deus poterit ipſum ordinare nulla variatione facta in medio, & in fine, ſed tantum in cauſalitate, vt dictum eſt. Eadem ratione cũ Deus ad preces Eccleſiæ emittit pluuiã copioſam, & fert frumenti abundantiam, intelligere debemus, ex intentione alimenti præſtandi mouiſſe corda fidelium, atque pluuiam emiſiſſe. Sic etiam, cum Deus ex intentione gloriæ, aut applicat paruulo Sacramentum, aut adulto confert vocationem congruam, agit ſpeciali actione diſtincta ab ea, per quam ab ipſa cooperaretur, niſi illa præintentio præceſsiſſet. Hoc diſcrimine notato, quod in finibus procedentibus ex cauſis naturalibus ordo intentionis efficax poteſt præcedere ad executionẽ: in finibus vero, qui aſſequẽdi ſunt media cooperatione liberi arbitrij præcedere nequaquã poteſt intẽtio efficax ex natura ſua, hoc eſt, actus liber, qui conſtituatur in ratione efficacis, per rationẽ intrinſecã, de qua re fuſe diſputo tract. de prædeſtinatione diſp. 23. cap. 9.

Sine connexione rerum poteſt Deus vnam ad aliam ordinare.

Ordo intẽtionis non eſt efficax antecedenter in effectibus liberis, contra modernos.

78 Non me latet P. Arrubal diſp. 59. cap. 4. 5. & 6. cũ libertatẽ Dei per extrinſeca connotata cõpleri dicat, nihilominus aſſerere, Deũ efficaciter prædefinire poſſe, aut gloriã, aut iuſticationẽ, aut actũ honeſtũ in cauſa, hoc eſt in vocatione cõgrua, ſine præiudicio libertatis; quia ex præſcientia certus eſt, poſita vocatione cõgrua, infallibiliter aſſequendũ eſſe finem, qui pendet à libertatis exercitio. Nihil autem prohibet præfinire efficaciter, quod certo ſcit eſſe futurum.

P. Arrub.

Cæterũ probare non poſſum hoc placitũ: nã aut agit de actu libero efficaci ex natura ſua, hoc eſt, intrinſece conſtituto in ratione efficacis; vel agit de actu libero efficaci extrinſecè ab effectu, ita denominato. Primũ affirmare nõ poteſt in ſuis principijs: quippe qui libertatẽ diuinã cõſtitui, atque cõpleri defendit extrinſeco connotato: ergo non poteſt conſtituere prædefinitionẽ efficacẽ ex naturã ſua, hoc eſt, intrinſece cõſtitutã in ratione efficacis. Mitto cũ hac nõ cõſtare libertatẽ, de quo redibit ſermo in tract. de prædeſtinatione diſp. 23. cap. 9 Si agit de efficaci extrinſeca denominatione, nihil ponit ſpeciale, & ſolo nomine diſcedit à negãtibus prædefinitiones efficaces antecedẽtes, cõparatione effectuũ liberorũ. Probo cõſequens illatũ. Pone ex ſimplici deſiderio glorificãdi, aut iuſtificãdi, aut operis boni Deum conferre gratiã illã congruã, & ex præſcientia infallibili effectus, illud ſimplex deſideriũ efficax eſt denominatione extrinſeca, tũ in ordine ad gratiã congruã, tum in ordine ad opus honeſtũ, & ad iuſtificationẽ, & ad gloriã: ergo dũ ratione vocationis cõgruæ ponit prædefinitionẽ efficacẽ in cauſa, ſola extrinſeca denominatione, nihil ſpeciale dicit cõtra negãtes prædefinitiones efficaces, & ſola voce diſſentit. Mitto intentionẽ gloriæ, ex vocatione cõgrua, nõ poſſe eſſe omnino abſolutã ex natura ſua. quoniã ſicut vocatio ipſa cõgrua cooperatur determinata à volũtate, & nõ determinãs illã, ſub intellecta cõditione comitante, ſi volũtas cooperetur; ita intentio dandi gloriã, per vocationẽ congruã, nõ poteſt ab hac cõditione præſcindere: ergo nõ eſt omnino abſoluta, & efficax prædicta prædefinitio. Nolo plura modo contra hanc ſententiam. Hæc ſufficiat indicaſſe.

Nec etiã me latet, eundẽ P. Arrubal diſp. illa 59. cap. 1. defendere, tot eſſe decreta libera, quot in aliqua differẽtia tẽporis ſunt ad extra effectus depẽdentes à diuina volũtate, nec plura, nec pauciora. Probat: quia in diuina volũtate nullũ poteſt eſſe liberũ decretũ ſine aliquo effectu. Deinde nullus eſt effectus ad extra, qui nõ oriatur à Deo per aliquã cauſalitatẽ propriã talis effectus: ergo tot ſunt decreta libera, quot effectus; & tot effectus, quot decreta libera. 79

P. Arrub.

Nec etiã hoc placere poteſt: quoniã intẽtio, & electio diſtinguntur ratione, ſi non præſcindente, ſaltem per connotata extrinſeca in ordine ad noſtrã intentionẽ; & electionem: at qui diximus ab hac intẽtione, & electione ſpeciali cauſalitate eundẽ effectũ procedere poſſe, qui

Plura ſũt decreta libera quã effectus.

Digitized by Google

qui quidem idem eſſet, & ſi a ſola electione procederet:ergo duo decreta diſtincta ratione non præſcindente complentur in ratione liberi per vnum effectum;ac proinde poſſunt eſſe plura decreta libera, quam effectus. Præterea contingere poteſt inter finem ſic præintentum, & primum medium remotius intercedere alia plura media Deo diſtincte nota, in quo etiam exiſtunt volitiones ipſorum mediorum ratione noſtra diſtinctæ ſaltem, ſufficienter ſecundum noſtrã phraſim, & productionem primi medij remotioris, non tantum procedere ab intentione finis, & ab electione remotioris medij; ſed etiam ab illis alijs volitionibus intermedijs: atque adeo illas quoque exercere ſuam libertatem in illa cauſalitate prioris medij,ſicut eam intercedere diximus finis intentionem,cum tamen ipſum non producat immediate: ergo tunc plura erunt decreta libera:tot videlicet,quot media intercedunt,atque ſunt volita, cũ vno tantũ effectu:ergo dicendum non eſt nec plura,nec pauciora eſſe decreta,quam effectus ad extra.

Denique ita obijcio:poteſt Deus vnum effectum producere ex varijs finibus ſibi propoſitis,tanquam ex motiuis partialibus, vt ſi fecit incarnationem ex motiuo charitatis erga homines,miſericordiæ,æquitatis, iuſtitiæ,gloriæ propriæ, liberalitatis in peccatorum condonatione,& donorum diuinorum elargitione:hæc omnia decreta,ſeu omnes actus harum virtutum intelligũtur eſſe in Deo,atque exercere ſuam libertatem, & tamen vnicus eſt effectus,& vna productus cauſalitate: nam & ſi ea motiua forêt totalia diſtinctis quoque cauſalitatibus, effectus ille producendus eſſet, vt cum cauſæ totales phyſicæ efficientes producerent, vt poſſunt, eundem effectum,at cum partialia ſunt vna indiuidua cauſalitate cooperantur, vt cum duæ cauſæ partiales phyſicæ coeunt in productionem eiuſdẽ effectus: ergo plura ſunt decreta libera cum exercitio libertatis,quam effectus.

Verũ eſt exercitia libertatis plura nõ eſſe, ſed vnico tantum determinari indifferentiam actiuam plurium volitionum ratione noſtra: at cum in ipſo libertatis exercitio, nimirum in cauſalitate,ſit ordo ſibi intrinſecus, atque eſſentialis ad omnes illas volitiones, & nõ tantum ad vnam verum quoque eſt,vnamquamque per eandem actionem ſuã exercere libertatem, atque obiecta,quæ illis reſpondent libere volita in actu ſecundo, ſeu in exercitio denominare.

Ex quo facile diluitur ratio in oppoſitũ ex Patre Arrubal: nã licet nullũ ſit decretũ liberũ,ſine aliqua cauſalitate ad extra:at nõ omnis cauſalitas ab vno tantũ procedit decreto:etenim licet hæc eadem, quæ ab vno tantũ procedit decreto, non poſsit à pluribus procedere; ſed hoc ipſo, quod habeat plura decreta, vt principia formalia ſui, realiter ab hac diſtincta eſſe debeat, aut indiuidualiter, aut ſpecifice ſecundũ qualitatẽ diſtinctionis ipſorũ decretorũ ratione noſtra:at verò ſunt aliæ cauſalitates talis naturæ, quæ petunt procedere a pluribus decretis diſtinctis ratione noſtra, aut diſtinctione indiuiduali,aut ſpecifica ergo tunc plura ſunt decreta quã effectus ſaltim quoad denominationẽ cõparatione obiectorũ, & ſi nõ quoad variationẽ in rebus igitur verũ tãtũ eſt nõ eſſe plures effectus quã decreta:quia ex effectu diſtincto efficaciter probatur decretũ diſtinctũ,nõ tamẽ verũ eſt, vice verſa,non eſſe plura decreta,quã effectus vti explicatum eſt. *Non ſunt plures effectus,quã decreta.*

81 Ex his etiã facile reſpõdetur ad argumenta aduerſarij initio allegati,negantis ordines intentionis,& executionis. Ad primũ do antecedens,& nego cõſequentiá,ratio negandi explicata eſt,ex eo quod executio medij poteſt procedere ab intentione finis, in qua executione ipſa intẽtio habet cauſalitatẽ mediatam in ipſum finẽ,habitũra poſtea immediatã in ordine executionis,vti dixi num.75. ergo verũ nõ eſt cauſalitatem obiectorum in ſola executione conſiſtere. *Reſponſio ad argumenta primæ ſententiæ.*

Ad ſecundũ,cõcedo in nobis regulariter in ordine intẽtionis diſtincto ab ordine executionis intercedere ſucceſsionẽ in conſultationibus,atque varias ignorantias erga mediorum conducentiã:nego vero propter hanc ſolã cauſam eos homines diſtingui debere; nam cum Ariſtoteles 3.Ethicorũ cap.8.dixit *id quod vltimũ eſt in reſolutione, primũ eſſe conſtat in generatione*, & quod S. Thom. 1.2 q 16 ar.4.vbi diſtinguens conſenſum,& electionẽ,ab vſu dixit:conſenſum & electionem pertinere ad cõſultationem, & proficiſci ex affectu bonitatis ad finẽ,nos docuerunt finẽ exigere prius amari:quippe qui eſt, cuius gratia cetera amãtur. Vnde licet à Deo acciperemus reuelationem, tum euentuum, tum conducentiæ mediorum in ſerie proſecutionis alicuius finis,nihilominus voluntas incipere deberet, iuxta rerum exigentiam ab amore finis, deinde progredi ad electionem medij proximioris, vſque ad remotius,ex qua electione ordine executionis inciperet vſus,ſeu applicatio potentiç executiuæ hic & nunc: ergo in nobis non ex ſola mediorum ignoratione diſtinguuntur hi ordines, ſed ex rerum exigentia. In Deo verò, in quo non ſunt actus eliciti liberi non poteſt eſſe ordo intentionis, ſine aliqua executione determinati medij, propter neceſſariam variationem in rebus pro diuinæ libertatis exercitio, vt notaui num. 75. & aliquando *Ariſtoteles S.Tho. Finis petit amari propter ſe.*

Ee 2 magis

Digitized by Google

magis explico num ſequenti contra alterum magiſtrum diſputans, de quo feci mentionem in principio capitis num. 73.

S. Tho. Impugnatio ſecundæ ſententiæ.

82 Contra quem objiciò in primis S. Thomam in hoc ar. 5. in illis verbis; *vult ergo hoc eſſe propter hoc, ſed nõ propter hoc, vult hoc.* In quibus, vt dixi in notatiuncula ad articulum plane negat aliquem actum diuinæ voluntatis pẽdere tanquã à cauſa ab alio priori, atque adeo electionem, veluti imperari ab intentione. Et merito, quia omnis depẽdentia à Deo remouenda eſt etiã ratione noſtra propterea quod in ſuo conceptu eſſentiali implicat imperfectionẽ: licet ergo dici poſsit media eſſe propter finem, nõ tamen electionem diuinam eſſe effectum intentionis.

Electio in Deo nõ eſt ab intentione vt à cauſa.

Præterea modus ille explicandi ordinẽ intentionis, & executionis pugnat cum noſtris principijs de diuina libertate: etenim, cum ait intentionem terminari ad ſubſtantiã ſingularẽ finis ſecundũ ſe abſtractè ab exiſtentia, & pro illo priori non præintelligi electionẽ determinati medij, iam conſtituit in Deo actum liberum ſine aliqua variatione in rebus: nã pro illo priori eſt intentio perfecta, & nulla variatio: quia non eſt electũ mediũ determinatum: ergo eſt actus liber ſine noua exiſtentia: nam mediũ indeterminatũ exiſtere non poteſt: ergo hæc ſententia pugnat cũ noſtris principijs. Non inficior, cum inter finẽ, & primũ medium intercedunt plura intermedia, vel æqualia, vel inæqualia in conducentia, quibus, aut finis poterit conſequi, aut etiã Deus nouit conſequendum, ſi adhibeantur, poſſe quidẽ voluntatẽ diuinam poſt intentionẽ finis, & electionẽ primi medij intelligi non determinatã ad media intermedia, ſed tantũ ſibi proponentẽ per ſcientiã varia intermedia, & indifferentẽ ad electionẽ, quoad exercitium huius, aut illius determinate; imo addo, cum primum medium in executione eſt cauſa ſecundi, & ſecundum tertii, & tertium quarti; ſimilẽ quoque ordinẽ prioris, & poſterioris in diuinis decretis quoad terminationẽ debere conſtitui, vt explico cap. ſequẽti: at ordo is nõ poteſt ſeruari inter intentionẽ, & electionẽ alicuius medij determinate; propterea quod per eandẽ cauſalitatẽ exercẽt ſuã libertatẽ illa duo decreta, vt ſæpe dixi.

Contra dicta hoc cap. & præcedentibus formo hoc argumentũ. Sumo aliquẽ hominẽ ex poſsibilibus nunquã producendũ, atque Deũ voluiſſe illũ non producere, ex diuerſis motiuis. verbi gratia ne peccaret, ne cruciaret, ne exiſteret Eccleſiæ aduerſarius, tunc intelligimus Deũ exercere hos actus liberos, cum ſola vnica mutatione in rebus, nimirũ carẽtia eius hominis à volitione nõ creandi manãte: ergo nõ eſt neceſſaria variatio in rebus, ad exercitiũ libertatis diuinæ. Hoc propono argumentum, quia à quibuſdã magni fit. Verũ ſolutio facilis eſt, & petẽda ex his, quæ dixi, excutiens doctrinã P. Arrubal num. 79 erga numerũ decretorũ, ſecundũ numerũ effectorũ: nã quem admodũ, ſi Deus vellet hominẽ illũ producere propter oppoſitos fines, vt honeſte viueret, vt bearet, vt Eccleſiã Dei tutaretur, poſſet quidẽ moueri propter eas rationes, tanquã propter cauſas adæquatas, aut propter cauſas partiales: ſi propter cauſas adęquatas, tot eſſent actiones multiplicandæ in productione eius, quot cauſæ ſunt: ſi propter cauſas partiales, vna actione produceretur: ac diſtincta, vel ſpecie, vel numero ab omnibus alijs, quibus Deus producere poſſet eundẽ hominẽ ex alijs motiuis: ita cum vult non producere ex motiuis propoſitis, ſi motiua ſunt cauſæ adæquatæ nõ producendi, inducunt in rebus, nõ ſolũ carentiã eius hominis, ſed etiã diuerſarũ cauſalitatũ: ſi vero ſunt cauſæ partiales nõ producendi, inducunt, non tantũ carentiã eius hominis; ſed etiã carentiã cuiuſdã cauſalitatis ſpecialis, & diſtinctæ à cæteris, vt explicatũ eſt. Sed objicies, hæ carentiæ exiſtebant ſuo modo ante determinationẽ liberã non producendi eum hominẽ; ergo non eſt in rebus noua variatio propter ipſas, ſufficiens ad nouum exercitiũ libertatis Dei. Reſpõdeo in ijs carẽtijs, & negationibus, duplicẽ modũ exiſtendi reperiri, primũ, quem ipſa ex ſe habent independenter à diuina volitione, nam cum poſitiuè non exiſtãt, nulla in Deo volitio neceſſaria eſt, vt ſuo modo ſint. Vnde ſi per impoſsibile nec eſſet, nec eſſe poſſet volitio in Deo, eſſent quidem carentiæ, & negationes rerũ: ſecundũ modũ exiſtẽdi, quẽ habẽt ex directa prouidẽtia Dei, vt in caſu propoſito, is eſt nouus modus exiſtẽdi in tẽpore harũ negationũ, ille erat ex æternitate, & is connotatur per nouũ exercitium libertatis diuinæ.

83 *Argumentũ à productione aut non productione rei ob varios fines.*

Solutio aſsignãs variationem ſufficientẽ in rebus. P. Arrub.

Vide dicta tractatu 4. diſp. 41. num. 10.

Caput 5. Explicatur ordo liberorum decretorum Dei ſecundum noſtra principia.

In volitione diuina in ſe nullus eſt ordo prioris, & poſterioris.

84 TAMETSI volitio diuina in ſe abſoluta ſit, ab omni ordine cauſalitatis prioris, & poſterioris, quippe quæ ſimpliciſsima eſt, nec aliqua ratio ipſi intrinſeca ab alia priori pendere poſsit. In quo ſenſu Doctores nominales; vt Gabriel in 3. diſt. 2. q. 1. dub. 3. & Occamus in 1. diſt. 9. q. 3. hæc ſigna in Deo negarunt: nihilominus tamen, ſecundum terminationem ad creaturas aut, vt expli-

Gabriel Occamus.

Secundum terminationem eſt ordo realis

explicatius dicam, ſecundum productionem earum, negari non poteſt eſſe in diuinis decretis ordinem cauſalitatis: qui ordo, ſi in rigore agendum eſt, non tantum eſt rationis noſtræ, ſed etiam realis: nam cum libera decreta Dei in ratione liberorum compleantur ipſis creaturis, vt inter creaturas eſt realis ordo cauſalitatis; ita etiam inter hæc decreta ſic ſumpta. Dixi non tantum eſſe rationis, quia cum creaturæ proficiſcantur à volitione illa libera Dei ex fundamento dependētiæ in creaturis, mens noſtra transfert ad ipſa decreta in ſe quendam ordinem rationis, defæcatum quidem a dependentia, retinentem tamen prioritatem, & poſterioritatem, ſeu præſuppoſitionem vnius volitionis ad aliam, vt etiam dicimus, volitionem totam eſſe poſteriorem intellectione, vel etiam ipſam volitionem, vt reſpicit creaturas, eſſe poſteriorem alia, quaſi parte ſui, vt reſpicit Deum.

Etiam eſt aliquis ordo rationis.

85 S. Tho. Caiet. P. Suar. P.Vazq. P. Valen. P.Arrub. Auguſt. *Eſſe aliquē ordinē eſt cōcors Theologorum ſententia.*

Hoc ſic explicato, eſſe aliquem ordinem in diuinis decretis, eſt concors ſententia Theologorum ex S.Thoma 1.p.q.23.ar.4.& 1.2.q.110.ar.1.& 3.p.q.1.ar.3. in his locis commentatores ipſum ſequuntur, vide Caietanum 3.p.q.1.ar.3. & ibi Franciſcum Suarez, & varijs locis ſuorum operum P. Vazquez diſp. 82. & alibi ſæpe P. Valentiam 1.p.diſp.1.q.19.puncto 5.§.ex his aſſertionibus P. Arrubal diſp.59. cap.1. mitto alios. Hij omnes probāt hunc ordinem ex Auguſtino lib. 1. ad Simplicianum q.2. vbi ait, æternam electionem prædeſtinati eſſe ex propoſito vocandi congruè gratuito, propter merita, ex quo efficitur, electionem efficacem conferentem gloriam eſſe poſteriorem propoſito vocandi congrue, & conferente merita, & iuſtificandi, & donandi perſeuerantiam finalem; ſicut & voluntas puniendi in damnato eſt poſt decretum conferendi ſufficientia auxilia, atque concurrendi ad peccata concurſu primæ cauſæ. In tractatu de prædeſtinatione producemus plurima in confirmationem huius ſententiæ, quæ in ſe perſpicua eſt, & tam neceſſaria in Theologia, vt vix in ea gradum facere poſſimus, ſine hac doctrina.

86 P.Vazq. Scotus. *Sententia Scoti erga hos ordines.* Caiet. *Sententia Caiet.* P.Vazq.

P. Vazquez diſp. illa 82. cap.4. refert ſententiam Scoti in 3.diſt.7. q. 3. & diſt. 19. q.1. ſumentis ordinem decretorum inſtar humanæ conſultationis ordinatæ eligentis. Primum finem; deinde medium propinquius: at per medium propinquius intelligit, quod eſt dignitate præſtantius. Ex quo deducit Deū poſt amorē ſui elegiſſe verbi incarnationem. Deinde refert ſententiā Caietani 3.p.q.1.ar.3. diſtinguētis tres ordines in diuinis decretis. Primū naturæ: ſecundū gratiæ: tertiū vnionis hypoſtaticæ. Modo his ſententijs duco parcendum: quoniā ſatis refutantur à P. Vazquez in loco allegato: & quoniā deſcendunt ad ſpeciales materias, è quibus depromenda eſt efficax confutatio, ſecundum principia Theologizandi, quæ in ei ſuſcipiuntur.

Ceterum, moderni quidam ex familia Dominicana, nuper poſt relatas has ſententias, & tranſcriptas refutationes ex P. Vazquez in ipſum acriter inuehunt, cēſentes ſententiam P. Vazquez, & omnino falſam eſſe, & ſibi contrariam: ſentētia vero, quā ſibi elegit P. Vazquez, in cap.6. ſic ſe habet. Negat, poſſe aſsignare ordinē inſtantiū ex ſolo nutu diuinæ voluntatis; ſed conſiderandum eſſe ordinem cauſalitatis, quē in ſe habent obiecta ex parte ſui, & eundē ex parte diuinæ conſultationis conſtituendū eſſe, ſecundum inſtantia prioris, & poſterioris, ita vt ſi in re obiecta nō habent ordinē, neque illum habeant in diuina conſultatione. 87 P.Vazq. *Sententia P.Vazq.*

Contra hanc ſententiā præfati recentiores inſurgunt primo: quia contingit inter duas res eſſe proportionem, vt poſsit vna eſſe propter aliam, non tamen Deus voluerit illas ſic inter ſe ordinare: ergo ordo prioris, & poſterioris in diuinis decretis non debet deſumi ex ordine rerū inter ſe. Antecedens probant, quia licet opera ex gratia facta, & gloria habeant proportionē, poſſet vtraque exiſtere ſine dependentia vnius ab altera, vt de ſe conſtat: ergo. Deinde cōfirmant: quoniā exiſtentia Petri, & Pauli, Apoſtolorū cum prædicatione Euangelij proportionē habent, cū plurium hominum iuſtificatione: at nemo dicat à Deo creatos eſſe apoſtolos ex fine iuſtificationis cuiuſuis hominis: ergo proportio in rebus nō eſt ſufficiēs ad digerenda diuina inſtantia, ſecundum illam. *Vt a quib⁹dam impugnetur.*

Secundo inſurgunt: quia proportio, quæ eſt in rebus nō inducit in Deo neceſsitatē ordinādi illa, ſecundū proportionē: ergo non ex rerū proportione, ſed aliunde deſumēdus eſt ordo ſignorū rationis in decretis Dei: nimirū ex diuina voluntate prolibito ordinante hoc, aut illo modo res creatas, ſiue inter ſe proportionem habeant, ſiue non.

88 *Impugnator non penetrat mētem Vazq.* *Nonprobatur ab authore ſententia P. Vazq.*

Libenter parco aculeis verborū iſtius Magiſtri: nō poſſum autē nō pronunciare, ex non penetrata ſententia P. Vazquez, & refutationē, & verba fluxiſſe. Ego de hac ſententia feci mentionē num.77. & nō probaui ipſam, quatenus Vazquez aſſeruit ſine connexione rerū inter ſe, nō poſſe vnā ad aliā à Deo ordinari: propterea, quod exiſtimo, inter res ex natura ſua nō connexas poſſe eſſe ex volūtate diuina dependentiā in cauſalitate, dummodo nō repugnet, ea ſic pēdere, licet nō petāt pendere, vt cū cōceditur filius à Deo, propter iuſti preces: filius quidē nō petit ex natura ſua pēdere in ſuo eſſe à precibus; nō repugnat tamē pendere ex diuina ordinatione. Animaduerti vero, tunc ſpe-

Digitized by Google

cialem cauſalitatem ponendam eſſe, quatenus Deus concurrit ad filij eius generationem, ex complacentia in precibus volens remunerare merito iuſti. Quod vero recentior ille ſapientiſsimi P. Vazq. mentem non attigerit, ex eo conſtat, quia duo continet eius ſententia. Primum, vbi non eſt connexio dependentiæ inter obiecta, ibi non eſſe inſtantia rationis in diuina conſultatione. Secundum, vbi eſt talis

Explanata mens P. Vazq. proportio, vt ex ea colligere liceat cauſalitas, ſeu dependentia, ex ipſa etiam deſumi debere ordinem decretorum diuinorum: vtrumque horum euidentiſsimum eſt in principijs P. Vazquez, qui decreta libera compleri tuetur per creata connotata. Quo fit cum ea inter ſe nullum ſeruant ordinem dependentiæ decreta etiam, vt comparantur ad illa nullum ſeruare ordinem inter ſe. Exempli gratia compara formicam cum Angelo, quia ea inter ſe diſparate ſe habent, ita decreta, quibus producta ſunt: quod ſi compares ſolem cum lumine: & naturam cum proprietatibus, quia illa ſunt priora cauſalitate ijs: ita decreta, quibus illa producta ſunt, ſunt priora decretis, quibus hæc: at non affirmat, quamcumque proportionem inter res ſufficientem eſſe ad digerenda diuina decreta, cum non adeſt cauſalitas inter ipſas.

89 *Quando ex proportione rerũ colligatur ordo in decretis.* Quod ſi petas, quando ne ex proportione rerum ſit colligenda cauſalitas, & ex ea ordo decretorum? Reſpondeo, ſuppoſita proportione, ſeu non repugnantia in dependentia inter res, tunc colligendam eſſe cauſalitatem, & ordinem in decretis diuinæ prouidentiæ, cum eam habemus, aut reuelatam a Deo, aut a Patribus traditam, aut ratione veroſimili inducimur. Exempla ſunt in noſtris honeſtis operibus, ex gratia, & gloria, quam adultis propoſitam eſſe, vt coronam & brauium accepimus ex diuinis litteris, ex quo cum beantur adulti, optime colligimus inter decreta, quibus bona ediderunt opera, & decretum conferens gloriam, ordinem eſſe. Itẽ accepimus ex diuinis litteris Chriſtum Dominum eſſe, veluti primam cauſam moralem omnis gratiæ poſt primi hominis lapſum. Cum igitur hominibus gratiæ conferuntur in tempore, optime colligimus, decretum meritorum Chriſti præceſsiſſe ratione decretum conferens gratias. Pariter ex reuelatione accepimus, Sacramenta a Chriſto Domino inſtituta, eſſe cauſas inſtrumentarias gratiæ iuſtificantis, aut phyſicas, aut morales: ex quo optime colligimus, decretum cooperans in Sacramenti confectionem legitimam eſſe prius aliqua ratione decreto producente gratiam ſanctificantem: licet hæc non petat produci a ſignis corporeis, quia tamen non repugnat produci, &c. Denique cũ plures iuſti preces fundunt ad Deum pro pluuia, & Deus illam emittit congrue iudicamus, inter pluuiam, & preces ſingulorum hominum ordinem fuiſſe cauſalitatis; licet de facto Deus ſolũ annuerit precibus ſingularis hominis præſtantis Sanctitate, quod nobis ignotum, ſolum id licet affirmare inter preces, quibus annuit, & pluuiam, eſſe ordinem cauſalitatis, ac per conſequens ordinem in decretis.

Hinc fit, obiecta non eſſe ad rem; cum fingant ſibi aduerſarium. Ad primum concedendum eſt, non repugnare eſſe proportionem inter aliqua ſine ordine cauſalitatis inter illa, atque adeo ſine ordine in decretis: quoniam hęc proportio, vt ſic indifferens eſt, & præſcindit a cauſalitate, & non cauſalitate: cum vero ex proportione colligitur cauſalitas aliquo fundamento ex his, quæ modo dicebamus: & id tantum aſſeruit P. Vazq. & quidem non obſcure, ſi animus impugnatoris auida impugnandi libidine, non præoccuparetur. 90 *Reſponſio ad obiecta in P. Vazq.*

Ad ſecundum, pariter concedo proportionem rerum non inducere neceſsitatem ea vtendi. Sed quis hoc dixit? at fundamentum eſt, vt pro libito prouiſor, ea vti poſsit; vti diximus: nec enim vbi nulla eſt, aut naturalis, aut obedientialis proportio, ſed implicantia, vt hæc res ab illa pendeat, poteſt per extrinſecum ordinem ad nutum voluntatis Dei hæc ab alia pendere, & hęc eſt mens P. Vazquez, nec ex ea ordinatione poterunt inſtantia in diuinis decretis digeri. Hactenus de hoc moderno.

Denique, vt tradam regulam vniuerſalem pro diiudicando ordine decretorum diuinorum, obſeruo, aut fieri poſſe comparationem ſubiecti cum forma, aut cauſæ efficientis phyſicæ cum effectu, ſiue cauſa naturalis ſit, ſiue libera, aut cauſæ moralis cum effectu, aut denique diſpoſitionis cum forma, ad quam diſponit, vt in ſubiecto. Dico primo, ſecundum ordinem executionis in his omnibus ea, quę ſunt cauſæ prius decreta eſſe, quam ea, quę ſunt effectus. Hęc concluſio ſatis conſtat ex dictis in hoc cap. 91 *Secundum ordinẽ executionis decretũ cauſæ, prius decreto effectus.*

Dico ſecundo: ſecundum ordinem intentionis in his omnibus ſimul cauſalitate eſſe poſſunt effectus, & cauſa: licet intentio, vt vult effectũ, qui eſt finis, ſit prior ratione noſtra volitione cauſæ, quæ habet rationem medij, prior inquam ratione ſumpto fundamento extrinſeco a creatis intentionibus, & electionibus. Hæc etiam concluſio conſtat ex dictis capit 4. at pro maiori eius declaratione obſeruandum eſt, totum compoſitum, quod coaleſcit ex fine *cuius gratia*, & ex fine *cui*, nimirũ ex forma, & ſubiecto, eſſe poſſe finem integrũ a Deo *Secundum ordinem intentionis effectus & cauſa ſimul eſſe poſſũt*

Digitized by Google

à Deo intentum, & ex ipſo moueri ad productionem ſubiecti: verbi gratia, ex intentione producendi compoſitum ex Petro, & gloria, poteſt Deus ſe applicare ad producendum Petrum. Item ex intentione producendi hominem, poteſt Deus ſe applicare ad producendas diſpoſitiones in materia: item ex intentione producendi Petrum ſanum, poteſt ſe applicare ad producendam, & applicandam virtutem ſanandi. Dico ergo, tunc, cum Deus ita ſe gerit, intentionem, & electionem non habere inter ſe ordinem cauſalitatis: quia vna indiuiſibili cauſalitate exercent libertatem, vt dixi num. 79. & 80. Obſerua denique, cũ effectus liber eſt, aut pendet à libertate, vt cum præfinit actum bonum, aut gloriam, tunc eam intentionem finis non poſſe eſſe efficacẽ ex natura ſua intrinſeca, vt demonſtro tract. de prædeſtinatione diſp. 23. cap. 9. Poſſe vero eſſe extrinſeca denominatione, deſumpta ab ipſo effectu: cum vero finis eſt effectus cauſæ naturalis, poterit præfiniri præintentione efficaci ex natura ſua in ſententia, quæ conſtituit libertatem Dei omni ex parte intrinſecam: nam in effectu libero pugnat cum libertate illud tale decretum: in neceſſario verò non habent locum hæc repugnantia; & hoc tantum conſtituo diſcrimen inter effectum Phyſicum comparatum cum cauſa phyſica naturali, & inter effectum moralem comparatũ cum cauſa morali; nullum vero in hac parte inter hunc, & effectum phyſicum liberum cõparatum cum cauſa phyſica libera, vt inter vocationem congruam, & actum pium.

DISPVTATIO DECIMA OCTAVA.

QVO MODO AMET POSSIBILIA Deus, atque creaturas propter ſe, & propter ipſas & de diuinis virtutibus moralibus.

Diſtincta quinque Capitibus.

In 1. De amore poſsibilium.

In 2, Deus amat creaturas propter ſe, & propter ipſas.

In 3. Rei difficultas.

In 4. Reijciuntur varij modis ſatisfaciendi.

In 5. Vera ſatisfactio.

Erga eoſdem Articulos 5. & 6.

Caput I. de amore poſsibilium

1 S. Tho. PRIMA ſententia negat Deum habere actum aliquem erga poſſibilia, citatur pro ea S. Thom. art. 3. ad 6. & art. 6. ad 2. vbi ait Deum non poſſe velle bonũ niſi in quantum hoc habet aliquam exiſtentiam, ſic dicens, *actus autem appetiuæ potentia eſt ordinatus ad res ſecundum, quod in ſe ipſis ſunt: & ideo Deus cognoſcit omne verum; non tamen amat omne bonum.* Ex his verbis fit ex mente S. Th. plus ſe extendere ſcientiam, quam volitionem Dei: ergo cum Deus omnia *Prima ſententia negãs, & fundamẽta.*

Digitized by Google

omnia, quæ exiſtunt, velit aliqua ratione, eius mens eſt, non velle poſsibilia, licet ſcientia cognoſcat: refertur etiam lib. 1. contra gentes cap. 81. & ibi Ferrarienſis. Alexander 1. p. q. 34. mēbro 4. Bonauentura in primo diſt. 45. art. 1. q. 2.

Ferrar. Alexan. bonauen.

Authores hi varijs mouentur fundamentis: alij enim mouentur ex eo, quod in creaturis poſsibilibus, vt ſic nulla eſt ratio boni: quippe, quæ in eo ſtatu non ſunt aliquid, ſed nihil.

Alij ſecundo probant hac ratione: quia nec eſſe poteſt actus liber Dei, nec neceſſarius erga poſsibilia: ergo nullus eſt. Non eſſe actū liberum conſtat, maxime ſecundū noſtra principia: quia actus liber vltra volitionem intrinſecam, Deo addit mutationem in creatura, vt conſtat ex dictis diſp. 16. cap. 10. ſed erga poſsibilia ſecūdum eum ſtatum nulla eſt mutatio, niſi extrahantur ex poſsibilitate ad ſtatum exiſtentiæ: ergo non poteſt Deus verſari actu libero erga poſsibilia. Non eſſe neceſſarium probatur: quia non habent bonitatem creaturæ poſsibiles, quæ neceſsitatē inducere poſsit in facultate appetendi. Primo, quia illæ in ſe bonitatem habent limitatam: at ſolum obiectum infinite bonum vndequaque, cogit appetentem ad amorem ſui, cum clare videtur: ergo in creaturis poſsibilibus. Secundo, quia hac ratione beati intuentes in omnipotentia Dei, aut in proprio genere creaturas poſsibiles, nihilominus liberè eas amant: ergo in bonitate obiectiua ipſarum nō eſt vis inductiua neceſsitatis in amore ipſarū: ergo multo minus volitio diuina neceſſario in ipſas fertur.

2 Secunda opinio concedit propter hæc, Deum non amare poſsibilia amore neceſſario, defendit vero liberè amare. Hanc ſententiā inſinuat Scotus in 3. diſt. 23. q. 1. §. *quod etiam*. Probat, quia amat poſsibilia; quippe quę amabilia ſunt, non amore neceſſario, vt probatum eſt; ergo amore libero.

Secunda ſententia amare libere: Scotus.

Tertia ſententia vice verſa negat amorem liberum, & concedit amorem neceſſarium. Hanc ſequitur Richardus in primo diſt. 45. q. 5. ad vltimum Caiet. 1. p. q. 34. art. 3. reſpondens ad argumenta Scoti defendens, verbum diuinum procedere ex cognitione creaturarum poſsibilium, atque eadem ratione dici poſſe, Spiritum Sanctum procedere ex amore creaturarum vtique poſsibilium. Eandem ſequitur P. Vazquez 1. p. diſp. 79. cap. 2. allegans Carthuſianum pro ea P. Arrubal diſp. 53. cap. 2. P. Fonſeca tom. 3. met. lib. 7. cap. 8. q. 4. ſect. 5. & q. 5. ſect. 4. P. Suar. varijs in locis tetigit hoc punctum, & bene rem tractat 2. to. metaphyſ. diſp. 30. ſect. 16. à num 37. & licet probabile iudicet, nullum eſſe actum Dei erga poſsibilia: at magis propendet in hanc ſententiam: videri etiam poteſt 1. p. lib. 3. de attributis poſitiuis cap. 6. num. 10. & lib. 11. de Trinitate cap. 2. & in Opuſculis relectione de libertate diſ. 1. ſect. 2. & alibi. Nos huic etiam ſubſcribimus; at accuratè declaranda.

Tertia ſententia. Richardus. Caiet. P. Vazq. P. Arrub. P. Fonſeca. P. Suar.

3 Recognoſcēda, quæ diximus tract. de ſciētia Dei diſp. 5. cap. 3. & 4. nimirum ſcientiā Dei poſsibilia, & cognoſcere in ſeipſo, vt in omnipotentia, & in ſeipſis, altera cognitione ratione noſtra independenter ab obiecto primario, nimirum ab omnipotentia. De volitione, vt amat omnipotentiam, dubitari non poteſt, etiā aliqua ratione terminari ad creaturas poſsibiles ſaltem indirectè: nam hoc ipſo, quod Deus diligat ſuam omnipotentiam, non poteſt non diligere creaturas poſsibiles, vt in ipſis relucet perfectio omnipotentiæ, & in quantum earum poſsibilitas neceſſaria eſt, vt terminus ad conſtitutionem omnipotētiæ. Controuerſia ergo propoſita non procedit de amore poſsibilium in omnipotentia ſecūdum hanc rationem: ſed de amore poſsibilium in ſeipſis, vti de ſcientia ſimilē habuimus diſputationem cap. illo 4.

Deus amat poſsibilia in omnipotētia.

4 Deinde recognoſcenda ſunt, quæ diximus cap. 2. eiuſdem diſp. de poſsibilitate, ſeu non repugnantia creaturarum, nimirum ſecundū conceptum entis creati per eſſentialem dependentiam reſpicere, & exigere omnipotētiam, tanquam principium ſui, atque ab ipſa manare creaturas logica emanatione, ac proin de omnipotentiam eſſe priorem prioritate rationis à quo, ipſis creaturis etiam poſsibilibus: quod ſi ipſa diuina volitio eſt etiam ipſa omnipotentia ex parte Dei, ſine diſtinctione rationis præſcindētis, vt ego opinor, licet diuerſa habeant connotata, & ex his diuerſas denominationes. Nam omnipotētia, vt ſic denominat creaturas productas, cum ſe exercet, volitio volitas: ſi, inquam, hoc ita eſt, volitio ipſa in ſe eſt prior ratione, vti dixi, non repugnantia creaturarum: vnde aliqua ratione pendēt ab illa, non vero vt libera eſt: nam ante omne exercitium libertatis diuinæ fluere intelliguntur fluxu logico à volitione diuina, in qua emanatione denominatio volſti neceſſaria, quaſi concomitanter ſe habet, quoniam ſi omnipotētia, & volitio diſtinguerētur realiter, vel ſi volitio non eſſet in Deo, manarēt ab omnipotentia.

Volitio diuina eſt prior ratione creaturis poſsibilibus, vt eſt omnipotentia, concomitanter, vt eſt volitio

Ergo volitio, de qua eſt diſceptatio eſt gaudium, ſeu complacentia, quædam in non repugnantia creaturarum, quę ſequitur ratione noſtra intellectionem. Nam hæc comprehenſiue repræſentat naturas phyſicas rerum omnium

Digitized by Google

nium: item obiectiuas honeſtates non repugnantes: volitio vero, quę ſequitur non vult eas non repugnare: ita, vt per volitionem, vt volitio eſt, ponat non repugnantiam: nam vt dixi volitio ſecundum rationem volitionis, & vt denominat obiecta volita concomitanter ſe habet in ordine ad conferendam non repugnantiam: imo eam haberent, etſi intelligeremus volitionem velle, vt repugnent: nam fluxus ille logicus neceſſarius eſt, atque ineuitabilis, etiam de potentia abſoluta: ergo volitio de qua eſt diſputatio eſt gaudium, quoddam ſupponens non repugnantiam creaturarum, & complacens in eis, & habet ſe, quaſi ſpeculatiue ſimplici quodam affectu, & condelectatione intelligimus afferre lætitiam Deo, ex eo, quod creaturæ ſuæ, atque participationes diuini eſſe, exiſtere poſsint ab ipſo cum phyſica pulchritudine, & perfectione, & cum morali honeſtate.

Poſsibilia bonitatem habent. His notatis, ratio à priori concluſionis depromenda eſt, tum ex horum obiectorum amabilitate, tum ex ſcientia Dei, vt ſe extendit ad poſsibilia in ſe: nam ex ea manifeſte fit creaturas in eo ſtatu habere entitatem ſufficientem, vt terminent in ſe cognitionem Dei. Ex quo efficitur ex parte ipſarum eſſe amabilitatem ſufficientem, vt terminent affectum amoris: nam omne ens, quod verum eſt, bonũ eſt: veritas enim, & bonitas ſunt proprietates tranſcendentales entis, & quæ ſolum diſtinguuntur penes diuerſa connotata: nam veritas entis connotat facultatem intelligendi, bonitas appetendi. Quod ſi in ſe amabilia ſunt, nulla reddi poterit ratio, quare non amentur à volitione Dei; imo id neceſſarium videtur, vt namque intellectio ex ſeipſa, qua ſcientia infinita eſt, eſt cognitio actualis omnium ſcibilium, hoc ipſo, quod obiecta ſcibilia ſint: ita volitio, qua infinita eſt in ratione volitionis eſt volitio actualis omnium amabilium, & odium omnium odibilium, hoc ipſo, quod illa amore, & hæc odio digna ſint: & vt ſcietia Dei abſque vlla imperfectione in ipſa tendit ad poſsibilia in ſe; ita volitio diuina tendere poteſt. Et cum ſecundum noſtra principia, vt notaui in principio huius capitis, volitio hæc libera eſſe non poſsit, quoad exercitium, manifeſte fiet, eſſe neceſſariam, vt comparatur ad poſsibilia in eo ſtatu.

5 *Reſpõſum quorumdã* Dices, diſcrimen eſſe inter intellectionem, & volitionem: nam omnis actus volũtatis per ſe tendit ad exiſtentiam, & quantum eſt in ſe deſiderat illam communicare, niſi impediatur ab impoſsibilitate exiſtendi, vel à difficultate retardetur: verbi gratia, cum homini de media plebe ſeſe menti offert dignitas regia, licet efficaciter illam non deſideret, inefficaciter tamen poteſt complacere, quæ complacẽtia eſt deſiderium quoddam conditionatum, nimirum, ſi poſsibile eſſet conſequi dignitatem regiam, efficaciter adhiberem media: ita quoque ſe res habet cum pulchritudo virtutis ſeſe menti offert homini, in vitijs nutrito, & aſſueſacto: complaceat quidem in illa, non tamen eam amat efficaciter: quia à difficultate virtutis retardatur: ergo omnis affectus voluntatis, per ſe loquendo, tendit ad dandam exiſtentiam rei amatæ, quantumuis ſimplici complacentia ad eam feratur: ergo cum impoſsibile non ſit Deo quamcumque ex creaturis poſsibilibus producere, nec difficile, ſi haberet ſimplicem complacentiam erga illas, ſimul produceret eas, & cum non producat, ſignum eſt non habere eam ſimplicem complacentiam; ſcientia vero Dei per ſe nõ reſpicit exiſtentiam, vt conſtat.

6 *Reijcitur.* Sed hæc ſolutio, peccat primo in eo, quod non diſtinguit in voluntate, ſimplicem purum affectum ab effectibus formaliter, aut virtualiter efficacibus cum ex natura rei, ille primus ſit, & origo horum: quod vero diſtinguẽdi ſint conſtat ex bonitate obiectiua rerum, quæ eo modo, quo eſt reſpicit potentiam appetẽtem, & petit amorem ſui, ſi obiectum poſsibile in eo ſtatu, præſcindendo ab alijs in ordine ad exiſtentiam, bonum non eſſet, nequiret quidem terminare affectum amoris: at cum ſecundum ſe ſuam habeat bonitatem condiſtinctam ratione à bonitate ſtatus exiſtentiæ, non poteſt non petere ſuum affectum, qui ſiſtat in ea bonitate vt ſic, nec ſe protendat ad dandam rei exiſtentiam. Quod ſi, vt ſic amabile eſt, & amatur à creatura, quin amor ille ſit voluntas efficax exiſtentiæ, aut formaliter, aut virtualiter: quis negat à Creatore quoque amari poſſe abſque vlla imperfectione? an ne fatebimur obiectum voluntatis creatæ latius patere, obiecto voluntatis increatæ etiã in obiectis, in quibus non eſt malitia peccati? quis non videat eſſe abſurdum?

Simplex affectus purus diſtinguitur ab efficaci formaliter, & virtualiter.

Scientia poſsibiliũ eſt ſuo modo principium exiſtentiæ, vt volitio. Secundo, peccat in eo, quod diſtinguere conatur inter obiecta ſcientiæ, & volitionis: quoniam Deus per vtrumque actum concurrit ad conferendam exiſtentiam rebus, vt conſtat: ergo ſicut dicit hæc ſolutio, volitionem per ſe tendere ad conferendam exiſtentiam; ita de intellectione dicere cogitur, atq; adeo negare ſcientiam pure poſsibilium: prorſus ab exiſtentia præſcindentem, nec diſcriminis rationem, quæ ſatisfaciat reddere poterit, cũ vtrumque ſuo modo ſit principium exiſtentiæ, vt dixi: & ſicut ſcientia poſsibilium, vt ſic ſiſtit quaſi in ſpeculatione, nec per ſe petit dare exiſtentiam obiecto cognito; ita volitio per ſimplicem affectum quaſi ſpeculatiue ſe habebit

Digitized by Google

habebit circa eandem rem, nec per ſe petet conferre exiſtentiam: aut ſi hæc non ſiſtit, quare illa ſiſtat?

Tertio peccat, in eo, quod etiam in voluntate ſunt affectus, qui complacent de eſſe rei, quod ſupponitur ad ipſos, & non vltra progrediuntur ad dandam aliud eſſe: nam cum Deus videt hominem iuſtum, gaudet in tali obiecto, quin gaudium illud, vt ſic, ſit deſiderium, aut abſolutum, aut conditionatum incrementi iuſtitiæ, vt conſtat in beatis, de quorum iuſtitia, & beatitudine gaudet Deus; non tamen deſiderat incrementum: ergo pari ratione cum in creaturis poſsibilibus ſupponatur non repugnantia ad exiſtendum, quæ ex ſe ſecundum illum ſtatum amabilis eſt, eſſe poterit in Deo ſimplex affectus de illo eſſe præſuppoſito, condiſtinctus ab omni deſiderio exiſtentiæ efficaci, aut inefficaci.

Quarto peccat, in eo, quod licet verum eſſet, illum ſimplicem affectum per ſe reſpicere exiſtentiam, atque eſſe deſiderium quoddam conditionatum eius, non inde efficeretur, Deũ fore determinandum ex vi illius, ad tribuendam rebus exiſtentiam: nam licet, nec ab impoſsibilitate, nec à difficultate moraretur, poſſet tamen ab ipſa diuina libertate propter fines ſibi propoſitos retardari, vt licet diuina bonitas, atque omnipotentia ex ſeſe inclinentur ad communicandum rebus omnibus exiſtentiam, nec detineantur ab impoſsibilitate, aut difficultate non omnibus eam communicant propter ſubordinationem, quam habent ad diuinam libertatem, & vt voluntas illa generalis omnes ſaluos faciendi, de qua multa diximus diſp. 17. cap. 3. licet ſit deſiderium Dei, re ipſa communicandi exiſtentiam gloriæ, impeditur tamen ſine imperfectione in Deo à libertate creata, non reſpondente vocationibus diuinis; ita quamuis primus ille affectus erga poſsibilia, eſſet per ſe deſideriũ aliquale exiſtentiæ, poſſet tamen ſine imperfectione impediri à diuina libertate decernẽte certum numerum futurorum propter ſubordinationem ad ipſam. Quocirca dicendum eſt, volitionem illam neceſſariam eſſe, & per modũ ſimplicis complacentiæ, gaudere de impoſsibilibus præſcindẽdo ab omni exiſtentia.

Libertas Dei eſt impedimentum danai exiſtentiã purè poſsibilibus.

7 *Aliorum opinio.*

Alij recentiores ſubtilius diſtinxerũt affectum ſimplicis cõplacentiæ ſimpliciter, & affectum ſimplicis coplacentiæ ſecundũ quid: concedunt hunc neceſſario verſari circa creaturas poſsibiles: negant illum, & ita opiniones in principio relatas componunt. Simplicem complacentiam ſimpliciter appellant affectũ, quo Deus vellet, quod ipſæ creaturæ ſint poſſibiles, & non repugnãtes ad exiſtendum omnibus penſatis, & conſideratis affectum ſimplicis complacentiæ ſecundum quid, dicunt eſſe præſciſsiuum, & ſolum velle creaturas poſsibiles eſſe ſecundum quod bonæ ſunt, & conducentes ad formalem rationem omnipotẽtiæ ipſius Dei, quod vero affectus ille prior nequeat eſſe neceſſarius, probant: quia creaturæ poſsibiles, vt ſic conſideratæ habent rationem mali admixtam cum ratione boni, vbi vero in obiecto non eſt pura ratio boni, non eſt vis extorquendi ab appetitu affectum neceſſarium. Rationem vero mali dicunt conſiſtere in eo, quod ex non repugnantia ad exiſtendum creaturarum poſsibilium, fiat in Deo impediri hanc excellentiam, quod ſcilicet ipſe ſolus ſit ens reale non repugnans realiter exiſtere, quod eſt inconueniens reſpectu Dei. Confirmant hoc, quia ex hac ratione inuenit Deus in vnione hypoſtatica aliquam rationẽ mali, & ſibi diſconuenientis, videlicet neſcit in natura ſola diuina hæc ſingularis excellentia, quod ille ſolus ſit dignus adoratione latriæ.

Simplex complacẽtia ſimpliciter, & ſecundum quid.

Ratio mali, in creaturis poſsibilibus.

Hæc etiam ſolutio in multis peccat. Primo, quod ſibi perſuadeat cõparatione Dei eſſe malum, quod creaturæ poſsibiles ſint entia realia, inſtar Dei, hoc falſum eſſe conſtat, tum ex eo, quod creaturæ poſsibiles nõ ſunt ens reale per eſſentiam, ſed per participationem ab ipſo Deo, etiam in ſtatu poſsibilitatis, ſi creaturæ poſsibiles rationem entis realis haberẽt, aut independenter à Deo, aut ipſo repugnante, videretur hoc eſſe incõueniens Deo propter impedimentum eius excellentiæ: tum ex eo, quod ſingularis excellentia Dei conſiſtit in exiſtentia eſſentiali à ſe, non vero in ratione entis realis poſsibilis ab alio: alias dicant etiã quamcumque creaturæ exiſtẽtiam habere rationem mali comparatione Dei, quia ex ea impeditur ne ſolus exiſtat; imo, & omnem iuſtitiam, & omnem honeſtam operationem habere rationem mali comparatione Dei: quia inde impeditur, ne ipſe ſolus ſit ſanctus, & honeſte operans. 8

Reijcitur opinio.

Secundo peccat, quod etiam ſequitur exiſtẽtiam Filij, & Spiritus Sancti habere rationem mali, & inconuenientis comparatione Patris, imo & maioris mali: nam ex diuinis proceſsionibus ſequitur, vt alteri perſonæ à Patre conueniat excellentia diuinitatis, & impeditur, ne ſola prima perſona ſit Deus. Si aliud indiuiduum ſine origine à Patre eſſet Deus, diſtinctus numero ab ipſo, eſſet malum, & inconueniens Patri: at quod alia perſona ſit Deus per productionem à prima, non eſt malũ primæ: ita etiam quod creaturæ poſſibiles ſint entia realia, non repugnãtia ad exiſtendum, per emanationem logicam à Deo, nequaquam poteſt eſſe ipſi malum.

Qua

Digitized by Google

Qua ratione oſtenditur confirmationem,falſam continere doctrinam, nimirum vnionem hypoſtaticam habere aliquam rationem mali comparatione Dei: nam vt malum non eſt ſecundam, & tertiam perſonam dignas eſſe, quæ adorētur adoratione latriæ:ita nec quod Chriſtus,qui à Deo productus eſt,& diuinitate donatus per vnionem duarum naturarum in vno ſuppoſito. Maxime cum adoratio latriæ non debeatur naturæ humanæ Chriſti, ratione ſui, ſed ratione diuinitatis verbi diuini,ſibi perſonaliter copulati:excellentia vero Dei in eo conſiſtit,quod naturæ diuinæ ratione ſui debetur cultus latriæ.

Aliud effugium præcluditur. Dices:ergo hæc obiecta Deus neceſſario amat; quippe in eis non eſt aliqua ratio mali cōparatione Dei. Reſpondeo, & reſponſione aliud peccatum illius ſolutionis declaro: neceſſario quidem amare hæc obiecta ineſſe poſsibili,nō tamen neceſſario in eſſe exiſtentiæ, ſed libere. Ideo amantur neceſſario in eſſe poſsibili,quia erga ea obiecta, vt ſic, De' non poteſt ſuam libertatem exercere, & ex alio capite ea amare debet propter amabilitatem ipſorum, & propter infinitatem in ratione volitionis, vt declaro magis in ſolutione argumentorum: ideo vero amantur liberè in eſſe exiſtentiæ, quia erga ipſa, vt ſic Deus exercet ſuam libertatem, & libere ea producit. Nec verum eſt erga quamcumque rationem boni puriſsimam ſine ratione mali voluntatem ferri neceſſario,nam ad hoc duo requiruntur:primum, quod bonitas ſit infinita vndequaque, nec priuata, nec negata omni perfectione:ſecundum quod ea clarè in ſe videatur. Qua ratione vero cum poſsibilia limitata bona ſint à Deo neceſſario amentur, iam inſinuaui ſupra num. 4. & magis declaro in ſolutione argumentorum num. 11.

9 *An ametur à Deo peccatum poſsibile?* Sed petes, an amet etiam peccatum in eſſe poſsibili: nam ſi amat, neceſſario amat malitiam poſsibilem, ſi non amat, non neceſſario amat omnem creaturam poſsibilem, in quo eſt amabilitas aliqua, ſaltem ſecundum entitatem.

Similem dubitationem moui tract.de ſciētia diſp. 8. cap. 2. num. 6. qua ratione Deus cognoſcat peccata; & definiui cognoſcere in omnipotentia, & in ſeipſis;in opinione, quæ docet malitiam conſiſtere in vltima differentia poſitiua actus, quia non poteſt hæc non contineri aliqua ratione in omnipotentia. *Reſolutio authoris.* Pariter modo definio, Deum neceſſario amare peccata in eſſe poſsibili, vt ſumunt poſsibilitatem ab omnipotētia. Dico vt ſumunt:quia peccatum non eſt poſsibile à ſola omnipotentia:ſed,& ab omnipotētia,& à facultate creata. Nec hinc fit amare malitiam:quia peccatū non habet malitiam,ſed entitatem,ſecundum poſsibilitatem,quam habet ab eo; ſed ſecundum poſsibilitatem, quam habet à creatura, & ſicut cum actu Deus concurrit, libere volēs concurrere:imo per ipſum concurſum complens exercitium libertatis ad entitatem,actus peccati non vult malitiam, nec peccatum illi tribuitur eo, quod ſolum Deus operatur; tunc munus cauſæ primæ perfectiſsimo modo, non ſubtrahens concurſum neceſſarium, à quo eſſentialiter pendēt omnes operationes creatæ, idque non eſt rationi difforme, ſed valde conforme, vt alibi fuſius explicandum eſt; ita ex amore peccati poſsibilis, vt à Deo poſsibile eſt, non efficitur amare malitiam. Concludo ergo Deum neceſſario amare poſſibilia: imo,& in eo amore ratione noſtra diſtinguendas eſſe volitiones ſecundum obiecta determinata, tum phyſica,tum moralia,vt eæ ſint principia operationum ad extra, in quibus Deus complet,& exercet ſuam libertatē, ex quibus volitionibus cōpoſitis cum operationibus ad extra virtutes morales diuinæ declarandæ ſunt, de qua re inſtituto cap. 2.

10 *Reſpondetur ad argumenta.* Satisfaciendum modo argumentis, quæ in principio propoſuimus pro alijs ſententijs,vt contra noſtram militant. Pro prima negante omnem volitionem circa poſsibilia,inducuntur tria teſtimonia ex S. Thoma. *S. Thom.* Primum ex art. 3. in reſponſione ad 6. vbi conſtituit diſcrimen inter ſcientiam,& volitionem,dicens, *diuinum ſcire habere neceſſariam habitudinem ad ſcita: non autem diuinum velle ad volita.* *S. Th. explanatus.* Reſpondeo ibi agere S. Thom. de volitione efficaci, per quam res accipiunt exiſtentiam, quæ non habent neceſſariam connexionem cum diuino velle. Diſcrimen vero,quod conſtituit inter ſcientiam, & volitionem, hoc eſt, quod licet ſcientia, & volitio de exiſtentibus dicantur libera,at diuerſo modo:nam creaturæ exiſtentes ex ſuppoſitione exiſtentiæ neceſſariam habitudinem habent ad ſcientiam viſionis: quoniam ea ſcire ex ſuppoſitione, quod exiſtunt,neceſſarium eſt; quia id ſpectat ad perfectionem ſcientiæ Dei. Quocirca ſciētia tantum eſt denominatiue libera, quia habet ſuppoſitionem antecedentem,ex qua neceſſario infertur: at volitio diuina,vt ſe tenet ex parte Dei, & antecedit,vt cauſa rerum exiſtentias,non habet connexionem neceſſariam cum illis,nec ſequitur volitio neceſſario ex aliqua ſuppoſitione antecedenti, ſed ipſa immediatè cauſa libera eſt creaturarum. *Caiet. P. Vazq. P. Arrub.* Hæc doctrina, & ratio explicandi de prompta eſt ex Caietano, in eo art. 3. cum probat P. Vaz. diſp. 79. cap. 3. & P. Arrubal diſp. 53. c. 4.

Explanata alia teſtimonia. Secundum teſtimonium deſumitur ex art. 6. ad 2. in quo plane loquitur de voluntate efficaci

Digitized by Google

efficaci, cum ait, *Deus cognoſcit omne verum; non tamen vult omne bonum:* vtique exiſtere.

S. Thom.

Tertium teſtimonium erat ex 1. lib. contra gentens cap. 81. vbi S. Thom. quinque rationibus probat, Deum non neceſſario amare creaturas, licet omnia neceſſario ſciat; quia videlicet ſcientia eſt in ſciente per ſimilitudinem obiecti: vnde ſpectat ad perfectionem ſcientis, omnia repræſentare, *non autem* ait, *diuina bonitas ex neceſsitate requirit alia à ſe, quæ in ipſam ordinatur, vt in finem, & ob hoc neceſſe eſt Deum alia ſcire, non autem velle.* In his aperte loquitur de voluntate, quæ tribuit rebus exiſtentiam. Etenim ex non indigentia earum ad eſſe Dei infert, non omnia neceſſario velle; poſsibilia vero ita ſunt connexa cum omnipotentia Dei, vt ſi ipſa de medio tollerentur; aliqua etiam perfectio intrinſeca deſideraretur in omnipotẽtia Dei, vt dixi diſp. 5. cap. 4. num. 24. Prætermitto alios authores: ſufficit venerandam S. Thom. mentem explicaſſe.

Reſpondetur ad primam rationem.

11 Ad primam rationem; nego in creaturis poſsibilibus non eſſe aliquam rationem boni. Nego etiam eas eſſe pure nihil in eo ſtatu: nã licet non exiſtant, & ſecundum exiſtentiam aliquid non ſint; ſunt tamen aliquid, & bonæ ſecundum eſſentiam, hoc eſt realem non repugnantiam ad exiſtendum, per quam diſtinguntur à rebus chymæricis, & fictitijs.

Poſsibilia neceſſario amantur non ex ſui bonitate, ſed ex modo libertatis diuinæ.

Ad ſecundam rationem reſpondeo, volitionem illam, cum reſpicit poſsibilia, neceſſariam eſſe; tum quia illa neceſſariam connexionem habent cum omnipotentia Dei, quatenus illis ſublatis non poſſet ipſa conſiſtere ſecundum omnem perfectionem. Vnde cum Deus neceſſario amet ſuam omnipotentiam, non poteſt non neceſſario amare poſsibilia, nihil impediente, quod limitate bona ſint; & licet ex ea limitatione non inducant neceſsitatem in amore ſui; at inducunt ex cõnexione, quam cum omnipotentia habent. Doctrina hæc deducitur aperte ex S. Thom. in teſtimonijs, quæ modo explicabam: quoniam ex mente ipſius, ſi aliqua creatura in eſſe exiſtentiæ neceſſaria eſſet ad aliquam Dei perfectionem, neceſſario à Deo amaretur, & ideo non neceſsario amãtur creaturæ exiſtentes, quia neceſſariæ non ſunt, vt Deus ſit ſumme perfectus, & beatus: ergo cum creaturæ poſsibiles neceſſariæ ſint ad ſummam omnipotentiæ perfectionem, neceſſario quoque amore ab ipſo ſunt proſequendæ. Ad hæc licet ex limitatione ſuæ bonitatis non petant neceſſarium amorem; at ex modo exercendi diuinam libertatem, amore libero amari non poſſunt: vt diximus numero 4. & cum non poſsint non amari, vt ratione à priori confecimus, neceſſario amandę ſunt: maxime cum in ipſo exercitio amoris neceſſarij nihil ſit mali in Deo, nihil moleſtiæ; imo ſumma perfectio ſimpliciter ſimplex, atque ſumma delectatio.

Beati libere amant creaturas poſsibiles.

Hac ratione beati crerturas poſsibiles non neceſſario amant; nimirum, quia & ipſæ limitatæ ſunt in bonitate, & non exercent amorem liberum ſine aliquo impedimento in ordine ad alios actus: nam dum facultas eorum limitata occupata eſt in amore poſsibilium, impeditur ne verſari poſsit in amore aliorum obiectorum. Deinde modus exercendi libertatem beati optime conſiſtit, etſi libere amet creaturas poſsibiles: quippe fit per mutationem intrinſecam. Denique dici poteſt, beatos quoque aliqua ratione neceſſario amare creaturas poſsibiles, quas in omnipotentia penetrant, quatenus neceſsariæ ſunt ad perfectionem omnipotentiæ, quam neceſsario amant.

Secunda ſententia nihil affert quod expoſitione indigeat.

Caput II. Deus amat creaturas propter ſe, & propter ipſas.

Propter ſe Deus amat creaturas.

12 AGIMVS de amore libero in hoc capit. quoniam omnis amor Dei, qui reſpicit creaturas liber eſt, nam ſiue ipſas amet propter ſe, aut propter ipſas, eas reſpicit: igitur hoc caput procedit de amore libero. Duas continet partes inter ſe connexas. Prior affirmat, Deum propter ſe amare creaturas. In hac parte conueniunt omnes Theologi, ex his videri poſſunt S. Thom. in hac q. 19. art. 1. ad 3. & ar. 2. ad 1. & 2 quæſt. 25. art. 5. quæſt. 59. art. 2. 1. 2. q. 19. ar. 10. de veritate q. 23. ar. 1. ad 6. denique 1. contra Gentes cap. 86. & 87. vide deinde P. Suar. in opuſculis relectione de libertate Dei diſp. 1. ſect. 2 num. 15. P. Vazq. in præſenti diſp. 82. c. 2. P. Molinam hic ar. 2. diſp. 1. concl. 2. P. Valentiam hic diſp. 1. quæſt. 19. puncto 3. Mitto alios, vt me conuertam ad explicãdam communẽ ſententiam. Ea vero probari ſolet vulgari teſtimonio Sacræ ſcripturæ in lib. prouerb. capite 16. ibi

S. Thom. P. Suar. P. Vazq. P. Molina. P. Valentia

Prouerb. 16.

vniuerſa

Digitized by Google

vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. In his verbis illud *ſemetipſum*, non poteſt non ſignificare rationem mouendi ipſi Deo, vt creaturis largiretur bona quæcumque, tum ſupernaturalia, quæ largitus eſt: ergo negari non poteſt, Deum velle libere bonum creaturis: hoc eſt, illud communicare in exercitio propter ſe.

13 Hæc communis doctrina ſic declaranda, atque confirmanda eſt. Cum Deus bona dat creaturis, non poteſt non ſibi proponere motiuum honeſtiſsimum ſuæ liberæ volitionis: quoniam ſemper operatur ſanctiſsimè: atqui inter omnia motiua, hoc eſt honeſtiſsimum, nimirum propter ſemet ipſum, id eſt, ex complacentia ſui conſiderans diuinas perfectiones, quam dignæ ſint, vt in creaturis reluceant, atque gloriam ex ipſis capiant. Itaque ex complacentia in diuina bonitate, ſeſe Deus applicat ad operandum, non vt illa ſit, ſed vt reluceat in creaturis, atque ab ipſis glorificetur, ſi non pro dignitate, quātum tamen creatura finita creatorem infinite dignum, qui glorificetur, glorificare poteſt. Hic nota; bonitas diuina glorificata, quæ continet complexum, ex Deo, & gloria creata, habere rationē finis, *qui* huius effectus; in eo vero continetur finis *cui*, & finis *cuius gratia*: finis *cui* ipſe Deus finis *cuius gratia* eſt ipſa glorificatio. Affectus ergo ille ab integro fine, *qui*, coaleſcente ex vtroque ſumit honeſtatem (ſi volitiones diuinæ ab obiectis eam ſumunt) de quo redibit ſermo capite. 5. licet bonitatem Dei, reſpiciat vt obiectum formale.

Finis qui, & cui, & cuius gratia quid.

A ſimili. Quemadmodum ergo, cum homo perfectiſsimus operatur ex motiuo charitatis, ex complacentia in bonitate diuina, vt ipſi gratum faciat, & gloria maior accreſcat, ſe applicat ad orationem, ad ieiunium, ad eleemoſinas, affectu quidem honeſtiſsimo charitatis: Ita Deus ex parte ſua, ex complacentia in ſui bonitate, comprehēſiue ſibi perſpecta, ſe applicat ad operandum vniuerſa, propter ſemet ipſum: ita vt volitio, qua in ſeipſo complacet, ſit principium liberū productionis creaturarum, licet eadem, vt comparatur ad ipſum Deum neceſſaria ſit ſecundum dicta diſp. 16. capite 10. vnde illa volitio honeſtiſsima eſt: quippe quæ habet rationem mouendi ad operandum ex parte formalis obiecti omnium honeſtiſsimam. In hoc ſenſu intelligenda eſt communis ſententia, & declarandum caput 16. prouerb. in quo ponderanda eſt illa particula *operatus eſt*, quæ ſignificat productiones procedentes ex amore bonitatis diuinæ ordinatas in gloriam ipſius, ſecundum noſtram explicationem: vide infra num. 36.

Cum vero authores præfati negare videntur Deo amorem creaturæ propter ipſam bonitatem creatam, ſibi intrinſecam, nullatenus eſt mens ipſorum negare Deum diligere creaturam, ex motiuo creato, & limitato ipſius, tanquam ex ratione formali immediata mouendi; ſed ſolum, licet eam etiam immediatè intendat aliquando; non tamen in eo vltimo ſiſtere; ſicut cum intendit gloriam propriam, dum vniuerſa producit. Quod vero, & hæc ſit mens communis ſententiæ, & negari non debeat, Deum etiam amare creaturas propter ipſas. Probo primo ex ſcientia Dei, quæ vt vidimus diſp. 5. cap. 3. & 4. non ſolum cognoſcit creaturas in ſeipſo: hoc eſt, in omnipotentia, tanquam in ratione mouendi, ſeu obiecto primario; ſed etiam in ſeipſis, quin ex hoc capite aliquam ſcientia accipiat imperfectionem: nam veritas creata propter ipſam ſciētiam infinitam terminare poteſt: ergo eadem ratione volitio Dei amare creaturas poterit propter ipſas, abſque vlla imperfectione: nec enim volitio Dei in ſuo genere, aut modo tendendi in propria obiecta perfectior eſt ſcientia; imo nulla poteſt aſsignari ſolidior menſura, & regula pro intelligenda perfectione volitionis, quam perfectio ſcientiæ. Ad hæc, vt ponderabam in ſcientia, vbi ſupra numero 22. negari non poteſt ipſam quatenus in omnipotentia Dei cognoſcit creaturas, habere ordinem eſſentialem repræſentationis ad ipſas immediatè, vt in ſe ſunt: ita etiam (aio) in præſenti volitionem, qua Deus vult creaturas propter ſe, habere ordinem ad ipſas, vt in ſe ſunt, nihil impediente, quod ſint obiectum materiale comparatione eius: nam tendentia intentionalis eſſentialiter reſpicit obiectum, quoque materiale cum in ſe immediate attingitur, licet ratione alterius: ergo tota difficultas, quæ eſt in amore creaturarum, propter ſe, deuoratur in amore ipſarum propter Deum. Probo hanc conſequentiām: quia difficultas naſcitur ex imperfectione, quam haurire videtur hic amor, ex reſpectu ad creaturas, vt in ſe ſunt: ſed etiam ille amor reſpicit creaturas, vt in ſe ſunt ſaltem tanquam obiectum materiale: ergo, &c. Nec refert eſſe materiale, ſi ad ipſum habet ordinem eſſentialem.

14 *Deus amat creaturas propter ipſas.*

Probatur.

Nec id negant Theologi.

Secundo probo: quia Deus ex cōmuni ſententia Theologorum, tum antiquorum in 3. diſt. 27. tum commentariorum S. Tho. cum ipſo 2. 2. q. 23. art. 1. habet cum hominibus iuſtis veram, atque propriam amicitiam, cui ſententiæ multum fauet modus loquendi Sacræ ſcripturæ, in qua homines iuſti paſſim appellantur amici Dei: quo fit ex parte Dei eſſe amorem amicitiæ, erga homines: de qua re videri poteſt P. Vazquez in diſp.

15 *S. Tho. Deus habet cum hominibus amicitiā.*

Digitized by Google

P. Vazq. P. Torres. diſputatione. 84. cap. 2. & P. Luiſius Torres 2. 2. citatus diſp. 66. dub. 2. ergo amat Deus creaturas propter ipſas. Probo hanc conſequentiam: quia amor amicitiæ fertur in amicū ex complacentia in ipſo, & vt bonum ipſius eſt formaliter in ipſo ſiſtendo: quemadmodū vice verſa, amor charitatis iuſti, vt eſt amicitiæ, fertur in Deum ex complacentia in ipſo, vt bonum Dei extrinſecum eſt, ſiſtendo in eo: ergo cum ſententia hæc ſit cōmunis ſententia Theologorū, & mihi certa, nequaquā poteſt eſſe mēs ipſorum circunſcribere à Deo omnē amorem creaturarū propter ipſas: nā de medio tollerent amicitiam inter Deum, & homines.

16 *In Deo morales virtutes.* Tertio probo: quia in Deo ſunt virtutes morales, quæ non pugnant cum ipſius natura; videlicet liberalitas, magnificentia, miſericordia. Dico, quæ non pugnant: nā quædā pugnāt, illæ nimirum, quæ moderantur paſsiones, vt caſtitas, temperantia, fortitudo, & humilitas, & illæ, quæ reſpiciunt ſuperiorem, vt religio, obedientia, &c. ergo Deus amat creaturas propter ipſas. Probo hanc conſequentiā: quia obiectum formale harum virtutum eſt quid creatum, nimirum honeſtas, quæ reperitur in ſubleuatione miſeriç, in largitione magnifica, & liberali: atqui virtus reſpicit obiectū formale ſecundū ipſum: hoc eſt, directe intendēs honeſtatem ipſam ex Ariſt. 2. Ethicorum c. 4. & S. Th. 1. 2. q. 19. ar. 7. ad 3. ergo ſi Deus habet formaliter virtutes morales, amat creaturas propter ipſas. Primum antecedens probatur ex S. Th. lib. 1. contra Gentes cap. 93. vbi concedit, eſſe in Deo formaliter liberalitatem, & in hac 1. p. q. 21. per totam, de qua re videri poſſunt. P. Suarez 2. tom met. diſp. 30. ſect. 16. num. 61. P. Salas tom. 2. in 1. 2. tract. 11. diſp. 1. ſect. 6. num. 38. qui ex locis Sacræ ſcripturæ, quæ paſsim Deum appellāt miſericordem, liberalem, magnificum, ſolide deducunt has virtutes in Deo proprie eſſe, quoniam verba ſacræ ſcripturæ in rigoroſa ſignificatione ſemper intelligēda ſunt, vbi nō eſt manifeſtum inconueniens. Videri etiam poſſunt Durandus in 4. diſt. 45. q. 1. num. 8. vbi fatetur, Deum velle aliquid propter alterius commodum, & Scotus in eodem 4. diſt. 46. q. 3. vbi conſtituit in Deo iuſtitiam, & miſericordiam formaliter diſtinctas. Fauet S. Bernardus explicans locum prouerbiorum cap. 16. vbi ait, omnia pro eorū vtilitate, ſcilicet electorum Deum operatum eſſe, vt cauſam efficientem. In quem locum Rodolphus Baynus notat pronomen reciprocum *ſeipſum* non eſſe in Hebræo, ſed *propter ipſum*; ex quo aliqui intellexerūt, hunc locū *vniuerſa propter ipſum operatus eſt Deus* ita, vt *ipſum* referant ad virum innocentem, & Sanctum, quaſi dicat, *propter iuſtos fecit omnia:* ergo propter hæc tria capita negari non poteſt Deum amare creaturas propter ipſas, vt explicatum eſt.

(Margin: Ariſtot. S. Thom. S. Thom. P. Suar. P. Salas. Durand. Scotus. S. Bern. Rodolph. Baynus.)

Ratio à priori ſumenda erit ex eo, quod in hoc affectu ſit maxima perfectio libera ab omni imperfectione. Quo fundamēto diſp. 15. c. 3. defendimus, Deū ſe diligere propter creaturas. An vero hoc ita ſit, diſcuſsio, atque pōderatio rationū, & modorū dicendi, quos ſubijmus capitibus ſequentibus manifeſtum reddet. 17

Caput. III. Rei diffultas.

18 *S. Tho. Difficultas ex S. Thom.* HAEC cum ita ſint, grauis, nihilominus cōtra ea inſurgit difficultas, quæ, & authoritate, & ratione innitur, vtrumq; ſumitur ex S. Th. varijs in locis, ac præcipuè in hac q. 19. ar. 1. in reſponſione ad 3. vbi ſic ait, *vnde cum voluntas Dei ſit eius eſſentia non mouetur ab alio, ſed à ſe tantum.* In his verbis videtur expreſſe affirmare ſolum voluntatem Dei eſſe rationem mouēdi, & ar. 2. ad 2. ex eo, quod Dei bonitas ſit finis, & creaturæ media, deducit ſolam bonitatem Dei eſſe ipſi rationē volendi creaturas: quia nimirum media amantur gratia finis, ſic dicens; *vnde cum Deus alia à ſe non velit, niſi propter finem, qui eſt ſua bonitas, vt dictum eſt, nō ſequitur, quod aliquid aliud moueat voluntatem eius, niſi bonitas ſua.* Quam rationem tradiderat 1. contra Gentes cap. 86. & 87. & eam bene expendit P. Vazq. diſp. 86 cap. 2. & alij Doctores relati num. 12. Propter hanc eandem rationem ſententiam contrariam ei, quam ſtatuimus cap. ſuperiori videntur amplecti. Fauet etiam Auguſt. lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 32. ſic dicens *ille igitur vſus, qui dicitur Dei, quo nobis vtitur non ad eius, ſed ad noſtram vtilitatem refertur ad eius autem tantummodo bonitatem.* Quod ſi diligeret Deus creaturas propter bonitatem ipſarū creatam, vſus illarum non referretur tantummodo ad bonitatem increatam Dei: ergo ſecundum Auguſtinū Deus non vult creaturas propter bonitatem creatam earum.

(Margin: P. Vazq. Auguſt.)

19 *Difficultas à ratione.* Præter hæc rei difficultas amplius vrgetur hac ratione. Quoniam de volitionibus diuinis quoad honeſtatem iudicare debemus ſecundū proportionē ad operationes honeſtas creatas ita, vt cēſeamus illam eſſe honeſtiorē, quæ per ſe reſpiciat obiectū formale honeſtius, illam minus

Digitized by Google

minus honeſtâ, quæ minus honeſtâ, & quemadmodũ in actibus creatis vnus eſt honeſtior realiter alio, ſecundum obiecta formalia honeſta: ita in actib⁹ diuinis erit vna volitio honeſtior alia ratione, ſecundum obiecta formalia: ſi amat creatas honeſtates obiectiuas propter ipſas, hoc autem videtur incommodum in diuinis volitionibus, licet in noſtris non ſit. Omnis namque diuina volitio, qua Dei eſt, eſſe debet ſummè ita honeſta, vt ea honeſtior nec mente excogitari poſsit: at ſi Deus diligeret honeſtates obiectiuas creatas propter ipſas eſſet ea dilectione alia honeſtior, quoniã omnis actus honeſtior eſt eo quod formali⁹, & immediatius reſpiciat ipſum Deũ propter ipſum, ſed ille qui diligit creaturas propter ipſum Deum, formalius, & immediatius reſpicit ipſum Deum, quam ille qui diligit creaturas propter ſubleuandam earum miſeriam: ergo actus ille, iſto eſſet honeſtior, ac propterea nõ eſſent ſingulæ volitiones diuinæ, vt ratione inter ſe diſtinctæ ſummæ honeſtæ ea honeſtate, qua maior excogitari non poſsit. Probatur minor, quia ille actus, qui diligit creaturas propter ſe tantum mediate, & virtualiter reſpicit Deum, ille vero qui creaturas propter Deum immediate, & formaliter.

Voluntarium omiſſiuum, & indirectũ non ſunt in Deo.

Confirmatur primo: ideo negant Theologi Deo libertatem pure omiſsiuam, & voluntarium indirectum, quia poſitiua, & voluntarium directum perfectiora ſunt: ergo ſimili ratione Deo negare debemus omnem volitionem creaturarum propter ipſas: quia volitio earumdem propter Deum perfectior eſt. Confirmatur ſecundo ex noſtra doctrina de ſcientia Dei: nam remouimus ab ipſa non tantum ſimplicẽ apprehenſionem; ſed etiã omnẽ ſcientiam non comprehenſiuã obiecti directi; vt dixi diſp. 4. c. 2. 3. & 4. quia ſcientia omnis cõprehenſiua perfectior eſt omni non cõprehenſiua: ergo pari ratione remouẽda eſt à Deo omnis volitio, quæ nõ ſit propter Deũ ipſum.

Secundo argumẽtor ita ad probandũ ſubeſſe 20 imperfectionem in volitione creaturarũ propter ipſas: etenim comparatione eius affectus non poteſt bonitas creaturarum non habere rationem finis: ſed volitio, quæ reſpicit vt finem, id quod ex natura ſua medium eſt, non poteſt non eſſe in ordinata: ergo in ea volitione eſt imperfectio in ordinationis.

Tertio deniq; argumẽtor ex noſtris princi- 21 pijs: quoniam ſtatutũ reliquimus c. 2. Deũ ſuã bonitatẽ reſpicere in productione cuiuſcunq; creaturæ: ergo ſi ſimul amat creaturas propter ipſas, ita vt affectus ille ſpectet ad aliquam virtutem moralem productio creaturæ pendebit à duplici volitione ratione noſtra, altera beneuolentiæ erga ipſum Deũ, altera miſericordiæ liberalitatis, aut magnificentiæ: ergo cum creaturæ ita producuntur, producũtur duplici cauſalitate adæquata. Probo hãc conſequentiã ex dictis diſp. 16. c. 2. vbi ſtatuimus productionem eſſentialiter reſpicere principiũ formale agendi atq; variari ex diuerſitate principij: ergo ſi productio creaturarum pẽdet ex duplici illa volitione, tanquã a principio adæquato duplex cauſalitas erga eundẽ terminum erit conſtituenda: conſequens autem abſurdum, & inauditum eſt: ergo circumſcribenda eſt omnis volitio creaturarum propter ipſas.

Caput IIII. *Reijciuntur varij modi ſatisfaciendi.*

22 *Non ſoluitur nodus ex identitate diuinarum volitionum.*

HAEC licet difficilia, à vera doctrina dimouere nos non debent: à noſtris Magiſtris varij modi dicendi excogitati, eos in hoc cap. refero, & refello. Primo, ergo Magiſtri quidam nodum diſſoluere conantur ex identitate inter illas diuinas volitiones, ex qua arbitrantur effici, vt vna omnibus æquiualeat in perfectione, quatenus petit eſſentialiter eſſe idem cum omnium perfectiſsima, vtique cum illa, quæ amat creaturas propter ipſum Deum. Sed hunc modum reſpondendi efficaciſsime refutauimus diſput. 15. cap. 2. ita vt pluribus opus non ſit.

23 Alij vero diſtingunt ratione noſtra in Deo actum imperantem, & imperatum: dicuntquè volitiones creaturarũ propter ipſas imperari à volitione creaturarũ propter Deũ, & ex imperio manere relatas in Deũ immediate, & formaliter: atq; adeo prǽditas omni honeſtate ex cogitabili; imo tã perfectas ipſo actu imperãte.

Nec ex diſtinctione actus imperantis, & imperati.

Plura militant contra hunc modũ dicendi, quæ mihi videntur difficiliora hæc ſunt. Primum, quod inter illas volitiones non eſt diſtinctio rationis præſcindentis ſed tantum per diuerſa connotata: vbi autem volitio in ſe tam indiuiſibilis eſt, vt nec ratio noſtra vnam, & aliam præſcindere poſsit; non eſt imperium, non eſt imperans, & imperatum: ergo chymæricè excogitatur volitio imperans, & imperata. Probo conſequentiam: quia inter actũ imperantem, & imperatum eſt ordo rationis prioris, & poſterioris: nam imperans, vt ſic, non pendet ab imperato: vice vero verſa, imperatus pendet ab imperante: ergo pro aliquo priori eſt imperans in inſtanti præſciſsio, pro quo non intelligitur eſſe imperatus: ergo aliqua rationis præſciſio inter ipſos actus negari non poteſt. Cum igitur ipſi aduerſari fateantur, actus indiſtinctos eſſe im-

Digitized by Google

præſcindibiliter, nequeunt actum imperantem, & imperatum inter volitiones diuinas conſtituere.

Secundo ſic objicio; vel ponitur ab his libertas omnino intrinſeca Deo, vel admittitur compleri per extrinſecam rerum productionem? Si hoc ſecundum; actum imperantem

24 liberum, & actum imperatum liberum cõſtituere non poſſunt ſine reali diſtinctione inter effectum prioris volitionis imperantis, & inter effectum poſterioris volitionis imperatæ: imo, & ſine cauſalitate inter illos effectus. Probo hanc conſequentiam, quia ſi imperium eſt ab actu libero, vt libero eſſe debet ſecundum eam rationem, per quam conſtituitur in eſſe liberi: ergo ratio imperandi, ſeu influendi in actum imperatum, vt liber eſt debet eſſe per eam rationem, per quam imperans conſtituitur in ratione liberi: ergo per effectum productum ad extra, influentem in effectum productum per actum imperatum: conſequens autem abſurdum eſſe cõſtat, quia ſicut in nobis cum ex amore Dei imperamus miſericordiam, & erogamus eleemoſinam, vnus tantum effectus eſt ad extra, ſimul procedens ab actu imperante, & imperato; ita etiam cum Deus ex amore ſui, hominis miſeretur, vnum tantum effectum habet ad extra, vt per ſe manifeſtum eſt: ergo non poteſt conſtitui actus imperans, & imperatus in ſententia, quæ defendit libertatem Dei per extrinſeca cõnotata, quam nos amplexi ſumus diſp. 16. cap. 10.

Si ſecundum: contra primo, hoc ſolo nomine non poteſt nobis placere ea ſententia, quippe nos omnem conſtitutionem intrinſecam diuinæ libertatis efficaciter confutauimus diſp. illa 16. Contra ſecundo: ergo illa ratio intrinſeca, in qua conſiſtit volitio imperata libera, dependet in eſſe à volitione libera imperante. Probo hanc conſequentiam, quia actus imperans in actu ſecundo conſtituitur in ratione imperantis per influxum in imperatum; nam præciſo influxu in ipſum non eſt, vnde imperet actu, ſicut præciſa actione ab agente, nõ eſt vnde actu efficiat: ergo actus imperatus pendebit in eſſe ab influxu imperantis: conſequens autem abſurdum eſt; quia omnes perfectiones Deo intrinſecæ independentes ſunt, à ſe ſunt, etiam comparatione aliarũ rationum priorum, Deo intrinſecarum: quoniam cum omnis dependentia inuoluat in ſuo conceptu eſſentiali imperfectionem, etiam per rationem à Deo circunſcribenda.

Omnis perfectio Deo intrinſeca independens.

25 Dices, imperium illud non influere in eſſe actus imperati, ſed in relationem, per quam refertur ad Deum immediate. Alijs verbis dicere ſolent, habere efficaciam ad referendum, non ad influendum in eſſe. Cæterum hæc verba tantum ſunt, quæ rem in tenebris iacentem relinquunt. Contra primo, quando dicis actũ imperantem eſſe efficacem ad referendum, ſeu influere in relationem? intelligis aliquem verum influxum eius in aliquam rem, quæ vere res eſt? vel non? ſi hoc ſecundum, verba tantum profers, rem non attingis, vt ex te ipſo in confeſſo eſt. Si primum: ergo cum ex te ipſo volitio libera miſericordiæ in ſuo eſſe nõ pendeat ab actu imperante, per influxum, quem in ipſam habeat, aliquid diſtinctum ab ipſa volitione adijcias neceſſe eſt; nimirum relationẽ, quæ per ſe terminet influxum actus imperãtis, de qua eadem reddit interrogatio, an ſit intrinſeca Deo? vel non? an pendeat? vel non? an in ipſam habeat verum influxum? vel non? an ſit illa vera res? vel non? & quodcumque dixeris facile poterit reuinci, atque irretiri argumento formato.

Efficatia ad referẽdum tantum impugnatur.

Contra ſecundo, vel actus imperatus, qui per te in eſſe independens eſt ab imperante, intelligitur exiſtere in Deo in ſigno rationis priori, aut cõcomitãti, aut poſteriori comparatione actus imperantis. Si primũ: ergo ipſe per ſe ante relationem, ita perfectus eſt, vt nõ repugnet exiſtere in Deo, atque adeo non eſt cur poſtea accedat relatio. Si ſecundum, vel cum intelliguntur concomitãter exiſtere, intelligitur relatus? vel nõ? ſi hoc ſecundũ reddit argumentum factum contra primum. Si primũ illud: ergo, aut relatio diſtinguitur ratione ab actu relato? vel non? ſi diſtinguitur; ergo in Deo ſunt duæ formalitates ratione diſtinctæ, quarum quæuis ita perfecta eſt in ſeipſa, vt no repugnet eam in Deo exiſtere. Probo hanc conſequentiam: quia per relationẽ aduenientem non mutatur natura intrinſeca volitionis relatæ, quæ ſpectat ad ſpeciem miſericordiæ: ergo ſi cum relatione exiſtere poteſt, habet etiam per ſe ipſam perfectionem, ſibi eſſentialem ſufficientem, vt exiſtat in Deo: id cõſtat in alijs diuinis perfectionibus: ſi ſcientia, ſi omnipotentia, ſi Paternitas, ſi filiatio, &c. ex ſe nõ haberent perfectiones, ſibi eſſentiales, quibus non repugnaret eſſe in Deo, aut in quibus imperfectio aliqua eſſet incluſa nequaquã poſſẽt exiſtere in Deo ratione alicuius perfectionis accedentis: ergo actus imperatus ex ſe tã perfectus eſt, quando per ſe ipſum formaliter in Deo exiſtit, vt non egeat ad exiſtendum relatione, aut ſi eget propter imperfectionem in ipſo incluſã, nec ratione relationis accedẽtis poterit in Deo exiſtere. Si non diſtinguitur: ergo non intelligitur relatus per relationẽ, in quam per ſe influat actus imperans. Probo hanc conſequentiã, quia per te actus imperãs non influit in eſſe actus imperati, & ideo eos

conſtituis

Digitized by Google

conſtituis concomitanter exiſtẽtes, & per te relatio formalis ad Deum non diſtinguitur ratione ab actu imperato: ergo non eſt relatus per influxum imperantis. Præterquam quod implicas in terminis: nam miſericordia vt ſic, ratione ſuæ eſſentiæ virtualiter, & mediate reſpicit Deum, non immediate, & formaliter: alias haberet naturam virtutis Theologicæ: ergo relatio formalis ad Deum non poteſt nõ diſtingui ratione noſtra à volitione imperata vt miſericordia eſt.

Inter coexiſtentia non eſt rationis poſterioritas ſi non eſt dependentia.

Si dicas tertium, nimirum actum imperatũ in ſigno poſteriori exiſtere. Contra primo, quia per te non dependet in eſſe ab actu imperante: ergo non eſt cur ſit eo poſterior ratione noſtra: nam cum inter duo, quæ ſimul exiſtunt duratione reali, non eſt influxus vnius ad aliud, non eſt rationis poſterioritas, nec fundamentum ad eam: ergo cum per te non ſit influxus actus imperantis in eſſe actus imperati, te ipſum implicas, dum ais hũc exiſtere in poſteriori ſigno rationis.

26 Tertio ſic obijcio; vel imperium actus imperantis fertur ad volitionem imperatam, vt eſt in tali ſpecie virtutis miſericordiæ, vel ſolum ſecundum rationem communem virtutis; vt ſi Deus ita diceret, volo relatos eſſe in me quoſcumque habuero actus virtutis moralis. Si primum: ergo actus miſericordiæ, vt ſic non eſt liber, ac ſubinde nec virtutis immediate, & in ſe. Probo primam conſequentiam, quia ex ſuppoſitione imperantis, quæ eſt antecedens, non poteſt non eſſe: ſuppoſitio autem antecedens, quæ tollit indifferentiam in principio, pugnat cum libertate. Nec obſtat ſi dicas hoc verum eſſe, cum imperium præcedens eſt actus efficax: nam licet in Deo ſint actus inefficaces, ſeu conditionati propter cõditionem dependentem à libertate creata; at non ſunt, cum opus à ſolo Deo executioni mandandũ eſt, ſine dependentia ab alterius libertate: ergo ſi ponitur imperium in Deo erga alium actum voluntatis diuinæ, non poteſt non poni efficax. Si ſecundum: ergo actus virtutum moralium ſolum referentur in Deum ſub ratione indeterminata, & communi, non vero ſub ſpecialibus rationibus, ac ſubinde, nec miſericordia, vt miſericordia, nec liberalitas, vt ſic relata erunt. Mitto omnem voluntatem efficacem reſpicere debere obiectum dederminatum in ſtatu, & modo, in quo poteſt exiſtere, vt demonſtrandum eſt tract. 3. diſp. 23.

Nec ſoluitur ex motiuis partialibus.

27 Alij recurrunt ad motiua partialia, negantque Deum poſſe velle aliquam creaturam propter ſeipſam formaliter, & adæquatè, hoc eſt, tanquam rationem adæquatam mouendi obiectiue: concedunt vero poſſe mouere tãquam rationem inadæquatam obiectiuam, ita aut Deus per eandem indiuiſibilem volitionem feratur in duo motiua formalia partialia quorum alterum eſt bonitas Dei in ſe, propter ſeipſam, alterum creata bonitas propter ſe ipſam: vnde ea volitio in ſe honeſtiſsima, atque perfectiſsima erit, quippe, quæ per ſeipſam eodem actu quo attingit creaturã propter ſe, attingit etiam Deum propter ſe.

Ponit rationem formalem minus perfectam in Deo.

Verum, ſi is modus dicendi excogitatus eſt, vt in Deo conſtituat omnem volitionem cum æquali honeſtate morali, non ſatisfaciet; 28 nam licet in alijs modis dicendi plures volitiones conſtituantur ratione noſtra, hæc vero redigat illas ad vnitatem indiuiſibilem volitionis: at non poteſt omnem formalitatẽ volitionis eſſe æque perfectam, & honeſtam defendere: quoniam conſpicuum eſt in ea indiuiſibili volitione eſſe duos ordines partiales, ratione noſtra non præſcindente, alterum ad bonitatem diuinam propter ſe, alterum ad bonitatem creatam propter ſe, & comparatione inter hos facta, negari non poteſt honeſtiorem eſſe, atque perfectiorem eum partialem ordinem, qui reſpicit formaliter bonitatem diuinam propter ſe, altero partiali, qui reſpicit formaliter bonitatem creatam propter ſe: quippe mẽſura perfectionis horum ordinum eſt perfectio obiectiua ſecundum noſtrum modum concipiendi: ergo cum obiectum prioris partialis ordinis, infinito interuallo ſuperet in perfectione obiectiua obiectum creatum poſterioris ordinis partialis, negabit nemo ſecundum noſtram conceptionem, illum priorem ordinem perfectiorẽ eſſe hoc poſteriori. Nonne volitio illa ſi adæquate, & quaſi per vtrumque ordinem reſpiceret obiectum increatum perfectior eſſet ſimpliciter hac volitione, quæ quaſi diuiſa eſt ex parte obiecti in duo partialia, à quibus impeditur, ne obiectum perfectiſsimum adæquate reſpiciat. Quemadmodum in noſtra voluntate actus indiuiſibilis charitatis adæquate, & ex omni parte perfectior eſſet alio actu indiuiſibili in ſe, non tamen adæquato charitatis, ſed inadæquatæ charitatis, & inadæquatæ miſericordiæ, ſi is fieri poteſt; ergo pariter in diuina volitione.

Quod vero actus is indiuiſibilis ſit, ſeu 29 quod vno actu indiuiſibiliter ea partialia obiecta attingantur, nihil difficultatem temperat. Primum, quia, aut in eo partiali ordine ad creaturas propter ſe, eſt imperfectio Deo repugnans, aut non, ſi hoc ſecundum: ergo & ordo adæquatus eſſe poteſt ſine imperfectione. Probo hanc conſequentiam: quia partialis ille ordo, vt condiſtinctus ab altero, ſumit ſuam partialem ſpeciem ab obiecto crea-

to ſine imperfectione in partiali ordine repugnante cum Deo: ergo pariter ordo adæquatus eam ſumere poterat. Si primum, ergo partialis ille ordo formaliter non eſt in Deo: probo hanc conſequentiam, quia nulla formalitas, quæ ex ſua eſſentia formaliter nequit præſcindere ab imperfectione, poteſt eſſe formaliter in Deo, ſiue illa formalitas partialis ſit per reſpectum ad alteram, ſiue totalis; nam ad hoc, vt poſſit in Deo exiſtere, vel non, nihil refert eſſe partialem, vel totalem; ſed ſolum an ne formaliter ſumpta in ſuo conceptu eſſentiali imperfectionem implicet, an non? ergo ſi partialis ille ordo formaliter non præſcindit ab imperfectione, in Deo eſſe non poterit.

Secundo, quia non eſt maior diſtinctio rationis inter duos actus adæquatos, quam inter hos partiales ordines: nam, nec illi diſtinguuntur ratione præſcindente, ſed tantum penes connotata: etenim prior actus connotat bonitatem diuinam, vt motiuum formale, poſterior connotat honeſtatem creatam miſericordiæ: ergo hi ordines partiales, qui eadem etiam habent connotata ſola diſtinctione rationis, nec plus, nec minus diſtingui poſſunt, cum diſtinguantur ratione non præſcindente per eadem omnino connotata: ergo ſi non repugnat exiſtere in Deo huic partiali ordini propter identitatem cum altero partiali perfectiori; nec etiam repugnabit, volitionem adæquatã miſericordiæ exiſtere in Deo propter ſimilẽ identitatem cum volitione creaturarum propter ipſum Deum. Maxime cum ſicut partialis ordo non negat alterum partialem, ſed tantum præſcindit ab illo, ex modo noſtro concipiendi: ita volitio adæquata miſericordiæ non negat alteram perfectiorem cognitionem, ſed tantum præſcindit ab illa, ſecundum noſtrum modum concipiendi. An
30 vero admitti debeat is modus propter aliam rationem, dico cap. 5.

Propter hæc dixerunt alij creaturas tantũ reſpici à diuina volitione, vt obiectum materiale, & ſolum ſeipſum, vt obiectum formale. Addunt vero etiam ab obiecto materiali ſu-
31 mere actum aliquam honeſtatem propter eſſentialem ordinem, quem habet ad illud.

Obiectum materiale an tribuat ſpeciem?

Verum hi difficilem aggrediuntur viam, & difficultati non ſatisfaciunt. Non eſt hic opportunus locus diſputandi, an obiectum materialiter reſpectum tribuat actui aliquã honeſtatem. Ego ſic cenſeo, primo cum obiectum materiale in ſe, & immediate reſpicitur; ita vt non ſe habeat per accidẽs ad actum ipſum, habere eſſentialem ordinem ad illud, atque adeo mutari in ſua entitate, quoties obiectum materiale mutatur: exempli gratia temperantia in materia potus, & in materia cibi diſtincta eſt in entitate, propterea quod per ſe, & immediate reſpicit diſtinctam materiam; ita ſpecies logica conſtituta per naturam equinam, & humanam, & actum mentis noſtræ, continet diſtinctam in entitate intellectionem, & idem opinor de actibus fidei erga diuerſa obiecta materialia: imo, & charitatis erga diuerſos proximos: hæc vero diſtinctio entitatum magis pertinere videtur ad conſiderationem actus phyſicam, quam ad moralẽ, nec de ea voluntate Ariſtoteles ſecundo, AEthic. cap. 4. & S. Thom. 1. 2 q. 19. art. 7. ad 3. relati num. 16. cum dixerunt ad iuſtitiæ virtutem non ſuſficere conſtituere æquale, ſed opus eſſe iuſtum iuſte operari, hoc eſt, intendẽs formaliter honeſtatem propter ipſam: ergo, qui ita opinãtur, dant Deo virtutes morales ſolum phyſice, & materialiter, non tamẽ formaliter ſecundum propriam honeſtatem; hoc autem eſt contra ea, quæ diximus num. 16. ex communi ſententia Theologorum: probo hoc illatum, quia negari non poteſt, liberam volitionem diſtinctam honeſtatẽ ſumere ab obiecto formali honeſto, cum ipſum reſpicit formaliter; quam cum ipſum reſpicit tantum materialiter, quod verum eſt etiam in noſtris volitionibus; etſi fateamur, aliquam honeſtatẽ recipere ab obiecto materiali: ea enim diſtincta erit; imo, & minus perfecta, quam ea, quam ſumere poteſt ab obiecto formali formaliter reſpecto: ergo cum hæc ſententia neget Deo hanc ſecundam formalem honeſtatem, negat etiam formaliter virtutes morales.

Non ſunt creaturæ obiectum materiale tantum.

Ariſtot. S. Thom.

Quod vero non ſatisfaciat difficultati pro- 32
poſitæ, ex hoc ipſo deducitur: nam per ipſos à creaturis reſpectis tanquam obiectum materiale, ſumit volitio diuina aliquam honeſtatem; hæc vero nequaquam eſſe poteſt tam perfecta, ac illa, quam ſumit à bonitate increata formaliter reſpecta: ergo iam admittit in Deo inæquales honeſtates; ex quo ducit originem difficultas huius rei, quam propoſui cap. 3. Porro, vt admittit honeſtatem, ſeu perfectionem aliquã inferiorem ab obiecto materiali materialiter reſpecto: ita quoque admittere poteſt honeſtatem formalem inferiorem ab obiecto formali creato formaliter reſpecto; nec diſcrimen alicuius momenti inueniet: hoc vero admiſſo conſtituet in Deo virtutes morales formaliter.

Cap.

Digitized by Google

Caput 5. Vera ſatisfactio.

33 SOLIDIOR ergo difficultatis enodatio ex duobus principijs petẽda eſt. Primũ ieci diſp. 15.cap.2. vbi,ni fallor,demõſtraui, formaliter in Deo exiſtere perfectiones ex proprio genere inæquales primarias,& ſecundarias:vt ſunt intellectio,&volitio:nã licet illa in genere intellectionis adeo perfecta ſit, vt perfectior intellectio, nec mente quidem cogitari poſsit: pariter & hæc in genere volitionis:at ſi inter ſe conferantur,illa in nobiliori genere conſtituta eſt,quam hæc.Similis cõparatio fit inter abſoluta, & relatiua, & alias perfectiones diuinas: pariter in ipſa intellectione. Comprehenſio creaturæ perfectioris perfectior eſt,ex proprio genere,comprehenſione creaturę imperfectioris,cæteris paribus. Hoc eodem diſcurſu procedendũ eſt in noſtra re, ſub diſtinguendo ratione noſtra intra ipſam volitionem diuinam alias perfectiores, & quaſi primarias iuxta motiua formalia,quæ reſpiciunt alias ſecundarias, & minus perfectas:duo vero ſemper fixa retinenda ſunt. Primum, vt nulla in eis admittatur imperfectio, etiam ratione noſtra. Secundum, vt vnaquæque in proprio genere,ſecundum tendentiam ad ſuum obiectum,ſit adeo perfecta, vt ea perfectiorem,nec mens concipere poſsit.Ex quo fiet,quamcumque harum volitionum,ſi ea cõferatur cum altera ſolum fore minus perfectam negatiue,vt dicunt,non priuatiue, ſeu,vt alij loquuntur præſciſiue, non negatiue: quia non inducit negationem identitatis cum altera perfectiori volitione.

Intellectio perfectior volitione.

At nõ imperfecta.

Alterum principium eſt,diuinas volitiones, & ſi tendant ad obiecta creata,eaque propter ſeipſa amplectantur, non tamen ab ipſis ſumere honeſtatem, ſicut eam ſumunt volitiones creatæ: quoniam obiectum honeſtum eſt cauſa noſtrarum volitionum,ſaltem mediata,quatenus cognitio proponens eſt effectus obiecti media ſpecie immiſſa, & volitio ipſa effectus cognitionis,ſaltem tanquam conditio:qua de cauſa dici ſolet actus noſtros ſumere ſpeciem ab obiectis formalibus.Nam ſumere ſpeciem eſt obiecta eſſe cauſas naturæ ſpecificæ,de quo plura dixi diſp. 5.cap.4. itaque noſtri actus duo habent. Primum,eſſe effectus obiectorũ, & ſecundum hanc rationem dicuntur ſumere ſpeciem. Secundum illa reſpicere, vt terminos puros.Hoc ſecundum competit intellectioni,& volitioni diuinæ:non primum,&c.

Volitio diuina nõ ſumit honeſtatem ab obiecto.

34 Ex his duobus principijs colligo,duplicem nodi diſſolutionem. Prima concedit inæquales honeſtates in volitionibus diuinis, & non difficile accurrit ad difficultatem propoſitam cap.3. Secunda negat inæquales honeſtates,& facili negotio ſe expedit à difficultate propoſitã.

Duplex enodatio difficultatis.

Modo vtraque doctrina ſic applicanda argumentis. Ad primum propoſitum num. 18. ex teſtimonijs S.Thomæ reſpondeo, in eo ar. 1.ad 3.ſolum ſibi velle, bonitatem propriam Dei eſſe motiuum primarium formale propriæ volitionis; nam ſicut ipſe Deus comparatione ſcientiæ eſt obiectum primarium, licet alias etiam veritates in ſe ipſis cognoſcat: ita bonitas comparatione volitionis, licet etiam bona creata propter ſe ipſa amet. Pariter in ar.2.in reſponſione ad 2. loquitur de fine primario, & ad quem vltimo omnia ordinantur,qui eſt ſua bonitas, non tamen negat, alia à ſe velle propter intrinſecam bonitatẽ, licet non eo modo, & ſecundum eam rationẽ finis,quam habet propria bonitas Dei. Eandem tradiderat doctrinam 1. lib. contra gentes cap.86.& 87.

Reſpondetur ad argumenta S. Tho.

Explicatur S.Th.

Auguſtinus non ſuffragatur opinioni aduerſæ,nec verba,quæ allegãtur ad rem ſunt;quippe in eis tantum aſſerit, nobis Deum non vti, propter propriam ipſius vtilitatem:ſibi namque nullum poteſt reportare commodum:ſed propter noſtrum, allectus propria bonitate, nobis bona largiri: at ibi non tractat, anne Deus amet obiecta honeſta creata propter ipſorum honeſtatem,an non?

Aug.

Aug. ad rem nõ allegatur.

Ad primam ex rationibus, nego in primis nos ita iudicare debere de diuinis volitionibus, ſicut de noſtris quoad honeſtatem:quoniam obiectum non eſt menſura diuinæ ſanctitatis,ſicuti noſtræ honeſtatis, etenim diuina volitio ex ſeipſa ſecundum quamcumque rationem independenter ab obiecto creato,infinite honeſta eſt, hoc ipſo quod intelligatur eſſe volitio Dei per eſſentiam ſancti, vt quæcumque Chriſti volitio infinitum habet valorem meritorium, hoc ipſo,quod procedat à natura diuinitate ſancta, licet ergo non negemus terminari ad obiecta creata, negamus tamen ſumere ab ipſis ſpeciem, & ſanctitatem: cum vero diuina volitio in ratione liberæ in exercitio ſeu efficaciter compleatur,& conſtituatur per extrinſecum effectum,cum is ſubleuatio miſeriæ eſt, ſortitur denominationẽ miſericordiæ,cum magnifica donatio munificentiæ,cum liberalis liberalitatis. Vide ſupra hoc num.35. 35

Alio modo iuxta aliud principium reſpondere poſſumus,concedendo inæquales honeſtates volitionum diuinarum, negando vero hoc

Altera ſolutio ex altero principio.

Digitized by Google

hæc eſſe inconueniens:quoniam ſatis eſt, ſi volitiones illæ in proprio genere,aut iuſtitiæ,aut miſericordiæ, aut liberalitatis tanta gaudeant perfectione,quanta maior excogitari nõ poſſit in eo genere.

Quare nõ eſt in Deo volũtariũ omiſsiuũ.

Ad primam confirmationem, do antecedens, de quo diſp.19.cap.5.nego conſequentiam:diſcrimen eſt, quod voluntarium indirectum & omiſsiuum, tolleret à Deo perfectionem ſimpliciter ſimplicem,nimirum voluntarij poſitiui,& directi:at qui conſtituit in Deo, vltra affectum beneuolẽtiæ erga ipſum, virtutes morales formaliter, non tantum non aufert à Deo perfectionem ſimpliciter ſimplicem,verum aliam conſtituit diſtinctam ratione à priori, atque adeo maiorem dat volitioni diuinæ perfectionem.

Ad ſecundam cõfirmationem concedo antecedens,nego conſequentiam: diſcrimen facile eſt : nam ideo negatur ſcientia non comprehenſiua obiecti directi, quia non poſſet nõ eſſe imperfectio priuatiua in ſcientia : etenim omne obiectum directum comprehenſibile eſt: ergo ſi comprehenſione non attingeretur, fieret ſcientem imperfecte ſe gerere erga tale obiectum, atque induceretur imperfectio in virtute cognoſcendi : volitio vero creaturarũ propter ipſas nihil habet imperfectionis, vt oſtenſum eſt.

36 *Creaturæ à Deo amabiles gratia ſui.*

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, etiam facili negotio, ex doctrina ſatis explicata diſp.15.cap.3.& 4.etenim nihil impediente,quod creaturæ ſint media in ordine ad gloriam vltimi finis, ſunt tamen gratia ſui amabiles propter intrinſecã honeſtatem,ac propterea nulla eſt inordinatio in eo,quod immediate in ipſas,vt ſic feratur volitio diuina,maxime cum hæc etiam volitio referatur tandem in Deum,ſaltem virtualiter.

37 *Volitione creaturæ propter ipſam ſemper Deus reſpicit ſuam bonitatem.*

Tertium argumentum mihi bene probat, omnem volitionem creaturarum propter ſe, habere quoque pro obiecto partiali formali bonitatem Dei, non quod adæquata volitio creaturarum propter ſe aliquam haberet imperfectionem,cum Deo repugnantem:vt ſatis oſtendi num.27. ſed quod fieret, rem producendam eſſe duplici cauſalitate, vt bene infertur in argumento ex noſtris principijs:quod mihi incommodum eſt, quia præter communem ſenſum atque ſine neceſsitate ponitur ſecunda cauſalitas.Si quis autem arbitretur hoc non inferri , facile tueri poterit effici eandem rem ex duplici illa volitione adæquata, quin eis ſubſit aliqua imperfectio , vt num. citato expoſui.

38 Denum pro coronide,& maiori rei explicatione libet proponere argumentum contra virtutes morales diuinas,quod magnæ difficultatis à quibuſdam ex noſtris Magiſtris exiſtimatum eſt. Sine morali libertate non eſt virtus moralis: ſed in Deo non eſt moralis libertas:ergo neque virtus moralis. Probatur minor : ad libertatem moralem neceſſaria eſt indifferentia,atque electio ad extrema, moraliter inæqualia;ſed Deus non habet hanc indifferentiam:ergo nec libertatem moralem.Maior probatur:nam ſi quis neceſsitatem indueret ad eliciendum duos actus morales , ſolum in indiuiduatione quaſi phyſica diſtinctos, prorſus vero æquales in honeſtate morali, licet liber eſſet phyſicè,& materialiter ad electionem determinati indiuidui,non autem gauderet libertate morali,nec dignus laude eſſet, quod hunc potius numero actum,quam illum eligeret;nam is, & ille ſecũdum conſiderationem moralem non diſtinguntur , licet phiſicè diſtinguantur:ergo ille nõ pollet morali libertate. Vrgetur probatio ab exemplo:ſi quis teneretur debitum ſoluere ex iuſtitia in materia nummorum aureorum, & habeat duplicatam pecuniæ quantitatem eiuſdem qualitatis ſecundum omnia, non eſſet dignus laude, quod ſolueret debitum hac, vel illa parte quantitatis , nec in eo reluceret libertas moralis; ſed phyſica:ergo ita in noſtra re. Minorem probo ex hac doctrina,quoniam Deus quodcumque obiectũ morale amet,tam honeſte amat , quã cum aliud nobilius: quia ex obiecto nõ ſumit ſuam honeſtatem,& cum ex alia parte in libertate purè omiſsiua ſiſtere non poſsit , videtur induere neceſsitatem ad æquales actus honeſtos, indiſtinctos quoad honeſtatẽ, atque ideo non gaudere libertate morali; ſed ſolum phyſica:ergo non poſſunt in Deo eſſe virtutes morales.

Speciale, & difficile argumẽtum.

Ex non indifferẽtia morali ad extrema inæqualia.

Vrgetur à ſimili.

39 *Deus gaudet libertate morali.*

Ad hoc argumentum diuerſimode reſponderi audiui in diſputationibus. Ego aliorum reſponſis prætermiſsis, nego Deum non gaudere libertate morali.Negationis ratio euidẽs eſt in proprijs principijs:nam libertas diuina, vltra volitionem Deo intrinſecam , connotat effectus externos,vt ergo facultas noſtra gaudet libertate morali, quia eſt virtus indifferẽs ad actus morales, realiter diſtinctos;ita diuina volitio , quia eſt virtus indifferens ad effectus moraliter honeſtos,realiter diſtinctos.Ad probationem minoris,ſi operans ille haberet notitiam actus ſecundum indiuiduationem , & cum eligeret, non dubito eum fore dignũ aliqua laude in electione ejus actus,licet comparatione hominũ parui penderetur. Ratio huius eſt, quia illi actus non ſolum ſunt in genere phyſico;ſed in genere moris:pertinẽt enim, vt indiuidua,ad ſpeciẽ virtutis:puta eſſe duos actus miſericordiæ,aut temperantiæ : nam, vt ſpecies phyſica, verbi gratia,homo diuiditur

In indiuiduis eſt libertas moralis.

in

Digitized by Google

in ſua indiuidua; ita virtus miſericordiæ, tum habitualis, tum actualis diuiditur in ſua indiuidua: ergo eligens illam operationem indiuidualem ex aduertentia ad moralem indiuidualem aliquam, ſane exerceret libertatem moralem: nam aliquam exercere indubitatũ eſt; non autem eſſe ſolum phyſicam, ſic demonſtro: nam libertas phyſica procedit ex aduertentia ad bonitatem, & malitiam obiecti naturalis ſecundum commodum, aut incommodum naturale: libertas vero moralis ex aduertentia rationis ad conformitatem, aut difformitatem actus ad regulas moris: ergo cum ille eligens, eligat hunc actum moralem numero, propter honeſtatem moralem numericã, quã cernit eſſe in ipſo, negari non poteſt, in eſſe tali electioni exercitiũ libertatis moralis. Vrgeo rationem: certior opinio aſſerit ſpeciem inferioris virtutis in aliquo actu indiuiduali, poſſe recipere incrementum tale ex circumſtantiis, vt exæquet in honeſtate, omnibus penſatis, atque in valore meritorio actum ſuperioris virtutis. Tum ſic: pone aliquem incidiſſe in neceſsitatem erga hos actus, phyſica conſideratione inæquales; morali vero prorſus æquales, & æquiualentes, nonne iſte homo in electione huius determinati indiuidui in altera ex his ſpeciebus exerceret libertatem moralem? Quis hoc negет: ergo idem in noſtra re dicendum: nam in vtroque caſu eſt diſtinctio phyſica & æqualitas moralis: ergo in vtroque exercetur, aut non exercetur libertas moralis. Ais, in hoc caſu non tantum actus eſſe diſtinctos; ſed etiam obiecta: nam virtutes diuerſæ ſpeciei ſemper habent diuerſa obiecta, in alio vero non eſſe diſtincta obiecta. Sed contra primo pone in noſtro caſu diſtincta numero obiecta: exempli gratia, ſi diſtinctis hominibus eiuſdem circumſtantiæ, & qualitatis tribuo diſtinctas numero eleemoſinas: ecce habent diſtinctas numero honeſtates obiectiuas intra eandem honeſtatem obiectiuam miſericordiæ: ergo nullum tibi reſtat effugium. Contra ſecundo: libertas moralis immediate exercetur in actuum moralium elicientia, & in ea cõſiſtit laudabilitas moralis; quod vero obiectũ quod attingitur idem ſit aut diſtinctum nihil refert, dummodo attingatur per diſtinctos actus morales, in quibus diſtincta moraliter exerceatur libertas, vt ſatis conſtat: ergo, &c. Ad exemplum fateor, in ſolutione debiti hac, vel illa pecunia comparatione hominum, qui vulgariter ſentiunt, & ad hoc non aduertunt, nihil eſſe laudabilitatis: at ſi id fieret ex aduertentia ſpectante ad genus moris, & ex electione indiuiduali eius materiæ præ alia, mens penitius id conſiderans aliquam inuenit laudabilitatẽ, quia inuenit exercitium honeſtum moralis libertatis. Aduerte in hoc caſu pecuniam eſſe obiectum materiale, & in vna parte obiectum materiale, numero diſtinctum ab alia, atque ipſis in eſſe obiectiuam honeſtatem iuſtitiæ vnicuique ſuam numero diſtinctam ab alia; quo fit non poſſe non ab arguẽte admitti, eos actus numero diſtinctos iuſtitiæ habere obiecta numero diſtincta intra eandem ſpeciem.

Effugium.

Præcluditur.

In Deo ergo concedo, ex parte volitionum diuinarum, qua volitiones Dei ſunt ſanctitate ipſa eſſentiali, identice penetratę eſſe honeſtatem perfectiſsimam, & æqualem: at qua parte libere terminantur ad obiecta creata virtutum moralium, quarum Deus capax eſt, non ſunt æquales, ſed habent maiorem, aut minorem perfectionem ſecundum gradum ipſorum effectuum, quibus complentur, in ratione virtutis moralis ſecundum libertatem diuinam, vt dictum eſt. Simile eſt in Chriſto Domino, in quo actus virtutum, vt reſpiciunt obiecta inæquales ſunt; æquales vero vt procedunt à natura, diuinitate perfuſa. Quo fit ea exempla abs re Deo accommodari.

Volitio diuina vt cõpletur per obiecta nõ eſt æqualiter honeſta.

Reſtabat examinandum, an in Deo ſint decreta abſoluta quidem ex parte ſua, & conditionata ex parte obiecti erga futura conditionata, niſi ea decreta fuiſſent efficaciſsime à nobis confutata, tractatu de ſcientia Dei, diſp. 6. cap. 7.

DISPVTATIO DECIMA NONA.

DE MODO CONCVRRENDI VOLVNTATIS diuinæ cum agentibus liberis, & de malorum volitione.

Diſtincta

Digitized by Google

Diſtincta quinque capitibus.

In 1. Sententia affirmans Deum concurrere decreto efficaci intrinſeco antecedente.

In 2. Refutatio prædictæ ſententiæ.

In 3. Dilutio argumentorum.

In 4. Sententia ſcriptorum Societatis,& noſtra.

In 5. De volitione Dei,vt comparatur ad mala.

ARTICVLVS OCTAVVS S.THOMÆ.

VTRVM VOLVNTAS DEI NECESSITATEM REBVS VOLITIS IMPONAT?

Reſpondet S.Thom.quibuſdã imponere,videlicet agentibus neceſſarijs, & quibuſdam non imponere;videlicet liberis,& relictis agentibus naturalibus,in quibus difficultas nulla: de liberis id deducit ex perfectione, & efficacitate diuinæ volitionis:quoniam ea non tantum vult fieri,quæ fiunt ab ipſis,ſed etiam vult modum, quo fiant, aptando eis cauſis concauſas contingentes,è quibus effectus contingenter eueniunt. In argumento ſed contra *alias (inquit) libertas peryt,& conſilium,& omnia huiuſmodi.* Duo notanda in hoc ar.primum mẽtem S. Thomæ alienam eſſe à phyſica illa prædeterminatione, quam tanta contentione diſcipuli ex ipſius familia noſtro ſæculo defenderunt: quoniam ait, cauſis contingentibus præparaſſe modum, qui poſsit in operando deficere: ergo non præparauit prædeterminationem phyſicam, quæ in operando non poteſt deficere.Secundum S.Thomam in hoc ar.ieciſſe fundamenta vt q.22.ar.4. explicet prouidentiam diuinam non impedientem exercitium liberi arbitrij per ſuam prædeterminationem,aut præfinitionem;non verò per diſcipulorum,quæ impedit.

S. Th. *Alienus S.Th.a phyſica prædeterminatione.*

ARTICVLVS NONVS S. THOMÆ.

VTRVM VOLVNTAS DEI SIT MALORVM.

Reſpondet malum pœnæ per ſe amari à Deo, ſuppoſita culpa ex parte noſtra: malum verò culpæ nulla ratione placere.

Cap.I. Sententia affirmans Deum concurrere decreto efficaci intrinſeco antecedente.

1 TAMETSI diſp.6.cap.3.materiã huius capitis diſcuſſerim, quantum attinet ad ſcientiam Dei, an ne in decreto concurrendi cũ cauſis liberis Deus certam ſcientiam futurorum habere poſsit, & iterum eandem ſim diſcuſſurus diſp.23. cap.9. agens de prædeſtinatione abſoluta ante præuiſa merita,cogor tamen in hoc loco, propter quoſdam Thomiſtas iuniores in hunc articulum ſatis prolixè de hoc puncto diſputantes,in arenam deſcẽdere:at me expediò breui calamo, quia vt lego, voces tãtum inducunt nouas.Id nõ poſſum non laudare,quod iam (ſi Deo placet)ad noſtro-

Albelda. *Sententia moderni Thomiſtæ.*

Digitized by Google

noſtrorum placita ſe ſe proximius confert, & diſcedit à ſuis, vt noto infra num.3.

2 Notandum moueri poſſe dubium, aut de decreto Dei in ſe, an ne, ſi antecedit abſolutũ, & efficax in ratione cauſæ, ante noſtram operationem liberam, pugnet cum noſtra libertate: aut etiam moueri poſſe de intrinſeca præmotione, per quam in executione præmouet cauſam liberam ad operandum, an ne talis virtutis, & energiæ ſit, vt pugnet cum indifferentia principij? vtrumque dubium mouent præfati Thomiſtæ recentiores: ſyncerè expendi textum S. Thomæ, in quo nec verbum habet de præmotione; vnde hæc ſecunda dubitatio abs re eſt, & licet contra ipſam ſatis laborauerim in materia de auxilijs, quam publice docui in Salamanticenſi Theologorum academia, anno à partu ſacro milleſimo ſexenteſimo decimo octauo, & ſola eorum tranſcriptione hic inſerta, bene vrgere poſſem aduerſarium: abſtinebo quia abs re, & quia tangit materiã de auxilijs, & modo non licet eam typis dare. Scot. Scotus, & diſcipuli adſtruunt decretum efficax, negant præmotionem intrinſecam: vtrũq; Thomiſtæ defendunt.

3 Id non omittam, hunc Magiſtrum relicta iam qualitate phyſica, aut complente principium, aut applicante, ſiue permanenter, ſiue tranſeunter, gratiam efficacẽ conſtituere iam in motibus animæ indeliberatis, præuenientibus conſenſum liberum, actibus quidem noſtris vitalibus, ſcilicet ſancta cogitatione intellectus, & ſancta inſpiratione voluntatis. *Aliena à placito Thomiſtarum.* Hoc placitum cum legi iucundiſsimo excepi animo; præcipuè, quia video aduerſarios ad veritatem, atque ad noſtram ſententiam accedere. Secundo, quia per ſe manifeſtum videtur, hos motus, nec per vim efficientem phyſicam, nec per moralem, ſeu obiectiuam inducendi in actum liberum habere vim illam ferreã prædeterminandi, quam Thomiſtæ antiquiores noſtri ſæculi ſuis præmotionibus cõceſſerunt. Nec non, quia in hoc placito Magiſter is longe diſcedit ab anteceſſoribus. Etenim alij explicarunt prædeterminationem per qualitatem diſtinctam à motibus indeliberatis complentem actum primum ita Vañes. 1.p.q.14. ar.13.& q.23.ar.3. & 2.2.q. 10. ar.1.dub.2. ita Cabezudus 3.p.q 62.ar 5 pag.140. & Nauarretus controuerſia 2 . ac præcipuæ §.5. alij per modum motionis virtuoſæ, ita Aluarez de Auxilijs diſp. 23. num. 27. vbi non figit pedem, iam refugit concedere eſſe actum primũ, iam eſſe ſecundum, ſed medium quoddam, vltimũ inquit complemẽtum actus primi, & diſp.18. num.18.& 19. ait, phyſicam prædeterminationem proprio vocabulo dici motionem virtuoſam, nec tamen eſſe qualitatem: ita etiam Zumel tract. de auxilijs pag. 23. & 29. alij per modum applicationis, ita Ledeſma tract. de auxilijs q. vnica pag. 13. vbi diuidit auxilium efficax in præuium, & non præuium; & §. 22. in 3. concluſione & pag.76. in 3. ar. ait auxiliũ efficax præuium influere non ſolum, vt conditio, ſed vt principium in operationem & pag. 77. § *tota autem difficultas*, diſputat, an hæc prædeterminatio præuia ſit per modum qualitatis, & principij: an per modum motionis in cauſam ſecundam, per quam à prima applicatur ad agendum, veluti inſtrumentum à cauſa principali, & ipſe amplectitur ſecundam partem, vt probabiliorem, aitque, rem eſſe inter ipſos controuerſam. Ledeſmam videtur ſecutus Cabezudus tom. 1. q. 62. ar.5.q.2.pag. 146. ergo fere omnes, imo peritiores, qui ex aduerſa parte ſcripſerunt phyſicam prædeterminationem ſupernaturalem, in qua conſiſtit, per ipſos, efficia gratiæ diſtinxerunt à motibus indeliberatis præuenientibus mentis noſtræ: diſceſſit ergo à ſuis; nec immerito: quoniam Concilia, & Patres explicarunt gratiæ efficaciam per ſanctam cogitationem, per certam ſcientiam, per vocationem, per victricem delectationem, per ſuauitatem, per tactum cordis, & alijs nominibus, quæ aptiſsime congruunt cogitationi ſanctæ, atque ſanctæ inſpirationi: non ergo opus eſt alia qualitate, aut applicatione, aut motione virtuoſa, aut cauſalitate præuia ad explicandam gratiæ energiã; imo in nullo eorum conſiſtere, id mihi manifeſte probat, quod de his nulla facta mentio à Concilijs, & Patribus, cum efficaciam gratiæ tam ſerio, & accurate contra hæreſes noſtri temporis nobis expoſuerint. Non poſſum ergo non gratulari huic Magiſtro, quod iam ſit cum noſtris viam veritatis in hac parte ingreſſus. Hoc vero prætermiſſo, vti dixi controuerſia ſolum cum ipſo ineunda de decreto, per quod concurrit cum agentibus liberis.

Cabezudus. Nauarretus. Vañes. Aluarez. — Zumel. Ledeſma. Cabezudus.

Porro obſeruandum prius, ipſum procedere in opinione magis communi, mihi non magis vera, erga libertatem Dei; videlicet actus liberos cõſtitui aliquo ſibi intrinſeco, & omne extrinſecum eſſe extra eſſentiam actus liberi. 4 *Fundamenta contrariæ ſententiæ.*

His poſitis, ſuam ſententiam explicat per tres concluſiones, aliæ enim tres, quas habet nõ ſpectant ad ipſius ſententiam, vt noto num.6. Prima eſt Deum non poſſe aliter concurrere immediate ad electiones noſtras liberas bonas, niſi per decretum liberum abſolutum, & efficax internum, & immanens ſuæ diuinæ voluntatis antecedens illas ordine cauſalitatis requiſitæ ad earum exiſtentiam. Hanc concluſionem confirmat ex diſcipulis S. Thomæ, ita Didacus Aluarez de auxilijs diſp.22. Magiſter Bañes. Magiſter Zumuel, atque Nazarius in hunc *Aluarez. Vañes. Zumel. Nazarius. Primum fund.*

Digitized by Google

hunc ar. alios etiam allegat, quos prætermitto breuitatis cauſa. Probat eam ſatis fuſe, ego robur ad compendium redigo. Primo allegatur ex ſacra pagina cap. 14. Iſaiæ vbi decretum Dei infirmari non poſſe, & 13. Heſter, vbi nullum poſſe reſiſtere voluntati Dei, & 8. Prouerbiorum, vbi præparari volūtatem à Domino, & 21. vbi cor Regis eſſe in manu Domini.

Iſaiæ. 14. Heſter. 13. Prou. 8. et 21.

Secundo ex patribus allegatur Auguſtinus in Enchyridio. c. p. 95. de correptione, & gratia cap. 14. & Damaſcenus, D. Dionyſius, Leo Papa, Proſper, & Fulgentius, quorū teſtimonia facile declaro num. 20. & ſequentibus.

Aug. Damaſ. Dionifius. Leo Papa. Proſper. Fulgetius.

Non probat concluſionem alia ratione, niſi impugnatione aliarum ſententiarum; ab eavero noſtrorum ſententias facile vendico cap. 2.

5 In ſecunda concluſione, addit per illud decretum abſolutū, & efficax ab æterno prædeterminaſſe omnes volitiones noſtras liberas bonas diſtinctè, & in particulari. Pro hac allegat duo teſtimonia ex S. Thoma, alterū q. 25. ar. 5 ad 1. alterum ex quodlibeto 12. q. 3.

S. Tho.

Iam probat ex Paulo ad Epheſios 2. vbi ait, nos creatos eſſe in operibus bonis, quæ præparauit nobis Deus, illud *præparauit* intelligit prædefiniuit ex Athanaſio, & Theophilacto ibidem ex Auguſtino lib. de prædeſtinatione ſanctorū cap. 10. cuius verba tranſcripſit Proſper reſponſione 14. ad capitula Gallorum ex Fulgentio lib. 1. ad Monimum cap. 30. ex S. Thoma lect. 3. Anſelmo, & Beda in eundem locum.

Ad Eph. 2. Athan. Theophil. Proſper. Aug. Fulg. S. Th. Anſel. Beda.

Secundo allegat Paulum ad Epheſios 1. vbi Deum operari omnia *ſecundum Conſilium voluntatis ſuæ*. Per conſilium ſuæ voluntatis, intelligit decretum abſolutum: nam non appellaret Paulus voluntatem conditionatam *conſilium ſuæ voluntatis*.

Ad Eph. 1.

Tertio allegat plures Patres, Dionyſiū cap. 5. de diuinis nominibus Chriſoſtomū, & Theodoretum in verba Apoſtoli ad Epheſios 1. elegit nos in ipſo ante mundi cōſtitutionem, Damaſcenum in dialogo contra Manicheos circa finem, Leonem Papam epiſ. 84. ad Nicætam, Proſperum, & Fulgentium, vbi ſupra. Nullam affert alicuius momenti rationem pro hac cōcluſione.

Dioniſ. Chryſoſt. Theodoret. Damaſ. Leo Papa. Proſper. Fulgen.

In tertia addit hoc decretum prædermināſ actiones liberas noſtras in particulari, neceſſarium eſſe ordine cauſalitatis ad exiſtentiam earū. Eam probat ex dictis in probatione duarum priorum cōcluſionum, annectens alia teſtimonia eorundem Patrum, quæ vt video nouam non adferunt difficultatem. Rationem deducit ex teſtimonijs ſcripturæ, & Patrū ſupra relatis, & ſic format. Nā aliqua voluntas abſoluta Dei, & efficax neceſſario requiritur ad exiſtentiā noſtrarū bonarum electionū: ſed hæc eſt immanens, & intrinſeca Deo: ergo prædeterminatio efficax prædifiniens noſtras liberas operationes antecedit illas ordine cauſalitas.

Dixi per has tres concluſiones explicare ſuā ſententiam, & ſi non lateat, quartam adijcere, in qua aſſerit, eam prædeterminationem non præſupponere ſcientiam conditionatam: quia licet de aliqua prædefinitione per modū intentionis, non neceſſario requiſita ad exiſtentiam boni operis, falſum ſit præcedere ſcientiā conditionaliū, at de prædefinitione, de qua loquitur aduerſarius, per quā Deus exhibet concurſum neceſſarium ad exiſtentiā boni operis, verum eſt ſemper ſupponi ad ſcientiā conditionalem in ſtatu conditionato, tanquā obiectum eius. Hic aduerte, hunc authorem vtramque prædefinitionem confudiſſe: nam quæ profert teſtimonia non agunt de decreto communi, per quem Deus offert concurſum generalem ad omnes operationes liberas bonas, tum ſupernaturales, tum morales; vt per ſe perſpicuum eſt & ex ipſo Scopo, quem ſcriptura, & Patres intendunt manifeſtum; ſed aut de ſpeciali electione ad gloriam propria prædeſtinatorum, de qua erit ſermo noſter diſp. 23. cap. 13. aut de vocatione ad gratiam congruam. Hoc aduerto, quia hoc vno verbo infringitur fere omnis aduerſarij authoritas, & efficitur perſpicuum, ineptè pro ſuo inſtituto applicata eſſe, vt cap. 3. dicemus. 6

Hic author cōfundis decreta.

Aduerte etiam, quintam adhibuiſſe concluſionem, & ſextam contra noſtrorū ſententias, de quibus noſtram pronūciabimus cap. 4. Nota P. Arrubal, immerito hinc inde verſare: nā ipſum allegat ex diſp. 56. cap. 4. pro decreto abſoluto antecedente exiſtentiam noſtrę cooperationis, atque columnā fere integrā tranſcribit: verum longè diſtare mentem P. Arrubal, conſtat primo; quia ipſe non cōſtituit decretum efficax liberū omnino immanens, ſed extrinſeco aliquo completum in ratione liberi, vt conſtat ex dictis diſp. 16. cap. 9. in principio. At iſte author ponet in libero decreto efficaciam prorſus intrinſecam: ergo aliena eſt mens P. Arrubal. Secundo quia licet ponat duplicem præfinitionem, aliam comitantem, aliā antecedentem in cauſa ordinata ad actum bonum: hoc eſt, in productione vocationis congruæ: at concedit hanc antecedentem, quæ eſt ad rem huius authoris, non eſſe neceſſariam. Vide ipſum diſp. 67. cap. 3. & diſp. 68. cap. 2. ergo nō agit de decreto concurrendi cū agentibus liberis ad operationes bonas, vt cauſa prima: quippe hoc ſimpliciter neceſſariū eſt. Non ignorabat is author hanc mentēm eſſe P. Arrubal, vt ex ipſo cōſtat, ipſum videtur mordere voluiſſe, & ex ipſo reuincere: cum tamen nihil momenti obijciat. An autem P. Arrubal iuxta

P. Arrub. Vindicatus Arrub.

Digitized by Google

iuxtà ſua principia conſtituere poſsit prædefinitionem abſolutam operis boni in cauſa, ego diſputo in tract. 3. de prædeſtinatione diſp 23.cap.9.

Caput II. *Refutatio prædictæ ſententiæ.*

7 CVPIO vitare prolixitatem: vereor tamen ne faciam iniuriam veritati, quã totis neruis defendo, in breui eius confirmatione, contra decretũ illud efficax, atque immanẽs prædeterminatiuum ex ſacra ſcriptura duo tã tũ adduco teſtimonia. Primũ nõ minus cõmune, quã expreſſum ex cap. 15. Eccleſiaſtici, vbi hæc verba *Appoſui tibi ignẽ, & aquã; ante hominẽ vita, & mors; bonũ, & malũ, quod placuerit ei, dabitur illi.* Verba hæc ita homini primo dicta ſunt, vt de ſingulis vera eſſe dubitandum nõ ſit: cõſtituo ergo hominẽ tẽtatũ, ſibi repræſentantẽ delectationẽ turpis obiecti, atque in honeſtatẽ ipſius; nonne is cõſtitutus cũ omnibus requiſitis, ad proxime edendã electionem, aut obiecti turpis, aut honeſti, relictus eſt in manu cõſilij ſui? nonne ante ipſum eſt ignis, & aqua? vita, & mors? bonum, & malũ? vt eligat, quod placuerit? ergo ſecundũ hunc textũ, inſtructus omnibus prærequiſitis ad operandũ, tũ ex parte cognitionis; tũ ex parte concurſus diuini, prius natura quã eligat, homo is eſt indifferens ad eligendũ, vel repudiandũ obiectũ illud: nã ſi aliquid deſideretur ex parte principij, ſiue in cognitione, ſiue in cõcurſu Dei aſsiſtẽte nõ eſt ante hominẽ vita, & mors: ſi vero nõ ſit indifferens ad vtrũque ſed prædeterminatus decreto Dei ad vnam partem, non ſunt bonũ, & malũ in manu conſilij ſui: ergo Deus nõ exhibet concurſum ad bonã electionẽ per decretum efficax, immanens cauſalitate antecedens exiſtentiã electionis. Probo hanc conſequentiã: nam ſi decretum hoc cauſalitate antecedit noſtrã operationẽ, natura antecedit; ſi natura antecedit, altera pars nõ prædeterminata, non eſt in manu conſilij ſui; quoniã decretũ efficax Dei immanẽter tale, eam vim habet; vt impoſſibilis ſit coniunctio negationis operis prædeterminati; nã licet potentia in ſe, & ex ſe indifferens ſit ad vtrumque extremũ, tum contrarium, tum contradictorium: at per decretũ antecedens, ſi efficax eſt immanẽter ligatur eius indifferentia, atque impeditur quo ad vſum: quemadmodũ ſi detinerem hominem vinculis ferreis ligatum tam arctè, vt virtutem mouendi exercere non poſſet, imminente periculo mortis, quam fugiendo poſſet euadere; nequaquam poſſem ei dicere, mortem, & vitam eſſe conſtitutam in manu conſilij ſui: pari ratione, ſi Deus, vt cauſa prima exhibet ſuum cõcurſum per decretũ immanenter efficax alterius extremi antecedens natura, & cauſalitate actionem noſtram eligentem, qua veritate dicat homini, mortem, & vitam; bonum, & malum in electione humana appoſita eſſe? Hoc argumentum mihi efficaciſsimum eſt, nec robur eius eneruari ſolutionibus, quas excogitarunt aduerſarij demonſtro infra num. 12. & ſequentibus.

Eccleſiaſtici.15. Expenditur Eccleſiaſticus cap.15.

Deducitur argumentum efficax.

Secundum teſtimonium depromo ex Iſaia cap.5. vbi Deus de vinea facta dilecto, benè ſepta torculari ſtructo, & turri ædificata, ait ſpectaſſe, vt faceret vbas, & tuliſſe labruſcas, ſic ſcribit *nũc ergo habitatores Hieruſalẽ, & viri Iuda iudicate inter me, & vineã meam, quid eſt, quod debuĩ vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? an quod expectaui, vt faceret vbas, & fecit labruſcas?* Aduerte in hac parabola duas tribus ſignificatas; alteram Iuda; alterã Beniamin, vt conſtat ex textu ibi *vinea enim Domini exercituum domus Iſrael eſt, & viri Iuda germen eius delectabile.* Vide P. Maldonatum in Matheum cap.21. verſu 33. Aduerte deinde per vbas ſignificari bona opera, per labruſcas praua: conſtat ex textu ibi *expectaui, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iuſtitiam, & ecce clamor* ſicut in Matheo cap.21. per triticum ſignificantur opera bona; per ſizaniam praua. Tertio aduerte ex vtroque teſtimonio effici nec fidelibus ſynagogæ, nec Eccleſiæ aliquid defuiſſe ex parte Dei, vt facerent opera bona; nam vt dixit Baſilius in 18. Mathæi. *Nihil prætermiſit Deus quod ad ſe pertinebat.* 8

Iſaiæ 15. Explicatus Iſai. cap.5.

P. Maldonat.

Ex his ſic formo argumentũ: vel quemcumque ex fidelibus tã ſynagogæ, quã Eccleſiæ prædeterminauit ſuo decreto efficaci ad bona opera? vel nõ? ſi primum: ergo nihil mali fecerunt, nec tulerũt labruſcas; nam per te, bonum opus infallibiliter atque ineuitabiliter coniunctum eſt cũ decreto efficaci prædeterminãte. Si ſecũdum; ergo nõ habuerunt cõcurſum neceſſariũ ex parte Dei, ad ferẽdos fructus bonorũ operũ: probo hanc conſequentiã; nã per aduerſariũ nõ ſolũ Deus prædeterminat omnia opera bona hoc decreto efficaci, ſed etiã illud neceſſariũ eſt ordine cauſalitatis ad exiſtẽtiã ipſorũ: ita affirmat in tertia concluſione: ergo eis negatus eſt cõcurſus neceſſarius Deinde, ſi negata eſt prædeterminatio hæc, & potuit concedi: ergo aliquid vltra potuit facere vineæ ſuæ, quod non fecit ei; quod ſi feciſſet, ipſa faceret iudicium, & iuſtitiam, & cum accerſitur à Deo ad audiendum iudicium inter ipſum, & vineam, poterit, ſic reſpondere. *Querimonia tua Domine contra populum fidelem*,

Baſilius. Formatur argumentum efficax.

nec videtur iuſta, nec vera; non vera, quia vltra quod feciſti prædecreto efficaci bonorum operũ, nõ poterat iuuare: non iuſta; quia per carentiam huius decreti tibi liberam, & per decretum efficax oppoſitum, erga mala opera, quo ad entitatẽ poſitus eſt populus in quadam neceſsitate non eliciendi bona opera, & eliciendi mala: non ergo ipſis adſcribendum, quod tulerint labruſcas, non vbas; ſed tibi, quippe poteras prohibito prædeterminare nos ad bona opera. Vt præcludas aduerſariorum effugia, applica argumentũ hoc ad primũ actum hominis, ne dicant aduerſarii ideo negaſſe Deum decretũ prædeterminans; quia populus oppoſuit impedimẽta peccatorum, & abuſus fuit cõcurſu ſufficiẽti ad bona opera.

9 Poſſem ex Concilijs ſatis vrgentia adducere teſtimonia contra decretũ prædeterminãs; nam ex negata intrinſeca prædeterminatione euidenter ſequitur, negandam eſſe extrinſecã, & concilia contra gratiam à ſe efficacem Caluini negaſſe quoque prædeterminationem intrinſecam ſatis vrgenter, niſallor, probari poteſt: verum quia proxime, & immediate agunt contra dogma Caluini, inducentem neceſsitatem per gratiã à ſe efficacem, ſuperſedeo modo ab hac confirmatione.

Damaſ. *Probatio ex Patribus.* Secundo ergo probo ex Patribus. Damaſcenus lib. 2. de fide cap. 30. ait, Deum præſcire omnia, non prædefinire *ea enim (inquit) quæ in noſtra poteſtate, & arbitrio ſita ſunt, præſcit, non præfinit, quia virtuti vim non affert.* Chryſoſt. Chryſoſtomus homilia 12. ad Hebræos (ait) *non antecedit ſua voluntate noſtras, ne noſtrum lædatur arbitrium.* Vbi non loquitur de anteceſsione temporis, ſed cauſalitatis. Hier. Hieronymus epiſ. ad Damaſcenum de filio prodigo, hominem ita eſſe liberum (ait) *vt viuat non ex imperio Dei:* hoc autem imperium non eſt lex, aut præceptum, vt conſtat, quia illis gubernatur, ſed decretum prædeterminans. Aug. P. Suar. Auguſtinus pluribus in locis id ait, refert P. Suarez lib. 1. de auxilijs cap. 13. ſatis abunde. Ego reuoco in memoriam egregia verba in lib. 3. de libero arb. cap. 18. *quæcumque (ait) iſta cauſa eſt voluntatis, ſi non poteſt ei reſiſti, ſine peccato ei ceditur:* at qui huic decreto prædeterminanti non poteſt ei reſiſti à libero noſtro arbitrio, in eo ſenſu, quod in poteſtate eius ſit, coniungere cum eo decreto negationem operis prædeterminati. ergo ſine libertate ei ceditur. Mitto alios Patres, quia breuitati ſtudeo, lege, ſi placet apud P. Suarez ſupra.

10 Bonau. Alenſis. Capreolus. AEgidius. Ex ſcholaſticis idem cap. 14. refert & expẽdit loca Bonauenturæ; Alexandri Alenſis, Capreoli, AEgidij, Henrici, Marſilij, Gregorij, Gabrielis Adami, Andreæ de Caſtro nouo, Almaini, Angeſti, Occami, Dionyſij Ciſtercienſis, Armacani, Adriani, Conradi, Soti, Andreæ de Vega, atque Cordubæ, quæ ego nõn refero, ne actum agã, reuoco ad memoriã, ne tradãtur obliuioni. Aduerto ea accurate a me expẽſa atque expreſsiſsima iudicata, his ego adijcio noſtros ſcriptores, qui vno ore vtrãque prædeterminationẽ negarũt ita Bellarminus lib. 1. de gratia & libero arb. cap. 12. & 13. & lib. 2. cap. 9. & 10. P. Suarez vbi ſupra; P. Vazquez 1. p. diſp. 88. cap. 11. & diſp. 92. cap. 2. P. Molina in cõcordia q. 14. ar. 13. diſp. 38. & q. 23. in ar. 4. & 5. P. Leſſius opuſculo de auxilijs in diſp. de prædeſtin. & reproba. omniũ Angelorũ, P. Fõſeca 3. tom. meta. lib. 6. cap. 2. q. 5. ſect. 13. P. Turrianus lib. 5. pro Epiſtolis Pontificijs cap. 1. P. Cornelius 1. Cor. cap. 4. P. Iuſtinianus in Paulũ ad Philippen. cap. 2. verſu 13. Toletus in Epiſ. ad Rom. ſæpiſsimè. Poſſem etiã adijcere cõtrouertiſtas omnes, quis vero neget, horum doctiſsimorũ virorum authoritatem magni faciendam eſſe.

Henricus. Marſilius. Gregorius. Gabriel. Adamus. And. de Caſtro nouo. Almainus. Angeſtus. Okamus. Dion. Ciſterc. Armacanus. Adrianus. Conradus. Sotus. And. de Vega. Cordoba. P. Bel. P. Suar. P. Vazq.

11 P. Molina. P. Leſsius. P. Fonſeca. P. Turrianus. P. Cornelius. P. Iuſtinianus. P. Toletus. S. Th. *Expenditur S. Th. pro noſtra ſententia.*

Quia tamẽ aduerſarius exiſtimat, à ſe ſtare S. Thomã operepretiũ erit, quædam eius loca producere, atque expẽdere pro noſtra ſententia. Et primũ ex hoc ar. 8. vbi in corpore reddens rationẽ, quare volũtas Dei non imponat neceſsitatẽ rebus, ſic ait, *quibuſdã autẽ aptauit cauſas cõtingẽtes defectibiles, ex quibus effectus contingẽter eueniãt.* Hæc verba de duplici præparatione intelligi poſſunt. Primũ de præparatione intrinſecè præmouẽte. Secundũ de ipſo decreto præparãte concurſum generalẽ, & de vtraque verũ eſſe debet, aptaſſe cauſas cõtingẽtes nã ſi, vtraque nõ eſſet cõtingens, ſed altera tantũ neceſsitatẽ inducens, libertas defendi nõ poſſet. Mihi perſuadeo S. Thomam præcipue reſpexiſſe ad præparationẽ cõcurſus per decretũ: primo; quia docet vniuerſaliter modũ mouẽdi ad quemcũque actũ liberũ, at qui præmotio præuia per actus vitales, de quib⁹ loquitur etiã aduerſarius, nõ ſemper neceſſaria eſt; maxime in ordine ad actus naturales. Secũdo; quia in textu (ſic ſcribit) *nõ igitur propterea effectus voliti à Deo eueniunt cõtingẽter, quia cauſæ proximæ ſunt cõtingentes; ſed propterea, quia Deus voluit, eos cõtingenter euenire, cõtingentes cauſas ad eos præparauit.* Quaſi dicat, Deus ſe ſe accomodãs naturis rerũ vult, agẽtia libera libere operari, & cũ videat, id fieri nõ poſſe, niſi cauſas præparet cõtingentes, eas contingenter præparauit, & cũ cauſa præcipue neceſſaria ſit concurſus generalis eiuſdẽ Dei, contingenter illũ exhibet, videlicet ita, vt eo iam præparato prius natura, & cauſalitate, quam producatur operatio libera adhuc contingens ſit, eam producere, aut non producere: ergo non præparat concurſum per decretum immanenter efficax, atque prædeterminans operationẽ: probo hanc conſequentiam; quia poſita ea cauſæ præparatione nulla eſt contingentia.

Nec

Digitized by Google

Occurritur obiectioni ex ipſo. Nec obſtat, in ſolutione ad primũ affirmaſſe, neceſſario hanc conditionalem veram eſſe. *Si Deus hoc vult, neceſſe eſt hoc eſſe*, quia plane loquitur de neceſsitate cõſequenti, quæ eſt ex ſuppoſitione volitionis diuinæ cum effectu, nã ſi ea eſſet ſuppoſitio omnino antecedens ad effectum eius qualitatis, vt neceſsitatem induceret, officeret proculdubio vſui libertatis.

S.Th. *2. Probatio ex S. Th.* Secundo allego S.Thomam in 2.diſt.25.q.1.ar.1.vbi affirmat, non fore liberum arbitriũ, ſi actio eius determinaretur à cauſis prioribus, & expreſſe decretum prædeterminans, quod eſt cauſa prior, videtur excludere. Deinde 1.2.q.10.ar.4.in corpore ita ait; *ſic Deus voluntatem mouet, quod non ex neceſsitate ad vnũ determinet, ſed remaneat motus eius contingens.* *S.Th.* In his verbis ſentit S. Thom. determinationẽ antecedentem ad vnum pugnare cum contingentia motus liberi arbitrij atque inducere neceſsitatẽ, nulla vero maior determinatio antecedens eſſe poteſt. quam per decretum efficax Dei, cauſalitate antecedens. Quod vero, ait, eſſe determinationẽ per modum naturæ, & per modum liberi, mox excutio, atque declaro, *3. Efficax.* in ipſis terminis implicari. Denique allego ex q.6.de veritate ar.3.in quo explicans ordinem certum cauſæ inter prædeſtinationem, & ſalutem prædeſtinati non recurrit S.Thom.ad efficaciam decreti prædecernentis ordine cauſalitatis, ſed ad cumulum auxiliorũ ad varia adminicula, & præſidia, vt licet certum non ſit, hoc, aut illud determinatè effectum ſortiturũ, at de omnibus ſimul id certum ſit. Quod ſi S. Thom. opinaretur ante ſingulas operationes bonas, eſſe ſingulare decretum prædeterminans, cum quo infallibiliter ex efficacia eius annectitur, effectus, non recurreret ad cumulum auxiliorum; quia ex decreto depromeret firmiorem rationem ſuæ concluſionis. Alia adferre poteram teſtimonia, ſed nec alijs opus eſt, nec pro noſtro inſtituto neceſſarium.

12 Iam ratione agamus, & ſpero ita rem à me demonſtrandam vt facile effugia præcludam. *Cum decreto efficaci cõponi nõ poteſt negatio operationis decretæ.* Atque in primis ſtatuo principium, nimirum, decretum efficax immanẽter atque antecedens talis naturæ in Deo eſſe, vt in nullo euentu cũ ipſo coniungi poſsit negatio operationis prædecretæ Hoc principium probant teſtimonia, quæ ex ſacra pagina proferri ſolent, ad oſtendendũ voluntati Dei, vtique efficaci reſiſti nõ poſſe, atque decretum Dei infirmari nõ poſſe, *Iſaiæ 14.* *Heſter 13.* *S.Th.* vt dicitur Iſaiæ 14. & Heſter 13. fatentur hoc aduerſarij, vt fide ſanctũ, & aſſertum a S. Thoma mille locis, & in noſtro ar.8.ad 2.Cũ autẽ dicimus decretũ hoc efficax antecedẽs tollere potentiã ad oppoſitã operationẽ, non eſt ſenſus, ipſam indifferentiam potentiæ ſibi eſſentialẽ deſtrui, quia nec viſio beatifica, quæ neceſsitatem inducit amandi Deum eam deſtruit; nec decreta, nec gratiæ à ſe efficaces Caluini, nec fatum, nec cœlorum influentiæ eam deſtruebant & tamen certum eſt, hæc omnia, ſi conſtituantur, vt voluerunt hæretici, & ethnici tollere potentiam proximam ad libere operandum, hoc eſt impedire exercitium potentiæ, vt indifferentis; nec his poſitis, eam manere tã expeditam, ac poſtulat natura eius, aut tam, quam ante poſitionem horum. Idẽ voluit Tridentinum ſeſſ.6.cap.5.cum dixit hominem vocatum illuminatione, & inſpiratione libere aſſentire vocationi, quippe eam poteſt abijcere; nam per illud *poteſt* non tantum ſignificat, nõ deſtrui potentiam indifferentem in ſua entitate, ſed etiam vocationem efficacem non ligare ipſam ad vnum extremum, nec coarctare indifferentiam. Et canone 4. cum ait liberum arbitrium motum, & excitatum cooperari libere aſſentiendo; quia poteſt diſſentire ly *poteſt* vtramque complectitur potentiam, & entitatem facultatis indifferentis, & expeditionem eius. Idem docuit Anſelmus lib. 2 cur Deus homo cap.18.& lib.de concordiæ præſcientiæ, & prædeſtinationis cap.1.&S.Thom. lib.2.Phyſicorum lectione 15. textu 88. & ſecundo contra gentes cap. 29. cum dixerunt, determinationem ortam ex ſuppoſitione antecedente, natura, & cauſalitate, pugnare cum libertate, non quidem quia deſtruat entitatem facultatis liberæ, ſed quia impedit vſum indifferentem: ergo pariter in noſtro propoſito, ad hoc, vt decretum hoc immanenter abſolutum contrarium ſit libertati duo tantum requiruntur: primum, quod natura antecedat ex parte cauſæ, ſecundum quod pro eo priori natura antecedenti determinet indifferentiam ad vnum extremum non, inquam, ita determinet, vt deſtruat indifferentiam, ſeu vniuerſalitatem potentiæ in ſe ipſa, hoc enim eſſet mutare naturam intrinſecam eius; ſed quod virtute decreti natura antecedentis, atque neceſſarij ex parte principij impediatur vſus indifferens, atque alligetur ad vnum extremum ratione decreti aduenientis.

Aliud eſt nõ deſtrui indifferentiam eſſentialem libertatis: aliud non impediri vſum. *Trident.* *Anſel.* *S.Th.*

13 *Ratio demonſtratiua.* Hoc poſito principio formo hoc dilemmà: Aut hoc decretum talis naturæ eſt per rationem ſibi eſſentialem, vt cum eo pugnet diſſenſus, ſeu negatio aſſenſus; aut non eſt talis naturæ, vt cum eo pugnent. Si primum: ergo impedit exercitium indifferens: patet hæc conſequentia; quia per te per ſe neceſſarium eſt ex parte principij, & natura antecedit: ergo ſi cum ipſo pugnat diſſenſus, & negatio aſſenſus ex virtute ſuæ naturæ impedit vſum indifferentem, atque principium, quod alias ſe poterat protendere ad extrema contraria.

traria, & contradictoria adigit ad vnum. Si ſecundum: ergo cum natura iſtius decreti nõ pugnat ſimul poni in rebus diſſenſum, aut negationẽ aſſenſus: ergo non eſt antecedenter efficax, & abſolutum contra tuam poſitionẽ: probo hanc conſequentiam; quia decretum abſolutum, & efficax Dei nõ poteſt infirmari, nec caſum reddi; quoniã non eſt tanta vis creatę indifferẽtiæ, vt poſsit quaſi ſuperare efficaciam decreti diuini ad vnum ipſam trahentis. Et is eſt ſenſus propoſitionis, quã diximus numero ſuperiori ab aduerſarijs admitti, vt prorſus certã, nimirum cõſiderata virtute potentię indifferentis, quæ ex ſe poteſt ad extrema contraria, & cõtradictoria, & cõſiderata natura decreti intrinſece efficacis volẽtis fieri vnum tãtum extremum, non eſſe in facultate creata tãtam virtutẽ reſiſtendi decreto, vt aut ipſi poſſit diſſentire, ſe flectens ad aliud extremum ab eo, quod prædeterminatũ eſt, aut à ſe abijciendi tale decretum: quemadmodum cum virtus curſiua ligatur ferreis vinculis, dicimus ipſam non poſſe currere in eo ſtatu; quia, nec vincula rumpere poteſt, nec cũ eis currere, nõ quod deſtruatur vis curſiua in ſe, ſed quod actus ſecũdus impeditus ſit: ita ſi facultas noſtra indifferens, vt cõſiderata, & cõpoſita cũ decreto immanẽter efficaci, nec poteſt illud mutare, aut efficere, vt in Deo nõ ſit, nec cum ipſo cõiungere diſſenſum, aut negationẽ aſſenſus, planè efficitur virtute decreti natura antecedentis ligari vſum indifferentẽ, quod ſufficit ad euertendam libertatem quoad exercitium.

14 Hoc argumentum ſic inſtructum adeo efficax eſt, vt non tantum rem demõſtret, ſed etiã præcludat omnia effugia excogitata ab aduerſarijs, numero non pauca. Verum in hoc loco tantum agere libet, contra propoſitum aduerſarium, & ex impugnatione ſolutionum, quas adhibet argumentum ipſum accipiet robur.

1. Effugiũ. Noua ſolutio. Reſpondet ergo primo, volitionem efficacem Dei prædefinientem actum pœnitentiæ Petri dupliciter conſiderari poſſe: primo, vt terminatur ad gratiam præuenientem ad pœnitentiam: ſecundo, vt ad ipſummet actum pœnitentiæ. Si primo modo conſideretur, ait, non præcedere neceſsitate antecedenti, ſed ſequenti: quia media efficacia, ad quæ terminatur non ſunt ſimpliciter neceſſaria; nam ſatis ſunt ſufficientia. Si ſecundo modo conſideretur, ait, non eſſe de prærequiſitis; ſed cõcomitantibus; quia Deus effectum attingit in executione per concurſum concomitantem. Ex quo deducit non obeſſe libertati; quia nec, vt antecedens eſt in ordine ad media, nec vt cõcomitans eſt, pugnat cum libertate.

Impugnatio. Vt omittam modo, non explicare bene neceſsitatẽ ſequentẽ in ordine ad media efficacia; quia neceſsitas ſequens ſubſequitur, aut concomitatur exercitium liberi arbitrij ſecundũ Anſelmum vbi ſupra num. 12. neceſsitas mediorũ efficacium antecedit; (vtrũque compertũ eſt) ergo neceſsitas in ordine ad media efficacia non eſt ſequens. Argumentor ſic ex ipſius doctrina in 1. & 3. concluſione, in quibus aſſerit decretum prædeterminans actiones liberas in particulari, neceſſarium eſſe ordine cauſalitatis ad earum exiſtentiã, nec aliter Deum poſſe concurrere: at qui non eſt neceſſariũ per tę, vt terminatur ad media neceſsitate antecedenti, nec etiam vt concurrit cõcomitanter ad effectum ſimul cum voluntate noſtra: ergo illæ concluſiones non conſtant, cum hac reſponſione: probo ſecundam partem antecedentis; quia concurſus concomitans non præcedit ordine cauſalitatis actionem liberam noſtram: ergo nihil ponit natura antecedens prædeterminans, & neceſſarium ad exhibendum concurſum. Vrgeo: ille concurſus concomitans nihil aliud eſt, quam actio producens pœnitentiam, vt à Deo: ergo eſt ſecundum illius principia extra eſſentiam actus liberi efficacis diuini, imo in rigore eſt effectus eius. De decreto igitur efficaci, vt vult efficaciter actum pœnitentiæ, & cooperari cum noſtra voluntate redit argumẽtum, an ita prædeterminet principiũ indifferens noſtrũ, vt impediat quo minus ſe flectere poſsit ad extrema contraria, & contradictoria; vel an ſemper relinquat ipſum expeditum. Si primum, pugnat cum exercitio libertatis: ſi ſecũdum; ergo adhuc eo poſito eſt potentia in voluntate diſſentiendi, aut negandi aſſenſum, vt demonſtratum eſt.

Reſpõdet ſecundo, cõcedendo poſſe volũtatem non ſequi motionẽ, nec eam partẽ, quã vult fieri decretum, atque ad hoc habere facultatem expeditam, quia in ipſo decreto, vtrumque cõtinetur, & quod fiat pœnitẽtia, & quod cum expeditione facultatis fiat. Addunt hoc definijſſe Tridentinum ſeſſ. 6. can. 4. videlicet efficaciã gratiæ præuenientis, quę eſt vera cauſa noſtri conſenſus non impedire vſum libertatis noſtræ. 15 *2. Solutio.* *Trident.*

Sed contra, prætermiſſa pro nunc definitione Tridentini, quia ſpectat ad materiã de auxilijs, eius mentem à nobis eſſe cum licebit, nõ erit difficile monſtrare, contẽdo probare in ſolutione implicari in terminis, dũ ex vna parte defenditur ratio abſoluta, & efficax decreti, & ex alia parte expeditio facultatis: nam decretũ illud ex ſua natura vnã partem determinat, expeditio facultatis omnia extrema reſpicit: ergo cum decreto non conſtat expeditio. Probo hanc conſequentiam; idem principium nõ poteſt [illegible] determinatum, & indifferens inoperãdo, ſed decretum illud conſtituit determinatũ principium *Impugnatio.* *Pugnat ex terminis Deum velle efficaciter actum, & indifferẽtiã principij.*

Digitized by Google

principium per ſe: ergo non relinquit principium expeditum, & indifferens. Vlterius ſi principium eſt expeditum etiam poſito decreto: ergo non eſt impeditum ad infirmandum illud, hoc eſt, ad ponendum in rebus oppoſitum contrarie, & contradictorie ei, quod ipſe decernit: ergo non eſt impeditum ad reddendum irritum decretum Dei.

Confirmatur, ſi Deus ſimul vellet decreto abſoluto fieri pœnitentiam, & à volũtate noſtra cum libertate, & contingentia fieri, vellet implicantia: ergo, &c. Probo antecedens, volet pœnitentiam ita fieri, vt non poſſet non poni, & vt poſſet non poni: nam, vt procedit à decreto, ita ponitur pœnitentia, vt non poſsit nõ poni, vt à voluntate expedita ita ponitur, vt poſsit non poni: ergo ſimul vellet implicãtia, nimirum ita poni ex vi ſui decreti, vt nõ poſſit non poni, & ita poni à voluntate creata, vt poſsit non poni.

Effugium ecluditur.

Dices, Deum velle tantum, vt non poſsit non poni, quantum eſt ex parte ſua; non vero, vt non poſsit non poni, quantum eſt ex parte voluntatis. Sed contra, vel Deus decreuit pœnitentiam Petri ſpectata aliqua conditione ex parte obiecti; vel nulla ſpectata cõditione, ſed omnino abſolutè. Si primũ; ergo decretũ conditionatum eſt reſpiciens ex parte obiecti eã conditionẽ, volo pœnitentiam Petri, ſi voluntas ipſius ſe inflectat cooperando ei, & iam datur noſtris Scriptoribus intentũ, vt dico cap. 4. Si ſecundum; ergo non voluit ita poni pœnitentiã, & omnibus conſideratis, quę cõcurrunt ad illam abſolutè, non poſsit non poni, atque adeo ita, vt nec à voluntate creata poſsit non poni: ergo decretum hoc omnino abſolutum pugnat cum expeditione facultatis liberæ.

16

3. Solutio. *Expoſitio ſenſus diuiſi, & cõpoſiti, noua.*

Tertio reſpondet per diſtinctionem vulgarem ſenſus diuiſi, & ſenſus compoſiti recte intellectã, cõtra quam nos egimus diſp. 6. cap. 2. num. 22. author is ſic eam intelligit, concedens per decretum liberum arbitriũ non præſupponi intrinſece determinatum per modũ naturæ, ſed indifferens intrinſece ad vtrumlibet. & ita conſideratũ, ait, poſſe diſſentire, & hunc ſenſum vult eſſe diuiſum: addit tamen nunquam ponendum fore oppoſitũ effectum, licet poſſet poni, & hunc ſenſum vult eſſe cõpoſitum.

Impugnatio.

Sed contra primo: ergo natura decreti talis eſt, vt non pugnet cum eo poni oppoſitũ: probo hanc conſequentiam; nam per te attentis omnibus, quę concurrunt, vt cauſa ad illũ actũ non determinant principiũ imo indifferens relinquunt; ſed decretũ illud concurrit, vt cauſa ad illũ actũ; ergo cum natura ipſius nõ pugnat poni à parte rei actũ oppoſitum: ergo cum natura decreti efficacis Dei non pugnat, nõ fieri, quod ipſe vult fieri; non pugnat fruſtrari illud, atque irritum reddi, licet nunquã de facto fruſtretur. Contra ſecundo; quæſtio hæc, an aliquãdo oppoſitum ponatur, an non, eſt quæſtio de facto. tu affirmas ex vna parte attentis omnibus principijs, & cauſis nõ repugnare poni oppoſitum, vnde habes nunquã ponendum? vnde ſcis hanc potentiã ponendi oppoſitũ, quę per te expedita eſt ad ponendum oppoſitum, nunquã ad actum reducendã fore? hoc non ſcis ex non poſitione pœnitentiæ; quia ea non poſitio nõ pugnat cum natura decreti: ergo non ſcis à poſteriori: nec ſcis etiã ex natura decreti; quia hoc per tẽ expeditam relinquit potentiam ad ponendum, vel non ponendum pœnitentiam: ergo nec ſcis à priori: nulla tibi reſtat via ad hoc aſſerendum, niſi diuina reuelatio; oſtende nobis vbinam id tibi, aut alicui reuelatum ſit? & fidem exhibebimus: dum autem eam nõ oſtendis, affirmo te id aſſerere ſine fundamento, nec ſatisfacere argumento propoſito.

17

4. So[illegible]. Capreo[illegible]. *Alia ſo[illegible]tio ex Ca[illegible]preolo.*

Quarto reſpondet, ſuppoſitionem ex decreto non eſſe neceſsitatem omnino antecedentẽ, quę aduerſatur libertati & prædeterminat per modum naturæ; ſed aliqua ratione conſequentẽ. nam, vt ait Capreolus in primo diſt. 45. q. ar. 3. circa finẽ, licet decretũ Dei non ſit in noſtra poteſtate: tamen in noſtra poteſtate eſt aliquid, ſine quo illud nõ erit certum, & efficax. Hoc explicans, ait, hanc conſequentẽ ſuppoſitionẽ conſiſtere in habitudine, quam habet ad actum liberum, tanquã ad obiectũ, & effectũ.

Suppo[illegible] nem a[illegible] ti effic[illegible] man[illegible] cedens[illegible]

Sed hæc nõ intelliguntur, nã aut decretum in ratione efficacis cõpletur per ipſum effectum; vel antecedẽter ad illum eſt immanenter efficax. Si primũ; deſerit propriã ſententiã de libertate Dei prorſus intrinſeca, atque negat decretum efficax immanẽter, & cõcordat cum Patribus Vazquez, & Arrubal, quos tamẽ ibi refutat. Si ſecundum; ergo eſt ſuppoſitio antecedens, videlicet, ordine naturæ, & cauſalitatis. Probo hanc conſequentiã; quia decretum conſtitutum eſt in ratione efficacis, & abſoluti immanenter ante operationẽ, imo eſt principiũ, & cauſa eius: ergo omnis neceſsitas, quæ ex ipſo prouenit eſt ex ſuppoſitione antecedẽti, quatenus decretum Dei efficax, vt ſic infirmari nõ poteſt, nec irritũ reddi, vt oſtendi in argumento principali. Habitudo vero illa ad actum liberum, tanquã ad obiectum & effectum in terminis implicat, quia non ſtat efficacia decreti antecedentis cum contingẽtia actus liberi, vnde Deus non poteſt velle, quod actus à ſe efficaciter decretus libere fiat, vt oſtendi num. 16. Capreolus ſatis inſinuat in eis verbis decretum Dei concurrendi cum actibus liberis compleri in ratione efficacis per cooperationem concomitantem, quã merito appellare poteſt ſuppoſitionem conſequentẽ,

Nõ pot[illegible] Deu[illegible] ſe qu[illegible] tu: a [illegible] ficaci[illegible] decr[illegible] libere[illegible]

in ordine ad impediendam libertatem. Vnde ipſe in primo diſt.38.q.1.ar.1.ad 2.Scoti contra quartam concluſionem, ait, cauſam primã non attingere effectum in aliquo ſigno priori ad ſignum in quo attingit ſecunda, verba Capreoli hæc ſunt. *Ex quibus patet quomodo non ſuperflua cauſa ſecunda, & quomodo in nullo priori inſtanti cauſa prima facit effectum, quam ſecunda.* Conſonat S.Thomas q.5.de veritate ar. 9.ad 10 ibi. *actio primæ cauſæ quodammodo determinatur ad hunc effectũ per cauſam ſecundã.*

Capreolus à nobis eſt.

S. Th.

18

5 Solutio. S.Th.

Quinto reſpondet, diſtinguendo ſuppoſitionem antecedentem, & neceſsitatem antecedentem, & aliquando ex ſuppoſitione antecedẽti ſolũ ſequi neceſsitatem ſequentem: in confirmationẽ allegat verba S Thomæ in hoc ar. ad 3.ex quibus colligit, ex ſuppoſitione decreti non colligi neceſsitatẽ abſolutã, ſed conditionatã quæ declaratur per hanc conditionalem, *ſi Deus hoc vult, neceſſe eſt hoc eſſe.* Neceſsitatẽ antecedentem, ait, eſſe illam, quæ procedit ex priori cauſa cogente, ſeu prædeterminante per modum naturæ: ſuppoſitionem vero antecedentẽ, quę infert neceſsitatem ſequentem eſſe ex hoc ſuo decreto præmouente cauſam ſecũdam ſuauiter, per modum agentis liberi.

Impugnatio. *Antecedens efficax decretum determinat per modum naturæ.*

Verum hæc etiam verba tantum ſunt: id certum aduerſariũ nunquam faſſurum hoc decretum determinare per modũ naturę, inſpiciendum vero eſt, an re ipſa ad hoc abſurdum deducatur eius poſitio, quod ſi illud infertur ea neganda eſt. Si Deo concederet præſcientiam conditionalium, qua certo ſciret metaphyſica certitudine, quo medio, ſeu qua præmotione fieret pœnitentia Petri, forte decreto abſoluto eã prædifinire poterat in ordine ad illa media, & tunc illa prædifinitio non eſſet ſuppoſitio omnino antecedẽs, & abſoluta; quia præſupponeret futuritionẽ conditionatã liberã præcognitã, de qua tamen an præiudicet libertati, an non, futura eſt magna nobis diſputatio tract.3. diſp.23.cap.9. at vero circumſcripta ſcientia conditionalium, quam iſte author negat, decretum hoc non poteſt non eſſe ſuppoſitio antecedens omnino abſoluta, & neceſsitatem inferens: quia ãnte vllã præcognitionẽ vſus liberi in eliciẽda pœnitentia, ita ex ſua efficacia determinat principium indifferens, vt pugnet ſe flectere ad alia extrema contraria, aut contradictoria: ergo ſuppoſitio ex hoc decreto eſt omnino abſoluta inducens neceſsitatẽ, quam pugnare cũ libertate docuit Anſelmus relatus ſupra num.12. De Sancto Thoma iã vidimus à nobis eſſe pluribus locis: in verbis vero, quę allegat ex hoc ar.ad 3.ſolũ ſibi vult, illã neceſsitatẽ eſſe cõſequentię, ortam ex præſcientia Dei, per quam in præmotione ſuaui, præſuppoſita ſciẽtia conditionali, qua cognoſcit Petrũ conſenſurũ, ſi ita præmoneatur conſenſum futurũ infert: at ex ſuo decreto non tantum infertur neceſsitas conſequentiæ, ſed etiam conſequentis; vt ſatis demonſtratum eſt.

S.Th.

Caput III. Dilutio argumentorum.

19 ARGVMENTA à parte cõtraria leuia ſunt, quę ex ſacra ſcriptura pro prima concluſione allegantur, primo ad rem no ſunt; nam no agunt de concurſu generali, & communi omnibus agentibus liberis, parato pro quacũque bona operatione, ſed in caſu ſingulari, in quo Deus ex prouidẽtia ſpeciali aliquid reſolutorie decreuit. Sic intellige Iſaiã cap.14.cũ, ait, decretũ Dei infirmari non poſſe, & Heſter cap. 3.cum ait, nullũ poſſe reſiſtere voluntati Dei: cũ vero 8.prouerbiorum, dicitur *præparari voluntatẽ à Domino*; & 1.Reg. cap. 21. *Cor Regis in manu Dei eſſe*, tantũ ſignificatur ſic præueniri cor eius quem Deus vocat ex propoſito quo modo ſcit congruere, vt vocantem nõ reſpuat. Secundo ergo reſpondeo, ea loca non probare decretũ efficax prædeterminans, ſed ſpecialem præintentionem Dei alicuius finis, quem certo aſſequitur ex præſcientia mediorum efficacium, quæ adhibet Deus.

Iſaiæ 14. Heſter 3.

Prou. 8. Reg.1.c.21. *Explicantur loca ſacræ ſcripturæ.*

Aug.

Ad ſecundum ex Patribus in duobus teſtimoniis, quæ allegantur ex Auguſtino alterũ ex cap.95. in Enchyridio, alterum ex libro de Correp.& gratia cap. 14. ſolũ ſignificat Deũ, quotieſcũque vult aliquẽ finẽ per media efficacia, hoc eſt, certo cognita habitura effectũ, nõ impediri à volũtate humana ipſius cõſecutionẽ, non tamen ait, non impediri ex prædeterminatione ad vnum libertati contraria, quam ipſe pro virili reſpuit, vt ſuo loco dicẽdum, itaque licet non impediat humana voluntas, quod Deus vult fieri, ne fiat, at nec per voluntatem Dei læditur eius indifferentia.

Explicatur.

Damaſcenus à nobis eſt, vt vidimus num.9 cũ vero ait, in dialogo cõtra Manichęos circa finem *Deus ſecundum ſuam præſcientiam omnia prædefiniuit* ipſi aduerſatur: nam aut loquitur de præfinitione per ipſam ſcientiam, aut de prædefinitione, quę ſcientiam ſupponit: prædeterminata vero per hoc decretum nec ſunt prædefinita per præſcientiam, nec eam ſupponunt, ergo Damaſcenus ipſi aduerſatur.

Damaſ. *Damaſcenus contrarius aduerſarijs.*

Dionyſius cap.5.de diuinis nominibus fideliter nõ allegatur; quia non habet verba vt ipſe ita tranſcribit, *eas rationes quas Theologia prædefinitiones vocat, eorum, quæ ſunt prædeterminatiuas, & effectiuas ſcilicet, per quas* 20

Dionyſius.

Deus

Digitized by Google

Deus omnia, quæ ſunt prædefiniuit, & produxit. Verba vero Dionyſij ſecundum trãſlationem, quam affert Dionyſius Carthuſianus, ſic ſe habent. *Paradigmata autem dicimus eſſe ipſas in Deo exiſtentium ſubſtantificas, & vniformiter prætextas rationes, quas Theologia prædeſtinationes vocat; & diuinas, & optimas voluntates exiſtentium diſcretiuas, & factiuas, ſecundum quas ipſe ſupereſſentialis exiſtentia, & omnia prædeſtinauit, & adduxit.* Secundum vero tranſlationem Ambroſij Florentini ſic habet, *exemplaria vero eſſe dicimus omnes rationes in Deo ſubſtantificas rerum, & ſingulariter antea ſubſiſtentes, quas prædeſtinationes Theologia vocat, & bonas, diuinaſque voluntates, earumque ſunt definitrices, atque effectrices, ſecundũ quas ipſe ſuperſubſtãtialis Deus, quæ ſunt omnia prædeſtinauit, atque produxit.* Hoc aduerto, nõ quia prædefinire, prædeſtinare, & prædeterminare diuerſas habeant ſignificationes; licet prædeterminare inter ſcholaſticos poſt ſubortas controuerſias iam aliter ſonet; ſed vt conſtet Dionyſium in eo loco explicaſſe Idæas diuinas omniũ rerum, quas in tempore producit, nec verbum habere de ſpeciali decreto, quo Deus cum agentibus liberis concurrit. Vnde commentatores S. Thomæ in quæſt. 15. per ea Dionyſij verba, Idæas diuinas explicãt, atque probant pertinere ad intellectum Dei, tanquam quid increatum eius, eſſeque artem diuinam. Vide P. Arrubal in q. 15. & P. Vaz. diſp. 71. cap. 2. & alios.

Dionyſius. Verba Dionyſij. Amb. Flor. Prædeterminare poſt controuerſiã aliter ſignificat, ac prædefinire. P. Arrub. P. Vazq.

21 Leo Papa in epiſt. 84. ad Nicætam hæc habet verba: *omnis itaque bonorum operum donatio diuina præparatio eſt.* Videat lector, an ea aliqua ratione, vel leniter probent decretum prædeterminans abſolutum, videntur quidem ſine delectu adducta, vt creſcat citationum aceruus.

Leo Papa. Explicatus Leo.

Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 29. ait ſecundum Auguſtinum, prædeſtinationem non eſſe ſine præſcientia, hanc vero eſſe ſine prædeſtinatione, ex quo infert bona opera prædeſtinare, peccata vero tantum præſcire cap. 30. refert duas propoſitiones à Gallis obiectas in librum luculentiſsimum Auguſtini de prædeſtinatione Sanctorum. Prima erat ex Dei prædeſtinatione, ſecundum Auguſtinum, oriri incredulitatem eorum, qui non credunt. Secunda erat, quod idem ſit præſcientia, & prædeſtinatio; vtrique ſatisfacit ex Proſpero reſponſione 15. ad capitula Gallorum, in qua Proſper ait, non eſſe confundendam prædeſtinationem cum præſcientia, atque omnia opera bona eſſe prædeſtinata, mala vero tantum præſcita: in his ſolum vult, Deum non eſſe authorem peccati cum ſit author bonorum operum; non tamen affirmat per decretum immanenter efficax ad omnia bona opera concurrere, quaſi vero author eſſe non poſſit bonorum operum, niſi per hoc decretum: imo per hoc non eſt author; quia læditur libertas, & ſine libertate non eſt opus morale bonum: imo eſſet author malorum, ſi eſſet bonorum; nam ſi ſimile decretum immanenter efficax neceſſarium eſt ad concurrendum ad actum prauum, & tunc ſatis vrgenter probatur, Deum eſſe authorem peccati. Vide quæ dixi diſp. 6. cap. 3. num. 32. His eneruata eſt omnis authoritas ex Patribus quam affert pro ſecunda concluſione.

Folg. Explicatus Fulgẽ. Proſper.

In qua duo continentur. Primum decreto efficaci, & abſoluto prædeterminari omnes bonas operationes. Secundum non in confuſo, ſed diſtinctè, & in particulari. In hoc ſecũdo non diſſentimus, vt dico cap. ſequenti. Primum iam reiectum eſt; ipſe vero vtrumque ſimul confirmare contendit; verum non præſtat. Nec Paulus ad Epheſios 2. cum ait, nos creatos in bonis operibus, quæ præparauit Deus ſignificat prædeterminationem efficacem: quia præparatio illa fit, cum dat nobis gratiam congruam: nam pia illuminatione, & Spiritus ſancti impulſu voluntatis incitamur ad bona opera, quemadmodum meſsis præparatur, cum ſemen in terram iacitur, item præparat bona opera, cum nobis donat bonos præceptores, confeſſarios, concionatores, ſocios, &c. ita P. Cornelius in eum locum, & is eſt Athanaſij ſenſus, Theophylacti, Auguſtini, Proſperi, & Fulgentij, vt ſatis dixi reſpondens ad teſtimonia pro prima concluſione. 22

Explicatus Paulus ad Epheſ. 2. Ad Eph. 2. P. Corn. Athan. Theoph. Auguſt. Proſper. Fulgent.

Nec Paulus ad Epheſios primo ſuffragatur, cum ait omnia operari ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, quia vt dixi diſp. 16. cap. 1. explicans hoc teſtimonium ſenſus Pauli eſt, omnia Deum operari ſecundum conſilium intellectus acceptatum à ſua voluntate, non vero ait, acceptari per decretum efficax antecedens pugnans cum libertate.

Ad Eph. 1. Explicatus Paulus ad Epheſ. 1.

Nec maioris momenti ſunt duo teſtimonia, quæ allegat ex S. Thoma: nam in vtroque ſolum ait, Deum omnia, quæ facit prius prouidentia ſua præſciiſſe præordinaſſe, & prædefiniiſſe: in his vero nihil eſt de prædeterminatione per decretum efficax antecedens, & immanens. 22

In tertia concluſione, tam extra rem ſunt teſtimonia, quæ coaceruatim ex Patribus cogit, vt animum inducere non potuerim in eis explicandis aliquid temporis conſumere: nemo quippe ea leget, qui non negligat. 23

Digitized by Google

Caput. IIII. *Sententiæ ſcriptorum* Societatis, & *noſtra.*

25 OMNES noſtri ſcriptores conueniunt in remouendo decreto efficaci antecedente, vt dixi nu. 10. verum in duas claſſes diuiſi ſunt, propter diuerſas opiniones erga libertatē Dei: nam aliqui, vt P. Suar. Leſsius, & Salas, quos retuli diſp. 16. cap. 4. & 5. libertatem Dei per rationem intrinſecā completè declararunt, & hi voluntatem concurrendi cum agentibus liberis conditionatā eſſe dixerūt. Ego diſp. 6. c. 3. docui nō eſſe cōditionatā de conditione prauia, aut re, aut ratione, ſed de cōditione comitāte id, quod explico amplius in hoc cap. iuxta noſtra principia de libertate Dei. Quod vero aliqui obijciunt nimirum voluntatem conditionatam effectum non habere, niſi transferatur in abſolutam, nullius momenti eſt; tum quia licet voluntas conditionata non determinet principium agendi, nec influat determinando: at poteſt influere cooperādo, quo pacto influūt habitus virtutum; tum quia neceſſarium non eſt, vt transferatur in abſolutam antecedenter ad cooperationem, ſed ſufficit ſi concomitanter abſoluta ſit.

P. Suar. P. Leſſius. P. Salas.

Noſtrorū opiniones.

Voluntas conditionata effectum aliquando habet.

26 P. Molina in concordia q. 14. art. 13. diſp. 53. memb. 3. concurſum affirmat vniuerſalem ad rationem entis. Alij vero, qui libertatem diuinam explicant per extrinſeca connotata, dicunt, Deum concurrere cum agentibus liberis, non voluntate antecedente, nec conditionata, nec abſoluta; ſed voluntate cōcomitāte. Ita P. Vazq. diſp. 87. cap. 1. & diſp. 99. cap. 7. vbi aduertit, ſcientiam conditionalem prorſus neceſſariam eſſe ad huiuſmodi præfinitionem concomitantem: nam alias, Deus neſciret quando volūtas noſtra inciperet noſtram operationem, ac proinde nec ipſe paratum concurſum habere poſſet. Ita etiam P. Arrubal diſp. 67 in cuius cap. 3. & 4. duplicem diſtinguit prædefinitionem; alteram comitantem prorſus neceſſariam, in qua concordat cum P. Vazquez: alteram antecedentē in cauſa: hoc eſt, in vocatione congrua, & vtrāq; admittit, & concedit eſſe efficacē.

P. Molina.

P. Vazq.

P. Arrub.

27 Noſtra ſententia ex parte concordat cum præfatis authoribus, nimirum in voluntate comitante, quam nemo negare poteſt ex his doctoribus, qui actum liberum Dei per extrinſecam cooperationem compleri arbitrātur: ex parte vero diſcordat, præcipue à P. Arrubal, & aliquid addit. Pro quo notandum eſt aut loqui nos poſſe de præfinitione actus ſupernaturalis per media congrua gratiæ; aut de prædefinitione actus boni naturalis; aut denique de volitione generali concurrendi ad omnes actus liberos, tum bonos, tum prauos.

Sententia authoris.

In primis diſtinguenda eſt ſpecialis præfinitio, in qua cōtinetur ſpeciale beneficium perſonæ, cuius actum præfinit, à volitione generali concurrendi per concurſum ſupernaturalē: quoniam licet Deus, ſecundum probabilem ſententiam, omnes actus ſupernaturales præfinierit aliqua ſpeciali prædefinitione; at ea neceſſaria non eſt ſimpliciter ad eorum exiſtentiam, neque forte ad prouidentiam Dei, ſecundum perfectionem eius intenſiuam. Pone enim Deum alicui homini velle infundere gratiam præuenientem, per quam operaturus eſt, ſine vlla intentione operationis honeſtæ, & pone velle poſtea cooperari cum libero arbitrio, bona operatio tunc exiſtet ſine aliqua ſpeciali præfinitione, & forte ſine imperfectione intenſiua in prouidentia: ergo præfinitio ſpecialis antecedens neceſſaria non eſt ad exiſtentiam actuum infuſorum. An autem hæc præfinitio, quam Deus habet de facto propter modum operandi perfectiorem, ſaltem perfectione extēſiua abſoluta, dicenda ſit, nec non? diſcordo à P. Ar. nam ipſe affirmat abſolutā eſſe, tū in ordine ad media. tū in ordine ad actū. Ego arbitror, ſolū eſſe abſolutā in ordine ad media, non in ordine ad actum: nam aliud eſt abſolute antecedenter prædefinire actum; aliud eſt prædefinire ipſum per certa media: ego puto hoc ſecundum verum eſſe, non primum: quia actus ille liber non intelligitur efficax, & abſolutus in ordine ad actum, dum ipſum non operatur; quia per cooperationem completur in ratione efficacis, nec ſufficit prius fuiſſe efficacem in ordine ad media; atque adeo ſaltim eſſe mediate efficacem in ordine ad actum, quia cum media ipſa non prædeterminent voluntatem ad operandum, ſed tantum cooperentur, ſub intellecta conditione determinante ipſos ad operandum, nimirum, cooperatione liberi arbitrij, prædefinitio non poteſt dici efficax mediate, in ordine ad actum propter prædefinitionē horum mediorum: ſed de hac re fuſum habeo ſermonem diſp. 23. cap. 9.

Præfinitio ſpecialis non eſt neceſſaria pro exiſtētia actus.

Non eſt abſoluta in ordine ad actum, bene ad media.

De volitione ergo concurrendi generaliter concurſu ſupernaturali, quæ prorſus neceſſaria eſt, duo affirmo. Primum eam continere voluntatem virtualem antecedentē actus boni, quando præparat voluntatem illuminatione, & inſpiratione pia: nam tunc virtualiter in cauſa vult effectum aliqua ratione. Secundum continere voluntatem concomitantem, per quam immediate concurrit ad ipſum actum: 28

Voluntas generalis actus liberi eſt prius virtualis, & formalis concomitanter.

Digitized by Google

ctum: quia vero in ſententia probabili Deus per potentiam abſolutam efficere poteſt, vt voluntas immediatè eliciat actum honeſtum ſupernaturalem, non præuenta prius illuſtrationibus intrinſecis, ſupplente Deo per potentiam abſolutam cauſalitatem gratiæ præuenientis: ideo non eſt tam neceſſaria prior voluntas virtualis conſenſus, quam ſecunda concomitans: ſententiam vero, quæ negat affectum indeliberatum Sanctæ iſpirationis neceſſarium eſſe in ordine ad potentiam abſolutam ad actum liberum ſupernaturalem, ego tractaui in materia de auxilijs, & non cõtemnenda authoritate, & ratione confirmaui.

29 De actibus bonis naturalibus, tum quoad prædefinitionem, tum quoad voluntatem cõcurrendi generalem, fere eodem modo cenſeo, ac de actibus ſupernaturalibus: dixi fere; quia non tam certum eſt de facto hos prædefiniri, ſicut illos: etiam, quia licet regulariter ad hos præcedant affectus indeliberati naturales, neceſſario procedentes ex potentia materiali appetendi, at non præcedunt, quia neceſſarij ſint ex parte principij ad actus liberos naturales: nã in ipſa voluntate eſt virtus adæquata ad ipſos: expediunt ergo, & inclinant facultatem per modum habitus; & gratiæ præuenientes ſupernaturales in peccatore, habitibus infuſis priuato præcedunt, vt neceſſariæ ex parte principij: voluntas enim per ſe tantum eſt virtus inchoata in ordine ad actus ſupernaturales: gerunt ergo vices habituum infuſorum, qui ſimul ſunt potentiæ, & habitus.

30 *Quid voluntas generalis actus boni & praui.* Denique de volitione generali, & communi concurrendi ad actum prauum, & bonum; dico duo continere. Primum velle prius natura complere potẽtiam creatam, quæ eſſentialiter pendet in operari ab eo complemento. Secundum velle concomitanter ipſam operationem. Memini diſp. 6. capite. 3. me dixiſſe actum volitionis ſe ipſo immediate in genere cauſæ formalis complere potentiam, deinde velle, vt obiectum, operationẽ ipſam, vt à Deo, & volitiones has diſtingui ratione noſtra non præſcindente, per diuerſa connotata: quia vero voluntas illa, vt complens potentiam actus liber eſt, & vnicuique actui libero debemus aſsignare aliquam mutationẽ extrinſecam, aut poſitiuam, aut priuatiuam iuxta noſtra principia de libertate Dei diſp. 17. fere per totam: ideo addendum modo eſt, illum actum connotare negationem quandam impedimẽti in noſtra potentia: etenim Deus poteſt impedire quodcunque agens creatũ, vt ſæpe in multis fecit caſib⁹: hoc ipſo ergo, quod intelligimus, velle Deũ non impedire noſtram potentiã, vt cooperetur, intelligere debemus ſufficienter applicata ad omnipotentiã, & cõplentem actum primum: quoniam omnipotentia adeſt noſtræ voluntati, & cum ea penetrata eſt, nec indiget illi coniungi alia vnione reali, nec coniungi poteſt, ſicut ſpecies, & habitus coniunguntur vnione informationis: ergo, vt intelligatur complere actum primum ſola ea negatio impedimenti in potentia neceſſaria eſt; negatio inquam impedimenti in ordine ad extrema, ad quæ vult proxime eſſe liberam. Si petas, quid ſit tale impedimẽtum, vt deprehendamus quid ſit eius negatio? Reſpondeo in actu libero, de quo eſt ſermo, phyſica prædeterminatio eſt propriſsime impedimentum libertatis eius, vnde volitio, nõ infundendi Phyſicam prædeterminationem ex fine, vt voluntas ſit expedita ad libere operãdum, eſt negatio connotata, & per eam volitionem manet omnipotentia ſufficienter applicata, in alijs, aliæ erunt negationes. *Vide tract. 4. de viſione diſp. 41 cap. 2.*

Quod vero voluntas concomitans neceſſaria ſit manifeſtiſsimum eſt, in noſtris principijs: quia quoties eſt noua mutatio in rebus, eſt nouus actus liber Dei, qui in ratione liberi completur per ipſam mutationem: ergo cũ Deus operetur concomitanter ad actus noſtros, non poteſt non habere volitionem concomitantem: at diuerſi mode operatur actum bonum, & prauum, vt ſuo loco fuſius explicãdum cap. 5. ſequenti, quod eſt de volitione malorum, non nihil inſinuo de propria mente in hac parte. *Neceſſaria ſemper voluntas concomitans.*

Thomiſta ille, contra quem diſputaui cap. 2. ſtatuit ſextam aſſertationem contra hanc voluntatem comitantem, & circuit modo P. Vazq. modo P. Arrubal, vt ſaltem ad hominem ex ipſorum verbis, aliquid efficiat contra ipſos. In quo ſane ſtudium refutandi ſatis patefacit: verum cum ſæpe legerim verba ipſius, non potui argumentum alicuius roboris ex eo elicere contra hanc voluntatem. Nam quod ait, eſſe abuti vocibus appellare prædefinitionem diuinam actum externum nihil eſt: nam prædefinitio diuina, aut ſumi poteſt ſufficienter, aut efficaciter: ſi ſumatur efficaciter, continet complexum quoddam ex volitione ipſa ſubſiſtente, & actu externo: ſi ſumatur ſufficienter, ſolum dicit ipſam diuinam volitionem in ſe, vt eſt principium indifferens, non determinatum, aut prædeterminans concurrendi cum noſtra voluntate, cum altero quidem principio indifferenti, vt ſatis explicatum eſt diſp. 16. cap. 10. 31 P. Vazq. P. Arrub. 32

Denique, quod ad hominem agit contra P. Arrubal, ex eo quod concedat prædefinitionem antecedentem in ordine ad media congrua, etiam nihil eſt: nam inde non efficitur aliam volũtatem comitantem negari debere, vt dixi num. 27. denique quod agit contra P. Vazq.

Digitized by Google

Vazq. quod dixerit voluntatem concurrendi Dei non eſſe ex præuijs neceſſarijs, ſed ex neceſſario concomitantibus, nihil etiam eſt, nam concurſus Dei ad extra nihil impediẽte, quod præſupponat volitionem concurrendi, quæ reſpicit ipſam cooperationem tanquam obiectum, complet ipſam voluntatem in ratione liberæ. Ego claritatis gratia ſæpe dixi præſupponi volitionem Dei ſumptam ſufficienter, & compleri ſumptam efficaciter: ex quo fit, & volitionem Dei antecedere ſecundum vnã rationem, & comitari ſecundum aliam. Hic aduerte, ſemper ſcientiam condionatam præcedere debere in Deo ad hanc cooperationẽ comitantem, ne hæ duæ cauſæ partiales caſu, & per accidens conueniant, cum cooperãtur. Etenim Deus prænouit voluntatem noſtram hic, & nunc, in tali circunſtantia conſtitutam amplexuram, aut odio habituram obiectum propoſitum, ſi Deus velit non impedire, ſeu ſinere ſuam omnipotẽtiam cooperari: ex quo fit non caſu, & per accidens exhibere ſuam cooperationem, cum exhibet, quod omnes noſtri animaduerterunt, & ſpecialiter P. Vaz. ea diſp. 87. num. 44. dicens, ſi non præcederet ſcientia ſub conditione intelligi non poſſe hanc voluntatem concomitantem, ſed neceſſario fore, aut antecedenter determinantẽ, aut ſequentem, quorum vtrumque abſurdum eſt. Contra quem ad hominem iterum obijcit, quod habitudo decreti ad decretum non variatur per ſciẽtiam mediam, ideoque eodem modo concurſurũ Deum, ſine illa, ac cum illa, vt etiam ipſe P. Vazq. videtur fateri. Verum ex non penetrata mente P. Vazq. & libidine impugnandi profecta eſt hæc obiectio: nam ſcientia media non eſt neceſſaria ad hoc, vt actus exiſtat; quoniam ſi ſine illa Deus ſineret cooperari ſuam omnipotentiã, dum non mutaret modum concurrendi, actus exiſteret, & libere exiſteret; imo etſi Deus ageret neceſſitate naturæ: & hæc eſt mens P. Vazq. neceſſaria ergo eſt ne caſu concurrant, & propter rationem perfectiorem concurrendi Dei. P. Vazq.

Dices, Deum cognoſcere per ſcientiam mediam ex perfectiſſima prouidentia ipſum exhibere ſuum concurſum: ergo præſupponitur ſciẽtia media ex parte obiecti ante ipſam. Probo hanc conſequentiam: quia de ratione perfectiſſimæ prouidentiæ eſt ſcientia media. Aliqui negant eſſe de ratione perfectiſſimæ prouidentiæ ſcientiam mediam, ſed tantum Deum operari ex aliquo bono fine. Sed hos impugno tractatu de prædeſtinatione diſp. 22. cap. 3. Nego ergo Deum cognoſcere, ex perfectiſſima prouidentia, quæ continet ſcientiã mediam, exhibere ſuum concurſum, ſed ex ſufficienti, vt exiſtat actus, in qua nullo ſubſit imperfectio.

Quod vero Deus actũ primũ noſtræ voluntatis compleat per illã volitionẽ nõ impediẽdi ſuam omnipotentiam, docuerunt antiqui Scholaſtici: ita Scotus in primo diſt. 47. q. 1. vbi agens de voluntate permiſſiua concurrẽ ad peccatum, ait, conſiſtere in eo, quod velit ſinere ſuam omnipotẽtiam, vt fiat id quod fieri permittit. Fauet Magiſter in 1. diſt. 45. vſque ad 48. vbi affirmat agens de praua operatione, tantum velle eam non impedire, & Alenſis 1. p. quæſt. 36. memb. 1. ad 10. & 11. argum. §. ad obiecta. *Permiſſio ait, poteſt dici duobus modis, actus, & ſecundum hoc permiſſio Dei nihil eſt aliud quam voluntas permittens tamen connotat in creatura non cohibitionem.* & S. Thom. in 1. diſt. 47. q. 1. ar. 2. vbi declarans permiſſionem, ait, eſſe voluntatem efficacem creandi potentiam, & non prohibendi ipſam, vt peccet, aut non peccet, vtique cohibendo concurſum ſuæ omnipotentiæ, nam per leges prohibet peccatum. Andreas de Caſtro nouo in 1. diſt. 22. quæſt. 2. ad 2. vbi ait, concurrere ad actũ prauum volendo non ſubſtrahere omnipotentiam ſuam. Almai. tractatu 1. moral. cap. 1. Mairon. in 2. diſt. 43. quæſt. 4. Bonau. in 2. diſtinct. 37. art. 1. quæſt. 1. 33 Scotus. Magiſter. Alenſis. S. Th. And. de Caſtro nouo. Almainus. Mairon. Bonau.

Quod attinet ad ſpecialem modum dicendi P. Molinæ, quem retuli num. 26. non probo terminationem illam concurſus diuini ad rationẽ vniuerſalem, tum, quia ea non diſtinguitur præſcindibiliter à rationibus particularibus, maxime comparatione realis concurſus: imo nec præſcindi poſſe comparatione rationis noſtræ mihi verior doctrina eſt: tum quia cauſa prima determinat ſecũdam quoad indiuiduationem actus: nec enim cauſa ſecũda, quæ eam non cognoſcit determinare ſe ad indiuiduationem poteſt. Tum denique, quia, aut Deus vult exiſtere ſuum concurſum generalem tantum, aut vult exiſtere determinatum, & cõtractum ad rationes ſpecificas. Non primum, quia id eſt impoſſibile, & quia non haberet prouidentiam de actibus determinatis. Ergo ſecundum peto, modo an id vellit abſoluta voluntate, antecedenti? an cõditionata. Si primum impugnandus eſt cum Thomiſtis. vt c. 2. Si ſecundum ergo reuocandus eſt ad aliorum noſtrorum ſententias. *Non concurrit De' communi concurſu logicè.*

Digitized by Google

Cap. V. De volitione Dei, vt comparatur ad mala.

DISPVTATIONE 8. cap. 2. diſtinxi tria malorum genera: nã alia ſunt naturæ, alia pœnæ, alia
34 culpæ; quæ omnia, aut conſiſtunt in priuatione, & negatione; aut eam ſecum afferunt. Deum velle malũ pœnæ poſt peccata noſtra indubitatum eſt; ſpectat enim ea voluntas ad attributum iuſtitiæ. Deum quoque nolle malum culpæ, ex ſe indubitatum eſt; quia Deus non eſt author peccati ſecundum fidem: ideo vero non vult malum culpæ, & ſi immediatè concurrat ad actum prauum, quia tantum concurrit, vt cauſa prima ex complacentia in exhibendo eo concurſu aduertens, illum exhibere nullam habere difformitatem, cum ipſa natura Dei: imo potius maximam conformitatem: quoniam, vt non eſt contra Dei naturam condere agentia libera creata, & ſine re ea libere operari; ita nec exhibere concurſum generalem non impediendo omnipotentiam, & volendo ſic cooperari; quoniam ſine his non poteſt cõſiſtere libertas creata. Itaque non concurrit complacentia in malitia actus, neque ex complacentia in egreſsione eius à voluntate creata, ſicut concurrit ad actus bonos ex complacentia in bonitate ipſorũ, & in egreſſione eorum à voluntate creata. Hac ratione Deus eſt author boni operis non praui.

Deus concurrit ad actum malum, quin ſit cauſa eius.

35 Certum quoque eſt, Deum velle mala naturæ; hoc eſt, ſigna, & monſtra, atque noſtras ignorantias: quoniam hoc ipſo, quod ſit cauſa horum effectuum, & in eis non ſit malitia moralis, Deus vult actu poſitiuo quidquid eſt in eis poſitiuum, & etiam priuationes, ſeu negationes, quæ conſequuntur ad poſitiuas eorum differentias: verbi gratia, cum producit hominem claudum, aut cæcum, vult libere poſitiuo actu quidquid in effectu eſt poſitiui; vult etiam negationem, aut priuationem conſequentem, nimirum, defectum integritatis, aut facultatis videndi: pariter cum producit hominem perfectum, non tantum vult actu poſitiuo quidquid in ea poſitiuum eſt; ſed etiã negationes omnes, quæ conſequuntur, vt nõ eſſe equi, non eſſe lapidis, &c. Aduerte vero actum, vt terminatum ad poſitiuum effectum, liberum eſſe immediate, vt terminatum vero ad has negationes, quæ conſequuntur neceſſario, non eſſe liberum immediate, ſed tantũ ex ſuppoſitione, & denominatiue, propter neceſſariam connexionem, quam habet primũ obiectum cum ſecundo, & prior actus cum poſteriore. Dixi propter neceſſariã connexionem: quia licet inter aliqua poſitiua, quæ in re connectuntur poſsit vterque actus ad eã terminata eſſe liber immediate, quia Deus impedire poteſt, ne fluat vnum ab alio; vt cum producit naturam, & proprietates: vtraque volitio libera eſt immediate; quia libere producta natura poteſt Deus libere nolle producere paſsiones: at producto homine, nec de potentia abſoluta fieri poteſt, vt non conſequatur negatio equi; vt conſtat: ergo volitio poſitiua, per quam Deus vult exiſtere in homine negationem equi, & aliarum rerum, quæ non ſunt homo, non eſt libera immediate. Ita quoque philoſophandũ eſt, quoties inter duas res poſitiuas eſt ſimilis connexio neceſſaria, vt inter rei exiſtentiam, & vbicationem, & durationem, & inter coexiſtentiam termini, & fundamenti, & relationem. Qua vero ratione hæ negationes poſsint actum poſitiuum volitionis Dei terminare numero ſequẽti declaro.

Deus vult & efficit mala natura.

Priuationes, & negationes Deus libere vult mediate tantum.

His poſitis dubitatio eſt, an cum Deus nõ producit plura expoſsibilibus negationes earum rerum, velit actu poſitiuo ſuæ voluntatis, vel ſolum priuatiuo. Pars, quæ negat actum poſitiuum, fundari poteſt in S. Thoma 1. cõtra gentes cap. 81. vbi affirmat nõ eſſe rei per ſe ſpectatum, non poſſe habere rationem boni, quæ in eſſe fundatur, atque ideo per ſe ſub voluntatem poſitiuam cadere non poteſt, vt affirmat Ferrarienſis in eo loco. 36

Pars negãs. S. Tho.

An negationes poſsibilium Deus velit actu poſitiuo.

Cæterum, pars, quæ affirmat longe verior eſt: eam amplectuntur Scotus relatus cap. ſuperiori. Marſilius in 1. q. 44. art. 2. concluſ. 2. in reſponſione ad 3. probationem primi argumenti principalis. P. Vazq. diſp. 79. c. 3. P. Arrubal diſp. 56. cap. 2. Probo ratione à priori: quia licet in negatione, vt ſic, non ſit bonitas, quæ conſiſtit in integritate, & perfectione rei; at eſt bonitas, quæ conſiſtit in conueniẽtia ad alterum: verbi gratia in negatione viſionis Dei in intellectu damnati, eſt conuenientia in ordine ad iuſtitiam, in negatione caloris eſt conuenientia in ordine ad aquã, in negatione inimici eſt conuenientia in ordine ad amicum: pariter in negatione creaturarum, quæ nunquam exiſtent, plures rationes conuenientiæ conſiderari poſſunt, tum in ordine ad Deum, ſcilicet, vt manifeſta ſit independentia, quam habet à creaturis, tum in ordine ad alias creaturas, quatenus vna alteri impedimento eſt ad aliquod bonum: ergo negationes hæ propter has conuenientias volitione poſitiua amari poſſunt. Quo fit à Deo non poſſe non amari volitione poſitiua, quia libertas Dei non conſiſtit in facultate ad volendum, & non volendum; ſed in actuali volitione 37

Præfertur pars affirmans.

Scot. Marſil. P. Vazq. P. Arrub.

tione poſitiua, quæ ratione ſuæ ingenitæ perfectionis in genere appetitiuo eſt actualis volitio ſufficienter loquendo omnium volibiliū, & efficaciter omnium, in quibus de facto eſt ratio conueniẽntiæ: ſed in omni negatione, quæ de facto eſt, eſt aliqua ratio conuenientiæ, vt demonſtraui: ergo actu amatur à Deo efficaciter.

Declaro magis argumentum, ſi quæ negatio, in qua eſt ratio conuenientiæ, non amaretur poſitiue, deeſſet à Deo perfectio illa poſitiui amoris, per quem amabilis eſt negatio: ergo deeſſet aliqua perfectio ſimpliciter ſimplex. Probo hanc conſequentiam: nam eſſe amorem actualem ſubſiſtentem omnium amabilium eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, quia eſt melius eſſe talem amorem, quam non eſſe. Denique id probo: quia ſi ſemel aliqua negatio, in qua eſt bonum conuenientiæ, non amaretur à Deo poſitiue, neceſſario non amaretur poſitiue: hoc autẽ eſt falſum: ergo, &c. Probo maiorem: quia libertas Dei non addit ad actum neceſſarium quidquam reale, nec perfectionem, nec prædicatum, nec terminationem intrinſecam: ergo ſemper eodẽ modo ſe gereret erga illam rem: quippe, nec in obiecto, nec in Deo eſſe poſſet aliqua variatio: ergo, &c. Minorem probo: quia obiectū in ſe indifferens eſt, vt ametur actu poſitiuo, aut non ametur: ergo dici non poteſt, Deum conſtitutum eſſe in neceſsitate non amandi actu poſitiuo.

Aduerte, eum actum poſitiuum, quo amat negationes has conſtitui debere in ſpecie virtutis iuxta conuenientiam, quam ſibi proponit ſecundum honeſtatem moralem obiectiuam, qua terminat illam volitionem, vt dictum eſt diſput. 18. capite vltimo numero 37. & 38.

Ad argumentum in oppoſitum reſpondeo S. Thomam ſolum negare, in negationibus eſſe bonitatem integritatis, non vero negare bonitatem conuenientiæ.

DISPVTATIO VIGESIMA
DE
PROPRIETATIBVS, ET AFFECTIBVS voluntatis Dei.

Diſtincta quinque capitibus.

In 1. Voluntas Dei eſt immutabilis, & æterna.

In 2. Grauis difficultas contra immutabilitatem volitionis diuinæ, ex libertate.

In 3. De affectibus proſecutionis Dei erga creaturas.

In 4. De affectibus fugæ erga creaturas.

In 5. Non neceſſario Deus vult optimum.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

VTRVM VOLVNTAS DEI SIT IMMVTABILIS.

RESPONDET S. Thomas affirmatiue: reddit rationem, tum ex parte ſubſtantiæ Dei, tum ex parte ſcientiæ: nimirum, quia nec illa diuerſam poteſt habere diſpoſitionem, nec hæc aliquid de nouo ſcire. Ex hoc deducit, voluntatem immutabilem eſſe; quia mutatio voluntatis contingit, aut ex diſpoſitione ſubſtantiæ, aut ex nouitate ſcientiæ.

Quæſ-

Digitized by Google

QVAESTIO VIGESIMA SANCTI THOMÆ DE AMORE DEI.

S. Tho. IN hac quæſtione, quæ in quatuor articulos diſtincta eſt, agit S. Thomas de affectibus voluntatis Dei in genere: quia vero inter omnes primus eſt amor, & fons cæterorum, eam inſcribit titulo amoris, eam quoque ego inſero in hoc tractatu, quia voluntas Dei, quæ in actuali volitione conſiſtit, non eſt ſatis explicata affectibus, quos habet ad creaturas non explicatis.

ARTICVLVS PRIMVS: VTRVM amor ſit in Deo?

S. Tho. Ariſt. RESPONDET S. Thom. amorem, & gaudiũ eſſe in Deo, non vt paſsiones, ſed vt ſunt affectus intellectiui ex Philoſopho 7. Ethicorum capite vltimo ad finem *Deus* (ait) *vna, & ſimplici operatione gaudet; & eadem ratione ſine paſsione amat.*

In reſponſione ad ſecundum, negat Deo deſiderium, iram, & triſtitiam propter imperfectionem horum affectuum: hoc ego diſcutio in mea diſputatione.

ARTICVLVS SECVNDVS: VTRVM Deus omnia amet?

Sap. 2. S. Tho. *Omnis actus liber Dei eſt cauſa alicuius ad extra ex S. Th.* RESPONDET omnia, quæ exiſtunt amare. Eſt certa de fide concluſio ex cap. 2. ſapientiæ *diligis, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti.* Notat S. Thom. diſcrimen inter amorem creatum, & increatum; quod ille eſſe nõ poteſt niſi ſupponat bonitatẽ, is vero ſemper eſt cauſa bonitatis. Ex quo ego infero, nullum actum liberum agnoſcere S. Thomam, qui non ſit cauſa alicuius effectus ad extra. Probo hanc illationem, quia omnis actus liber Dei eſt amor: ſed nullus eſt amor, qui non ſit cauſa bonitatis: ergo nullus eſt actus liber, qui non ſit cauſa effectus ad extra.

ARTICVLVS TERTIVS: VTRVM Deus æqualiter diligat omnia?

S. Tho. P. Vazq. *Illatio P. Vazq. non probatur.* RESPONDET S. Thom. Deum ex parte ſua omnia æqualiter diligere, non autem ex parte bonorum, quæ communicat. P. Vazquez in commentario ex hoc deducit S. Thom. non agnoſcere inæqualẽ electionem ante præuiſa merita. Verum non eſt ſolida illatio: nam ſecundum dicta à nobis diſp. 17. cap. 2. communicatio donorum poteſt procedere ex inæquali electione Dei: ita vt æquale donum infundatur prædeſtinato, & reprobo ex inæquali electione, & tunc cauſalitas, per quam donum producetur, erit diſtincta ratione principij; vt ibi explicatum eſt. *Alia authoris illatio.* Ego deduco S. Thomam non agnouiſſe actum liberum in Deo ſine aliquo effectu ad extra: quoniam inæqualitatem ſumit ex inæqualitate aliqua in rebus: hoc autẽ verum non eſſet, ſi actus liber Dei intrinſece prorſus compleretur. Hoc ipſum indicauit art. 2.

ARTICVLVS QVARTVS: VTRVM Deus ſemper magis diligat meliora?

S. Thom. RESPONDET S. Thom. doctrina annexa cum art. 2. & 3. nimirum, meliora magis diligere ex parte effectus; non autem ex parte affectus.

Hh Caput

Caput I. *Voluntas* Dei *eſt immutabilis, & æterna.*

1 *Deus nihil in tempore vult de nouo.*

MATERIAM huius capitis verſaui ſatis tractatu de ſcientia Dei diſputatione 2. capite 2. In quo negaui actum primum in ſcientia in ordine ad obiecta libera, & pro expedienda ea difficultate, obiter expoſui rationē, quare Deus, nec velle, nec nolle in tempore poſsit aliquid de nouo vltra, id quod ex æternitate voluit, aut noluit, atque dixi ex hac temporaria noua volitione, aut nolitione probari directe, vitium morale inconſtantiæ, indirecte, vero phyſicam imperfectionem, contrariam ſimplicitati Dei, atque infinitati. Porro diſputatione 12. cap. 1. docui in diuina voluntate nullum eſſe actum primū in ordine ad volitionem, tum neceſſariam, tū liberam. Ex quo manifeſte fit non eſſe conſiderandam à nobis voluntatem Dei cum indifferentia ad actus oppoſitos volendi, & nolēdi; vt recte notauit hic Caietanus contra Scotum in 1. diſtinctione 39. quæſt. vnica: ſed volitionem conſiderandam eſſe cum indifferentia ad ſe terminādum ad hoc, aut ad illud obiectum, nec ex negata illa priori indifferentia efficitur negari Deo libertatem, vt arbitratur P. Valen. 1. p. diſp. 1. q. 19. p. 4. in 3. aſſertione, carpens Caietanum; ſed ſolum fit non eſſe libertatem, vt in creatis liberis nimirum, cum potentia ad actus, ſed cū indifferentia volitionis ad obiecta.

Caiet. *In Deo nō eſt indifferentia potentiæ ad volendum & nolendum.* *P. Valen.*

Concluſio titulo præfixa eſt de fide certa, probatur ex Numero. capitis 23. ibi *non eſt Deus, quaſi filius hominis, vt mutetur*, & ex Prouerb. capite 19. ibi, *multæ cogitationes in corde viri; voluntas autem Domini in æternum manet.* Et ad Hebræos capite 6. ibi, volens Deus oſtendere immobilitatem conſilij ſui, & Iacobi 1. ibi, *apud quem non eſt tranſmutatio*: quod teſtimonium declaraui diſp. 2. cap. 2 num. 13.

Num. 23. Prou. 19. Ad Heb. Iacobi. Voluntatē Dei eſſe immutabilē de fide eſt.

Patres quoque hanc tradiderunt voluntatis Dei immutabilitatem; ita Ambroſius in enarratione pſalmi 61. & lib. 5. de fide ad Gratianum capite 6. ita Auguſtinus lib. 3. de Trinitate cap. 3. & in Enchiridio cap. 93. vbi voluntatem Dei appellat certam, immutabilem, & efficaciſsimam, & de prædeſtinatione Sanctorum cap. 10. vbi ait in diuina prædeſtinatione omnia iam nata eſſe: lege etiam Fulgentium lib. 1. ad Monimum cap. 12.

Amb. Aug. Probatur ex Patribus. *Fulg.*

2 *Hoc non probant efficaciter qui libertatem omnino intrinſecam conſtituūt*

Difficile eſt veritatem hanc efficaci ratione probare: vnde Scholaſtici varijs vtuntur probationibus. In ſententijs conſtituentibus libertatem Dei completam prorſus immanenter, atque concipientibus volitionem Dei neceſſariam, vt indifferentem, pro aliquo ſigno rationis ad volendum, & nolendum libere, id eſt longe difficilius: & vt vno verbo dicam, quod ſentio, hæc Scholaſticorum pars rem hāc prætermittunt inefficaciter probatam: quoniam, ſi ipſi ſemel intelligunt in inſtanti æternitatis, volitionem neceſſariam ex actu primo transferri in actum ſecundum, in ordine ad volitiones liberas ſine imperfectione, ſine mutatione, ſine adquiſitione nouæ perfectionis, nouæ entitatis, ignoro, qua ratione negare poſſint id ipſum fieri poſſe in inſtāti temporis ſignabili, maxime cum inſtans æternitatis omnia temporis inſtantia contineat per virtualem ſucceſsionem, vt declaro capite 2. vbi contra horum ſententiam ex immutabilitate Dei depromo efficax argumentum contra diuinam libertatem. Nec ipſos ſatisfacere omni ex parte cum recurrunt ad ſcientiam, cui ex æternitate perſpecta ſunt omnia motiua volendi, aut nolendi, declaro infra num. 3.

In primis ratio S. Thomæ quam indicaui in textu art. 7. non videtur efficax, quia licet variatio in voluntate accidat, vel ex diuerſa diſpoſitione ſubſtātiæ, ex qua incipit ipſi aliquid eſſe bonum, quod antea non erat, vel ex noua cognitione, ex qua incipit cognoſci bonum, quod antea non cognoſcebat: at non tātum ex his duabus radicibus variatio originem ducere poteſt; ſed etiam ex ipſomet libertatis exercitio: & ſicut in inſtanti æternitatis pro priori rationis ſigno, pro quo Deus omnia cognoſcebat, atque perſpectum habebat ſubſtantiæ ipſius non magis conuenire hunc, aut alterum orbem creare: hos aut alios cœlos: hæc aut alia elementa; & nihilominus voluit hos, non illos ſine aliqua intrinſeca mutatione, ex eo, quod potius voluerit hos, quam illos: ita eadem propoſitione perſiſtente in mente, in tempore noua electio contingere potuit, ſolum pro libertate exercenda. 3

S. Thom. Ratio S. Th. inefficax.

Præterea, declarandū reſtat, quare nouā cognitionē liberā Deus in tēpore habere nō poſsit: hæc etenim præſupponit decretū liberū: ergò dum non probatur efficaciter decretū liberū Dei in tempore incipere non poſſe, nec etiā probatur ſcientiam incipere non poſſe.

P. Vazquez in commentario huius ar. & P. Arrubal diſp. 61. cap. 2. & P. Valentia, vbi ſupra hac vtuntur ratione: nimirum, quia diuinā operatio circa ea, quæ fiunt in tēpore, ab æterno habet rationē entis futuri; quod ſi res, quæ erit aliquando neceſſario ab æterno futura eſt; ideo futura eſt ab æterno, quia à Deo volita eſt tanquam obiectum: ergo volūtas Dei æterna eſt: probo hanc conſequentiam, quia rationem 4

P. Vazq. P. Arrub. P. Valen. Alia modernorum ratio.

Digitized by Google

nem entis futuri recipiunt obiecta à voluntate libera Dei. Confirmatur ex Paulo ad Epheſios primo, ibi, *elegit nos ante mundi conſtitutionem.* Ex quibus verbis fit, voluntatem Dei libere terminatam fuiſſe ad ſalutem prædeſtinatorum ante vllam Dei operationem circa res creatas: ergo, vt ad hoc obiectum libere terminata fuit ante mundi conſtitutionem; ac proinde ante aliquam operationem ad extra: ita non ſolum ad hoc obiectum ex æternitate terminata fuit libere: ſed etiam ad omnia alia, atque adeo terminatio libera ad obiecta omnia eſt æterna, ideoque illa non potuerunt, non eſſe futura ex æternitate. Ex quo probāt Dei immutabilitatem; quoniam, nec in Deo eſſe poteſt mutatio in tempore, neque in obiectis: quippe ex æternitate futura ſunt præter terminationem liberam ad ipſa: ergo ex nullo capite pōteſt contingere mutatio.

Ad Epheſ. 10.

Hæc etiam ratio aliquas patitur difficultates. Prima, quia non declaratur, qua ratione non poſſit aliquid creatum incipere eſſe futurum in tempore, ſicut incipit eſſe futurum in æternitate. Quod vero res creatæ incipiant eſſe futuræ in æternitate, manifeſte probatur; quia ante ſignum terminationis liberæ eſt aliud præſcindens à terminatione, & non terminatione, videlicet illud, in quo ſcientia Dei præcedit volitionem liberam: nam pro priori ſcientiæ non intelligitur terminatio, aut non terminatio, ſed præſciſio ab vtroque: ergo nō intelligūtur creaturæ futuræ, aut nō futuræ; ſed præſcindentes à futuritione, & nō futuritione. Probo hanc cōſequētiā: quia creaturę ex terminatione libera Dei habēt eſſe futuræ, aut nō futuræ: igitur nō explicatur quare creaturæ non poſſint incipere in tempore hanc futuritionē, nec quare Deus plenam ſuam terminationem liberam ex æternitate neceſſario habuerit, & quare non potuerit habere aliquas eius partes in tempore.

Graues patitur difficultates.

Inſtans præciſiuum ante inſtans futuritionis.

Vrgeo à creata voluntate res aliquæ incipiunt eſſe futuræ in tempore, ſecundum decreta, quæ in tempore habet: ergo etiam à voluntate Dei poſſunt incipere eſſe futuræ in tēpore. Probo hanc conſequentiam, quæ videtur difficilis: quoniam cum res incipit eſſe futura in tempore à voluntate creata duo conſiderantur: alterum ex parte futuritionis rei: alterum ex parte voluntatis creatæ, Rem eſſe futuram in tempore ex parte futuritionis rei, nihil aliud eſt, quam exiſtentia ipſa realis, quā in tempore habebit, cum negatione durationis eius, cui coexiſtit, vt efficaciter probaui diſputatione 6. capite 6. ex parte voluntatis creatæ, nihil aliud eſt, quam decretum nouum erga exiſtentiam rei. Tum ſic, vel terminatio libera, per quam dicunt rem incipere ex æternitate eſſe futuram, dicit ſolam futuritionem ex parte rei, vel dicit in voluntate diuina decretum aliquod liberum diſtinctum ratione a neceſſario, atque conſtitutum in ratione liberi, vt condiſtinguitur à futuritione rei. Si primum: ergo verum non eſt, rem eſſe futuram ex æternitate: probo hanc conſequētiam: nam futuritio rei eſſentialiter continet exiſtentiam realem præſentem in propria temporis differentia: ſed hæc non eſt ex æternitate: ergo res non habet eſſe futuram ex æternitate, ex qua ratione monſtraui loco citato implicare futuritionem rei adæquate, ſimul exiſtere, ex quo fit etiam implicare ſimul exiſtere hoc, quod eſt rem eſſe futuram: nam res non eſt futura ſine futuritione: ergo ſi futuritio tota ſimul exiſtere non poteſt, nec etiā ſimul exiſtere poteſt hoc, *quod eſt rem eſſe futuram.* Si ſecundum deſerunt ſuam opinionē in materia de libertate Dei: nimirum, eam compleri per mutationem extrinſecam creaturarum, ſiue per reſpectum rationis, quod idem eſt in phraſi P. Vazquez.

Quid ſit rem eſſe futuram.

Præterea ex hac ſententia, quæ omnino defendenda eſt ſecundum principia iacta diſputatione 16. capite 10. efficitur, Deum toties velle incipere in tempore quoties eſt aliqua noua mutatio in rebus. Probo hanc conſequētiam, quia velle liberum Dei includit aliquam mutationem creaturæ eſſentialiter, ſiue futuram, ſiue præſentem: ſed omnis mutatio rerum in tempore eſt, tum futura, tum præſens per nos, quia futura includit præſentem: ergo libertas Dei ſecundum noſtram ſententiam incipit eſſe in tempore: ergo non eſt ęterna, nec immutabilis.

5 Alij, vt Henricus quodlibeto 9. quæſt. 1. quem refert, & ſequitur P. Molina quæſtione 14. articulo 15. ad 2. dixit fore viciſſitudinis obumbrationem, ſi Deus in tempore velle inciperet aliquid de nouo, quod Deo repugnat ex Iacobo cap. 1.

Henr. P. Mol. Aliter Henric. & P. Mol.

Verum nec teſtimonium hoc ad rem adduci, nec rationem alicuius momenti continere hanc ſententiam, oſtendi diſp. 2. cap. 2. num. 13.

6 Hæc quidem probant, niſi recurramus ad noſtra principia, actus liberi diuini æternitatem, & immutabilitatem, vix explicari poſſe, atque ratione ſolida confirmari. Obſeruo diſtinguendam eſſe actus æternitatem ab immutabilitate: nam licet forte quidquid æternum eſt, hoc ipſo quod æternum ſit, aliqua ratione neceſſario immutabile ſit: at diſtinctus conceptus eſt æternitatis, quam immutabilitatis: verbi gratia, ſi creatura permanens ex æternitate poteſt exiſtentiam accipere, illa quidem non poterit non æternitate durare, ſaltem

Enodatur res ex proprijs principijs.

Quid æternitas actus liberi.

Digitized by Google

vt eam concipimus à parte ante; nihilominus mutabilis eſt, tum quia recipit in ſe accidentia à natura realiter diſtincta, tum quia in quacunque duratione temporis ſignabili poteſt velle, quod nolebat, & nolle quod volebat. Ratio ergo æternitatis ſumitur in ordine ad durationem æternam, ratio immutabilitatis importat eam intrinſecam rei perfectionem, per quam, nec formas realiter diſtinctas ſuſcipere poteſt, & per quam idem ſemper amat, & odio habet; ita vt nō poſsit odiſſe, quod ſemel amauit, nec amare, quod ſemel odio habuit.

Quid immutabilitas.

Infinitas eſt ratio æternitatis, & immutabilitatis.

Hoc obſeruato ex infinitate liberæ volitionis diuinæ, in ratione odio, aut amore proſequendi omne amabile, & omne odibile, eius æternitas, & immutabilitas deducēda eſt. Prius vero diſtinguere oportet volitionem illam diuinam, vt eſt volitio ſufficiens: hoc eſt per quā actu amat omne amabile, & odio proſequitur omne odibile, & per quam eſt principium indifferens rerum, quæ ex amore, & odio proficiſcuntur: & in volitionem diuinam: vt eſt volitio efficax, hoc eſt, vt continet in ſe complexū ex volitione intrinſeca Deo, & ex effectu in tempore ab ipſa procedente. Hoc abunde explicui diſp. 16. c. 10.

7 *Volitio libera, vt eſt efficiēs non eſt æterna.*

Dico ergo primo, volitio diuina, vt ſortitur denominationem efficacis, ſecundum omne, quod in ea continetur, non eſt æterna. Hæc concluſio negari à nullo poteſt: nam vt ſic, continet aliquam creaturæ, ſiue poſitiuam, ſiue negatiuam exiſtentiam, atque complectur per mutationem ad extra: ſed nulla creatura, aut mutatio eius ad extra eſt æterna, vt fide certum eſt: ergo volitio illa, vt efficax, ſecundum omne contentum in denominatione efficacis non eſt æterna.

Obiectio. Diluitur. Futurum, vt ſic, an ſit æternū.

Dices, licet creatura ſecundum exiſtentiā temporalis ſit, at ſecundum eſſe futurum æterna eſt: ergo volitio diuina ſecundum rationē efficacis æterna eſſe poteſt; ſumpta denominatione à rebus futuris. Reſpondeo ex dictis num. 4. & 5. contra rationem P. Vazq. & P. Arrubal eſſe futurum duo includere. Primum negationem exiſtentiæ in duratione antecedenti. Secundum exiſtentiam realem in propria duratione: quo fit futurum non eſſe æternum ſecundum vtramque rationem; ſed ſolum ſecundum vnam: nimirum, ſecundum negationem, quæ tamen non ſufficit ad denominationem futuri, quia negatio exiſtētiæ indifferens eſt & competit rei futuræ, & non futuræ. Hæc ergo negatio præſuppoſita exiſtentiā ponenda in propria temporis differentia, conſtituit rem in ratione futuræ. Diſtinguenda ergo eſt duplex volitio efficax: altera verbi gratia, quæ terminatur ad negationem exiſtentiæ Petri; altera, quæ ad exiſtentiam in propria differentia temporis: illa quidem æterna eſt in ratione efficacis, hæc vero temporalis.

Dico ſecundo, volitio Dei in ratione efficacis quatenus varias ſortitur denominationes à creaturis iam exiſtentibus, iam non exiſtentibus extrinſece mutatur: hæc etiam concluſio manifeſta eſt, in ea vero non dicimus in ſe mutari, longe enim abſumus ab hoc aſſerto: ſed creaturas mutationi eſſe obnoxias, & cum mutationes hæ à diuinis volitionibus vt à cauſa originem ducant Deum quoque varias ſortiri denominationes; extrinſece autem Deū mutari non repugnat, vt cum amatur à creatura denominatur amatus, cum cognoſcitur cognitus, cum offenditur offenſus, &c. 8 *Quomodo volitio extrinſece mutari dicatur.*

Dico tertio, volitio diuina ſumpta ſufficiēter vt in ſe eſt, æterna eſt. Hæc concluſio probatur primo: quia vt ſic eſt infinita in perfectione volitionis: ſed omne infinitum eſt æternum: ergo eſt æterna. Secundo probatur; quia, vt ſic eſt prorſus Deo intrinſeca: ergo eſt æterna. *Quomodo ſit æterna.*

Dico quarto, volitio etiam diuina ſumpta ſufficienter comparata cum obiectis creatis eſt immutabilis. Probatur manifeſte ex infinitate eius: nam ſicut ſcientia, quia eſt infinita in ratione actualis ſcientiæ, nihil ei poteſt latere ex cognoſcibilibus, nec ex modis quibus cognoſcibilia ſunt: ita volitio diuina hoc ipſo, quod ſit infinita in ratione actualis volitionis, omne quod eſt amabile, & ex omni motiuo, in quo non eſt imperfectio actu amat & omne quod eſt odibile, & ex omni motiuo actu odio habet ſaltem ſufficienter: ergo implicat ipſi, aut aliquid de nouo amore, aut odio habere in tempore. Probo hanc conſequētiam, nam ita res amare, & odio habere eſt perfectio intrinſeca Dei, quæ ſpectat ad ſecundariam ipſius Dei conſtitutionem: ſed Deus non poteſt in tempore comparare perfectionem aliquam ex his, quæ ſpectant ad eius conſtitutionem. Quippe non foret ex æternitate, vndequaque infinitus in omni genere perfectionis; ergo volitio diuina ſufficiēter ſumpta immutabilis eſt. 9 *Quomodo immutabilis.*

In hoc ſenſu dicitur num. 23. Deū non mutari, vt filium hominis, & prouerb. 19. voluntatem Domini in æternum manere, nec varias cogitationes aſcendere in corde ipſius. Et Iacobi 1. apud ipſum non eſſe tranſmutationē: nimirū quia ex intrinſecis perfectionibus nullam in tempore adquirit; id nāque verba ſignificant in propria ſignificatione. Id etiam ſibi volunt Patres allegati num. 1. Id quoque ſignificauit S. Th. in hoc ar. 7. cum dixit *voluntas Dei mutaretur*. ſi inciperet velle quod prius nō voluit, vel deſineret velle, quod voluit, vtique volitione *Num. 23. Prouerb. 19. Iacobi 1o. Explicantur ſcripturæ, & Patres.*

Digitized by Google

volitione intrinſeca Deo, quam nos ſufficientem appellamus, quæque neceſſario perfectionem inducit.

10 *Ioan. Ant. Delph. Ioannes Anton. Delphinus in bono ſenſu explicatus.*

Hinc etiam intelliges in bono ſenſu, Ioannē Antonium Delphinum vnum ex Patribus Cōcilij Tridentini in lib. de rerum euentu pag. 23. cum affirmat, Deum poſſe de nouo aliqua decernere ſine vlla ſui imperfectione: nam loquitur de decreto ſumpto efficaciter, vt continet mutationem ad extra creaturæ. Id ego colligo ex probatione, qua vtitur, nimirum volitionem liberam terminari ad rem volitam per aliquam rationem extrinſecam, ſic autem terminari in tempore non repugnat: ergo loquitur de terminatione, quæ continet temporariam creaturæ exiſtentiam: quod ſi vltra hoc velit libertatem Dei efficacem intrinſece cōſtitui ſecundum eſſentiale, & in tempore incipere poſſe, aut deſinere decreta Dei audiendus non eſt, nec leue committit peccatum cōtra certam, & ſanam doctrinam.

11 *Diſcrimen inter futurum ex decreto creato, & increato.*

Vt noſtra doctrina explicatius intelligatur, & vt ſimul occuramus quibuſdam, quæ contra P. Vazq. & alios modos opinandi obiecimus obſeruandum eſt diſcrimen inter *eſſe futurum*, quod res accipiūt à decretis creatis, & inter *eſſe futurum*, quod à diuinis: nam cum decreta creata intrinſece, atque antecedenter efficacia, & abſoluta ſint obiecta horum decretorum, futura ſunt antecedenter determinate, quantum eſt ex efficacia eorum: hoc dico, quia creatura impediri poteſt ab executione, & mutari ante illam: vnde res ſic volitæ licet attenta natura decreti efficacis determinate futuræ ſint: at abſolute contingentia erunt propter has rationes. Cum vero decreta diuina in ratione efficacis compleantur per ipſum effectum, (vt ſæpe docui) nihil ex æternitate habet rationem futuri determinate ex efficacia decreti æternitate antecedentis; quod non ſolū verum eſt comparatione actuum liberorum, vt explicabam diſp. 19. cap. 2. verum etiam comparatione effectuum neceſſariorum, tum eorum, qui producuntur à ſolo Deo; tum eorum, qui ab ipſo, & a cauſa ſecunda. Itaque à Deo ratione decreti efficacis antecedentis nihil eſt futurum abſolute ex æternitate, loquēdo de futuritione determinata ex cauſa.

Dices, hinc effici nihil eſſe futurum ex æternitate loquēdo abſolute in omni rigore. Reſpondeo negando ſequellam, quæ ab omnibus neganda eſt in actibus liberis: ab omnibus dico, qui negant decreta prædeterminantia. Ratio negandi ſequellam hæc eſt: ad hoc, vt res dicatur futura opus non eſt, vt in cauſa ſit determinatio antecedens: ſed quod poſita virtute ſufficienti ad eam producendam re vera in tempore determinanda ſit per productionem, & tunc res dicitur futura ex æternitate ex negatione exiſtentiæ, quæ æternitati antecedit, & ex connotatione exiſtentiæ, quam res habebit ſuo tempore, vt ſæpe explicui tract. de ſcientia Dei, ac maxime diſp. 6. cap. 6. *Obiectio. Diluitur. Aliquid eſt futurū ex æternitate.*

Quod ſi petas, in ſigno rationis priori pro quo ſcientia Dei præcedit volitionem, an ne creaturæ, quæ erunt, intelligantur futuræ? an præſcindant à futuritione? Reſpondeo, pro eo ſigno præſcindere conſiderata ſola ſcientia, quia illa ex ſe æqualiter ſe habet ad res futuras, & non futuras: imo addo, & pro poſteriori volitionis, quantum eſt ex vi eius præſcindere; quia ea quoque æqualiter ſe habet ad res futuras, & non futuras: conſiderata vero exiſtētia ceaturarū, quæ erunt ponēdę. Reſpōdeo, pro priori ſcientiæ intelligi iam radicaliter futuras, & pro poſteriori volitionis formaliter futuras, propterea quod ſcientia erit cauſa earum minus proxima, & immediata, quam volitio: & ſicut non poſſumus intelligere rem eſſe poſsibilem antequā præintelligamus cauſam, à qua eſſentialiter depēdet; ita multo minus rem eſſe futurā; non dico à ſola hac cauſa rem eſſe futuram: ſed à negatione durationis præſuppoſito quod res erit, at aduerto neceſſariam quoque eſſe cauſæ exiſtentiam, à qua eſſentialiter pendet. 12 *In rationis priori, quo ſcientia Dei præcedit volitionem, nihil formaliter futurum, ſed tātū radicaliter.*

Caput. 2. Grauis difficultas contra immutabilitatem volitionis Dei *ex libertate.*

13 *Immutabilitas, & libertas Dei vix defendi poteſt ab ijs, qui libertatē intrinſece conſtituūt.*

SEMPER accurato Theologo cohærentia doctrinæ ante oculos habenda: nam ex ea magna ex parte probata ſententiarum electio pendet: id affirmo, quia ab his, qui libertatem Dei prorſus intrinſece conſtituunt, aut immutabilitas volitionis Dei, aut libertas vix poteſt defendi, quod manifeſtum facit difficultas, quam hoc capite propono. Omnis volitio libera, ita eſt in quacūque duratione, in qua exiſtit, vt in eadem poſſit non eſſe pro aliquo priori naturæ, pro quo eſt indifferentia ad eſſe, & non eſſe: ſed ſi Deus, in ſua volitione libera eſt immutabilis, non habet huiuſmodi indifferentiam, in quocunque inſtanti exiſtit: ergo nō habet plenā libertatē. Syllogiſmus is recte fluit: Maior eſt per ſe perſpicua, quia libertas actus ſumitur ex cauſa, & principio eius indifferēti pro aliquo priori naturæ ad operandum, & non operandum:

Digitized by Google

ergo in quacunque duratione, in qua eſt libertas actus, eſt ſignum naturæ principij, in quo eſt indifferens, ſicut eſt ſignum pro poſteriori, in quo eſt determinatum. Probatur minor: ſummo volitionem liberam Dei, quæ exiſtit in hoc inſtanti B. ſi in hoc inſtanti B. eſt in ſe libera immediate: ergo intra idem inſtans eſt ſignum antecedens natura, in quo Deum intelligere debemus indifferentem ad volendum libere, & non volendum libere: hoc vero falſum eſt, ſi Deus eſt immutabilis: ergo libertas immediata Dei non cohæret cum immutabilitate. Illud falſum eſſe probo: quia Deus non tantum in hoc inſtanti B. eſt volens libere producere Petrum: ſed etiam in inſtanti antecedenti A. & alijs infinitis antecedentibus deſignabilibus coexiſtētibus intra inſtans æternitatis: ergo volitio libera producendi Petrum præſupponitur in Deo exiſtens ante inſtans B. ergo intra inſtans B. non eſt ſignum indifferentiæ natura prius. Probo hanc conſequentiā: nam ſi eſſet pro eo priori, poſſet velle producere Petrum, & velle non producere: ergo poſſet mutari in volitione libera: quia mutari eſt nolle, quod voluerā, aut velle, quod nolueram, ac proinde libertas immediate in ſingulis inſtantibus non cohæret cum immutabilitate.

In actu immediatè libero pro ſingulis inſtantibus eſt indifferentia ad eſſe, & nō eſſe.

14 Hoc argumento male vrgentur, qui libertatem Dei defendunt per intrinſecam Dei conſtitutionem; quod ego tetigi tract. de ſcientia diſp. 2. cap 2. & indicaui ſolutionem, quæ in ipſorum principijs apparentior eſt: omnes modos diſcutiendæ. Primo aliqui reſpondent volitionem Dei non menſurari inſtāti noſtro, ſed inſtanti æternitatis, atque ideo non recte comparari libertatem eius cum noſtro inſtanti.

Prima ſolutio argumenti propoſiti.

Sed contra, difficultas non intendit probare volitionem Dei menſurari inſtanti noſtro, ſed eam, quæ menſuratur inſtanti æternitatis, non eſſe liberam immediate pro ſingulis inſtantibus noſtris; ex quo manifeſte fiet, nec eſſe liberam pro tota æternitate, in quantum ea coexiſtit inſtanti noſtro: quoniam operatio, quæ libere exiſtit in propria duratione, etiam libere exiſtit in omni duratione, quæ ei, coexiſtit, & quæ libere non exiſtit in aliena duratione, nec etiam libere exiſtit in propria. Appoſitum exemplum eſt in actu libero Angeli, qui æuo durat, quique coexiſtit noſtri tēpori: pone actum liberum Angeli durare per diem, ſi per totum diem liber immediate eſt in ſingulis inſtantibus illius diei liber immediate erit, & ſi non eſt liber per totum diem, ſed per partem in inſtantibus partis diei, qui coexiſtunt æuo, vt neceſſario elicit operationem non erit liber, & in inſtātibus partis diei, quæ coexiſtunt æuo, vt libere elicit operationem erit liber. Appoſitum etiam exemplum eſt in generatione verbi, quæ quia neceſſaria eſt in inſtanti æternitatis etiam neceſſaria eſt, in ſingulis inſtantibus noſtri temporis coexiſtentibus æternitati. Hoc poſito peto, an volitio creandi Petrum in inſtanti B. ſit libera immediate? vel non? ſi hoc ſecundum habeo intentum: nimirum plenam, & immediatam libertatem non conſiſtere cum immutabilitate. Si primum: ergo pro priori ſigno intra illud inſtans B. Deus eſt indifferens ad volendum creare, & volendū non creare Petrum: conſequentia hæc liquet ex dictis: ergo eſt mutabilis.

Impugnatur.

Duplex exemplū appoſitum

Dicūt alii, non obſtare libertati diuinę, quod non ſit in ſingulis inſtantibus ſignum indifferens pro priori natura: quia id nō procedit ex ſuppoſitione antecedenti, ſed ex conſequenti, ſcilicet ex ſuppoſitione ipſius volitionis, antea exiſtentis. Hæc autem ſuppoſitio non poteſt eſſe antecedens, & pro priori naturæ: quia non eſt per modum cauſæ. 15

2. Solutio.

Sed, nec hoc ſatisfacit. Primo, quia immutabilitas voluntatis Dei eſt ſuppoſitio antecedens: nam prius eſt, Deum eſſe immutabilem volendo libere; quam intelligamus terminari ad hanc creaturam: ergo ſi ratione eius immutabilitatis non poteſt Deus in ſingulis inſtantibus pro aliquo priori naturæ eſſe indifferens ad volendum, & non volendum læditur libertas ex ſuppoſitione antecedēti. Secundo, quia datur argumento primam, veluti elicientiam actus liberi, liberam fuiſſe; non tamen conſeruationem eius per plenum inſtans æternitatis ſecundum ſucceſsionem virtualem, quā habet, per quam coexiſtit ſingulis noſtris inſtantibus: quoniam, vel in ſingulis pro priori ſigno eſt indifferentia, vel non: ſi non; ergo non conſeruatur liberè: ſi eſt; ergo poteſt non velle intra inſtans æternitatis: ergo non eſt immutabilis; quemadmodum in ſententia, quæ ait, actus noſtros liberos neceſſario durare per morulas quaſdam, ſeu particulas alicuius temporis actus, ille in prima productione liber eſt, non in duratione morulæ; & quemadmodum ſi exiſtens in mortali in vltimo inſtanti vitæ eliceret feruentem actum amoris Dei, per quem remittatur peccatum mortale, & plene ſatisfaciat, pro omni pœna, ille quidem accipiet viſionem Dei in duratione immediate ſequenti, atque amabit Deum: pone modo continuare amorem vltimi inſtantis, vt poteſt in multorum ſententia: tunc amor ille liber fuit in primo eſſe non in conſeruari ratione viſionis: ita in noſtra re volitio Dei, quaſi in primo elici erit libera, non in conſeruari, propter immutabilitatem, quæ

Impugnatio.

Immutabilitas eſt ſuppoſitio antecedēs

Conſeruatio non eſſet libera.

Digitized by Google

quæ ſuppoſitio non depēdet ex libertate Dei; quoniam attributum immutabilitatis neceſſarium eſt: ergo ſi illud impedit, quo minus conſeruatio libera ſit: determinatio hæc non procedit ex ſuppoſitione conſequente, nec dependente à libera voluntate.

16 3. Solutio. Alij reſpondent argumento propoſito, diſtinguentes inſtantia noſtra diuiſiue, & collectiue; dicuntque collectiue conſideranda eſſe, vt coexiſtunt toti inſtanti æternitatis, & ſic in illis ſimul ſumptis eſſe libertatem, atque primum inſtans indifferentiæ affirmant, negant verò eſſe eam libertatem in eis diuiſiue ſumptis, & negant diuiſiue conſideranda eſſe comparatione diuinæ libertatis.

Impugnatio. *Collectio inſtātium eſt ſecundum rationem.* Verum nec hoc ſatisfacit. Primo, quia libertas Dei non pendet ab hac noſtra conſideratione inſtantium diuiſiue; aut collectiue: inſtantia enim in ſe diuiſiue fluunt vnum poſt aliud, & collectio ſolum fit per rationem, & ſecundum hunc inſtantium fluxum Theologi dicunt, inſtās quoque æternitatis virtualiter fluere, nihil impediente, quod in ſe prorſus indiuiſibile ſit. Ad conſtituendam verò hāc virtualem ſucceſsionem fundamētum habent Theologi, quod inſtans æternitatis inadæquate, tantum coexiſtit ſingulis noſtris inſtantibus, ex quo fit durationem æternitatis maiorem eſſe non realiter, aut formaliter maiorem: ergo ſaltim virtualiter. Abundè hoc explicui diſp. 6. cap. 4. & 5. Hoc poſito, ſi volitio Dei libera eſt immediate, non ſolum libera eſt in inſtanti æternitatis adæquate conſideratū; ſed etiam in inſtāti æternitatis inadæquate conſideratū, vt ipſum coexiſtit cuicūque durationi noſtræ determinate, alias tantū eſſet libera, in inſtanti æternitatis à parte ante ſecundum quod nos conſideramus eam, veluti in primo elici, non vero eſſet libera in inſtanti æternitatis à parte poſt, ſecundum quod intelligimus ipſum coexiſtere præſentibus inſtantibus, quæ modo fluunt, ac ſub inde non habere libertatem immediatam in conſeruari.

Volitio diuina libera in ſingulis inſtantibus noſtris.

Secundo, quia nullus negare poteſt me poſſe comparare hodiernum diem, vt coexiſtit inſtanti æternitatis inadæquate: nam propter hanc comparationē dicimus, hodiernū diem non coexiſtere æternitati ex æternitate, nec eſſe ab æterno. Peto modo an in inſtanti contento in hodierno die ſit inſtans naturæ indifferentiæ pro priori ſigno? vel non? ſi non, ergo volitio libera, vt coexiſtit in adæquate huic diei, non eſt libera immediate imo cum idem argumentum fieri poſsit in quacumque duratione noſtra, ſiue vera, ſiue imaginaria, nullam poſſumus conſiderare durationem, in qua volitio Dei ſit immediate libera. Si eſt inſtans indifferentiæ: ergo etiam ſuppoſita exiſtentia volitionis toto tempore antecedēti intra hodiernum diem poteſt Deus velle non producere Petrum: ergo eſt mutabilis.

Collectio adæquata etiam cogitatione noſtra impoſsibilis. Cōtra tertio: collectio omnium inſtantium etiam cogitatione noſtra impoſsibilis eſt: nam quacumque facta collectione alia maior, etiam per mentem fieri poteſt ſine termino; ſicut enim cuicumque collectioni aliud inſtans imaginarium accedere poteſt; ita cuicumque collectioni cogitatæ, alia cogitatio maioris collectionis accedere poteſt: ſed per te ſolum eſt libera volitio Dei in inſtantibus collectiue ſumptis: ergo ponis libertatem impoſsibilem in diuina volitione.

17 4. Solutio. Alij denique, depromunt ſolutionē ex differentia inter æternam durationem, & creatam: illa enim ita prorſus indiuiſibilis eſt, vt ſit incapax interruptionis in permanentia actus, intra illam: hæc vero capax eſt interruptionis propter diuiſibilitatē durationis, quo fit hoc ipſo, quod volitio libera ita fuit determinata ad creatum obiectum intra inſtans æternitatis, vt potuerit non determinari in omni inſtanti eo, ita exiſtere, vt potuerit non eſſe; quia actus ille in quolibet inſtanti eadē menſuratur æternitate: quod vero comparatus cum inſtāti noſtri tēporis, non poſsit in eo ceſſare, nihilimpedit ad libertatē exercitā in inſtāti æternitatis.

Impugnatio. Sed nec hæc ſolutio ſatisfacit. Nam ſi concedit nobis virtualem ſucceſsionem in inſtanti æternitatis fundamento ſumpto ex coexiſtentia ad formalem ſucceſsionem; & ſi concedit nobis inadæquatam conſiderationem inſtantis æternitatis videlicet, vt coexiſtit noſtro diei, nō vero, vt ſic coexiſtit heſternæ diei, redit idem argumētum: nam vel poteſt ceſſare ab actu in inſtanti æternitatis ſecundum in adæquatam coexiſtentiam, quam habet cum hoc die? vel non? ſi non: ergo non eſt liber immediatè per totum inſtans æternitatis ſecundum ſingulas inadæquatas partes ſucceſsionis virtualis, ſi poteſt ceſſare: ergo eſt mutabilis.

Declaro argumentum. Pone Angelum elicere actum amoris, qui permaneat per diem, is durat duratione indiuiſibili, & pone in ſolo primo inſtanti elici libere, in cæteris vero diei neceſſario permanere, tunc non dicemus permanentiam eſſe immediate liberam, licet incoeptio, & permanētia durent indiuiſibili duratione: ergo pari rationē, ſi volitio libera Dei non poteſt ceſſare in aliquo tempore noſtro, quod fluit non dicemus eam permanere libere, licet in indiuiſibili æternitatis libere terminata fuerit. Ais, durationem creatam ſemper eſſe interruptionis capacem, non increatam. Sed contra, nam vel eſt capax interruptionis in alijs rebus, quæ ipſi coexiſtunt, atque alijs durationibus durant, vel in ſeipſa: non hoc ſe-

Digitized by Google

cundum quia hæc ipſa in ſe indiuiſibilis eſt, in quo caſu procedimus: nam cum in duratione indiuiſibili non ſit magis, & minus, non poteſt eſſe deciſio, & incœptio, ſed cum deſinit vna incipit alia diſtincta duratio; ergo duratio indiuiſibilis creata in ſeipſa non eſt capax interruptionis. Si in alijs rebus, quę ipſi coexiſtunt ergo nulla eſt tua differentia, quia etiam intra inſtans æternitatis in rebus creatis eſt interruptio: etenim contradictoria exiſtunt intra inſtās æternitatis: imo omnis ſucceſsio, & rerũ varietas intra ipſum neceſſario eſt, ac proinde nulla interruptio eſt, quæ non ſit intra ipſum inſtās æternitatis. Hæc ita proſecutus ſum, vt manifeſtum fiat, quam ſit difficile libertatem Dei cum immutabilitate componere ei parti Theologorum, quæ diuinam libertatem per intrinſecam conſtitutionem defendit.

Si libertas Dei præſus intrinſeca eſt, ea non componuntur cũ immutabilitate.

Caput III. De affectibus proſecutionis Dei erga creaturas.

18 *S.Tho. Quot affectus in Deo.*

QVATVOR numerantur affectus proſecutionis in voluntate creata. Primus eſt amor, ſecundus deſiderium: tertius ſpes: quartus gaudium. Lege S.Thomam 1.2.q.23. & 25. De his ſigillatim agendum. Recognoſcenda ſunt, quæ dixi diſp.13.cap.1.& 2. in qua de his affectibus erga bona increata habeo plurima. Negaui amorem ſpecialem, & ſtrictum deſiderium, & ſpem, & ſolum conceſsi gaudium proprium, atque ibidem proprias rationes horum affectuum accuratè declaraui.

S.Thom. P.Vazq. P.Suar. P.Arrub. *Eſt proprie amor creaturarũ in Deo.*

De amore dico primo eſt in Deo proprius, & ſpecialis erga creaturas. Ita S.Thomas q.20. in ar.1.& eſt communis ſententia Theologorum, vt videre licet apud P. Vazquez diſp. 84. cap.2.& P.Suarez lib.3.de Attributis poſitiuis cap.7.& P. Arrubal in q.20.num.3. Et id probat ratio manifeſta: nam amare ſpeciali amore eſt velle bonum alicui ſecundum ſe, hoc eſt ſecundum prædicata eſſentialia, quę præſcindunt a poſſeſsione, & nõ poſſeſsione: ſed Deus vult ſuis creaturis bona creata ſecundum eſſentialem rationem: ergo amat eas amore ſtricto. Qua ratione vero iſte amor habeat duplicem reſpectum, alterum ad bonum concupitum, alterum ad perſonam, ſeu ſubiectum cui, explicui diſp. 14.cap.2. vbi aduerti cum ſuppoſitum *cui*, eſt rationalis natura cõparatione eius, eſſe amorem amicitiæ, cum vero eſt irrationalis natura, non eſſe, quia Deus non init amicitias cum creaturis irrationalibus, idque abunde confirmaui Theologorum authoritate.

19 P.Arrob. *An in Deo deſideriũ.*

De deſiderio non nullam inuenio diſcordiam. P. Arrubal q.20.num. 5. negat deſideriũ Deo. Probat: quia tunc eſt deſiderium de re abſenti, quando illam conſequi non eſt in poteſtate volentis; ergo cum in poteſtate omnipotentis ſit quodcumque conſequi bonum, non poteſt dici illud proprie deſiderare: nam ſi vere deſideraret, conſequeretur illud.

P.Suar. P.Vazq.

P. Suarez lib.3. de Attributis poſitiuis cap. 7.& P. Vazquez hic diſp.84. cap.1. concedunt in Deo deſiderium. Probant, quia licet nullum ſibi bonum deſideret Deus, vt nos etiam diximus diſp.13.cap.2. at nobis ardenter deſiderat ſalutem, vt dixit Chryſoſtomus homilia 1. in Epiſt. ad Epheſios. Chryſoſt.

Definitio difficultatis.

Hæc lis eſt de nomine, ſic ego eam compono, aſſererens primo, nõ eſſe in Deo deſiderium de bonis noſtris, quæ a ſolo ipſo Deo tribuenda ſunt, aut tribui poſſunt, omnino independenter à noſtra libera voluntate. Hoc probat ratio P. Arrubal & hoc affirmat S.Thomas ar.1. ad 2 dicens in obiecto deſiderij, & triſtitiæ eſſe aliquam imperfectionem, ſcilicet, boni non habiti, vtique non tantum non habiti in actu, ſed etiam non habiti in potentia, ex eo, quod non ſit in poteſtate volentis. Aſſerẽs ſecundo de bonis, quæ à noſtra libera cooperatione pendent, vt de ſalute, de actibus perfectis, voluntatem Dei, per quam ea nobis exoptat dici poſſe deſiderium non improbanda ratione: nam licet in poteſtate Dei ſit à nobis extorquere, illas bonas operationes, aut ad eas ita mouere ſuauiter, vt infallibiliter conſentiamus, nihil ominus tamen ſecundum ordinariam prouidentiam, ita ſe gerit cum voluntate noſtra, ac ſi ipſa in noſtra tantum eſſent poſita poteſtate; imo vocationes congruæ ideo habent infallibilem connexionem cum bona operatione, quia voluntas noſtra in ſtatu conditionato eis conſenſit, & conſentiens præuiſa eſt: ergo hæc bona ita ſunt in poteſtate Dei, vt in noſtra quoque poteſtate ſint, ita vt ipſorum exiſtentia, & poſſeſsio ad eam ſpecialiter referatur: ergo voluntas Dei de his cum ea cernit à nobis abſentia, in quantum ſunt bona amici, ex complacentia in ipſo deſiderium eſt: probo hanc conſequentiam; quia deſiderium verſatur, non tantum circa bonum proprium ſed etiam circa bonum amici abſens. Hoc ſibi voluit Chryſoſtomus, vbi ſupra cum voluntatem noſtræ ſalutis appellauit *deſiderium*. Nec obſtat vocem reſpondentem in textu Græco non neceſſario ſignificare *deſiderium*, nec Damaſcenum lib. 2. de fide cap. 29. qui græce ſcripſit, & verba fere ex Chryſoſtomo accepit, nullam habere vocem, quæ tantum ſignificet *deſiderium*, quia ex hoc non ſit nullam rationem deſiderij tribui Deo

P.Arrib. S.Thom. Damaſ. Chryſoſ.

poſſe;

Digitized by Google

poſſe;ſed tantum illam, quæ eſt cum imperfectione impotentiæ ſempliciter ad rem aſſequẽdam.

20 *Non eſt ſpes in Deo* De ſpe fere omnes Theologi negãt illã Deo, eò quod addit in obiecto conditionem Deo repugnantem, nempe arduitatẽ, & difficultatẽ in aſſequẽdo, quam ſatis explicui diſp. 13. cap. 1. cum ergo Deo, nihil arduum nihil difficile in aſſecutione non eſt ſpes. Hic aduerte probationem aliam, qua quidam vtuntur, nimirũ, *Alior m probatio nõ ſolida.* quod arduitas conſiſtit in dependentia a voluntate potentioris efficacem non eſſe, vt oſtendi vbi ſupra. Ratio ergo ſolida eſt, quia licet opera bona pendeant à voluntate noſtra, ſine vlla tamẽ difficultate à Deo, & à nobis obtinentur. Denique de gaudio res certa eſt, Deũ tum in bonis proprijs, tum in noſtris præſentibus, & poſſeſsis, quia à nobis poſſeſſa, gaudere, id conſtat ex his, quæ diximus in diſp. 13. cap. 2. & 6. & res per ſe conſpicua eſt. 21 *Eſt in Deo gaudium.*

Cap. IIII. Dei affectibus fugæ Dei erga creaturas.

22 *Quot fugæ affectus.* AFFECTVS fugæ hi ſunt, odium fuga, deſperatio, & triſtitia: de ſingulis ſigillatim dicendum. De odio efficaci, & de ſimplici diſplicentia, certum eſt eſſe in Deo erga peccatum, & peccatorem, ex Sapientiæ 14: ſimiliter *odio ſunt Deo impius, & impietas eius.* *Eſt in Deo odium de peccato, & peccatore.* ita omnes Theologi cum S. Thoma ar. 2. ad 4. vide P. Vazquez diſp. 84. cap. 3. & P. Suarez lib. 3. de attributis poſitiuis cap. 7. & P. Arrubal q. 20 num. 6. *S. Tho. P. Vazq. P. Suar. P. Arrub.* Aduerte, odium alterum eſſe abominationis, alterum inimicitiæ. Odiũ abominationis eſt illud, quo nolumus alicui malũ ex diſplicentia in malo. Odium vero inimicitiæ eſt illud, quo volumus alicui malũ ex diſplicentia in perſona. *Quid odiũ abominationis, quid inimicitiæ.* Concluſio verò de vtroque odio intelligenda eſt. nam Deus non vult homini peccatum ex diſplicentia in ipſa malitia peccati, ſimiliter Deus peccatori vult malum pœnæ ex diſplicentia in ipſa perſona, non ſecundum eſſe naturæ conſiderata, ſed vt affecta peccato; in quo ſenſu verum eſt impium haberi odio a Deo. Ratio a priori eſt: quia nec in his actibus, nec in obiectis eſſentialibus illorum eſt imperfectio.

23 *De fuga, & timore an in Deo.* De fuga, ſeu timore mali noſtri futuri, eodem modo, ſicuti diximus de deſiderio num. 19. philoſophandum eſt: nempe de malis noſtris futuris, quæ a Deo ſolo impediri poſſunt, non eſſe fugam, nec timorem proprie loquendo: de malis vero abſentibus futuris, quæ aliqua ratione pendent a noſtra voluntate, etiam aliqua ratione eſſe in Deo fugam, aut timorem: ita P. Vazquez vbi ſupra cap. 1. & P. Arrubal vbi ſupra num. 6. & alij frequenter. *P. Vazq. P. Arrub.*

24 *Non eſt deſperatio* De deſperatione dicimus, negãdam eſſe Deo propter eandem rationem, propter quã ſpem negauimus num. 20. nimirum, quia abſque vlla arduitate, & difficultate vitare poteſt Deus quodcumque noſtrum malum futurum: ergo non poteſt deſperare.

25 *Nec eſt triſtitia.* Denique de triſtitia, omnes Theologi citati cum S. Thoma eam negant Deo, ſed non omnes eodẽ modo probant. Aliqui hac vtuntur ratione: quia triſtitia eſt de malo ſibi coniuncto, Deus autem nullum poteſt habere malum ſibi coniunctum: ergo non poteſt triſtari. Sed hæc probatio ſolida non eſt: quia triſtitia non ſolum eſt de malo ſibi coniuncto, ſed etiã de malo amico coniuncto, dum præſens eſt: ſed Deus videt plura mala coniuncta cum ſuis amicis, & creaturis: ergo quantum eſt ex hac ratione triſtari poterat. *Aliqui nõ ſolide probant.* P. Arrubal ſupra num. 8. vtitur hac ratione, quia triſtitia eſt dolor de malo præſenti, quod non omnimoda facilitate repelli poteſt, ab illo, qui dolet: ſed Deus omnimoda facilitate repellere poteſt omne malum præſens: ergo Deus non poteſt triſtari. Verum huic etiam rationi obſtat, quod ſæpe triſtamur de his, quæ impedire in noſtra ſunt poteſtate, vt cum Pater filium punit, triſtatur de pœna, in quantum eſt filij dolor, & tamen illam facile vitare poteſt. Nihilominus ratio P. Arrubal non eſt contemnenda: nam licet Pater phyſice impedire poteſt illum dolorem filij, non autem moraliter, quippe obligatus eſt delicta filij in patria poteſtate conſtituti corrigere, & punire, atque ad eo non eſt in poteſtate eius facili, & expedita impedire malum illud præſens filij. *P. Arrub.* Denique omnium ſolidior ratio deſumenda eſt ex ſumma Dei beatitudine, & lætitia quæ ex ſua natura pugnat cum quacumque triſtitia, ſicut ſanctitas infinita pugnat cum omni peccato: ita beatitudo infinita cum omni triſtitia quamuis leui: ergo licet in Deo ſit gaudium de bonis noſtris præſentibus, non triſtitia de malis. *Solidior probatio.*

Hinc etiam definiendum eſt, an ſit in Deo ira proprie, & formalitea. *Lactantius. An ſit ira.* Lactantius lib. de ira Dei, docuit eſſe in Deo iram proprie, nõ eam, quæ affert animi perturbationem, ſed quandam ſpiritualem iram. Mouetur, quia hæc vox in ſacris ſcripturis frequenter Deo tribuitur. P. Suarez lib. 3. de attributis poſitiuis cap. 7. num. 8. & in opuſculis diſp. de diuina iuſt. ſect. 5. in principio idem tenet: ſuffragatur S. Tho. 1. 2. q. 47. ar. 1. ad 1. *P. Suar. Contraria placita. S. Th.* Oppoſitum docuit P. Vazquez diſp. 84. cap. 4. cum S. Thom. hic ar. 1. ad 2. & cum pluribus Patribus, quos ibi allegat, ita quoque docet P. Arrub. q. 20. num. 9. & 10. *P. Vazq. S. Th. P. Arrub.*

Lis

Digitized by Google

Quæſtio de nomine. Lis hæc de nomine eſt:quoniam,ſi per iram ſolum ſignificare volumus affectum puniẽdi aliquem,propter peccata,ex motiuo iuſtitiæ vindicatiuæ,ira in Deo concedi poteſt: idque tantum ſibi voluit P.Suarez ſupra relatus: ſi vero ſumamus iram cum eo rigore,quo definitionem eius tradit Ariſtoteles, neganda eſt Deo ira,quoniam lib.1.de Anima cap.1.iram definiuit per appetitum profectum ex dolore inferendi viciſsim dolorem aduerſario. Idem docuit ſecundo Rethoricorum cap.2.& cap 4. dicens, hominem poſſe eſſe ſine dolore, non ira. Videtur vero cum diſputamus, a n aliquis affectus proprie ſit in Deo,vel non;rationi cõformius eſſe, ſumere naturam affectus, vt eam nobis tradiderunt Philoſophi in ordine ad diiudicandum,an ſit,vel non ſit in Deo. Quo circa abſolute loquendo melius negatur ira. Loca vero ſcripturæ, quæ iram videntur Deo tribuere, intellige de voluntate ſigni quatenus eoſdem habet effectus, quos nos cum iraſcimur: aut intellige de ſola voluntate puniendi ex motiuo iuſtitiæ, non profecta ex dolore.

P.Suar. Ariſt. Ariſt.

Caput 5. Non neceſſario Deus vult optimum.

26 *Optimum. Phyſice, & moraliter.*

OPTIMVM dupliciter poteſt intelligi, aut phyſice, aut moraliter: phyſice optimum eſt, quod tantam habet perfectionem phyſicã, qua maior eſſe non poſsit in creatura:moraliter optimum eſt, quod eſt honeſtiſsimum,tantamque gloriam Deo affert,qua maior eſſe non poteſt.Deum nõ velle id,quod eſt optimum ſemper nec phyſice,nec moraliter,eſt communis ſententia omnium Theologorum;vt videre licet apud P. Vazquez tom. 1.in 3.partem diſp.1.circa ar.1.S.Thomæ, vbi hoc ſolet tractari:& tam euidenti ratione probatur, vt in hac re nulla mihi foret dubitatio, niſi aliquorũ nimis ſubtilia ingenia eam obſcuraſſent,non in optimo phyſico,ſed in optimo morali contendentes,Deum ſemper velle, quod optimum eſt moraliter;contra quos diſputaui in tractatu de Incarnatione,& nonnulla dixi diſp.18. cap.4. & 5. etenim, vt in genere phyſico certiſsimum eſt, Deum non ſemper velle, nec efficere quod optimum eſt: potuit enim perfectiores homines, perfectiores Angelos in genere phyſico creare: ita etiam pari certitudine mihi indubitatum eſt,non ſemper velle id quod eſt optimum moraliter neceſſario. Id manifeſte probatur primo in Chriſti Domini productione, quæ libera fuit ſecundum omnes Patres, & Theologos ſcholaſticos;non tantum ſecundum ſe,ſed etiam ſuppoſito peccato,vt videri poteſt apud P. Vazquez 1.tom.in 3.diſp. 1. cap. 3. & P. Suarez diſp.4. ſect.1.& P.Valen.3.p.diſp.1.q.1.puncto 5.vbi contra Raymundum Lulum affirmantem verbum neceſſario incarnandum,& ſi homines nõ peccaſſent ſtatuta ſemel mundi creatione, agunt ex ſacra Scriptura, ex Patribus, & ſcholaſticis: quod ſi productio Chriſti Domini libera fuit, potuit non eſſe: ergo Deus non neceſſario vult, quod eſt optimum. Probo hanc conſequentiam:nam optimum in genere moris,& ex quo maior accedit Deo gloria,eſt Incarnatio verbi Dei. Vrgeo,nihil repugnat tres perſonas vniri hipoſtatice tribus naturis intellectualibus,vt vna vnita fuit,ſed Deus id nõ fecit:ergo non neceſſario vult id,quod eſt optimum. Hæc conſequentia manifeſta eſt; quia melius eſt in ordine ad Dei gloriam tres perſonas aſſumere naturas intellectuales, quã vnã tantum: ergo, &c. Denique id probo in puris creaturis. Melius eſt, atque honeſtius omnes creaturas intellectuales attingere perfectiſsimum gradum perfectionis. atque cõſequi fœlicitatem æternam; quam tot exiſtere peccatores,tot damnari, ex Angelis, & hominibus, & tam paucos iuſtos eſſe, atque ſaluari, Deus autem non vult illud voluntate efficaci, cum poſſet velle:ergo non neceſſario vult,quod eſt optimum.

Non vult Deus optimum. P.Vazq.

Nec in genere Phyſico,nec in morali.

P.Vazq. P.Suar. P.Valen. Raim. Lulus.

Incarnatio verbi libera contra Raymũdum.

Cum nihil eſſe poſſe videatur ijs euidentius, nihilominus à parte oppoſita hæc non contemnenda argumentatio formari ſolet. 27 *Argumentum difficile in oppoſitum.* Omnis Dei volitio eſt tam honeſta, vt nulla alia honeſtior excogitari poſsit: ergo omnis Dei volitio neceſſario eligit quod optimum eſt. Antecedens videtur manifeſtum:quia Deus non ſolum eſt in genere phyſico vndequaque perfectione infinita cumulatus; ſed etiam in genere moris:hoc eſt in morali honeſtate. Cõſequentiam probo, quia cæteris paribus volitio obiecti honeſtioris honeſtior eſt, quam volitio obiecti minus honeſti: quippe quæ & magis Deo placet,& maiorem ipſi affert gloriam extrinſecam;hac ratione iuſtus, qui maiorem Dei gloriam ſectatur in ſuis actionibus: hoc eſt, qui meliora ſemper amplectitur ſanctior eſt, magis Deo placet, propterea quod maiorem affert Deo gloriam. Hac etiam ratione Deus non poteſt amplecti obiectum inhoneſtum, nimirum quia volitio eius inhoneſta eſſe non poteſt:at qui quemadmodum repugnat ipſam eſſe inhoneſtam; ita quoque repugnat ipſam eſſe minus honeſtam: ergo neceſſario Deus vult optimum in genere moris. Confirmatur,obiectio ex Auguſtino tomo 6.lib.1. Aug. Contra aduerſarium legis, & Prophetarũ cap. 14.vbi

Digitized by Google

14. vbi ita ſcribit. *Aut vero vſque adeo deſipiẽdum eſt, vt homo videat melius aliquid fieri debuiſſe, & hoc Deum vidiſſe non putet, aut putet vidiſſe, & credat facere noluiſſe, aut voluiſſe quidem; ſed minime potuiſſe auertat hoc Deus à cordibus piorum.* Ergo ſecundum Auguſtinum ſemper, & neceſſario Deus videt, vult, & facit, quod optimum eſt.

28 1. Solutio. *Variæ ſolutiones.*

Argumentum hoc adeo torſit quorundam noſtrorum ingenia, vt eos abire compulerit in varias doctrinas, non ſolidas, nec veras. Primo ergo, quidam boni nominis dixerunt, Deũ tam complacere in opere honeſtiſsimo, quam in negatione eius, & in opere minus honeſto, ac proinde, tam honeſte, & ſancte quodcumque operari, dum non ſit inhoneſtum. Quod ſi eis obijcias, in opere honeſtiori Deum magis complacere, quippe quod maiorẽ affert Deo gloriam, vt in Incarnatione verbi diuini complacuit magis, quam complaceret in negatione eius. Reſpondent negando magis complacere, quia ex cognitione Dei, per quam experitur ſe non triſtari, ex carentia Incarnationis, tantum in Deo reſultat gaudium, quãtum habuit ex Incarnatione.

Impugnatio.

Hæc ſolutio nec ad rem eſt, nec vera: nõ eſt ad rem, quia argumentum non tractat de gaudio Dei intrinſeco, an æquale capiat ex quocumque obiecto; an inæquale: ſed an volitio ad quodcumque obiectum terminata æqualis ſit honeſtatis, an non? & probare intendit non eſſe, quia volitio etiam diuina commenſuratur obiecto honeſto: ergo vt negari non poteſt inæqualitas in obiectiua honeſtate rerũ, quas diligit: ita nec negari poſſe videtur in volitionibus inæqualis honeſtas; ſiue gaudium Dei de obiecto honeſto, & negatione eius æquale ſit, ſiue non. Non eſſe vera probatur manifeſte: quia Deum non triſtari ex quocumque rerum creatarum euentu, habet ex intrinſeca perfectione ſibi neceſſaria, vnde gaudium hoc neceſſarium eſt in Deo, ſicut Angelus ex intrinſeca habet perfectione non affici morbis corporeis, & gaudium de intrinſeca perfectione eſt gaudium ipſum de ſtatu libertatis à damno ex rebus corporeis prouenientẽ: at in præſenti loquimur de gaudio liberarum volitionum ſecundum honeſtatem moralem, falſum vero eſt Deum æqualiter gaudere hoc gaudio libero de negatione obiecti honeſtioris, aut de obiecto minus honeſto, quam de obiecto honeſtiſsimo: quoniam licet Incarnatio ponatur in rebus, aut nõ ponatur, Deus neceſſario gaudet de negatione triſtitiæ, ex non poſitione incarnationis: quoniam comprehenſiua cognitione cognoſcit, naturam Dei incapacem eſſe alicuius triſtitiæ in aliquo rerum euentu, nec clariorem habet notitiam non poſita Incarnatione eius incapacitatis, quam poſita, atque adeo nec maius gaudium ex hoc obiecto; neque ea experientia, quam dicunt habiturum ſi non poneretur Incarnatio afferret illi maiorẽ claritatem in cognitione de incapacitate triſtitiæ: ergo nec illi afferret ſpeciale gaudium: at qui cum ponitur incarnatio vltra gaudium ex incapacitate triſtitiæ habet aliud liberum, & infinitum ex honeſtate infinita operum honeſtorum Chriſti Domini: ergo verum non eſt æquale gaudium Deo futurum ex poſitione, quam ex non poſitione Incarnationis.

Non eſt æquale gaudium liberũ in Deo ſemper.

Ratio à priori horum eſt, quia hoc gaudiũ, quod Deus depromit à creaturis nihil aliud eſt quam complacentia quædam in honeſtate bonorum operum, & ſicut Deus gaudet de bonis operibus noſtris: ita etiam de honeſtis operationibus a Deo procedentibus. ergo quemadmodum negari non poteſt, Deum in æqualiter gaudere libere in noſtris operationibus, quoniam illæ ſunt minus, & magis conformes bonitati Dei, & ex ſe aute quodcumque gaudium extrinſecum afferunt Deo maiorem, & minorem gloriam extrinſecam; ſed Deus libere magis gaudet, de eo, quod eſt ipſi magis conforme, atque maiorem affert gloriam extrinſecam, quam de eo quod eſt minus conforme, & affert minorem, alias homines ſancti non eſſe deberent ſolliciti de meliori ac meliori operatione, vt Deo gratum facerent, ſi verum eſſet tam fore gratum, atque iucundum opus minus honeſtum, quam honeſtius, quod abſurdiſsimum eſt: ergo pari ratione dicendum erit, Deum in æqualiter gaudere de operibus minus honeſtis ab eo procedentibus: nam dum ſibi non præſtituat motiuum æque honeſtum in negatione operis honeſti, ac in eius poſitione, non poterit æquale gaudium liberum ex omni operatione haurire.

Alij reſpondent, ideo omnem volitionem Dei æque honeſtam eſſe, quia licet obiectum ex ſeipſo minus honeſtum ſit; at ex circumſtantijs cum quibus Deus operatur illud exæquare obiectum honeſtius. 29 2. Solutio.

Impugnatio. *Deus vult minus honeſtum attentis etiã circumſtãtijs.*

Sed hoc clare conuincitur falſitatis: quoniam etiam cum circumſtantiæ inæquales non ſunt Deus vult obiectum minus honeſtum. Verbi gratia Deus vult homines, & Angelos iuſtos non habere maiorem ſanctitatem, non vberiora auxilia, cum tamen maior ſanctitas, & auxilia vberiora obiecta honeſtiora ſint: ergo in eiſdem circumſtantijs non ſemper Deus vult optimum, ſicut in eiſdem circumſtantijs non ſemper Deus vult optimum in genere Phyſico.

Alij denique, vt defendant æqualem honeſtatem volitionũ diuinarum recurrunt ad identitatem cum perfectiori volitione cõtra quos 30 3. Solutio.

ex

Digitized by Google

ex profeſſo egi diſp.15.cap.2.atque niſi fallor eos refutaui efficaciter.

31 Qua propter vera argumenti ſatisfactio ſumenda eſt ex noſtra doctrina diſp. 18 cap. 5. Hic aduerte argumentum propoſitum habere intentum chymæricum.nam cum nullus effectus ſit ſummè optimus, nec in genere phyſico nec in genere morali: quoniam quocumque exiſtente,alius melior produci poteſt à Deo,ſi Deus induceret neceſsitatem optimum producendi,nihil ſane producere poſſet.

Vera ſatisfactio ex propria doctrina.

Intentum eſt chymæricum.

Noſtra vero doctrina ſic applicanda eſt argumenti formæ, diſtinguendo primum antecedens, omnis Dei volitio eſt ſumme honeſta in ſe, vt intelligitur eſſe ſācta ſanctitate eſſentiali concedo, vt terminatur ad quodcumque obiectum creatum intelligitur ſumme ſancta in eo genere eius obiecti concedo:in omni genere ſanctitatis nego: iam autem demonſtraui vbi ſupra, eſſe in Deo perfectiones ſecundarias, atque in alio genere non exæquante genus perfectionum, quæ primariæ ſunt vt volitio non eſt in genere tam perfecto, quam intellectio,vt etiam relatio comparatione abſolutorum.Ad probationem conſequentiæ concedo opus honeſtius, tum Dei, tum hominis magis ex ſe placere Deo,maioremque ipſi afferre gloriam: nego vero Deum cogi ad amplectendum ſemper, quod magis Deo placet: quoniã nec perfectio,nec beatitudo,nec ſanctitas volitionum diuinarum pendet ab honeſtate obiectiua creaturarum: quippe illam reſpicit,vt purum terminum, non vt cauſam ſuæ honeſtatis,vt dixi eo cap.5.num.32. Ad aliam confirmationem concedo antecedens, quia omne obiectum in honeſtum eſt extra latitudinem obiecti adæquati voluntatis Dei; nego vero conſequentiam,nimirum non poſſe amplecti obiectum minus honeſtum:tum quia nō ſumit ſuam honeſtatem intrinſecam ab obiecto extrinſeco,tum etiam,quia nō repugnat eſſe in Deo aliquas volitiones negatiue minus alijs perfectas.

Ad Auguſtinum reſpondeo, mentem eius eſſe nihil Deum facere, quod in ſe indecentiam contineat.vt procedit a Deo:nam ipſe in eo loco in verbis immediate præcedentibus ita ait *quibus autem videtur ſic hominem fieri debuiſſe, vt peccare nollet non eis diſpliceat ſic eſſe factum,vt non poſſet peccare ſi nollet, nunc quid enim ſi melior eſſet, qui non poſſet peccare, ideo non bene factus eſt,qui poſſet & non peccare?* In his plane fatetur, & melius, & bonum à Deo fieri poſſe: in ſequentibus ergo tantum negat nihil, vt a Deo malum eſſe, ſed omnia ſapienter conſtituta,nam,vt artifex in vili materia perfectionem artis ſæpe demōſtrat, non minus ac in pretioſa: ita Deus in quocumque opere ſapientiam diuinam & infinitam præ ſe fert,& ſicut omnipotentia, & ſcientia infinitæ perfectionis ſunt in ordine ad ſolam formicam: ita quæcumque volitio Dei infinitæ honeſtatis eſt, in ordine ad quodcumque obiectum honeſtum creatum:non ergo ab eis ſumit ſuam honeſtatem.Hactenus de hoc 2.tractatu.

Aug. ex ipſo explicatus.

TRACTATVS

Digitized by Google

TRACTATVS

TERTIVS.

DE DEI PROVIDENTIA,

PRAEDESTINATIONE, ET REPROBATIONE.

DISTINCTVS XIIII. DISPVTATIO-
nibus.

PRAEFACIVNCVLA AD Lectorem.

COMPLECTOR in hoc tractatu & quæſtionem S. Th. 2 2.de prouidentia,& 23.de prædeſtinatione, & reprobatione, nec arbitratus ſum expedire pro ordine doctrinæ illam ab hac abſtractam præmittere;nam *prædeſtinatio eſt prouidentia ſupernaturales efficax,qua intellectuales creaturæ diriguntur in vitam æternam*,&c ſi quid dignũ eſt ſcholaſtico examine,in quatuor art. D. Thom. quibus continetur materia de prouidentia, id iterum in materia ſupernaturali prædeſtinationis, & reprobationis neceſſario repetendum. Vnde commentatores,vt lego,ſolum tranſcribunt textum S. Thom.& adiectis quibuſdam no tatiunculis,& gloſulis ad materiam de prædeſtinatione . ſe ſe conferunt concitato curſu. Sic ſuccreſcunt volumina, non doctrina. Enitendum, vero in tanta librorum copia, vt doctrina ſua etiam recipiat incrementa,quod rarum eſt. Ideo multi libri,& magni, doctrina ad huc in quibuſdam infantilis,hac ergo methodo vitamus faſtidioſam rerum repetitionem,& breuiori volumine vtriuſque quæſtionis tradimus doctrinam. De reprobatione vero vltimo loco ſpeciales habeo diſputationes eodem doctrinæ filo contextas,qui mihi melior viſus in myſterio prædeſtinationis.

Demum animaduerſum velim lectorem meum , in duobus prioribus tractibus præſcriptis de ſcientia,& voluntate Dei partes ipſas , quaſi eſſentiales explicaſſe prouidentiæ, prædeſtinationis, & reprobationis, & firmiſsima ieciſſe fundamenta ad hunc noſtrum tertium tractatum, etenim prouidentia , prædeſtinatio , atque reprobatio conſtant, ſeu componuntur , veluti totum ex partibus , actibus ſcientiæ , & vo-

luntatis Dei, dum ergo hos accuratè diſcreuimus partes, & fundamenta prouidentiæ, & prædeſtinationes ſtabiliuimus: hinc etiam depræhendet lector cohærentiam doctrinæ.

DISPVTATIO VIGESIMA PRIMA.

DE *EXISTENTIA PROVIDENTIÆ* ET *prædeſtinationis.*

Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. De nomine prædeſtinationis, & prouidentiæ.

In 2. Eſſe in Deo prouidentiam, & prædeſtinationem de fide certum eſt.

In 3. Quantum de prouidentia, & prædeſtinatione ratione naturali oſtendi poſsit.

In 4. Aliquot diſcrimina inter prouidentiam, & prædeſtinationem.

EX QVÆSTIONE XXII. S. THOM. ARTICVLVS PRIMVS.

VTRVM PROVIDENTIA DEO CONVENIAT.

CONcluſio S. Thom. In Deo neceſſario eſt prouidentia, quia in mente diuina exiſtit ratio rerum, pro vt ad ſuos fines diriguntur.

EX QVÆSTIONE XXIII. ARTICVLVS PRIMVS.

VTRVM HOMINES PRÆDESTINENTVR A DEO.

COncluſio S. Thom. Homines prædeſtinantur a Deo, quia in mente diuina præexiſtit ratio tranſmiſsionis creaturæ rationalis in vitam æternam.

Cap. I. *De nomine prædeſtinationis, & prouidentiæ.*

1 *Ethymologia, & ſignificationes variæ verbi* præ deſtino.

VERBVM *prædeſtino* cōpoſitū eſt ex verbo *deſtino*, & præpoſitione *præ*. Verbū deſtino multipliciter ſignificat, ac præcipue apud prophanos Autores, vt alligare, mittere, eligere, aſsignare, emere, licet non tā frequēter; deliberare, & conſtituere, vt Calepinus cōfirmat ex probatis Authoribus præpoſitio *præ* antecesſionē deſtinationis, aut durationis, aut cauſalitatis, aut dignitatis, vt mox explico.

Hinc ſcriptores Eccleſiaſtici eruerunt, ac frequentiſsime vſurpārunt nomen *prædeſtinatio,*

tio. Duplicem video eius magis vſitatam ſignificationem. Prima generalior eſt, & vniuerſe ſignificat quamcumque Dei præordinationem. S. Aug. D. Auguſtinus de Dono perſeuerantiæ cap. 17. in principio, prædeſtinationem in hac generali acceptione explicat per hæc verba. *Nam in ſua, quæ falli, mutarique non poteſt præſcientia opera ſua diſponere, id omnino, neque aliud quid quam eſt prædeſtinare.* Ecce cuiuſcumque operis diuini præordinationem æternam appellat prædeſtinationem, ita etiam expreſſe Fulgent. S. Fulg. lib. 1. ad Monimũ cap. 7. *Prædeſtinationis enim ait, nomine, non aliqua voluntatis humanæ coactitia neceſſitas exprimitur, ſed miſericors, & iuſta futuri operis diuini ſempiterna diſpoſitio prædicatur.* In quibus, licet prædeſtinationem limitauerit ad præordinationem rerum humanarum: at eam non vſurpauit in ſtrictiori ſignificatione, quã iam explico. Nam ſentẽtia Fulgentij capit reprobos: iuſta enim æterna Dei præordinatione deſtinantur ad pœnam. In hac ſignificatione omnia, quæ à Deo ſunt ab æterno, ipſo volente, prædeſtinata dici poſſunt. Ex Proſper. Fulg. quo intelliges duo teſtimonia Proſperi, & Fulgentij ſectatorum Auguſt. nam ille in reſponſionibus ad capitula Gallorum, Reſponſione 15. præſcientiam à prædeſtinatione ſic diſtinxit. *Præſciuiſſe autem tantummodo, non etiã prædeſtinaſſe, quæ non ex ipſo erant cauſam operationis habitura.* Et vbi ſupra cap. 6. ſic concludit, *Quod autem nunquam eſt in opere eius, numquã fuit in prædeſtinatione eius*, igitur quædam præſcita, quæ non prædeſtinata. Omnia vero, quę ipſo præordinante fiunt, à Deo prædeſtinata dicuntur.

2 *Peccata non dicuntur prædeſtinari, bene ſupplicia.*

Ex hoc collige primò ſola peccata excludenda ab hac prædeſtinatione. Ita dixit autor Hypognoſtici lib. 6. in principio apud Auguſt. tom. 7. *Bona* ait *præſcit Deus, & prædeſtinat, mala autem præſcit, non vero prædeſtinat.* Collige 2. ſupplicia à Deo inflicta in pœnam delictorum dici prædeſtinata, ita Concilium Valentinum loquitur ſub Lothario cap. 3. *Cõfitemur prædeſtinationem electorum ad vitam, & prædeſtinationem impiorũ ad mortem.* Auguſtinus etiam lib. 15. de Ciuitate cap. 1. diſtinxit duas ciuitates, vnam prædeſtinatam ad vitam æternam; alteram ad ignem æternum. Lege Driedonem de concordia liberi arbitrij, &c. cap. 1. vbi luculenter de hac re.

Paul. ad Romana. 8. *Preſsior ſignificatio prædeſtinationis.*

Secundã preſsiorẽ, & priorem ſignificationem huius nominis nos docuit Paul. ad Rom. 8. ibi, *Quos præſciuit, prædeſtinauit, &c.* vbi etiã prædeſtinatos nuncupat vocatos ſecundũ propoſitum, hoc eſt, ſecundum electionẽ ſpecialẽ prædeſtinatorum propriã, de qua lõgum habemus ſermonem in 23. diſp. & ad Epheſ. 1. ibi, *Qui prædeſtinauit nos in adoptionẽ filiorũ Dei,* Hic obſerua, hanc nominis *prædeſtinatio* preſſam ſignificationẽ nõ niſi apud Paul. reperiri in ſacra Scriptura (niſi fallor) ea vero eſt præordinatio Dei, qua creatura intellectualis per media infallibilia gratiæ dirigitur in vitã æternã, re ipſa conſequendã, vt ex profeſſo explico diſp. 22. Poſt Paulũ Cõcilia, & Patres Eccleſiæ, atque Doctores ſcholaſtici hac vtuntur ſignificatione tã frequenter, vt nomen hoc ſimpliciter prolatũ ſine addito propriã ſolũ prouidẽtiã prædeſtinatorũ ſignificet, vt nomen reprobatio propriã reprobatorum. Vbi obſerua, quotieſcumque prædeſtinatio in generaliori illa ſignificatione vſurpatur, ſemper apponi particulam aliquam limitantem, ita in verbis relatis ex Valentino dicitur. *Prædeſtinatio impiorum ad mortem.*

3 *Quam nã anteceſsionem ſignificet particula præ.*

De particula *præ* cum apta ſit ad ſignificandum plures anteceſiones, vt notaui in principio, dubitabit quiſpiã, & merito, quã nam ſignificet in hoc nomine, an durationis? an dignitatis? an cauſalitas? Et ſtatuo primo, vt de fide certũ ſignificare anteceſsionẽ durationis æternæ prædeſtinationis ad prædeſtinatum, probo primo ex Matthæ. cap. 25. ibi, *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à cõſtitutione mundi*, hoc eſt ex æternitate. Matt. 25. Secundo ex Paulo ad Rom. 8. ibi, *quos præſciuit, & prædeſtinauit* ergo vt præſciẽtia æternitate antecedit res præſcitas, ita & prædeſtinatio. Ad Rom. 8. Tertio ex eodem Paulo 1. ad Corinth. 2. vbi de Chriſti prædeſtinatione ait, *loquimur Dei ſapientiã, quã prædeſtinauit Deus ante ſæcula.* 1. Cor. 2. Denique probo ratione manifeſta: nã prædeſtinatio eſt actus immanens Dei, vt doceo diſp. 2. cap. 1. Sed Deus nullũ actum immanentem in tempore habere poteſt: vt docui tract. de ſciẽtia Dei diſp. 2. cap. 2. ergo prædeſtinatio antecedit prædeſtinatos duratione æterna. Quia autem ratione actus liberi Dei compleantur per extrinſeca, iam docui diſp. 16. cap. 10.

4 Ambr. Catherinus. *Catherinus diſtinxit tres hominum ordines.*

Quo ad anteceſsionẽ dignitatis Ambroſius Chaterinus in cap. 8. Epiſtolæ Pauli ad Rom. & in opuſculo de prædeſtinatione cap. 1. docet particulã *præ* ſignificare etiã anteceſsionẽ dignitatis. Nã tres ordines hominũ cõſtituit. Primũ prædeſtinatorũ, quos appellat prædeſtinatos proprio nomine, hoc eſt, ante præuiſa merita immutabili, & fixo decreto electos ad gloriã præ cæteris, de quibus intelligit illud Ioan. 10. *quos Pater dedit mihi, nullus rapiet de manu mea*, & illud Pauli ad Rom. 8. *quos præſciuit prædeſtinauit, &c.* Hos denique ait eſſe vocatos ſecundum propoſitum, quia potentius vocauit, copioſius iuſtificauit, ſplendidius magnificauit, & horum caput fuiſſe Chriſtũ Dominũ. Deinde Beatiſsimã Deiparam Virginẽ Mariã, atque Apoſtolos, ac cæteros eximię ſanctitatis

Digitized by Google

viros. Secundũ ordinem (ait) eſſe ſaluandorum, qui directi ſunt ad gloriã cõmuni prouidentia cum reprobis, neque ſpecialibus auxilijs vocati, neque electi ad gloriam efficaciter, niſi poſt præuiſum bonũ vſum. Tertiũ denique reproborum; in hac vero ſententia Catherini, hoc nomen *prædeſtinatio*, non eſt commune omnibus, qui conſequuntur vitam æternam. Vnde prædeſtinati comparatione ſaluandorum dignitate eos præcellunt, tũ in modo præeligendi, tum in gloria, ad quam præeliguntur.

Sotus. Corduba. P. Pereira. Eſtius. Sixtus Senenſis. *Refutatio Catherini.*

5 Verum in Catherinum acriter inſurgunt Thomiſtæ quidã, ac maxime Sotus in cap. 9. Epiſtolæ ad Romanos in digreſsione de prædeſtinatione, & Anton. Cordub. lib. 1. quæſtionarij quæſt. 56. & optime diſputat P. Gabr. Vazq. in quæſt. 23. arti. 4. diſp. 90. & P. Pererius in cap illud 8. ad Roma. diſp. 25. & Guilielmus Eſtius ibidẽ, & alij graues Doctores, propter quorũ authoritatẽ Sixtus Senenſis in lib. 6. Bibliotecæ ſanctæ annotat. 248. ingenue fatetur ſe deſtitiſſe à prædicatione ſententiæ Catherini præceptoris ſui poſt decenniũ, quo tempore eam habuit pro concione in magnis, & multis Italiæ vrbibus ingenti audientiũ plauſu, & gaudio, & quidẽ pluribus titulis impugnari poteſt.

Fulg.

Primo, quia cõtra phraſim ſanctorũ Patrum affirmat nõ prædeſtinatos ſalutem conſequi, è quibus vnius ad ſcribam verba B. Fulgentis ex lib. de fide ad Pet. Diaconum cap. 35 quæ ſic habent. *Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, omnes, quos vaſa miſericordiæ gratuita bonitate Deus fecit, ante conſtitutionem mũdi in adoptione filiorũ Dei prædeſtinatos a Deo, neque perire poſſe aliquem eorum, quos Deus prædeſtinauit ad Regnũ cælorũ, neque quemquam eorum, quos non prædeſtinauit ad vitã, vlla poſſe ratione ſaluari,* hæc vltima verba intellige de impotentia cõſequenti; in quibus expreſſe aſſerit contra Catherinum. Non ea retuli, quia putem apud Catherinum magni fore momenti, qui Auguſtinum immodeſte confutare auſus ſit, & non penetrata eius mente, vt bene oſtendit P. Vazq. ſupra cap. 3. in principio; ſed quia expreſsiſsima ſunt cõtra Catherinũ, & authoritas D. Fulgẽtij apud recte ſentiẽtes magni momẽti eſt.

P. Vazq. Apoc. 3.

Secundo, quia his prædeſtinatis, & eximie electis adimit libertatem amittendi gloriam, nam de eis dici non poteſt illud Apocalip. 3. *Tene quod habes, ne alius accipiat, &c.* Deinde Paulus, cũ in ſententia Catherini fuerit eximie prædeſtinatus, fruſtra diceret, *ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* 1. ad Corint. 9. cũ cõtingẽs nõ fuerit reprobũ effici.

1. Ad Cor. 9.

Tertio, quia ſi gratis ex æternitate his prædeſtinatis gloria prædeterminata eſt efficaci decreto, nõ potuit poſtea in tẽpore dari, vt præmiũ meritorũ, quod abſurdum eſt. Hæc duo argumenta fuſe proſequor in vniuerſum in omnibus prædeſtinatis diſp. 23. cap. 10. 11. & 12.

Igitur non eſt anteceſsio dignitatis in prædeſtinatione, vt putauit Catherinus, ita vt particula *præ* ſignificet præordinationem ad gloriam præ cæteris in quibuſdã eximie electis, nec Paul. id ſibi voluiſſe in hoc teſtimonio ad Rom. 8. conſtabit in progreſſu, vbi ſæpe hoc teſtimonium à nobis explicandum.

Nõ ideo inficior inter ipſos prædeſtinatos, 6
hoc eſt omnes, qui beabuntur, quoſdã alios dignitate prædeſtinationis excellere propter ſpecialẽ eorum electionem ad vberiorem gloriã, & auxilia diuinæ gratiæ; hi ſunt ijdem, quos Catherinus deſignabat, vnde nomen *prædeſtinatio* applicatum B. Mariæ, Apoſtolis, & alijs inſigniter Sanctis, & ſi nõ præcedat duratione prædeſtinationem aliorũ, præcedit tamen dignitate naturã huius ſpecialis electionis, quę difficilis eſt, explico diſp. 23. cap. 13. & diſp. 24. iterum tracto ſententiã Catherini, ac declaro, qua ratione defendi poſsit.

Quoad anteceſsionem in cauſalitate certũ etiã omnino eſt, prædeſtinationem omnes effectus eius præcedere cauſalitate, & in quorundam ſententia ipſam prædeſtinati ſubſtantiã, vt conſtabit diſp. 30. cap. 5. de effectibus prædeſtinationis. Itaq; particula *præ* ſignificat, & anteceſsionem durationis, & cauſalitatis, & in eximie ſanctis anteceſsionem dignitatis comparatione aliorum.

Quid nomen prouidentia.

Nomen prouidentia deductum eſt ex verbo *prouideo*, quod compoſitum ex præpoſitione *pro*, & verbo *video*, præpoſitio illa aliquando idem ſignificat, ac *ante*, vnde *prouideo* eſt *ante video*, ſeu procul video diſtantia, aut temporis, aut loci. Prouidẽtia ergo eſt voluntaria ordinatio mediorum in finem, quia vero in Deo exiſtit ante executionem æternitate, ideo prouidentia, ſeu præordinatio nuncupatur.

Caput II. Eſſe in Deo prouidentiam, & prædeſtinationem, de fide certum eſt.

7 PHILOSOPHI antiqui fide diuina non illuminati varie errarunt circa diuinam prouidentiam, in hoc numero ſunt illi, de quibus (ait) Auguſt. tom. 8. in Pſal. 31. negaſſe, Deũ eſſe vnum nam (aiebant) caſibus, & fortuna omnia geri, multoſque Deos eſſe, & nihil curantes de rebus huius mundi ſibi metipſis vacare.

Aug.

Ambroſius

Digitized by Google

Ambr. Ambroſius alios refert in cap. 1. 1. ad Corinth. ſuper illa verba *ſcriptum eſt enim perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentium reprobabo.* Vbi obſerua ideo Apoſtolum dicere ſcriptū eſſe, quia Propheta Iſaias id antea prænunciauit qui Euangelicæ doctrinæ, & Apoſtolicæ prædicationis gloriam, non tanquam futuram prædixit, ſed veluti præſentem diuino afflatus numine deſcripſit, *tāta*, ait Ambroſius, *dementia hos tenuit Philoſophos, vt cū Deum eſſe, mundumque ab eo factū fuiſſe faterentur, Deum nihilominus ab omni cura, & prouidentia mundi, vt ſine anxietate eſſet beatus, liberarent*, in quos ſic ait. *Stulta eſt facta ſapientia huius mundi, putans enim ſe ſapere, inuenta eſt imprudens, quod enim impoſsibile iudicat, poſsibile declaratum eſt, Deū incurioſum æſtimans. Eſt aliquid hac aſſeueratione ſtultius? vt feciſſe dicat mundum, & curam eius non agere? vt quid fecit, ſi non ad illū pertinet, quod fecit?* Epicurei etiā Philoſophi cū Democrito & Heraclito in hūc eundem errorem delapſi ſunt, ita referēte eodem Ambroſio libro 1. de Officijs cap. 13. & Gregorio Nyſeno lib. 8. Philoſophiæ cap. 3.

Philoſophi plures negarunt diuinā prouidētiam, & Epicurei.

Ambro. Niſſen.

8 Porrò alij arctiorē conſtituerunt prouidentiam Dei, inter quos fuit Ariſtot. vt teſtantur Ambroſius ſupra, & Clemens Alexādrinus. 5. ſtromatum. Epiphanius lib. contra hæreſ. hæreſi vltima. Euſebius Cæſarienſis lib. 15. de præparatione Euangelica cap. 4. Nyſenus lib. 4. Philoſophiæ cap. 3. Gregorius Nazianzenus oratione 5. de Theologia. Hi putarūt prouidentiā Dei vſque ad lunam tantum deſcendere, imo videtur id tribuere Soli voluiſſe Eliphaz themanitem in illis verbis cap. 22. *nubes latibulū eius, cardines cæli perambulat, nec noſtra cōſiderat.* Contra quos Ambroſ. ſupra cap. 14. obijcit illud Pſal. 93. *Intelligite nunc inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite, qui plantauit aurem non audit? aut qui finxit oculū non conſiderat?* de his etiā fecit mentionē Auguſti. lib. 5. de Geneſ. ad litter. cap. 21. qui aiebant ſublimes mundi partes diuina gubernari prouidentia, hanc vero imam partem terrarum caſibus potius, & fortuitis motibus agitari.

Ariſt. Clemens Alexand. Epiph. Nyſen. Nazianz. Eliphaz. *Alij vſq; ad lunam tantū deſcendere.* Ambr. Aug.

9 Hic obſerua quoſdā modernos conatos vēdicare Ariſt. ab hoc errore immeritò, & contra mentē Patrū, & cōtra expreſſa eius teſtimonia nam lib. 2. Magnorū Moraliū c. 8. effectus docet fortuitos nō eſſe Deo tribuendos, ne Deus iniuſtus ſit, cū flagitioſi frequēter ſint magis fortunati, quod aſſertū egregie notatū fuit ab Aug. & pulchre refutatū tom. 8. in Pſal. 31. peruerſi enim corde ſunt, & praui, & diſtorti, qui omnia, quæ patiūtur mala, inique ſe pati dicunt, dantes illi iniquitatē, per cuius voluntatē patiūtur; aut quia non ei audent dare iniquitatē, auferūt gubernationē. Deinde 7. Ethico. idem apertè teſte Nyſeno ſupra cap. 4. *Ariſtoteles* ait *ſane à natura diſponi vult particularia.* Itē 12. methaphyſicæ c. 2. tex. 37. dum ait, *Deū mouere primū corpus, cætera autem ab alio moueri*, & ca. 9. *abſurdum eſſe primā mentem*, ſcilicet Deū, *de quibuſdam cogitare, & melius eſſe, quædā non videre, quā videre.* Et clariſsime lib. de mūdo ad Alexandrū circa finē, *ſicut non decet Imperatorem Perſarū ſingula ſui Imperij per ſe ipſum gubernare, &c. ita nec Deum; & ſicut peritus artifex motu vnius cordæ varias rerum imagines ab oculos ponit, ſic Deus motu vnius cæli hæc omnia inferiora, & ſingula gubernat.* Ecce expreſſa teſtimonia Ariſt. in quibus profitetur hunc errorē, plura vide apud Vazquez hic diſp. 87. cap. 1. P. Vazq.

Ariſt. *Immerito ab hoc errore vindicatur Ariſtot.*

Alij, vt refert S. Tho. quæſt. 22. art. 2. incorruptibilia tantū poſuerunt ſubiacere prouidētiæ Dei, corruptibilia vero nō ſecundum indiuidua, ſed ſecundū ſpecies, ſecūdum quam rationē etiā incorruptibilia ſunt: vbi aduerte D. Thom. in perſona horum dictum putaſſe illud Iob cap. 22. à nobis ſupra relatū *nubes latibulū eius, &c.* & Pater Pineda in illum locum, vbi eleganter, & erudite probat diuinam prouidentiā cōtra antiquos Philoſophos, tū ex ratione creatoris, & vidētis, atque audiētis res noſtras, tum ex charitate erga ſuas creaturas, & ex voluptate & eximia lætitia, quā capit ex earū contēplatione, tū denique ex ſuauitate & facilitate, qua res minutiſsimas in tanta multitudine ſine ſollicitudine & fatigatione gubernat. Rabbi vero Moyſes propter ſplēdorē intellectus à generalitate corruptibiliū hominem excepit, & ſpecialē Dei prouidentiā de eo agnoſcit. Cōtra vero Cicero lib. 3. de natura Deorū, & 2. de diuinatione diſputās cū Quinto fratre, & ſcientiā futurorū contingentiū, quæ ex humano arbitrio pendēt, negauit Deo, & cōſequēter prouidētiā abſtulit creaturę rationalis. Vide Auguſti. 5. de ciuitate cap. 9. qua propter optime dixit Michael de Medina lib. 2. de recta in Deum fide cap. 2. nullum fuiſſe Philoſophorum, qui luce fidei deſtitutus, de prouidentia Dei diſputans non errauerit, aut ſimpliciter, aut peculiari aliquo modo eam negans.

10 S. Tho. Rabbi Moyſes. Cicero. Aug. Mich. de Medina. *Omnes Philoſophi ethnici errarūt erga prouidentiā Dei*

Contra hos errores varia depromunt ſancti Patres ex ſacra Scriptura teſtimonia. D. Thom. in argumento ſed cōtra arti. 1. affert illud Sap. 14. *Tu autem Pater gubernas omnia prouidentia*, & art. 2. illud Sap. 8. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*, & 3. cōtra Gēt. cap. 197. illud Sap. 11. *Omnia in numero, menſura, & ordine poſuiſti.* D. Aug. to. 3. lib. 5. de Geneſ. ad litter. cap. 21. idē probat ex Pſal. 148. vbi vniuerſæ creaturæ in Dei laudes vocātur, vbi ſatis oſtēditur creaturas vniuerſas a Deo cōditas, cōſeruatas, & gubernatas, & ex Math. 10

11 S. Th. *Refutatio errorum.* Sap. 14. Sap. 8. Sap. 11. Pſal. 148. Matth. 10. & 9.

Nonne duo paſſeres aſſe veneunt? & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine Patre veſtro. Et cap 6. *reſpicite volatilia, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque cõgregant in horrea, & Pater veſter cœleſtis paſcit illa.* Baſilius in Pſal. 48. prope finem idem confirmat, ex illis verbis. *Ne timeas, cum diues factus fuerit homo, aut cũ multiplicata fuerit gloria domus ipſius, &c.* & ſic ait, *multi ſunt inter gentes, ac terrigenas, qui eiuſmodi ſentiunt, & propter apparentẽ inæqualitatem diuiſionis rerum, ac facultatũ vitæ, mundum citra prouidentiam regi ſuſpicantur. ad hos loquitur Pſalmus hic ineruditum motum eorum ſedans, quos etiam in principio ad audiẽda dogmata vocauit*, vide etiam Gregorium Nyſſenum ſupra capite 1.

Baſil. Pſal. 48.

Nyſſ.

12 Pro prouidentia generali erga res omnes etiam viliſsimas ſuppetunt etiam plura teſtimonia. Primũ ex lib. Sapientiæ cap 6. ibi, *æqualiter eſt illi cura de omnibus*, 2. ex cap. 12. ibi, *nõ eſt alius Deus, quàm tu, cui cura eſt de omnibus*, 3. ex Mathæi cap. 10. *Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt*, mitto alia. Ex his habes diuinam prouidentiam non eſſe de medio tollendã, & eam protendendam ad corruptibilia, & incorruptibilia ad rationalia, & irrationalia.

Sap 6. & 12.

Matt. 10.

An peccata ſint ſubiecta diuinæ prouidẽtiæ?

Sed petes, an etiã peccata, quæ committuntur à creaturis liberis, ſint ſubiecta diuinæ prouidentiæ? De hac re diſſerendum à nobis infra diſp. 30. cap. 1. vbi de effectibus prædeſtinationis; modo breuiter reſpondeo, peccata quidẽ eſſe materiã, circa quã verſatur prouidẽtia Dei, quatenus aliquando impedit, ne fiant, aliquãdo fieri permittit, aliquando poſtquã facta præuidet, ea ordinat in varios bonos fines, vt pœnitentiæ, humilitatis, &c. at proprie nõ eſſe ſubiecta diuinæ prouidentiæ, quia peccata vt ſic nõ ſunt effectus Dei, & ea proprie ſubduntur diuinæ prouidẽtiæ, quæ à Deo præparantur, vt media ad finẽ à ſe intentum: itaque peccata nõ cadunt ſub diuina prouidẽtia, vt effectus eius, cadunt vt materia circa quam.

13 Pro erroribus vero citatis duo ſolum teſtimonia obijci nobis poſſunt cum aliqua difficultate. Primum ex Paulo 1. ad Corinth. cap. 9. *Nunquid Deo cura eſt de bobus?* Secũdũ ex Hieronymo in cap. 1. Abacuc. Verũ vtrumq; teſtimoniũ explicui ſatis tract. 1. diſp. 5. c. 1. n. 5. Ad primum dixi ſolum ſignificari à Paulo non eſſe de animali bruto prouidentiã dirigentem per leges, & præcepta. Ad 2. ex ipſo Hieronymo germanũ ſenſum verborũ eius alias difficiliũ deduxi, & P. Vazquez refutaui, quod Hieronymo errorem Ariſtot. impingere voluerit, cũ ipſe Hieronymus in eo capite dicat. *Non ſimus tã ſatui adulatores Dei, vt dũ potentiã eius ad ima detrahimus, in nos metipſos iniurioſi ſimus eandẽ rationabiliũ, quã irrationabiliũ prouidentiã eſſe dicentes*, nõ ergo Hieronymus negauit potentiã, & prouidentiã Dei verſari circa res minutiſsimas, ſed non eodem modo de eis prouidere, vt prouidet de rebus humanis, ac maxime de hominibus iuſtis, atque prædeſtinatis.

1. Ad Cor. cap. 9. Hier.

Explicantur duo obiecta contra diuinã prouidentiam.

Vt vero Deus poſsit prouidere, ex æternitate de creaturis libertate præditis, abſque læſione indifferẽtiæ explicandũ ſæpe in progreſſu materiæ, & ſatis diximus in tractatu de ſciẽtia Dei, ac præcipue diſp. 6. cap. 8. & 3. vbi præſcientiã cõtingentiũ, & decretũ cooperãdi cum cauſa libera, cũ libertate noſtra in concordiã redegimus, prouidentiam vero nihil aliud eſſe, quam rationem mediorum in finem, cũ voluntate ea exequendi in ſummo Principe exiſtentem conſtabit ex diſp. ſequenti.

Quare vero, cũ homines flagitioſi fœliciorẽ ſæpè vitã degant, quã iuſti, & magis fortunati ſunt in hac vita mortali, nulla nihilominus iniuſtitia fit, nullus deffectus in prouiſore deducẽdũ eſt ex alio principio fide diuina ſancto, & ratione naturali perſpicuo, quod ſtatuit animas noſtras eſſe ſpirituales, & immortales, ideoque poſt terminos huius ærumnoſę, breuiſsimæque vitæ in æternũ duraturas, vbi animæ iuſtorũ præmijs afficiendæ, & beatitudine perfundẽdæ, & iniquorũ pœnis, atque tormentis. Denique quare primũ ens nõ vileſcat, aut defatigetur ex cõtinua attẽtione ad res viliſsimas, & immediata earũ gubernatione, deducẽdũ eſt ex alijs etiã principijs fide diuina ſanctis, & ratione naturali euidẽtibus, videlicet ex indepẽdentia cognitionis diuinæ, & decretorũ eius ab obiectis creatis, & ex ipſa naturæ conſtitutione, ex intellectione, & volũtate, nam ſi Deus per ſuã ſubſtantiã ſcit omnia, & vult ordinationẽ eorũ in finẽ in tali præſcientia, & ordinatione defatigari nõ poteſt, maxime cũ hæc defatigatio proueniat in operãte ex reactione, ſeu reſiſtẽtia operis effecti, vnde ſol continuo coruſcans nõ defatigatur, quippe qui nullã patitur reactionẽ, reſiſtentiã nullã; pariter ergo Deus, cui nihil reſiſtit, aut reſiſtere poteſt, in quem nihil reagit, aut reagere poteſt in prouidendo non defatigatur, ac præcipue cum prouidentia ſit actus immanens Dei, & æternus, vt explico diſp. 22. cap. 1. 14

Deum iuſtiſsimũ eſſe in prouidentia.

Non defatigari.

Prædeſtinationẽ accepta voce in ſignificatione propria, explicata cap. 1. eſſe in Deo de fide certũ eſſe probant plura ſacræ paginæ teſtimonia, quædam ſolum profero. Primum ex Mathæo cap. 23. vbi electis dicitur paratũ eſſe regnum a conſtitutione mundi. Deinde ex Paulo ad Rom. 8. ad Epheſ. 1. verba ſupra relata ſunt, & 2. ad Thimo. 2. ibi *nouit Dominus, qui ſunt eius, & ibi, in magna autẽ domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia,* 15

De fide certum eſſe in Deo prædeſtinationẽ.

Math 23. Ad Rom. 8. 2. Ad Thim. 2.

Digitized by Google

& fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam in contumeliam, ac ſi diceret in Eccleſia, quæ eſt domus Dei, magna ſtatuit ſua prouidentia, quoſdam electos in æternam gloriam, in honorifico loco futuros, quaſi vaſa pretioſa menſæ Regis diſtincta, & etiam reprobos, quos propter peccata deuouit ad æternā damnationem, ſicut vaſa vilia ad inferiores functiones deputata, egregia etiam verba habes ſap. 13. & in Pſal. 138. ibi *omnes vias meas præuidiſti; & in libro tuo omnes ſcribentur.* Denique facit Tridentinum ſeſ. 6. cap. 12. in quantum definit de propria prædeſtinatione nullū certum eſſe poſſe; ſupponit ergo eſſe prædeſtinationem. Patres Eccleſiæ non nomino, quia omnes vno ore proclamant hanc veritatem: eos in ſpeciali refert fuſe Roa lib. 3. de prædeſtinatione quæſt. 1. ſect. 1. atque Scholaſticos Doctores.

Sap. 13. Pſal. 138.

Trid.

Roa.

Caput III. *Quantum de prouidentia, & prædeſtinatione ratione naturali oſtendi poſſit.*

16 PRIMA concluſio, poſitis quibuſdam principijs, quæ à metaphiſicis ſolent demonſtrari: nimirum Deum eſſe independentem cauſam rerum omnium ineſſe, in conſeruari, in cooperari, denique agere per intellectum, & voluntatem: ratione naturali oſtendimus in Deo eſſe naturalē prouidentiam. Hanc concluſionem docent omnes Patres, quos allegaui cap. 2. contra errores Phyloſophorum erga diuinam prouidentiam. Inter alias rationes ea mihi vrgentior videtur, qua vtitur D. Thom. quæſt. 22. art. 1. & 3. contra Gentes cap. 7. eam digero in hunc modum. Prouidentia eſt ratio mediorum in finem, in mente Dei exiſtens, & voluntas præparandi media, ſed in Deo eſt ratio mediorū in finem, & voluntas præparandi ea, ergo eſt prouidentia. In maiori propoſitione huius diſcurſus conueniūt omnes, minor cōſtat ex principijs methaphyſicis prænotatis, nam ſi Deus intellectualis eſt, non poteſt ignorare aliquod obiectum ſcibile: ergo, nec ordinem, ſeu conducibilitatem mediorum in finem, quia iſte ordo, eſt obiectum ſcibile, ergo eſt in mente diuina ratio mediorum in finem. Porro eſſe voluntatem præparandi ea, conſtat manifeſte, quia ipſis oculis cernimus conſonantiam, & harmoniam partium huius orbis inter ſe, tum corruptibilium, tum incorruptibilium; etenim corruptibilia procurant, & adhibent media conducentia ad conſeruationem ſuæ ſpeciei, procreando prolem, & eam conſeruando; incorruptibilia, & ſuperiora per motus, & influxus conformiter diffomes, & inferiora in eſſe conſeruant, & per ſe ſe ipſa totum hoc vniuerſum pulchre conſtituunt: atqui Deus eſt cauſa horum omnium in fieri, eſſe, & conſeruari (ex altero methaphyſico principio) per voluntatem, ergo in Deo eſt voluntas præparandi media. Denique euidens etiam eſt operantem perfecte per intellectum, & voluntatem operari propter finem. Item res[illegible]as creatas eſſe veluti veſtigia primi entis, in eiſque adumbrari varias perfectiones attributorum eius, idoque apta eſſe media, vt creatura intellectualis ex his viſibilibus aſcendat ad contemplationem Dei inuiſibilis, vt dixit Paul. ad Rom. 1. & eleganter, ac breuiter. Iuſtinus interrogatus quæſt. 61. gentium, *vnde ſciri poteſt, ſit ne Deus omnino? ex eorum, quæ ſunt concretione, conſtitutione, ac ſtabilitate*: nam ſicut domus ſine artifice, aut pannus ſine texente, fieri non poteſt; ita neque vniuerſum hoc ſine autore, vt dixit Euſebius Cæſarienſis lib. 7. de Preparatione Euang. cap. 2. imo & Ariſt. lib. 12. methaphyſicæ cap. 2. *quo nāque pacto (ait) ordo erit, non exiſtente aliquo, perpetuo, ſeparato, permanente*: ergo, dū Deus præſciens has creaturas eſſe media apta, vt in eis reluceant diuinæ perfectiones, liberè producit illas, intendit proculdubio oſtenſionem ſuarum perfectionum: probo hanc conſequētiam, nam Deus in productione huius vniuerſi aliquem ſibi præſtituit finem, in quo vltimo ſiſtat, is creatura eſſe non poteſt; quia Deus non ordinatur ad creaturam tanquam ad finē, ergo eſt ipſe Deus, omnia enim propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. Ex hoc autem diſcurſu euidenter conſtat eſſe prouidentiam in Deo; quia eſt ratio mediorum in finē, & voluntas ea præparandi propter finem, vt probatum eſt.

1. Conc. *Prouidentia demonſtratur ratione naturali.*

S. Thom.

Ad Rom. 1.

Iuſtinus.

Euſeb. Cæſ. Ariſt.

17 Hoc loco obſerua, quod licet Deus intendat ſeipſum, vt finem in omni creaturæ productione, alios nihilominꝰ habere fines proximos creatos: nam, vt in ipſis creaturis eſt ordo vnius ad aliam, tanquam ad finem, vt materiā, & forma ſunt propter compoſitum; vt etiam generatio eſt propter eſſe rei, & eſſe propter operari; vt etiam ipſe Deus verbi diuini Incarnationem ordinauit ad reparationem hominis perditi: ita etiam in prouidentia diuina eſſe rationem, & voluntatem horum mediorum, atque finium. Vnde licet omnis prouidentia ſit in Deo vnus, ac idē actus, intellectus,

Ex fide demōſtratur prædeſtinatio, non ratione naturali.

Digitized by Google

& voluntatis, nihilominus ratione noſtra diuerſos modos prouidentiæ poſſumus contéplari per ordinem ad diuerſas creaturarum præordinationes, diuerſoſque fines præſtitutos, vt in ipſis creaturis facile cernitur, vt enim illæ inter ſe coordinantur ſecundum exigentiam ſuarum naturarum: ita in diuina prouidentia præordinatæ ſunt.

Hac ratione oſtenditur, non ſolum eſſe in Deo prouidentiam creaturarum; verum etiã omnium, atque ſingularum: nam vt omnes, & ſingulæ creaturæ pendent immediate à Deo, etiam ſecundum ſuas vltimas indiuiduales que rationes, operante per intellectum, & voluntatem, & dirigente in aliquem finem operationem ſuam: ita nulla res eſt tam exiguæ entitatis, quæ ſubduci queat à diuina prouidentia, de peccatis vero quid ſit dicendum, dixi ſupra cap. 2.

18 *Ex fide demonſtratur prædeſtinatio, non ratione naturali.*

Dico 2. licet ex principijs fidei optime demonſtretur eſſe in Deo prædeſtinationem: at nequit ratione naturali demonſtrari. Prima pars probatur, quia ex fide diuina habemus plures Angelorum, & hominum conſecutos eſſe vitam æternam ſupernaturalem, ſed eam per naturæ vires non ſunt conſecuti, quia aſſequi non poſſunt; ergo diuina prædeſtinatione tranſmittente eos in finem ſuper ſuam naturam, ſunt conſecuti, vtraque præmiſſa eſt de fide. Item conſequens, & conſequentia eſt euidens; hac ratione vtitur D. Th. quæſt. 23. art. 1. in illis verbis, *ad illud autem, ad quod non poteſt aliquid virtute ſuę naturæ peruenire, oportet quod ab alio tranſmittatur, ſicut ſagitta à ſagittante mittitur ad ſignum, &c.* hoc exemplum D. Thom. explicatur à nobis cap. ſequenti. *S. Tho.*

Secunda pars probatur, quia prædeſtinatio verſatur circa ſupernaturalé ordinem, & nullus eſt effectus in natura, ex quo nobis innoteſcat eum procedere à diuina prouidentia ſupernaturali, dirigente efficaciter creaturas rationales in vitam æternam: ergo ratione naturali aſſequi non poſſumus, eſſe in Deo prædeſtinationem.

Caput. IIII. *Aliquot diſcrimina inter prouidentiam, & prædeſtinationem.*

19 MATERIA huius capitis præambula eſt ad diſputationem ſequentem: in ea enim dum inter ſe prouidentiam, & prædeſtinationem conferimus, naturam vtriuſque rudiori Minerua prælibamus. Nota primo prædeſtinationem eſſe prouidentiam efficacem Dei ſupernaturalem, eamque circa tria verſari, primo circa ſubiectum, quod præordinat; hoc vero ſolum eſſe poteſt creatura intellectualis, at prouidentia generaliter ſumpta non ſolum ordinat, vt ſubiectum creaturã intellectualé, ſed etiam alias omnes non intellectuales, vt dicebam cap. 3. Secundo verſatur circa media proportionata fini. Hæc in prædeſtinatione neceſſario ſupernaturalia eſſe debent aliquo modo, vel ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum intrinſecam ſuam naturã, vel ſecundum modum: hoc eſt ex relatione ad efficiens, & finem: nam cum finis prædeſtinationis totus ſupernaturalis ſit, res, quæ non induerunt aliquam ſupernaturalitatem, proportionata media eſſe nequeunt pro illo fine: Prouidentia vero generalis, non ſolum agit medijs ſupernaturalibus, ſed etiam naturalibus, & moralibus. Denique prædeſtinatio finem reſpicit ſpecialem; nimirum vitam æternam ſupernaturalem, re ipſa, & de facto conſequẽdam, in quo fine duo deprehendo diſcrimina inter prouidentiam generalem, & prædeſtinationem. Primum, quod prædeſtinatio præordinat creaturam intellectualem in finem ſupra vires naturæ, appoſito id explicuit exemplo D. Thom. hic art. 1. comparans Dei prædeſtinationem arti ſagittantis, & effectus eius tranſmiſſioni ſagittæ in ſcopum: nam vt ſagittarius ſua arte ſagittam ex ſe immotam in ſcopum impellit, & dirigit: ita Deus ſua prædeſtinatione creaturam intellectualem, ex ſe inſufficientem ad ordinem ſupernaturalem, & terminum eius dirigit in eum tanquam in ſcopum; in quo ſimili obſeruo creaturam rationalé, quæ à D. Thom. comparatur ſagittæ, non ſe habere in hac trãſmiſſione paſſiue ſolum, vt ſagitta, vt inanime quoddam inſtrumentum, ſed actiue efficienter libere cooperando gratiæ eleuanti. Prouidentia vero generalis vltra hunc finem, quem etiam habet, vt complectitur prædeſtinationem, habet alios creaturis connaturales ſecundum earum exigentiam.

Quædam diſcrimina inter prouidentiam, & prædeſtinationem — *S. Tho.* — *Explicatur exemplum S. Thomæ.*

20 *Prouidentia nõ ſemper conſequitur ſuũ finem, ſecus prædeſtinatio.* *Caiet.* *S. Thom.*

Secundum diſcrimen eſt, quod prædeſtinatio, qua eſt prouidentia efficax ſemper re ipſa obtinet ſuum particularem finem, ſecus vero prouidentia. Diſcrimen hoc inficiatur Caietanus quæſt. 22. art. 1. vbi pro ſe allegat D. Thom. variis in locis, ibi art. 2. ad 1. & art. 4. & quæſt. 23. art. 6. & lib. 3. contra Gentes cap. 94. & cum ſibi obieciſſet eundem D. Thom. quæſt. 6. de veritate art. 1. & in 1. diſt. 40. quæſt.

Digitized by Google

40. quæſt. 1. art. 2. reſpódet D. Th. mutaſſe ſententiam, eam expreſſe tenet. Magiſter Aluarez lib. 4. de Auxilijs diſp. 30. Producit quis pro Caietano Fonſecam lib. 6. 3. tom. methap. cap. 2. quæſt. 5. ſect 4. quatenus cótendit certam eſſe, & infallibilem in omnibus diuinam prouidentiam. Verum non fauet Caietano, cum fateatur in finibus inefficaciter, & ſubconditione à Deo præintentis, non ſemper ſortiri finem particularem: licet hoc adſcribendum non ſit imperfectioni diuinæ prouidentiæ, ſed impedimentis procedentibus ex cauſis ſecundis modo naturalibus, modo liberis; id non probo in Fonſeca, quod niſus fuerit ſententiam Caietani cum ſententia communi Theologorum in concordiam redigere.

Aluar. *Fonſ.* *Fonſéca non fauet Caiet.*

21 Contra Caietanum ſenſerunt antiquiores Thomiſtæ. Capreolus in 1. diſt. 40. q. 1. art. 1. cócl. 2. Ferr. lib. 3. cótra Gent. c. 94. AEgid. in 1. diſt. 39. part. 2. diſt. q. 1. Durand. etiam eadem diſt. quæſt. 3. & alij. Ex noſtris vero ſcriptoribus expugnant Caietanú. P. Molina q. 22. art. 1. diſp. ſua 2. P. Vazquez diſp. 8. c. 4. P. Suar. lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis c. 18. à numero 5. & in Opuſculis lib. 2. de auxilijs cap. 7. à numero 18. P. Valétia hic diſp. 1. puncto 1. Non mirum quod melior pars Theologiæ in hanc ſententiam conſpirarit, ná euidens ratio ei ſuffragatur, quam ſic formó.

CaPr. Ferr. AEgid. Durand. P. Mol. P. Vaz q. P. Suar. P. Val.

Deus habet prouidentiam ſupernaturalem circa reprobos, intendit enim iuſtitiã, & gloriam eorum, vt finem: quatenus vult omnes homines ſaluos fieri, & præparat, atque confert auxilia gratiæ, vt media neceſſaria ad eius finis conſecutionem illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum: quis neget hic eſſe? & intentionem inefficacem gloriæ, & voluntatem efficacem præparantem media: ergo in Deo comparatione ad reprobos eſt ratio mediorum in finem, ac proinde prouidentia: atqui reprobi non conſecuntur finem particulare vitæ æternæ: ergo non eſt de ratione omnis prouidentiæ eum conſequi. Confirmo hãc rationem, finis dupliciter intendi poteſt, aut efficaciter, aut inefficaciter, ſed non eſt de ratione prouidentiæ in omni ſua latitudine efficax intentio finis: ergo ſtat prouidentia in ſua generalitate ſine efficaci intentione ſpecialis finis. ergo ſine conſecutione, nihil enim incómodi, aut imperfectionis eſt in prouidente nó aſſequente finem, quem ſolum inefficaciter pro libito intendit, gratia alterius finis vniuerſalioris, maxime ſi eum finem particularem potuiſſet, & efficaciter præintendere, & aſſequi.

22 Sed dicat aliquis, Deum ſolum intendere in reprobis dare auxilia, & gloriam virtute, ſi per ipſos non ſtat: hoc autem ſemper conſequitur: ergo etiam in reprobis aſſequitur particularem finem.

Reſpondeo, non me latet, quoſdam recentiores negare modo eſſe in Deo voluntatem expreſſam, qua velit dare gloriam reprobis, ſed ſolum virtualem, qua vult dare gloriam tribuendo auxilia, in quibus virtute continetur, quia recétiores hi arbitrantur nullam eſſe in Deo voluntatem inefficacem liberam. Verum hi ame ex profeſſo refutantur in tractatu de volnntate Dei diſp. 17. cap. 3. Itaq; illa voluntas Dei, qua vult reprobos ſaluos fieri, & ſi in ſe ſit indiuiſibilis, duplex tamen obiectum habet, alterum gloriam illam poſsibilem atq; determinatã reſpondentem auxilijs ſufficientibus, quæ de facto habebit reprobus: alterũ vero ipſa auxilia ſufficientia cóparata ad hoc obiectum, efficax eſt, comparata ad illud inefficax, comparata ad hoc, eſt electio mediorũ, comparata ad illud, eſt intétio finis: ergo licet, qua efficax eſt aſſequatur, quod elegit, nempe auxilia ſufficientia conferre, & in eis virtute gloriam, quantum eſt ex parte Dei: at quatenus intentio eſt, & inefficax, non conſequitur finem particularem, quem Deus non ficte, ſed ardentiſsime procurabat: etiam reprobo.

Refutata quorundã reſponſio.

Sed dices iterum, ex Caietano, quælibet prouidentia Dei perfectiſsima eſt: at de ratione prouidentiæ perfectiſsimæ eſt, ne fruſtretur fine à ſe intento: ergo omnis prouidentia Dei aſſequitur finem particularem. 23

Reſpondeo diſtinguendo minorem, de ratione perfectiſsimæ prouidentiæ efficacis eſt conſequi finem intentum, concedo, inefficacis nego, neque enim in prouidentia idem eſt efficacia, & perfectio eius. Sed debita ordinatio mediorum conducentium in finem, ſecundnm exigentiam creaturæ, circa quem verſatur prouidentia: imo forſan in effectibus, qui pendent à cauſa libera neceſſarium eſt, ne præintendantur efficaciter ante præuiſionem actus liberi, ſi indifferentia cauſæ liberæ illæſa ſeruanda eſt; de qua re diſputo ex profeſo diſp. 23. & licet aliqui defendant hanc præintentionem efficacem conſtare poſſe cum libertate: at nemo negat inefficacem intentionem magis conſentaneam eſſe naturæ, & modo operandi cauſæ indifferentis: ergo in cauſis liberis perfectior prouidentia, & melius attemperata naturæ illius eſt ea, quæ ſolum inefficaciter intendit effectus pendentes à principio libero. Hoc poſito, quis non videat nihil incommodi eſſe, aut imperfectionis in non aſſecutione eius finis, quem Deus ſolum ſimplici affectu, & ſub conditione poſita in voluntate ſubiecti, circa quod verſabatur prouidentia præintendebat?

Nulla imperfectio in non cóſecutione finis promiſi.

Licet vero nó ſemper aſſequatur finem particularem

24 ticularem, de quo locuti ſumus, aſſequitur tamen finem aliquem vniuerſalem, vt oſtenſionem ſuæ iuſtitiæ, & diuitias ſuæ gloriæ. Reſpectu ergo horum finium omnis prouidentia dici poteſt efficax: vbi nota quoties effectus hi pendent à liberis operationibus, maxime prauis, non eſſe dicendam prouidentiam efficacē, quod ante præuiſionem talium operationum intenderit tales fines, ſed quod eueniunt cum effectu, a quibus effectibus non poteſt prouidentia ipſa Dei denominationem efficacis ſortiri, vt magis ſuo loco dicendum.

Semper aſſequitur prouidentia finem vniuerſalem.

S. Tho.

Hi duo fines apprimè explicati à S. Thom. lib. 3. contra gentes cap. 94. exemplo corporis humani. Melius namque eſſet pedi habere pulchritudinem, & perſpicaciam aſpiciendi oculi, quam non habere; eſſet enim membrum corporis perfectius, & proculdubio melius eſt eſſe membrum perfectum, quam imperfectū: comparatione autē corporis, & totius, ſi illi deeſſet officium pedis, imperfectius foret; vnde concludens diſcurſum ſic ait, *vnde aliquis defectus eſt præter intentionem particularis agentis, qui eſt ſecūdum intentionem agentis vniuerſalis.* Hoc diſcurſu edocti Deum poſſumus contemplari, vt cooperatur cum hac particulari cauſa, & vt in vniuerſum cooperatur cum omni agente, & prouiſor eſt toti' vniuerſi. Et licet deficiant ſæpe particulares fines, quos Deus intēdit, vt cooperatur, & prouidet huic aut illi cauſæ particulari, vt cum naſcitur monſtrum, animal ſine ſenſibus; peccat homo, nō conſequitur gloriam reprobus, non tamen deficiunt prouidentiæ Dei vniuerſaliſsimæ fines vniuerſales explicati, vnde in eo cap. ad 5. hæc habet verba, *ad eius prouidentiam pertinet, vt cauſas defectibiles quandoque deſinat deficere, quandoque eas ſine defectu conſeruet,* & quæſt. 22. art. 2. ad 2. *aliter, ait, de eo eſt, qui habet curam alicuius particularis, & de prouiſore vniuerſali, quia prouiſor particularis, excludit defectū ab eo, quod eius curæ ſubditur, quantum poteſt, ſed prouiſor vniuerſalis permittit aliquem defectum in aliquo particulari accidere, ne impediatur bonum totius,* & Paulo infra, *ſi enim omnia mala impedirentur, multa bona deeſſent vniuerſo, non enim eſſet vita Leonis, ſi non eſſet occiſio animalium, neque eſſet patientia Martyrum, ſi non eſſet perſecutio Tyrannorum.* Et id confirmat ex egregiis Auguſtini verbis tomo 3. in Enchyridio cap. 10. Porro in ea quæſt. 6. de veritate art. 3. in corpore eandem habet doctrinam, hoc conſtituens diſcrimen inter ordinem prædeſtinationis ad finem particularem, & ordinem prouidentiæ. Nec video in locis à Caietano allegatis, vel leue verbum, quod ei ſuffragetur, aut aliqua indigeat explicatione, non ergo S. Thomas ſententiam mutauit, vt impoſuit Caietanus, ſed eandem conſtantiſsime vbique tutatus eſt.

Mens S. Th. varijs in locis.

Non mutauit ſententiam, vt Caiet. ei impoſuit.

Pater Suar. lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis cap. 18. à numero 12. aliud diſcrimen cōſtituit; nimirum quod prouidentia ſupponit ordine rationis futuram rem, cui prouidet Deus; media vero, quę præparat, non ſupponit futura, ſed poſsibilia, & per prouidentiam ea incipiunt eſſe futura: at prædeſtinatio non ſupponit ordine rationis voluntatem creandi ſubiectum prædeſtinatum, ſed poſsibile tantum, & per ipſam prædeſtinationem decernit Deus vt ſit, & vt beatus ſit, vt in Chriſti prædeſtinatione, quæ exemplar eſt totius noſtræ prædeſtinationis. Chriſtus enim ſimul prædeſtinatus eſt, vt ſit homo, & vt ſit filius Dei naturalis, quin ſupponeretur exiſtens, nec futurus in mente Dei ante prædeſtinationē ad eſſe filij 25

Aliud diſcrimen ex P. Suar.

Verum in hoc diſcrimine multa inuoluuntur admodum dubia, de quibus magna erit poſtea controuerſia, modo vero ſolum oportet non nihil ea, quæ continet euoluere. Nam vel ſenſus diſcriminis eſt, de eſſentia prouidentiæ eſſe, ſupponere ratione voluntatem creādi ſubiectum, de eſſentia vero prædeſtinationis non ſupponere, ſed includere. Vel ſenſus eſt, poſſe aliquam prædeſtinationem includere voluntatem creandi ſubiectum prædeſtinatum, licet id non ſit de eſſentia omnis prędeſtinationis, vt ſic: at nullam prouidentiam includere poſſe voluntatem creādi, ſed neceſſario ſupponere. Vt explicem difficultates cōtentas in eo diſcrimine, ſumo hominem, nō eleuatum à Deo gubernatum prouidentia naturali, & morali, & ſumo alium hominem eleuatum ad ordinem ſupernaturalē, & à Deo gubernatum prouidentia efficaci ſupernaturali, quæ eſſentialiter eſt prædeſtinatio, & peto modo à P. Suar. nonne Deus poteſt primum hominem non eleuatum ſimul ordinare vt ſit, & ſimul vt aſſequatur ſuum finem naturalem: eadem intentione indiuiſibili, & poſtmodum voluntate poſteriori ratione præparare media, quibus eam conſequatur per actus bonos morales, & ei exhibere auxilia congrua moraliter? Hoc ita fieri à Deo poſſe perſpicuum eſt in principijs P. Suar. qui ponit intentionē efficacem finis ante præuiſas operationes liberas. Et probatur ratione manifeſta: nam finem intentum à Deo eſſe homini ſupernaturalem, vel connaturalem nihil refert ad hoc, vt Deus illud præintendere poſsit, aut non poſsit: ergo ſicut Deus per prædeſtinationem ſimul ordinat actu indiuiſibili, vt homo ſit, & glorificatus ſit, quia finis totalis non eſt glorificatio abſtracte, ſed compoſitus ex glorificatione, & ſubſtantia glorificati; ita per prouidentiam poteſt ſimul intendere, vt homo ſit, & beatus ſit naturali

Excutitur

Nec de ratione prouidentiæ, nec prædeſtinationis eſt voluntas creandi ſubiectum.

Digitized by Google

ſit naturali beatitudine, quia finis totalis eius intẽtionis non eſt beatitudo naturalis abſtracta, ſed cõpoſitus ex ea, & ſubſtantia hominis beati. Ecce prouidentia hominis non ſecus, ac prædeſtinatio includit voluntatem creandi ſubiectum: ergo non eſt de ratione prouidentiæ ſupponere eam, & nulla ſuppetit ratio, quare omnis prædeſtinatio eam includat, & non omnis prouidentia, vel ſi aliqua prædeſtinatio eam includit, non poſsit aliqua prouidentia includere, vel ſi aliquis modus prouidentię non includit, ſed ſupponit, non poſsit aliquis modus prædeſtinationis non includere, ſed ſupponere. Argumentum hoc, quod formaui in homine non eleuato, facile formari poteſt in quacunque alia creatura non libera, cum proportione.

26 Nemeſiol. Sed obijcit ex Nemeſio lib. de opificio hominis cap. 42. ita comparatur in æternitate ratio prouidentiæ ad rem futuram, ſicut in tẽpore executio prouidentiæ, quæ eſt gubernatio ad rem in ſe exiſtentem, ſed gubernatio non eſt, niſi rerum iam exiſtentium: ergo prouidentia non eſt, niſi rerum, quæ ſecundum ordinem rationis ſupponuntur futuræ. Confirmat, quia prouidentia eſt de medijs: ergo ſupponit rem cõſtitutam, ordinabilem ad finem, Verum argumentum hoc non probat diſcrimen, quod intendit P. Suar. nam etiam executio prædeſtinationis eſt gubernatio ſupernaturalis hominis ad finem, & nulla gubernatio eſt, niſi rerum exiſtentium, eſſentialiter etiam reſpicit media infallibilia gratiæ, quibus certiſsime liberantur; quicunque liberantur: ergo non magis prædeſtinatio ex natura ſua præſupponit voluntatem creandi ſubiectum, quàm prouidentia; & ſi aliquando in executione effectus prædeſtinationis eſſe poteſt, ipſa ſubſtantia prædeſtinati: ita non repugnat eſſe effectum prouidentiæ. Horum eâ mihi ratio à priori eſt, quod prædeſtinatio eſt veluti ſpecies ſubiecta rationi prouidentiæ; logice ſumptæ, vt contra aliquos oſtendo diſp. ſequenti cap 7. ergo conſtitui non poſſunt per modos inter ſe repugnantes. Nemeſius vero locutus eſt de prouidentia, vt ſolum reſpicit media ad finem, in quo ſenſu id ipſum verum eſt de prædeſtinatione. An vero de facto aliquando prędeſtinatio habeat effectum ipſam ſubſtantiam prædeſtinati propter ſpeciales rationes, & modum prædeſtinandi, vt cernere licet in Chriſto Domino, poſtea dicendum. Item, an prædeſtinatio dicenda ſit, vt reſpicit finem, ſeu, vt reſpicit media ad finem?

DISPVTATIO VIGESIMA SECVNDA.

DE NATVRA PROVIDENTIÆ, & prædeſtinationis.

Diſtincta ſeptem Capitibus circa eoſdem articulos S. Thomæ.

In 1. Prouidentiam, & prædeſtinationem eſſe actus Dei immanentes, & æternos.

In 2. Scientiam naturalem, & liberam Dei neceſſariam eſſe ad prouidentiam, & prædeſtinationem.

In 3. Scientiam conditionalium neceſſariam eſſe ad prouidentiam, & prædeſtinationem.

In 4. Imperium ex parte intellectus neceſſarium eſſe ad prouidentiam, & prædeſtinationem; & quale illud ſit.

In 5. Voluntatis diuinæ actus neceſſarios etiam eſſe ad prouidentiam, & prædeſtinationem, vbi, qua ratione differant electio, & dilectio, de quo Sanctus Thom. art. 4.

In 6.

In 6. Prouidentiæ, & prædeſtinationis eſſentiam conſtare actibus intellectus, & voluntatis.

In 7. Prouidentiam, atque prædeſtinationem definio, & ſeligo actus intellectus, & voluntatis, in quibus earum natura eſt conſtituenda.

Caput. I. Prouidentiam, & prædeſtinationem eſſe actus Dei immanentes, & æternos.

1 CONCLVSIONEM in titulo præfixam, quoad prædeſtinationem habet S. Th. quæſt 23. art. 2. dum ait prædeſtinationẽ actiue nihil eſſe in prædeſtinato, ſed in prædeſtinante tantũ & probat, quod prædeſtinatio eſt quædam pars prouidentiæ: prouidentia vero non eſt in rebus prouiſis: ecce ſimul docet prouidentiam, & prædeſtinationem actiue eſſe in Deo, paſsiue vero in rebus gubernatis; quatenus gubernatio eſt executio prouidentiæ, & prædeſtinationis. Idem docuit Paulus 1. ad Corinth. 2. ibi *Loquimur Dei ſapientiam in Myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula in gloriã noſtram*, ibi agit de prædeſtinatione Chriſti, quam vocat abſconditam, quia eſt latens in mente Dei ante omnem æternitatem, vt recte ait Tertulianus lib. 5. in Martionem cap. 6. ibi *ſed de ſignificantijs obumbrata, in quibus ſapientia Dei deliteſcebat inter perfectos narranda ſuo in tẽpore, propoſita vero in propoſito Dei ante ſæcula*, quæ vltima vox vere æternitatẽ ſignificat. Auguſtinus in præfatione in Pſal. vltimum, explicans illud Pauli ad Rom. 8. *nam quos præſciuit, hos prædeſtinauit, quos autem prædeſtinauit, vocauit, iuſtificauit, glorificauit*, acutè animaduertit Paulũ diſtinxiſſe præſcientiam, & prædeſtinationem à vocatione, iuſtificatione, & glorificatione, ſic dicens; *prædeſtinatio noſtra, non in nobis facta eſt, ſed in occulto in eius præſcientia: tria vero reliqua in nobis fiunt vocatio, iuſtificatio, & glorificatio.*

Fulg. Denique Fulgent. lib. de Incarnatione Verbi in fine dicens veritatem prædeſtinationis ſine errore negari non poſſe, *qua nos* (inquit) *ante mundi conſtitutionẽ prædeſtinatos teſtatur Apoſtolus*, nolo plura, res enim perſpicua.

2 *Obiecta contra cõcluſionem.* Sed obijcies primo, prædeſtinatio non eſt ſolum præſcientia, ſed etiam præparatio beneficiorum Dei ſecundum definitionem Auguſtini, de qua cap. 7. licet ergo præſcientia ſit actus immanens, atque æternus. præparatio vero videtur temporalis, & externa, quippe quæ verſatur circa rem exiſtentem, & eam diſponit ad finem: ergo prædeſtinatio ex parte non eſt actus immanens, & æternus.

Obijcies 2. prouidentia non eſt actus immanens, & æternus: ergo nec prædeſtinatio, conſequentia bona eſt, qua parte prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ, & ſolum differt ab illa ex parte obiecti, & materiæ determinatæ, antecedens probatur, quia prouidentia ſupponit per ſe ſubiectum exiſtens, verſatur enim directe circa media, quibus illud dirigitur in finem: ergo vt creatio ſubiecti temporalis eſt, ita prouidentia.

Obijcies 3. difficilius: & ſi creatio actiue ſumpta ſit in Deo ex æternitate indiſtincta à diuina ſubſtantia ſecundum opinionem probabilem: at nec Deum denominat ab æterno creantem, nec creaturam creatam, quia eſſentialiter inuoluit reſpectum ad actualẽ exiſtentiam creaturæ, qui nec eſſe poteſt, nec intelligi ſine illa: ergo pariter, & ſi prædeſtinatio, & prouidentia ſint actus immanẽtes, non dicetur prædeſtinãs, neque prouidẽs, nec creatura prædeſtinata, donec ipſa exiſtat, & ordinetur ad ſuum finem. Hæc obiectio licet directe non probet prædeſtinationem, & prouidentiam non eſſe actus immanentes, quod ad entitatem ſeu ſecundum id, quod importatur in recto: at probare contendit, quo ad denominationem, & connotationem eſſe temporalem, non æternam, eſſe externam, non immanentem.

Has propoſui obiectiunculas, vt rem magis expedirem. Ad primam obiectionem duplex 3 præparatio diſtinguenda eſt, alia interna exiſtens in actibus intellectus, & voluntatis artificis, alia externa, vt quãdo artifex dolat ligna ad efformãdam effigiem. Hæc ab illa proficiſcitur, veluti à propria cauſa: prædeſtinatio vero, & prouidentia non eſt præparatio externa, eſt enim hæc effectus eius, ſed interna, quæ eſt actus immanens, & æternus; licet vero verſetur circa media, quibus ſubiectum dirigitur in finem, non vero circa ſubiectum iam actu exiſtens, ſed circa ſubiectum futurum ex æternitate. *Reſponſio ad obiecta*

Ad ſecundam obiectionem negandum eſt omnino antecedens, vt conſtat ex S. Thom. in art. 2. verba retuli in principio huius noſtri capitis, qui, vt probet prædeſtinationem eſſe actum immanentem, vtitur medio ex prouidentia

Digitized by Google

uidentia de prompto, quatenus prædeſtinatio eſt pars eius,&(ait)prouidentiam non eſſe in rebus prouiſis, ſed in mente prouiſoris. Ad probationem,iam dixi, prouidentiã, licet demus verſari circa media tantum,ratione ſolum ſupponere ſubiectum futurum ex æternitate, non vero actu temporaliter exiſtens.

Ad tertiam obiectionem reſpondeo; licet creatio actiue ſit in Deo, ac proinde indiſtincta ab eius ſubſtantia:at ratione noſtra diſtinguere debemus voluntatem creandi,vt eſt actus vitalis Dei à creatione ipſa, vt eſt via, & actio virtute tranſiens, ad hanc enim diſtinctionem rationis habemus fundamentum extrinſecum in rebus creatis, in quibus diſtinguitur realiter virtus agendi, ſeu actus primus ab actione,& actu ſecundo. Volũtas creandi in Deo concipitur à nobis, aut per modum principij, ſiue ratione diſtinguas voluntatem ab omnipotentia,aut per modum conditionis actu vitali applicantis, & determinantis principium ad agendum, ſi ratione diſtinguas omnipotẽtiam à voluntate, creationem vero concipimus per modum viæ actualis,&fieri in exercitio ipſius termini. Quo fit,creationem ſic cõceptam eſſentialiter connotare terminum coexiſtentem: nã in bona Phyloſophia actuale fieri eſt ſimul duratione inſtanti, *in quo* cum termino,licet ſit pri⁹ aliqua prioritate, *à quo.* Hac ratione non eſt in Deo ab æterno denominatio creãtis, neque in creatura denominatio creatæ, & ſi res, quæ eſt creatio ab æterno in Deo ſit. At voluntas creandi, item ratio prouidentiæ, & prædeſtinationis non concipiuntur per modum viæ phyſicæ actu eſſentialiter connexæ cum termino, ſed aut per modum principij, quod duratione præcedere terminum poteſt, aut per modum actuum vitalium immanentium, qui verſari poſſunt ab æterno circa obiecta futura in tempore, ac proinde Deum ipſum denominare volentem creare, prouidentem, & prædeſtinantem, & res prædeſtinatas. Quid vero addant ad hæc, vt ſint efficaciter liberi docui diſp. 16. cap. 10.

Caput. II. *Scientiam* Dei *naturalem, & liberam neceſſariam eſſe ad prouidentiam, & prædeſtinationem.*

SI prouidentia, & prædeſtinatio eſt actus immanens Dei,vt capite 1. vidimus: ſit eſſe actus intellectus, & voluntatis diuinæ; hinc Scholaſtici controuertunt an in actu intellectus, an in actu voluntatis ſita ſit prouidentia, & prædeſtinatio: de qua re cap. 7. prius vero oportet declarare in particulari omnes actus neceſſarios ad prouidentiam, & prædeſtinationem,& eis probe intellectis facili negotio ſeligemus actus, in quibus conſiſtit natura prouidentiæ & prædeſtinationis, quidam vero ex actibus neceſſarijs pertinet ad intellectum,quidam ad volũtatem, vt apud omnes compertum. Primo ergo,vt ordine debito procedamus, explicandi ſunt actus pertinentes ad ſcientiam, deinde ad voluntatem.

4 *In prouidentia, & prædeſtinatione quidam actus pertinentes ad intellectum,quidam ad voluntatem.*

5 *Prædeſtinationis tres effectus.* Ad Rom. 8.

Obſeruandum prius præcipuos prædeſtinationis effectus tres eſſe:nimirum vocationem, iuſtificationem,& glorificationem, id probari ſolet ex Paulo ad Rom. 8. ibi, *quos prædeſtinauit, hos & vocauit,& quos vocauit, hos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit.* Licet vltimum effectum non eſſe expreſſum à Paulo in hoc loco aliqui exiſtimẽt, quia illam particulam *glorificauit* non intelligunt de gloria vitæ æternæ, ſed de gloria iuſtorum,in hac vita. In vocatione auxilia excitantia,continentur, hæc ſunt actus vitales intellectus, & voluntatis noſtræ à Deo infuſi nobis cum phyſica cooparatione noſtra, qua vitales ſunt,ſine morali cooperatione,qua liberi non ſunt. Ad hanc reducuntur ſigna externa, quibus vocationes hæ promoueri ſolent, vt prædicatio,miracula, aliorum exempla, morbi calamitates, & alia id genus. Deinde in adultis continet bonum conſenſum, quo vocationi cooperamur:in infantibus baptiſmum.Iuſtificatio vero primum habet infuſionem gratiæ iuſtificantis. Deinde omnia dona gratiæ, quæ ad illam cõſequũtur vſque ad finem vitæ. Hæc ſunt primo, auxilia gratiæ.Secũdo,opera meritoria.Tertio,augmentum gratiæ.Quarto, finalis perſeuerentia. In glorificatione, quæ eſt etiam effectus prædeſtinationis, vt ſuo loco dicendum continetur. Primo conſecutio vitæ æternæ.Deinde ad eã reuocãtur,quæ ad ipſam conſequũtur,vt amor,& gaudium beatificum. Secundo,reuelationes extra verbũ.Tertio,dotes glorioſi. Quarto,aureola Martyrũ,Doctorũ,& Virginũ. Vltra hos effectus alij numerari ſolent natiuitas ex Catholicis parentibus, pia educatio, mors præmatura, & ſecundum aliquos peccati permiſsio.Ecce effect⁹ prędeſtinationis breui, & generali doctrina cõprehẽſos.

Effectus vero prouidentiæ ſparſi ſunt per omnem creaturarum vniuerſitatem: imo ſunt omnes res, vt dixi diſp.21.c.2.& 4.nec poſſũt ad certum numerum redigi,ex effectibus vero prædeſtinationis in creatura rationali à nobis 6

Digitized by Google

enarratis facile in vnoquoque ſubiecto effectus prouidētiæ deprehēdi poſſunt: at oportuit omnes hos effectus ob oculos ita proponere, quia cū omnipotentia Dei eos producat dirigente ſcientia Dei ad hoc, vt nobis innoteſcat, quæ, & quarum rerum præſcientia neceſſaria ſit ad prædeſtinationem, & prouidentiam, effectus illi repræſentandi erant.

7 *Scientiam ſimplicis intelligentiæ neceſſariā eſſe.* Fit ergo primo, neceſſariā eſſe in Deo horū omniū effectuū ſcientiā. Secūdo neceſſariā eſſe eā, qua omnipotentia dirigitur. Hanc autē eſſe ſciētiā Dei ſimplicis intelligentiæ, & naturalē, vt terminatur ad hos effectus poſsibiles, oſtenſum iam à nobis eſt tractatu de ſcientia Dei diſp. 10. cap. 1. per hanc ergo ſcientiam Deus perſpectas habet naturas effectuum prædeſtinationis, & prouidentiæ, & actionum, quibus produci poſſunt, & petunt. Item, ſuam omnipotentiā poſſe eos producere, proponitque modum ſeruandum in productione per iudicium practicum dictans modum conuenientem, quo in rerum natura conſtituendi ſunt. Tertio, etiam neceſſaria eſt ſcientia directrix voluntatis diuinæ, qua applicatur omnipotentia, & decernit Deus eos producere, in quo hæc habet iudicia: primū, omnipotentia mea applicanda eſt per voluntatem ad operandum hos effectus. *Explicantur iudicia* Secundū, veluti practicum honeſtum eſt eam applicari, is actus voluntatis varias habet honeſtates, aut ſecundum fines à Deo ſibi præſtitutos, aut ſecundum obiectiuam intrinſecam honeſtatem, quæ conſiderari poteſt in productione horum effectuum, vt amoris erga ſuas creaturas, liberalitatis, & miſericordiæ erga rationales. Hæc vero iudicia intercedere, & neceſſaria eſſe in negotio prædeſtinationis ipſa eorum propoſitio ſatis probat. In prouidentia vero proportionatè dicendum pro qualitate, & natura effectus prouiſi. Hæc de neceſsitate ſcientiæ naturalis.

8 Circa ſcientiam liberam abſolutam, quam viſionis nūcupamus, in tractatu de ſcientia Dei diſp. 10. cap. 1. ex Patribus, & Scholaſticis Doctoribus, & ratione manifeſta (ni fallor) demonſtraui, non eſſe cauſam proprij obiecti, ſed ad ipſum mere ſpeculatiuè ſe habere; ibi etiā notaui ſolum in vno caſu, nimirum in reproductione eiuſdem numero obiecti præuiſi practicam eſſe poſſe.

9 *An ſcientia viſionis vnius rei poſsit eſſe practica comparatione alterius.* Verum recentiores quidam Theologi bonæ notæ addiderunt ſcientiam viſionis effectus prioris prædeſtinationis, eſſe practicam in productione effectus poſterioris, vt ſcientiam viſionis meritorum, aut demeritorum dirigere productionem præmij, aut pœnæ; hanc difficultatem in eo capite 1. in hunc locum tractandam remiſsi, probant, & illuſtrant ſuam ſententiam à ſimili, producto corpore cœleſti, & præuiſo exiſtere in propria duratione, viſio illa optime dirigere poteſt actionem producentem ornatum, & militiam cæli, vt aſtra, ſplendores: ergo pariter infuſo in nobis à Deo auxilio excitante, præuiſio illius exiſtentis iam tempore opportuno: poteſt practice dirigere cooperationem Dei in bonum conſenſum, cum arbitrio noſtro excitato. Item, vt dicebam, viſio actionis meritoriæ, aut demeritoriæ poteſt practicè taxare iuſtum præmium, aut pœnam.

Cæterum duo iudico ſtatuenda, primum inter effectus connexos inter ſe prædeſtinationis, & prouidentiæ præuiſionem prioris effectus exiſtentis præcedere ratione præuiſionem poſterioris, ac proinde ſcientiam hāc liberam abſolutam intercedere in prædeſtinatione, & prouidentia. Secundum priorem illam præuiſionem, vt præciſſe terminatur ad exiſtentiam prioris effectus nullatenus eſſe poſſe practicam comparatione actionis producentis poſteriorem effectum. 10 *Reſolutio auctoris.*

Primum horum ſic oſtēdo. Hoc ipſo, quod effectus aliquis exiſtat, ſeu futurus ſit, prius alio præſertim duratione, ſeu inſtanti, in quo rationis, prius à ſcientia Dei ſciri debet, cum iam priorem habeat ſcibilitatem, & nihil ſcibile ſubtrahi poſsit, quominus ſciatur à ſciētia Dei vndequaque infinita. *Signa priora, & poſteriora ſcientiæ viſionis.* Vnde ex prioritate, & poſterioritate obiectorum, veluti ex fundamento conſtituimus in ſcientia viſionis Dei diuerſa ſigna rationis, priora, & poſteriora. Verbi gratia, quia vocatio prior eſt conſenſu bono, præuiſio vocationis prior eſt præuiſione conſenſus boni. Item, quia diſpoſitio ad iuſtificationem, & iuſtificatio comparatione perſeuerantiæ finalis, & hæc comparatione glorificationis, priora ſunt, ideo prius præuidentur, quam illa poſteriora, conſultò dixi; cum ſunt priora prioritate durationis, aut inſtantis in quo: nam tunc abſque controuerſia verum eſt præuiſionem prioris effectus antecedere viſionem poſterioris: at, cum vnus effectus ſolum præcedit natura, aut prioritate rationis à quo, alium poſteriorem. Negare quis poſſet præuiſionem eſſe priorem, ductus hac ratione, quia prioritas naturæ, ſeu rationis à quo, conſiſtit in dependentia, poſterioris effectus à priori, & in independentia huius ab illo, at qui poſterior effectus non pendet à viſione prioris, ſed ſolum ab ipſo priori effectu, vnde licet Deus per impoſsibile non præuideret priorem effectum, fieret poſterior: ergo, cum inter effectus ſolum eſt prioritas naturæ, ſeu rationis à quo, non exhibent fundamentum ad conſtituenda diuerſa ſigna rationis in viſionibus Dei.

Nihilominus

11 Nihilominus probabilius cenſeo etiam in hoc caſu nos habere fundamentum ad conſtituẽda diuerſa ſigna rationis in viſionibus Dei. Moueor, quia licet viſio prioris effectus nõ ſit cauſa poſterioris, vt bene probat ratio facta: at ſcibilitas prioris effectus præcedit ſcibilitatem poſterioris, eo, quod ſcibilitas eſt propria paſsio cuiuſcunque rei indiſtincta ab illa; & hoc ipſo, quod vna res aliam præcedat omnes propriæ paſsiones inſeparabiles ab illa, & neceſſario connexæ cum ipſa præcedere debẽt, ſiue influant in effectum, ſecundum illam rationem, ſiue non: nam alias illa prædicata prioris effectus, quibus directe tribuitur influxus in poſteriorem, eſſent priora, alia vero, quibus non tribuitur, vt gradus entis, eſſe verum, & bonum, non eſſent priora, ſed omnino ſimul cum effectu, quod videtur abſurdum: ergo pari ratione, quia actualis viſio ſcientiæ Dei ad ſcibilitatem, ita neceſſario conſequitur, vt, licet extrinſeca, ſit ab ea eſſentialiter inſeparabilis, ſi ſcibilitas prioris effectus, cum ſolum poſteriorem præcedit natura, prior eſt ſcibilitate poſterioris, etiam viſio prioris effectus præcedit viſionem poſterioris, non propter cauſalitatem in ipſum, ſed propter connexionem eſſentialem cum re habente cauſalitatem, atque adeo prioritas hæc, etiam radicatur in cauſalitate dependentiæ.

Viſio effectus natura prioris antecedit natura effectum natura poſteriorem.

Declaro hoc amplius, magiſque à priori effectus, prior per propriam exiſtentiam eſt futurus formaliter in duratione antecedenti, vt oſtendi in tractatu de ſcientia Dei diſputatione 6. capite 6. & efficienter eſt futurus per decretũ Dei, quo producitur; ergo pro priori, quo antecedit ſecundum effectum intelligimus exiſtentiam determinatam prioris, & decretum de ea: ergo intelligimus eſſe ſcibile, & actu ſciri à ſcientia vndequaque infinita, antequam intelligamus eſſe in Deo decretum circa effectum poſteriorem, & ipſum habere determinatam futuritionem: nam pro priori naturæ effectus prioris, nec eſt exiſtentia poſterioris, nec negatio eius, ſed præciſio ab illa: at non eſt præciſio exiſtentiæ effectus prioris, cum determinatam habeat exiſtẽtiam ex decreto antecedenti, vt dixi; ergo pariter in viſionibus Dei intelligere debemus determinate præuideri priorem effectum, & præſcindi à viſione poſterioris.

Denique id confirmo à poſteriori duplici exẽplo. Primum ſummo ex arcano Trinitatis, in quo apud omnes Theologos in confeſſo eſt prius origine in Patre eſſe voluntatem, quam in filio, cum tamen Pater non producat Filiũ per voluntatem, ſed per intellectionem, & paternitatem, vt Deo dante in tractatu de Trinitate explicaturi ſumus; igitur non ſolum præcedunt natura, ea, quæ ſunt principia formalia, verum etiam ea, quæ ſunt neceſſario connexa cũm principijs formalibus: alterum in Angelo, in quo facultates intelligendi, & volendi prius natura ſunt, quam intellectio actualis, cũ tamen ea per ſe non pendeat à facultate volendi, ſed quia ea neceſſario connexa eſt cum principio formali, & hæc de primo, quod probandum ſuſcepi.

Secundum, nempe viſionem prioris effectus, vt præciſſe terminatur ad eum non dirigere practicè productionem effectus poſterioris; oſtendo primo, ex ſimili ab ipſis producto; & ſi prius præuideatur à Deo exiſtens ſubſtantia corporum cœleſtium, quam ornamentum eorum: at enim actio, qua producitur cœlorum ornatus diſtincta realiter eſt ab actione, quæ producit ſubſtantiam cœlorum: ergo ſcientia dirigens actionem hanc non poteſt non immediate cognoſcere naturam ornatus, & modum actionis, quem exigit: at ſcientia hæc diſtincta ratione eſt, à ſcientia viſionis præuidente ſubſtantiam orbium cœleſtium, quippe, quæ connotat obiecta realiter diſtincta. Imo ſcientia, qua dirigitur actio producens ornatum, eſt ſimplicis intelligentiæ, reſpicit ſuum obiectum, vt poſsibile: alia vero eſt viſionis, & quis neget actionem producentẽ ipſum effectum dirigi debere à ſcientia practica eum cognoſcente? non ab alia, quæ in rigore, ſi præcisè ſumatur, vt terminatur ad priorem effectum, eſt que viſionis eius, non eſt cognitio ſecundi effectus, quod ſemper animaduerti, vt detur locus controuerſiæ, nam ſi ſumatur ſciẽtia prioris effectus, vt comprehenſiua eſt; & ſe protendit ad cognoſcendum effectus poſteriores, nullus datur locus quæſtioni. 12

Viſio prioris effect. nõ eſt practica comparatione poſterioris

Secundo, oſtendo in re noſtra, in qua euidentior eſt ratio facta. Nam, quis dicat præuiſionem exiſtentiæ hominis eſſe ſcientiam practicam comparatione actionis infundentis vocationem ad fidem, aut ad pœnitentiam, cum ille adhuc exiſtens diuerſis poſsit tangi pulſationibus? Item, quis dicat præuiſionem vocationis exiſtentis eſſe ſcientiam practicam comparatione cooperationis Dei? quippe, cum ea iam præexiſtente cooperatio intenſior, & remiſsior eſſe poſsit pro arbitrio voluntatis vocatæ, & inſtructæ gratiæ? Denique, quis dicat viſionem diſpoſitionis ad gratiam iuſtificantem eſſe ſcientiam practicam comparatione infuſionis gratiæ: quomodo enim ſcientia non repræſentans gratiam, ſed aliam rem tam diſtantem, quãtum diſtat actus vitalis noſter à forma iuſtificationis, dirigat ipſius productionem?

Verum eſt, quotieſcunque præſupponitur

Digitized by Google

13 meritum ad effectum prædeſtinationis, vt ſupponitur meritum Chriſti Domini ad omnem prædeſtinationis effectum, & meritum noſtrũ condignum ad auxilia actualia, & augmentum gratiæ, præuiſionem meriti habere aliquã cauſalitatem in effectum poſteriorẽ: at non ſcientiæ practicæ, in quo plane præfati autores decepti ſunt, ſed moralem in quantum conditio, ſine qua nõ cauſæ meritoriæ (quæ moralis eſt) ad cauſam moralem reuocari ſolet, meritum namque ſuam exercet cauſalitatem erga præmiantem mente, & libertate præditum, in quo valor meritorius eſt virtus cauſandi, cum igitur Deus, qui eſt remunerator per ſcientiã viſionis intueatur valorem meriti exiſtentis præuiſio ea eſt veluti approximatio cauſæ meritoriæ, & conditio ex parte remuneratoris neceſſaria, vt moueatur ad afficiendũ præmio merentem. Itaque in prædeſtinatione, & prouidentia præſcientia viſionis neceſſaria eſt, quia in illis ſunt effectus ſubordinati, & poſterior effectus, vt directe ſubiectum ordinetur in finem ſupponit præuiſionem prioris, vt ſatis explicatum eſt.

Caput. III. Scientiam conditionalium neceſſariam eſſe ad prouidentiam, & prædeſtinationem.

14 QVAM indubitatum eſſe debeat inter viros graues, & doctos, rem Theologicam verſantes ſepoſito omni æmulationis ſtudio, & propoſita ſolum vera doctrina libere traddenda, atque docenda, eſſe aliam tertiam ſcientiam, quàm conditionalium, & mediam iure optimo nuncupamus, oſtendi efficaciſsime (ni fallor) quanta potui adhibita diligentia ex ſacra pagina, ex Sanctis Patribus, ac maxime ex Auguſtino, & Thom. & ex non contemnenda ratione in tractatu de ſcientia Dei diſp. 7. per totam.

15 Quia vero huius capitis difficultas grauior eſt in materia de prædeſtinatione, quam in materia de prouidentia; imo in ea fere nihil habet ſpeciale, totum ſermonem conuertam in explicanda prædeſtinatione, ſi quid vero circa prouidentiam notatu dignum occurrerit, paucis poſt modũ ſubijciam. Vt vero diſtincte procedamus duas opiniones, de quibus grauiſsima diſp. 23. prænotare, & proponere oportet. Prima, ponit decretũ abſolutum prædefinitiuum gloriæ in certo gradu, & quantitate ante præuiſionem abſolutam meritorum prædeſtinati, ponit etiam prædefinitionem abſolutam cuiuſcunque boni operis ſupernaturalis per modum intentionis ante præuiſionẽ abſolutam cooperationis liberi arbitrij. Hic animaduerte in prouidentia naturali circa hominem bene moraliter operantem eodem modo procedere opinionem hanc circa prædefinitionem finis, nempe beatitudinem naturalem, & bonarum operationum moralium. Secunda vero opinio huic ex diametro oppoſita abhorret ab ijs decretis abſolutis prædefinitiuis, quia putat ea pugnare cum libertate noſtra, vt citata diſp. 23. diſcutiendam eſt cap. 9

Procedit in duplici ſententia.

In priori ſententia ſcientiam conditionalium futurorum contingentium neceſſariam eſſe ad prædeſtinationẽ opinantur, quotquot Doctores eam ſcientiam adſtruxerunt. Videri poſſunt P. Suarrez lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis cap. 7. & in Opuſculis lib. 2. de ſcientia conditionata c. 2. num. 5. P. Molina in hac q. 23. art. 4. diſp. 1. memb. 11. concluſione 5. & quæſt. 22. art. 1. diſputatione 2. Bellarmi. lib. 2. de gratia, & libero arbitrio cap. 17. §. porro non ſolũ, & P. Vazq. diſp. 93. cap. 1. §. porro vt aliqua, & diſp. 98. cap. 4. §. hinc ſequitur. P. Leſs. de auxilijs cap. 4. numero 16. §. ex his reſponderi. Demum P. Fonſeca tom. 3. methaphi. lib. 6. cap. 2. quæſt. 4. ſect. 9. & quæſt. 5. ſect. 13. ad 7. in fine, quibus nos etiam ſubſcribimus: id probamus duplici ratione manifeſta.

Scientiam conditionalem neceſſariam eſſe ad prædeſtinationem in ſententia adſtruente prædefinitiones abſolutas.

P. Suar. P. Mol. Bell. P. Vazq. P. Leſs. P. Fonſ.

16 Prima procedit in hunc modum. Decretã Dei in negotio prædeſtinationis hominũ, ita ordinata, & ſtatuta ſunt, vt nihil obſint libertati in adquirenda, aut amittenda gloria, & in exercitio cuiuſcunque actus boni, vel mali, ſed ſi cõſtituãtur decreta prædefinitiua, vt gloriæ, aut actuũ liberorum ſine ſcientia conditionalium, ea decreta de medio tollunt libertatem in adquiranda, & amittenda gloria, & in exercitio actus liberi: ergo neceſſaria eſt ſcientia conditionata ad prædeſtinationẽ, vt eſt à Deo ordinata; maior huius diſcurſus, quoad vtrãque partem de fide eſt, vt ego oſtẽdo diſp. 23. cap 9. conſequentia manifeſta eſt. Minorem, in qua tota conſiſtit difficultas, ſic confirmo. Si ponitur prædefinitio efficax gloriæ, aut amoris Dei abſque præſciẽtia medij, quo infallibiliter, & indifferenter futura ſit gloria, aut actus amoris, ſi ponatur tale medium, exponit ſe Deus periculo fruſtrandi ſuum decretum, niſi voluntatem ita adigat, & impellat ad amorem, & ad actus bonos, vt impoſsibile ſit ei coactioni, & impulſui reſiſtere; at ſi ita adigitur

adigitur voluntas, & impellitur, non manet libertas ad amittendam, & adquirendam gloriam, neque indifferentia ad actum,& negatio nem eius:ergo ſi circumſcripta ſcientia media ponuntur hęc decreta prædefinitiua in prædeſtinatione , perit præfata libertas,maiorem hanc ſic probo; etenim niſi voluntas ita impellatur ad actum, vt impoſsibilis ſit reſiſtentia , manet reſiſtentia poſsibilis: ergo etiam poſsibile erit irritum reddi, & caſum decretũ efficax prædefinitiuum Dei: etenim, vt poſita de facto reſiſtentia,de facto fruſtratur decretũ; ita poſita poſsibilitate reſiſtétiæ, ponetur poſ ſibilis fruſtratio; ita vero impoſsibile eſſe fruſtrari decretum efficax Dei , vt implicet contradictionem apud omnes Theologos in confeſſo eſt: ergo &c. Minorem vero nimirum po ſita ea coactione , & impulſu, cui impoſsibile ſit reſiſti à voluntate,indifferentiam,& liberta tem euerti , & nos efficaciter probauimus in tractatu de ſcientia Dei diſp. 6. cap. 2. & noſtri Doctores varijs in locis, tam manifeſte de monſtrarunt,vt doctrinam oppoſitam ab omni Schola bona Theologia relegarint,recognoſce dicta diſp. 19. cap. 2.

Secunda ratio, niſi Deus habeat ſcientiam conditionatam metaphyſicè certam futuritionis conditionatæ actus boni,vel gloriæ,incerto gradu, & quantitate imprudenter prædi finiret, tum actum,tum gloriam,ſed repugnat Deo omnis imprudens prædifinitio:ergo ſciétia cõditionata neceſſaria eſt in opinione, quæ adſtipulatur his prædefinitionibus:probo hãc conſequentiam, quia in omni ſententia ordo prædeſtinationis prudentibus decretis cõſtat: probo maiorem, imprudentia eſt præſtituere vt ſit abſolute finis, nulla relicta contingentia, vt non ſit ante præſciétiam methaphyſice certam de medio, quo infallibiliter erit: etenim circunſcripta hac præſcientia ſolum cognoſcitur medium,quo poſsibile eſt finem poni in rerum natura, non vero medium,quo infallibiliter erit, & adhibito medio,quo poſsibile ſit conſequi finẽ ad huc contingens eſt, ipſum poni, aut non poni, nam poſsibile indifferens eſt ad exiſtendum ; & non exiſtendum:ergo cũ ex intentione prædefiniente prædecreta fuerit efficaciter exiſtentia finis, ſic prædifiniens imprudenter ſe gerit cum perſpectũ non habeat, quo medio finis ille conſequendus ſit, ſed ſolum, quo medio poſsibilis ſit,& proculdubio ſic procedens exponit ſuam prædefinitionem periculo fruſtrandi, quod ſi hoc vitium eſt in quocunque prouiſore , ne dum foret in Deo, cuius decreta omnia abſoluta propter eorum efficaciam, & potétiſsimam virtutem ſubire non poſſunt periculum fruſtrandi.

Hoc loco obſerua adſtruentes Phyſicas prædeterminationes maiori rigore teneri,ad affirmãdam ſcientiã quandam conditionalium:etenim in eorũ ſententia euidentiſsimum eſt Deũ 17 ante omne decretum prędefiniens , aut actum bonum, aut gloriam, prænouiſſe medium determinatum, quo poſito ſine contingentia foret gloria, foretque actus bonus,quia phyſicæ prædeterminationes non habent contingentem ſolum connexionem , ſed neceſſariam cũ actibus bonis, & gloria , quæ ab eis dependet, vt oſtendi tractatu de ſcientia Dei diſputatione 6. capite 2. at hæc ſcientia non eſt futuri contingentis , ſed futuri neceſſarij , vt hæc, *ſi Sol exiſtat in noſtro emyſpherio, dies erit.* Itaque nulla ſententia, cui placent hæc decreta prædefinitiua,poteſt non admittere ſcientiam aliquam conditionalium , vt neceſſariam ad prædeſtinationem , vt hæ mihi duæ rationes demonſtrant.

Tradeterminatores coguntur affirmare ſcientiam conditionalem.

Contra doctrinam hanc ſolum obſtare poterat difficilis locus S. Th. qu. 6. de veritate articulo 3. vbi affirmat inter prædeſtinationem, 18 & ſalutem prædeſtinati eſſe ordinem certum cauſæ , hunc autem ordinem explicat non per ſcientiam conditionatam , per quam aptiſsime explicabatur , ſed per cumulum auxiliorum, quem ita præparat,vt prædeſtinatus non cadat, vel ſi cadat,certo reſurgat ; in qua doctrina non videtur neceſſaria ad prædeſtinatio nem ſcientia conditionalis actus boni futuri, ſi ponatur auxilium congruum ſingulare , ſed ſolum, quod Deus præſciat in confuſo prædeſtinatũ conuerſum iri, poſito eo cumulo auxiliorũ. Verum hunc locum ex profeſo explicui in tractatu de ſcientia Dei diſp. 7. cap. 6. ibique ex mente D. Th. introſpecta, deduxi ipſum non repugnare ſcientiæ conditionalium, repugnare vero dum recurrit ad axiliorũ cumulum phyſicis prædeterminationibus, & ibi nõ agere de certitudine formali , quæ eſt inter ipſam formalem prædeſtinationẽ,& ſaluté,ſed de obiectiua , quæ eſt inter auxilia congrua,& ſalutem.Nam cum præſenſerit D. Th. ea ex ſe efficacia non eſſe, & non habere connexionem neceſſariam cum ſalute ; adiecit cumulum illum auxiliorum , in quo certitudinem ſaltem moralem cauſæ bene fundare potuit,neque enim alia ſuppetebat via,modo vero addo, & moneo circunſcripta ſcientia conditionata infallibili , eum modum ſe gerendi cum prædeſtinatis eſſe Deo , & perfectioni prouidentiæ eius indecorum: etenim varia tentare auxilia cæco modo , vt tandem Deus finem prædefinitum conſequatur, plures inuoluit imperfectiones. Prima , quod ei ſcientiæ conditionatæ,quam habere poteſt in cumulo auxiliorum antecedenter ad conſenſum determinatum,nõ poteſt tribui infallibilitas certitudinis metha

S. Thom.

S. Th. contrarius Phyſicis prædeterminationibus.

phyſicæ, quæ tamen neceſſaria erat ad efficaciã prædefinitionis abſolutæ decernentis finem, hanc enim fruſtrari:hoc eſt,non contingere finem intentum methaphyſicè repugnat,non vero repugnat methaphyſicè, ſed ſolum moraliter non fieri conuerſionem, etiam dato antecedenter illo cumulo auxiliorum: ergo per hunc auxiliorum cumulum non habet ſcientia conditionalis infallibilitatem methaphyſicam,quæ opus erat ad prædefinitionem abſolutam: etenim par eſſe debet repugnantia in vtroque,& in eo,quod non eueniat effectus,& in eo, quod decretum Dei caſum reddatur. Quod vero non repugnet methaphyſicè non fieri conuerſionem ex vi cumuli auxiliorum, ſic probo. Nam quodcunque auxilium ſumas determinatè, ſiue primum,ſiue ſecũdum, & alia ex numero determinato, quibus coaleſcit cumulus, voluntas refragari poteſt, & cõtingens eſt reſiſtere; ideo enim adhibetur cumulus, quia ſingulari cuicunque poteſt non acquieſcere: ergo ſi de facto reſiſtat,vt poteſt huic,& illi, alteri, & alteri nullo excepto reſiſtet ſane omni cumulo auxiliorum.Igitur methaphyſicè non repugnat omnibus auxilijs collectiuè reſiſtere. Itaque, & ſi cumulatis auxilijs certum ſit moraliter non reſtiturum, at methaphyſicè certum non eſt.

Cumulus auxiliorũ non affert methaphyſicam certitudinem actus.

Id etiam conſtat in ſimili de corruptione ſpeciei, quo vtitur D. Thomas in eo loco, totam enim ſpeciem deperire methaphyſicè non repugnat, conſtat etiam in reſiſtentia diuturna difficilium tentationum,quæ in materia morali methaphyſicè non repugnat, ſed ſolum moraliter, vt vera fert Theologorum ſententia.

19 Cuius ratio à priori eſt, quia nulla eſt entitas,aut in ſingulis auxilijs,aut in toto cumulo, quæ ex ſe, & ex Phyſica virtute prædeterminet indifferentiam principij; ita, vt cum ea neceſſariam habeat connexionem conſenſus prædeſtinati, ſed ſolum contingentem methaphyſicè, nam alias periret libertas conuerſionis: ergo in toto cumulo haberi non poteſt infallibilitas methaphyſica ſcientiæ illius.

In cumulo auxiliorũ ſola poteſt eſſe cognitio cõfuſa effectus.

Secunda, quod ſi Deus adhiberet cumulum, vt ex eo deprehenderet tandem conuertendum prædeſtinatum,ſolum haberet cognitionem confuſam conuerſionis: nimirum aliquo vagè ex his auxilijs, prædeſtinatum conuertẽdum. Item aliquo tempore vagè ex his, in quibus ea diſpenſat, non tamen ſciret hoc determinato auxilio, hoc tempore, quanta cũ actus intenſione, omnis autem confuſa cognitio repugnat Deo,vt ſæpe oſtenſum in tractatũ de ſcientia Dei, ac maxime diſp. 4. cap. 3.

Tertia, quia is modus cumulandi auxilia ſine ſcientia conditionali repugnat perfectioni prouidentiæ, & prædeſtinationis,ac maxime ei, quam intendit ponere hæc ſcientia,ponit namque prælectionem abſolutam,& efficacem ad gloriam in certo gradu, & quantitate, ante præuiſa merita, & prædefinitionem actus boni indeterminata intenſione,ante præuiſam cooperationem abſolutam, ſed in cumulo auxiliorum non poteſt haberi hæc notitia,cum ignoret Deus,quibus, & quot actibus quanto cũ valore meritorio,conuerſio tãdem efficienda ſit;ergo ponit imperfectã prædeſtinationem.

Denique temerè, & cum periculo fruſtrandi ſuum decretum præeligeret Deus prædeſtinatum ad certum gradum gloriæ,ſi ſolum haberet ſcientiam, quam ex cumulo habere poteſt, vt probatum eſt: ergo is modus cumulãdi auxilia non decet perfectionem diuinæ prouidentiæ, & prædeſtinationis.

In alia ſententia,quæ has negat prædefinitiones, vt res difficilior eſt, ita variè a noſtris ſcriptoribus proferuntur rationes pro explicanda neceſsitate ſcientiæ conditionatæ ad eũ prædeſtinationis ordinem, qui in ea ſententia ſtabilitur. P. Suar. lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis cap. 7. numero 10. hac ratione vtitur, quam claram cenſet. Sine hac namque præſcientia non poteſt velle Deus dare auxilium efficax formaliter; vt efficax: hoc eſt, vt infallibiliter habiturum effectum,ſed ad rationem diſcretionis, quam Deus habet prædeſtinatorum comparatiuè ad non prædeſtinatos, neceſſarium eſt velle conferre auxilium formaliter, vt efficax: ergo ad ordinem prædeſtinationis,quem de facto habet, neceſſaria eſt conditionata ſcientia. Maiorem probat.Nam ea circumſcripta neſcit Deus, quodnam ſit futurum efficax, antequam per ſcientiam viſionis intueatur efficientiam eius. Minorem vero probat dupliciter. Primo, quia prædeſtinatus diſcernitur à non prædeſtinato,non ſolum ex præſcientia conſecuta ad ſuam operationem, ſed etiam ex maiori, ſpecialique beneuolentia, id quod expreſſe, & grauiter affirmatum video à S. Thom. quæſt. 6. de veritate artic. 3. dicens,id eſſe conſentaneum ſacræ ſcripturæ: at ſi Deus non conferret prædeſtinato auxilium efficax, vt efficax,ex ſpeciali beneuolentia in efficacia auxilij non diſcerneretur prædeſtinatus à non prædeſtinato electione voluntatis Dei,cum vtrique cõtingat dari paria auxilia phyſicè, ſed ex ſola præſcientia ſubſecuta ad operationẽ: ergo &c.

20 *Variæ rationes in ſententia negante prædefinitiones.*

P. Suar.

Prima ex P. Suar.

S. Th.

Secundo, probat minorem,quia certus prædeſtinatorum numerus non fuiſſet decretus ex diuina volũtate præeligente,ſed cõtingeret ex cooperatione hominis ſubſecuta ad varia auxilia diſtributa, & ſolum reluceret in præſcientiã

Digitized by Google

cientia Dei ſubſecuta ad conſenſum, quod ſanè abſurdum iudicatur à Theologis, ergo licet Deus non prædefiniat gloriam ante præuiſa merita, ſi tamen per ſcientiam conditionatam cognoſcat efficaciam auxilij, hoc eſt, ordinem ad conſenſum futurum ſub conditione, & per electionem voluntatis illud conferat, quia efficax, iam in electione diuina fundabitur certus prædeſtinationis numerus, ergo ſaltim ob hoc neceſſaria eſt ſcientia conditionata.

Cæterum, in hac ſecunda ſententia negante prædefinitiones abſolutas, in qua procedit
21 *Refutatur*
P. Suar. & omnes inueſtigamus neceſsitatem ſcientiæ conditionatæ in prædeſtinatione non videtur eius ratio habere locum. Nam ſi Deus non poteſt ſalua libertate prædefinire efficaciter actum bonum, aut præeligere ad gloriam ante præuiſa merita, vt aſſumunt aſſertores huius ſecundæ ſententiæ, quā ſectantur, vt hoc incommodum fugiant. Neque etiam poteſt velle conferre auxilium efficax, vt efficax abſoluta voluntate, ſalua libertate, ergo in ſententia, in qua procedebat, non videtur attigiſſe rationem, quare neceſſaria eſt ſcientia conditionalis: antecedens ſic probo, nam gratia efficax, vt efficax in vocatione congrua futura, vel includit ipſum conſenſum, vel ita eſſentialiter connotat, vt non poſsit ſeparari ab ea, ergo hoc ipſo quod Deus velit abſoluta voluntate conferre auxilium efficax, vt efficax, vult etiam abſoluta voluntate ipſum conſenſum ante præuiſionem liberæ cooperationis, ergo iam admittit in ſua ratione prædefinitionem actus liberi, non ergo habet locum ratio hæc in ſententia, in qua procedit: antecedens hoc apud noſtros ſcriptores compertum eſt, quippe qui negant efficaciam gratiæ conſiſtere in natura phyſica eius, ac proinde non poteſt non connotare operationem, pro qua datur, ſi gratia conſideretur in ſtatu conditionato, connotat quidem conſenſum conditionatum, ſi in abſoluto abſolutum, ſemper vero eſſentialiter, ergo non poteſt Deus velle decreto abſoluto conferre gratiam efficacem vt efficacem, quin etiam velit eodem modo actum ſecundum eſſentialiter connotatum, maximè cum præſciat connotari. Dè hac re, quæ ex præcipuis eſt noſtri tractatus redibit ſermo diſp. 23. cap. 9.

Nō poteſt intendi à Deo auxilium efficax, vt efficax, quin intendatur actus ſecundus.

Præterea in electione auxiliorum, quæ præuidētur efficacia pro prædeſtinatis maior moraliter beneuolētia videtur eſſe, nam hoc ipſo, quòd ea electio ex intentione inefficaci dandi eis gloriam proficiſcatur bonus vſus, qui eſt in prædeſtinatis, Deo eſt ſpecialiter voluntarius, ergo diſcretio prædeſtinati à non prædeſtinato refundi poterit in hanc ſpecialem electionem, & non ſolum in præſcientiam, quæ ſubſequitur operationem. P. Vazq. diſp. 93. cap. 1. numero 4. & 5. & alibi ſæpe hac ratione vtitur. Ea verò plures patitur difficultates, vt ſtatim vrgeo, poſt propoſitum modum dicendi P. Vazq. qua propter prima ratio à nobis producta efficacior eſt.

P. Vazq.

22 Ex his ad rationem P. Suar. neganda eſt minor. Ad primam ex duabus eius probationibus concedo, diſcretionem prædeſtinatorum à non prædeſtinatis procedere ex aliqua ſpeciali electione Dei antecedente præſcientiā, qua conſequitur conſenſum futurum, quia id expreſſe docuit D. Thom. loco à me citato, & eſt D. Paulo, & Auguſt. magis conſentaneum. Vt accurate, diligenterque oſtendo diſp. 23. cap. 4. & 6. Vbi naturam huius ſpecialis electionis cum omnino abſoluta, & efficax nō ſit, explicare pro virili conabor cap. 13. Ad ſecundam probationem facilius reſpondeo, vt certus prædeſtinatorum numerus a voluntate diuina proficiſcatur ſatis eſſe, ſi ipſe præſciens, quæ nam ſint auxilia gratiæ efficacia, quæ non, liberè eis, quos voluit prædeſtinare, diſpenſet illa: etenim ex ea diſpenſatione prænouit fore, vt certus numerus hominum conſequatur vitam æternam, & ſi efficaciam non præintenderit abſoluto decreto.

Reſpondetur ad rationes P. Suar.

23 P. Cabriel Vazq. loco proximè allegato, qui conſtanter negat omnem præelectionem, & prædefinitionem abſolutam hanc profert rationem. Si vocatio congrua non infundatur à Deo ex præſcientia congruitatis, quæ ſolum cognoſcitur per ſcientiam conditionatam, nō poteſt eſſe effectus prædeſtinationis, ergo, vt neceſſarium eſt prædeſtinationem habere effectus proprios, ita in Deo eſſe ſcientiam conditionatam, ſine qua effectus prædeſtinationis eſſe non poſſunt. Antecedens probatur, quia ſi vocatio cōngrua non diſpenſetur à Deo ex præſcientia congruitatis non poteſt habere rationem ſpecialis gratiæ, & beneficij, quod enim datur ignoranter, rationē gratiæ, & doni habere non poteſt. Maximè cum ſæpe contingat non prædeſtinatum crebrius, & intenſius vocari, quàm prædeſtinatum, vnde ſi animum aduertamus ad rem donatam ſolum, maius beneficium acciperet non prædeſtinatus, at qui ad hoc, vt aliquid ſit effectus prædeſtinationis ſpecialis ratio gratiæ, & beneficij ſplendere debet, vt confertur à Deo, vt ſuo loco demonſtrandum, ergo ſcientia conditionata ad prædeſtinationem neceſſaria eſt.

P. Vazq. Alia probatio ex P. Vazq.

24 Verum contra hanc rationem multa ſe ſe offerunt. Primum non videri eſſe de ratione perfectiſsimæ prouidentiæ, quæ non intendit efficaciter finem, quod velit Deus in medijs, quæ prouidet ei ſubiecto conferre ſpeciale

Refutatio præcedentis rationis.

beneficium, aut gratiam, at qui in hac ſententia non præeligitur prædeſtinato gloria efficaciter, ergo, &c. probo maiorem in reprobo, in quo perfectiſsima eſt ſupernaturalis prouidentia, ſine ea ſpecialitate beneficij, ergo cum non aliter præelecta ſit gloria prædeſtinato, quam reprobo in hac ſententia, nulla eſt ſpecialis ratio in prouidentia prædeſtinati, ob quam neceſſaria ſit collatio ſpecialis beneficij in infuſione vocationis. Si eſſet erga prædeſtinatum ſpecialis electio gloriæ, non communis cum reprobo, ea quidem exigeret ſpecialem gratiam in collatione mediorum; at non eſt cur communis electio finis radix ſit ſpecialis gratiæ in collatione mediorum. Ergo P. Vazquez non probat, quod aſſumit, nempe neceſſarium eſſe ſpeciale beneficiũ ad effectũ prædeſtinationis in ea, vt ab ipſo compoſita eſt.

Secundum, quod ea beneficij ſpecialitas conſiſtit in ſola voluntate congruè vocandi, præſuppoſita ſcientia ſine ſpeciali complacentia in congruitate, ſed in hac voluntate ſolum adhuc præſuppoſita ſcientia non poteſt fundari ſpeciale beneficium, ergo ad rationem ſpecialis beneficij non eſt neceſſaria ſcientia ad prædeſtinationem. Et ſi demus P. Vazq. in effectibus prædeſtinationis, ineſſe debere ſpecialem gratiam. Probo minorem, nam aut voluntas vocandi prædeſtinatum tempore congruo continet voluntatem prædefinientẽ conſenſum, aut formaliter aut virtualiter, vel nõ? Primum dici non poteſt in hac ſententia, in qua procedimus, vt dicebam diſcutiens rationem P. Suar. hæc enim negat omnem voluntatem abſolutam antecedentem ad opus liberum, quod cum ea conſiſtere libertas non poſſit ſicut nec cum phyſica prædeterminatione, conſulto verò dixi formaliter, aut virtualiter, quia ad euertendam indifferentiam principij liberi nihil refert quod prædeterminatio formalis ſit, per expreſſam prædefinitionẽ actus, aut virtualis, per prædeterminationem cauſę, qua ratione volitio vocandi hominem per phyſicam prædeterminationem impedit exercitium libertatis in eo actu, cum tamẽ ſolum ſit virtualis prædefinitio conſenſus; nam volũtas cauſę determinatę, eſt voluntas virtualis effectus, vt docui 1.2. ad quæſt.6 igitur voluntas congruè vocandi continere non poteſt formalem, aut virtualem prædefinitionem conſenſus. Quod ſi non continet in ea voluntate præciſſe non eſſe ſpeciale beneficium ſic probo. Nam etiam in reprobo vocatio non congrua procedit ex voluntate ſeria conferendi gloriam, & ex intentione inefficaci actus boni; ergo in voluntatibus pares ſunt prædeſtinatus, & non prædeſtinatus, eſſe verò inæqualem præſcientiam in prædeſtinato conſenſus

Virtualis prædeterminatio libertati cõtraria.

futuri, & in reprobato, negationis cõſenſus, ſi voluntas cõferens beneficium ęqualis manet, nihil referre poteſt ad maioritatem beneficij. Cuius ratio à priori petẽda eſt ex principijs, quę ieci loco allegato 1.2. nam voluntas cauſę indifferentis, vt ſic non eſt voluntas virtualis effectus, ſed voluntas congruè vocãdi prædeſtinatum, eſt voluntas conſtituendi cauſam indifferentem, ergo per eam non vult Deus ſpecialiter effectum, ergo in collatione vocationis congruę ex præſcientia nõ confert ſpeciale beneficium.

Voluntas cauſæ indifferentis non eſt voluntas effectus.

Tertium, quod licet bonus vſus prædeſtinati ſit Deo voluntarius, in quantum procedit à Deo expreſſe præintendente illum: at per illam voluntatem congruè vocandi, ſolum indirectè poteſt velle ipſam congruitatem, & cõſenſum, niſi ponatur ſpecialis complacentia in congruitate, & conſenſu, ſed per voluntatem indirectam cõgruitatis non eſt Deus ſpecialiter, formaliter benefactor, ſed ſolum materialiter, ergo in voluntate congruè vocandi ſolum ex præſcientia non fundatur ſpeciale beneficium: minorem probo, nam licet indirecta volitio effectus ſufficiens ſit ad tribuendam malitiam actui libero, at ſufficiens nõ eſt ad tribuendam honeſtatem, quia hæc amari debet propter ſe ipſam, vt ſummo ex principijs 1.2. ergo cum voluntas Dei, per quam cõfert ſpeciale beneficiũ, honeſta ſit, atque conſtituta in aliqua ſpecie virtutis, eſſe non poteſt voluntas ſolum congruè vocandi cũ per eam ſolum indirectè amatur congruitas & intenditur conſenſus. Iterum de hac re redibit ſermo diſp.23.

Voluntas indirecta actus non ſufficit, vt Deus ſit formaliter benefactor.

25 Alia igitur ratio, quam tetigit P. Leſsius lib. de auxilijs cap.4. numero 16. P. Mol. q.22. ar.1. diſp.2. Melius, vt mihi quidem videtur, explicat neceſsitatem ſcientiæ conditionatæ ad prædeſtinationem, in hac poſteriori ſententia, quæ ſic ſe habet. Licet circumſcripta ſcientia conditionata eadem poſita vocatione cõgrua eodem modo euenirent effectus ex parte rerum, ac modo eueniunt præſciente modo euentum, neque enim ideo eueniunt, quia præſcit Deus, ſed è contra ideo præſcit, quia eueniunt, vt oſtendi in tractatu de ſcientia Dei diſp.10. cap.1. Nihilominus perfectio diuinæ prouidentiæ petit præſcientiam certam euentus ex medio à ſe adhibito, nam, vt dicebam in tractatu de ſcientia Dei diſp. 7. cap.8. in principio ad perfectionem prouidentię Dei ſpectat, vt præſciat ille, antequam decernat medium adhibere, quid ex ipſo eueniet, aliàs tẽderet in incertum, ideoque homines in ſuis deliberationibus id magnopere in medijs expendunt, & quanta cum poſſunt probabilitate coniectant, ergo cum Dei prouidentia incerta

P. Leſſ. Optima ratio.

Ad perfectionem prouidentiæ ſpectat præſcire euentũ ex medio adhibito a prouiſore.

Digitized by Google

certa non ſit, vt eſt noſtra, ita teſtante ſacra pagina Sap. 9. ibi, *cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ*. Hoc eſt, diſcurſus, & coniecturæ noſtræ circa rerum euentus ſubeunt falſitatis periculum, omnis enim prouidentia noſtra laborat imperfectione incertitudinis, quaſi diceret, non diuina prouidentia, ſed noſtra, nam ſi omnis prouidetia tenderet in finem incertum, non dixiſſet, noſtra tantum. Idem mihi docuiſſe videtur Auguſt. lib. 1. ad Simpli. quæſt. 2. & Epiſto. 107. & de prædeſtinatione Sanctorum cap. 16. in illis vulgatis verbis, *Cuius autem miſeretur ſic eum vocat, quomodo ſcit congruere, vt vocantem non reſpuat*, ecce ait Deum ex præſcientia reſponſionis adhibere medium vocationis congruę. Eis adiunge alia Ambroſ. ſupra ad Rom. 9. in illa verba, *Miſerebor, cui miſerebor. Miſericordiā* (inquit) *illi dabo, quem præſcio toto corde conuerſurum ad me*, itaque prouidentia Dei miſericorditer applicat media gratiæ congrua ex præſcientia certa conſecutionis finis.

Sap. 9.

Aug.

Ambroſ.

26 Sed obijciat aliquis contra hanc rationem, præſcire, quem effectum ſit habiturum mediū à prouidente adhibitum ſpectat ad perfectionem prouidentię efficaciter intendentis finē, minime vero ad prouidentiam ſolum, inefficaciter intendentem: etenim ſi prouidens cū poſſet efficaciter intendere pro libito inefficaciter ſolum intendit, quare perfectio eius prouidentię exigat præſcientiam certam efficacitatis finis? Vrgeo obiectionem in hac prouidentia inefficaci ex parte intentionis finis, neque eſt volūtas efficax finis, neque eſt electio efficax medij, vt efficacis, vt diximus excutientes rationem P. Suar. ergo dato Deum applicare medium abſque præſcientia conditionali euentus, nulla eſt in Deo voluntas imprudens, nulla, quę ſubeat periculum ſe fruſtrandi. Si dicas applicare medium in ordine ad finem pertinere ad prouidentiam, & applicare ſine præſcientia certa eſſe imperfectę prouidentię. Verum non ſatisfacis, nam id efflagitat obiectio, vt oſtendas, in quo nam hæc imperfectio ſita ſit, an in intellectu diuino, an in voluntate? nam licet ſcientia conditionalium ex ſe perfectionem inducat, & carere ea, eſt carere perfectione, at de hoc non eſt contētio, ſed quare applicare medium pro fine inefficaciter intento, ſine hac præſcientia certa, ſit imperfecta prouidentia.

Vt reſpondeam, noto doctrinam S. Thō. quæſt. 22. arti. 1. in corpore vbi, deſcribens partes humanę prouidentię, *conſiſtere*, ait, *in memoria præteritorum, intelligentia præſentiū, pro vt ex præteritis memoratis, & præſentibus intellectis coniectamus de futuris prouidendis*. E quibus colligo eſſe de ratione prouidentię aliquam prænotionem efficacitatis mediorū, in qua fundatur maior, aut minor ſpes, conſecutionis finis: etenim ſcopus prouidentis finis eſt, quomodolibet eum intendat, ſiue efficaciter, vt in fine cuius conſecutio non pendet à libero arbitrio, ſiue inefficaciter, cuius pendet, quia natura mediorum propter libertatē non permittit antecedentem abſolutam præfinitionem, at ſemper ſeriò procurat finem, quem nulla ratione procurare poteſt, niſi pręconcipiat efficaciam medij, & quantum ſperari poſſit ex illo circa cōſecutionem finis. Hoc notato, diſtinguenda eſt prouidentia creata, & fallibilis, ab increata, & infallibili, fateor de ratione illius prouidentiæ non eſſe certitudinē euentus, nego non eſſe de ratione prouidentię diuinę, etenim ſi de ratione cuiuſcumque prouidentię eſt præſcire quid futurum ſit circa finem, ſiue coniectando probabiliter, ſiue certo præcognoſcendo, negabit nemo eam eſſe prouidentiam perfectiorem, quę certiſsimè præſciat, quàm, quę ſola veroſimili, & probabili coniectura: & cum omnem Dei prouidentiā in altiſsimo perfectionis gradu concipere debeamus, dicendum eſt, de ratione diuinę prouidentię, quomodolibet finem intendat, eſſe præſcientiam certiſsimam, & infallibilē euentus. Vnde bene ibi reſpondebatur, cum diximus, in voluntate ipſa applicandi ſine præſcientia eſſe imperfectionem prouidentię. Ad replicām reſpondeo, tum in intellectu, tum in voluntate imperfectionem reperiri in eo caſu, in intellectu, non ſolum quia careret perfectione, quam dicit ſcientia conditionata, ſed etiam quia, ex eo defectu refunditur imperfectio in modo prouidendi, in voluntate, quia circunſcripta ſcientia tendit in incertum circa euentum finis, quod dedecet prudentiſsimā, atque perfectiſsimā prouidentiā Dei (vt explicui). Sed ingenioſi Magiſtri ita obijciūt. Si neceſſaria eſt ſcientia media ad prouidentiam actus liberi, maximè propter volitionem Dei, per quam confert vocationem ad eum; ſed non eſt neceſſaria propter eam volitionem, ergo, &c. Maiorem do ijs recentioribus in opinione hac negante abſolutam prædefinitionem; nam in affirmante, etiam propter eā neceſſaria eſt. Minor probatur, quoniā ſequitur ex eo lædi libertatem actus ex præſcientia conditionata, & voluntate conferendi vocationem congruam, quia ſi neceſſaria eſt ſcientia illa ad eam voluntatem, eſt prior natura, & cauſalitate, ſiue immediate, ſiue mediate, ita tamen, vt cum ea coniungi non poſſit omiſsio actus, aut actus contrarius, ergo ſi ſcientia media neceſſaria eſt, eſt ſuppoſitio antecedens ex parte principii pūgnans cum indifferentia eius, ergo non poteſt eſſe neceſſaria; nam qua

S. Th.

ratione

ratione ſit neceſſaria ad prouidentiam actus liberi ſcientia, quæ libertatẽ eiuſdem deſtruat.

Hoc argumentum ante lectos à me hos modernos propoſui, & diluo fuſe diſp.23.ca.14. in 3.obiectione. Aduertendum modo eſt, aliud eſſe tractare de qualitate neceſsitatis eius ſciẽtiæ, an ſcilicet neceſſaria ſit ad perfectionem intenſiuam; an tantum ad extenſiuam diuinæ prouidentiæ. Aliud de modo anteceſsionis, an ſcilicet antecedat natura, an ſolum ratione logica, quod maxime refert ad iura libertatis. Quo ad primũ definio neceſſariam eſſe eſſentialiter ad prouidentiam Dei, vt diuina eſt, licet non afferat niſi perfectionem extenſiuam, hoc probatur ratione noſtra, num.25. Licet enim vt exiſtat actus liber non exigat ſcientiã conditionatam in Deo cooperante, ſicut vt exiſtat formica non petit comprehenſionem tam perfectam, ſicut eſt ea, quam Deus habet; ita vt actus liber ſit, non petit ſcientiam mediam. Nec verum eſt, totum id exigi ex parte rei, vt fiat, quod Deus habet, vt faciat. At ex parte prouidentis, qua diuinus eſt, exigitur ſcientia media, licet prouidentia excludens ſcientiam mediam ſufficiat ad effectionem actus, ex parte ſua, etiam in Deo, non autem ex parte Dei, qui non eſt contentus prouidentia, quæ ſufficiat attenta natura rei, ſed omnium perfectiſsima.

Quo ad ſecundum definio non antecedere natura, ſed ſolum logicè, id explico abundè loco citato.

Caput IIII. *Imperium ex parte intellectus neceſſarium eſſe ad prædeſtinationem, & prouidentiam, & quale ſit.*

27 EX actibus diuinæ mentis, qui ad prædeſtinationem, & prouidentiam ſpectare poſſunt, ſolum reſtat explicãdus actus imperij, qui, tum in Philoſophia, tum in Theologia varijs in locis explicari ſolet, eius doctrina, vt mihi quidem videtur, in ſe non difficilis obſcurata eſt varijs autorum ſcriptionibus, & opinationibus, quapropter exoptamus eam dilucidè, ac breuiter ab his tenebris eruere. Et vero licet de imperio mentis diuinæ ſpecialiter tractemus, hoc in loco non poſſumus non generalem doctrinam de omni imperio aliquo modo attingere, quia ex ea in diuinis imperiis depromenda reſolutio.

28 *Duplex imperium.* Atque in primis diſtinguendum eſt duplex imperium. Primum eſt comparatione aliarum perſonarum. Dico perſonarum, quia alia ſuppoſita rationis expertia imperio gubernari nequeunt. Secundum eſt comparatione ipſius imperantis, quatenus inferiores potentias per aliquam ſuperiorem applicat, & dirigit eis intimando, quod à facultate ſuperiori decretũ eſt, vt mandetur executioni. Primum illud imperium ad præſentem locum non ſpectat, eo, quod continet leges, & præcepta, quibus eodem modo obligantur à Deo prædeſtinati, ac non prædeſtinati, vt res eſt certiſsima contra hæreticos Caluiniſtas, alibi confirmanda; de hoc imperio diſſerui in tractatu de legibus. Secundum imperiũ ad nos ſpectat ex eo, quod prædeſtinatio diuina ſuos habet effectus proprios, & Thomiſtæ aliqui arbitrantur, Deum vti imperio intellectuali impellente, & determinante potentiam executricem ad omnem effectum a Deo emanantẽm.

Thomiſtarum ſentẽtia de imperio mentis impellente.

Sotus lib.1.de iuſtitia, quæſt.1.concluſ.1.& 2.ſecutus, vt opinatur, D.Thom.1.2.quæſt.17. art.1.& quæſt.57.art.6.& Ariſtote.lib.6.Ethicor.cap 9. & 10. vt explicet naturã huius imperij intellectualis conſiderat intellectum, vt practicum, & prudentia præditum, & vt ſpeculatiuum veritates cognoſcentem, ſecundum illam conſiderationem (ait) habere vim præceptiuam, ſecundum hanc perceptiuam, ſecũdum illam habere actum imperij, qui ſolet explicari per verba *fac hoc*, quo intellectus imperat, tum voluntati, tum potentijs exequentibus, vt ſuas exerceant functiones. Huius imperij tanta eſt efficacia, vt eius virtute impellantur, & determinentur facultates inferiores, propter naturalem ſubordinationem, qua ſuperiori ſubduntur, in hoc actu conſtituit naturam legis cum comparatur ad alias perſonas ab imperante, & naturam prædeſtinationis in noſtra materia, qui etiam videtur ſignificatus in ſacra ſcriptura Geneſ. 1. *Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux*, & Pſal.32. *Ipſe dixit, & facta ſunt.*

Sotus. S Th. Ariſt. Gen.1. Pſal.32.

29 *Refutatio eius ſentẽtiæ.* Si hæc Soti, & aliorum Thomiſtarum recentiorum ſententia conſtituere intendit in mẽte, aut diuina, aut creata actum aliquem præcipientem, qui nec ſit iudicium in Deo, nec in nobis ſimplex aprehenſio, nec diſcurſus, omnino improbãda eſt; ita opinatur Adrianus quotlibeto 4. arti.1. Almainus tractatu 3. morali parte 2. eam benè refutant ſcriptores noſtri P.Moli.in hac quæſt.23.arti.1.& 2.diſp.2.§. hæc tamen ſententia. V.Vazq.1.2.diſp.49.c.3. num.14. P. Suarez 1.1.t o.metaph. diſp.19. ſect.6.num.8. vide etiam ſectione 7.num. 12. & 13.P.Salas tom.1.12.tract.6.diſp.2. P. Azoriustom.1.lib.1.cap.29.q 2.P.Fõſ.9.meth.c.2. q.6.ſect.2.de eſſentia prædeſtinationis cap.16. nunc-

Adrian. Almai. P.Mol. P.Vazq. P.Suar. P.Salas. P.Azor. P.Fonſ.

P. Leſsius. P. Torres. numero 8. & lib. 1. de legibus cap. 5. P. Leſſ. lib. 1. de prouidentia ſecundum ſe cap. 1. dubitat. 3. num. 24. P. etiam Luiſius Turrianus Complutenſis in erudito, & graui lib. quem nuper edidit in 22. S. Tho. diſp. 99. de natura prudentiæ dubio 5. quatenus docet omnem actum prudentiæ eſſe verum, per conformitatem ad obiectum, quod enuntiat, cōſtat verò, actum imperij ad prudentiam ſpectare, quod ſi verus eſt, iudicium eſt. Mitto alios, quos referre poſſem, immerito ergo Sotus, vbi ſupra ægre fert, quod hæc ſententia à quibuſdā impugnetur parum conſiderate, vt ait, maximè cum contra ipſam faciant rationes manifeſtæ.

Nullū eſt imperium mētis quod non ſit, aut ſimplex apprehenſio, aut iudicium, aut diſcurſus.

30 Prima, & à priori, quia facultas intelligendi comparatione actuum vitalium adæquate eſt potentia cognoſcitiua, & omnis actus eius in nobis trimembri diuiſione adæquate diuiſus eſt, nimirum aprehenſione ſimplici, iudicio, & diſcurſu, in Deo verò ſolum reperitur iudicium comprehendens ſuum obiectum, vt docui in tractatu de ſcientia Dei diſp. 4. cap. 3. quare enim facultatis videndi, & audiendi ſit viſio, & auditio actus adæquatus, non verò facultatis intelligendi intellectio?

Præterea, vel ad eum actum in creaturis neceſſaria eſt ſpecies impreſſa? vel nō? ſi primum. Ergo ille actus percipit obiectū, nam ſpecies impreſſa, quā eſt intentionalis imago, non ſeruit intellectui, vt impellat, & determinet alias facultates, ſed, vt percipiat obiecta. Si ſecundum, affirmas quidem rem inauditā ſine fundamento, contra omnes bonos philoſophos, à quibus obſeruatum eſt diſcrimen inter facultates cognoſcentes, & appetentes, quod hæ ad ſuas obeundas functiones non indigent comprincipio intrinſeco ex parte potentiæ, ſed ſola propoſitione intellectuali repræſentante bonitatem obiecti, illæ vero indigent, quia in ſuis actibus reddunt imaginem intentionalem obiecti: Quod ſi in mente creata non agnoſcimus actum imperij nihil cognoſcentem proportionatè in mente diuina, philoſophandum eſſe conſpicuum eſt.

31 Nec ſatisfaciunt aduerſarij, cum reſpondent hæc vera eſſe de intellectu, vt eſt ſpeculatiuus, & perceptiuus: non vero de eo, vt eſt præceptiuus, nam etiam intellectus, vt practicus eſt facultas cognoſcendi, eſt præditus ſcientijs, & artibus practicis, & cognitione dirigit actiones, & effectiones, quomodo enim dirigat opera, quæ non cognoſcit? diſcrimen autem inter ipſum, vt ſpeculatiuum, & practicum in eo conſiſtit, quod finis practici, vt ſic, eſt praxis, hoc eſt, aliquod opus cognitum, vt eum executioni mandet; ſpeculatiui verò res non operabilis ab ipſo, ac proinde ſiſtens in eius contemplatione, vt dixi in tractatu de ſciētia Dei diſp. 9. cap. 3.

Intellectus, vt practicus, eſt facultas cognoſcendi.

Secundò, quia actus is imperij nihil cognoſcens ſuperuacaneè ponitur, eo, quod ſufficienter potentiæ noſtræ applicentur ad operandum, vel ab electione medij cognita per intellectum eius congruitate, vel ab vſu voluntatis propoſito prius per intellectum modo conuenienti hic, & nunc exequendi opera, ergo actus iſte, vt ſuperuacaneus repellendus eſt.

Tertiò, quia vel actus is impulſiuus imperij præcedit, quia neceſſarius ad omnē actū volūtatis? vel ſolum ad aliquē? ſi primū. Euertitur libertas eius hoc imperio prædeterminata. Si ſecundum, ergo ad nullum actum eſt neceſſarium imperiū præcedens, probo hanc conſequentiam quia, ſi aliquis actus voluntatis ſolum præcedente iudicio proponente & applicante bonitatem obiecti elicitur à voluntate conſentaneè ad eius naturam, ſine imperio impellente, quare nō poſsit omnis elici? Declaro hoc, ſi actus intentionis, verbi gratia, elicitur propoſita bonitate finis ſine imperio, quare non poſsit elici actus electionis propoſita conducentia, & efficacitate mediorum in finem? & ſi is poteſt, quare non poſsit vſus proponente ei iudicio conuenientiam, & modum hic & nunc operandi?

Dices, ad nullum actum voluntatis neceſſarium eſſe imperium, ſed ad facultatem executricem, vt eam vltimo determinet ad opus. 32 Verum is, & deſerit Thomiſtarum, cum quibus controuertimus, ſententiam, qui pro actibus voluntatis ponunt hæc imperia, alij, pro electione, alij pro vſu, & reddere rationem nō poterit, quare potentia executrix exigat vltimam determinationem ab imperio intellectuali, non voluntas, cum hæc maiorem habeat indifferentiam, & ſæpe propter difficultatem obiecti propoſiti hæreat ſegnis, & pigra, & indigeat excitante, & impellente imperio vrgente ipſam, vt amplectatur arduum obiectum.

Effugium præcluditur.

Non eſt neceſſarium imperium ad facultatem executricem.

Denique ſuperuacaneè petit imperium intellectuale ad vltimam determinationem cum actus voluntatis, ſiue electionis, ſiue vſus ſufficiens ſit ad determinandum, imo S. Thomas 1. 2. quæſt. 17. arti. 1. ait. *Primum mouens in viribus animæ ad exercitium actus eſſe voluntatem.* Id, quod etiam docuerat quæſt. 9 arti. 1. & meritò, quia ipſa voluntas imperat intellectui ipſum determinando ad cogitandum in certa materia, cur ergo pariter non poſsit determinare alias potentias inferiores?

S. Th.

Hæc ſufficienter me iudice probant parum 33 eſſe probabilitatis in eo modo imperij, nec loca ſacræ Scripturæ ab aduerſarijs adducta ſuffi-

Digitized by Google

ſuffragantur, nec D. Thom.nec Ariſt. vt mox explico,qua propter alius modus imperij intellectualis ſtatuendus eſt. Prius verò notare oportet nihil conſtitui poſſe in intellectu diuino, quod propriè habeat rationem imperij comparatione ſuæ potentiæ executricis,cuius ratio eſt,quia inter imperantem, & obedientem eſſe debet diſtinctio, & imperans, vt ſic eſt ſuperior, imperatus eſt inferior; at qui in Deo nulla eſt diſtinctio, nulla inæqualitas in facultatibus, ergo propriè non eſt imperium. Hac ratione Deus ad ſe ipſum non fundit preces,quia oratio eſt locutio intellectualis,quâ, quæ decent petimus à ſuperiore,ergo propter parem rationem,nec ſibi propriè imperat.

Deus non habet imperiũ comparatione ſuæ potentiæ.

34 His prænotatis, ſtatuo, & eſſe imperium in voluntate creata, & diuina,& in intellectu aliter tamen ac aliter. Prima pars facile probatur ex dictis, nam voluntas, qua ratione inſtar Regis determinat omnes potentias ad operãdum, imo & ſe ipſam,nimirum cum voluntas ex motiuo vnius virtutis imperat actum alterius, vt cum ex motiuo charitatis præſtat obedientiam proculdubio imperat, ergo eſt imperium in voluntate: ſecundam partem probo,& declaro ex S. Thom.1.2. quæſt. illa 17. arti. 1. vbi explicans quomodo imperare ſit actus rationis, & voluntatis(ait) *ordinare per modum cuiuſdam intimationis eſſe propriũ imperare rationis, eamque dupliciter poſſe aliquid intimare, vel denunciare vno modo abſolutè,quæ quidem intimatio exprimitur,per verbum indicatiui modi, ſicut ſi aliquis alicui dicat, hoc eſt tibi faciẽdum,alio modo, cum ratio intimat aliquid alicui.* Mouendo ipſum ad hoc,& talis intimatio exprimitur per verbum imperatiui modi,*fac hoc*.Hic obſerua in doctrina S. Tho. electionem,& vſum eſſe duos actus voluntatis realiter diſtinctos,& quemcumque horũ præcedere iudicium intellectuale proprium, hoc duplex iudicium continent verba relata ex D. Tho.imperium rationis,quod exprimitur per verbum indicatiuum faciẽdum eſt hoc, eſt iudicium illud,quod præcedit electionem, & in quantum propter viuam repræſentationem vtilitatis mediorum mouet efficaciter voluntatem, hoc eſt cum effectu ſine determinatione antecedente, vt eligat media illa optimè appellatur imperium, & explicatur per verbum indicatiuum,in quantum mouet indicãdo conducentiam mediorum.

S.Th.

Electio, & vſus actus diſtincti ex S. Th.

Secundum imperium eſt iudicium, quod præcedit vſum voluntatis, quod in quantum neceſſariò infert operationem ex præſuppoſita efficaci electione voluntatis optimè explicatur per verbum imperatiui,*fac hoc*,id expreſſe D. Tho. in illis verbis, *Cum ergo ſecundum mouens*(hoc eſt intellectus,) *Non moueat niſi in virtute primi mouentis, ſequitur,quod hoc ipſo quod ratio mouet imperando, ſit ei ex virtute voluntatis. Vnde relinquitur, quod imperare ſit actus rationis præſuppoſito actu voluntatis*, hoc eſt præſuppoſita efficaci electione per iudicium ſubſecutum ad illam,& præcedens vſum.

Duo imperia intellectus in duobus iudicijs.

Vt explicem tertium diſcrimen inter imperia rationis,& voluntatis: ſumo exemplum ex imperio aliarum perſonarum, ſiue politico,ſiue æconomico,in quo tres perſonę ſpectari poſſunt:prima caput reipublicæ,aut familiæ. Secunda conſiliarius, tertia ſubditi,his in imperio Monaſtico correſpondent tres potentię.Prima voluntas,quæ ſe habet inſtar capitis, cum ſit Domina aliarum potentiarum.Secunda intellectus,& eſt quaſi conſiliarius, qui proponit,& ſuadet voluntati quid faciendũ, quid omittendum ſit, ſine propria tamen virtute cogendi. Tertia, cæteræ potentiæ, quæ ſe habent per modum ſubditorum. Si caput reipub. imperaret ſuo conſiliario in hunc modum, ſi animaduerteris me remiſſiorem eſſe in executione poſt auditum,& approbatũ tuum conſilium,facio tibi poteſtatem,imo impero, vt moneas,excites,horteris, ad vrgendam efficaciter executionem. Ecce voluntas in prudentia monaſtica propria authoritate imperat alijs potentijs intellectui,& ſibi ipſi, intellectus verò non propria autoritate,ſed in virtute primi mouentis, neque omnibus,quibus voluntas, ſed ſoli voluntati immediatè. Rurſus imperium voluntatis conſiſtit in efficaci volitione,imperium intellectus in ſuaſione & hortatu, noto verò licet ea iudicia, quæ præcedunt electionem,& vſum ſimpliciter neceſſaria ſint,& imperij denominationem aptè recipiant,vt explicui ex S.Tho.at has ſuaſiones, & hortatus intellectus, quas modo explicabam per imperium politicum, non eſſe ſimpliciter neceſſarias,nam ſi voluntas perſiſtat in volitione efficaci electi medij nõ indiget ſuaſionibus intellectus, vt executionem vrgeat. Tunc ergo maxime neceſſariæ ſunt hæ ſuaſiones, & hortationes intellectus, cum voluntas quidem complacet in medio propoſito: at propter difficultates annexas retardatur in executione, & in amplexu efficaci, tunc enim vtile eſt,ſi intellectus eam alloquatur,& dicat, fac hoc, vrge executionem, quid torpes? & alia ſimilia,hæc vero ſunt varia iudicia,quibus intellectus iterum,atque iterum repræſentat, aut conuenientiam executionis, aut bonitatẽ obiecti amplectendi, aut diſconuenientiam torporis,atque pigritiæ. 35

Diſcrimen inter imperia rationis, & voluntatis.

36 Ex his non difficilè gradum facimus ad meditanda ſimilia in mente diuina, reiectis imperfectionibus,qua propter neganda ſunt imperia huius generis,quę in ſuaſionibus,& hor-

Quæ imperia dandæ Deo, quæ non.

tatibus

tatibus cõſiſtũt, quippe quę, nec difficultates ad executionẽ retardãt, nec alicui deffectui ob noxius eſt, vt volũtates noſtrę: at alia imperia intellectualia, quę cõſiſtunt in iudicijs præcedẽtibus voluntatis, ſepoſita diſtinctione reali cõſtitui optimè poſſunt, & debẽt, nã ſi in volũtate noſtra ſunt intẽtio, electio, & vſus cũ diſtinctione reali, in qua doctrina ſemper proceſſimus in gratiã D. Thom. in volũtate Dei ſimiles actus ſunt ratione diſtincti per cõnotationem ad obiecta, & ad actus noſtros diſtinctos, ſunt etiã iudicia, quę præcedunt hos actus, & quę, vt per viñã propoſitionẽ efficiunt, vt volũtas diuina de facto amplectatur obiecta propoſita imperij intellectualis diuini nuncupationẽ aptè, cõgruèque ſortiuntur. Porrò cũ in negocio noſtræ prædeſtinationis ſit intẽtio gloriæ, ſit electio beneficiorũ gratiæ, ſit vſus, & executio in ea intercedere imperia mẽtis diuinæ, vt à nobis explicata cõpertũ eſt, quænã vero, & ex ijs, intrinſecè eã coſtituant, & quænã ſolũ extrinſecè prærequirãtur infra cap. 7. declaro.

Explicantur teſtimonia ex ſacra ſcriptura. In teſtimonijs ex ſacra pagina ſolũ ſignificatur, Deũ feciſſe lucẽ iubendo, & creaturas iuſſioni Dei ſtatim obtẽperaſſe, nõ vero imperiũ eſſe actũ rationis, aut volũtatis, neque enim id, quidquã referebat ad rẽ eorũ locorũ, & multo minus ibi indicatur imperiũ illud impulſiuum intellectuale nihil cognoſcens, vt manifeſtum eſt. Deniq; Ariſt. & D. Thom. ſolũ volũt imperiũ pertinere ad intellectũ, quod nos etiã docemus, ſed aliter explicamus, quã Thomiſtæ.

Caput V. Voluntatis diuinæ actus neceſſarios etiam eſſe ad prædeſtinationem, & prouidentiam: vbi: qua ratione differant dilectio, & electio: de quo S. Th. ar. 4.

Ar. 4. S. Th.

37 INTER explicandum actus mentis diuinæ, de quo in præcedentibus nõ potuimus non attingere actus volũtatis repertos in prædeſtinatione, ita vt fere nihil difficultatis reſtet in eis explicandis, at, quia prædeſtinati paſsim in ſacra ſcriptura appellantur dilecti, electique, vt Math. 22. ibi, *pauci vero electi*, ad Epheſ. 1. *Sicut elegit nos in ipſo ante Mundi cõſtitutionẽ*, & 2. *Propter nimiã charitatẽ, qua dilexit nos*, &c. & Ioan. 15. *Elegi vos de mũdo*, &c. Vnde D. Tho. eruditus his, & alijs teſtimonijs cõcludit art. 4. dicens, *omnes prædeſtinatos eſſe electos, & dilectos*. Operepretiũ erit accuratè inueſtigare naturã horũ actuum, id, quod videtur ſibi propoſuiſſe D. Th. in hoc arti. 4. vbi, *an prædeſtinati eligãtur à Deo*. Et reſpõdet, quod prędeſtinatio *ſecũdũ rationẽ præſupponit electionẽ, & electio dilectionem*, declarãs ipſe verba hæc obſcura, ait, prædeſtinationẽ, de qua hic, eſſe partẽ prouidẽtiæ, prouidentiã vero, & prudentiã eſſe rationẽ in intellectu exiſtentem, ex quo duo colligi videntur de mente S. Tho. primũ prædeſtinationẽ ad rationẽ præcipue pertinere, de quo capite ſequẽti. Secundo, actum electionis gloriæ, de quo ibi agit, extrinſecè ſolũ ad naturã prædeſtinationis pertinere, præſupponi quidẽ ad eam, nõ vero includi. Ita obſeruarunt Caietan. P. Vazquez in comment. & Gregori. de Valenti. hic.

Math. 22. Ad Eph. 1. & 2. *Prædeſtinati appellantur electi, & dilecti.* Ioa. 15. S. Tho.

Cai. P. Vazq. Val.

Quid ſignificet electio. Vox *electio* celebris in hac materia primũ, explicanda, ea in generali ſua ſignificatione inter multa verſatur, affertque comparationem inter ipſa, & prælationem vnius, vel aliquorũ præ alio, vel præ alijs: omnis enim eligens alicui, aut aliquibus vult bonum omiſsis alijs, quibus poterat conferre aduertenter, nam ſi non aduertat non eligit formaliter, & hoc eſt diſcrimen inter electionem, & dilectionem, quod hæc ſolum vult bonum alicui præſcindens ab alijs, electio vero in vnico verſari non poteſt. Aduerte vero, hæc plura, quæ electio connotat vel eſſe ſubiecta, vel bona, quæ eliguntur, nam ſi vnicum eſſet ſubiectum, & plura poſsibilia bona, cum confert vnum non aliud, eligo quidem non perſonas, ſed bonum præ alijs, & e contra, ſi vnicum poſsideo bonum; & plura ſunt ſubiecta, eligo quidem inter ipſa, non inter bona. *Electio inter bona, & perſonas.*

Porro, vox *electio* inter morales phyloſophos diſtinctum habet ſignificatum ab intentione, nam hæc verſatur circa finem, illa circa varia media, in noſtra vero materia voluntas finis electio ad gloriam nuncupatur, & voluntas mediorum electio ad gratiam, ita S. Tho. in hoc art. 4. ad 1. ſic concludit, *in collatione gratiæ, & gloriæ attenditur electio*, verum eſt ipſam electionẽ ad gloriã reſpectu vlterioris finis, videlicet gloriæ Dei habere rationem medij. Vtrouis vero modo vſurpetur electio, retinere ſemper debet illam comparationẽ, quia eſſentialis eſt electioni, vltra D. Th. Patres, ac maxime Aug. in diſcriminatim hoc nomẽ vſurpant pro electione ad gratiam, & ad gloriam, vt diſp. ſequenti frequenter videbimus. 38

S. Thom.

Aug.

His prænotatis reſolutio S. Th. quã affirmat dilectionẽ Dei ratione præcedere electionẽ, difficultatẽ ingerit; primò, quia actus hi cõparati ad idẽ obiectũ v. g. ad gloriã, ad quã cõparãtur à D. Th. nõ videtur ratione diſtingui in Deo, vbi verò nõ eſt diſtinctio rationis, nec præcedẽtia eſſe poteſt. Nã hæc inter diſtincta verſatur, pro bo primã propoſitionẽ, & ſumo D. Petr. & Iudã, ſecundũ ſibi naturalia obiectos mẽti diuinę, 39 *Trolatur dilectionẽ & electionem non eſſe actus ratione diſtinctos.*

 & vo-

Digitized by Google

& voluntatem Dei eligere Petrum, ad gloriam, non eligere Iudã, nõ ne actus ille ſimul eſt dilectio Petri, quatenus vult ei bonũ gloriæ, & electio, quatenus præponit Iudę? ergo dilectio, & electio eſt idẽ actus, & ita cenſuit P. Suar. lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis cap. 11. n. 7. non vero preſsit interpretationẽ D. Tho.

P. Suar.

Qui in eodem arti. adiecit, electionem, & dilectionẽ aliter ordinari in nobis, & in Deo, eo, quod in nobis voluntas diligendo non cauſat bonum, ſed ex bono præexiſtente incitamur ad diligendum, & ſic electio dilectionem præcedit in nobis, in Deo autem eſt è conuerſo, vt, quando eligimus aliquem in amicum, vt poſtea eum familiarius diligamus, vel, cum vir elegit Mariam in vxorem, vt eam coniugali amore diligat, quæ doctrina dificilis videtur. Contra quam obijcio ſecundo, quod illa electio in amicum, aut in vxorem eſſentialiter eſt dilectio, nam propter bonitatem ſpecialẽ repertam in perſona electa in ea complacet, & ſe ipſi amore copulat, eique vult bonũ amicitię propriæ, aut coniugij. Ergo actus ille eſſentialiter eſt dilectio, & electio, nec in nobis electio præcedit dilectionem.

Qua ratione in Deo, & in nobis ſe habeant electio, & dilectio.

Caietanus conatur explicare D. Thom. ſolita ſua ſubtilitate, verum quia nimis obſcurus eſt in hac parte non iudico vtile eius aggredi explicationem, & confutationem; totũ ergo ſermonem conuerto ad rem ſimul, & mẽtem D. Tho. explicandã. Pro quo ſummo principium ex bona mihi methaphyſica, cui videtur aduerſari Caietan. in commentario nimirum ad amandum libere vnum præ alio, non debere ſupponi inæqualitatem in bonitate obiecti prælecti, id quod in Deo manifeſtum eſt, qui videns duos homines, exemp. gratia, in ſtatu poſsibilitatis in naturalibus omni ex parte æquales, pro ſuo arbitratu cõfert vni exiſtẽtiam, non alteri, vni gratiã, non alteri: vni gloriam, non alteri, ita etiam libertas creata, quæ eſt participatio diuinæ libertatis, pro arbitratu poterit ex duobus hominibus æqualibus in omnibus, nulla etiam præſuppoſita ex parte eligentis affectione voluntatis, aut inclinatione appetitus ad vnũ potius, quã ad aliũ poterit pro libertate eligere vnũ in amicũ præ alio, eſſe vni beneficus, non alteri, nam in hoc elucet magis libertatis nobilitas, & excellentia, vbi vero non eſt repugnantia, & ex alia parte eſt excellentia libertatis, in qua creatura imitatur creatorem, non eſt ei denegandum. Mitto Angelos cum perfecta cognitione obiectorum naturalium nulla præexiſtente in eis inæqualitate, vt libet eos eligere, mitto etiam primum hominem in ſtatu innocentiæ præditum, etiam perfectiſsima cognitione rerum, minus bonum elegiſſe cũ peccatũ originis patrauit.

40 *Relicta Cai. mente S. Th. explicatur.*

Ex libertate eſt electio inter omnino æqualia.

41 Huic doctrinæ obſtat quædam ſententia P. Vazq. 1. 2. diſp. 128. cap. 5. & 1. p. diſp. 98. c. 7. & 8. Nã licet nõ exigat maiorẽ bonitatẽ in obiecto electo, exigit tamẽ ſpecialẽ, & efficaciorẽ aduertentiã ad partẽ electã, quod cõparatione voluntatis, quæ ex ſe cæca eſt, & intellectu ducitur pariter ſe habet, ac ſi illa pars melior eſſet, quia volũtas nõ fertur in bonitatẽ obiecti ſecundum ſe, ſed, vt ei proponitur; igitur opinio hæc quãdã inæqualitatẽ inducit in obiectis propoſitis, vt alteram partem eligat voluntas.

42 *Ad electionem nõ eſt neceſſaria efficacior aduertentia mentis.*

Verum opinio hæc à noſtris reijcitur communiter, vt parũ probabilis propter plura fundamenta, leui manu quædam ſolũ attingo, quia is nõ opportunus locus. Primũ de medio tollit opinio hæc libertatẽ quo ad ſpecificationẽ, concedit enim poſita efficaciori aduertẽtia, nõ poſſe voluntatẽ ferri proſecutiuè in aliam partem cuius bonitatem inefficacius repræſentat.

Secundũ, hac doctrina paratur via ad euertendã libertatẽ, quo ad exercitiũ, qua enim ratione ipſe defendit nõ poſſe voluntatẽ amare obiectũ inefficacius repræſentatũ; dicat quiſpiã non poſſe nõ amare obiectũ efficacius repræſentatũ, eo quod efficacior aduertentia nõ ſolũ adimit libertatẽ amandi aliud bonũ determinãdo in amorẽ propoſiti ſic obiecti; verum etiã habere virtutẽ determinãdi ad exerciciũ adimendo libertatem ſuſpendendi actum. Hæc quidem magni momenti abſurda ſunt, nec facile erit rationem diſcriminis ſolidam conſtituere, ſi rem attente conſideret lector.

Tertiũ in ſentẽtia negante purã omiſsionẽ liberã hoc magis vrget, & probo euerti libertatẽ, quo ad exercitiũ hac ratione. Etenim poſita aduertentia efficaciori boni propoſiti, non poteſt volũtas ab eo fugere aut directe, aut indirecte, etenim ad eam fugã ex parte intellectus requiritur efficacior aduertẽtia commoditatis in nõ amando, hanc verò nõ habet, nam, vt ſupponimus, adeſt in intellectu efficacior aduertentia bonitatis obiecti, at qui ex alio capite in opinione ſubſumpta, nõ poteſt ſuſpẽdere omnẽ actũ, ergo cogitur liberũ arbitriũ ex efficaci propoſitione ad exercitiũ amoris boni, ſic propoſiti. Nec ſatisfacis, ſi dicas poſſe voluntatem intellectum ad alia diſtrahere, nã ad hanc diſtractionem voluntariam prærequiritur efficacior propoſitio maioris commodi in diſtractione, quam non habet. Ergo, &c.

Demũ opinio hæc parat viã ad aliud incõmodũ, nã poſſet pariter quis tueri neceſſariũ ſemper eſſe aliquẽ ſpecialẽ affectũ in voluntate ad liberã electionem obiecti, cur enim plus requiratur determinatiuũ ſpeciale ex parte intellectus, quã ex parte volũtatis? cũ oppoſitũ quotidie cõtingat, nempe voluntatẽ prorrumpere in oppoſitum actũ ei, ad quẽ eã impellebãt, & affectio

affectio eiuſdē,& appetitus propenſio,& corporis temperies: Deinde P. Vazq. fatetur hanc efficaciorem repræſentationem non conſiſtere in intenſione maiori cognitionis, nec conſiſtere poterit in indiuiduatione actus, cur enim indiuiduatio conſtituat eam efficaciam in repræſentatione,& non intenſio? Ait conſiſtere in coaptatione ad voluntatem, at cū hęc coaptatio ex parte actus ſit aliquid reale ei intrinſecum, aut eſt intenſio, aut indiuiduatio, nam alia prædicata realia, quę habet vt gradū ſpecificum, nihil referunt ad rem noſtrā, denique ſi intellectus non cognoſcit quid ſit hęc coaptatio, qua ratione voluntas ei cum non habet alicuius obiecti efficaciorem repræſentationem imperare poterit, vt ea n habeat? poterit quidē imperare, vt repetat cognitiones, vt intendat non tamen, vt eliciat eam, quæ ſibi coaptata eſt, ſicut non poteſt imperare vt eliciat hunc potius actum, quam alium in indiuiduo, propter incognitam indiuiduationē. Ergo nec actum coaptatum propter incognitam coaptationem. Hoc manifeſte cernitur in primo actu voluntatis in quocumque negotio, tunc enim vnam partem habet efficacius repræſentatam quam aliam, nec voluntas habet aliam efficaciorem repræſentationem maioris commodi, aut vtilitatis indiſtractione intellectus ab eo obiecto, quod efficacius habet repræſentatū. Ergo cum ex vna parte non poſſit amare obiectum, quod habet inefficacius repræſentatum,& ex alia non poſſit ſuſpendere omnem actum ſaltem naturaliter, & ſecundum aliam ſententiam, nec de potentia abſoluta, efficitur omnem primum actum neceſſarium eſſe, ex hoc autem euertitur omnis libertas in 2.& 3.& cæteris, vt manifeſtum eſt. Quapropter vt Deus,& Angeli liberè eligūt ex obiectis contrarijs, aut incompoſsibilibus æquè bonis, æqualiter repræſentatis, ita noſtra voluntas, quæ eſt diuinæ libertatis veſtigium, atque participatio, id etiam poterit: omitto, alia abſurda in ſupernaturalibus, videlicet P. Vazq. neceſſario conſtituere phyſicum diſcrimen antecedens inter auxilium efficax,& ſufficiens, cum ſit conuerſio,& non poſſe vnum cōuerti cum æquali auxilio phyſico antecedenti cum quo alter non conuertitur, quod abſurdū eſt magni momenti in noſtra doctrina, vt conſtat ex noſtris ſcriptoribus in hac materia. Ad hæc leuibus fundamentis Pater Vazquez in hanc ſententiam inductum eſſe ſuo loco demonſtrandum, pro præſenti hæc indicaſſe ſufficiat.

43 Poteſt igitur libertas creata ex duobus hominibus in omnibus paribus, quem libuerit eligere in amicum nullo præſuppoſito amore ex parte voluntatis, nulla inæquali repræſentatione ex parte intellectus, non igitur ad amandum vnum præ alio præſupponi debet inæqualitas, ex parte obiectorum.

Quæ diximus ſane probant dilectionem, & electionem eiuſdem obiecti & in nobis, & in Deo eſſe eundem actum v. g. voluntas dandi prædeſtinatis gloriam ſimul eſt electio, & dilectio, dilectio quidē, vt ait D. Th. in hoc art. 4. *S. Thom.*
in quantū vult eis hoc bonū ſalutis æternæ; electio autē in quantū hoc bonū aliquibus præ alijs vult, cū quoſdā reprobet. Modo mens. D. Th. explicanda, dicat aliquis eū locutū de electione & dilectione cōparatione diuerſorū obiectorū, nimirū, vt dilectio ſit illa, qua vult bonum gloriæ prædeſtinatis, electio vero, qua media gratiæ,& tunc dilectio præcedit electionem, vt intentio finis præcedit electionem mediorū. Verum hæc explicatio aduerſatur verbis D. Th. in hoc art. 4. ibi *vnde prędeſtinatio aliquorum in ſalutem æternam præſupponit ſecundum rationem, quod Deus illorum velit ſalutem, ad quod pertinet electio,& dilectio*, ecce, ait ad eandem ſalutem pertinere electionem,& dilectionem, nihilominus dilectionem præcedere ratione electionem.

Alio ergo modo mens D. Th. venanda, omnis electio eſt dilectio; vt probatum eſt, non 44
vero è conuerſo omnis dilectio eſt electio. Licet aliqua dilectio ſit electio. Etenim tota ratio dilectionis ſolum eſt volitio dandi bonū alicui, præſcindit vero à comparatione aliorum qui poſponuntur: ratio vero electionis, in quā tum cū dilectione conuenit, inuoluit voluntatem dandi alicui bonum,& non dandi alijs, ſiue formalem, vt ſi ponas duos actus voluntatis, ſiue virtualem, vt cum quis animaduertens ſe poſſe dare quatuor perſonis aliquod bonum vni confert, hoc ipſo interpretatiuè libere omittit collationem eiuſdem in alios, in ſentētia probabili, quę defendit puram omiſſionem liberam. Igitur, quotieſcumque reperitur ſola dilectio, diſtinctus actus eſt, ab eo, qui eſt ſimul dilectio, & electio, ratio diſtinguendi deſumitur ex duplici capite. Primū ex parte intellectus: nam dilectio ſolū petit propoſitionem vnius perſonę,& boni conferendi, electio verò petit propoſitionem pluriū, aut perſonarum, aut bonorum, inter quę collatio facienda, in mea verò ſententia, quam ex profeſſo probaui 1. 2. ad quæſt. 6. & 18. diuerſitas propoſitionis ex parte intellectus neceſſario inducit diuerſitatem affectuum ex parte voluntatis. Secundum ex parte ipſius actus, quatenus dilectio nullam habet adiunctam nolitionem, ſed præſcindit, habet verò electio ſiue formalem, ſiue virtualem, vt explicui.

Vera rei explicatio, & mentis S. Th.

Electio ſemper habet nollitionē adiūctam, non dilectio.

Quotieſcumque autē prædeſtinatus à Deo eodem

Digitized by Google

Quænam rationis prioritas. codẽ actu diligitur, & eligitur ſimul ſiue ad gloriã, ſiue ad gratiã, quin præſupponatur ex parte eius aliqua inæqualitas. Actus ille, vt dilectio, ideo eſt prior ratione, quã idem, vt electio, quia à dilectione ſecundum propriam rationem non ſubſiſtit conſequentia ad electionem, vt non valet, ab animali ad hominem: reſpectus nãque dilectionis vniuerſalior eſt, è cõuerſo vero valet ex electione ad dilectionem, vt ex homine ad animal, quo prima euacuatur difficultas.

45 *Expeditur difficultas in nobis.* Secũda facilior eſt, nõ negat D. Tho. electionẽ noſtrã, qua aliquem in amicũ eligimus eſſe dilectionẽ, & cum ait in nobis electionẽ præcedere dilectionẽ, nõ agit de dilectione incluſa in ea electione, ſed de alia perfectiſsima dilectione, quę ex cõſortio cum amico excitatur. Vt manifeſtũ eſt in amore cõiugali, qui coſequitur ad electionẽ Mariæ in vxorẽ, in hoc autem ſenſu locutũ S. Tho. ex ipſo cõtextu tã clarè apparet, vt opus non ſit inductione eius. At hæc dilectio perfectiſsima, quę ſubſequitur electionem in nobis, in his caſibus, non eſt electio, cõparat igitur S. Tho. actũ eligẽdi, qui præcipue electio eſt, & aliqualis dilectio, cum perfectiſsima dilectione, quæ nulla ratione electio eſt, itaque in Deo, & in nobis eodẽ modo ſe habent, ſi cum proportione fiat comparatio, contrario verò modo, ſi, vt facta eſt à D. Thom. vt expediuimus iam.

Caput VI. *Prouidentiæ, & prædeſtinationis eſſentiam conſtare actibus intellectus, & voluntatis.*

46 PROVIDENTIAE, & prædeſtinationis, quo ad præſens inſtitutum eadẽ eſt ratio, quia in eo tantum differũt, vt ſæpenotaui, quod prouidẽtia latius patet, & ad cuncta creata ſe ſe diffundit, prædeſtinatio verò ſolũ cõtinet ſaluãdorũ prouidentiã, & dona gratiæ præparat in fine æternę fælicitatis ſupernaturalis, vnde in hac difficultate, vt in cæteris vtriuſque diſputatio cõiuncta eſt, & qui eas diuidũt, actũ agunt, & quia vt capitibus ſuperioribus expeditũ in prædeſtinatione intercedũt actus intellectus diuini, & actus volũtatis, hinc prædeſtinatio, & prouidẽtiã declaratur à Patribus modo vocibus, quę ſignificãt actũ mentis, modo, quę ſignificãt actũ voluntatis, ex Patribus Dyoniſ. de diuinis nominibus cap. 12. *Veritas* (inquit) *proſpicit cuncta prouidentia mirabili*, proſpicere autẽ actus mentis eſt, pariter Boætius lib. 4. de Cõſolat. proſa 6. *modus* ait *rerum Cũ in ipſa diuinæ intelligẽtia puritate cõſpicitur prouidẽtia nominatur*. Et paulo inferius *prouidentia eſt ipſa diuina ratio in ſummo Principe cõſtituta, quæ omnia diſponit*. Item Aug. lib. 83. quæſtionũ quæſt. 31. explicãs ex inſtituto partes prudẽtię ait prouidẽntiã eſſe partem eius, partes verò prudẽtię ad mentẽ ſpectant, vnde ibidẽ *prouidẽtia eſt*, ait, *qua aliquid videtur futurũ antequam factũ ſit*, quę verba habet Tullius lib. 2. de inuẽtione paulo ante finẽ. Item lib. de dono perſeuerantię cap. 17. in principio prædeſtinationẽ ſic deſcribit, *Nã in ſua, quæ falli, mutarique nõ poteſt præſciẽtia opera ſua diſponere, id omnino, neque aliud quidquã, eſt prædeſtinare*, & cap. 14. declarat prædeſtinationem per præſcientiã beneficiorũ, quibus certiſsimè liberantur, quicũque liberantur, vbi notanda ſunt verba illa, *præſcientia*, & *certiſsime*, quę ad mentem ſpectant. Fauet etiam D. Paul. ad Rom. 8. & 11. ibi *non repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit*. In quę verba vide Aug. vbi ſupra cap. 18. aliquando ait prędeſtinationem ſignificari nomine *præſcientiæ*, & infra. *Hoc quod ait præſciuit non rectè intelligitur, niſi prædeſtinauit*. S. Thom. quæſt. 22. art. 1. prouidentiã expreſſe explicat pèr actum mentis, & quæſt. 5 & 6. de veritate art. 1. nomen ipſum prouidẽtię hoc etiam ſignificat, in quantum deriuatum à verbo *video*, vt notaui diſp. 21. ca. 1. Hic obſerua pro hoc inſtituto adduci ſolere teſtimonia alia, in quibus prædeſtinati dicuntur præordinati, ea conſultò prætermitto, quia præordinatio communis eſt actibus rationis, & voluntatis, vnde non probant prædeſtinationis eſſentiam præcipue in mente conſiſtere.

Dyoniſ. Boetius. Aug. Tullius. Ad Rom. 8. & 11. S. Th.

Propter hæc graues ſcholaſtici docuerũt eſſentiam prouidentiæ, & prædeſtinationis in recto, & intrinſecè ſolum conſtitui per actus intellectus actus verò voluntatis, qui intercedunt ſolum in obliquo, & extrinſecè connotari, ita antiquiores ex Thomiſt. cum D. Tho. vbi ſupra, & quæſt. 23 arti. 2. Capreol. diſt. 40. quæſt. 1. arti. 2. Ferrar. 3. contra gentes cap. 64. Caietan. & Vañes hic, Aluar. lib. 5. de Auxil. diſp. 35. Ex noſtris eam tenet Bellarmi. 2. de gratia & libero arbitrio cap. 9. in fine, is vero author imperiũ impulſiuũ intellectuale quod refutaui cap. 4. adſtruxit, & in eo conſtituit eſſentiam prædeſtinationis, adduci etiam poteſt Pater Molina in art. 1. quæſt. 22. & P. Valentia. ibidẽ to. 2. Fonſ. 3. tom. met. lib. 6. cap. 2. quæſt. 5. 47 *Cõſtat actibus mentis prædeſtinatio.*

Capr. Ferr. Caiet. Vañes. Aluar. Bell. P. Mol. P. Val. P. Fonſ.

Nec non etiam ijdem Patres declararunt prouidentiam & prædeſtinationem vocibus, quę ſignificant actus voluntatis. Et primo ſi expendas *Etiã voluntatis.*

Digitized by Google

expendas adducta teſtimonia ex Aug. vtrumque actum videntur includere: nam in illo cap. 17. de dono perſeuerātiæ, prædeſtinare nō ſolum dixit eſſe præſcire, ſed etiam diſponere, diſpoſitio verò rerum ad præſcientiam addit actum voluntatis. Hic aduerte Aug. in illis verbis nomen *prædeſtinare* latius vſurpaſſe, vt notaui diſp. 21. cap. 1.

Porro cap. illo 14. vbi prædeſtinationem in propria vſurpat ſignificatione, ait eſſe præſcientiam, & præparationē, præparatio vero ad præſcientiā aliquid addere debet, ne Aug. cōmittat inutilē repetitionē, dum definitione declarat naturā rei, ergo addit actum voluntatis. Fauet D. Paul. ad Rom. 8. ibi *quos præſciuit, & prædeſtinauit.* Ergo ſi *præſcire* in eo loco ſolū ſpectat ad mentem, vt aliqui arbitrantur, *prædeſtinare* amplius eſt quam *præſcire*, quod ſi *præſciuit*, etiam referatur ad voluntatem, vt alij putant, innuit D. Paul. vtrumque actum in natura prædeſtinationis contineri. Aug. ad hoc habet egregia verba lib. de prædeſtinat. ſancto. cap. 10. ibi *prædeſtinatio ſine præſcientia eſſe non poteſt, poteſt autem ſine prædeſtinatione eſſe præſcientia*, in quibus apperte ſignificat prædeſtinationem addere aliquid ad præſcientiam, veluti ſi quis diceret, non poteſt eſſe homo ſine corpore, corpus autem ſine homine eſſe poteſt, apertè ſignificaret naturā hominis aliquid vltra corpus eſſe.

Ad Rom. 8.
Aug.

48 *Explicatur Paulus ad Roman. 11.* Tol.

Neque etiam multum fauet Paul. in eo cap. 11. cuius verba iam retuli ſupra. Primò quia illud verbum *præſciuit* non ſolū *præſcire*, ſed etiam *decernere* ſignificat, vt notauit Tolet. ibi ex verbo græco reſpondente, ne igitur Iudæi exiſtimarent ſolum Paul. inter illos vocatū & electum, cæteros vero repulſos dixit *non repulit Deus plebem ſuā, quam præſciuit*, hoc eſt ex populo Iſraelitico, quem vocat plebem ſuam, alios etiam prædeſtinauit. Secūdo quia, ex Chryſoſto. ſententia, is eſt Pauli ſenſus, licet Deus non admiſſerit omnem populum, nec etiam repulit omnes, ſed eos, quos crediturum præſciuit, vocauit, & fecit de Eccleſia ſua. Tertio quia Aug. ſupra cap. 18. explicans hoc teſtimoniū dixit, nomine præſcientiæ aliquando ſignificari prædeſtinationem in quo ſatis indicat prædeſtinationem aliquid aliud continere vltra præſcientiam, cum aliquando dumtaxat nomine præſcientię ſignificetur, ſi vero prædeſtinationis eſſentia in ſola præſcientia conſiſteret, ſemper per præſcientiam ſignificari deberet. Quarto denique quia AEucum. & recentiores quidam illa Paul. verba non referunt ad prædeſtinationem, ſed dicta eſſe ad gentes, & hunc habere ſenſum, Deus prænouit populum Iſraeliticum, quem multo ante, quam gentes vocaret inſignibus beneficijs cumulauit eſſe plebē ſuam. De mente D. Tho. & qua ratione prouidentia ſit pars prudentię, infra numero 51.

Chryſ.
Aug.

49 Damaſc.

Rurſus Damaſcenus 2. fidei orthodoxę cap. 29. prouidentiā & prædeſtinationē per actum volūtatis expreſſe declarat, ibi. *Prouidētia eſt voluntas Dei per quā res omnes apte, cōgruęque gubernantur*, & infra *quod ſi prouidentia nihil aliud eſt, quam Dei voluntas*, &c. quā ſententiā in progreſſu capitis nō ſemel inculcat. Fulgēti. lib. 1. ad Monim. cap. 7. ad finē ſic ait. *Vtrumque autē prædeſtinando præparauit in illa incommutabili voluntate*, ergo prædeſtinationem refert ad volūtatē. Ita Proſp. lib. in reſponſ. ad Gallos cap. 8. & Neemeſ. lib. de opificio hominis cap. 43. maxime fauent huic locutioni ea ſcripturę loca, in quibus prædeſtinati appellātur dilecti, & electi, quę retuli cap. 5. in principio.

Fulg.
Proſp.
Neemeſ.

50 Scot. *Qui cōſtituant prædeſtinationis eſſentiā in actu voluntatis.*

Hinc manauit ſecunda ſcholaſticorum ſententia, quæ cōſtituit prædeſtinationis eſſentiā in actu volūtatis, ita Scotus in 1. diſt. 40. quæſt. 1. *prædeſtinatio eſt* (ait) *electio creaturæ intellectualis vel rationalis ad gratiam, & gloriam.* Item in 3. diſt. 7. quæſt. 3. eodē fere modo Bonauent. in 1. diſt. 40. arti. 1. quæſt. 2. & Gregor. ibidem quæſt. 1. arti. 1. Ex noſtris P. Suar. lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis cap. 17. & P. Vazq. diſp. 87. cap. 3. & P. Leſſ. diſp. doctiſſima de prædeſt. hominum & Angel. ſect. 1. præcipue conſtituunt eſſentiam prædeſtinationis in actu voluntatis connotato in obliquo actu intellectus, qui etiam referunt Gabriel. & Aureol.

Bon.
P. Suar.
P. Vazq.
P. Leſſ.
Gabr.
Aureol.

P. Molin. *Qui in vtroq;.*

Ex his duabus ſententijs tertia cōflata arriſit quibuſdam eam plane amplexus eſt P. Molin. quæſt. 22. arti. 1. diſp. 1. §. *quod ſi petas*, & quæſt. 23. diſp. 2. §. *ſtatuenda eſt nihilominus.* P. Becanus 1. tom. ſummæ Theologiæ cap. 14. quæſt. 2. Ex antiquis eam tenet Alen. 1. part. quæſt. 26. de prouidentia, & de prædeſtinatione quæſt. 28. memb. 1. arti. 2. & 3. P. Suar. ſupra cap. 17. refert pro ea Petr. de Tarātaſia alij referunt Rogeriū, Petrū de Aquila apud Aquar. in additionibus ad Capreolum in 1. diſt. 40. & in controuerſijs verbo *prædeſtinatio* hi ergo Doctores naturam prædeſtinationis ex vtroque actu intellectus & voluntatis intrinſece conſtituunt, muniti præſidijs extremarum ſententiarum.

P. Becan.
Aleſ.
P. Suar.
Tarant.
Roger.
Petrus de Aquila.

51 *Authoris reſolutio.*

Breuiter ſic ergo rem difinio. Primò arbitror quæſtionē eſſe de nomine, & parum intereſſe vtrouis modo loquaris. Secūdò arbitror ſecundā ſententiam primæ præferendā propter vrgentiora fundamenta, vt vidimus, & etiam, quia in triplici ſcientia Dei naturali, conditionata, & libera vix eſſentia prædeſtinationis adæquatè cōſtitui poteſt. Nā, vt oſtēdo capi. ſequēti, nec ſcientia ſimplicis intelligētię, nec

Digitized by Google

viſionis conſtituunt intrinſecè prædeſtinationem, ſcientia autem conditionata ſola indifferens eſt ad prædeſtinatos, & nõ prædeſtinatos, nã per eam Deus nouit media infallibilia, quibus nõ prædeſtinati cõſequerentur vitã æternã, vnde natura prædeſtinationis in ea ſola intrinſecè conſtitui non poteſt. Ad hæc quis neget prædeſtinationem eſſe liberã, & opus eximiæ miſericordiæ? igitur in actu intellectus ſolo conſtitui non poteſt. Solum obſtare poſſe video D. Tho & Boetium, qui prouidentiam declararunt per actus rationis. Verum D. etiã Tho. quæſt. 5. de veritat. arti. 1. ait in prouidentia includi intellectum, & voluntatem, vnde in alijs locis ſolum voluit actus mentis vel radicaliter, vel formaliter eſſe de ratione prouidentiæ. Ita etiam intellige Boetius Demũ tertia ſententia omnibus mihi videtur præferenda, quippe quæ præſidia habet ambarum factionum.

Explicatur Doctrina D. Th.

Caput VII. *Prouidentiam, atque prædeſtinationem definio, & ſeligo actus intellectus, & voluntatis, in quibus earum natura conſtituenda.*

52 PRO ſententiarum varietate variæ conſtructæ ſunt prouidentiæ, & prædeſtinationis definitiones, celebriores ſolum refero, & in earũ declaratione diiudico actus intellectus, & voluntatis, quibus earũ conſtituitur natura.

Niſſ. Variæ prouidentiæ definitiones. S. Tho. Boetius.

Atque in primis prouidẽtia à Niſſeno lib. 8. Philoſophiæ cap. 2. ita definitur; *Prouidẽtia eſt procuratio Dei circa ea, quæ facta ſunt.* D. Thom. quæſt. 22. art. 1. *Prouidẽtia (ait) eſt ratio ordinis rerũ in finẽ in Deo exiſtens.* Vbi etiã refert definitionẽ Boetij lib. 4. de Conſolatione proſa 6 paulo à principio. *Prouidentia eſt ipſa diuina ratio in ſummo omniũ Principe cõſtituta, quæ cuncta diſponit.* In his definitionibus actus mentis expreſſe ſignificatur. Itẽ actus voluntatis à Niſſeno in verbo *procuratio*, à Boetio in verbo *diſponit*. Minus expreſſe à S. Tho. quapropter eius definitio ſic poteſt expreſsius cõcinnari. *Prouidentia eſt conceptio mediorum in mente Dei, quibus vnaquæque res perduci poſſit ad ſuum finem, & propoſitum conferendi ea.*

S. Th. Vt verum ſit prouidentiã eſſe partem prudentiæ principalem. Ariſt.

Expediendũ modo quomodo verũ ſit, quod D. Tho. in prædicto ar. 1. & ſæpe aliàs repetit prouidentiã eſſe partẽ prudentiæ principalẽ, quod videtur difficile, quia Ariſto. 6. Ethicor. cap. 5. definit prudentiã eſſe rectam rationem agendorum, etenim per prudentiã, quæ eſt virtus intellectualis, prudens cognoſcit quid ſit honeſtũ, quid turpe in quouis negotio, ex principijs moralibus: prouidentia verò eſt Dei voluntaria ordinatio omniũ rerum in ſuos fines, quid ergo prouidentia commune habet cum prudẽtia, vt pars eſſe poſsit illius? At hæc prouidentia reſpectu ſui non eſt in Deo, quippe qui nullũ habet finẽ, ad quem ordinetur, eſt autem prouidentia monaſtica, & perſonalis, nã, vt optimè notauit Leſſ. de iuſtitia in principio cap. 2. dub. 1. num. 5. prudentia perſonalis eſt ſtrictè, & propriè prudentia, in quantum ordinat ſubiectum, in quo eſt, Deus verò ordinatiſsimè procedit in ſuis virtutibus.

P. Leſsius.

Notandum prouidentiam habere & partes ſubiectiuas, & partes potẽtiales, & integrales; ſubiectiuæ ſunt illæ, quibus prudentia diuiditur in ſpecies, vt in monaſticam, æconomicã, politicam, legis latricem; potentiales tres ſolent annumerari, ſcilicet eubuliam, ſyneſim, & Gniomem. Hoc eſt bene conſultare, bene iudicare, ac rectè præcipere. Partes integrantes ſunt, quæ ad rectum vſum prudentiæ neceſſariò concurrunt, quæ octo numerari ſolent, de quibus S. Tho. 2. 2. quæſt. 49 nimirum, memoria, intelligentia, docilitas, ſolertia, ratio, prouidentia, circunſpectu, cautio, vt proprio loco explanandum. Interim cõſule Leſſ. ſupra. Ecce prouidentia eſt pars prudentiæ in quantum neceſſaria eſt prudẽtia, vt rectè ſe gerat in ſuis functionibus: etenim, ſi quis neſciat ordinare ſe in ſuum finem per media conſentanea, non poterit prudentia aſſequi quid agendum ſit pro finis conſecutione, quid ve fugiendum. 53

Partes prudentiæ ſubiectiuæ, potentiales, & integrales. S. Th.

Rurſus Niſſeni definitio nobis oſtẽdit ſciẽtiam, & voluntatem circa ſubiecti productionem, de quo eſt prouidentia, non includi in eſſentia prouidentiæ, ſed ſolum præſupponi dũ ait, eſſe procurationem circa ea, quę facta ſunt, de qua re dixi nonnulla diſp. 21. cap. 4. ſcientia igitur, & voluntas mediorum ſunt de ratione prouidentiæ. Et infra tractans prædeſtinationem aliqua adiicio.

Voluntas producendi ſubiectũ ex Niſſeno non ſpectat ad eſſentiam prouidentiæ.

Vt hoc explicem, noto duplicem diſtingui deberi prouidentiã aliã naturalẽ, aliam moralem, prima eſt de rebus rationis expertibus. Secũda de participibus. Circa entia expertia rationis cũ productio earũ non ſit effectus prouidentiæ, ſolum conſeruatio, & cooperatio in operando directè à prouidentia manant: vnde ſcientia, qua Deus cognoſcit, quo pacto hæ res conſeruandæ ſint, & cooperandũ cum illis, voluntas item cooperandi, & conſeruandi conſ-

Quid prouidẽtia naturalis.

Digitized by Google

conſtituunt eſſentialiter harum rerum prouidentiam. Hic aduerte circa ſcientiã, eam pertinere ad naturalem, & ſimplicis intelligentiæ, & condicionatam neceſſario inuoluere, primã in quantum cognoſcit naturam conſeruationis, & cooperationis, ſecundam in quantum etiam Deus cognoſcit fore, vt res in ſuo eſſe conſeruentur, & exerceant ſuas operationes, ſi ipſe eas conſeruet, & præſto ſit ad concurrẽdum. Scientia vero viſionis, quæ conſequitur ad cõſeruationem, & cooperationem exiſtentem ſupponit prouidentiam: quippe, quæ merè ſpeculatiua eſt, & verſatur circa rem exiſtẽtem, vnde ſupponit effectum prouidentiæ, vt fuſe docui in tractatu de ſcientia Dei diſp. 10. cap. 1. & iterum dicimus infra declarando actus in prædeſtinatione incluſos.

Prouidentia moralis quid

54 Prouidentia moralis, vt condiſtinguitur à ſupernaturali, dirigit creaturas ratione præditas in finem moralium virtutum per media cõducentia. Verum, quia eadem eſt de hac diſciplina, quæ de prædeſtinatione, quæ eſt prouidentia ſupernatulis moralis, hæc proportionato modo definienda eſt, ac prædeſtinatio, & eoſdem in ſua eſſentia continet actus.

Definitiones prædeſtinationis Scotus. Bonau. S. Tho. P. Mol. Bell.

Vt in prouidentia: ita in prædeſtinatione varias conſtruxerunt definitiones authores Scholaſtici, celebriores ſolum refero. Scotus in 1. diſt. 40. quæſt. 1. & Bonauent. per actũ voluntatis definiunt prædeſtinationem, verba retuli ſupra cap. 6. numero 50. D. Thom. q. 23. artic. 1. ſic definit: *prædeſtinatio eſt ratio tranſmiſsionis creaturæ rationalis in vitam æternam*. Hæc definitio ſuboſcura eſt: & ſi eandẽ, ac cæteræ ſententiam contineat, particula illa *ratio* intelligenda eſt de ratione practica, ſeu ſcientia approbante, quæ includit voluntatem efficacem conferendi media gratiæ efficacia, hoc eſt præuiſa effectum ſortitura, ſi *per creaturam rationalem* intelligas etiam Angelos, communis eſt hæc definitio prædeſtinationi hominum, & Angelorum. P. Mol. q. 23. diſp. 1. hanc egregiũ cõcinnauit definitionẽ, *prædeſtinatio eſt ratio ordinis, ſeu mediorum in Deo, quibus præuidet creaturam rationalem perducendam in vitam æternam, cum propoſito eundẽ ordinem exequendi*. Aliam habet definitionem Card. Bellarm. prædeſtinationis hominum propriam, in hunc modum, *Prædeſtinatio hominum eſt prouidentia Dei, qua certi homines ex maſſa perditionis miſericorditer ſelecti, per infallibilia media gratiæ, in vitam diriguntur æternam* Hanc ſuſcipio declarandam definitionem per ſingula verba, tum quia continet in ſe, & magis explicat celebrem illam Auguſtinianam definitionem, quam memoraui ſæpe. *prædeſtinatio eſt præſcientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſsime liberãtur, quicunque liberantur*; tum quia doctrinam determinat ad ſpecialem hominum prædeſtinationem, de qua eſt noſter ſermo: tum denique, quia omnia complectitur, & vocibus congruis explicat.

Explicatur definitio prædeſtinationis

Voluntas creandi ſubſtantiã prædeſtinatio non includitur in eſſentia prædeſtinationis. S. Tho. Ad Rom. 8. Aug.

Verum quædam prius notanda. Primum cognitionem, & voluntatem creandi ſubſtantiam hominis prædeſtinati regulariter præſupponi quidem, non vero includi in eſſentia prædeſtinationis, vt in ſimili dixi de prouidentia, & probari poteſt primo ex S. Thom. 3. par. quæſt. 1. art. 3. ad 4. vbi ait prædeſtinationẽ præſupponere ſciẽtiam futurorum, quod quidem neceſſario intelligendum de ſubſtantia prædeſtinati. fauent verba Pauli ad Rom. 8. ſæpe relata, vbi vocatione, iuſtificatione, & glorificatione complexus videtur omnes effectus prædeſtinationis, nec numerat ſubſtantiã prædeſtinati, id etiam indicant omnes definitiones relatæ. Denique, quia Chriſti Domini merita ſunt cauſa omnium effectuum prædeſtinationis; Chriſtus vero non eſt mortuus pro nõ exiſtentibus, vt crearentur, ſed pro impijs, vt iuſtificarentur, vt dixit Aug. epiſt. 105. colum 3. alia, quæ ad hoc ſpectant in diſp. 30. cap. 5. vbi de effectibus prædeſtinationis; dixi vero regulariter, quia non repugnat in aliquo caſu ſubſtantiam ipſam prædeſtinati à Deo impetratam precibus Sanctorum eſſe effectũ ſpecialem prælectionis ad gloriam, ſicut & preces ipſas, vt citato loco expediendum. 55

Secundum notare oportet erga gloriam, quæ eſt finis prædeſtinati duplicem Dei volũtatem diſtinguendam eſſe. Prima terminatur ad illam per modum intentionis, ſiue communi complacentia cum reprobis, ſiue ſpeciali cum prædeſtinatis, de quo diſp. ſequenti. Hæc ratione noſtra imperat præſcientiam mediorum, & voluntatem ea conferendi, nam ea eſt quaſi radix, & prima cauſa totius ordinis prædeſtinationis. Secunda eſt voluntas conferendi cum effectu gloriam, & ſubſequitur præuiſionem meritorum, & deceſum in gratia prædeſtinati. De priori illa voluntate obiter obſeruabam capite ſuperiori ex S. Tho. in ſuo art. 4. huius quæſtionis, non pertinere ad eſſentiam prædeſtionis, quia ea electio, aut dilectio ratione præcedit prædeſtinationem, in quantum prædeſtinatio eſt mediorum præparatio: nam ſi completè eam ſummas, ea eſt prima radix totius ordinis prædeſtinationis, & vt ſic in ipſa prædeſtinationis eſſentia includi cẽſeri poteſt: de voluntate vero ſecunda conferendi de facto gloriam, an includatur in eſſentia prædeſtinationis ad finem art. expedio, & diſp. 30. cap. 4. 56

His prænotatis, quo ad ſcientiam, ſit prima concluſio, ſcientia conditionalis, quæ præce- 57 1. Con.

Scientia, quæ dirigit voluntatem conferentem media, eſt de eſſentia prædeſtinationis.

dit, dirigitq; voluntatē cōferendi media efficacia gratiæ, eſt de eſſentia prædeſtinationis. Hāc concluſionem tuentur omnes noſtri Scriptores, quos retuli ſupra cap. 3. qui ſimul docēt, & ſcientiam conditionalium neceſſariam eſſe ad prædeſtinationem, & ad eſſentiam eius pertinere, aut in recto, aut in obliquo, in quo ſolum in quæſtione de nomine diſcordant. Probo concluſionem hac ratione manifeſta, ex omnibus definitionibus relatis conſtat aliquā ſcientiam pertinere ad eſſentiam prædeſtinationis, ſed prædeſtinatio eſt perfectiſsima prouidentia: ergo ſcientia, quæ pertinet ad eſſentiam prædeſtinationis eſt ſcientia conditionata; probo conſequentiam hanc ex his, quę dixi fuſe cap. 3. numero vbi, ni fallor, demonſtraui prouidentiam erga creaturas rationales non fore perfectiſsimam circūſcripta ſcientia conditionali.

58 *Scientia conditionalis de eſſentia prædeſtinationis.*

Hoc loco obſerua ad voluntatem illam cōferendi media gratiæ duas ſcientias præcedere ratione noſtra in Deo. Prima ſcientia ſimplicis intelligentiæ, qua Deus nouit poſſe prędeſtinatum per ea media conſequi vitam æternam. Secunda conditionalis, qua Deus nouit fore, vt prædeſtinatus cum effectu illam conſequatur, ſi media adhibeantur; illa prior ſciētia prærequiritur ſane ad prædeſtinationem, non tamen in ea includetur. Moueor primo, quia nulla eſt neceſsitas eam includendi. Secundo, quia definitiones prædeſtinationis relatæ non indicant eam includi. Tertio, quia proximius, & magis per ſe pertinet ad prouidentiam ſcientia conditionalis, quam illa: ergo ea eſſentialior eſt.

59 2. Concl.

Secunda concluſio, ſcientia hæc conditionalis non ſolum attingit media gratia, quæ in hac vita conferuntur, ſed etiam gloriam vitæ æternæ: itaque iudicium illud conditionale, quo Deus cognoſcit fore vt iſte conſequatur gloriam, cooperando vltimæ vocationi congruæ intrinſece conſtituit eſſentiam prædeſtinationis. Concluſio probatur quia glorificatio ipſa annumeratur inter effectus prædeſtinationis, vt notaui ſupra capite. 2. in principio, & dicendum diſp. 30. de effectibus prædeſtinationis cap. 4. nam licet glorificatio ſit finis reſpectu mediorum gratiæ, attingitur tamen intrinſecè tanquam obiectum incluſum inadæquato obiecto prædeſtinationis, vnde definitiones ſupra relatæ ſemper eā exprimunt: ergo ſcientia conditionalis, vt eam attingit intrinſece componit eſſentiam prædeſtinationis.

60 1. Obiectio

In duabus concluſionibus præfatis diximus ſcientiam conditionatam, quæ præcedit voluntatem conferendi omnes effectus prædeſtinationis, qua quidem ratione diſtinguenda eſt per diuerſa iudicia pro diuerſitate effectuū ingredi conſtitutionem eſſentiæ prædeſtinationis. Verum contra vtramque eſt prima obiectio, ſcientia conditionalis indifferens eſt comparatione prædeſtinatorum, & reproborum, nam in omnibus hominibus nouit media infallibilia gratiæ, quibus ſi adhiberentur, conſequerentur finem vitæ æternæ: ergo non poteſt conſtituere eſſentiam prædeſtinationis.

Obiectiones contra vtramque concluſionem.

Reſponſio.

Reſpondeo, probare quidem obiectionem non conſtituere in omni ſua latitudine, & extenſione, neque eam ſolam eſſe eſſentiam; non vero probat eam, quaſi partem ſcientiæ conditionatæ, ad quam accedit voluntas conferēdi media infallibilia gratiæ pro libito Dei, nō conſtituere eam, vt alteram intrinſecam partem, exemplum habes in omnibus compoſitis ex materiā, & forma, quorum naturam intrinſecè conſtituit materia indifferens ad omnia alia compoſita, non ſecundum omnem ſuā latitudinem, & extenſionem, ſed ſecundum eam portionem, quam ſibi copulat forma: ita in noſtra re.

Secunda obiectio, ſi ſcientia conditionata intrinſece conſtituit prædeſtinationem merita ſub conditionate futura mouerunt voluntatem Dei ad prædeſtinandum hominem, conſequens eſt abſurdum, ſapit enim Pelagianiſmum, & labitur in ſemipelagianiſmum: ergo, &c. maiorem probo, & declaro à ſimili, ſi Pater haberet duos filios, & præſciuiſſet alterum virtuti, & litterarum ſtudio operam nauaturum, alterum vero vitijs, & libidini, ſi eos mittat in academiam Salmanticenſem, certè præſcientia hæc merito moueret voluntatem Patris ad mittendū ſtudioſum, non ad mittendum libidinoſum: ergo pariter in noſtra re. 61

Reſpondeo negando primam maiorem; ad probationem primo negandum eſt Patrem illum moueri ex præſcientia boni vſus alterius filij, tanquam ex cauſa meritoria, moueretur quidem tanquam ex fine, ſibi enim propoſuit, vt finem progreſſum filij in virtute, & doctrina, & prouidentia nouit ad hunc finem fore vtile mediū pro eo filio, ſi ſe conferret in Academiam Salmanticenſem: hinc prudenter elegit medium illud, in quo cernitur etiam, qua ratione prouidentia ſit pars prudentiæ, vt dicebam ſupra num. 53.

62 *Merita cōditionata nulla ſunt*

Secundo, eſt notandum diſcrimen inter Patrem comparatione eorum filiorum, & Deum comparatione prædeſtinatorum, & reprobatorum; nam Deus ex æquo habet vtrorumque corda in ſua poteſtate, vt quocunque voluerit flectat illa auxilijs congruis, quæ ſuppetunt, quæque per ſcientiam conditionatam præſcita ſunt. At Pater ille humanus neutrius filij voluntatem

Digitized by Google

voluntatem in ſua habet poteſtate:igitur, nec Deum mouere poterant potius merita ſub cõditionate futura prædeſtinati, quam reprobi, vt vellit conferre huic hæc media,illi illa; præterquam quod, nec merita, nec demerita non exiſtentia abſolute, nullam habere virtutem meritoriam, aut demeritoriam contra Semipelagianos compertum eſt aput Catholicos; quapropter nec etiam Pater ille moueri potuit ad mittendum filium ex bono vſu cõditionato praſcito, tanquam à cauſa meritoria, ſed tanquam à cauſa finali, quæ non ſolum in ſtatu conditionato, ſed etiam in poſsibili virtutem habet cauſandi, vt dicẽdum eſt diſp. 23. cap. 2. vbi explico diſcrimen inter cauſalitatem meriti, & finis.

63 *3 Concl. Scientia viſionis omnium effectuum non poteſt eſſe de eſſentia prædeſtinationis.*

Tertia concluſio, ſcientia viſionis effectuũ prędeſtinationis à primo vſque ad vltimum, vt eos ſubſequitur, non eſt de eſſentia prædeſtinationis. Concluſio hæc manifeſte probatur hac ratione, quia prius, quam intelligamus hanc ſcientiam in Deo, prædeſtinatio præſupponitur, ſiue completa, ſiue incompleta comparatione effectus iam exiſtentis: ergo ſcientia viſionis non poteſt conſtituere eſſentiam prædeſtinationis, ſed eã ſubſequitur propter perfectionem ſcientiæ Dei, cui nihil ſcibile ſubduci poteſt.

64 Verum contra hanc concluſionem objiciat aliquis, voluntas conferendi gloriam eſſentialiter ſupponit præuiſionem meritorum. Itẽ voluntas omnium effectuum prædeſtinatorũ eſſentialiter ſupponit præuiſionem meritorũ Chriſti Domini: ergo ſaltim hæ præuiſiones, quæ antecedunt voluntates, & conferendi gloriam, & prædeſtinatis omnes, & ſingulos effectus erunt de eſſentia prædeſtinationis.

Scientia viſionis eſt conditio eſſentialis

Reſpondeo has præuiſiones eſſe conditiones eſſentialiter prærequiſitas, quatenus ad collationẽ rei, vt præmium, requiritur ex parte præmiantis meritum exiſtens præuiſum, & cum Deus adultis conferat gloriam, vt præmium comparatione eorũ, & omnibus prædeſtinatis omnia auxilia gratiæ, vt præmium comparatione Chriſti. Hinc eſt præuiſiones illas neceſſarias conditiones eſſe ad hos effectus prædeſtinationis ob circunſtantiam præmij, non vero eſſentialiter incluſas in eſſentia prædeſtinationis. Etenim productio horum effectuum non dirigitur per has præuiſiones, ſed per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, qua Deus nouit quonã pacto producendi ſint ſecundum eorum naturam, & per præſcientiam conditionatam, quatenus neceſſaria eſt ad rationem perfectæ prouidentiæ, vt ſæpe explicatum, ea autem ſola ſcientia quæ dirigit voluntatem producentem effectum prædeſtinationis eſſentialiter includẽda eſt in eius eſſentia.

Quarta concluſio, volũtates omnes conferendi prædeſtinationis effectus à primo vſque ad vltimum, qui terminatur in gloria intrinſece conſtituunt eſſentiam prædeſtinationis. 65

4. Concl. Volũtates conferentes media de eſſentia prædeſtinationis.

Concluſio hæc probata, & declarata eſt in præcedentibus; erga eam duo obſeruanda. Primũ voluntates has ratione diſtinguendas eſſe ſecundum diuerſitatem effectuum. Secundum priores, aut poſteriores eſſe ratione ſecundũ effectuum prioritatem, aut poſterioritatem, in quibus prioritas ſumenda ex independentia, poſterioritas ex dependentia, vt explicui cap. 2. Tertium, voluntatẽ effectus antecedentis ad liberum vſum efficacem eſſe, eius vero, qui pẽdet à libero vſu nõ eſſe omnino abſolutam antecedenter ad præuiſionem cooperationis, de quo tracto fuſe diſp. 23. cap. 9.

Prouidẽtia eſt genus ad prædeſtinationem.

Ex his facillimo negocio definitionem, cuius verba diſcutẽda ſuſcepimus, enucleabimus in qua prima particula erat *prouidentia Dei*, quæ veluti genus quoddam comparatione prædeſtinationis, optime conſtituũtur in prima parte definitionis, prouidentiã vero eſſe genus ad prædeſtinationem docet S.Th. q. 6. de veritate art. 1. & in 1. diſt. 40. quæſt. 1. art. 2. & bene explicatur à. P. Suar. lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis cap. 18. eſt igitur prædeſtinatio pars ſubiectiua prouidentiæ, etenim licet vtraque ſit actus immanens, & æternus Dei; in quibus nihil partis, nihil totius, nihil generis, ſpeciei nihil: at quemadmodũ ipſos actus inter ſe ratione noſtra diſtinguimus, & cogitamus, vt ſpecie diuerſos per diuerſitatem ſpecificam obiectorum, quæ connotant; ita rationem quandam vniuerſalem, in qua conueniunt actus illi, cogitamus, per quam conſtituimus prouidentiam vniuerſalem, & veluti logicè communem prouidentię naturali, & morali, & ſupernaturali, & inter ſupernaturales communem prædeſtinationi hominum, & Angelorum, ſecundum quam conſiderationem propoſitio hæc *prædeſtinatio eſt prouidentia*, eſt ſimilis huic *homo eſt animal*.

S. Thom. P. Suar.

66 *S. Tho. Quomodo differant prædeſtinatio hominũ, & Angelorum.*

Petes, an prædeſtinatio hominis veluti ſpecie differat à prædeſtinatione Angelorum? videtur reſpondere negatiue D. Thom. in hac quæſt. 23. art. 1. ad 3. nam cum ſibi obieciſſet probans diuerſas eſſe, eo quod prædeſtinatio hominum liberat à miſeria peccati, non Angelorum, reſpondet diuerſitatem termini, à quo non diuerſificare motum, ſed diuerſitatẽ termini ad quem, vt dealbatio eiuſdem rationis eſt licet, qui dealbatur, ſit niger, aut viridis: ita prædeſtinatio hominum, & Angelorum eiuſdem rationis eſt, licet, qui prædeſtinatur, ſit poſitiue miſer per peccatum, ſiue non.

Verum negari non poteſt in prędeſtinatione hominum reperiri quoſdam actus ſcientię, & voluntatis

Digitized by Google

& voluntatis, veluti diuerſos ſpecie per ordinem ad diuerſam ſpecie ſeriem mediorũ, quæ reperiuntur in prædeſtinatione hominũ:nam primum, ſi prędeſtinatus paruulus eſt conſequitur vitam æternam per remedium originalis efficaciter applicatum ſine vllis internis vocationibus, quæ in omni Angelorum prædeſtinatione neceſſariæ ſunt. Deinde, ſi prædeſtinatus adultus eſt, eget vocatione congrua ad pœnitentiam, aut ad ſatis paſsionem, non Angeli, excipio B. Virginem Mariam, quæ, quia nullum habuit peccatum actionis in prædeſtinatione eius nõ fuit neceſſaria vocatio ad pœnitentiam. Porro alia extrinſeca auxilia gratiæ, vt prædicatio, mors amici, pia educatio, natiuitas inter Patres chriſtianos, & alia huiuſmodi non reperiuntur in prædeſtinatione Angelorum. Denique, ſi permiſsiones peccatorũ actualium ſunt effectus prædeſtinationis negari non poteſt eſſe in prædeſtinatione hominũ diuerſos effectus, & conſequenter diuerſos actus in Deo.

D. Thom. explico in terminis, *à quo* per accidens, vt cõſtat ex exemplo ab ipſo allato, in quo priuatio albedinis eſt terminus, *à quo* per ſe motus dealbationis, non vero color fuſcus, aut viridis: itaque ſolum affirmat prædeſtinationem hominum, & Angelorum eſſe eiuſdem rationis in effectibus, iu quibus miſeria peccati habet ſe per accidens, vt in augmẽto gratiæ, & virtutum, in collatione vberiorũ auxiliorum ex merito, in termino viæ, in gratia, non vero negat in alijs effectibus diuerſis ſpecie etiam diuerſitatem in prædeſtinatione, vt ſatis manifeſte oſtendimus. Itaque prouidentia genus eſt, & pars ſubiectiua prædeſtinatio, non atoma, ſed ſubalterna.

67 *Prædeſtinatio eſt pars ſubiectiua prouidentiæ contra Caiet. & P. Vaz.*

Caietanus in articulo 1. huius quæſtionis refragatur, negans prædeſtinationem eſſe partem ſubiectiuam prouidentiæ, & affirmans eſſe obiectiuam. P. Vazquez in quæſt. 23. diſp. 87. cap. 5. §. an vero ſit, conſentit Caietano. Verum negari vlla ratione poteſt eſſe partem ſubiectiuam, vt à nobis explicatum eſt: nec quidquam afferunt momenti Caiet. & Vazquez, fatemur igitur prædeſtinationem eſſe partem obiectiuam, ſeu intrgralem diuinæ prouidentiæ, non ſumptæ præſciſiue, vt dixi, ſed quatenus in ſuo ambitu, & latitudine complectitur & obiecta prædeſtinationis, & alia plura, at negandum ideo non eſt eſſe ſimul partem ſubiectiuam. *Eſt etiam pars obiectiua.*

68 *Solius Dei eſt prædeſtinare.*

Rurſus in propoſita definitione ponitur prouidentia *Dei*, quia nullus præter Deum poteſt prædeſtinare, ſicut nec gratiam conferre in ordine ad gloriam. Porro dicitur *certi homines*, quia nec omnes homines ſunt prædeſtinati, nec in numero confuſo, ſed determinato, atque diſtincto. Rurſus dicitur ex *maſſa perditionis*, quia licet Deus ante peccatum originis voluerit liberaliter omnibus conferre gratiam, & gloriam quantum eſt ex ſe: at ordo ille præordinationis fuit ſine effectu, & interceptus per peccatum. Vnde efficax prædeſtinatio, quæ modo eſt, initium habuit poſt peccatum originis ſecundum magis probabilem ſententiam. Ad hæc dicitur *miſericorditer ſelecti*, quia noſtra prædeſtinatio fuit opus diuinæ miſericordiæ excellentiſsimum, quo naturam perditam à peccato liberauit, illa vero vox *ſelecti* referenda non eſt ad præelectionem efficacem gloriæ ante merita præuiſa, quia hoc ſub opinione eſt, & definitio rei, quantum fieri poteſt continere debet doctrinam certam: quippe, quæ eſt principium ſcientiæ in ſcientia. Demum dicitur *per infallibilia media gratiæ*, quia prædeſtinatio certiſsima eſt, & ſemper conſequitur finem vitæ æternæ, vt dixi diſputatione 21. capite 4. & in progreſſu ſæpe dicendum, qua ratione vero infallibilitas prædeſtinationis componatur cũ libertate noſtra ſatis eſt ſignificatum à nobis ſupra capite 3 id præſtari beneficio ſcientiæ conditionalium, & plura dicta ſunt in tractatu de ſcientia Dei diſputatione 7. capite 8. 11. & 12. & alia dicenda diſputatione ſequenti.

***
**
*

DISPVTA-

DISPVTATIO VIGESIMA TERTIA.

VTRVM IN DEO SIT VOLVNTAS abſoluta dandi gloriam prædeſtinatis, ante præuiſa eorum merita.

Diſtincta quatuordecim Capitibus.

In 1. Notationes pro ſtatu controuerſiæ.

In 2. Quo pacto ſe gerat diuina voluntas circa finem, & media, & circa præmiũ, & merita.

In 3. Vtraque ſententia affirmans, & negans præelectionem gloriæ ante præuiſa merita, & vtriuſque propugnatores.

In 4. Quinque teſtimonia Sacræ Scripturæ, quæ allegantur pro ſententia affirmante diſcutio,

In 5. Alia quædam teſtimonia pro ſententia negante diſcutio.

In 6. Quantum faueat D. Auguſtinus ſententiæ affirmanti.

In 7. Teſtimonia Auguſtini pro electione poſt merita, & intelligentia mentis ipſius in hac controuerſia.

In 8. Electionem abſolutam ante præuiſa merita non eſſe neceſſariam.

In 9. Intentionem omnino abſolutam gloriæ ante merita prædeſtinati, pugnare cum libertate eam acquirendi, & amittendi.

In 10. Electionem abſolutam ante præuiſa merita pugnare cum alijs diuinis decretis, ac præcipue cum voluntate dandi gloriam propter merita.

In 11. An per ordines intentionis, & executionis fiat ſatis argumento capitis ſuperioris.

In 12. Diſcutiuntur cætera, quæ pro ſe adducit P. Suarez, & maior doctrinæ noſtræ declaratio.

In 13. Explicatio, & defenſio propriæ ſententiæ.

In 14. Quædam argumenta contra doctrinam capitis ſuperioris, & ſolutiones.

EX QVÆSTIONE XXII. S. THOMAE ARTICVLVS QVARTVS.

Digitized by Google

VTRVM PROVIDENTIA REBVS PROVISIS NECESSITATEM IMPONAT.

CONCLVSIO S. Thomæ. Non omnibus rebus à ſe prouiſis neceſſitatem imponit, ſed ſolis iis, quibus præparauit cauſas neceſſarias.

EX QVAESTIONE VIGESIMA TERTIA ARTICVLVS QVARTVS.

VTRVM PRAEDESTINATI ELIGANTVR A DEO.

CONCLVSIO S. Thomæ. Omnes prædeſtinati à Deo ſunt electi, & dilecti.

Caput. I. *Notationes quædam pro ſtatu controuerſiæ.*

PRAENOTANDVM primò
diſputationem hanc, quæ eſt fa-
cile princeps in hac materia in-
1 ſtitui poſſe inter Catholicorum
prædeſtinationem, & deſperatã
Caluiniſtrarum, atque ſectatorum eius: nam hi
aſſerunt primo, Deũ æterno ſuo decreto quoſ-
dam homines ad vitam æternam, alios ad mor
Prædeſtinatio Caluini per quinque aſſerta. Caluin.
tem, & damnationem prædeſtinaſſe, nullo ip-
ſorum merito, aut culpa, ſed quia ipſi ita pla-
cuit: ita Caluinus lib. 3. institution. cap. 21.
§. 5. in hæc verba. *Prædeſtinationem vocamus
æternum Dei decretum, quo apud ſe conſtitutum
habuit, quid de vnoquoque homine fieri vellet,
non enim pari conditione creantur homines, ſed
aliis vita æterna, aliis damnatio æterna præor-
dinatur,* & §. circa finem, *dicimus* (ait) *æter-
no, & immutabili conſilio Deum ſemel conſti-
tuiſſe, quos olim aſſumere vellet in ſalutem, quos
rurſum exitio deuouere. Hoc conſilium, quo ad
electos in gratuita eius miſericordia fundatum
eſſe aſſerimus, nullo humanæ dignitatis reſpe-
ctu, quos vero damnationi addicit, iis iuſto qui-
dem, & irreprehenſibili, ſed incomprehenſibili
ipſius iudicio, vitæ additum præcludi.*

Secundo, aſſerunt hoc Dei decretum à Deo
2 fixum; atque immutabile eſſe, vt tollat omnẽ
arbitrii noſtri libertatem in negocio prædeſti
nationis, ac reprobationis, ſed ineuitabili qua
dam neceſſitate hos ſaluari, illos perire; hoc
aſſeruit Caluin. lib. 3. inſtitutio, cap. 23. §. 8.
ibi. *Non dubitabo igitur cum Auguſt. ſimplici-
ter fateri voluntatem Dei eſſe rerum neceſſita-
tem, atque id neceſſario futurum eſſe, quod ille
voluerit,* & lib. 2. inſtitutio, cap. 3. §. 10. ita
*voluntatem mouet, non qualiter multis ſæculis
tradditum eſt, & creditum, vt noſtra poſtea ſit
electionis, motioni, aut obtemperari, aut refra-
gari, ſed illam efficaciter afficiendo, illud ergo
toties à Chryſoſtomo repetitum repudiari neceſſe
eſt, quem trahit, volentem trahit.*

Tertio, aſſerunt ſolis prædeſtinatis dari fidẽ
in Chriſto, quam amittere non poſſint, repro- 3
bis vero negant omnem fidem, & gratiam; hoc
aſſerit Caluin. lib. 3. inſtitutio, cap. 24. §. 6. ibi,
*Cum orat Chriſtus pro omnibus electis idem illis
precatur, quod Petro, vt nunquam deficiat fides
eorum, ex quo elicimus extra periculũ defectio-
nis eſſe.* De reprobis eodem lib. 3. cap. 21. §.
7. *quemadmodum vocatione, & iuſtificatione
electos ſuos Dominus ſignat: ita reprobos, vel
a notitia ſui nominis, vel ab Spir. Sanct. ſancti-
ficatione excludendo, quale maneat eas iudiciũ,
iſtis veluti notis aperit.*

Quarto, aſſerunt prædeſtinatos ſolos eſſe in 4
Eccleſia per fidem adſcriptos, reprobos, & à
fide, & ab Eccleſia excluſos.

Denique prædeſtinatorum peccata, & ſi gra
uia, non imputari, reprobos vero impelli, &
neceſſitari ad peccandum, & miſere eos deci-
pi, ac illudi, & illuſos in æterna ſupplicia præ-
cipitari. Hac doctrina conſtat Eccleſia Calui-
niſtica, quæ verius eſt quidam cento ex anti-
quarum hæreſum fragmentis callide, ac mali-
tioſe conſutus, vt optime, dixit, P. Mart. Bec. Becan.
1. tom Opuſcul. Theol. in principio, vbi do-
ctrinam Caluini de prædeſtinatione, quam ille
ſparſam, & diffuſam habet, ac multis implica-
tam

Digitized by Google

tam ambagibus, ad paucas propoſitiones reuocat, & vno aſpectu intuendas proponit, vt fugiant Catholici, & vt ſacris ſcripturis, & antiquitati Patrum repugnantes doctè, & compendioſe refutat; vide etiã ipſum 1. tom. ſummæ Theologiæ cap. 16. vbi differentiam inter Caluiniſtas, & Pelagianos, atque Catholicos doctè confert.

Non diſputatur de meritis ex naturæ viribus.

5 Secundo prænotare oportet nos in hac diſputatione non agere de meritis ex viribus naturæ, neque enim diſquirimus, an electio ad gloriam fuerit facta, poſt, aut ante merita ex viribus naturæ, ſed ex gratia, nam diſp. hæc ſolum inſtituitur inter Catholicos: controuerſia vero de meritis ex viribus naturæ ſpectat ad errorem Pelagij, & Cæleſtij, & ſectatorum, de qua re multa neceſſario dicenda diſp. 25. vbi de cauſa prædeſtinationis ex libero arbitrio.

Nec niſi de adultis

Tertio præmonere oportet, in ſolis adultis prædeſtinatis diſputationem noſtram locum habere, neque enim in paruulis ſunt merita, aut demerita: nam, & ſi præuideantur à Deo opera eorum mala, aut bona conditionalia, ſi diu viuerent, in his tamen nullam eſſe rationẽ meriti, aut demeriti Catholica doctrina contra Semipelag. docet.

6 Quarto, prænotandum etiam hanc controuerſiam de electione abſoluta ad gloriam ante præuiſa merita, adhuc inter Catholicos Doctores in diuerſis principiis diſputari poſſe, nam quibuſdam eorum affulſit iam notitia ſcientiæ conditionalis, alijs vero adhuc in tenebris iacet, cùm his diſputatio non tam acris eſt; nam circunſcripta ſcientia hac conditionali prælectionem illam abſolutam Dei tollere libertatem prædeſtinatis, ſicut, & phyſicam prædeterminationem in ſingulis actibus, à noſtris eſt non ſemel efficaciter demonſtratum, videat lector, ſi placet, quæ in noſtro tractatu de ſciẽtia Dei diſp. 6. cap. 2. de Phyſicis prædeterminationibus, & capite 3. & diſp. 19. c. 2. de decretis efficacibus actuum liberorum diximus. Inter alios vero auctores Catholicos, qui ſciẽtiã conditionalem eſſe aſſecuti ſunt, acerrima quidem reſtat difficultas, inter quos ſolũ nos rem diſcutimus.

Diſputatio procedit inter aſſertores ſcientiæ conditionalis.

7 Quinto, diſputationem de prædifinitione abſoluta actus boni ante præuiſam cooperationem adeo eſſe cum noſtra connexam, vt ſolũ in materia differat, qui enim tuetur prædefinitionem actus boni conſtare, aut non cõſtare cum libertate in exercitio eius, tueri debet prælectionem hanc gloriæ conſtare, aut non conſtare cũ libertate eam aſſequendi, aut amittendi; ergo quæ nos in hac prælectione, quæ eſt propria materiæ noſtræ dixerimus, facile ad prædifinitiones applicari queunt.

Quia vero totus noſter ſermo circa actus liberos Dei verſari debet ad rem magis accedentes, notare ſexto oportet, eos biſariam conſiderari poſſe. 8 Primo, vt ſunt in Deo reales ipſius perfectiones. Secundo, vt à nobis concipiuntur terminari ad obiecta creata libere, quæ terminatio in Deo eſt eſſentialiter connotans extrinſecam creaturam, nihil tamẽ nouę perfectionis ei adfert, vt in tractatu de voluntate Dei diſp. 16. dixi. In prima conſideratione actus liberi Dei nullam cauſam, aut rationẽ motiuam habent, aut habere poſſunt, vt ſint, quia, vt ſic ſunt, ipſe Deus, vnde D. Th. in hac quæſt. 23. art. 5. ait nullum fuiſſe ita inſanę mentis, qui diceret merita eſſe cauſam diuinæ prædeſtinationis ex parte actus prædeſtinantis, qua ratione intelligendus etiam eſt ipſe 3. p. quæſt. 24. art. 4. & antiqui Scholaſtici in 3. diſt. 7. In ſecunda vero conſideratione negari non poteſt actus liberos habere ex parte creaturarum aliquam rationem motiuam, ſeu conditionem, ſine qua non licet nõ proprie cauſam phyſicam.

S. Tho.

Deus reſpicit rationem mouendi in creaturis. S. Tho.

Quod vero actus liberi Dei in hac conſideratione habeant cauſam motiuã ex parte creaturarum, ſeu rationem formalem, quaſi ſpecificantem oſtendo ex eleganti doctrina S. Th. 1. p. quæſt. 21. art. 3. vbi declarans eſſe in Deo miſericordiam ſecundum effectum, non ſecundum paſsionis affectum, ſumit principiũ hoc nimirum communicare perfectionem eſſe cõſentaneum bonitati diuinæ, ſiue per iuſtitiam, ſiue per liberalitatem, ſiue per miſericordiam, in quantum Deus communicat creaturæ perfectionem aliquam ex motiuo ſuæ bonitatis actus ille eſt charitatis proprie in Deo, in quãtum vero tribuit, non intuitu propriæ vtilitatis, ſed, vt ſeruet medium rationis, eſt actus libertatis, in quantum vero tribuit, vt cõſtituat æqualitatem, vt cum dat præmium proportionatum merito, & pœnam culpæ, eſt actus iuſtitiæ. Denique in quantum tribuit, vt depellat defectus à creatura, eſt actus miſericordię: ecce actꝰ hi liberi propter diuerſas rationes formales motiuas in creaturis cõſtituuntur pariter, & diſtinguntur in ratione virtutũ moralium.

Demum, quis neget voluntatem remuneratoriam dandi gloriam prędeſtinato, propter merita habere ipſa merita cauſam motiuam, & taxantem pœnam reprobato propter demerita pariter ipſa eſſe cauſam motiuam. Itẽ merita Chriſti eſſe cauſam motiuam voluntatis cõferendi ſingulos effectꝰ prędeſtinationis? ergo negari à nullo Theologo poteſt hos actꝰ liberos Dei habere cauſas motiuas ſui, vt explicatum eſt.

Digitized by Google

prædeſtinauit vos in adoptionem filiorum Dei, & adultis prædeſtinatis, & præmium meritorum, nam comparatione illorum gloria habet rationem mercedis, coronæ, atque præmij: ergo eodem actu, quo Deus intendit gloriam prædeſtinatis, vult gratiam, & merita ſaltim in confuſo, & disiunctim, nam licet hæc gratia, aut illa merita determinate neceſſaria non ſint pro aſſecutione finis: at hæc, aut illa gratia, hæc, aut illa merita inconfuſo, aut disiunctim neceſſaria ſunt. Itaque volitio gloriæ reſpectu paruulorum, eſt ſimul volitio gratiæ perſeuerantis vſque ad mortem; volitio vero gloriæ comparatione adultorum eſt præterea volitio cooperationis liberæ, quatenus eſt volitio meritorum.

12 P. vero Suar. lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis capite 8. §. *prima opinio*, numero 4. inuehitur in hanc ſententiam, & ait, nec aptam eſſe ad explicandas rationes diuinæ prouidentiæ, & prædeſtinationis, nec niti firmo fundamento, & primo impugnat. Quia negare in vniuerſum hæc ſigna rationis in Deo, eſt manifeſte falſum, & contra ſententiam Theologorum, nam prædeſtinatio Chriſti ratione præceſsit prædeſtinationē cæterorum hominum, & in prouidentia reprobatorum voluntas permittendi peccatum, & præuiſio abſoluta eorum ratione præcedunt voluntatem, qua excluduntur à gloria, & manicipantur æternis cruciatibus: & vero, ſi hæc rationis ſigna in prædictis caſibus, & alijs ſimilibus conceduntur, nec in re noſtra negari debent, etenim in præelectione gloriæ, & electione mediorum obijciuntur voluntati Dei res diuerſæ inter ſe ſubordinatæ, & dependentes in aliquo genere cauſæ, nam exiſtentia meriti pendet in genere cauſæ finalis à gloria, vt aſſequibili, è contra gloria exiſtens pendet in genere cauſæ veluti efficientis à meritis exiſtentibus: ergo non poteſt non actus diuinæ voluntatis eſſe multiplex ratione noſtra, & ipſe, vt terminatur ad obiectum prius, præcedere ſe ipſum, vt terminatur ad obiectum poſterius.

P. Suar. Oppoſita ſententia P. Suar. & fundamenta.

Confirmatur, nam finis eſt cuius gratia media appetuntur, media vero non propter ſe, ſed propter aliud appetuntur; ideoque finis prior eſt in intentione, & electio mediorum eſt poſterior: quippe, quæ pendet ab intentione finis, è contra vero finis intentio nulla ratione pendet ab electione mediorum: ergo in Deo etiam intentio finis prior eſt ratione noſtra electione mediorum: probo hanc conſequentiam, quia Deus ordinatè procedit in ſuis actibus appetens nobis finem propter ſe, hoc eſt gloriam, & media finis gratia, hoc eſt merita gratiæ propter gloriam.

Secundum fundamentum: nam poſtquam intelligimus in Deo præelectionem gloriæ per modum intentionis, Deus per ſcientiam conditionatam præuidet diuerſas ſeries mediorum, quibus prædeſtinatus ille infallibiliter conſequetur gloriam, in gradu præfinito: ergo præintentio illa independens eſt ab electione determinati medij: ergo ſaltim eſt prior electione medij determinati; ac ideo nō poſſunt non admitti duo ſigna rationis inter illam præelectionem gloriæ, & hanc electionem determinati medij, quorum alterum ſit prius, alterum poſterius.

Hæc ſunt, quæ ab ijs doctoribus vtrinque differuntur ad breuitatem redacta, cuperem litem hanc inter Magiſtros meos, & amantiſſimos Patres, potius componere, quam alteri ſuffragari, vt vero muneri noſtro ſatisfaciam rem ipſam ſincere explicare conabor, quibuſdam propoſitionibus.

Res expli catur quibuſdam propoſitio nibus.

13 Obſeruo vero prius controuerſiam, vti propoſita eſt, non ſolum habere locum in abſoluta præintentione finis comparatione efficacis electionis mediorum, ſed etiam inconditionata intentione finis: nam, vt illa eſt virtualis volitio mediorum, quæ neceſſaria ſunt: ita hæc, ſuppono vero circa finem eſſe poſſe conditionatam quandam intentionem, quæ non ſolum ſit ſimplex quædam complacentia in bonitate eius ſecundum ſe, ſed etiam reſpectus quidam voluntatis ad ipſam ſub ratione finis, & aſſequibilis. Hoc conſtat primo experientia in humanis intentionibus, neque enim omnes efficaces ſunt, quia ad hoc difficultatibus, quæ in aſſecutione aprehenduntur, retardantur, nihilominus intendimus finem conditionate, hoc eſt ſub quadam conditione, ſcilicet, quod finis ille abſolutus eſſet ab illa difficultate. Conſtat etiam manifeſte in Deo, qui intendit gloriam reprobis inefficaciter, & conditionate, vt oſtendi diſputatione 17. capite. 3. Quod ſi datur circa finem intentio inefficax diſtincta à ſimplici complacentia in bonitate eius ſecundum ſe, non poteſt non dicere ordinem ad media, & aliqua ratione includere volitionem mediorum, igitur controuerſia hæc non ſolum locum habet in caſu præelectionis abſolutæ, de qua diſceptatio noſtra, ſed etiam conditionatè: at vero diſcuſſio huius doctrinæ vniuerſalioris apprime eſt neceſſaria pro noſtra re.

Locum habet contro uerſia in præle-ctione finis abſoluta, & cō-ditionata.

14 Modo ſit prima propoſitio, optime poteſt diuina voluntas propoſito fine, & medijs gratiæ determinatis, quibus comparandus infallibiliter eſt, ſi adhibeātur vno veluti cōplexu ſuæ voluntatis ferri ſimul ad finem, & ad media determinata: ita, vt adæquatum obiectum eius voluntatis, ſit totum illud collectiuè: in adæquatum vero, aut finis per ſe, aut media

Indiuiſibili actu poteſt diuina voluntas ferri in finem, & media.

ſingula per ſe. In hac propoſitione aduerto primo, me non loqui de electione abſoluta, & efficaci: nam ſi in medijs eſt libertas, & conſecutio finis pendet à libertate, forte cum ea pugnat omne decretum efficax antecedens, de quo infra capite 9. præſcindo ergo ab actu efficaci, & inefficaci. Secundo aduerte, me nihil definire in ea de merito, & præmio, ſed de fine, & medio, licet ex definitione in fine, & medio deducenda ſit definitio in merito, & præmio in pluribus, vt conſtabit in diſcurſu huius capitis. Aduerte tertiò, in propoſita aſſertione me non negare diſtinctionem rationis in vno actu per ordinem ad diuerſa connotata, nam hæc negari non poteſt, quoties plures res obijciuntur actui diuino, ſed ſolum negare diuerſos actus, & diuerſa ſigna rationis cum prioritate, & poſterioritate inter illa.

Probatur ex proprio fundamēto. His poſitis præter fundamenta P. Moli. quæ, vt minimum probant hanc propoſitionem, ſic ego eam probo, & declaro ex proprijs principijs, quæ ieci in tractatu de Scientia Dei diſputatione 5. capite 4. Scientia Dei vno actu in ſua omnipotentia omnes creaturas poſsibiles ſine diſtinctione ſignorum rationis, quorum alterum ſit prius, & terminetur ad omnipotentiam, alterum poſterius, & terminetur ad creaturas; imo vno complexu ſcientiæ creaturas in omnipotentia expreſsiſsime cognoſcit: ergo pariter voluntas propoſitis ſimul fine, & medijs in vtrumque obiectum ferri poteſt, vtrumque expreſſe volēdo; & vt obiectum adæquatum eius ſcientiæ, non eſt omnipotentia ſola in ea ſiſtens, nec creaturæ ſolum, ſed vtrumque ſimul: ita finis, & diuerſa media gratiæ ſimul erunt adæquatum obiectum comparatione eius volitionis: conſequentia hæc videtur ſolida, quia nulla ratio eſſe poteſt, quare in voluntate ſint neceſſario aſsignanda diuerſa ſigna priora, & poſteriora, comparatione cauſæ, & effectus, diuerſique actus, & non in ſcientia comparatione etiam cauſæ, & effectus, vt eſt omnipotētia reſpectu creaturarum.

Ad hominem alia probatio ex P. Su. Porro argumentor ad hominem P. Suar. initium ponit prædeſtinationis in voluntate efficaci producendi hominē prædeſtinatū gloria affectū: ita, vt voluntas illa efficax ſit radix producendi in executione, nō ſolum gloriam, ſed etiam ſubſtantiam prædeſtinati, quin diſtinguat duo inſtātia rationis, cum tamen obiectum eius intentionis ſit multiplex, & vnum cauſa, alterum effectus, quia homo prædeſtinatus perfuſus lumine gloriæ influit in ipſam in genere cauſæ efficientis, & materialis: ergo nihil impediente, quod finis, & media ſint plura obiecta ſubordinata, vnum cauſa, alterum effectus poterit Deus voluntate indiuiſibili ferri in illa, & velle ſimul, vt ſint, & quod vnum ſit cauſa, alterum effectus. Hæc aſſertio eſt de mente Molinæ, & ſatis congruè explicat modum volendi Dei: nam, quo ponitur ſimplicior, eo perfectior, & quo eſt magis conſentaneus modo ſciendi, eo eſſe debet aptior ad modum volendi; nam regula voluntatis diuinæ eſt ſcientia. Secundum eam intellige teſtimonia ex S. Thoma pro ſententia P. Mol. relata, in hoc autem modo cauſalitas, per quam Deus producit media, ſimul procedit ex intentione finis, & electione mediorum, atque adeo eſſentialem habet ordinem ad ea principia, & quocunque mutato variaretur, ſecundum noſtra principia in tractatu de voluntate Dei diſputatione 17. capite 2. & 3.

P. Suarez ſupra numero 13. duobus modis conatur ſoluere argumentum principale; & in primis negat antecedens, aſſeritque ſciētiam Dei, vt terminatam ad omnipotentiam præcedere ratione ſe ipſam, vt terminatur ad effectum.

15 *Prima ſolutio P. Suar. refutatur.* Sed Magiſter ſapientiſsimus merito non quieſcit in hac ſolutione, nam, vt docui citato loco, bifariam Deus cognoſcit creaturas poſſibiles: primo in cauſa: ſecundo ex cauſa, fateor hoc ſecundo modo priorem eſſe ratione cognitionem cauſæ: nam Deus veluti determinatus ex priori cognitione cauſæ pergit ratione noſtra ad aliam poſteriorem cognitionem effectus in ſeipſo: at vero cognitionem effectus in cauſa indiuiſibilem eſſe, hoc eſt ſine ſignis per rationem prioribus, aut poſterioribꝰ, & fatetur ipſe, & poſita probabiliori ſententia de cognitione creaturarum in omnipotentia demonſtrari id facile poteſt.

Secunda ſolutio refutatur. Secundo, ergo reſpondet conſtituendo diſcrimen inter ſcientiam effectuum in cauſa, & intentionem finis, & mediorum, videlicet quod quia effectus determinati ſunt in cauſa, cognoſci poſſunt, & debent per cognitionem indiuiſibilem cauſæ: at finis ſecundum ſe, etiā poſita intentione eius in certo gradu non exigit determinata media, atque adeo non eſt limitata ad electionem determinati medij, vnde inter hanc, & intentionem illam duo ſunt ſigna rationis.

Verum, nec in hac ſolutione animus quieſcit. Primo, quia videtur concedere non poſſe diſtingui duo ſigna rationis inter intentionem finis, & electionem medij neceſſarij, cuius oppoſitum probabo infra concluſione ſecunda. Secundo, quia etiam concedit voluntati diuinæ confuſam electionem mediorum abſolutam; & efficacem, quod etiam falſum puto, vt oſtēdo infra cōcluſione 2. Tertio, quia licet demꝰ P. Suar. poſſe ſe ita gerere diuinam

Digitized by Google

diuinam voluntatem, non tamen ex hoc fit id neceſſarium eſſe; nam licet finis non exigeret media determinata, & eſſet conſequibilis per indeterminata, integrumque eſſet voluntati diuinæ, poſt præintentum finem determinare in hoc caſu electionẽ medij: at vero ſi intellectui proponantur ſimul finis, & media omnia efficacia, quibus infallibilis erit conſecutio, ſi adhibeantur; & claritatis gratia, pono media eſſe quatuor, quare non poſsit voluntas Dei, cui per ſcientiam repræſentantur finis, & omnia media determinata, ſimul vno actu indiuiſibili amplecti, & finem, & quod libuerit ex medijs determinatis, nos vero hucuſq; in noſtra propoſitione ſolum affirmauimus non repugnare actum indiuiſibilem circa finem, & medium determinatum, non vero negauimus aliter etiam ſe gerere poſſe, de quo ſequentibus cõcluſionibus.

Poteſt voluntas Dei ferri in finẽ per media determinata, licet ea non exigantur determinate à fine

16 Secunda propoſitio, non eſt etiam aliquid abſurdi in eo, quod voluntas diuina tendat in finem, & medium, actibus diſtinctis ratione noſtra, & quod alter videlicet terminatus ad finem, ſit prior, & alter terminatus ad media ſit poſterior. Propoſitio hæc facit pro ſententia P. Suar. & præter eius fundamenta, quæ pro ea optima ſunt, & in alijs propoſitionibus magis à nobis vrgenda, nos ex proprijs principijs iactis in materia de ſcientia Dei diſp. 5. cap. 5. ſic eam declaramus, atque probamus. Non repugnat ſcientiam Dei ex cognitione ſuæ omnipotẽtiæ progredi ratione noſtra ad cognoſcendas creaturas in ſe expreſſe, & formaliter, quia creaturæ hoc modo ſcibiles ſunt, & in eo nulla ſubeſt imperfectio, at ſcientiæ Dei tribui debet, non ſolum rerum omnium cognitio, ſed etiam omnis modus eas cognoſcendi, in quo nulla eſt imperfectio: ergo pariter voluntas diuina poteſt ex intentione finis præhabita ratione noſtra veluti procedere ad electionem determinati medij ratione poſteriorem: conſequentia hæc ſolida eſt, & probata à nobis in prima propoſitione, quia diuina ſcientia eſt propria norma, & regula volitionum diuinarum. Notare vero oportet propoſitionem hanc procedere in principijs P. Suar. libertatem diuinam conſtituentis prorſus intrinſecam: at in noſtris, quæ docuimus diſputatione 16. capite 10. & diſputatione 17. capite 3. licet intentio, vt comparatur ad finem prior electione ratione noſtra denominari poſsit, ſumpto fundamento extrinſeco à noſtra intẽtione, & electione: at enim, quia idem habent libertatis exercicium, ratione cauſalitatis per quam agunt, nequaquam eſſe poteſt intentio prior electione ſecundum quod act⁹ liberi ſunt.

Intentio finis, & electio medÿ diſtingui in Deo poſſunt ratione noſtra.

Tertia propoſitio, duæ priores propoſitiones eodem modo locum habent in merito, & præmio, ſicut in fine, & medijs; probatur, quia meritum in ordine ad præmium ſe habet, vt cauſa, vt finis reſpectu mediorum, & licet varia ſint diſcrimina inter modum cauſandi meriti, & finis, quæ explico in quinta propoſitione, nihilominus hæc non obſtant, quominus, & eodem actu indiuiſibili meritũ, & præmium amplecti poſsint à Deo, & diuerſis actibus ratione noſtra cum ſignis prioribus, & poſterioribus: ita, vt voluntas, & præuiſio meriti prior ſit, poſterior voluntas præmij. Hæc concluſio manifeſta relinquitur ex dictis in duab⁹ prioribus, quod vero diſcrimina in modo cauſandi inter meritum, & finem non obſtẽt quominus ea vera ſit, & perſpicuum eſt, & perſpicuum facient, quæ circa quintam concluſionẽ dicenda ſunt. 17

In merito & præmio eandem noſtra doctrina, quã in fine, & medio locũ habet.

Doctrinæ ordo poſtulat, vt ante quartã cõcluſionem fundamẽta ex P. Mol. vt obſtant ſecundæ concluſioni diluamus. Ad primum neganda eſt minor, nam licet inueſtigatio medij, & conſultatio melioris implicet imperfectionem ignorantiæ in eligente, cum proficiſcuntur ex non comprehenſa mediorum efficacia: at ex eo, quod voluntas diuina præeligat finem ſine electione determinati medij, & ex ea præelectione procedat ratione noſtra ad hãc pro ſua libertate, nõ fit hunc modum eligendi procedere ex ignorãtia, vt in ſcientia ex eo, quod ex omnipotentiæ comprehenſione Deus procedat ratione noſtra ad cognoſcendas creaturas in ſe ipſis, non fit priorem illam cognitionem imperfectam eſſe, ſed congruentem alteri cognoſcibilitati, quã creaturæ habent ex Deo: ita prorſus in voluntate, ex eo quod ex fine præintento Deus procedat ratione noſtra ad determinati medij electionem, non fit eum modum præeligendi imperfectionem ignorantiæ inuoluere, ſed congruentem eſſe eligibilitati, quam habent media ex fine, & pro libertate Dei eo modo eligendi applicare ſe poſſe. Vt hoc clarius intelligas propono tibi hominem prudentiſsimum, qui naturam, & vtilitatem mediorum pro fine, quem diligit, habeat vndequaque perſpectam, nonne is poſt prædefinitionem finis, in qua virtute ſunt volita neceſſaria media, progredi poteſt ad electionem expreſſam, & formalem medij determinati, & vt propoſitis duobus obiectis æque amabilibus integrum eſt voluntati pro libertate eligere quod voluerit, vt diximus diſputatione 22. capite 5. ita, licet voluntas, & ſimul poſsit eligere finem, & determinatum medium, & poſt præelectionem finis venire ad determinati medij electionem, integrum tamen ei erit vtrouis horum modorum ſe gerere, cum neuter ſit imperfectioni obnoxius, in principijs

Fundamẽta P. Mol. vt obſtant ſecundæ concluſioni diluuntur.

Sine aliqua imperfectione ex intentione finis priori ad electionẽ medÿ procedi poteſt.

Digitized by Google

cipijs Pater Suarez erga libertatem Dei.

Ad ſecundum, concedo probare in omni intentione finis, vt finis, & voluntate præmij, vt ſic eſſe volita aliquo modo media, & merita: non vero probat eſſe volita expreſſe, & in ſe, ac formaliter, ſed ſolum virtualiter in alio, ſcilicet in cauſa: at nihil repugnat ex volitione finis expreſſa, & ſimul virtuali mediorum procedere Deum ratione noſtra ad formalem electionem determinati medij, vt in ſcientia ſæpe explicatum eſt.

Tertium fundamentum, quod ex recentioribus adiecimus eodem modo ſoluendum eſt; quippe quod ſolum continet difficultatem ſecundi magis explicatam.

18 *Non eſſe in diuina voluntate confuſam electionē mediorum*

Id mihi non mediocrem ingerit difficultatem, quod in ſecunda propoſitione videmur admittere confuſam voluntatem mediorum: omnis autem electio confuſa repugnat Deo, ſicut omnis ſcientia confuſa, ac præcipue in noſtris principijs, ſemper enim in tractatu de ſcientia Dei niſus ſum à ſcientia Dei remouere confuſionem, quare ergo id non præſtamus in voluntate?

Reſpondeo primo, notando aut ad finis cõſecutionem vnicum poſſe ſuppetere medium, aut plura: quando vnicum eſt medium, nulla poteſt eſſe confuſio circa medium; hæc enim verſatur circa plura vagè nullum ex pluribus determinando, is vero, qui præuidet vnicum eſſe medium pro fine, non poteſt electione verſari indeterminatè circa media; poterit quidem illud vnicum medium, & virtute eligere in intentione finis, ſicut in cauſa, & formaliter in ſeipſo ex præintentione finis, vt cum quis aſſentitur principio, ex quo vnica ſolũ poteſt deduci concluſio, duplicem ei aſſenſum exhibere poteſt: primum virtualem in principio determinatum tamen, ſecundum formalem in ſe ipſa, qui etiam determinat' eſt; itaque vterque tam formalis, quam virtualis determinatus eſt, pariter dicito in voluntate, quando medium ſingulare eſt: quando vero plura, difficilior res eſt, quia finis nõ exigit vnum potius, quam aliud: reſpondeo nihilominus ſecũdo, dupliciter voluntatẽ ſe gerere poſſe circa illũ finem: primò, amando illum ſolum ſecundum exigentiam, quam ex ſe habet, ac proinde nihil determinando circa media. Secundo non ſolum amãdo finem ſecundum exigentiã eius, ſed etiam aliquid determinando circa media iam prius præcomprehenſa, vt cum illis determinatã habet cõnexionem. Concedo in priori modo præintendendi finem admitti confuſam electionem mediorum, is tamen proprius eſt voluntatis creatæ, cui non repugnat confuſio, & imperfectio. Porro modus is eligendi procedit ex confuſa, etiam mediorum cognitione ſolum enim intellectus proponebat voluntati aſſequibilem eſſe finem illum per diuerſa illa media ſine determinatione, & collatione illorum inter ſe, quã quidẽ poſtea remiſit præſtandam, cum ad conſultationem deueniendũ eſſet. Nego in poſteriori modo admitti confuſam electionem mediorum, ſed ſolum virtualem determinatam tamen, & is modus eligendi eſt ſane vltra exigentiam finis, nec neceſſari' ex parte ipſius, eſt tamen ex parte voluntatis eligentis, cui repugnat cõfuſio electionis: nam ſicut Deus per ſcientiam proponebat voluntati omnia media determinate, & expreſſe, cõducibilitatem, & efficaciam omnium in gradu determinato: ita voluntas conſentanèe ad ſuã ſcientiam eligere debuit medium ſine confuſione, ſed cum determinatione, aut virtualiter, aut formaliter, vt explicatum eſt.

Poteſt eſſe virtualis electio determinata medij.

Exempli gratia in noſtra materia, Deus præſciebat determinatum gradum gloriæ, quo modo fruitur anima B. Petri, ipſum in hac vita conſecutum iri, ſi conſtitueretur in quatuor rerum ordinibus, & in eis varijs vocationibus congruis à Deo excitaretur, licet gloria illa nõ determinet potius hunc, aut illum ordinem, hanc, aut illam vocationem: at ne cõfuſionem conſtituamus in eligente perfecto, dupliciter ſe potuit gerere volũtas Dei. Primo, expreſſe, & formaliter volendo gloriam, & vnicum determinatum ordinem, & in eo determinatas vocationes, vt poſuimus in prima propoſitione. Secundo, præintendendo illam gloriã cum reſpectu ad determinatum ordinem rerum, determinataſque congruas vocationes, & virtute volendo in gloria ipſas, & ex ea progrediendo ad expreſſam eorũ electionem. Ecce nulla eſt confuſio circa mediũ, cum etiam plura ſuppetunt, & hoc poſuimus in ſecunda propoſitione.

Quarta propoſitio intentio finis formaliter, vt exercet munus cauſæ in mediorum electionem neceſſario eſt actus ratione noſtra diſtinctus ab electione, & conſtituenda ſunt duo ſigna ratione noſtra, alterũ prius intentionis, alterum poſterius electionis; concluſio hæc rẽ magis exprimit, & mentem P. Suar. declarat; pro eius probatione accipe primum eiuſdem fundamẽta poſita ſupra num. 12. & 13. Deinde ſic ego illa premo in hac intentione formali finis, ipſe eſt cauſa mediorum: ita, vt in eo ordine media ab ipſo pendeãt, non è cõtra finis ab ipſis: ergo in eo ordine intentio finis eſt prior electione mediorum, cõſequentia videtur ſolida, nam cauſa non ſolum ſecundum virtutem cauſandi, ſed etiam ſecundum actum primum proximũ: hoc eſt, ſecundũ ſtatũ, & cõditiones, quas petit, vt effectũ producat, eſt prior ipſo, ſed finis non habet ſtatum proximũ cauſandi, niſi 19

Intentio finis cum exercet munus cauſæ diſtinguitur ab electione.

Digitized by Google

niſi aprehendatur, vt aſſequibilis,& prædiligatur à voluntate , etenim ; ſiue bonitas eius ſit ratio cauſandi, ſiue aprehenſio , at certum eſt non inbuere ad electionem medij , niſi vt ſub eſt apprehenſioni,& intentioni, ergo finis cũ exercet rationem cauſæ finalis in media,prior eſt ratione electione mediorum.

Reſpondebis,rationem hanc ſolum probare medium ipſum, vt eſt effectus finis eſſe eius intentione poſteriorem , non vero electioné, quare enim bonitas finis ſimul intenta cum vtilitate mediorum non poterit influere immediate in executionem mediorum , ergo finis poterit eſſe cauſa mediorum ſine prioritate comparatione electionis.

Cum indiuiſibili actu tendit voluntas ad finem, & media non exercet finis propriè rationẽ cauſæ finalis.

Sed contra , non nego voluntatem cum ſimul complectitur finem,& medium,procedere immediatè poſſe ad executionem medij; ſed dico,tunc finem improprie exercere munus cauſæ finalis : licet ſi quis velit hanc etiam rationem cauſandi appellare propriam cauſæ finalis cum eo controuerſia de nomine relinquetur puto verò ipſum impropriè,& largius declarare cauſalitatem finis.Primò,nam ea executio mediorum in dicto caſu non magis procedit ab intentione , quam ab electione, quia actus imperans ipſam ſimul eſt indiuiſibiliter intentio,& electio,at qui intentio finis diuerſum habet influxum in media,quam electio, ergo influxus ille non eſt proprius cauſæ finalis. Secundò,quia cauſalitas finis in hoc differt ab alijs tribus generibus cauſarum, quod hæc producunt ſuos effectus omnino phyſicè ſine interuentu motionis cauſæ liberæ agentis per intellectum,& voluntatem. Illa verò non immediatè producit effectum;ſed prius influit in agens intellectuale mouens ipſum ad electionem mediorum,nam negari non poteſt finem in ſtatu poſsibilitatis , in quo influit per ſe media cauſare non poſſe,item negari non poteſt ea, vt media fieri ab agente intellectuali intellectualiter agente , ergo finis immediatũ influxum habet in actum intellectus,& voluntatis,& prætermiſſo actu intellectus in voluntatem, vel influit electionem ? vel vſum ? non vſum immediatè , ſi is diſtinguitur realiter ab electione,nam ſi non diſtinguitur niſi conſideratione noſtra habemus influere electionem,ſi vero diſtinguitur nõ influere immediatè vſum, ſic probo,quia licet per vſum hic, & nunc facultas executrix immediatè applicetur modo conueniente ad circunſtantias occurrentes: at vſus non verſatur circa media ſecundum ſuam ſubſtantiam,ſed electio,quæ eſt propriũ principium eorum , vt media ſunt ad finem , ergo cum electio influat in media,vt media mediante actu voluntatis,immediatè , & per ſe influit in electionem,quæ per ſe reſpicit media ſecũdum ſubſtantiam,non verò in vſum,qui per ſe verſatur circa circunſtantias occurrentes , vt hic,& nunc conuenienter fiat operatio,nõ poteſt intẽtio finis influere immediatè in vſum, ſed in electionem.Itaque præintentio finis, cũ ille exercet munus cauſæ finalis,prior eſt electione.

20 Hoc loco obſerua,cum dicimus intentionẽ influere in electionem, & hanc eſſe dependentem, verum eſſe in omni rigore de electione, & intentione creata,inter quæ eſt propria cauſalitas,naturæ prioritas,& poſterioritas: at de increata electione etiam,vt libera eſt,& ſecundum terminationem ad medium , verum non eſt , ſi ſermo ſit de propria cauſalitate , aut de poſterioritate naturæ, ſed ſolum de poſterioritate rationis a quo extrinſeca ſine dependentia propria,hæc autem poſterioritas bene explicatur per hanc conditionalem , *ſi deſineret intentio, hoc ipſo intelligeremus deſinere electionem* , non vero è contra , quod magnopere obſeruandum pro omnibus conceptibus ſecundarijs in Deo, qui ſolam habent huius generis poſterioritatem v. g. ſublata natura diuina de medio ſtatim intelligimus ſublatam omnipotentiam, attributa, & relationes, non verò e contra,id eſt obſeruatum à me diligenter in tractatu de ſcientia Dei diſp. 3. cap. 2.& notaui ſupra num.17.qua ratione intelligenda ſint ſecundum noſtra principia in tractatu de voluntate Dei, quo ad diuinam libertatem.

Verum vrgebit aliquis.Non repugnat Deũ eodem actu amare finem propter ſe,& media propter finem,quia vtilia ad finem , ergo non repugnat Deum eodem actu ferri in finem formaliter,& in media,vt media. Antecedẽs probatur primò,quia nulla oſtenditur ratio repugnantiæ. Secundò, quia non repugnat Deum eodem actu intendere exiſtentiam cœlorum v.g.& quod materia ſit cauſa formæ, & forma effectus,ergo pariter non repugnat Deum eodem actu velle finẽ propter ſe,& media propter finem,hoc enim ſolum eſt velle, quod finis ſit cauſa,& media effectus.

Reſpondeo negando primum antecedens, ſi in eo ſermo eſt de voluntate finis ſecundum propriam rationem cauſæ finalis. Ad primam probationem,nego etiam primum antecedẽs, ratio repugnantiæ conſiſtit in hoc , quod cum finis amatur,vt exercet munus proprium cauſæ finalis amatur , vt influens in electionem ipſam, quia illud exercitium habet mouendo agens intellectuale, & non aliter niſi , vt eligat media,vt oſtendi;at repugnat ſimul eſſe ſecundum ſigna rationis cauſam,& effectum,ſeu rationem,quæ ſe habet,vt cauſa,& quæ ſe habet vt effectus,vt ex terminis conſtat , ergo redi-

Mm 4 mus

Digitized by Google

mus iam ſufficientem rationem repugnantiæ. Ad ſecundam probationem tranſeat antecedens, & nego conſequentiam, diſcrimen in eo conſiſtit, quod materia cauſat formam phyſice ſolum, & immediatè, finis verò eſt cauſa medij mediatè media motione agentis intellectualis, vt eligat, vt ſatis explicatum eſt, recognoſce dicta tractatu de voluntate diſp. 17. cap. 2. & 3.

Voluntas meriti formaliter diſtincta eſt à voluntate præmij.

Quinta propoſitio, nec meritum, vt eſt cauſa præmij, nec præmium vt eſt effectus, Deus poteſt intendere eodem actu indiuiſibili, ſed duo actus ratione noſtra diſtincti neceſſarij ſunt, quorum alter, ſit prior, & terminetur ad meritum, & alter poſterior, & terminetur ad præmium. Concluſio hæc eodem diſcurſu probanda eſt, quo præcedens: at, quia in materia noſtra res hæc ſæpe faceſsit negotium, operepretium duxi hoc loco, quia opportunus eſt, modum cauſandi meriti explicare.

Diſcrimen inter cauſam finalem, & meritoriam.

Pro quo nota diſcrimen inter cauſam finalem, & meritoriam, quæ licet in eo affines ſint, quod vtraque influit immediatè in motionē voluntatis, & ideo vtraque non habet virtutem cauſandi proximam niſi prius præexiſtat in mente agentis intellectualis, quem mouet: at in alijs pluribus diuerſam longe ſeruant rationem. Primò finis vltimo exiſtit, ideoque eſt in executione vltimus, licet prior ſit in ratione cauſandi, at meritum primo exiſtit, vt cauſet, & quia eſt meritum, merens aſſequitur præmium; vnde intendens adhibet media finis gratia, hoc eſt, vt ſit finis, merens adhibet meritum, vt aſſequatur præmium, & ideo remunerator dat illi præmium, quia merens habuit meritum. Sic dicimus globum non currere, vt ſit rotundus, quo modo loquendi explicatur influxus cauſæ finalis, ſed currere, quia eſt rotundus, quo modo, influxus cauſæ meritoriæ. Secundò, quod medium, ſimul eſt, & effectus finis ſecundum ſtatum poſsibilitatis in mente exiſtens, in ſuo genere cauſæ, & ſimul cauſa finis ſecundum ſtatum exiſtentiæ in genere cauſæ efficientis: at meritum, vt meritum in nullo genere cauſæ eſt effectus præmij, vt præmium eſt. Semper verò eſt cauſa, vt in appoſito exēplo: rotunditas nunquam eſt effectus curſus globi, ſed ſemper eſt cauſa. Ita expreſſe, atque eleganter docet S. Thom. quæſt. 29. de veritate, quæ eſt de gratia Chriſti arti. 6. ibi. *Nam meritum eſt cauſa præmij, non quidem per modum finalis cauſæ, ſic enim magis præmium eſt cauſa meriti, ſed magis ſecundum reductionem ad cauſam efficientem, in quantum meritum facit dignum præmio, &c.* In quibus obſeruo primo, præmium etiam vt præmium, ſecundum illam bonitatem, quam habet circunſtantia præmij, poſſe eſſe cauſam finalem: poteſt enim adultus

S. Th.

Elucidatur locus obſcurus S. Th.

intendere aſſequi gloriam, non ſolum ſecundum ſe, ſed ſub ratione præmij propter ſpecialem bonitatem, quam habet ex circunſtantia præmij, & ex hoc fine propoſito adhibere media tanquam vtilia ad illum finem, quo caſu ipſa merita ſunt effectus, & poſteriora præmio, in quantum finis, vt ait D. Tho. tunc verò ſummuntur vt media, non verò vt exercent munus cauſæ efficientis. Obſeruo ſecundò merita ſumpta ſecundum hanc relationem cauſę efficientis moralis, hoc eſt, cum mouent remuneratorem ad exhibendum præmium, quia ſunt, & ab ipſo præuidentur nulla ratione, neque in aliquo genere cauſæ eſſe poſteriora præmio. Ratio huius eſt, quam indicauit D. Thom. nimirum, quia ſecundum hanc conſiderationem reuocantur ad genus cauſæ efficientis, cauſa vero efficiens in nullo genere cauſæ eſt poſterior ſuo effectu, nam licet controuerſia ſit in materiali, & formali, an ſint mutuo cauſæ ſibi inuicem, vnaquæque prior, & poſterior in ſuo genere, at de cauſa efficienti comparatione effectus producti fere nulla dubitatio eſt. Dico *fere nulla*, quia nō me latet quoſdam recentiores Theologos affirmare gratiam eſſe poſteriorem in genere cauſæ diſpoſitiuæ, quę reuocatur ad materialem contritione, quam efficit in peccatore pænitente, verum non quæcumque Theologi opinatio veram debet dubitationem ingerere, in hac vero fere nullam eſſe oſtendi in tractatu de Auxilijs.

Cauſa efficiens prior effectu in omni genere cauſæ.

22. Præterea diſtinguendæ ſunt diuerſæ voluntates, quę intercedunt in remuneratore cum ipſe proponit præmium ab eo conferendum. Prima eſt volūtas proponens ſeu promittens præmium, hæc habet pro obiecto ipſam promiſsionem factam communitati hominum, voluntas hæc eſt electio cuiuſdam medij profecta ex intentione meritorum, & præmio, & gloria afficiendi homines, quantum eſt ex parte Dei, ſi ipſi habuerint merita, etenim vt ſint merita, & vt beentur, proponit præmium beatitudinis, in quibus aliæ duæ voluntates continentur, prima meritorum, ſecunda conferendi gloriam. Prima eſt finis proximi; ſecunda remotioris, licet non vltimi, nam Deus propriam gloriam accidentariam, vt finem vltimum intendit, comparatione verò merentis promiſsio præmij non eſt medium, vt comparatione remuneratoris, ſed eſt conditio neceſſaria ex parte finis, ſcilicet gloriæ, nam finis habere debet rationem aſſequibilis, non autem aſſequibilis eſſet gloria ab hominibus, niſi à Deo liberaliter promitteretur. Vltra hæc in remuneratore eſt voluntas efficax iuſtitiæ, aut propriæ, aut communiter dictæ pro ſentētiarum varietate conferens gloriam, quæ pro obiecto habet ipſam externam collationem gloriæ,

Quid volūtas proponens præmium.

Digitized by Google

gloriæ, quam efficit, hæc eſt vltima voluntas poſterior voluntate promittente; voluntate meritorum, intentione illa hominem beatificandi, quantum eſt ex ſe. Si ad hæc lector meus animum adhibeat attentum, eum ſubducet à pluribus æquiuocationibus; quibus quotidie video implicatos iuniores Theologos.

Probatio 1. concluſionis. Ex his euidentem (niſi fallor) deduco probationem huius concluſionis, nam ſi merita comparatione remuneratoris agentis per voluntatem in executione conferentis præmium habent rationẽ cauſæ efficientis moralis, & hæc nullo modo eſt ſuo effectu poſterior, prius à remuneratore præuidentur merita in ſtatu proximo cauſandi, quam influant in voluntatem eius, vt velit exequi efficaciter præmium, at qui ſtatus proximus cauſandi merita, qua ſunt cauſæ efficientes morales eſt ſtatus exiſtentiæ non poſsibilitatis ſolum, nec futuritionis conditionatę, ergo prius præuidentur à Deo exiſtentia merita, quam influant in præmium mouendo Deum, vt velit conferre. Modo ſic infero, ergo voluntas meritorum ſub relatione cauſæ præmij, prior eſt voluntate conferente illud. Probo hanc conſequentiam (quę eſt noſtra concluſio:) quia merita omnia exiſtunt per voluntatem Dei cooperantem, ſed exiſtentia ipſorum, prior eſt voluntate conferente præmium, ergo voluntas meritorum, prior eſt voluntate collationis præmij, inueniuntur ergo duę voluntates ratione noſtra, & duo ſigna, alterum prius meritorum, alterum poſterius præmij.

Confirmatur ratio. Voluntas abſoluta infligens pænam, vt pænam reprobato, eſt poſterior voluntate permittente, & ſcientia præuidente demerita, ergo pari ratione voluntas cõferens præmium, eſt poſterior voluntate, & præſcientia meritorum, quis verò non videat parem eſſe rationem?

Cap. III. Vtraque ſententia affirmans, & negans praelectionem gloriã ante præuiſa merita, & vtriuſq; propugnatores.

23 IN hac tam fuſa controuerſia, tamque difficili ad probabilius ferendum iudicium vtriuſque partis præſidia proponere ſimul, & inter ſe cõferre decreui, vt lector commodius ſeligat ſententiam, & eas diiudicet.

Prima igitur affirmat, prælectionem abſolutam gloriæ præcedere præuiſionem meritorum, & ex ea ratione noſtra procedere electionem mediorum gratiæ infallibilium. Fauet D. Tho. in hoc arti. 4. in quantum aſſerit prædeſtinationem, quam ſummit pro præſcientia ſupponere electionem ſecundum rationem, ibi vero locutum de electione gloriæ, & manifeſtum eſt ex contextu, & nos diſp. 2. cap. 5. docuimus. D. Tho. adhærent diſcipuli, tum antiqui, tum recentiores ex antiquis Hærue. Capreolus in 1. diſt. 41. AEgid. ibidem quæſt. 1. arti. 2. ex Recentioribus Caieta. hic. Vañes, Zumel, quæſt. 1. §. *difficultas quæſt.* Sotus in caput 9. Epiſtol. ad Roman. in digreſsione de prædeſti. Ledeſm. de auxilijs diſp. de hoc argumento 5 concluſione, vbi nota in 3 concluſione aſſeruiſſe oppoſitam improbabilem nõ eſſe. Aluar. lib. 5. de auxilijs diſp 37. concluſione 3. Albelda. Præter Thomiſtas eiuſdem ſententiæ ſunt Scotus in 1. diſt. 41. §. *poteſt aliter* vbi vtitur eo celebri argumento de ordinate volente prius intendente ea, quæ ad finẽ ſunt, quam eligente, ea, quæ ad media. Durand. ibi quæſt. 1. numero 8. & 2. Gregor. quæſt. 2. Circa

24 hos autores duo occurrunt obſeruanda, quæ aliquo modo videntur infringere robur autoritatis eorum. Primum eos apprime non diſtinxiſſe voluntatem omnino abſolutam, vt hodie diſtingui ſolet in ſcholis a voluntate, quæ cum aliquam conditionem in obiecto includat liberæ cooperationis, nihilominus appellatur efficax abſolute, quia effectum ſortitur, & tota difficultas reuocanda eſt ad voluntatem omnino abſolutam, vt cõſtabit capi. 13. Hæc obſeruatio non tam pro recentioribus, quam pro antiquis autoribus notanda eſt. Secundum Doctores hos, quatenus non agnouerunt ſcientiam conditionalium, & ex alia parte admittere videntur abſolutam electionem gloriæ antecedentem operum præuiſionem extra ſtatum noſtræ controuerſiæ eſſe, nec ſuffragari præcipuis propugnatoribus ex noſtra Societate, nam eum ipſi pro certo habeant eam prælectionem circumſcripta ſcientia cõditionali præiudicare libertati, potius propriam desererent ſententiam, quam horum ſuſciperent patrocinium; vt expreſſe teſtatum reliquit P. Suar. in opuſculis lib. 3. de auxilijs cap. 16. numero 8. vbi non negat ſuam probabilitatem oppoſitæ ſententiæ. Excipiendus D. Thom. quippe qui, & ſcientiam conditionalium agnouit; vt docui tract. de ſcientia Dei diſp. 7. cap. 6. & alia fuit eius mens in eo artic. 4.

Præcipua ergo autoritas petẽda eſt à Theologis ſcholaſticis, qui ſimul amplectuntur ſciẽtiam conditionalium, & prælectionem abſolutam gloriæ ante præuiſionem abſolutam meritorũ, optime inter omnes (partem hanc tuetur

Marginal notes: *S. Th.* — *Authores partis affirmantis.* — *Capr.* — *AEgid.* — *Caiet.* — *Vañes.* — *Sotus.* — *Ledeſma.* — *Aluar.* — *Albelda.* — *Scotus.* — *Dur.* — *Greg.* — *Duplex obſeruatio de mente ipſorum.* — *P. Suar.* — *Excipiendus S. Th.*

Digitized by Google

tuetur P. Suar. lib. 1. de eſſentia prædeſtinatiōnis cap. 8. & lib. 3. de auxilijs cap. 16. quē Doctorem aliqui propter modum loquendi congruentem in bonum ſenſum conantur interpretari. Cardi. Bellar. tom. 3. lib. 2. de gratia, & libero arb. cap. 15. Cardi. etiam Toletus in cap. 8. Epiſt. ad Rom. annotat. 31. P. Salmer. tom. 4. 3. parte, tract. 14. P. Enriquez de fine hominis cap. 11. P. Perer. in cap. 8. ad Rom. diſp. 24. Magiſt. Curiel in controuerſijs in cap. 1. Epiſto. 2. B. Petri controuerſia 4. in 4. concluſione. Mendoça Auguſtinianus tranſeunter in quodli. 6. quæſt. Scholaſtica in principio §. *ſecundo loco in principio*. Alexander Peſantius in commentarijs ad vniuerſam Theologiā D. Th. ad 1. p. q. 23. ar. 5. diſp. 10. & 11. Aliqui adducunt pro hac ſententia P. Moli. arti. 2. huius quæſt. diſp. 2. §. *præterea*, & arti. 4. diſp. 1. quia etſi doceat voluntatem dandi gloriam nō eſſe in Deo ante volitionem meritorum, docet tamen eſſe ante eorum præſcientiam abſolutam. Cæterum P. Moli. conſtituit quidem indiuiſibilem voluntatem ad gloriam, & merita, vt vidimus capi. ſuperiori in principio; verum non explicuit; an ea voluntas determinata ad gloriam ſit omnino abſoluta ante præuiſa merita. Vnde frequentius adduci ſolet pro contraria ſententia, quippe qui in ſuis principijs prorſus refellit decreta antecedentia prædeterminatiua, & adſtruit Deum ſemper in ſuis decretis circa liberas actiones reſpicere cooperationem indifferentem voluntatis. Referunt etiam P. Valenti. verum à contraria ſtare magis dicā ſtatim. Hæc eſt huius partis auctoritas ad fidem relata eidem magis ſuffragatur. S. Th. 1. in hoc ar. 4. quatenus docet electionē præcedere prædeſtinationem. 2. quæſt. 6. de verit. ar. 3. quia ait, dicere non electione ſed ſola præſcientia diſcerni prædeſtinatum à nō prædeſtinato, eſſe contra ſacram Scripturam & dicta ſanctorum Patrum.

P. Suar. — Bell. — P. Tolet. — P. Salm. — P. Henriq. — Curiel. — Mend. — Peſan. — *P. Mol. vindicatur ab hac ſententia.* — *P. Valen. a contraria ſententia eſt.*

Hæc duo S. Tho. teſtimonia probant mihi ipſum agnouiſſe aliquam ſpecialem electionē ante merita præuiſa, qua diſcernatur prædeſtinatus à reprobo. Non tamen probant eam ex mente S. Th. tam abſolutam eſſe conſtituendam, vt determinet principium & tollat indifferentiam à prædeſtinato, gloriam comparandi, aut amittendi. Imo oppoſitum ſatis indicat in eo ar. 3. Nam vt ex vna parte libertatem prædeſtinati defendat, & ex alia certum ordinem cauſæ inter prædeſtinationem, & conſecutionem gloriæ declaret, ſatis difficultate preſſus recurrit ad cumulum auxiliorum. Ex quo loco ego deduxi diſp. 2. cap 3. quam fuerit aliena mens S. Thom. à Phyſicis prædeterminationibus, & quam facile beneficio ſcientiæ medię certus ille ordo cauſę ſine cumulo auxiliorum intelligatur.

Contrariam huic ſententiam negātem prædiſinitionem illam abſolutam ſecuti etiā ſunt graues Theologi. Guillelm. de Rubione lib. 1. ſententiarū diſt. 41. quæſt. 1. concluſ. 3. Thom. Argentina eadem diſt. quæſt. 1 arti. 2. hi Doctores ſcripſerunt ante trecētos annos. Gabriel eadem diſt. quæſt. 1 arti. 2. Maior in 1. diſt. 40. quæſt. 2. nec non Okam. diſt. 41. quæſt. 1. Catherinus opuſculo de prædeſt. lib. 1. cap. vltimo, & lib. 3. cap. 1. & 2. in quantum exceptis quibuſdam eximie electis, quos appellat prædeſtinatos, vt B. Virginem, Apoſtolos, &c. alios tenuit electos ad gloriam poſt merita præuiſa, de hac ſententia mentionem feci diſp. 21. cap. 4. Ex noſtris pro virili eam defendunt P. Vazq. diſp. 89. per totam, qui cap. 2. affirmat in Hiſpania, Germania, & Gallia eſſe noſtro ſæculo a viris doctiſsimis probatam. P. Franciſcus Turrianus in opuſculo de electione prædeſtinatorum. P. Leonard. Leſſ. in diſp. quam compoſuit de hac re ſatis erudita, in qua ſect. 2. probatione 3. refert pro ea præter allegatos Alenſ. Albertum, Bonauentur. Enriq. Pigium, Ricardum, Driēdonem, Cardi. Sadoletum. Card. Contarenum. Ioannem ĀEquium Stapletonium, Ioannem à Bononia. Franciſc. à Carthagena, & concludit ſe conſuluiſſe rem hanc cum doctiſsimis viris, qui eius ſententię ſuffragabantur. P. Fonſeca 3. tom. cap. 2. quæſt. 3. ſect. 1. quatenus docet nullum admiſſum ad Regnum, niſi poſt præuiſa abſoluta eius merita, & P. Martinus Becanus 1. to. ſummę Theologię cap. 14. q. 4. Demum fuſe defendebat hanc ſententiam P. Ioan. à Salas in tom. de gratia non dum typis excuſo tract. 15. diſp. 14. ſect. 2. qui eruditione, qua pollebat, alios triginta authores congeſit pro hac ſententia, ex his ſunt vterque Medina. Ioan. & Michael Ludouicus Legionēſis, Aureolus, Abulenſ. Vualdenſ. Sextus Senenſis, Adamus. Non refero loca, quia ex dictis conſtat ſatis eſſe hanc partem authoritate Scholaſticorum munitam. Adduci etiam debet pro hac ſententia Gregor. à Valenti. hic puncto 4. §. 1. & vltimo verſus finem, vbi ſoluens dilema illud. *Vel ſum prædeſtinatus? vel non*? quod plures in deſperationem conijecit, fatetur ſe non poſſe ei ſatisfacere, ſi hominis electio ad gloriam fuit abſolute facta ante præſcientiam cooperationis liberi arbitrij, ſatis clare eam docet in controuerſijs lib. de prædeſti. cap. 2. & 3. Demum fauet Molina arti. 2. & 3. vt notaui ſupra.

25 — Guillelm. de Rubione — *Authores partis negatis.* — Argent. — Gal r. — Maior. — Okam. — Cather. — P. Vazq. — Turrian. — Leſſ. — Carthag. — P. Fonſ. — P. Becan. — P. Salas. — Ioa. à Medina. — Michael à Medina. — Ludouicus Legion. — Aureol. — Abulen. — Vuald. — Sixtus. Senenſis. — Adam. — P. Val. — P. Mol.

Caput

Cap. IIII. *Quinque teſtimonia ſacræ Scripturæ, quæ allegantur pro ſententia affirmante diſcutio.*

26 EX teſtimonijs, quæ pro ſe produ- cit ſententia affirmãs quinque celebriora ſelegi, & ſuſcipio in hoc capi. examinanda. Primum eſt ex verbis Chriſti Domini Lucæ 12. *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* E quibus ſic conficitur argumentum, ibi alloquitur Chriſtus prædeſtinatos, triplici de cauſa; prima, quia appellat puſillum gregem comparatione reproborum. Secunda, quia agit de voluntate complacentiæ Patris erga regnum cœlorum, quæ eſt prædeſtinatorum propria. Tertia, quia conditio prædeſtinatorum abiecta eſt in hac vita, qua propter aptè ſignificantur prædeſtinati per puſillum gregem; quod autem loquatur de regno cœleſti non de temporali fælicitate, conſtat, quia ea pronunciat Chriſtus vt hortetur ſuos prædeſtinatos ad temporalia ſpernenda, & repellendam ſollicitudinem nimiam eorum, nam cui complacuit dare vitam æternam, quod tanto excellentius eſt, a fortiori erit cura de temporalibus, quibus ſcit nos indigere; quod denique illa voluntas complacentiæ præceſſerit præuiſionem meritorum, ipſum nomen complacentiæ innuit, quia ſignificat voluntatem liberalem, voluntas vero dãdi gloriam poſt præuiſa merita non eſt liberalis, ſed fidelis, aut iuſta, neque apta ad procurandum neceſſaria ad huius vitæ ſuſtentationẽ, & conſolationem indigentiæ prædeſtinatorũ, qui erat ſcopus Chriſti Domini.

Luc. 12. Primũ teſtimonium pro ſententia affirmante ex Luc. 12. diſcutitur.

27 Conſului graues Commentatores huius teſtimonij, & video eſſe inefficax pluribus capitibus Etenim probabilior ſententia eſt Theophilacti ad omnes Chriſti diſcipulos dicta fuiſſe, aut Euthymij ad omnes fideles, quam probat Maldonatus, nam, vt verba ſuperiora ad omnes auditores dicta fuerunt, & in eorũ perſona ad omnes fideles, quibus perſuadebat abijciendam eſſe nimiam ſollicitudinem, & curam rerum terrenarum. Ita probabilius eſt verbum *complacuit* non ſignificare voluntatẽ propriam prædeſtinatorum, ne dum ſignificet abſolutam illam electionem, & licet liberalem, & gratioſam Dei indicet voluntatem ſecundum communiorem interpretum ſententiam: at voluntas conferẽdi gloriam poſt præuiſa merita, & deceſſum in gratia, ſatis etiam congruens erat ad Chriſti inſtitutum erigendi fiduciam fidelium in Deum, propter præparatum Regnum æternum, nam licet liberalis nõ ſit, at liberalis fuit conſtitutio eius ordinis, & collatio gratiarum congruarum vſque ad extremum vitæ, quis præterea patienter non ferat ærumnas huius ſæculi, ſi ei reueletur ſe in gratia deceſſurum, & electum iam ex æternitate in conſortium hæreditatis æternæ? & ſi id ſit poſt præuiſa merita, negandum igitur eſt, verbum illud ad ſolos prædeſtinatos eſſe directum. Præter hæc, primum quis credat ibi factam a Chriſto Domino prædeſtinationis reuelationem (cum hæc rariſsima ſit) omnibus audientibus, neque etiam omnium diſcipulorũ, nam forte quidam eorum prædeſtinati non erant, maxime ſi aderat Iudas, loquitur ergo ad audientes, & ad omnes ſuos fideles, vt ad prædeſtinatos, quantum coniectari poteſt ex præſenti diſpoſitione, ſub intellecta ſemper cõditione, ſi perſeueraueritis in fide, & operibus bonis, vſque ad terminum vitæ, promiſsiones namque vitæ æternę conditionatę ſunt, ex Tridenti. ſeſſ. 6. canone 20. Secundum, quia etiam in promiſsione temporalium ibi facta ſimilis ſub intelligitur conditio, neque enim promittuntur à Chriſto neceſſaria ad victum negligentibus, & ignauis, licet fidelibus.

Eſt inefficax. **Theoph. Euthym. Mald.** *Non alloquitur ſolos prædeſtinatos.* **Trid.**

Hæc interpretatio præferenda mihi videtur ei, quam profert P. Vazquez. 3. par. tom. 1. diſp. 23. cap. 12. vbi refert illud *cõplacuit*, tum ad primam congruam vocationem, quæ liberaliter collata eſt, tum ad voluntatem beandi ex meritis, quę eſt gratia, pro gratia, nam prima vocatio durius dicitur regnum. Porro verbum *complacuit* æquiuocam, & complicatam haberet ſignificationem, nam vt refertur ad primam gratiam congruam voluntatem liberalem, vt ad gloriam remuneratoriam ſignificaret.

P. Vazq. *P. Vazq. quadã interpretatio non admittitur.*

Obſerua hoc loco, licet verum eſſet verbũ *complacuit* ad electionem prædeſtinatorũ eſſe referendum, eo nequaquam probatur electio omnino abſoluta, ſed alia ſpecialis prædeſtinatorum propria, quę & ſi non ſit omnino abſoluta, ſufficiens tamen ad diſcernendum prædeſtinatum à non prædeſtinato, de hac erit ſermo noſter cap. 13.

Secundum teſtimonium ſummunt ex eodem Luca actor. 13. vbi refert quoſdam ex gẽtibus audita Pauli prædicatione credidiſſe, & ita ſcribit, *Crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam*, quod ea præordinatio ſignificet voluntatem abſolutam gloriæ ante præuiſa merita, probatur primo, quia nõ erat voluntas communis, ſed propria prædeſtinatorum, vt vox illa *quotquot* denotat, ſignificat 28

Actu 13. 2. Teſtimoniũ ex actuum 13. diſcutitur

Digitized by Google

Aug.

ficat enim certum numerum, & ita ſentire videtur Aug. lib. de prædeſtinat. ſanct. cap. 20. Secundo, ex contextu, nam præordinatio illa fuit principium gratię congruę ad credendũ, & perſeuerandum in fide, præordinatio vero, quę eſt principium gratię congruę, & perſeuerantię non eſt communis, ſed propria prædeſtinatorum, ergo abſoluta prælectio.

2. Teſtimonium ineſficax.

29 Cæterum. Nec hoc etiam teſtimonium efficax eſt propter plura. Primum, quia plures, & graues Theologi tenēt illud *præordinati* nõ eſſe referendum ad præordinationem Dei, ſed hominum, qui credidêre, quique antea ſibi perſuaſerant enitendum eſſe in vitam æternã, aſſenſum exhibentes priori inſpirationi diuinę, quam abiecerant Iudæi, quę ſententia placuit Salmeroni, Stapletonio, & non improbat Leſſ. in ea diſputatione in reſponſione ad 8. P. Lorinus veram, & Catholicam eſſe cenſet, & pro ea refert quendam Tullium Criſpoldum in manuſcriptis. Denique P. Gaſpar Sancius ait, non duram eſſe interpratationem. Fauet huic expoſitioni, quod in textu Græco nõ eſt *præordinati*, ſed *ordinati*, vt notant Commentatores periti eius linguę, addunt vocem illam græcam ſonare *aliquid militare*, nimirum adſcribi in cenſum militum, ſeu in ordinem eorum, & numerum redigi, ſenſus ergo erit eos credidiſſe, qui apud ſe iam conſtituerant ſe redigere in ordinem eorum, qui procurabant vitam æternam ſub ſigno optimi Imperatoris Dei.

P. Salm. Stapl. Leſſ. P. Lorin. P. Sancius. *Quid præordinati.*

Quid vita æterna.

Secundo, quia licet ea præordinatio referatur ad Deum; vox vero *vita æterna* non ſolum ſignificat gloriam, ſed etiam media, quę ad illam hominem dirigunt, & muniunt, vt eſt fides, in quantum eſt ſemen, & inchoatio vitæ æternę, vnde apud Matth. cap. 5. pauperes, miſericordes, lugentes dicuntur beati, quia maxime ſunt ad vitam æternam expediti: Porro Eccleſia, & cætus fidelium appellatur regnũ cœlorum. Secundum illud Lucæ 17. *Regnum Dei intra vos eſt*. Denique Ioan. 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum*, & ita intelligunt hæc loca multi ex ſanctis Patribus, ecce ergo præordinatio in vitam æternam non eſt electio ad gloriam, ſed ad fidem, aliaſque gratias congruas. Homines vero ita diſpoſiti recte dicuntur præordinati in vitam æternam, imo prædeſtinati quantum eſt ex fide concepta, & præſenti ſtatu.

Matt 5. Luc. 17. Ioan. 17.

Tertio, quia creditu difficile eſt omnibus audientibus Paulum reuelatam eſſe ſuam electionem ante præuiſa merita, & ſolos illos, qui tunc aderant in Antiochia Piſidiæ celebri, & populoſa ciuitate concionanti Paulo prædeſtinatos eſſe, imo & omnes audientes, & pone aliquos ex abſentibus fideles eſſe, nonne de his optime dici poterat eſſe præordinatos in vitã æternam ex fide concepta, quę eos ordinat in gloriam tamquam in finem?

Denique licet demus obijcienti eam eſſe præordinationem Dei, & electionem gloriæ, duo non probat, primum abſolutam eſſe, nam licet admiſſo eſſe propriam prædeſtinatorum, poteſt eſſe ſpecialis, & non omnino abſoluta de qua capi. 13. Secundum eſſe ante præuiſa merita, nam de illis, qui facto meritorum examine electi ſunt ad beatitudinem, & crediderunt, optime dicitur credidiſſe quotquot præordinati ſunt ad vitam æternam ratione meritorum, nec verum eſt vocationem congruam ad credendum, & perſeuerandum in fide ſolũ proficiſci ex hac electione, cum ſint plures fideles, qui perſeuerarũt in fide reprobati. Aug. vero ſolum vult in eo cap. 20. ordinationem in vitam æternam eſſe a Deo non a noſtris voluntatibus ſine gratia.

Ad Rom. 8. *3. Teſtimonium ex Paulo ad Rom. 8. diſcutitur.* Aug.

Tertium teſtimonium deducunt ex Paulo ad Rom. 8. in illis verbis, *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti*. Per vocem *ſecundum propoſitum* ſignificari electionem ad gloriam, ex qua proficiſcitur vocatio ad ſanctitatem, ſic probant. Primum enim conſtat ex Auguſti. lib. 2. ad Bonifacium cap. vltimo, & de correptione, & gratia cap. 7. ſignificare propoſitum voluntatis diuinę, at qui ſignificare nõ poteſt niſi abſolutam prælectionem ad gloriam, ergo, &c. probatur minor ex contextu, nam vocatis ex hoc propoſito omnia cooperantur in bonum, hoc eſt, qui ſecundum propoſitum ſunt ſancti, ex quocumque humano euentu ſiue proſpero, ſiue aduerſo eliciunt bona ſpiritualia, ita vt tandem infallibiliter aſſequantur vitam æternam, nam procedens ibi Paul. ait, *quos præſciuit, hos prædeſtinauit, quos prædeſtinauit, hos & vocauit*, &c. Vſque ad glorificationem, ergo locutus fuerat Paul. de propoſito diuinę voluntatis, cum quo infallibilem connexionem habent vocationes congruę, quibus adultus iuſtificatur, & in gratia decedens aſſequitur gloriam, ergo propoſitum illud voluntatis Dei eſt electio prædeſtinatorum ad gloriam, ac proinde non eſt generalis voluntas, qua Deus vult omnes homines ſaluos fieri, quippe quę connexa non eſt cum medijs infallibilibus glorię, nec enim de reprobis dici poteſt omnia cooperari in bonum, aut eſſe vocatos ſecundum propoſitum. 30

Aug. Bern.

Vt explicem quanta ſit huius teſtimonij efficacia, notare debes illud *omnia* explicare Aug. non ſolum de ærumnis huius vitę, ſed etiã de ipſis peccatis, ita lib. 13. de Trinit. & Epiſt. 121. & lib. de correptione & gratia cap. 9. quem

Digitized by Google

Quem ſecutus eſt Bernar. ſermone de fallacia præſentis vitæ,ibi *Vt inter hæc omnia , etiã ea, quæ nihil ſunt, numerentur moleſtia, morbus,& ipſa etiam mors,& peccatũ.* Quæ quidem cõſtat naturam aliquam non eſſe; ſed naturæ corruptionem. Verum eſt prædeſtinatum ex ipſis peccatis deducere fructum ſpiritualem pænitentiæ,humilitatis, cautæ conuerſationis, &c. non tamen videtur hoc intendiſſe Apoſto. vt notant omnes Commentatores, ſed hoc noſtra parum refert.

31 *Quid ſignificet ſecundum propoſitum ſecundũ Patres Græcos.*

Orig. Chryſoſt. Theod. OEcum. Cyrill.

Secundo nota,circa illam vocem *ſecundum propoſitũ*, in cuius explicatione ſita eſt difficultas, Patres Græcos eam referre non ad propoſitum Dei, ſed ipſorum hominũ, ita vt ſenſus ſit,Deum eos ſolos vocare ad fidem, gratiã,& amicitiam ſuam, quos propoſito ſuo, id eſt prompta voluntate fidẽ hanc, & gratiã a Deo oblatam accepturos præuidit, ita interpretantur Origen.Chryſoſtomus,Theodoret.OEcumenius,& alij PatresGræci,quos plane ſecutus videtur Cyrill. Ieroſolymæ Epiſcopus catecheſi prima ibi,*Liberalis eſt Deus,& pronus ad beneficentiam, expectat tamen cuiuslibet propriã voluntatem. Propterea ſubijcit Apoſtolus ſecundum propoſitum vocatis ſanctis,nam propoſitũ,cũ adeſt,propriũ vocatũ te facit.* Verũ hanc interpretationem confutat Auguſti. in lib. de prædeſtinatione ſanctorũ,& locis ſupra allegatis in argumento. Et reuera,ſi loquatur de propoſito hominum viribus naturę concepto,Pelagianum,aut Semipelagianũ dogma eſt. Quapropter,ſi interpretatio Catholica eſt,intelligi debet de propoſito hominũ ex gratia,quaſi ſenſus ſit,nõ omnibus vocatis omnia cooperari in bonũ,ſed his, qui cõſentiũt vocationi gratiæ Dei. Verum nec hoc modo interpretatio ſuſtinẽda eſt,nã Paul.cap.9. de eodẽ propoſito ait. *Vt ſecundũ electionẽ propoſitũ Dei maneret,* & ad Epheſ.1. *Qui prædeſtinauit nos in adoptionẽ filiorũ Dei ſecundũ propoſitũ voluntatis ſuæ,* & Epiſt.2.ad Thim.1.*Vocauit nos vocatione ſua ſancta,nõ ſecundũ opera noſtra;ſed ſecundũ propoſitum ſuum.* In quibus teſtimonijs Paul. ſe explicat, & docet illud propoſitum ad Dei propoſitum eſſe referendum.

Aug. *Confutantur ab Aug.*

Ad Rom.9.

Ad Eph. 1. *Secundum propoſitũ ſignificat Dei voluntatem.*

2.Ad Thimot.1.

P.Leſſ.

32 *Alia interpretatio P.Leſſij.*

Poſito diuinũ eſſe hoc propoſitũ P.Leſſ.ſupra ſect.3.in reſpõſione ad 4.cõtendit illud *ſecundũ propoſitum* ſignificare gratuitũ Dei bene placitũ,nõ propriũ prædeſtinatorum , ſed cõmune electis ad fidẽ,probat primo, quia Paul. omnes fideles paſsim vocat *Secundum propoſitum vocatos.* Ad Rom.4.& 9.ad Epheſ.1.& 11. Secundo,quia illud *ſecundũ propoſitũ* opponit *ex noſtris operibus*, vt conſtat in verbis, quæ modo referebam ex cap.1.2. Epiſt.ad Thimo. *nõ ſecundũ opera noſtra, ſed ſecundum propoſitũ ſuum.* Tertio, quia ſcopus Pauli erat hortari omnes fideles Romanos ad ſufferendos patienter labores,at non omnes fideles Romani prædeſtinati erant, ergo vocatio ſecundũ propoſitum generalis eſt.P. Cornel.in hunc Pauli locũ expreſſe affirmat & ad Epheſ.cap.1.num.20.

P.Cornel.

Aug.

33 *Confutatur ex Auguſt.*

Voluntas ſecundum propoſitũ eſt propria prædeſtinatorum.

Verum hæc interpretatio expreſſe aduerſatur Aug. pluribus in locis nã lib. de prædeſtinat.ſanctorũ cap.16. diſtinguit duas vocationes aliã,qua vocati ſunt, qui noluerunt venire ad nuptias,& aliã,qua prædeſtinati vocati ſunt, ſic ait, *Sciens eſſe quandã certã vocationẽ eorũ, qui ſecundũ propoſitum vocati ſunt,quos præſciuit, & prædeſtinauit cõformes imagini filij Dei,* itaque licet neutra vocatio reprobi,& prædeſtinati detur ex operibus,illa vero,quę eſt ſecũdum propoſitũ prædeſtinatorum eſt propria. Item lib.de correpti.& gratia cap.9.in principio,*Nec nos moueat* (ait)*quod filijs ſuis quibuſdã Deus nõ det iſtã perſeuerantiã,abſit enim,vt ita eſſet,ſi de illis prædeſtinatis eſſent, & ſecundum propoſitũ vocatis, qui vere ſunt filij promiſsionis,* lege etiã caput 7. in quo vocationẽ *ſecundum propoſitum* ſolum eſſe prædeſtinatorum non communẽ,ſæpe expreſsiſsime affirmat.Denique lib.1.retract.cap.23.de hac vocatione,ait, *Non enim omnium, qui vocantur, talis eſt vocatio,ſed tantum electorum.* Opinari vero contra Auguſt.in hac materia nefas eſt.

34 *Paulus alloquitur fideles in hoc teſtimonio, nõ reuelans prædeſtinationem eorum,ſed confidens eſſe prædeſtinatos.*

Auguſt.

Ad P.Leſsij coniecturas non eſt difficile reſpondere.Ad primam,fateor ſermonem Apoſt. directum ad omnes Romanos fideles non aſſerens,aut reuelans eos eſſe prædeſtinatos,aut ſecundum propoſitum vocatos,ſed alloquitur pie confidens eſſe prædeſtinatos,lege Auguſti. lib.2.de dono perſeuerantiæ cap.22. vbi docet prudentem modum prædicandi prædeſtinationis myſterium ſine offenſione audientiũ, & inter alia monet omnes Chriſti fideles alloquendos eſſe,ac ſi prædeſtinati eſſent,id quod à Paulo præſtitum in hoc loco.

Ad ſecundã,fateor vocationẽ ſecundũ propoſitum eſſe ex gratia , verum vltra hoc habet eſſe profectã ex ſpeciali voluntate prædeſtinatorum propria, hoc eſt, quę ſimul vult omnes gratias congruas vſque ad perſeuerantiam , & glorificationẽ,vt ſtatim explico,& eſt de mẽte Auguſtini vt dixi, & D. Pauli, nã hos appellat prædeſtinatos,*& cõformes imagini filij ſui, ita vt ipſe ſit primogenitus inter multos fratres.* Deinde ſubiungit hos eoſdẽ, quos prædeſtinauit,vocaſſe,iuſtificaſſe,& glorificaſſe,ergo vocatio ſecundum propoſitũ proficiſcitur ex voluntate,quæ conectit omnes gratias cõgruas vſque ad iuſtificationẽ vltimã, & glorificationẽ.

Ad tertiã,concedo Paul.hortari omnes Romanos fideles,ad ferẽdas patiẽter ærumnas huius vitæ propter fidem,at vt dixi,agit cum illis tanquã cũ prædeſtinatis, ideoque eis applicat

Digitized by Google

vocationem ſecundum propoſitum, ergo hæc nō eſt communis; ſed propria prædeſtinatorum.

35 Verba, quę ſequuntur in Paulo hanc veritatem confirmant, & quia vtrinque adducuntur ab vna, & altera ſententia in præſidium accurate hoc loco opportuno explicanda, & inde mens Pauli perſcrutanda, vt demum conſtet, quantū faueat alteri ex his ſententijs, ſequitur in Paulo, *nā quos præſciuit*, variæ ſunt ſententiæ erga verbum *præſciuit*, & erga relatiuum *quos*, nam verbum hoc referunt cōmentatores aliqui nō ſolum ad mentem, ſed etiam ad voluntatem, ita vt præſcire idem ſit, ac ante diligere, & in bonum præordinare, vt è cōuerſo ignorare, nō agnoſcere, idem eſt, ac improbare, odijſſe, nō curare, ita ſentiunt Iuſtinianus, Salmeronius, tom. 13. diſp. 19. P. Perer. in hunc locum diſp. 21. Guillel. Eſtius, qui abunde afferunt exēpla ex ſacra Scriptura, vt id probent, tu accipe vnum, aut alterū ex Pſal. 100. verſ. 4. *declinantē a me malignum non cognoſcebam, quid eſt non cognoſcebam?* petit Aug. eo loco, *Id eſt non approbabam, non laudabā, nō mihi placebat, cognoſcere enim inuenimus in ſcripturis aliquando dici pro eo, quod eſt placere nobis*, vt Exodi 33. dixit Deus ad Moyſem. *Te ipſum noui ex nomine*, & Chriſtus Ioan. 10. *Cognoſco oues meas*, & Paul. 2. ad Thi. 2. *Cognouit Dominus, qui ſunt eius*. Alij verò, vt P. Leſſ. ſupra ſect. 2. numero 6. & P. Vazq. ad ſolam mētem referunt, vt ſenſus ſit, quos Deus præſciuit per fidem, & dilectionem

Diſſentiuntur verba, quæ ſequuntur in eodem teſtimonio.

Quid ſit quos præſciuit?

Præſcire eſt diligere, ignorare, odiſſe ex ſacra Scriptura.

P. Iuſtiniā. P. Salmer. P. Perer. Eſtius. Pſal. 100. Exo. 33. Ioa. 10. 2. Ad Thim. 2. P. Leſſ. P. Vazq.

36 eſſe amicos ſuos, hos prædeſtinauit, vt eſſent ſimiles filio ſuo naturali in eo, quod tribulationes huius vitę in bonū cooperatæ ſunt, ita eis, vt ſuo filio. Hanc expoſitionem ſecutus eſt Origenes lib. 7. in Epiſt. ad Rom. Ambroſ. lib. 5. de fide cap. 3. Theodoret. & Theophilact. & OEcumenius. Quo ad relatiuum *quos* Toletus refert ad ſolam præſcientiam perſonarum, nō vero ad fidem & electionem eorum, vt Leſſ. & Vazq. qui in hac parte non mihi probantur, nam ſecundum Pauli contextum præſcientia hæc præcurrit prædeſtinationem; at ante prædeſtinationem nō eſt præuiſa fides, & dilectio, quippe quę ſunt effectus eius, ergo relatiuum *quos* aptius refertur ad perſonas, maxime cum in eorum principijs, voluntas condendi prædeſtinatū ſemper præcedat eius prædeſtinationem, vnde poſt voluntatem condendi eos præuidere potuit exiſtentes, & præuiſos prædeſtinare ad fidē, & dilectionem, vide quę dixi diſp. 21. cap. 4. vbi docui rectū ordinē prouidētiæ, & prædeſtinationis regulariter exigere hunc ordinē, vt volūtas ſubiecti præcurrat, neque includatur in eſſentia prouidentię, & prædeſtinationis.

Alia expoſitio.

Orig. Ambr. Theodor. Theoph. OEcum. Tolet.

Relatiuū quos *referendū ad perſonas.*

Quo ad verbū, *præſciuit*, vtraque ex relatis
37 ſentētijs mihi videtur ſatis probabilis; vt cōſtat ex fundamētis, quę adferūtur. Verū id explicandū, quę nā ſcientia, qui nā actus voluntatis Dei cōtineatur in verbō *præſcire*, vt ſententia Pauli recte fluat, quod non tam accurate à Cōmētatoribus explicatū, difficultas in eo ſita eſt, quia negari nō poteſt, nec vllus, quem nouerim, negat, in verbo & *prædeſtinauit* ſignificari voluntatem Dei, at qui in verbo *præſciuit* volūtas aliqua cōtinetur ſecundū priorem ſententiā, & nō eadem, aliquid enim a Paulo additū in eo verbo, ergo diuerſa: diſquiro modo, quę nā ſit? & quod habeat diuerſum obiectū?

Vtraq; expoſitio probatur.

Quæ volūtas in verbo præſciuit, *& quæ in verbo* prædeſtinauit.

P. Iuſtinianus ſupra tetigit punctū, & ſic explicat, præſciētia hæc eſt veluti volūtas Dei deliberantis, nec dū tamen ſtatuentis, aut decernentis, prædeſtinatio verò continet fixū, atque immobile, ac penitus irreuocabile decretū, cū enim intelligimus vi ſcientię abſolutę cuncta obijci mēti Dei, etiā percipimus more hominū, quādā liberā Dei voluntatem, quaſi oblectari, & allicere ad ſe ſe, & hanc appellamus ſciētiam approbationis, ex qua præfinitio, ſeu prædeſtinatio exiſtit.

P. Iuſtinianus.
P. Iuſtiniani ſententia.

Nō probo hanc intelligentiā, nā etſi in creaturis ex prima rerum cōſideratione erumpant voluntates quędā indeliberatę animū oblectantes, & mulcentes. Vt eligat actu deliberato obiectū in mēte verſatū, at, cum voluntates hæ imperfectæ ſint, & proficiſcātur ex incōſiderantia; nequeunt in Deo reperiri proprie, nec niſi coacti metaphoricū ſenſum admittere cogimur, ergo ſi alia ſubſit voluntas, quæ proprie Deo cōpetat, & quę filū ſermonis Pauli ſeruet, per eā verbū *præſciuit* explicandū eſt. Naturā huius volūtatis nō alia ratione melius inueſtigamus, quā venādo ſciētiam, quę eā præcedit.

Refutatur

In qua re notandi Semipelagiani, atque reijciēdi, quod dixerint, eos, quos Deus præſciuit, 38
& præuidit ſua vocatione, & gratia, ſi illa eis daretur, bene vſuros per liberū arbitriū, ipſos, quia bene vſuri ſunt prædeſtinaſſe ad hanc vocationē, ad iuſtitiā, ad vitę ſanctitatem, in qua Chriſto cōformentur. Nam hi peccant primo, quod libero arbitrio tribuunt meritū gratiæ. Secundo quod operibus ſub conditione futuris. Vtrumque erroneum eſſe fides docet hic obiter nota eos aduerſari Paulo in his verbis, qui non dixit, *nam quia præſciuit*, ita vt præſ-
cientia fuerit cauſa prædeſtinationis, ſed *quos* 39
præſciuit inter Catholicos vero alij præſcientiam hanc dicunt eſſe ſimplicis intelligentiæ, quæ antecedit præintentionem abſolutam gloriæ, quam putant contineri in verbo *præſciuit*, & ex ea proficiſci prædeſtinationem, hoc eſt electionem mediorum efficacium gratiæ vſque ad perſeuerantiam, & glorificationem. Hæc explicatio conſentanea eſt menti ſcholaſticorum adſtruentium prælectionem abſo-

Semipelagianum eſt tribuere meritū operibus ſub conditione futuris.

Digitized by Google

abſolutam gloriæ, ante præuiſa merita, quos retuli cap. 3. Alij, vt P. Molina 1. par. quæſt. 23. arti. 4. diſp. 1. membro 11. eam præſcientiã ait eſſe conditionalium, & vt video ad ſolam eam refert verbũ *præſcire*, quaſi dicat Paulus, quos Deus præſciuit per ſcientiam conditionatam futuros cõformes Chriſto in ſanctitate pro arbitrij libertate gratia inſtructi; ex hypotheſi, quod Deus, ſuã eis dare velit gratiã, atque auxilia, *hos prædeſtinauit*, hoc eſt, decreuit dare ea auxilia, gratiã, perſeuerãtiam, & gloriã, vno indiuiſibilique decreto de quo ſatis dixi cap. 2. Hic admonuerim verbũ *præſciuit* neceſſario explicandũ eſſe per præſcientiam conditionatam, in quo ſubſcribo P. Molinæ, nam cum hæc præſcientia pertineat ad prædeſtinationem, vt conſtat ex contextu Pauli, & cum neceſſaria ſit ad prædeſtinationem, quatenus eſt perfectiſsima prouidentia ſcientia conditionaliũ; vt demonſtraui diſp, 22. cap. 3. imo eſſentialiter ingrediatur eius naturam; vt oſtẽdi cap. 7. nõ poteſt non in eo verbo *præſciuit* contineri; primi ergo ſcholaſtici relati, qui hanc præſcientiam per ſcientiam ſimplicis intelligẽtiæ explicarũt, mentem Pauli omnino aſſecuti non videntur.

P. Mol.

Verbum præſciuit ſcientiam conditionalem ſignificat.

40 Ex his totum textum Pauli, & cohærentiam ſic declaro, ſcimus, quoniã diligentibus Deum omnia, hoc eſt, proſpera, & aduerſa, cooperantur in bonum, his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt, quaſi dicat, non quibuſcumque diligentibus Deum, ſed his tantũ, qui ſecundum propoſitum, hoc eſt, ſecundũ conſiliũ voluntatis ſuæ, *ſeu pro bona Dei voluntate*. Vt ait Paul. ad Philippen. 2. & ad Epheſ. 1. *Seu nõ ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundũ ſuã miſericordioſiſsimã voluntatem, qua ſaluos nos fecit*, vt ait Paul. ad Titum cap. 3. Itaque propoſitum hoc non eſt voluntas omnino abſoluta, quippe quæ nõ cõgruit libertati noſtræ, ſed ſpecialis prædeſtinatorum, quæ tamen in eo æquiualet abſolutæ, vt ſemper finem particularem, quem intendit, cõſequatur, vt declaro, cap. 13. De hac dixit Iſai. cap. 46. *Conſiliũ meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet.* Circa particulam *ſancti* animaduertit Guillel. Eſtius in græco, & Syriaco nõ addi, nec legi apud Ambroſ. Aluarũ Pelagium, Primaſium, Sedulium; ſed neque eam Auguſt. agnoſcit, ſæpe tractans hãc ſcripturã, vt vero Paulus ſententiã ſuam confirmet in verbis, quæ ſequuntur eleganti vtitur gradatione, vt oſtendat nihil poſſe accidere electis, quod eorũ beatitudinẽ interuertat, *nam quos præſciuit* (inquit) vel ſcientia viſionis, ſi referas ad perſonas, vt ex Toleto diximus, nõ vero ſi referas ad fidẽ, & dilectionẽ, vt contra P. Vazq. diſſeruimus, vel ſciẽtia cõditionata, qua præuidit has perſonas prius iam exiſtentes per voluntatẽ condendi conſecuturas beatitudinem

Exponitur mens Pauli, & cohærentia contextus.

AdPhilip. 2.
AdEpheſ. 1

Ad Tit. 3.

Iſa. 46.
Eſtius.
Non eſt in Syriaco particula ſancti.

infallibiliter, ſi certis quibuſdã auxilijs inſtruatur a Deo. Vlterius, ſi in verbo *præſciuit* contineas præ electionẽ, *quos præſciuit* hoc eſt, quorũ ſpeciali præintentione dilexit gloriam non vt cumque, aut ſecundum ſe ſolũ, ſed vt connexã cum vocationibus cõgruis, & perſeuerãtia in gratia, *hos prædeſtinauit*, hoc eſt, pro eis elegit actu diſtincto, & ratione poſteriori ad illã intentionem hæc eadẽ auxilia efficacia, quibus cõformauit hos ſuos prædeſtinatos in patientia, nam vt Deus fecit omnes paſsiones, & cruces Chriſti ei cooperari in bonum, & gloriam, ita efficiet ſanctorum, & dilectorum ſuorum paſsiones, ad quas eos cum Chriſto prædeſtinauit, cõuerti in ipſorum bonum, & gloriam, quo fiet, vt ipſe Chriſtus ſit primogenitus in multis fratribus, hoc eſt naturalis filius, alij adoptiui, primo ipſe prædinatus, finis, ſcopus; & exẽplar omnium prædeſtinatorum, alij poſtea ex ipſo. Quod ſi in verbo *præſciuit* non admittas actum voluntatis ſecundum aliã ſententiã, illud verbum *hos prædeſtinauit* declara per voluntatem indiuiſibilẽ propriã tamẽ prædeſtinatorum, qua Deus ſimul voluit prædeſtinatis adultis merita, & præmiũ, & alijs omnibus media, & finẽ, iam declaraui cap. 2. diuinã voluntatẽ circa hæc obiecta vtroque modo ſe gerere poſſe omnino recognoſcenda, quæ ibi dicta ſunt. Procedit Paulus, *quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit*, dando his in tẽpore gratiã vocationis internã, & externam per exempla, cõciones, &c. in alijs verbis nihil eſt difficultatis ad nos expectans, ſic ergo Paul. argumentatur, vt probet ſuã primam propoſitionem, nã ſi Deus præuidit omnem ſeriem auxiliorum, quibus tandẽ infallibiliter dilecti ſui cõſequentur vitam æternam, & eis decreuit dare hæc auxilia, ergo his diligentibus Deum, & ex hoc decreto vocatis omnia cooperantur in bonũ, quapropter mihi perſuadeo in ijs verbis cõtineri ſpecialem electionem gratioſam prædeſtinatorum, non vero omnino abſolutam.

Continetur in verbis Pauli ſpecialis electio propria prædeſtinatorum, non prædecretum abſolutum.

41 Quartum teſtimonium petunt etiã ex Paulo ex Epiſt. ad Epheſ. 1. in illis verbis, *Elegit nos in ipſo ante Mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate, qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum Dei, per Ieſum Chriſtum in ipſum ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ.* Multa ſunt in hoc teſtimonio, quæ indicant Paul. loqui de electione ad gloriam. Primum illa verba *Vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius.* Nam agit de ea puritate, qua nitere debemus in mutuo cõſpectu Dei, etenim habet ſimilia verba Iudas Apoſtolus in Epiſto. Canonica, verſ. 24. ibi, *Qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos, in exultatione in aduentu Dñi noſtri*

P. Ad Ephe. 1.
4. Teſtimonium ex Paul. ad Epheſ. 1. diſcutitur

Iudas Epiſtola.

Digitized by Google

noſtri Ieſu Chriſti. Secundo,conſtat ex illis verbis,*Qui prædiſtinauit nos in adoptionem filiorũ,* in quibus loqui videtur de cõſummata adoptione,nam ſimilia habet Paulus ad Rom.8.ibi, *Primitias ſpiritus Labentes intra nos gimimus adoptionẽ filiorũ ſpectantes, redemptionẽ corporis noſtri*, in quibus loquitur ſine dubio de adoptione conſummata,ergo pariter in noſtro teſtimonio. Quod vero ea electio ſit abſoluta probant ex voce *Secundũ propoſitum,* quod ſit gratioſa & nõ poſt opera præuiſa, ex illis verbis,*Vt eſſemus ſancti,& immaculati,*& nõ quia eramus ſancti.Deinde quia dixit hanc electionẽ fuiſſe,*Ante mundi conſtitutionẽ*, in quo non ſignificatur ſolũ temporis anteceſsio,cum ſint aliæ electiones in Scripturis.De mũdo,vt Ioã. 15.& *a cõſtitutione Mundi*,vt Math.25.quæ tamen æternitate antecedũt.Ergo ſignificat Paulus anteceſionem ad merita,ergo agit de electione gratuita,& liberali.

Ad Rom.8. Ioan.15. Math.25.

P. Corn. P. Leſſ.

42 *Quædam probabilis expoſitio.*

P.Cornelius in hunc locum, & P.Leſſ.ſupra numero 38.intelligunt teſtimoniũ hoc de prædeſtinatioue inchoata, & incõpleta, qua Deus Chriſtianos omnes prædeſtinat ad gratiam Chriſtianiſmi, in qua ſi perſeuerare velint , & Chriſti gratia iuuari cõplebunt ſuã prædeſtinationẽ ,& beatitudinem aſſequentur. Mouetur primo Cornel. quia totã hanc Epiſtolam ſcribit Paulus Epheſijs non certo beandis, ſed vt ſanctis , & fidelibus in Chriſto Ieſu , vt ipſe ait verſu primo. Secundo,ex verbis verſ.5.ibi *in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo,*& etiã in illis verbis noſtri teſtimonij, *vt eſſemus ſancti,& immaculati,*in quibus clare cõſtare videtur,loqui cũ electis ad gratiã.Tertio,quia cap. 4.verſ.3.velit prædeſtinatos eſſe vigiles,& ſollicitos,nõ certos,& ſecuros, vt pote quorum ſors incerta, & dubia in hominis arbitrio poſita.

In efficax pro abſoluta electione.

Hoc ſatis probabile,nõ tamen omnino certũ,quia, vt dixi ſupra num.34.reſponderi poteſt Paul.alloqui Epheſinos tãquam electos nõ reuelans eorũ prædeſtinationẽ, quã forte neſciebat,imo veroſimilius eſt inter Epheſinos plures reprobos extitiſſe ; ſed pie coniectans eos eſſe ex numero electorũ,vt ex ea miſericordiſsima electione,quę eis obtigit ex Chriſti gratia , eos excitet in ardentiſsimũ ipſius amorẽ: verũ pro noſtro inſtituto ſat eſt non probari electionẽ abſolutam ad gloriã per illam particulam *ſecundum propoſitum* in phraſi Pauli, vt teſtimonio præcedenti abunde oſtendimus.

5. Teſtim. 43 Ad Rom.9.

Vltimum teſtimonium eſt etiam ex Paulo ad Rom. 9. ibi , *Cum enim non dum nati fuiſſent,aut aliquid boni egiſſent,aut mali(vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret)non ex operibus,ſed ex vocante dictum eſt ei,quia maior ſeruiet minori , ſicut ſcriptum eſt Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui.*Ex hoc loco ſatis difficili, & controuerſo ſi probe intelligatur efficax deducitur argumẽtũ pro gratuita,ſpecialiq; electione prædeſtinatorũ.Antequam argumentum proponã, notandũ eſt,ſcopum Pauli eſſe oſtẽdere filios Iſrael nõ ſecundũ carnẽ genitos,ſed ſecundum diuinas promiſsiones eſſe electos ex ipſius propoſito,quod fixũ,& ſtabile permanere neceſſe eſt, quin obſtet verbũ Dei, quo videbatur id promiſſum ipſis Iudæis,id ſignificat Paul.verſ.6.ibi *Nõ autẽ quod exciderit verbum Dei*,in quibus occurrit Paul.obiectioni Iudæorũ,qui indignè ferebãt in Eccleſia,& Chriſtianiſmo gẽtes idolatras ſibi præferri dictitantes, hoc eſſe cõtra promiſſa Dei, huic ergo cauilationi Iudæorũ occurrit dicens , promiſsiones factas poſteris Abrahæ non carnalibus,hoc eſt, non Iudæis,ſed ſpiritualibus,hoc eſt,Chriſtianis,hoc,inquã,vt oſtendat,producit duo exẽpla ex ſacra Scriptura. Primum in illis verbis verſ.9.*Promiſsionis enim verbum hoc eſt,ſecundũ hoc tẽpus veniã,& erit Saræ filius*, quaſi dicat anno proximo ſub hac temporis ſtatione veniam ad te,& tunc Sara coniux tua,licet ſterilis, & vetula filium habebit , hæc promiſsio facta fuit Geneſ.18. verſ. 10. & verba dicta ab Angelo Abrahamo. Ecce Iſaac eſt filius promiſsionis,& electionis Dei,quia ſupernaturaliter conceptus ab Abraham impotenti præ ſenectutis imbecillitate,& a Sara, is præfertur Iſmaeli filio maiori eiuſdẽ Abrahami ex Agar ſuſcepto , quia is eſt filius ſecundum carnem, vt pote in ætate iuniori genitus.Ne vero Iudæi obijcerent Paulo ideo Iſaac prępoſitũ Iſmaeli,quia ille erat filius Saræ liberæ,hic Agar ſeruæ,aliud producit ſimile,quo magis vrget Iudæos. In illis verbis verſ. 10.*Non ſolum autem illa (id eſt Sara) ſed Rebecca ex vno concubitu habens*,nam Iacob filius Rebecæ eiuſdem, licet iunior,quia promiſſus,& electus a Deo prælatus fuit Eſau ſeniori,factuſque hæres Iſacij Patris ſui,in quo exemplo ne putarent Iudæi hãc prælationem factam ex præcellentia ætatis, natiuitatis,aut meritorum ſic ait , *Cum enim non dum nati fuiſſent* nimirum Iacob , & Eſau ex Rebecca, *Non ex operibus,ſed ex vocante, (vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret) dictum eſt ei.* (Rebeccæ) *maior ſeruiet minori*, vbi nõ agit de perſonis Iacob, & Eſau in ſpeciali,ſed de eorũ poſteritate,ac ſi diceret: duæ gẽtes ſunt in vtero tuo,& duo populi ex vẽtre tuo diuidẽtur,populuſque populũ ſuperabit, & maior ſeruiet minori,nã ex Eſau duxit originem populus Idumæorum , ex Iacob Iudæorum, Idumæis data fuit terra ſterilis, & ſaxoſa. Iudæis terra Canaam abundans , & fertilis. Idumæi vero ſeruierunt Iacobæis, tempore Dauidis, & Salomonis,vt patet ex 2.lib.Reg. 8.modo

5 Teſtimoniũ ex Paulo ad Rom. 9. diſcutitur.

Qui filij promiſsionis ex Paulo.

Gen.18.

2.Reg 8.

Digitized by Google

8. modo ex littera ſic expoſita ſic formo argumentum.

44 *Formatio argumẽti ex littera.* Licet, quæ hic refert Paulus ex veteri teſtamento ſecũdum litteram & immediate ad tẽporalia referantur, at multo principalius intẽdit per hæc explicare, qua ratione Deus ſine offenſione Iudæorũ donet filijs diuinę electionis, qui ſunt veri Iſraelitę, iuſtitiã, & æternam hæreditatẽ, at qui ait *Nõ ex operibus, ſed ex vocante ſecundũ electionẽ diuinam dilexiſſe Iacob.* Hoc eſt prædeſtinatos, & *odio habuiſſe Eſau*, hoc eſt neglexiſſe, ſeu non tam dilexiſſe reprobos, ergo electio ad gloriam facta fuit ex gratuito decreto Dei non ex merito operum.

45 *Varia reſponſa ex Leſsio.* P.Leſſ.ſupra num.32. varia tentat reſponſa. Primũ non excludi a Paulo opera præuiſa, ſed ſolum opera facta, pro quo allegat Patres Græcos, & quoſdam ex Latinis. Secundum ſolũ excluſa à Paulo opera legis externa, in quibus fidebant Iudæi omnia ſibi deberi, nõ vero excludi opera fidei Chriſtianę ex gratia interiori per Chriſtũ; vnde Paul.verſ.2.ait, *Quoniã triſtitia mihi magna eſt, & cõtinuus dolor cordi meo*, quod videat fratres ſuos ſecũdũ carnem, *quorũ eſt adoptio filiorum, & gloria, & teſtamentũ, & legislatio, & obſequiũ, & promiſſa*, &c. poſtponendos Gentilibus, quia in Chriſtũ crediderunt, ergo Paulus nõ excludit opera ex gratia.

46 *Excutiuntur.* Verũ contra primũ eſt, quod propoſitum, de quo hic Paulus, nõ eſt hominum ſed Dei, vt cõtra Patres Græcos oſtẽdi ſupra num.31. non eſt igitur ſenſus Deum elegiſſe, aut reprobaſſe iuxta hominũ varia propoſita bona, aut mala, ſed ſecundũ propoſitũ Dei, quod ſi loqueretur Paulus de electione ex operibus præuiſis, nõ eſſet hæc electio iuxta propoſitum Dei, vt expreſſe dicitur in textu, ſed iuxta propoſita varia hominũ, ergo ſolutio hæc coincidit cum doctrina Patrũ Græcorũ ab omnibus reijecta. Secũdo, ſi opera facta ſolũ excluſa, nõ diceret Paul.abſolute nõ ex operibus diſcretionẽ factã, ſed nõ ex operibus factis, ex operibus vero præuiſis, vnde vt Pauli antithetũ rectũ maneat, & cum omni ſua vi, *Nõ ex operibus, ſed ex vocãte* etiã opera præuiſa excludi debent. *Opera præuiſa excludi a Paulo.* Tertio, illa verba, *Cum non dum nati fuiſſent*, &c. & *antequam quid quam boni egiſſent, aut mali* omnem bonitatem, aut malitiam operum excludunt, nam licet Iacob, & Eſau in vtero materno colliſi fuerint, cum ea colluctatio libera non fuerit, nihil ad bonitatem, & malitiam conducere potuit, imo ſi attente rem expendas; omnia etiam opera parentum excluſa, ibi *ex vno concubitu*, & re vera nihil preſsius afferre potuit Paulus ad excludendam omnino omnẽ rationem meriti, aut demeriti ad diuinã electionem. Denique obiectio, quam à parte Iudæorum format Paulus verſ. 14. *Quid ergo dicemus? numquid iniquitas eſt apud Deum?* quaſi dicat, ſi Deus ſine merito Iacob dilexit, Eſau vero illi æqualem odio habuit, ergo iniuſtus videtur. Hæc inquam obiectio id manifeſtum reddit, nam ſi admitteret Paul. opera præuiſa, facile reſponderet Eſau non eſſe æqualem in operibus præuiſis, ideoque Deum illum eligentem iniuſtum non eſſe. At nullam omnino admittit diſsimilitudinẽ in operibus, imo vt ſignificet myſterium hoc adeo eſſe reconditũ, vt nulla humana ratio id poſsit inueſtigare, exclamat. *O homo, tu quis es? qui reſpõdeas Deo. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſciẽtiæ Dei*, & explicat appoſito figuli exemplo, *Numquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? an non habet poteſtatem figulus luti ex eadẽ maſſa facere alind quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* in quibus Paul.retundit, & reprimit importunam, & arrogantẽ impiorum contra Deum obiectionem, & Deũ comparat figulo, & homines luto, & vt figulo liberum eſt ex eadẽ maſſa fingere diuerſa vaſa, alia in vſus honoratos, alia in cõtumelioſos, quin argilla iuſte de figulo cõqueri poſsit; ita Deus ex eadẽ maſſa, hoc eſt, ex natura humana æque originali conſperſa, vt libet diſponere poteſt, & eligere pro libito ad regnandum cum ipſo, nullo habito reſpectu ad operum inæqualitatem, abſque iuſta hominum quærela.

Secundum Leſsij reſponſum his eiſdẽ quatuor argumentis confutatur, nam ſi in gẽtibus 47 eſſent opera facta ex gratia, & in Iudæis opera externa legis, electio gentium non eſſet gratioſa, nec inter ipſos eſſet operum æqualitas, & licet Paul. etiam excludere voluerit opera legis, vt Iudæos, qui in eis nimis fidebant ab eo errore liberaret, ſimul tamen voluit docere eos electionem gratioſam Dei non eſſe ex operibus, vt conſtat ex adductis exemplis, & coniecturis ex textu depromptis, ſed ex Deo liberaliter vocãte. Ad hæc Paulus produxit in exẽplũ infantes, in quibus nõ erãt, nec eſſe poterant opera legis, tũ propter ætatẽ infantilẽ, tũ quia nati ſunt, & vita functi multo ante tẽpore ante legẽ, vt põderauit P.Iuſtinianus; ergo non adduxiſſet Paulus exemplum accommodatum in his paruulis, ſi ſolum excludere voluiſſet opera legis. *Excutitur 2. reſponſum.*

Tertio, reſpõdet Leſſ.locum hunc de bonis 48 huius vitę tẽporalibus intelligendũ eſſe, nõ de prædeſtinatione, aut reprobatione P. Vazq. 1. par.diſp.95 cap. 8. fuſe expendens hoc teſtimonium contendit probare ex contextu, & alijs ſermonem Pauli, ſolum fuiſſe de prælatione in primogenitura, & regno temporali. *P.Vazq. 3. Reſponſum excutitur.*

Sed cõtra primo, licet teſtimonia, quæ allegat Paul.ex veteri teſtamẽto, vt ex Geneſ.cap. 25. ex Malach. cap. 1. ſecundum litteram ad *Geneſ.25. Mal.1.*

Nn 3 tempo-

Hieron.

Nequaquã poſſe intelligi de bonis temporalibus.

Punctus diſcordiæ inter patres Græcos, & Latinos in hoc teſtim.

Orig. Chriſ. Theoph. Æcum. Baſil. Iræn. Damaſc. Tertul. Philiaſt. Anſel. Hieron. Ambro. P. Salme. Aug. S. Th. P. Iuſtin. P. Cornel. P. Salm. Eſtius. P. Tol. P. Pereira.

temporalia referenda ſint, vt textus indicat, & cõſentit Hierony. at Pauli præcipua mens fuit ſub eo cortice nucleum rerum ſpiritualium oſtendere, & arcanum prædeſtinationis, & reprobationis reſerare, in quo video Patres omnes Græcos, & Latinos concordare, nam ſi quę fuit inter Patres diſſenſio, in eo ſolum verſabatur: an amor Iacob, & odium Eſau fuerint propter præuiſa populi ſignificati in Eſau opera praua, & bona populi ſignificati in Iacob: ita quod prædeſtinatio, & reprobatio hominũ in his duabus perſonis ſignificata, reſpexerit, aut opera bona gratię, aut praua ex libero arbitrio, in qua re partem affirmãtem ſequuntur Patres Græci Origen. Chryſoſt. Theophilact. Æcumeni. Baſili. Iræneus. Damaſcenus; & ex Latinis Tertullianus. Philiaſter, Anſelmus, imo Hierony. & Ambroſ. Præterea, teſtibus Proſpero, & Hylario in Epiſt. ad Aug. tom. 7. ante librum de prædeſtinatione ſanctorum, hæc etiam fuit ſententia Gallorum, qui verba Patrum deſiderauerit, legat P. Salmeron. tom. 13. in hunc locum diſp. 13. Partem vero negantem ſecuti ſunt Auguſt. & diſcipuli S. Tho. & Theologi ſcholaſtici, ita etiam Commentatores huius loci, e quibus ego vidi Iuſtinian. Corneli. Guillel. Eſtium. Salmeronem, Toletũ, & Pereiram, qui omnes cõſenſerunt Aug. Quare quod a Paulo præcipue intenta nõ fuerit electio ad bona gratiæ, & gloriæ nulla ratione cẽſeo probabile, quippe quod aduerſatur communi Patrum ſententię, quid enim illuſtre habet hoc tam celebre teſtimonium, ſi nudam in eo hiſtoriam conſideres? qua vero ratione in cõcordiam veniant Auguſt. ex vna parte, & Patres græci ex alia, explico infra cap. 6.

Argumentatio ex cõtextu.

49 Secundo, argumentor ex ipſo contextu, in quo P. Vazq. magnã vim facit, pro quo obſerua, vt notaui in principio, in Iacobo & Eſau ſignificatos duos populos, quorũ Patres erant Iacob, & Eſau, filij Iacob ſunt filij promiſsionis, & ſemen ſpirituale Abrahæ, Chriſtiani ſcilicet credentes, & ad gratiam regenerati; filij vero Eſau ſunt ſemen carnis, puta Iudæi, de operibus, & Patre Abraham gloriantes, & Chriſti fidẽ ſpernentes. Itaque Paul. nõ agit de prædeſtinatione, & reprobatione particulari, perſonę Iacob, & Eſau, aut perſonæ Iſacij, & Iſmaelis, vt obijcit P. Vazq. cum (ait) ex hoc textu colligi Iſmaelẽ, & Eſau reprobatos eſſe, ſi mens præcipua Pauli erat de prædeſtinatione, & reprobatione, poterat enim eſſe de hoc myſterio, non tamen perſonaliter in Iacobo, & Eſau, ſed in filijs ſpiritualibus Iacobi, & carnalibus Eſau, vnde veriſimile eſt ipſum Eſau ſaluatum, & alios oriundos ex ipſo, quia hi per fidem, & gratiam fuerunt veri Iſraelitæ, & filij Abrahæ, & Iacob; nihil obſtante, quod ſecundum carnem deſcenderint ab Eſau, & vt refert Pineda in cap. 1. Iob verſ. 1. numero 32. Iob pronepos fuit Eſau ex Aug. Origen. Chryſoſt. Ambroſ. Gregor. Sedulio, Abulenſi. Itaque Paulus ſub cortice hæreditatis paternæ, in qua Iacob prælatus fuit, & Eſau maior reiectus, ſignificat populum Gentilem, ſemen Iacob in ſpiritu, minorem Iudaico prælatum fuiſſe maiori in paterna hæreditate ſupernaturali. Eſau vero, hoc eſt, populum Iudaicum maiorem, ex ipſo ſecundum carnem ducentem originem odio habitum, *Quia non qui filij carnis, hi Filij Dei; ſed qui filij ſunt promiſsionis æſtimantur in ſemine* (ait) Paul. ergo negari non poteſt Paul. præcipue reſpexiſſe ad bona ſpiritualia, nec id negant Vazquez, & Leſſ. quod ſi ſemel conſtat, hoc fuiſſe a Paulo intentum, ſaltim ſecundum ſenſum ſpiritualem, probat proculdubio teſtimoniũ hoc electionem ſpecialem ad gloriam gratuitam propriam prædeſtinatorum.

Non agit Paulus de Iſaaco & de Iſmaele in proprijs perſonis.

P. Pineda.

Denique reſpondet Leſſ. non agi de electione abſoluta ad gloriam, ſed ſolum de inæquali diſtributione donorum gratię in hac vita, quod etiam affirmat P. Becan. cap. 14. 3. obiectione, vbi (ait) Catholicos non poſſe vti hoc teſtimonio, quia ſi ſemel concedimus Apoſt. ibi loqui de electione ad gloriam, plane ſequeretur reprobationem ad mortem factã eſſe ante præuiſa opera ex ſolo Dei beneplacito, vt contendunt Caluiniſtæ. 50

P. Becan.

Reſpõſum Leſſij excutitur.

Reſpondeo, concedendo, Paul. agere de gratia iuſtificante, nam hæc benedictio fuit promiſſa ſemini Abrahæ, ſcilicet iuſtitia, & amicitia Dei, & adoptio filiorum Dei, vnde Paul. Apoſtol. totus eſt in explicando vnde iuſtificetur homo, & (ait) iuſtificari per fidem, & gratiam Chriſti, non per cæremonias, & opera legis, itaque non tam agit de gratijs excitantibus, & præuenientibus, quæ etiam Iudæis a Deo collatæ, ſed de gratia iuſtificante, vt docte oſtendit Cornel. in principio commentarij, at contra reſponſum Leſſij duo obſtant. Primum, quod ſi admittit ſemel prælectionem abſolutam adulti prædeſtinati ad gratiam iuſtificantẽ ante præuiſionẽ liberam cooperationis in actum per quem diſponitur, & meretur de cõgruo, illam deuorat ſane omnem difficultatẽ, quæ eſt in prælectione abſoluta gloriæ, nã ſi v.g. prima iuſtificatio gratis præfinita fuit a Deo, & ex hac præfinitione proceſſit electio primę gratiæ cõgruæ ad ſe diſponendũ, iã non manet indifferẽtia in libertate, iã collatio ipſa gratiæ non poteſt cadere ſub meritum, cum ex æternitate gratioſe prædeſtinata fuerit. Secundum, quod ſimul ſermonem facit Paul. de gratia, & gloria, de amicitia, & hæreditate, vt conſtat ſatis ex explicatis.

Quo

Digitized by Google

Odium Eſau eſt tantum dilectio. Lu. 14. Matt. 10.

Quo ad P. Becan. odiũ hoc Eſau ante præuiſa demerita ſolum ſignificare minorem dilectionem, vt Lucæ 14. *Si quis venit ad me, & non odijt Patrem ſuum, aut Matrem*, hoc eſt, qui amat Patrem, aut Matrẽ pluſquam me, vt declarauit Matth. cap. 10. oſtendo in ſecunda parte huius tractatus, quæ eſt de reprobatione, vbi diſtinguenda eſt duplex reprobatio, alia poſitiua, quæ eſt odium proprium poſt præuiſa demerita, alia permiſiua, quæ eſt minor dilectio, & logice loquendo virtualis reprobatio poſitiua, quia ex ea ſequitur conſequentia logica teſtimonium hoc ad rem etiã eſt Catholicorum. An vero etiam de poſitiuo odio poſt peccata intelligi poſsit hoc teſtimonium, tracto in ſecunda parte diſp. 33.

Itaque quintum hoc, & tertium teſtimonium probant ſpecialem aliquam electionem gratioſam ante præuiſa merita, non vero omnino abſolutam: alia tria inefficacia ſunt Conſulto alia minoris momenti prætermitto, quia vtilius iudicaui præcipua accurate examinare; & ſi aliquanto prolixius, quam multa leuiã congerere.

Caput. V. *Alia quædam teſtimonia pro ſententia negante diſcutio.*

51 *Matt.* 25. *Primum teſtimoniũ pro parte negante diſcutitur* 1. Cor. 3.

PRO ſententia negante ſua etiam depromunt teſtimonia tutatores. Primum, ex Matth. cap. 25. ibi *venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, &c.* Aduerte, particulam *enim* non ſignificare ſolam conſequentiam, vt voluit Caluinus negans dari regnum cœlorũ, vt mercedem, & coronam laborum noſtrorũ, ſed veram eſſe cauſalem, vt dixit Apoſtol. 1. Corint. 3. *Vnus quiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem*, hoc eſt, propter bona opera ex gratia Chriſti, tanquã propter cauſam meritoriam, hoc poſito, ſic formatur argumentum; Deus iuſtis à conſtitutione mundi præparauit regnum cœlorũ propter opera miſericordiæ, & alia virtutum: ergo facta eſt electio poſt præuiſa merita. Vrgetur argumẽtum in reprobis, quibus (ait) *diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius, eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare &c.* nam vt hęc antitheſis perfecta ſit, vt reprobis nõ eſt præparatus ignis æternus, niſi facto examine demeritorum: ita nec prædeſtinatis regnum niſi propter merita.

52 *Probat electionem poſt merita non vero nõ eſſe alteram* [illegible] *te meri*

Argumentum hoc efficax eſt ad probandã voluntatem remuneratoriam poſt merita, quam nullus Catholicorum negat: non vero ad probandam negationem alterius ſpecialis prælectionis gratioſæ: imo, ſi verba diſcutias hui' teſtimonij aliquale ſummere poteris fundamentum pro hac duplici electione, nã prædeſtinatis (ait Chriſtus) *venite benedicti Patris mei*, hoc eſt dilecti à Patre: ab ipſo prædeſtinati ex bona ſua voluntate, in quo gratioſa electio ſignificata, in illis vero verbis *poſſidete paratum regnum, &c.* Voluntas exequens propter merita: ita, vt cauſalis illa non referatur ad benedictionem Patris, ſed ipſam poſſeſſionem regni. In verbis vero, quibus alloquitur reprobos, non poteſt duplex alia proportionalis voluntas fundari: nam vt obſeruarunt Orig. & Chryſoſt. non dixit, *maledicti Patris mei*, ſicut dixerat, iuſtis, *benedicti Patris mei*, ſignificans benedictionem hanc ex diuina bonitate præconceptam, & profectam ex natiua propenſione ſe donandi creaturis in gloria, maledictionem autem veluti inuitum præparaſſe, vt pote peccatis hominum extortam, id exigente diuina iuſtitia. Antitheſium vero non eſt conſtituendum in omni voluntate, ſed in ea, quæ taxat, atque confert præmium, & pœnam ad menſuram meritorum.

In reprobis non eſt duplex voluntas pro portionata cũ prædeſtinatione. Orig. Chryſ.

53 *Duplex obiectio ex Becc.* P. Becan. Ad Rom. 1. Cor. 9.

Sed obijcit P. Becan. verbum *præparare*, pertinere ad voluntatem præſteſtinantem, vt conſtat ex Paulo ad Rom. 9. *vt oſtenderit diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam*, & 1. Corint. 9. *oculus nõ vidit, neque auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum.*

Obijcit ſecundo, quia ſequeretur habere etiam Deum aliam duplicem voluntatem circa reprobos, vnam exequentem, quæ reſpicit futura peccata, aliam reprobantem, quæ antecedit ad præuiſionem peccatorum; hoc vero ſapit Caluiniſmum: ergo, &c.

54 *Fit ſatis vtrique.*

Ad primum reſpondeo, verbum *præparare* indifferens eſſe ad ſignificandam electionem, aut ante, aut poſt præuiſa merita, ſicut, & verbum *prædeſtinare*, cum proprius ſignificet electionem auxiliorum efficacium gratiæ, ſatis frequenter ab Scholaſticis vſurpatur pro electione ad gloriam, ante, vel poſt merita, quo fit ex ipſo contextu dijudicandum eſſe, quemnam ex his retineat ſignificatum. In primo teſtimonio ex Paulo adducto, exiſtimo ſignificari electionem gratioſam, vt denotant illa verba: *Diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ ſuæ*, nam hæc eſt electio miſericors, non alia poſt

merita. In ſecundo vero teſtimonio magis innui videtur electio poſt præuiſa merita propter illa verba his, *qui diligunt illum*, non tamen alia negatur.

Ad ſecundum iam dixi diuerſam eſſe rationem de reprobis, vnde in eodem teſtimonio ad Rom. 9. de his dixit Paul. *ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum*, in quem locum paſsim notant interpretes Deum non aptaſſe vaſa iræ, vt aptauit miſericordiæ, ſed ipſos ſe aptaſſe, atque apparauiſſe propria culpa, & impœnitentia ad interitum, vnde græcè legitur *aptata*, vt notant Patres Græci. Porro Deus ea non fecit, ſed ſuſtinuit in multa patientia: vaſa vero miſericordiæ fecit, & præparauit in gloriam, non ergo in reprobis duplex voluntas diſtinguenda proportionate ad duas prædeſtinatorum. Alia teſtimonia huic ſimilia cōgerit Leſs. ſect. 2. quæ omitto, quia ſimilem habent explicatum.

55 *Secundū teſtimonium ad Rom. 8. ineſficax.*

Secundum fundamentum pro parte negante ſumitur ex varijs ſcripturæ locis, in quibus ſignificatur præſcientiam cooperationis humanæ præcurrere prædeſtinationem, hoc eſt electionem ad gloriam, exemplum eſt in Paulo ad Rom. 8. ibi, *nam quos præſciuit, & prædeſtinauit*, ſed verba hæc diſcuſsimus accurate cap. 4 in 3. teſtimonio, vt ex ibi dictis cōſtat nihil habere momenti pro hac parte.

56 *Explicatur Paul ad Rom. 11. Chryſ.*

Deinde afferuntur alia verba ex Paul. ad Rom. 11. ibi *non repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit*. Verū neque hoc eſt magni momenti, nam licet Chryſoſt. ſic explicet: Deus non repulit totam plebem Iudæorum, ſed eos vocauit ad Eccleſiam, quos præuidit fore dignos: at, ſi hoc intelligatur de dignitate, quæ antecedit omnem gratiæ vocationem, ſapit Pelagianiſmum, ſin vero de alijs vocationibus poſt primam, quomodo intelligendus Chryſoſtomus ſanū habet ſenſum: at OEcumenius, illud *præſciuit*, refert ad prædilectionem Iudæorum ante vocationem gentium, ex quo nihil infertur electionis poſt præuiſa merita. Denique Auguſt. lib. 2. de dono perſeuerantiæ cap. 18. illud *præſciuit* refert ad prædeſtinationem, & vt ibi notanit Toletus in commentario, & annotatione prima, verbum græcum reſpondens non ſolum ſignificat præſcientiam mentis, ſed etiam decretū voluntatis: ergo, vt Paul. demonſtret, non omnes Iudæos à Deo, & à Iuſtitia repulſos, & gentes omnes indiſcriminatim ad ipſam adſcitas, dixit ſeipſum Iſraelitam eſſe, ex ſemine Abrahæ, fidelem tamen, & Chriſtianū, tales quoque Apoſtolos, & multos credentes ex Iudæis: pariter explica illud Pauli. 2. ad Thim. 2. *cognouit Dominus, qui ſunt eius*, & alia ſimilia, quæ abunde refert P. Salmeronius tomo 16. diſp. 1.

OEcum. Præſcire, prædiligere ex OEcumeno prædeſtinare ex Aug. Auguſt. Tol. 2. ad Thi. 2. Sal.

Tertium fundamentum ſummi poteſt ex 2. epiſt. S. Petr. cap. 1. ibi, *quapropter fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtrā vocationem, & electionem faciatis*. In quibus expendendum Petrum agere cum vocatis ad fidem, vt conſtat ex principio, ibi, *ijs, qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidē in iuſtitia Dei noſtri*, quo fit electionem, de qua ibi Petrus, eſſe ad gloriam; atqui, vt hæc electio certa ſit, petit Petrus Apoſt. bona opera: ergo non agnoſcit aliam prælectionem abſolutam, & efficacem independentē ab operibus: probo hanc conſequentiam, quia ſi Deus efficaciter decreuit dare gloriam ante opera, ex eo efficaci decreto iam habet certitudinem.

57 *Tertium teſtimonium ex ſecunda Petri cap 1. diſcutitur.*

Reſpondeo illud *certam* duplicem habere ſenſum, primum compertam, & notam, aut nobis, aut alijs, noſtra bona opera intuentibus. Secundum firmam, & ſtabilem, & in neutro ſenſu probatur intentum, non in primo, quia vt explicat S. Thom. ſolum vult Petrus bona opera à nobis fieri, vt reddamur certiores ſalutis noſtræ, quantum patitur hnmana coniectura, aut alios in eorum ædificationem no noſtra bona opera conſiderantes, vt exponunt OEcumenius & Beda. Nec in ſecundo, quia ſecundum omnes non datur gloria à Deo prædeſtinato adulto ſine meritis, & non permanentibus in fide, & iuſtitia ad quā vocati ſunt, vnde prius dixerat Petrus, *cui enim non præſto ſunt hæc*, hoc eſt bona opera, *cæcus eſt, & manu tentans*, qua ſi dicat, vt ſuam electionē periculo fruſtrandi exponit; quippe, quæ nō eſt danda ſine perſeuerantia in bonis operibus, & cæcitate laborat circa euentum ſalutis propriæ.

Vox certa *duplicem habet ſenſum.* *Probatio ex eo ineſficax.* O cum. Bed.

58 *Quartum fundamentum ex locutionibus ſcripturæ ex Paul. in 2. loco.* Ad Rom.

Quartum fundamentum deduci poteſt ex locutionibus ſacræ Scripturæ, in quibus promittitur adultis prædeſtinatis gloria appoſita conditione, ſi in iuſtitia accepta perſeuerauerint, duo ſolum propono in exemplum, vtrūque ex Paulo. Primum ex epiſt ad Rom. cap. 11. ibi, *vide bonitatem, & ſeueritatem Dei in eos quidem, qui ceciderunt, ſeueritatem, in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin, & tu excideris*; in quibus Paulus alloquitur gentilem ad fidem vocatum, vt animi elationem compeſcat, & timorem incutiat: nam licet Deum benignitate ſua ad gratiam, & amicitiam adſciuerit, & acceptauerit, nihilominus vult eum non eſſe ſecurum de ſua ſalute cum pendeat à conditione vltimæ perſeuerantiæ abſoluta electio ipſius. Secundum eſt ex epiſt. 2. ad Thim. 2. vbi dicēs eſſe in magna domo vaſa aurea, argentea, & lutea (ait) Apoſt. *Si quis ergo emundauit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile Domino*: ponendum vero per hæc vaſa ſignificatas à

Quid per vaſa Paul ſignificet. 2. ad Thim. 2.

Digitized by Google

Paulo diuerſas prædeſtinatorum, atque repro batorum ſortes, per ſententiam communem Patrum, atque Theologorũ: licet aliqua ſubſit diſcordia in modo, quo illas ſignificat, vt videri poteſt apud Salmer. tom. 15. diſp. 3. ergo cum fieri vas in honorem ſanctificatum ſit eligi ad gloriam, & cum hoc pendeat ex ea conditione, *ſi quis emundauerit ſe ab iſtis*, hoc eſt, à peccatis ſolum promiſsio gloriæ ſit conditionalis.

59 *Ineficax teſtimonium pro intento.* Anſel.

Verum teſtimonia hæc ſolum probant nulli prædeſtinato adulto conferendam gloriam niſi perſeueret in operibus pietatis & in gratia decedat: imo ſi magis introſpiciatur primum Pauli teſtimonium: aliquale in eo pro affirmante ſententia eſt fundamentum. Nota vero Anſelm. illud *in bonitate* retuliſſe ad gratiam, & bona opera prædeſtinati. Verum non agit Paulus de bonitate hominis, ſed Dei, ait enim, *vide inte bonitatem Dei*. Hoc poſito alloquitur gentilem retenta radicis, atque ramorum metaphora, ibi, *& ſi radix ſancta, & rami, quod ſi aliqui ex ramis* (nimirum ex Iudæis, quorum Patriarchæ ſancti fuerunt) *fracti ſunt*, hoc eſt à fide, & iuſtitia ſuorum parentum exciderunt *tu autem* o popule gẽtilis cum oleaſter eſſes, hoc eſt, agreſtis olea, & infrugifera bonorum operum ob infidelitatẽ, & impietatem, & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduerſus ramos iam fractos propter incredulitatem, quod ſi Iudæis, naturalibus ramis, non pepercit Deus timere tu iure poteris, ne excidaris, vide ergo infidelis, Dei erga te benignitatem, & bonitatem, vbi notã per bonitatem, & benignitatẽ ſignificari à Paulo virtutem, qua aliis ſponte benefacimus, ſine reſpectu ad opera meritoria, vt ad Titum. 3. *apparauit benignitas, & non ex operibus, quæ fecimus nos*, cui benignitati opponit ſeueritatem erga Iudæos, in quorum punitione cerni videtur, quædam ſeueritatis ſpecies, quatenus iam ſibi olim copulatos, permiſit auelli à Sancta radice: in conditionali vero alloquitur gentilem fidelem, vt propoſita diuina in ipſum benignitate excitet ad humilitatem, & perſeuerantiam, qua ſe dignũ exhibeat, qui non frangatur à radice.

A radice euoluitur. Ad Titu. 3.

In ſecundo vero teſtimonio ſolũ vult Paulus non conferri vitam æternam adulto prædeſtinato, niſi libere homo perſeuerauerit in iuſtitia accepta, hoc enim ſibi vult fieri vas ſanctificatum vtile, & in honorem.

Quintum teſtimonium ſumitur ex Ioan. Apocalyp. 3. ibi, *tene quod habes; nec alius accipiat coronam tuam*: hoc eſt, firmam redde acceptionem coronæ per labores, & bona opera, at eodem modo explicandum, ſicut quartum, & tertium. 60

Apoc. 3. *Quintum teſtimonium ex 3. Apocal. facile explicatur.*

Caput. VI. *Quantum fauet D. Auguſtinus ſententiæ affirmanti.*

61 *Cæleſtin. Papa. Auguſt. doctrina in materia de gratia à ſummis Pontificibus commendata.* Leo. 1. Aug.

QVONIAM Cæleſtinus Papa in epiſt. ad Epiſcopos Galliæ ſancti Auguſtini doctrinam, non ſolum commendat, atque prædicat: verum obtrectatores grauiter reprehendit in hæc verba, *reſiſtatur talibus, quos male creſcere videmus, nefas eſt hæc pati religioſas animas* (loquitur de Monachis Maſsilienſib⁹, quorum caput, & Magiſter Caſsianus) *quorum afflictione, quia membra noſtra ſunt, nos quoque conuenit macerari*; & quoniam Leo primus in Concil. Arauſicano, eandem Auguſt. doctrinam de gratia verbatim decerptam, quia Proſper diſcipulus erat à ſecretis Pontificis ipſis Canonibus inſeruit; ac denique, quoniam ipſe Auguſt. lib. de prædeſtinatione Sanct. c. 18. de ſua doctrina ita pronunciauit, *quis hæc audiat diligenter & intelligenter, & audeat de hac, quam defendimus tanquã clara veritate dubitare?* propter hæc inquam mens Auguſt. nobis diligenter perſcrutanda, ne ab eo, vel latum vnguem diſcedamus.

62 Et in primis grauiſsimi Theologi opinantur Aug. ſtare à ſententia affirmante, Cardin. Bellar. lib. 2. de libero arbitrio cap. 11. & ſequentibus Magiſt. Curiel in ea controuerſia 4. in 2. fundamento P. Suar. lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis cap. 8. num. 36. & lib. 3. de auxilijs cap. 18. P. Iuſtin. Pereira, Toletus ſupra caput 8. 9. & 11. epiſt. ad Rom. ita etiã recentiores Thomiſtæ, quia putant hanc eſſe ſententiam præceptorijs varijs in locis, vt in hac quæſt 23. art. 4. & 5. quæſt. 6. de veritate art. 2. & 3. contra gẽtes cap. 163. & ad Rom. 9. lect. 2. & ad Epheſ. 1. lectio. 1. vt videri poteſt in Magiſtro Aluarez lib. 5. de auxilijs diuinæ gratiæ diſp. 37.

Bell. Cur. P. Sua. P. Iuſtin. P. Perer. P. Tolet. *Qui opinentur eſſe Aug. à parte affirmante.* Aluar.

Primum, & maioris momenti teſtimonium deſumitur ex lib. de correptione, & gratia cap. 7. vbi tractans teſtimonium Pauli 1. ad Corinth. 4. *quis enim te diſcernit &c.* quod intelligit de diſcretione prædeſtinatorum per gratiam ab illa perditionis maſſa, quæ facta eſt per primum Adam, pro quo citat B. Cyprianum ad Cyrinum, quem librum ſubiecit illi titulo: *in nullo eſſe gloriandum, quando noſtrũ nihil eſt*: in eo capite duo videntur ſtabiliri ab Auguſtino. Primum electionem completam & perfectam, 63

Primum Aug. teſtimonium diſcutitur B. Cypria.

Digitized by Google

& perfectam, quæ complectitur perſeuerantiam, & glorificationem prædeſtinati, eſſe ex gratia. Secundum ad eam electionem excludi debere omnia opera etiam ex gratia facta, licet non ad eius executionem; vtrumque tam aperte conſtat ex textu Auguſtini, vt nulla opus eſſet declaratione, expenſione nulla, niſi graues Theologi ex aduerſo ſtarent: Primum nempe Auguſt. adſtruere electionem gratioſam prædeſtinatorum propriam, quæ attingat non ſolum primam gratiæ vocationem, ſed etiam omnem ſeriem, atque progreſſum prædeſtinati, vſque ad vltimam perſeuerantiam ad gloriam conſtat, nam poſt deſcriptionem totius progreſſus prædeſtinati huius vitæ, & quo pacto in fide, quæ per dilectionem operatur; vſque in finem perſeuerent, etſi quando exorbitant, correpti emendantur, & quidam eorũ, etſi ab hominibus non corripiantur, in viam, quam reliquerant, redeunt, & nonulli accepta gratia, in qualibet ætate periculis huius vitæ mortis celeritate ſubtrahuntur, *hæc inquam omnia* (ait) *operatur in eis, qui vaſa miſericordiæ operatus eſt eos, qui & vlterius elegit eos in filio ſuo ante mundi conſtitutionem per electionem gratiæ*, hoc eſt gratioſam, vt mox explico, ergo adſtruit electionem liberalem, quæ pertingat vſque ad gloriam:

Ex Aug. electionen eſſe ex gratia oſtenditur.

Secundo patet, quod diſtinguat electos a vocatis, dicens *quicumque enim electi ſunt, ſine dubio etiam vocati: non autem quicumque vocati conſequenter electi*, igitur electionem hanc D. Auguſtinus non reſtringit ad primam vocationem gratiæ congruæ, vnde de vocatis, & iuſtificatis, & non perſeuerantibus ait, *non enim ſunt a maſſa perditionis præſcientia Dei, & prædeſtinatione diſcreti, & ideo nec ſecundum propoſitũ vocati, ac per hoc nec electi, ſed ita vocati, de quibus dictum eſt multi vocati, & non de eis, de quibus dictum eſt, pauci vero electi.*

Tertio, id etiam manifeſte conſtat ex illis verbis, *horum ſi quiſquam periyt, fallitur Deus, ſed nemo eorum peryt, quia non fallitur Deus; horum ſi quiſquam periyt, vitio humano vincitur Deus, ſed nemo eorum periyt, quia nulla re vincitur Deus; electi autem ſunt, ad regnandum cum Chriſto non modo, quo electus eſt Iudas ad opus, cui congruebat.* Ecce expreſſe, & ponit præſciẽtiam totius ſeriei prædeſtinati, quæ non fallitur ex parte intellectus, & electionem eiuſdẽ ſeriei vſque ad regnum Chriſti, quæ non vincitur humano vitio, at ſi electio ad regnandum cum Chriſto ſolum eſſet communis cum reprobis, non diceretur vinci Deum humano vitio, etſi, ſic electus periret; quippe quæ electio illa conditionalis eſt. Si perſeuerauerint in iuſtitia, ergo conſtituenda eſt ſpecialis electio, quæ infallibiliter inferat gloriam prædeſtinati in qua reuera vinceretur Deus, ſi periret.

Alterum, nimirum hanc electionem eſſe omnino gratioſam, ita vt non reſpexerit Deꝰ ad opera etiam ex gratia: probo primo, quia eam appellat electionem gratiæ, dicens, *ſi autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia.* Secundo vrgentius, nam electio hæc, vt manifeſte probaui referri debet ad totam ſeriem prædeſtinati, quæ incipit à diſcretione originalis per gratiam: atqui, quotquot ab originali diſcreti ſunt, per gratiam diſcreti ſunt ſine proprijs meritis, etiam ex gratia, ergo excludit Auguſt. omnia opera etiam ex gratia. Vnde ipſe Aug. explicans illud Ioan. 6. *non ne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis Diabolus eſt? illos* (ait) *debemus intelligere electos per miſericordiam, illum per iudicium, illos ergo elegit ad obtinendum regnum ſuum, illum ad effundendum ſanguinem ſuum*, ecce diſcrimen inter electos ad obtinendum regnum, & reprobos, electionem illorum refert ad miſericordiam, quia eſt ante præuiſa merita, quis vero dubitet obtentionem regni eſſe conſecutionem gloriæ? ergo adſtruit electionem gratioſam gloriæ ſine reſpectu ad merita ex gratia: hos vero damnatos per iuditiũ, hoc eſt, poſt præuiſa demerita, vt ſuæ ſatisfaciat iuſtitiæ, atque adeo &c. Porro, ſi electio hæc, vt pertingit iuſtitiam, & gloriam, eſſet ex meritis, non eſſet in ſe miſericors, ſed remuneratoria, & illa, qua confertur prima vocatio congrua miſericors eſſet, ergo diſtinguendæ eſſent Auguſtino duæ electiones, alia liberalis alia remuneratoria, atqui nunquam eas diſtinguit Auguſti. ſed totam illam appellat gratioſam, miſericordem, quæ operatur vaſa miſericordiæ non ex operibus &c. Ergo comparatione huius electionis non admittit opera ex gratia. Hic obſerua hunc locum ſatis fauere electioni indiuiſibili mediorum, & finis, meritorum, & præmij, quam defendimus, & explicuimus cap. 2, cum P. Molina, de hoc puncto iterum redibit ſermo in hoc cap. 1. vbi confutandus P. Vazq.

64 *Eſſe ante opera etiã ex gratia.*

Fauet Auguſt. indiuiſibili voluntati erga finem, & media.

65 Hæc cum ita ſint, P. Leſſ. ſup. ſect. 4. ſatis difficultate perculſus, dixit non tam attendendũ eſſe ad verba Auguſt. vt ſonant, quam ad eius ſcopum, ſcopus vero Auguſtini erat excludere omnia opera nudi liberi arbitrij ad iuſtificationem, non autem ex gratia. Vt hoc fundet vtitur quibuſdam coniecturis. Prima quod eos appellat electos per electionem gratiæ, quia gratia eſt illis omne meritum, ergo admittit merita ex gratia. Secunda, quod Pauli, & Auguſtini ſcopus idem fuit: nam Paulus refutabat Iudæos, qui putabant operibus legis deberi iuſtificationẽ, Auguſtinꝰ Pelagian. & Semipelagian. qui in ſimili verſabantur errore, putantes

Solum excludere Aug. opera nudi arbitrij opinatur Leſſius.

Iudæi, & ſemipelagiani in eodem errore.

Digitized by Google

tes operibus nudi arbitrij deberi iuſtificationem, ergo vterque excluſit opera ex ſola natura, & neuter opera ex gratia. Tertia, quia tum Paulus, tum Auguſtinus loquuntur non ſolum de ordine intentionis, ſed etiam executionis, aiunt enim gratiam, iuſtitiam, gloriam gratis conferri, at de fide certum eſt, in collatione iuſtificationis, & gloriæ haberi rationem operũ ex gratia, ergo ſolum ſunt excluſa à Paulo, & Auguſtino opera legis, & naturæ, de quibus nulla habetur ratio. Quarta, quia error Pelagian. & ſemipelag. non erat de abſoluta electione ad gloriam poſt præuiſa gratiæ merita, ſed de vi naturæ ad gratiam. atqui Auguſtinus impetebat Pelagian. & ſemipelagian. non vero hanc opinionem, quæ erat communis Patrum Græcorum, alias eos impeteret, quod abſurdum eſt. Ad hæc Auguſt. in lib. de dono perſeuerantiæ cap. 18. ait, *hoc vnum ſcio, neminem contra iſtam prædeſtinationem, quam ſecundum ſcripturam ſanctam defendimus, niſi errando diſputare poſſe*, at error nõ eſt in fide aſſerere nullum eligi abſolute ad gloriam, niſi facto examine meritorum ex gratia, alias intenderet Auguſtinus oſtendere Patres Græcos in fide errasse, quod abſurdum eſt. Ergo ab Auguſtino excluſa non ſunt opera ex gratia.

66 *Non ſatiſfacit Leſſius argumento.* Verum hæc licet docte expenſa, non ſatiſfaciunt argumento, vt à nobis efformatum eſt & primò, ſi verba Auguſtini ſonant electionem quæ excludit opera ex gratia, cum probè nouerit Auguſtinus propriè loqui, nec plus verbis ſignificare, quam mente ſentiebat, maximè cum res tam controuerſa agitaretur, ego ſane ſignificationi verborum Auguſtini ad hæreo, vt ipſius mentem teneam. *Probatur ex Aug. electio gratioſa ad iuſtitiam, & gloriam ante opera ex gratia.* Porro, neget nemo excludenda eſſe opera ex gratia in electione ad primam vocationem congruam, atqui Auguſtinus eodem modo loquitur de electione ad eam, ac de electione ad iuſtitiam, atque ad glorificationem, dicens, eos vocaſſe, quos prædeſtinauit, prædeſtinaſſe, quos iuſtificauit, iuſtificaſſe, quos glorificauit, nullum ex his periſſe, quia electi ſunt, & per hanc electionem ſubtrahi à periculis vitæ, ergo vt prædeſtinatio ad primam vocationem gratioſa eſt, ita ad iuſtificationem, ita ad glorificationem in phraſi Auguſtini, cum eas prædeſtinationes nulla ratione diſtinguat. Denique hæc electio eodem modo eſt cauſa primæ vocationes, atque eſt iuſtificationis, ergo comparatione iuſtificationis non eſt cauſa poſt præuiſum aliquod meritum ex gratia, conſequentia eſt euidens, antecedens probat Auguſtinus ex illis verbis, *quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat. &c.* vbi electio iuſtificationis ſoli Deo tribuitur, non merito noſtro.

67 Ad primam Leſſij coniecturam nego admittere Aug. merita ex gratia, vt conſtat in electione ad primam gratiam, cum vero ait meritum ex gratia, ſeu gratiam eſſe omne meritum, pro nobis eſt, quia electionem gratiæ appellat ipſe electionem non debiti, vt ipſe ſe explicat Epiſt. 105. nam, vt bene notauit Toletus ad Rom. 11. annotat. 4. electio gratiæ eſt electio gratuita in modo loquendi Hæbreorum, qui ponunt ſubſtantiua pro adiectiuis, quem modum ſecutus eſt Paul. & Auguſtinus electio vero gloriæ poſt merita non eſt electio gratiæ, hoc eſt, non debiti, vnde electio ad primam gratiam proprius vocatur electio gratiæ, hoc eſt, non debiti, cum vero ait gratiam eſſe omne meritum, mens expreſſa eſt, hanc electionem non debiti eſſe omnis meriti principium. *Fit ſatis argumentis Leſſij.* Tol.

Ad ſecundam concedo Paul. reijciſſe opera legis, & Auguſt. opera naturæ in ſemipelag. at, vt Paul. ſecundum a me dicta cap. ſuperiori in 3. & 5. teſtimonio aſſeruit plane electionem gratioſam inter omnino æquales excludens opera etiam ex gratia, ita Auguſt. vltra impugnationem ſemipelag. eam aſſeruit, doctrina Pauli illuminatus.

Inde ad tertiam coniecturam reſpondeo, in Auguſtino duas inueniri electiones in diuerſis locis, aliam gratioſam in hoc, quem explicamus, & in alijs, vnde in eo non agit de ordine executionis, aliam ex meritis, vt videndum capite ſequenti, & hæc eſt ordine executionis. Han etiam c. 5. ex ſacra ſcriptura manifeſte demonſtrauimus.

Ad quartam, verum eſt præcipuum Auguſt. 68 ſcopum contra pelagianos, & ſemipelag. inſtitutum. *Concordia Aug. & patrum Græcorum* Verum etiam eſt conſentire Patribus in voluntate abſoluta dandi gloriam poſt gratiæ merita, vt oſtendo cap. ſequenti. Ad hæc vero adſtruxit aliam quandam ſpecialem electionem gratioſam ante omnia merita, quæ eſt in ſententia Auguſtini origo omnium meritorum gratiæ, hanc electionem Aug. præſtantiſſima, qua præditus erat intelligentia, hauſit ex ſacris litteris, ac maxime ex Paulo in locis, vbi de prædeſtinatione, & reprobatione; licet vero Patres Græci, non ita hanc ſpecialem electionem nos docuerint, aut authoritate ſua confirmauerint, (hæc enim gloria Aug. relicta) at non negarunt, neque aliquid cum ea pugnans aſſeruerunt, vt ego declaro capitibus ſequentibus, ac maxime in 13. vbi pronuntio propriam ſententiam. Rationem huius rei inuenio in ipſo Augſtino lib. 1. de prædeſtinat. ſanct. cap. 14. vbi volens ſatisfacere, quare ad ſuam ſententiam confirmandam non ſit vſus antiquiorum Patrum teſtimonijs, quæ deſſiderabant Maſilienſ. in ſuis ſcriptis, vt teſtes ſunt Proſp. & Hilarij in Epiſt. citatis ad Aug. *Proſp. Hilar.*

quid

quid igitur opus eſt (ſcribit), vt eorum ſcrutemur opuſcula, qui prius quam iſta hæreſis oriretur non habuerunt neceſsitatem in hac difficili ad ſoluendum quæſtione verſari, quod proculdubio facerent, ſi reſpondere talibus cogerentur, vnde factum eſt, vt de gratia Dei, quid ſentirent breuiter quibuſdam ſcriptorum ſuorum locis, & tranſeunter attingerent, itaque exiſtimo Auguſti. non ſe exhibuiſſe aduerſarium Patribus, ſed copioſius, atque enucleatius gratiam diuinæ electionis ſine vllis meretis tradidiſſe. Hæc ratio conciliandi Patres ſubſumit, quod ab omnibus admitti debet, nimirum ita conſtituendam eſſe hanc ſpecialem electionem ex Auguſt. vt non pugnet cum electione abſoluta poſt merita, quo mihi infero electionem, quã induxit Auguſti. nequaquam eſſe omnino abſolutã, hæc enim pugnat cũ alia, vt oſtẽdi cap. 10. & ſequentibus. Nõ enim Aug. præpediebatus ijs ſubtilitatibus ſcholarum, nam, dum aduerſarij ipſi concederent electionem ſpecialem prædeſtinatorum propriam præcurrentẽ omnia merita, ceſſaret controuerſia cum ipſis, neque enim curabat de tam abſoluta electione, quæ omnem conditionem cooperationis liberæ ex parte obiecti excludat, quæ nam vero ſit natura huius ſpecialis electionis, ſatis eſt difficile explicatu, id connabimur præſtare capi. 13. Quapropter mihi perſuadeo Auguſti. hanc electionem ſpecialem, vt ſibi certam conſtituiſſe, vt pote ſacris litteris conſentaneam, in quo tamen non inſimulabat erroris Patres Græcos, quippe qui eam non negarent, & licet eam negare non ſit dignum aliqua cenſura Theologica propter authoritatem ſentẽtiæ negantis, quæ maxima eſt. Vt dixi capi. 3. & propter eius non contemnenda fundamenta, & quia adhuc ſub aliquo dubio eſt, an eam intenderit, at ſi euidenter conſtaret intendiſſe non dubitarem affirmare ab Auguſtino traditam, vt certam, & contentam in ſacris litteris.

Auguſt. nõ docuit abſolutam omnino electionem ante merita, ſed ſpecialẽ prædeſtinatorum.

69 P. Vazquez. diſp. 89. cap. 8. numero 70. contrariam ſequitur rationem explicandi ei, quã retulimus ex P. Leſsio, admittit excluſa ab Auguſti. omnia opera ex gratia, negat ibi agere de electione ad gloriam; ſed ſolum de electione ad gratiam, & primo, vt ſuam interpretandi rationem confirmet, notat Auguſti. agere de electione gratiæ non præcedentium meritorum ſuorum, quia gratia eſt illis omne meritum, verum hæc, & alia explicata à nobis in Leſſ. refutatione. Præterea vtitur alia coniectura nempe Auguſti. iterum, atque iterum repetere ideo electos eſſe, quia ſecundum propoſitum ſunt vocati, at ſi ſermo eſſet de electione ad gloriam, quæ præcedit præuiſionem meritorum, contrario modo dicere debuiſſet, ideo ſecundum propoſitum vocatos, quia electi ſunt, quia vocatio ſecundum propoſitum eſt voluntas congrue vocãdi, vt ipſe oſtendit diſp. 88. cap. vltimo. Hac coniectura ita motus fuit, vt non dubitauerit affirmare, vel leuiter perlegenti contextum capitis id manifeſtum fore.

P. Vazq. agere Auguſt. de electione ad ſolam gratiam.

Ego non leuiter, nec ſemel legi caput, at lectio eius induxit me in ſententiam, quam propoſui, & confirmaui inter arguendum, quorſum enim Auguſti. poſt enarratum omnem prædeſtinati progreſſum in hac vita, vſque ad perſeuerantiam finalem, & glorificationem, ſine vlla electionum diſtinctione affirmaret hoc totũ accipere prædeſtinatum a Deo per electionem gratioſam, non debitam, ſine vllis meritis? Porro cum ait, *hos electos ad regnandum cum Chriſto, ad obtinendum regnum cœlorum*, niſi verba hæc violenter, improprie, & figurate ſumantur, non poſſunt ſignificare vacationem ad gratiam congruam, quæ eſt ad compatiendũ in hac vita cum Chriſto, non ad conregnandũ ſecundũ illud, *ſi cõpatimur; conregnabimus*, vnde licet gratia, & Eccleſia dicantur *vita æterna*, in ſacra pagina, & *regnum Dei*, at conregnare cum Chriſto plus ſignificat, quam eſſe eius amicum in loco compaſsionis. Et licet ſatis perſpicue oſtenderim Auguſt. electionem non fuiſſe limitatam ad gratiam, ſed pertigiſſe gloriam, dum proponebam argumentum. Accipe modo duo clariſsima teſtimonia, vtrumque ex eodem libr. de corrept. & gratia. Et ex cap. 13. in cuius principio ſic ait, *hæc de ijs loquor, qui prædeſtinati ſunt in regnum æternum, quorum ita certus eſt numerus, &c.* Aduerte vero, vt vim teſtimonij huius capias, dixiſſe Auguſt. cap. 12. donum perſeuerantiæ liberaliter datum eſſe à Deo Sanctis, & hos appellat prædeſtinatos in regnũ æternum gratioſe, ergo tradidit electionem ad gloriam, vt condiſtinctam ab electione ad gratiam, & perſeuerantiam, & vtramque liberalem. Et in progreſu capitis, *numerus ergo ſanctorum* (ait) *per Dei gratiam regno Dei prædeſtinatus donata ſibi etiam vſque in finem perſeuerantia, illuc integer perducetur, & illic integerrimus ſine fine beatiſsimus ſeruabitur.* Ecce affirmat expreſſe prædeſtinationẽ gratioſam perducentem, & inducentem hominem in locum gloriæ. 70

Refutatur P. Vazq.

Adijcio duo Auguſtini teſtimonia.

Donũ perſeuerantiæ ex electione gratioſa ſecundũ Auguſt.

Denique argumentor ſic, vel P. Vazquez per electionem ad gratiam intelligit ad gratiam etiam iuſtificantem, & ad perſeuerantiã in adultis; vel ſolum ad gratiam congruam antecedenter ad liberam cooperationem arbitrij, ſi primum: ergo concedit P. Vazquez Auguſti. docuiſſe abſolutam prælectionem gratiæ iuſtificantis, quæ ſit in adultis cum dependentia a libero arbitrio ante præuiſionem cooperationis, in quo deuorat prædefinitiones, & integram 71

Digitized by Google

integram difficultatem, quæ eſt in prælectione gloriæ! Si ſecundū:tam expreſſe Auguſtinus,& tam frequēter repetit prædeſtinatos per electionem gratioſam accipere a Deo iuſtificationem, & donum perſeuerantiæ, vt argumentū confici non poſſit ad hoc probandum,ſed ſolū tradi debeat liber Auguſtini legendus.

Effugium præcluditur.

Dices ab Auguſt.gratiam primæ vocationis, dici gratiam iuſtificationis,& donum perſeuerantiæ. Verū nec in Epiſt.105.neque alibi fundamentum video ad hoc affirmandum,imo Auguſt.in ea Epiſt.105.propriſsime diſtinxit inter vocationem congruam,& gratiam iuſtificationis, ſic quærens. *Nulla igitur ſunt merita iuſtorum?*& reſpōdet,*ſunt plane,quia iuſti ſunt,ſed, vt iuſti fierent, merita nō fuerunt,iuſti enim facti ſunt,cū iuſtificati ſunt*,in quibus concedit Auguſtinus merita homini iuſto, at qui principiū meriti eſt gratia iuſtificans, negat merita, vt iuſtificentur intellige condigna,ex defectu gratiæ iuſtificantis.Denique gratia congrua remotiſsime,& contingenter præparat hominem ad gratiā iuſtificantem,ergo nimis improprie appellatur iuſtificatio. Auguſtino vero tā improprius ſermo tribuēdus nō eſt in re grauiſsima.

Gratia cōgrua metaphoricè eſt iuſtificatio.

72 *Reſpōſum ad argumenta P. Vazq.*

Ad coniecturā ex Aug.ex ipſo P.Vazq.reſpondere poſſemus,nam vbi ſupra ait, illā cauſalem, ideo electi, quia ſecundū propoſitū vocati,eſſe in genere cauſæ formalis,ita vt non ſit aliud eligi,quā ſecundum propoſitum vocari, vt non eſt aliud eſſe hominem, quā eſſe animal rationale, quod ſi verum eſt; nō bene infert P. Vazq. cum ait Auguſtinū ideo electos, quia ſecundū propoſitos vocatos, nō locutū de electione ad gloriam, quia, ſi cauſalis illa formalis eſt,vt dixit,ideo electos,quia ſecundū propoſitum vocatos,dicere poterat ideo ſecundū propoſitū vocatos, quia electos, quim ex hoc inferretur duplex volūtas,ſed vna,& eadē eligens gloriā diuerſis modis ſignificata,vt cū dicimus, ideo eſt homo,quia eſt animal rationale, & eſt animal rationale,quia eſt homo:ſemper vna,& eadem ſignificatur natura,licet diuerſimode ſignificetur,ſed hoc prætermiſſo vox *electio* dupliciter ſummitur in Auguſti.Primo,pro æterno actu Dei.Secundo,pro temporali ſegregatione prædeſtinati profecta ex ſpeciali beneuolentia.Huius rei exemplū expreſſum eſt in Auguſtino lib. de prædeſtinati. ſanct. cap. 16.ibi, *Electi ſunt ante mundi conſtitutionē ex prædeſtinatione,in qua Deus futura facta præſciuit,electi ſunt autem de mundo ea vocatione,qua Deus id, quod prædeſtinauit,impleuit.*Ecce electi per actum æternū, & electi per temporalē ſegregationem,quod ſi in cauſali,quæ nobis obijcitur illud *electi* ſummatur pro temporali ſegregatione,hunc habet bonum ſenſum cauſalis Auguſti.ideo electos,hoc eſt, temporaliter diſcretos, & ſegregatos, quia à Deo ſecundum propoſitum, hoc eſt, ſecundum decretum æternū vocatos, &c. & tunc per genus cauſæ efficiētis explicatur cauſalis.

Verum nec hæc ratio explicandi Auguſtinū probatur,nā vere in Auguſti.duplex interna,& 73
externa electio diſtinguenda eſt. Vt manifeſte conſtabit in ſequenti capi. alia gratioſa,& ſpecialis,& ante merita, quæ nō inuenit, ſed facit dignos, & hæc continetur in illis verbis *ſecundum propoſitum*,alia,quæ eſt poſt merita, & eſt inter diſtantes,quæ quidem ſequitur logicè ex priori, & ideo Auguſtinus dicit ideo electos, quia ſecundū propoſitū vocatos.Hoc eſt,quia Deus propoſita ſibi per ſcientiam ſerie cōgrua prædeſtinati, & per voluntatem pro eo amplexa,vel voluntate indiuiſibili,vel ratione noſtra diuiſibili,ſecundum dicta cap.2.ideo hunc eundem ex meritis profectis ab hac voluntate elegit abſolute ad gloriam per voluntatem eam conferentem: at illa prima prælectio, vt ſæpe monui non eſt omnino abſoluta.

Duplex interna electio eſt Auguſt.

Quæ in hoc teſtimonio,& eius examine diximus,confirmabuntur inſequentibus,quę breuius referam. 74
Secundū igitur teſtimoniū ſummi debet ex eodē libro de correptione,& gratia cap.9.vbi ait Auguſtinus, *Eos,qui pro tempore filij Dei erant,& pie viuebant,non tamen pie vitam finierunt, non eſſe vocatos ſecundum propoſitum,nec electos in gloriam*,& ita ait, *hi ergo Chriſto intelliguntur dati,qui ordinati ſunt in vitam æternam,ipſi ſunt illi prædeſtinati,& ſecundum propoſitum vocati, quorum nullus perijt*, at priores illi receperant primam gratiā cōgruā, erant enim pro tempore filij Dei, & pie viuebant,ergo ſiſtit mens Auguſtini in ſola electione ad illā.Porro ſignificans Auguſtinus præordinatam prædeſtinatis à Patre gratiam, perſeuerantiam, gloriam, independenter ab operibus eorum, *Quicumque*(ait)*in Dei prouidentiſsima diſpoſitione præſciti,prædeſtinati,vocati,iuſtificati,glorificati ſunt, non dico etiam nondum renati,ſed etiā nondum nati,iam filij Dei ſunt,& omnino perire non poſſunt.* Intellige in potentia conſequente:ecce diſpoſitio diuina terminata ad omnē ſeriē vſque ad glorificationē prædeſtinati,& nō propter opera eius, cum ſint nondum nati,in quo nullū eſt opus.Ergo ponit Auguſtinus electionem ſpecialē gratioſam totius ſeriei prædeſtinati.

2. Teſtimoniū ex Auguſt. diſcutitur.

Aug. ponit electionem gratioſam totius ſeriei prædeſtinationis.

Porrò in eodē cap. de prædeſtinatis ait, *Si per aliquod peccatū amittūt ſanctitatē,cōgrue vocari infallibiliter ante finē vitæ,& peccata ipſa fieri materiā humilitatis,& pænitentiæ,vt in Dauide* & B.Petro,cui rei cauſam redēs(ait,)*quia ita ſecūdū propoſitū vocatus fuerat,vt nemo poſſit eripere eū de manu Chriſti*.Ergo vocationes illę cōgruę in lapſis prædeſtinatis originē duxerūt ex

Digitized by Google

electione gratioſa ad pœnitentiā,& gloriā. Probo hanc conſequentiā,quia vocatio illa nō eſt propter merita, quæ nulla ſunt in peccatore, & eſt, quia ſecundum propoſitum electus fuerat,ergo eſt ex ſpeciali electione. Probo hanc conſequentiam, quia electio ſecundum propoſitum non eſt communis cum reprobis, vt demonſtratum eſt manifeſte cap.4.

75 *S.Auguſt. teſtimoniū idem confirmat.*

Tertiū teſtimonium, nec minus efficax ſumo ex lib. de dono perſeuerantiæ cap. 9. vbi tres Aug.dignas proponit quæſtiones. Prima, cur ex duobus paruulis pariter peccato originali obſtrictis, iſte aſſumatur, ille relinquatur? Secunda, cur ex duobus ætate grandæuis impijs,iſte ita vocetur,vt vocantem ſequatur, ille non ita vocetur? his duabus quæſtionibus reſpōdet inſcrutabilia eſſe iudicia Dei. Tertia, cur ex duobus pijs, iſti donetur perſeuerantia vſque in finē,illi non donetur?reſpōdet inſcrutabiliora eſſe iudicia Dei,adijcitque,*Illud fidelibus omnibus debere eſſe certiſsimum, hunc eſſe ex prædeſtinatis,illū nō eſſe.*Explicat ex Ioan.1. Epiſt.cap.2.*non erant ex nobis.*Hoc eſt,*ex prædeſtinatis, nā ſi fuiſſent, manſiſſent vtique nobiſcum,ſecundū bona,quæ habebant,quando filij Dei erant,ex nobis erant;veruntamen ſecundum aliā quandam diſcretionem non erant ex nobis*, diſquirens quænam ſit iſta diſcretio, hæc ſcripſit magnifica verba.*Pateant libri Dei, non auertamus aſpectum,clamat ſcriptura diuina,adhibeamus auditum;non erant ex eis,quia non erant ſecundum propoſitum vocati, non erant in Chriſto electi ante conſtitutionem mundi,non erant in eo ſortem conſecuti, non erant prædeſtinati ſecundum propoſitum eius,qui vniuerſa operatur,&c.* vix noui clariora verba, quibus vti potuiſſet Auguſtinus,vt demonſtraret de mente ſua diſcretionem inter paruulos, inter impios, inter pios, quo ad perſeuerantiam profluere ex diuerſa ſpeciali electione Dei, & propoſito erga prædeſtinatos.

Ioan.Epiſt. 1.cap.2.

Præclara Aug.verba.

76 *Leſsij reſponſum.*

Multus eſt Leſſ.in tractando hoc teſtimonio à numero 45.& negat probari eo abſolutam illam prælectionem ante præuiſa merita,quia Auguſt.in quæſtionibus, quas proponit non diceret inſcrutabilia eſſe iudicia Dei,cum facile poſſet eam diuerſam ſortem in diuerſam electionem referre.

Non ſatiſfacit.

Verū Auguſti. mens altior fuit.Probe enim nouerat in diuerſam electionem proxime referendam eſſe diuerſam ſortem diſcretionis, vt & ipſe ſæpe retulit in teſtimonijs, quæ allegauimus;ingenium vero Auguſtini non quieſcebat in hac reſponſione, quia penetrabat, eandem redire quæſtionem de diſcretione diuerſa ex diuerſa electione : nam ſic a Deo quærere poſſumus.Cur diuerſam electionem habuerit erga vnum paruulum,quam erga alium,erga vnum impium quam erga alium,erga vnum pium,quam erga alium?itaque, vt cognoſcens proximam rationem concluſionis, non vero primam, & radicalem, ad quam tota quæſtio reuocanda eſt,merito non quieſcit;ita Auguſt. cum penetraret ſe cauſam primæ electionis reddere non poſſe, quæ eſt prima radix diuerſæ ſortis in negocio prædeſtinationis; merito non quieſcit,& ſe confert ad inſcrutabilitatem iudiciorum Dei cum Paulo. Ad hæc Aug. totum caput octauum præcedens conſumpſit in hac diſquiſitione, & oppoſuit ſuis aduerſarijs, cur nōn ſolum in cauſa paruulorum, verumetiam fratrum gemellorum tam diuerſa lata ſententia? ad quam Maſilienſ. nihil reſpondere poterant, Auguſti. vero, vt reſpondeat, profert ex Matthæo cap. 20. hiſtoriam operariorum, in labore inæqualium, æqualium in mercede, & (ait) *In vnis hominibus Deum eſſe iuſtiſsimum exactorem,in alijs benigniſsimum largitorem.* At ſi ab eo quæras, quare Deus, quia libuit, cum rerum ordinem præparauit,in quo præmouerat hunc,puta Petrum, liberandum : illum, puta Iudam, damnandum, maxime cum eadem ſit vtriuſque cauſa, ita reſpondet. *Hoc non dico, ſi quæris quare, quia fateor me non inuenire quid dicam*, quod alibi ſæpe faſſus eſt, in qua re vtriuſque factionis Theologi ſubſcribant Auguſtino neceſſe eſt, nam ſi quæratur ab adſtruentibus abſolutam illam prælectionem, cur hos potius elegerit quam illos? cur hunc numerum, non alium? reſpondere coguntur, ſe non inuenire quid dicant; pariter ſi aduerſarijs Doctoribus ſimilis objiciatur quæſtio, cur cum Deus perſpectas habeat varias rerum ſeries, in quibus qui modo damnabuntur, decederent in gratia, ſi a Deo in eis præordinarētur? & a contrario, cur cum etiam haberet perſpectas varias ſeries rerum, in quibus damnarentur ijdem homines, qui beabuntur his neglectis, atque reiectis ordinibus dilexerit hunc, quem conſtituit? reſpondere coguntur, ſe non inuenire quid dicant,& Deum eſſe cum reprobis iuſtiſſimum exactorem, & cum prædeſtinatis benigniſsimum largitorem. Verum eſt, Deum vnicuique hominum prouidiſſe,atque diſpenſaſſe gratias, & occaſiones accommodatas pro opportunitate circumſtantiarum, & omnibus ſerio, & ex animo deſideraſſe largiri ſuā beatitudinem, quantum eſt ex ſe, & ideo reprobatos, quia reſpondere neglexerunt, verumetiam eſt in genere reddi poſſe aliquam rationem, quare non omnes prædeſtinati, nec omnes reprobi?quia, vt(ait) Auguſtin.Epiſt.105. *Si omnis homo liberaretur, vtique lateret, quid peccato per iuſtitiā debeatur*,ita nos etiā dicere poſſumus,ſi omnis homo reprobaretur,vtique lateret,

Matth 20.

Sola voluntas Dei eſt ratio prima diſcernendi prædeſtinationem a reprobatione ex Auguſt.

77 *Id fatendū ab vtraq; factione.*

Digitized by Google

lateret, quænam ſit vis gratiæ, & miſericordiæ Dei, at cũ quæſtio mouetur in duobus in parti culari ex ſua parte æqualibus, vt in duobus par uulis, in duobus impijs, in duobus pijs, nulla reddi cauſa poteſt, niſi voluntas Dei, cui licet liberalem eſſe de ſuo cũ prædeſtinatis, & iuſtam cum reprobis.

78 *Leſsij alia doctrina excutitur.*

Porro adiecit Leſſ. non eſſe inſcrutabile, cur huic paruulo procuretur Baptiſmus, alteri nõ? quia id referri debet ad cõmunẽ rerũ curſum, ad curã parentum, aut ad preces, & merita ipſorũ, quæ nõ ſunt à Deo immutata. Neque eſſe inſcrutabile, cur is impius ita vocetur, vt reſpõdeat, alter non? quia id referri debet ad maiorẽ, vel minorẽ cupiditatẽ rerũ terrenarũ, item aut maiora, aut minora impedimẽta peccatorum. Denique neque eſſe inſcrutabile, cur is perſeueret nõ alius? quia id ſæpe referri debet ad leuem aliquam diſtractionem, & ad cul pas veniales. Bene hæc dicta; ſed quæ non euacuant quæſtionis difficultatem, nec mentẽ explent Auguſtini. Nam vlterius, vt dicebam, ſic quæſtio proponi poteſt, cur Deus hunc paruulum conſtituit in ea rerum periſtaſi, in qua præuiderat ei procurandum Baptiſmum, & parentes ſpecialem curam habituros? Item merita, & preces; nõ illum, quo pacto Auguſti. proponit quæſtionẽ in ea Epiſtola 105 his verbis, *Quã quæſo allaturi ſunt cauſam, quod alius ſic gubernetur, vt baptizatus hinc exeat, alius infideliũ manibus traditus, vel etiã fideliũ, priuſquam ab eis baptizandus offeratur, expiret*, & huic quæſtioni ſic propoſitę, nõ ſatisfacit Leſſ. pariter proponi poteſt in duobus impijs, & in duobus pijs, debemus ergo agnoſcere liberaliſsimã diuerſam electionẽ, ante omnia merita, & dicere cũ Auguſtino, *Quare hunc trahat, & illũ non trahat, noli iudicare, ſi non vis errare.*

79 *Proſper. Mens Auguſt. ex Epiſtolis Proſperi, & Hilarij ad ipſum.*

Vltimo, mens Auguſtini perſcrutanda ex Epiſtolis ad ipſum, Proſp. & Hilarij Arelatẽſis, quæ habẽtur ante librum de prædeſtinatione ſanctorum. Proſper enim ait, *Multi ſeruorum Chriſti, qui in Maſſilienſi vrbe conſiſtunt in ſanctitatis tuæ ſcriptis, quæ aduerſus Pelagianos hæreticos cõdidiſti, contrariũ putant Patrũ opinioni, & Eccleſiaſtico ſenſui, quidquid in eis de vocatione electorũ ſecundum Dei propoſitum diſputaſti.* Hæc dixit Proſper, quia obijciebant aduerſarij Auguſt. per electionẽ ſuam *ſecundum propoſitum*, & adimi lapſis curam reſurgendi, & ſanctis occaſionem teporis afferri, eo quod in vtrãque partem ſuperfluus labor ſit, ſi neque reiectus vlla induſtria poteſt intrare, neque electus vlla negligentia poteſt excidere, ac tandẽ ſub hoc prædeſtinationis nomine fatalem quãdam induci neceſsitatem. Proponẽs vero Maſſilienſ. ſententiam, ſic ait: *Ipſorum profeſsio eſt, Deum præſciniſſe ante mundi conſtitutionem, qui ſint manſuri in fide, & eos prædeſtinaſſe in regnum ſuum, quos gratia vocatos dignos futuros electione, & de hac vita bono fine exceſſuros eſſe præuiderit, & infra, pene omnium vna inuenitur ſententia, quia propoſitum, & prædeſtinationem Dei ſecundum præſcientiam receperunt, vt ob hoc Deus alios fecerit vaſa honoris, alios autem contumeliæ, quia finem vniuſcuiuſque præuiderit, & ſub ipſo gratiæ adiutorio, in qua futurus eſſe voluntate, & actione præſcierit:* Modo expẽdo, ſi ſolũ Auguſt. doceret electionem poſt merita, & vocationẽ ad gratiam congruam, non obijcerent aduerſarij contrarium eſſe ſenſui Patrum, & Eccleſiæ quod docuit de vocatione electorum ſecundum propoſitum, non dicerent abſtergi omnem curam ſalutis ab hominum animis: nõ dicerent induci per eam electionem ſecundum propoſitum fatalem neceſsitatem, ac maxime cũ ipſi etiam Maſſilienſes vocationem gratiæ, & adiutoriũ eius agnoſcant in verbis relatis. Itẽ electionẽ gloriæ poſt merita, in quo ergo vel apparenter dicere poterant. Doctrinã Auguſt. contrariam eſſe libertati, humano labori, atque induſtriæ niſi Auguſtinus vltra vocationem gratiæ, cũ qua etiam aduerſarij cõponebant libertatem, & electionẽ poſt merita, aliam ſpecialẽ electionem præcurrentem merita induceret. Nam licet Semipelagiani concedant initiũ aliquod libero arbitrio ſine gratia, at concedunt gratiã ſubiungi, & conatus liberi arbitrij gratia promoueri, & adiuuari, componunt ergo libertatem cum gratia, ergo pariter Auguſti. qui Catholicè ad primum conatum liberi arbitrij gratiam neceſſariam eſſe prædicabat, in primo conatu componere poterat libertatem cum gratia, neque enim quid quã refert ad libertatẽ, quod gratia adſit primo conatui, aut progreſibus, & promotioni, vt in diſp. 25. de cauſa prædeſtinationis ex parte liberi arbitrij magis dicẽdum, ergo vltra voluntatẽ congrue vocandi, & electionẽ poſt merita adſtruebat Auguſti. aliam electionem ſpecialem ante merita, quam hauſit ex ſacra Scriptura, ac præcipue ex Paulo, vt notabam ſupra num. 43. vbi etiam in concordiam redegi Patres cum Auguſti. Maſſilienſ. vero ideo turbabantur in Auguſti. quia ſolemne eſt turbari antiquiorũ ſectatores in Doctores recentiores, quotieſcumque ab eis noua proferuntur, & ſi ea ex ſacra Scriptura, & Patribus depromant, ſimilem calumniam non ſemel experti ſunt ſcriptores noſtræ Societatis, quam hic Auguſtinus, quem ideo inſectabantur, quia ſpecialem electionem è tenebris eruit ex Paulo ſui ingenij perſpicacitate, quam non eruerant Patres propter nondum hortam hæreſim Semipelagianam. Sic enim Hilarius ad eum ſcribit, vt obiectum

Digitized by Google

Semipelagianorum. *Quid opus fuit huiuſmodi diſputationis incerto tot minus intelligentiū corda turbari? Neq; enim minus vtiliter ſine hac definitione (aiunt) tot annis à tot tractatoribus tot præcedentibus libris, & tuis, & aliorum cum contra alios, tum maxime contra Pelagianos catholicam fidem fuiſſe defenſam.* Paria in noſtros ſcriptores proijciuntur quotidie verba, non in omnino pari cauſa, at in non abſimili, quibus ego. Hilarij reſpondeo verbis in ea Epiſtola. *Verum (ait) etiam pernicatia quorundā ego crucior, qui non tantum manifeſta reſpuunt; ſed non intellecta reprehendunt.* Tempero rigorem horum verborum, in eo, quod plures doctiſsimi ex aduerſarijs noſtrorum ſententias penetrant, at reprehendunt. Porro, vt Auguſtinus antiquas etiam locutiones ad ſuum redigeret ſenſum, admonuit Proſp. lib. de dono perſeuerantiæ cap. 18. per Dei præſcientiam ſuam gratuitam prædeſtinationē ſignificari, ex quo acutè ſane, & modeſtè inducit Patres in ſuam ſententiam, quia quidam docuerunt, Dei vocationes ſecundum propoſitum eſſe ſecundū præſcientiam, *Nihil prohibet (ait) quando apud aliquos tractatores verbi Dei legimus Dei præſcientiam, & agitur de vocatione electorum, eandem per prædeſtinationem intelligere,* ecce eos reducit ad bonam doctrinam, & illis tribuit gratuitam electionem. Tantum abeſt, vt in ea glorietur tanquam in ſua.

Caput VII. *Teſtimonia Auguſtini pro electione poſt merita, & intelligentia mentis eius in hac controuerſia.*

80 COMPERTVM eſſe debet. Auguſtinum docuiſſe electionem abſolutam poſt præuiſa merita, pluribus ſuorum operum locis quippe quæ in ſacra ſcriptura expreſſe traddita eſt, vt vidimus cap. 5. Præcipuum teſtimonium Auguſt. continetur in lib. 5. ad Simplicianum quæſt. 2. vbi fuſè tractat loca Pauli ad Rom. 9. & 11. de quibus nos cap. 4. diſſeruimus. *Non ergo (ait Auguſti.) ſecundum electionem propoſitū Dei manet, ſed ex propoſito electio.* Hoc eſt, ex gratioſa voluntate, qua Deus congrue vocat prædeſtinatum, eique præparat totam ſeriem vſque ad glorificationem proficiſcitur electio ad gloriam poſt præuiſa merita, ad quæ congrue vocatus fuerat. Nam ipſe priora verba explicat his ſequentibus, *Non quia inuenit Deus opera bona in hominibus, quæ eligat, ideo manet propoſitum iuſtificationis ipſius, ſed quia illud manet, vt iuſtificet credentes, ideo inuenit opera, quæ iam eligat ad regnū æternum.* Ac ſi diceret, non propter opera hominū ante propoſitum iuſtificandi, ideo Deus habet propoſitum iuſtificandi, quia ante tale propoſitum nullum eſt opus meritoriū, ſed quia illud manet in Deo, & ex eo tanquam ex principio conferente gratiam congruam efficiuntur ab hominibus opera pietatis, ideo inuenit bona opera, propter quæ eligit ipſos in vitā æternam. Hic euidenter adſtruere electionem poſt præuiſa merita conſtat ex hac inductione. Nā eodem modo dixit ſubſequi bona opera, ad propoſitum Dei, quo ſubſequi ad bona opera electionem ad regnum; ſed omnino certum eſt opera bona pietatis ſubſequi ad propoſitū congrue vocandi. Ergo pariter electionem ad regnū ſubſequi opera Chriſtianæ pietatis. Vt nulli dubium eſſe poſsit de mente Auguſtini in hac parte, ſic addit. *Non tamen electio præcedit iuſtificationem, ſed electionem iuſtificatio, nemo enim eligitur. Niſi iam diſtans ab eo, qui reijcitur, vnde quod dictum eſt, quia elegit nos Deus ante mundi conſtitutionē, non video quomodo ſit dictum, niſi præſcientia.* Intellige meritorū. Ergo cum hanc diſtantiam non conſtituant opera ex viribus naturæ, vt Catholicis perſpicuū, agit proculdubio de electione poſt merita ex gratia eamque ſtatuit.

Aug. expreſſe docuit electionē poſt merita.

81 Ex hoc teſtimonio aſſertores negātis ſentētię, nō ſolū inferunt Aug. poſuiſſe electionem poſt merita, verumetiā negaſſe omnē aliam ante merita, ita inferre conatur P. Vaz. nō ſolū in locis citatis in hac prima parte, ſed etiā to. 1. in 3. par. diſp. 23. c. 7. cū iterū in hanc materiā incidiſſet. Huic illationi variæ reſpōdēt aduerſarij.

Contendūt aliqui aliā electionem negaſſe.

Cardi. Bellar. vir quidem eruditiſsimus, & in Auguſt. diu verſatus lib. 2. de Gratia, & libero arbitrio cap. 15. dixit Aug. Epiſcopū iuuenem ſcripſiſſe libros illos ad Simplici. Senem vero effectum, alia multa adinueniſſe in hac difficili quæſtione, & diuerſo modo illa Pauli verba. *vt ſecundū electionē propoſitū Dei maneret,* explicaſſe, nā in Epiſt. 105. ad Sixtū, quā ſenex ſcripſit ait *hanc electionē eſſe gratiæ, non debiti, electionē, qua eligendos facit, non inuenit, electionem nō ex operibus, ſed ex vocāte,* & Epiſt. 106. ad Paulinū explicans idē teſtimoniū, ait, *Nō ex operibus, ſed ex vocante dictū eſſe intelligatur, vt ſecundū electionē propoſitū Dei maneret, nō meritū hominis ante iret,* & infra iterū repetit *hāc eſſe electionem gratiæ, quæ nō inuenit eligendos ſed facit.* Accedit, quod lib. 5. cōtra Iulian. cap. 3. ponit hæc verba *nullū eligit dignū, ſed eligēdo facit dignū, &c.* in quibus tacite videtur retractaſſe, quę ſcripſerat iunior in lib. ad Simplici. Huc faciūt teſtimonia omnia, quæ ex libris de

P. Vazq. Bellar.

Bell. Auguſtinū tacitē ſententiam iuniorem retractaſſe.

Digitized by Google

de Correptione, & gratia; & de dono perſeuerantię deduximus cap. 6. in quibus manifeſte induxit electionem gratioſam ante omnia merita, hos autem libros ſub finem vitæ ſcripſit.

82 Licet hæc dubitationem ingerant nonnullã; nihilominus dũ alia reſtat via conciliandi loca hæc, nõ debemus aſſirmare Aug. ſibi fuiſſe contrariũ, maxime cũ ipſe faciat mẽtionem librorum ad Simplicianum lib. 2. retractationum cap. 1. & doctrinã ſuã mirificè cõmẽdet à Deo, vt Maſilienſes in eam remittat dicens ibi. *Elaboratũ eſſe pro libero arbitrio, ſed gratiã Dei viciſſe*, vide etiã ipſum lib. de prædeſtinat. Sancto. cap. 4. & de dono perſeuerantię cap. 20. & 21. dubitandum vero non eſt, quin ſi Auguſtinus intenderet retractare ſententiam, quã tradiderat in libris ad Simplicianum, id ab ipſo admonitum iri, ac maxime in re tanti momẽti apud Auguſti. negari tamen nõ poteſt, vt docte animaduertit Bellarmi. longe diuerſo modo eandem Pauli litteram explicaſſe: at ſi explicationes ipſæ non continent doctrinam repugnãtem, quod una, & alia ab Auguſtino, eidem litterę acutè accommodetur, non ſufficit, vt dicamus contraria ipſum docuiſſe, & ita opinantur P. Vazq. diſp. 89. cap. 7. & P. Suar. lib. 3. de auxilijs cap. 18. vbi, vt hæc teſtimonia in concordiam redigat, videtur excogitaſſe ordines intentionis, & executionis, de quibus nos aliquid dicemus infra cap. 11. modo pro cõciliando Auguſtino aduerto eum duas electiones in diuerſis locis adſtruxiſſe; primã gratioſam ante merita: Secundam remuneratoriã poſt merita, vtrãque coniunctã docuiſſe videtur tom. 10 ſermone 7. de verbis Domini. *Elegit autem* (ait) *Deus ſicut inquit Apoſt. ſecundũ ſuam gratiam, & ſecundum illorum iuſtitiam*, ecce prima electio gratię, & 2. electio remuneratoria ſecũ dũ merita, & quod amplius eſt in ea quæſt. 2. ad Simplici. ſi verba attente cõſideres vtramque electionẽ videtur agnouiſſe ibi. *Nõ electione meritorũ, quæ poſt iuſtificationẽ gratiæ proueniunt, ſed liberalitate donorũ Dei voluit intelligi.* In his vltimis verbis electionem liberalem donorũ Dei propriam prædeſtinatorum tradit, in prioribus electionem iuſtificationẽ gratiæ ſubſequentem. Porro ad finem quæſtionis illius explicans illud ad Rom. 11. *Reliquiæ per electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt*, habet hæc pro noſtro propoſito notanda verba, *Nõ vt iuſtificatorum electio fiat ad vitam æternã, ſed vt eligantur, qui iuſtificentur*, ecce gratioſa electio ad iuſtitiam, quam poſtea ex profeſſo tradidit, & docuit ſenex factus in alijs locis, in quibus diſputat cum Pelagianis, & Semipelagijs, imo expreſſe agnoſcit difficultatem huius electionis dicens, *Certe ita occulta eſt hæc electio, vt in eadem conſperſione prorſus nobis apparere nõ poſſit, aut ſi apparet quibuſdam, ego in hac re infirmitatem meam fateor, &c.* ecce agnouit illam, licet non ex profeſſo explicandam ſuſceperit, quia opus non erat non diſputanti contra Maſilienſes, quod vero hæ duæ electiones inter ſe non pugnent, pendet ex explicatione naturæ ipſarum, quod præſtare conamur cap. 13.

Cum Patribus vero Græcis, & quibuſdam ex Latinis concordat Auguſ. in vna electione, aliam vero vltra eos docuit, vt notaui cap. 6. qui vero loca, & verba Patrum legere voluerit, videat Iuſtinian. Tolet. Salmer. in cap. 8. & 9. Pauli ad Rom. & Magiſtrum Curiel in ſua controuerſia numero 110.

Oppoſitũ verius.

P. Vazq. P. Suar.

Duplex ex electio in Auguſt. altera gratioſa, altera remuneratoria.

Caput VIII. *Electionem abſolutam ante præuiſa merita non eſſe neceſſariam.*

83 DVO in hoc capite præſtanda, primum ſtatuenda, & declaranda concluſio in titulo præfixa, in qua vtriuſque partis authores conuenire debent. Secũdum oſtendendum, quorundam Theologorum Theologizãdi rationẽ cũ veritate cõcluſionis cõſtare non poſſe. Pro primo animaduerto Deũ poſt lapſum originalẽ, de quo ſtatu ſolum agimus, voluiſſe cõferre omnibus hominibus beatitudinẽ, & media nõ ſolo nomine, ſed re ipſa ſufficiẽtia ad eam cõparandam: verũ, quoniã voluntas hæc duobus modis haberi a Deo potuit, primo cõſtituendo ſolũ Chriſtum redemptorem, & Sacramenta, quin voluntas Dei prouideret applicationẽ meritorũ, & Sacramentorũ pro ſingulis hominibus. Secundo, vt reuera ſigillatim ſingulis in ſe ipſis velit applicationẽ mediorũ, quę neceſſaria ſunt, vt vnuſquiſque ex hominibus poſſit cõſequi vitã æternam: ac ſpecialiter in adultis prædeſtinatis, de quibus ſermo noſter, affirmamus nõ ſolũ illo priori modo, ſed etiã hoc ſecundo voluiſſe pro ſingulis beatitudinẽ, & reuera in ſe ipſis cõtuliſſe auxilia ſufficientia ad cõparandã beatitudinem, & demõſtro hoc ſyllogiſmo. Chriſtus poſt originale datus eſt omnibus hominibus, vt eorũ redẽptor, nõ ſolũ in generali, & in cõfuſo, ſed etiã ſingulis in particulari, & diſtincte; ſed fructus redẽptionis Chriſti eſt, vt ijs omnibus pro quibus datus eſt redẽptor, dẽtur auxilia ſufficẽtia, quibus poſſint reipſa conſequi ſuã beatitudinẽ, ergo omnes homines diſtincte, & ſigillatim ea habẽt, maior hui9 ſyllogiſmi mihi eſt de fide

Deus ſingulis adultis in ſe ipſis contulit media ſufficientia ad ſalutem.

Digitized by Google

2 Cor 5. 1. Ioa 2. certa ex 2. ad Corinth. 5. ibi. *Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus*, & expreſſe 1. Ioan. 2. *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non ſolum autem pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi,* quod ſi Chriſtus Dominus meruit remiſsionẽ omniũ peccatorum, quantum ad ſufficiẽtiam diſtincte, & ſigillatim: meruit ſane adultis hominibus diſtincte, & ſigillatim auxilia ſufficientia pro actibus, quibus ſe diſponere debent ad eam remiſionem, quæ fit per infuſionem gratiæ.

84 Demum, id aperte probat hæc ratio; nã ſinguli homines in particulari tenentur obligatione præcepti, cuius adimpletio neceſſaria eſt, ad conſecutionẽ vitæ æternæ, ſed plura præcepta maxime ſupernaturalia, puta fidei, charitatis, & ſpei, & ſuſceptionis Sacramentorũ adimpleri nõ poſſunt, ſine auxilio ſufficienti, ergo ſinguli homines in particulari habent parata hæc auxilia neceſſaria ad nõ violandam legem Dei; nam Deus non iubet impoſsibilia, ſed iubendo monet, & facere quod poſſumus, & petere quod non poſſumus, & adiuuat, vt poſsimus ſecundum Tridenti. ſeſ. 6. cap. 11. Minor propoſita etiam eſt certa de fide, & cõſequentia euidens, & conſequens ipſum in ſe de adultis tam certum eſt, vt ſine errore negari non poſsit.

Trid. ſeſſ 6 cap. 11.

85 *Explicatio concluſionis.* Hoc poſito aſſertionis propoſitæ ſenſus eſt, quod reuera vnuſquiſque hominum nõ egeat prædifinitione abſoluta beatitudinis ipſius ante præuiſa merita ad hoc, vt habeat quidquid neceſſarium eſt, tam ex parte principiorũ efficientium, quam ex parte conditionum, & aliarum rerum, ad hoc vt conſequatur re ipſa gloriam, ſi per ipſum non ſtat, ex liberæ cooperationis defectu. Hæc cõcluſio ex terminis videtur manifeſta, nihilominus cõfirmãda eſt propter difficultatem infra ſubijciendam. Probatur primo, nam ad hoc, vt Deus ſingulis hominibus diſtincte velit conferre, & de facto cõferat auxilia re ipſa ſufficientia, neceſſarium nõ eſt; vt præintendat gloriam pro ſingulis abſoluta voluntate ante præuiſa merita, ergo prælectio illa neceſſaria non eſt, conſequentia hæc eſt manifeſta, quia is, qui habet quidquid neceſſarium eſt, & ſufficit ex parte actus primi, & aliarum rerum cõcurrentium, nullo vltra indiget, vt actum liberum eliciat, & cõſequatur vitam æternam, antecedens vero confirmatur primo, quia optime poteſt Deus dare libero arbitrio potentiam proximã ſufficientẽ ad conſequendum finem vitææternæ quin de facto illũ conſequatur, at ſi neceſſaria eſſet præintentio abſoluta, non poſſet Deus dare potentiã proximã ſufficientem, quin de facto conſequeretur gloriã, nam quod abſoluto decreto Deus prædefiniuit, non poteſt nõ euenire, ergo, &c. Secũdo conſtat in reprobis adultis, qui nõ ſunt ſic præelecti, vt conſtat, at habent diſtincte, & in particulari quidquid neceſſariũ eſt ad conſecutionẽ vitæ æternæ, ex ſuppoſito Catholico, ergo præintentio abſoluta gloriæ neceſſaria non eſt, vt Deus conſtituat in actu primo proximo liberum arbitrium, vt cum effectu conſequatur vitam æternam, ſi per ipſum non ſtat.

Conclu. probatur. *Non eſt neceſſaria abſoluta prælectio*

Denique à priori, quia volũtas libera Dei, qua vult, & conſtituit liberũ arbitriũ adulti in ratione principij proximi, & perfecti, ad cõſecutionẽ vitæ æternæ, nõ habet connexionẽ neceſſariã cũ antecedẽte voluntate abſolute præeligente gloriã: imo ſunt, qui dicant nec voluntatẽ auxiliorũ ſufficientiũ habere connexionẽ cũ præintentione cõditionata gloriæ, quia hoc quod eſt Deũ conſtituere actũ primũ proximũ in ſe amabile eſt, & a Deo appeti poteſt propter finẽ gloriæ ſuæ, aut alios, prætermiſſa intentione beandi homines, quod mihi etiã eſt ſatis veroſimile, nedum ergo id poſsit ſine præintentione abſoluta gloriæ.

Hæc cũ ita ſint, inſurgit difficultas, quæ aliquos nimiũ adſtringit, etenim licet ijs probari videatur neceſſariã nõ eſſe abſolutã prælectionẽ gloriæ ad rationẽ cõmunem prouidentiæ reprobis, & prædeſtinatis; at hæc nõ demõſtrãt prouidẽtiã particularẽ, & ex natura ſua efficacẽ prædeſtinatorũ, nõ poſtulare præintẽtionis efficacẽ finis, etenim hæc prouidẽtia, qua efficax eſt, verſatur circa efficacia auxilia gratiæ, quib⁹ prædeſtinatus non ſolũ poteſt cõſequi, ſed etiã de facto cõſequitur vitã æternam; at qui electio medij efficacis, ſecundũ efficaciã procedit neceſſario ex intentione efficaci finis; nã propoſito medio ſufficienti, & efficaci, quid mouere poteſt voluntatẽ ad eligendũ medium efficax relicto ſufficienti, niſi intentio efficax finis? & dubium non eſt rectum ordinem procedendi ex intentione ad electionẽ id poſtulare, ſed Deus in prouidentia prædeſtinatorum rectum ordinem ſeruat, imo & ſeruare cogitur ex propria perfectione, ergo prouidentia prædeſtinatorum propria poſtulat ex natura ſua, vt Deus incipiat à præintentione abſoluta gloriæ. 86

An de ratione prouidentiæ prædeſtinatorũ ſit intẽtio efficax?

Vt oſtendã, quid ſit argumento dandum, & quid nõ: animaduerto aliud eſſe, an Deus de facto inſtituerit ſpecialẽ prouidentiã pro prædeſtinatis, ad quã neceſſaria ſit ſpecialis præintentio finis, atque electio mediorũ? an verò huiuſmodi ſpecialis prouidentia neceſſaria fuerit, hoc ipſo quod cõplectatur aliquos prædeſtinatos, & aliquos reprobos, definitio illius prioris pẽdeta notitia volũtatũ diuinarũ, quas Deus liberaliter habere voluit, erga prædeſtinatos, hæ vero volũtates nobis nõ innoteſcũt, niſi ex diuina reuelatione, & iã vidimus ſupra cap. 4. & 6. ex D. Paulo, & ex Auguſtino, habere Deũ ſpecialem voluntatem, cuius naturam explicabimus capi. 13. Definitio huius poſterioris multum

Qui ponũt efficaciam in natura auxilij affirmare debent intentionem efficacẽ eſſe neceſſariã

Digitized by Google

multum pendet ex natura mediorum efficacium, & ſufficientium, nam ſi auxilium efficax diſtinguatur ex natura ſua phyſica a ſuficienti (vt putant noſtro ſæculo aliqui) videtur ſane electionem auxilij efficacis, vt ſic neceſſario præexigere diuerſam finis intentionem, nimirum abſolutam, & ita opinantur, qui phyſicas adſtruunt præmotiones prædeterminantes dicentes prouidentiam prædeſtinatorum eſſe diſtinctam veluti ſpecie a prouidentia reproborum, nam illa continet abſolutam electionẽ gloriæ; non hæc: illa eſt principium per electionem auxiliorum efficacium ex natura ſua; non hæc: vt ergo auxilium efficax in horum opinione non poteſt non diſtingui phyſice a ſufficienti, ita ad prædeſtinationem neceſſaria eſt præintentio abſoluta finis, ex qua procedat electio mediorum efficacium vt ſic.

87 Hi autores, extra ſtatum ſunt noſtræ controuerſiæ, quippe qui negãt ſcientiam conditionalium, & vt admonui capite primo ſtatus noſtrę quæſtionis, ſtabilitus eſt cum eam admittentibus, quia cum his difficilior. Non grauabor tamen adnotare breuiter loca, quibus cõfutandi ſunt. Primo, quòd immerito putant etiam poſita diſtinctione phyſica in medijs, neceſſarium eſſe, electionem efficacium procedere ab intentione efficaci finis; Nam licet intentio, quæ vim habet determinandi intendentem ad electionem efficacis medij abſoluta eſſe debeat, at, quæ non eam vim habeat, ſed ſolum alliciendi voluntatem, & inclinandi in finem, cooperari poterit in electionem medij efficacis, admodum, quo habitus cooperãtur cum voluntate inclinando, non determinando, ita quidem inefficax intentio finis cooperari poterit ad electionem medij cuiuſcumque ſiue efficacis, ſiue inefficacis, non prædeterminando, vt efficax, ſed alliciendo.

Refutãtur

88 Præterea hi reuera, & ſi reprobis concedant auxilium ſufficiens, ſeu quo ad poſſe, non vero, quo ad operari, verbis ſolum, & nomine dãt auxilia ſufficientia. Non vero re ipſa, quod a noſtris non ſemel demonſtratum euidenter, & ego vtor hac ratione; ſumo voluntatem reprobi, & prædeſtinati, huius voluntas conſtituitur in actu primo proximo auxilio ex ſe efficaci, illius ex ſe ſufficienti, quæ per ipſos diſtinguntur ſpecie, & ſumo vtrumque exiſtere in peccato mortali, & vtrumque excitari ad contritionem, eamque eſſe vltimum actum huius vitæ; vel voluntas illa reprobi prǣuenta auxilio ſolo ſufficienti proxime poteſt immediate exire in actum contritionis? ſi per ipſam non ſtat, vel non poteſt? Sed vltra indiget auxilio efficaci, quo priuata eſt. Si poteſt proximè, eliciat actum ſi velit, & ſi elicit, iam auxilium ſufficiens erit efficax, nec diſtinguentur ſpeciè Phyſica. Dicunt nunquam volituram: contra, vel nunquam eſt volitura, quia eſt ſub priuatione auxilij efficacis, vel, quia ipſa libere non eliciet; ſi quia eſt ſub priuatione, ergo ex parte principij deeſt aliquid phyſicum neceſſarium ad ſe conterendum, conſequentia hæc eſt euidens, quia deeſt auxilium efficax, quod phyſice diſtinctum eſt a ſufficienti, & per te ideo nõ eſt volitura, quia illud deeſt, ergo reuera ex parte principij non habet quidquid ſufficit, ad hoc, vt de facto ſe conterat, ergo verbis ſolum habet poſſe, ad ſe conterendum. Si quia ipſa libere non eliciet: cum principium ſit indifferens ad eliciendum, & non eliciendum contritionem, & ratio, propter quam elicit, aut non elicit, ſit ſola determinatio libera voluntatis, vnde conſtat aduerſarijs illam nunquam determinãdam, an id reuelatum eſt a Deo? recognoſcat lector, precor, quæ diximus tractatu de ſcientia Dei diſp. 6. capi. 3. vbi ex profeſſo oſtendi, nec Deum ipſum per ſupercomprehenſionem in principio indifferenti certo cognoſcere poſſe, in quam partem liberum arbitrium flectendum ſit, quia in principio indifferenti non eſt ſcibilis determinatio, & Theologi hi audacter definiunt principium indifferens nunquam fore determinandum, & cum negatio contritionis contingentem ſolum habeat connexionem cum illo principio, efficiunt tam determinate coniungi eam cũ principio, vt nullo euentu aliter poſsit accidere. Si vero non poteſt cum ſolo ſufficienti proxime exire in actum ſecundum, ergo auxilium ſufficiens non conſtituit potentiam reprobi potentem proxime, ſed vltra requirit ad hunc effectum formalem ex parte eius auxilium efficax. Vide etiã dicta tractatu 2. diſp. 19. cap. 2.

Videntur negare reprobis auxiliũ ſufficiens.

Confirmo, & declaro vim argumenti, auxilia hæc ſufficientia, & efficacia duos habent reſpectus: alterum in quantum ſunt formæ accidẽtales ad ſubiectum, quod informant ſecundum effectum formalem, quem illi tribuunt complendo inchoatam potentiam effectricem. Alterum in genere cauſę efficientis ad actum ſupernaturalem, quia a potentia noſtra, & ab auxilio, vt a comprincipijs effici debet: effectus is formalis inimpedibilis eſt, vt conſtat. Modo peto; an potentia reprobi inſtructa auxilio ſufficienti tam proxime reſpiciat actum, ac potentia prædeſtinati inſtructa auxilio efficaci? Si negas? ergo potentia reprobi eget aliquo ſuperaddito, vt proxime reſpiciat actum, ergo non habet quidquid neceſſarium eſt, vt ſit proxime potens, ſicut facultas vidẽdi, dum eſt ſub priuatione ſpecierum, aut luminis, non habet ex parte principij, quidquid neceſſarium eſt, vt proxime videat, & quemadmodum, ſi Deus iuberet viſionem in eo ſtatu ei, iuberet impoſ-

Digitized by Google

ſibilia,ita iubet potentiæ ſolum inſtructæ auxilio ſufficienti,cum ſub eo ſtatu iubet adimpletionem præcepti. Si affirmas, ergo auxiliũ efficax nõ aliter reſpicit actum,quam ſufficiẽs, neque eſt cur ea phyſice diſtinguas,nec cur affirmes potentiam ſub efficaci ſemper operaturam, & nunquam ſub ſufficienti. Hæc tam manifeſta ſunt vt nunquam mihi perſuadere potuerim viros doctos his non conuinci.tractatu noſtro de auxilijs diuinæ gratiæ pluribus conuinco hoc intentum.

89 Verum procedamus in ſchola noſtrorum Theologorum, in qua & agnoſcitur ſcientia media, & non diſtinguitur phyſice auxilium ſufficiens ab efficaci ex parte principij efficientis.

P.Vazq. P.Vazquez diſp.89.cap.13.diſtinguit de fine, quem ſibi ipſi aliquis proponit, & de fine, quem Princeps alijs proponit cuius conſecutio non eſt in poteſtate proponentis, concedit argumento electionem mediorum efficacium prætermiſsis ſufficientibus,probare ſane abſolutam prædifininitionem finis, cum quis ſibi finẽ proponit,negat vero in ſecundo euẽtu cum Princeps alijs proponit conſequendũ finem.Rem illuſtrat hoc exemplo. Cum Pater intendit filium ſuum eruditum effici in ſacra doctrina,& ex hac intentione eligit, & tribuit ei media neceſſaria voluntate abſoluta mediorum,at circa finem ſolum habuit ſimplex deſsiderium, quia ille non erat ſub Patris poteſtate,nam filius ad comparandam eruditionem in Theologia vltra ea,quæ pertinent ad victum

Vt P.Vazquez reſpondeat. & veſtitum, & diſciplinam Magiſtri, indiget perſpicacia ingenij,& applicatione voluntatis ad excolendam Theologiam,horum neutrum ſubeſt Patriæ poteſtati; verum quia vrgeri facile poſſet, quod conſecutio vitę æternæ, quam Deus proponit hominibus vt finem,ſit omnino in poteſtate Dei, ſi velit diſpenſare auxilia efficacia,& ita non videri euacuatam difficultatem hoc exemplo. Adiecit,cum finis eſt in poteſtate proponentis, eius tamen conſecutionem relinquit labori,& induſtriæ intendentiũ finem,neceſſarium non eſſe quod electio mediorum efficacium procedat ex præintentione abſoluta finis : imo id in noſtra re contingere non poſſe,quia adultis prædeſtinatis proponit Deus gloriam, vt finem nõ quomodocumque, ſed vt coronam, & brauium meritorum, cum conſecutione autem illius,vt coronæ, repugnat voluntas efficax liberalis conferendi eam in principijs P.Vazq.de quare ego diſputo cap.10.

90 Verum licet doctrina hæc multorum plau-

Refutatur ſu celebrata non omnino eneruat robur argumenti propoſiti.Admitto in eo,qui alteri proponit finem, cuius conſecutio non eſt in eius poteſtate,executionem mediorum ſolum proficiſci ex ſimplici finis deſſiderio,aduerto autem in exemplo eius Patris voluntatem mittendi filiũ & alendi in aliqua eruditorum Magiſtrorum Academia non eſſe voluntatem mediorum efficacium, nã media efficacia in noſtra re dicuntur,quæ cum fine habent connexionem infallibilem : at nec ſuſtentare filium in Academia, nec ad eam mittere connexionem habet infallibilem cum eruditione, quam intendit.Igitur ea voluntas non eſt electio mediorum efficacium, eſſe autem deberet, vt exemplum ad remeſſet.Hunc igitur mitto,quia re vera exemplum ab eo eſt extra rem, & ſumo eum,qui alteri proponit finem,cuius conſecutio eſt in ipſius proponentis poteſtate, & cum is confert voluntate abſoluta omnia media nullo relicto,quibus præſcijt conſecuturũ finem,vt Deus confert prædeſtinato ſuo, contendam probare nullum eſſe diſcrimen inter hunc,& inter eum,qui ſibi proponit finem hac ratione.Per P.Vazquez voluntas abſoluta mediorum efficacium non poteſt non procedere ex præintentione abſoluta finis,in eo, qui ſibi finem proponit,ergo neque in eo, qui alteri proponit, cum finis conſequendus eſt in eius poteſtate, probo hanc conſequentiam, nam ideo in adhibente media efficacia ex electione abſoluta infertur intentio abſoluta finis, quia tum media, tum finis ſunt in ipſius poteſtate, & niſi finem intenderet abſolute,non eſſet cur eligeret,& executione mandaret media efficacia prætermiſsis ſufficientibus, ergo cum etiã Deus intendat,vt finem conferre prædeſtinatis gloriam ſuam, & prætermiſsis ſufficientibus eligat efficacia ex voluntate abſoluta, hoc eſt ſeriem gratiarum congruarum vſque ad deceſſum in gratia,& cum tum finis,tum media pariter ſint in ipſius poteſtate, hæc electio abſoluta procedere debet,ex conceſsis, a præintẽtioni finis abſoluta.

Nec obſtat a Deo proponi gloriam, vt coronam,primo quia etiam a prædeſtinatis adultis intenditur gloria,vt corona. Secundo,quia ſi ſtant merita cum præintentione abſoluta, vt contendunt aduerſarij,etiam ſtare poteſt Deũ præintendere gloriam,vt coronam,probo hãc conſeqnentiam, qnia illa vt corona reſpondet meritis,& quidquid non tollit rationem meriti,neque etiam tollit quominus illa,aut aſſequibilis ſit,aut intendi poſsit,vt corona.

Dices,non ſtare merita, quia deſtruitur libertas,& quia neceſſario gratis danda eſt, ſi liberaliter prædefinita eſt. Bene in hoc non repugno,verum recurritur ad alia, nec defenditur diſcrimen propoſitum inter intendentem ſibi finem, & proponentem alijs, quod vt videas.Pone finem non proponi vt coronam,ſed vt finem quacumque ratione aſſequibilẽ,quare 91

re

Digitized by Google

re tunc abſoluta electio mediorum efficacium in eo, qui ſibi proponit finem, infert præintentionem abſolutam eius, non vero in eo, qui alijs proponit? & tunc nullum (ni fallor) reddetur ſolidum diſcrimen.

92 *Proprium reſpōſum.* Quapropter, ſic cenſeo ſatisfaciēdum propoſitæ difficultati, cuius enodatio pendet, vt annotabam ſupra, ex modo declarandi efficaciam auxiliorum. Pro quo notandum, congruitatem eſſe accidens quoddam auxilij ſecundū ſuam entitatem phyſicam conſideratí, eique annecti contingenter ita vt adeſſe, & abeſſe poſsit, præter corruptionem ſubiecti. Hoc eſt, durante ſubſtantia auxilij phyſicè conſiderati. *Cōgruitas eſt accidens auxilij.* Ratio apriori eſt, quia congruitas in entitate auxilij nihil aliud eſt, quam connotatio actus futuri ſiue in ſtatu conditionato, ſiue in ſtatu abſoluto. Et vt voluntas diſſentire poteſt entitati auxilij etiam efficacis poſt excitationem, ita poteſt non connotare futuritionem actus. Non dico poſſe non connotare ex ſuppoſitione efficaciæ, quia hæc eſſentialiter includit cōnotationem, ſed ex ſuppoſitione totius entitatis auxilij, quod efficax eſt. Ex quo reſpondeo, optime poſſe Deum velle abſoluta voluntate dare totam auxilij efficacis phyſicam entitatem, quin directe velit efficaciam eius, imo ſi verum eſt, prædifinitionem abſolutam actus pugnare cum libertate, non poteſt Deus abſoluta voluntate velle efficaciam auxilij, de quo longa nobis reſtat diſputatio cap. ſequenti; ad hoc autem, vt Deus velit dare prædeſtinato totam auxilij efficacis entitatem phyſicam, neceſſaria non eſt præintētio abſoluta gloriæ, ſed ſufficit ſimplex deſsiderium eius, reprobis namque confert paria auxilia, & ſæpe vberiora phyſicè, nec tamen intendit abſolute aut congruitatem, aut gloriam. Id confirmatur, nā ſi auxilium efficax ex natura phyſica procedere poteſt ex voluntate conditionata finis non determinante ad eius electionem, ſed ſolum cooperante, vt notabimus ſupra numero 87. ne dum poſsit procedere auxilium, quod accidentaliter eſt efficax, & in natura phyſica non diſtinctum a ſufficienti.

Hic nota, & ſi Deus intenderet directa voluntate congruitatem auxilij, dum ea non ſit omnino abſoluta præintentio, non fieri hanc electionem procedere ex abſoluta præintentione gloriæ, vt declaro capi. 13.

93 Ex his ſatisfecimus iam propoſitæ difficultati, nam quidquid ſit de modo, quo ſe Deus gerit de facto cum prædeſtinatis, explicuimus iam naturam efficacis prouidentiæ non poſtulare in prædeſtinatis, quod electio mediorum efficacium procedat ex abſoluta præintentione finis, vnde neganda eſt illa propoſitio minoris, nempe rectum ordinem procedendi poſtulare, quod electio mediorum efficacium procedat ex abſoluta intentione finis, etenim electio hæc indifferenter procedere poteſt ab efficaci, & inefficaci intentione, pro libertate eligentis, vt dictum eſt, quod præcipue tunc locum habet, cum efficacia medij non intenditur directe, vt in noſtra re. Imo cum intendi directe non poteſt voluntate abſoluta, vt in præſenti non poteſt, non ſolum non poſtulat proficiſci ab intentione efficaci, verum repughat ita procedere. *Prouidentia perfecta non poſtulat vt electio mediorum efficaciū procedat ab intentione efficaci*

Sed obijcies primo, cum Rex ex intentione victoriæ inſtruit melioribus armis certam militum turmam, ea armorum donatio neceſſario prouenit ex abſoluta intentione, quod turma hæc præ alia victoriam comparet, ergo pariter cū Deus inſtruat omnes homines ſuis auxilijs gratiæ ex intentione, quod gloriam conſequantur, hoc ipſo, quod prædeſtinatis confert meliora auxilia gratiæ, ſaltim moraliter efficitur ex abſoluta præintentione gloriæ ea conferre, antecedens videtur notum ex ſe, & conſequentia manifeſta propter rigoroſam paritatem rationis. 94 *Duplex obiectio.*

Obijcies ſecundo, per electionem entitatis phyſici auxilij, quod efficax eſt, Deus vult ipſum conſenſum ſaltim virtualiter, eſt namque Deo voluntarius ille conſenſus, cum ſit, & non eſt, cum non ſit, ergo electio auxilij congrui diſtincta eſt ab electione auxilij non congrui, probo hanc conſequentiam, quia omnis actus voluntatis, qui in cauſa vult effectum virtute, diſtinctus eſt ab eo, qui ſolum vult cauſam, nam habet obiectū virtuale diuerſum, ad quod dicit ordinem eſſemtialem, quod ſi electio eſt diuerſa, ab intentione diuerſa procedere debet.

Ad primam obiectionem reſpondeo concedendo regulariter diſtributionem meliorū armorum in Rege ei turmæ, procedere ex ſpeciali, maiorique intentione, quod turma illa comparet victoriam, at nego id neceſſarium eſſe, quia pro arbitrio intēdentis poteſt æqualis intentio influere in diſtributionē inæqualium armorum, vt ſæpe notatum eſt. Præterea eſt manifeſtum diſcrimen inter arma, & auxilia inter quæ ſit comparatio, nam inæqualitas in armis aliquid phyſicum eſt, & qui meliora arma diſtribuit, aliquid phyſice melius diſtribuit: igitur licet ob hanc rationem concederet aliquis fieri in æquale deſsiderium victoriæ, ex ea diſtributione, non tamen id conſequens eſt in diſtributione auxiliorum, quia ſufficiens, & efficax phyſice in æqualia non ſunt; quod vero efficax auxilium moraliter melius ſit nihil refert, quia hæc moralitas eſt ipſa congruentia auxilij, & neceſſarium non eſt quod ea intendatur, vt iam dixi. *Satiſfactio ad primam.*

Hoc

95 Hoc loco obſerua P. Vazquez admittere phyſicum diſcrimen inter auxilium efficax & ſufficiens, nam ex parte cogitationis, quæ ſpectat ad auxilium præueniens arbitratur neceſſariam eſſe aliquam ſpecialem, & viuam repræſentationem ex parte obiecti in eam partem in quã mouet, quam non habet cogitatio ſufficiens: quæ non mouet: hinc etiam videtur cõſequenter fieri inſpirationem illam voluntatis, quæ de facto mouet ad conſenſum liberum aliquid habere ſpeciale per quod diſtinguatur ab inſpiratione ſufficienti, & quæ non mouet de facto, quod iam a nobis impugnatum obiter, licet non leuiter eſt diſp. 2. cap. 5. etſi ergo P. Vazquez non admittat phyſicas prædeterminationes, quibus in ſenſu compoſito reſiſti non poſsit, admittit vero diſcrimen phyſicum inter auxilium efficax, & ſufficiens, ergo ſi in eius principijs, vt videtur, ex electione efficacis medij phyſice infertur abſoluta intentio finis, cogitur concedere Deum pro prædeſtinatis eligere media hæc efficacia ex abſoluta intentione gloriæ, quod tamen omnino alienũ eſt ab eius doctrina.

P. Vazq. admittit phyſicum diſcrimen inter auxilium efficax, & ſufficiens.

Ad ſecundam obiectionem nego antecedens, nam cum voluntas etiam inſtructa eo auxilio, quod eſt efficax ſit cauſa indifferens, & indeterminata voluntas Dei inſtruendi eam eo auxilio, non eſt voluntas effectus, quia eſt voluntas cauſæ indifferentis, qua ratione actus malus non eſt virtualiter volitus a Deo in voluntate conſtituendi potentiam creatam in actu primo perfecto ad operandum, etiam in ea temporis circunſtantia in qua Deus præuouerat eam male operaturam, concedo tamen conſenſum bonum eſſe Deo voluntarium cũ ſit, non præciſſe ex voluntate congrue vocandi, ſed quia congrue vocat ex intentione bonæ operationis, & per applicationem omnipotentiæ, & cooperationem in ipſum, etenim ad rationem voluntarij etiam directi ſufficit, quod expreſſe intendatur effectus, & re vera efficiatur ab intendente, vt docui in commentarijs ad 1.2. q. quæſt. 6. nec neceſſariũ eſt, quod hęc intentio effectus ſit abſoluta & efficax, ſed ſufficit quod ſit expreſſa licet inefficax, quam Deus habet de actu bono, & de gloria prædeſtinati, cum eum congrue vocat: vnde licet reprobus & prædeſtinatus non differant ex parte actus primi, hoc eſt, nec ex parte auxiliorũ, quibus intrinceſe conſtituũtur in ratione principij proximi, nec ex parte ſcientiæ aut volũtatis quibus conferuntur a Deo, nihilominus cũ prædeſtinatus elicit cõſenſum Deo eſt volũtarius, & cum reprobus non elicit, non eſt.

Satisfactio ad ſecundam.

Quod ſi Deus vt poterat, cum hac æqualite ſe geſiſſet circa reprobum & prædeſtinatum, nihilominus prouidẽtia prædeſtinati ſortiretur denominationem efficacis ab euentu, & prouidentia reprobi inefficax maneret, vnde quod prouidentia prædeſtinati efficax ſit non probat eam neceſſario incipere ab intentione abſoluta finis, aut in Deo diuerſos intrinſece actus continere.

Caput IX. Intentionem omnino abſolutam gloriæ ante merita prædeſtinati, pugnare cum libertate eam adquirendi, & amittendi.

Eadẽ doctrina in prædifinitione actus boni, quę in præelectione gloriæ.

AD hanc difficultatem in quotidianis noſtris diſputationibus videtur reuocata tota diſcordia, ideo a nobis accuratè hæc expedienda difficultas, & ex eius reſolutione, ſumenda eſt definitio in prouidentia circa actus bonos; nã ſi abſoluta præintentio gloriæ pugnat cum libertate prædeſtinati ad adquirendam; amittendam gloriam, etiam prædefinitio omnino abſoluta actus boni ante præuiſam cooperationem liberam, pugnat cum eius libertate, igitur prouidentię ſpecialis in actibus bonis non poteſt in hac prædefinitione conſiſtere.

96 Obſerua præterea duplicem eſſe neceſſitatem aliam coactionis, quæ ab extrinſeco prouenit, aliam naturalis determinationis, quæ prouenit ab intrinſeco modo operandi: vt cũ bruta ex cognitione obiecti delectabilis feruntur in illud appetitu determinato, ita duplex eſt libertas: prima liberat a neceſsitate coactionis; ſecunda a neceſsitate naturalis determinationis. Prędeſtinatus gaudet hac vtraque libertate in omnibus operibus, quæ exercet in hac vita pro aſſequenda æterna, itaque quodcumque præſtat opus, aut dum adimplet præceptum, aut dum ſectatur conſilium, libere illud præſtat, hoc eſt, cum indifferẽtia ad adimplendum, & non adimplendum, ad ſectandum, & non ſectandum; hæc veritas de fide certa eſt, cõtra noſtri ſæculi Hæreticos. Vide Card. Bellarm. lib. 3. de gratia, & libero arbitrio cap. 5. Bellar. vbi erudite probat ineſſe hanc libertatem in reprobis, & prędeſtinatis nihil impediẽte prędeſtinatione, aut reprobatione, videri etiam poteſt P. Martinus Becanus tom. 1. opuſculorum Theologicorum, opuſculo 1. de prædeſt. P. Becanus. Calviniſtarum cap. 2. vbi nec per peccatũ primi parentis, nec per peccata actualia, nec per 97 gratiam,

Duplex libertas alia coactionis alia naturalis determinationis.

Prædeſtinatus ſemper eſt indifferẽs ad peccandũ, & non peccãdum.
Trid.

gratiam, nec per præſcientiam, nec per decreta diuina liberum arbitriũ tolli, impediri, aut vires naturales adimi per quinque aſſertiones compendioſe, & docte probat. Nobis modo ſufficiat Trident. ſeſ. 6. de iuſtificatione cap. 11. vbi definit quemcumque hominem, (cõplectens prædeſtinatum,) teneri obligatione præcepti, & per peccatum poſſe Deum deſſerere, & cap. 5. iuncto canone 4. ait *peccatorem libere aſſentiendo cooperari diuinæ gratiæ excitanti, & adiuuanti, & eam ipſam iam receptam poſſe diſſentiendo abijcere*, quo manifeſte fit prædeſtinatum habere libertatẽ indifferentiæ ad peccandum, & nõ peccandum ad bene operandũ, & ad non bene operãdum; habeo plura de hoc argumento in tractatu de Auxilijs.

Prædeſtinatus liber eſt adquirendã, & ad amittendam vitam æternam.

Ex hoc obſeruandum deinde eſt, prædeſtinatis non ſolum ineſſe libertatem ad conſequendam beatitudinem exercitatione horum, aut illorum operum pietatis, quã habuit Chriſtus Dominus in adimpletione præcepti, ſcilicet in exercitio huius, aut illius operis, non vero ad ſimpliciter non adimplendum vt dixi in commentarijs ad 3. partem. ad quæſt. 19. de merito Chriſti, prædeſtinatus vero libertatem habet ad adquirendam, & ad amittendam vitã æternam, etenim ſi in omni præcepto occurrente per totum vitæ decurſum, liber eſt ad eius præcepti obſeruantiam, & violationem grauem: cum ſecundum leges a Deo ſtatutas in ſua prouidentia conſecutio gloriæ pendeat à diceſſu in gratia, vel in mortali: is qui liber eſt ad peccandũ lethaliter in ſingulis vitæ momentis, non ſolũ habet libertatẽ ad conſequendã gloriã, hoc, aut illo opere bono, ſed etiã ad conſequendã, & amittendã, ita expreſſe docet Paulus 1. ad Thimo. 2. *Vnumquemque emundando ſe a peccatis poſſe fieri ex vaſe contumeliæ, vas in honorem*, & è contra, per vas autem contumeliæ ſignificari reprobum, & per vas in honorem prædeſtinatum concors eſt commentatorum ſententia. Id etiã ſignificauit 1. Corint. 9. ibi, *ne forte cum alijs prædicauerim ipſe reprobus efficiar*. Vide P. Suar. lib. 1. de auxilijs cap. 12. numero 4. & 12.

Paul. 1. ad Thim. 2.
1. Ad Cor. 9.
P. Suar.

98 Denique obſerua, conſulto in titulo capitis me notaſſe nos agere de electione omnino abſoluta. Nam per illud *omnino* excludere intendo omnem conditionem ex parte obiecti, vt in progreſſu magis declaro; loquimur etiã de electione abſoluta atque efficaci ex natura ſua, hoc eſt, quæ vim habeat exequendi obiectum ſi ſit in valente illud exequi, & non impedibili, vt eſt in Deo, neque enim agimus de alia abſoluta ſimplici complacentia, qua ſolum complacet voluntas in obiecto ſecundum ſe, nec procedit ad executionem, nec vim habet determinandi potentiam executricem eius in quo eſt; nam hæc extra hanc controuerſiam eſt ſecundum vtroſque opinãtes: nec denique agimus electione abſoluta, & efficaci de nominatiue ab effectu in re poſito, ſecundum ſententiam aſſerentem actum liberum in ratione liberi compleri per extrinſecum connotatũ, atque adeo, eum dici efficacem qui effectum habet; inefficacem qui non habet; quoniam in ea ſentẽtia difficultas hæc locum non habet, vt ſatis conſtat ex fuſe dictis diſp. 16. cap. 10. & diſp. 17. cap. 3. & 4. procedimus ergo contra eos qui libertatem Dei omnino intrinſecã conſtituunt, atque intrinſecè in Deo diſcriminant actum liberum efficacem, & inefficacem. 99

His obſeruatis, contendo probare non aliter hanc electionem abſolutam omnino adimere libertatem prædeſtinato, ad comparandam, & amittendã gloriam; quam adimat phyſica prædeterminatio ad eum actũ ad quẽ prædeterminat: & formo argumentum in hunc modum. Quod illa abſoluta electio ſit, aut non ſit in Deo, non eſt in poteſtate prædeſtinati: ſed nec quod ea poſita, ſeu in ſenſu cõpoſito, gloriam nõ conſequatur eſt in poteſtate prædeſtinati. Ergo hæc electio omnino abſoluta pugnat cum libertate prædeſtinati in ordine ad amiſsionem gloriæ. Argumentum hoc formarunt noſtri Doctores ad conuincendum phyſicam prædeterminationem adimere libertatẽ in ſingulis actibus, ſic enim diſputabant. Quod præmotio illa phyſicè prædeterminans conſtituatur a Deo, vel non conſtituatur in libero arbitrio, non eſt in eius poteſtate, ſed nec eſt in eius poteſtate vt ea poſita in ſenſu compoſito non operetur: ergo ea euertit libertatẽ indifferentię. Argumentum hoc, & in ſe conuincit, & conuincẽs reputatur a Doctoribus noſtris contra quos diſputamus: in ſe autem efficax eſſe, ſatis demonſtraui in tractatu de Auxilijs, quem publicè docui, in Academia Salmãticẽnſi: Anno Dom. 1619. Vnde ſi ſingulas propoſitiones ſyllogiſmi propoſiti efficaciter probauerimus, & conficiemus pro intento argumentationem in ſe euidentem, & euidentem reputatam ab aduerſarijs. Maior ergo probatur nam ante eam abſolutam prælectionem prædeſtinati ad gloriam ſolum præceſsit in Deo ſcientia conditionalis mediorum gratiæ, quibus prædeſtinatus infallibiliter conſequeretur vitam æternam, ex hypoteſi quod ea tribuantur a Deo, ſed ratione huius præſcientię conditionatæ mediorum, non fuit electio abſoluta in poteſtate prædeſtinati ergo, &c. Sola minor huius probationis nobis confirmanda eſt: eam ſic oſtendo, merita ſub conditione futura, quæ ſunt media infallibilis conſecutionis nullam habent vim mouendi Deum vt ipſe eligat prædeſtinatum abſoluta electione: ergo ratio-

Formatur argumẽtũ

Electio abſoluta gloriæ non eſt in poteſtate prædeſtinati.

Digitized by Google

ratione ipſorum, in ſtatu conditionatæ futuritionis non fuit electio illa in poteſtate prędeſtinati: antecedens tam certum eſt, vt negari nō poſsit niſi cum periculo collabendi cū Maſſilienſibus: nam merita illa conditionata ficta ſunt, inania, ſine valore in ratione meriti, vt contra Maſſilienſes ex Auguſtino ſuo loco oſtendemus: & aliquid diximus tractatu de ſcientia Dei. diſp. 7 cap. 11. vide diſp. 25. cap. 3 4. 5. & 6. vbi fuſe declaro errorem Maſſilienſium: at qui ſi nullum habent valorem meritorium, aut impetratorium nullam poſſunt habere vim mouendi Deum, vt eligat, vt de ſe manifeſtum eſt. ergo ratione ipſorum non eſt electio abſoluta in poteſtate prædeſtinati. Ad hęc: etiam in reprobo ſimilia Deus pręnouit merita conditionata, at quis dicat prælectionem eius abſolutam ad gloriam eſſe in poteſtate reprobi, ergo pariter in prædeſtinato. Deniq; vt hanc probationem phyſicis prædeterminationibus accommodemus, etiam Deus perſpectum habet per ſcientiam ſuam conditionatam voluntatem phyſice præmotam præmotione determinante elicituram operationem bonam: at infuſio præmotionis non eſt in poteſtate eius ratione huius conditionatæ futuritionis, ergo eodem modo in electione abſoluta.

100 *Euaſio.* Dices, his rationibus efficaciter probari in meritis conditionatis nullā eſſe efficaciam in ratione meriti, aut impetrationis mouendi Deum, vt eligat, non vero probari futuritionē conditionatam eorum, & præſcientiam ex parte Dei neceeſſariam non eſſe, vt ſalua ipſius libertate eum poſsit præ eligere: quo fit Deum in ſua electione aliqua ratione pendere a conſenſu futuro ſub conditione, & cum inexhibēdo eo conſenſu fuerit aliquod libertatis exercitium, iam electio abſoluta Dei, quatenus pendet ab eo exercitio fuit in poteſtate prædeſtinati.

Præcluditur. Verum, hæc reſponſio non eſt directa; nam aliud eſt preſupponi ſtatum conditinatum cōſenſus ad electionem abſolutam, cum omni exercitio libertatis, quod habet in eo ſtatu, aliud eſt, quod ratione eius præſupoſiti ex parte creaturæ, propter aliquam rationem mouē di, quā habeat id quod præſupponitur eſſe in poteſtate eius electionem diuinam, v.g. aliud eſt in productione creaturarū præſupponi, atque prærequiri eas eſſe poſsibiles; aliud eſt, eas habere vim aliquam mouendi, vt producantur ratione eius poſsibilitatis; & vt nemo dicet poſsibilitatem creaturarum habere aliquam vim mouendi, & ſi in eo ſtatu habeant ſuam bonitatem poſsibilem; ita dici non debet merita ſub conditione habere aliquā vim mouendi, & ſi in eo ſtatu habeant ſuam bonitatem conditionatam, & exercitium libertatis; neque enim in actu conditionate futuro eſt vis aliqua motiua maior, quam in poſsibili, & quam in nullo; licet ergo vſus libertatis conditionatus præſupponatur ad electionē, de quo non eſt dubium, nō tamen præſupponit vt aliquid a quo pendeat Deus in eligendo, etenim nullum eſt genus cauſæ, a quo pendere poſsit, non vt a cauſa phyſica, vt de ſe conſtat: quia actus liberi Dei nullam cauſam phyſicam habēt. Vt diximus diſp. 3. cap. 1. nec moralis; quia ſemel abrraſa omni vi mouendi a meritis conditionatis, influxum moralem habere non poſſunt. Alias dicant etiam voluntatem congruè vocandi eſſe in poteſtate vocati, quia ante infuſionem eius præſcit Deus operationem bonam ſub conditione futuram, maior igitur in ſenſu a nobis propoſito ſolida eſt.

Vſus conditionatus præſupponitur ad electionē, abſolutam non tamen ab eo pendet electio

Venio ad minorem. In qua maior eſt controuerſia, & vim facio, vt eam oſtendam in hoc quod electio illa eſt omnino abſoluta, & nullā ex parte obiecti admittat conditionem, quam Deus ſpectet, aut reſpiciat, vt decernat decreto abſoluto, & efficaci fore gloriam ſecundum realem exiſtentiam in certo & determinato tempore, in certa, ac determinata quantitate. Ergo eo poſito decreto, non eſt in poteſtate prædeſtinati, non exiſtere ſuam gloriam. Antecedens negare non poſſunt aduerſarij, niſi retrocedant a ſua doctrina, nam ſi voluntas illa admittat, ſeu reſpiciat conditionem aliquam ex parte obiecti, non eſt prælectio abſoluta omnino, ſed conditionata, de qua nulla eſt cōtrouerſia, præcedere poſſe præuiſionem meritorum, & niſi verbis ludant inter voluntatem abſolutam, & efficacem ex ſua natura, & conditionatam & inefficacem, hoc agnoſcant diſcrimen neceſſe eſt. Quod illa vult rem eſſe, nulla ſpectata conditione, & ideo efficaciter pergit ad executionem, eo tempore quo decreuit eſſe, niſi impediatur, vimque habet determinandi potentiam executricē; hæc vero ſpectat conditionem, & non vult eſſe rem, niſi ſub tali conditione, ideoque inefficax eſt in executione, vſque dum purificata conditione, trāſeat in abſolutam: ergo ſi aduerſarij perſiſtunt in defendenda præintentione omnino abſoluta gloriæ, omnem conditionem ab obiecto remouere debent, qui vero ex vna parte conditiones admittunt, & ex alia retinent vocem abſolutæ electionis, nomina inuertunt, nec defendunt naturam præintentionis abſolutæ, quam defendendam ſuſceperant, & dant aduerſarijs intentum, nimirum ſolum præcedere prælectionem conditionatam, & voce iniqua quidē, ab eis diſsident, dico iniqua, quia voluntatem conditionatam abſolutam appellant. Porro, ſi conditio aliqua admittitur maxime ea, ſi prædeſtinatus 101

Voluntas abſoluta & efficax ex natura ſua excludit omnem conditionē ex parte obiecti re liti.

Digitized by Google

deſtinatus reſponderit vocationibus diuinis, & in gratia deceſſerit, ita vt hunc ſolum elegerit ad gloriam ſub ea conditione, ſed ſub hac etiam reprobos elegit, ergo ſi admittitur conditio aliqua in obiecto datur aduerſarijs intentum, in hoc enim cardo controuerſiæ conſiſtit: an electio abſoluta omnino pugnet, cum libertate, non in hoc, an conditionalis.

102 Quod vero; ſi ea eſt electio abſoluta, cum hoc rigore non ſit in poteſtate prædeſtinati, negatio exiſtentiæ ſuæ gloriæ, mihi euidentiſſimũ eſt, & probandũ ex phyſica prædeterminatione, quæ cum qualitas creata ſit, quia habet talem naturam, vt ex natiua, & intrinſeca virtute inferat operationem repugnatq; negationem eius componi etiam de potentia abſoluta cum voluntate ſic prædeterminata; ideo pugnat cum indifferẽtia eius: ergo, multo magis decretum efficax Dei, eam ita ſibi ſubdet, vt tollat indifferentiam eius. Probo conſequẽtiam quia magis repugnat coniungi negationem gloriæ cuius exiſtentiam abſolute decreuit Deus cum decreto efficaci, quam coniungi negationem operationis cum phyſica prædeterminatione ad operationem, etenim euenire cõtra decretũ Dei eſt impoſsibile ſimpliciter, & cũ alterũ extremũ eſt impoſsibile, nequit eſſe indifferentia ad vtrumq; Porro, vt poſita phyſica qualitate in volũtate in nullo priori naturæ eſt volũtas indifferens ad vtrumq; extremũ; ita, & multo vrgentius, poſito abſoluto decreto, in nullo priori naturæ eſt indifferentia ad adquirendam, & amittendam gloriam. Vnde licet ante decretum in ſtatu conditionato inueniatur exercitium liberum voluntatis conditionatum. At poſt decretum abſolutum, nullus datur locus libertati abſolutæ, quã prædeſtinatum habere de fide eſt; tum per ordinem ad gloriam, tum per ordinem ad actus bonos, & malos, in quibus ſolum eſt meritum, & demeritum.

Electio abſoluta pugnat cũ indifferentia prædeſtinati ad amittendã, & adquirendã gloriam.

103 *P. Vazq.* Ad hoc argumentum varie conantur reſpõdere aduerſarij, quaſdam ſolutiones refert, & confutat P. Vazq. 1. part. diſp. illa 89. cap. 10. a numero 92. ego ſolum proferam quaſdam recenter excogitatas, quæ contendunt diſcrimẽ conſtituere inter phyſicam prædeterminationem, & abſolutam electionem. Primo, ergo dixerunt, voluntatem abſolutam Dei, quòd eſt extrinſeca, & non immutat modum operandi intrinſecum voluntatis non impedire libertatem, phyſicam vero prædeterminationem impedire, quòd intrinſeca eſt, & immutat modũ operandi voluntatis.

1. ſolutio conſtituit diſcrimen inter decretum extrinſecum & qualitatem intrinſecã.

Hæc ſolutio quondam a quibuſdam ex noſtris probata fuit: ſed re penitius inſpecta, iam bono modo deſſeritur; ſed quia continet doctrinam quandam Scoti vniuerſalem confutanda eſt. Et primo argumentor in hunc modum: ſiue electio abſoluta immutet modum intrinſecum operandi, ſiue non, aut ita determinat vnam partem, vt ea electione præſupoſita relinquat impoſsibilem aliam, vel non? ſi primum, ergo repugnat illa electio cum indifferentia principij ad vtramque partem: nam vt dicebamus, cum vna pars ex extremis omnino determinata eſt, ex aliquo antecedenti ad vſum libertatis, & altera impoſsibilis euertitur indifferentia principij. Si ſecundum: ergo poſt decretum efficax Dei decernens exiſtentiam gloriæ, poſsibilis eſt negatio exiſtentiæ imo, & contingens; nam poſita eſt in principio indifferenti: etenim ſi prædeſtinatus in vltimo actu, quem exercet indifferens eſt ad peccandum, & non peccandum; ſi peccat, vt poteſt, non exiſtet gloria eius: ergo poſt decretum efficax Dei poſsibilis eſt, & contingens negatio gloriæ. *1. Refutatio.*

Præterea ſecundo, ex hoc fit repugnare in terminis, quando dicunt electionem abſolutam, quòd extrinſeca eſt non immutare modum connaturalem operandi; nam is poſtulat circa obiectum indifferenter propoſitum operari cum indeterminatione ad vtramque partem, at qui electio abſoluta tollit indifferentiã in vltimo actu, quo prædeſtinatus adimplet præceptum aliquod, erga obiectum indifferenter propoſitum. Ergo immutat modum connaturalem, & intrinſecum operandi. *2. Refutatio.*

Sed petes? quanam ratione abſoluta electio per modum intentionis immutet, cum extrinſeca ſit, & nihil intrinſecum ponat in voluntate? Reſpõdeo, licet verum eſſet nihil poſitiuum in libero arbitrio influere, nihilominus ex eius poſitione neceſſario fieri negãdũ eſſe libero arbitrio prædeſtinati concurſum generalem ad peccandum, ſaltim in vltimo actu: at qui negato concurſu generali alterum extremum impoſsibile manet: tollitur ergo indifferentia. Aſſumptum declaro appoſito exemplo, in ſacratiſsima Chriſti Domini humanitate, ab aſſumptione præciſſe a verbo illa redditur intrinſece impeccabilis. & ſi vnio hypoſtatica nihil intrinſecum conſtituat in voluntate, quo prædeterminetur ad non peccandum, caſu vero, quo præceptum vrgeat: licet ſit extrinſecum, & non immutet voluntatem humanã Chriſti, at ſit ex poſitione præcepti negandum eſſe voluntati Chriſti ad eius violationem generalem concurſum, alias, ſi ex vna parte eſſet verbo vnita, foret quidem intrinſece, & radicaliter impeccabilis, & ex alia parte præſto haberet concurſum generalem, ad violandum præceptum, foretq; proxime peccabilis, quia proxime eſſet indifferens ad adimplendum, & violãdum præceptum, ita 104

Qua ratione immutet modũ operandi principij.

Pp in

Digitized by Google

in noſtra re, licet præintentio illa abſoluta formaliter extrinſeca ſit voluntati, & nihil immediate in eam influat; at quia amiſsio gloriæ impoſsibilis redditur virtute illius, quatenus impoſsibile eſt decretum efficax Dei fruſtrari effectu, efficitur ex ea negandum eſſe generalem concurſum prædeſtinato, in vltimo actu ad peccatum mortale; quia ſi datur, ex vna parte impoſsibilis eſt amiſio gloriæ propter abſolutam electionem, ex alia parte poſsibilis, & contingens propter potentiam proximam ad peccandum, nam ſi peccat in vltimo actu, non perſeuerat, nec coronabitur.

105 Declaro præterea id ipſum ratione a priori. Quia decretũ abſolutũ de exiſtẽtia alicuius rei reddit impoſsibilẽ negationẽ eius, ſuppoſito decreto: vnde repugnat, quod Deus abſolute determinet gloriã ex vna parte, & ex alia parte habeat voluntatẽ efficacẽ conferendi concurſum generalem ad peccandum; nam duæ voluntates efficaces circa obiecta contradictoria eſſe non poſſunt: ſed ſi Deus haberet voluntatem concurrendi concurſu generali cum prædifinitionę abſoluta gloriæ haberet duas voluntates efficaces circa obiecta contradictoria, ergo, &c. declaro minorem, hæc ſunt contradictoria *neceſſarium eſt exiſtere gloriam Petri, eſt contingens non exiſtere gloriam Petri*, vt conſtat Dialecticis; at ſi Deus prædifinit gloriam, decreto omnino efficaci, neceſſarium eſt ex Dei immutabilitate, & in impedibilitate exiſtere eam gloriã prædefinitam, & ſi ſimul efficaciter vult conferrè concurſum generalem ad peccandum contingens eſt, non exiſtere illam gloriam, ſecũdum ordinationes in ſua prouidentia latas; haberet ergo Deus duo decreta efficacia circa cõtradictoria. Dixi ſupra, & ſi verum eſſet abſolutam electionem gloriç non immutare poſsitiue voluntatẽ, quia exiſtimo, ex ea etiam ſequi aliquam intrinſecã immutationẽ, maxime in ſententia quæ admittit liberam omiſsionem; nã ſi prædeſtinatus libere poteſt omittere: pone in vltimo actu vrgeri præcepto poſitiuo, aut ſe cõterendi, aut ſuſcipiẽdi Sacramentũ, & ſuſpendere omnem actũ poſitiuũ is peccaret, quippe qui haberet libertatẽ contradictionis: ergo ne Deus exponat periculo fruſtrãdi ſuum decretũ cogitur ex prædefinitione abſoluta poſitiue immutare modum operandi, & præmouere motione determinante ad impletionem præcepti; & cũ illa adimpletio libera eſſe nequeat, in noſtris principijs, ex omni parte euertitur noſtra doctrina ex hac abſoluta prædefinitione. Equidem ni fallor voluntates hæ omnino abſolutæ, ſiue gloriæ ante præuiſa merita, ſiue actionum liberarum ante præuiſam cooperationem, prædeterminationes extrinſecç ſunt aptæ quidem ad efficiendum, & imperandum auxilia prædeterminantia intrinſeca, omnino vero ineptæ pro noſtris auxilijs indifferentibus: vnde adſtruere ex vna parte eas, & ex alia deſtruere prædeterminãtes phyſicas, cõſtãtiæ doctrinæ repugnat, vt in inſequẽribus explanandũ magis.

Decretum efficax de actu pugnat cũ voluntate cõcurrẽdi generali concurſu ad oppoſitũ.

Secunda reſponſio negat ſuppoſitionem abſolutæ electionis eſſe omnino antecendẽtẽ de qua docuit Anſelm. opuſculo de cõcordia liberi arbitrij, & prædeſtinatione c.1. & lib. 2. cur Deus homo c.18. & S. Tho. lib. 2. Phiſ. lectione 15. textu 88. & 2. contra Gent. c.29. & li. 2. Perhierm. lectione 15. pugnare cum libertate, ideo vero dicũt nõ eſſe omnino antecedẽtẽ, quia ad eã prçcedit liber conſenſus, ſaltim ſub cõditione, & præſciẽtia eius, phyſicã vero prædeterminationẽ eſſe ſuppoſitionẽ omnino antecedẽtẽ, quod ſi electio gloriæ nõ eſt ſuppoſitio omnino antecedẽs, nihil refert, quod cũ ea cõiũgi nõ poſsit, negatio exiſtentiæ gloriæ, quia neque cum prçſcientia coniungi poteſt, & nihilominus, quia ea non eſt ſuppoſitio antecedens, ſed conſequens, non lędit libertatẽ. 106

S. Anſelm. D.Thom. Altera ſolutio negat eſſe ſuppoſitionem omnino antecedentem.

Sed contra primo. Negari non poteſt eſſe ſuppoſitionem omnino antecedentem ad abſolutã futuritionẽ, aut gloriæ, ſi eſt electio gloriæ, aut actus boni, ſi eſt eius prædefinitio; nã vt ſtatus poſsibilis eſt prior ratione, quã ſtatus futuri abſoluti, ita ſtatus futuritionis cõditionatç eſt prior ſtatu futuritionis abſolutæ, vt ex ſe cõſtat, & ſçpe declaratũ a nobis tractatu de ſciẽtia Dei maxime diſp.7. cap.1. & diſp.9. ca. 2. tũc ſic, ante electionem abſolutã gloriç ſolũ erat illa futura ſub cõditione hac *ſi prædeſtinatus in gratia decederet*, poſita vero electione abſoluta præſciſſe, iã primo cæpit gloria eſſe futura abſolute: ergo ea electio eſt ſuppoſitio antecedens in ordine ad abſolutam futuritionem gloriæ, & ſi nõ ſit antecedens in ordine ad futuritionem cõditionatã: quemadmodũ prædeterminatio phyſica, ideo eſt ſuppoſitio antecedens ad operationem abſolute futurã, quia ab ipſa accipit actus primã futuritionem abſolutã, nihil obſtãte, quod præſupponatur futuritio cõditionata actus ex ſuppoſitione phyſicæ prędeterminationis, quod ſi abſoluta electio, eſt ſuppoſito antecedens, vt dixi, argumentũ manet cũ omni ſuo robore, & probat abſolutã electionem gloriæ adimere libertatem prędeſtinato ad eam amittendã, quia implicat cum ipſa coniungi negationem exiſtentiæ gloriç, hoc autem eſt contra doctrinam Catholicam, vt monui in principio, ergo, &c.

Eſſe ſuppoſitionẽ antecedentem comparatione ſtatus abſoluti.

Dices. Præſcientiam conditionalem eſſe ſuppoſitionem antecedentem, in ordine ad futuritionem abſolutam gloriç, & nihilominus nõ lędere libertatem: ergo pariter in electione abſoluta. Facile reſpondeo tranſeat antecedens, 107

&nego

Digitized by Google

Diſcrimē inter anteceſsionem præſcientiæ conditionalis, & præelectionis abſolutæ.

& nego cōſequētiam. Diſcrimē perſpicuū eſt, quod ſciētia cōditionalis futuritionis gloriæ, ſi prædeſtinatus in gratia decedit cōſtat cū negatione exiſtētiæ eius, nō vero abſoluta electio, neque enim omne, quod præcedit quacūque ratione præcedat eſt ſuppoſitio antecedēs quæ ad rem noſtram eſt; ſed ea, quę ita influit, ſiue radicaliter, ſiue formaliter, ſiue proxime, ſiuę remote in effectū, vt reddat alteram partē impoſsibilem, ſicut reddit abſoluta electio, vt probatum eſt, quæ non eſt ſimplex complacentia abſoluta, vt notaui in principio: ſed efficaciam habet influendi ſaltim radicalem media electione, & vſu.

Contra ſecundo. Vel liberum arbitriū præcognitum eſt a Deo habere operationem libe ram, ex qua pendet cōſecutio gloriæ poſt præ diffinitionem glorię, & cum illa? vel ante illam? & ſine illa, etiam in ſtatu conditionato? Si hoc ſecundū; ergo præſcientia hęc nihil refert, quo minus abſoluta præfinitio nouiter ſuper addita libertatem abſolutam impediat. Probo hāc conſequentiā exemplo phyſicæ prædeterminationis: nā præuidiſſe Deum noſtram volūtatem libere operantem, ſub vocatione cōgrua in ſtatu cōditionato, nihil impedit, quo minus phyſica prædeterminatio nouiter adiecta ferreē determinās principiū, lædat vſum libertatis, at qui electio abſoluta pręcedēs, nō minorē, ſed maiorē efficaciā habet determinādi, quā phyſica prædeterminatio, vt probaui ſupra numero 103. ergo, &c. Probatio huius conſequētiæ euidentiſsima eſt. Si primum? Ergo falſum eſt, Deum præuidiſſe per ſuam ſcientiam conditionatam libere operantem voluntatem, ſed neceſſario, nam vt phyſica prædeterminatio antecedens actum conditionatū deſtruit libertatem cōditionatam eius, & in ſtatu abſoluto, abſolutam, ita electio abſoluta præuiſa præcedens in ſtatu conditionato deſtruit libertatem conditionatam, & in ſtatu abſoluto abſolutā: nam, vt ſatis demonſtratum eſt, non habet minorem efficaciam determinandi in vnam partem, ſed maiorem nihil obſtante, quod extrinſeca ſit, & quidem præuideri a Deo libertatem in ſtatu conditionato, ſine vlla cauſa antecedēte determinante, nihil referre, vt in ſtatu abſoluto conſeruetur libertas accedentibus de nouo impedimentis, adeo manifeſtum eſt: vt niſi ab homine difficultate oppreſſo dici non poſsit. Vt contingere ſolet in diſputationibus.

108 *Tertia ſolutio, de præelectione cum ordine ad determinata media.*

Tertia reſponſio diſtinguit circa electionē abſolutam, dupliciter cōſtituens illam. Primo, intendendo gloriam ſine ordine ad determinata media. Secundo, cum ordine ad ea determinata media, quibus Deus prænouerat prædeſtinatum libere gloriam conſecutum iri. Primo modo, fatentur efficaciter probari impediri libertatem, nam ea electio determinat Deum ad eligenda poſtea media, quibus ſine vlla contingentia executioni mandetur gloria. Negat autem ſecundo modo impediri libertatem: nam is modus eligendi contemperatus eſt cum medijs, nec aliter præfinit gloriam, quam per ipſa obtineri poſsit, & cum media non pugnent cum libertate, nec etiam electio.

Hæc reſpōſio lenit rigorem doctrinæ, ideo applauſu quorumdam recepta eſt, recipitur tamen ab ijs, qui acri examine rem non diſcutiunt. Contra hos contendo demonſtrare, aut ipſos deflexiſſe a propria ſententia, & conditionatam ſolum præintentionem conſtituere, aut ſi perſiſtant in abſoluta omnino, lædere libertatem, & formo argumentum in hunc modum. Per aduerſarios fuit electa gloria a Deo per ordinem ad hæc media: ergo ipſa media ſunt obiectum eius voluntatis, ſiue formaliter, ſiue virtualiter, at qui hoc ipſo quod media vocationum congruarum ſint obiectum eius voluntatis præelectio nō eſt omnino abſoluta, & hoc ipſo, quod præſcindāt a medijs per ipſos impeditur libertas: ergo, aut ſolum conſtituunt voluntatem conditionatam declinantes a propria doctrina, vel ſi conſtituunt abſolutam lædunt libertatem, probo hoc antecedens: nam vocatio congrua non infert bonam operationem ex ſua efficacia, ita vt ei ſubdat voluntatem noſtram, imo liberum arbitrium, eam ſibi ſubdit in exercitio, & ea vtitur, ſicut vult, vt habitibus, ergo vocatio congrua in exhibendo ſuo cōcurſu, quaſi ſpectat concurſum cooperātem voluntatis, non aliter ac habitus: hoc in noſtris principijs certum eſt. Modo conſidera, vt rem facilè expedias, vocationem ipſam congruam præditam eſſe libero arbitrio, non ne, ſi illa ante cooperationem voluntatis vellet efficaci decreto actum bonum prædeſtinati, a quo pendet conſecutio gloriæ exponeret ſe periculo fruſtrandi ſuum efficax decretū? nam ſi renuit voluntas, vt poteſt, quādo ei ſubditur vocatio congrua in operando, non erit actus, ergo ſi efficaciter, decerneret cooperari; non expectata cooperatione voluntatis exponit ſe periculo reddendi irritum ſuum efficax decretum. Exempli gratia, ſi quis vellet Petro concurrere abſoluto decreto ante voluntatem Petri concurrendi, euidenter ſe exponeret periculo fruſtrādi ſuū decretum; ergo pariter in noſtra re; & hoc manifeſtum eſt. Ex quo ſic argumentor. Si Deus ſolū eligit prædeſtinatum ad gloriam, vt ea eſt conſequibilis per media congrua, ſolum vult eam conſequi prædeſtinatum ſecundum efficaciam, quam habent media congrua, at media

109 *Autij non defendunt abſolutam electionē, aut eodem modo conuincūtur.*

Digitized by Google

dia congrua efficaciam non habēt, vt ex vi eorum ante præuiſam cooperationem liberi arbitrij eligi abſolute poſsit gloria, ſine periculo fruſtrandi abſolutum decretum Dei, manifeſte oſtēdi allatis exemplis, nihil enim refert, quod voluntas finis ponatur in hoc, aut illo ſubiecto, hoc eſt, aut in vocatione congrua, aut in Deo, ſi per eadem media ſolum finis intenditur: ergo vt impoſsibile eſt Deū exponere ſuū decretū periculo fruſtrādi: ita abſolute eligere gloriā per gratiā congruā. Quod ſi præſcindatur ab his determinatis medijs in electione ad gloriam iam fatentur aduerſarij talem electionem impedire libertatem. Ergo, aut ponenda eſt volūtas conditionata, aut ſi ponetur omnino abſoluta non conſtat cū libertate.

110 Reſpondebis, Deum certo præſcire oblata gratia congrua voluntatē libere cooperaturā, & gloriā conſecuturā: vnde ex præſcientia nō exponit decretum ſuū periculo fruſtrandi, ſublata vero præſciētia fatētur ex eo decreto lædi libertatem, aut exponi illud periculo fruſtrādi. Ita P. Suar. lib. 1. de auxilijs cap. 16. lib. 2. cap. 7. & lib. 3. cap. 17. & P. Fōſeca tom. 3. metaphiſicæ lib. 6. cap. 2. quæſt. 5. ſect. 7. & alij noſtri paſsim. Sed hoc facile ex dictis confutatur: nam Deus prænouit voluntatem cum gratia congrua libere cooperaturam in ſtatu conditionato, quia in eo relinquitur voluntas, vt vtatur congrua vocatione, pro vt libuerit, nullo adhibito extrinſeco, aut intrinſeco determinante, non vero præuidetur libere cooperatura appoſito extrinſeco determinante ratione cuius altera pars ſit impoſsibilis, nec in ſtatu abſoluto, nec in ſtatu conditionato, quemadmodum, ſi poſtquam prænouit Deus voluntatem libere operaturam in ſtatu conditionato oblato a Deo concurſu indifferenti in vtrāque partē; decerneret vero poſtea negare auxilium ſufficiēs in ſtatu abſoluto ad vnū ex extremis oppoſitis, læderetur libertas cōtrarietatis, quia actus contrarius eſt impoſsibilis: ita prorſus & ſi præuideatur libere operās in ſtatu cōditionato ſine prælectione abſoluta dū ea ponitur in ſtatu abſoluto læditur indifferētia; quia cū ea impoſsibilis eſt negatio gloriæ; imo vt expēdebā ſupra numero. 105. cū ea volūtate abſoluta non ſtat decretum offerendi concurſum ſufficientem ad alteram partem.

Certo ſcire futurū euentū nō ſatisfacit argumēto.
P. Suar.
P. Fonſe.

111 Vrgeo, & declaro hoc amplius, vel vocatio cōgrua, ſuppoſita præſciētia cōditionali, & poſita electione abſoluta gloriæ, ex qua ſaltim radicaliter proficiſcitur, cōſtituta in libero arbitrio, illud ita ſibi ſubdit vt cooperatio volūtatis iā nō ſit in poteſtate eius, vel nō? Si primū? Vocatio congrua cum voluntate gloriæ conficiunt ſane phyſicam quandam prædeterminationem, ſi ſecundum? ergo adhuc contingēs eſt conſtituta voluntate in eo ſtatu, nō operari vltimū actū neceſſariū ad conſecutionem gloriæ, ergo etiā eſt contingens fruſtrari electionē, quæ per ipſos abſoluta eſt. Probo hanc conſequentiam, quia eadem cōtingentia, quæ eſt in operādo, & nō operando eſt quod reddatur caſum decretum Dei. Dices fore infallibiliter operaturam. Reſpondeo hanc infallibilitatem non excludere contingentiam; decretum vero abſolutum Dei excludit omnem contingentiam, vt de ſe manifeſtum eſt. Deinde ſi adhuc principium eſt indifferens compoſitum cum præſcientia, & electione, & Deus ſolum elegit prædeſtinatum ad gloriam ex vi principij illius indifferentis, ea electio non eſt abſoluta, ſed reſpicit atque expectat conditionem: ſi principium indifferens ſe flectat in bonam operationem, vt ſæpe deduxi.

Argumentū efficax.

112 Verum inſtant aliqui. Si vocatio congrua, quia eſt libertati accomodata non pugnat cū ea, quare electio gloriæ per ipſam, quæ ſolū influit in gloriam imperando vocationem congruā pugnet? Imo nō pugnare fit ex eo: quia nō eſt cauſalitas antecedēs neq; enim ex ſe efficaciā habet ponēdi gloriā, ſed ſolū imperādi vocationes cōgruas, & ideo ea appellatur electio quædam abſoluta per modum intentionis.

Alia ſolutio.

Sed hæc etiā confutata ſunt ex dictis, & quidē ſi hæc vera eſſent fieret plane aliquā electionē abſolutā ante præuiſa merita circūſcripta ſcientia cōditionali, nō pugnare cū libertate; nam pone Deū eligere Petrū ad gloriam abſoluta, vt tu concedis, electione, ex ſciētia ſimplicis intelligentia qua nouit fieri poſſe, Petrum conſequi gloriam, per has vocationes congruas, & eam electionem re ipſa ipſas imperare, illa re ipſa gloriā cōſequeretur nō aliter ac modo cōſequitur, cū ei cōferūtur ex præſcientia conditionali; nam hęc neceſſaria nō eſt pro euentu rei, ſed pro perfectione diuinæ prouidentiæ, vt diximus diſp. 22. cap. 3. Ergo cōcedit hæc declaratio prædefinitionē abſolutam ſine ſcientia non pugnare cū libertate, cōtra communem ſenſum noſtrorū Doctorum, vt ſupra notaui, & cū præiudicio totius diſciplinæ Societatis in hac materia; nam electio hæc abſoluta ſine ſcientia eſt phyſica prædeterminatio extrinſeca, quæ ſi ſemel componitur cum libertate eadem ratione intrinſeca componi poteſt, & ruunt omnia noſtrorum fundamēta. Hoc adnotarim, vt videāt noſtri, ne dum conantur abſolutam prælectionē adſtruere phyſicis faueant prædeterminationibus. Nec quidquam refert, ſi dicant Deum non poſſe ſic præligere ſine ſcientia conditionali, quia ſe exponeret periculo reddendi irritum ſuum decretum, nam licet verum ſit id ita eſſe, at fateri coguntur phyſicam prædeterminationem

Impugnatur efficaciter.

Digitized by Google

nationem extrinſecam non repugnare, iam ex capite libertatis, ſed ex alio, nimirum ex hoc incommodo. Quod maximũ abſurdũ reputari debet ab omni cõſtãti ſectatore, noſtræ in his rebus Theologicis, tam veræ, tamque ſolidæ doctrinæ. Recognoſce dicta diſp. 19. cap. 2. in quo antecedẽtia decreta abſoluta impugnaui.

113 Deinde, licet hæc prædefinitio ſit per modũ intentionis & immediate nõ influat in gloriã; at non eſt ſimplex quædã complacentia in ea, quæ nihil efficaciæ habet in re, in qua complacet, ſed eſt voluntas quædã abſoluta, & efficax ex ſua natura cum qua repugnat non eſſe gloriam, cum ſimplici vero complacentia non repugnat, vt ſæpe monui, ergo ſaltim radicaliter, & remote aliquam habere debet cauſalitatem in gloriã determinãs ipſum Deũ ad electionem medij efficacis, vt etiã aduerſarij confitentur. Modo ſic inſtruo argumentum, vt ſæpe ſignificaui. Vel vocatio congrua, quia imperata ab hac electione habet ſpecialem aliquã efficaciam ad determinandam voluntatem in operationem bonam, quam non haberet, ſi ab intentione inefficaci gloriæ imperaretur, vel nõ? Si primum? ergo vocatio cõgrua, vt imperata vim habet determinandi, & ſubijciẽdi ſibi voluntatem liberam, ecce iam eſt cauſalitas antecedens, & phyſice prædeterminans. Si ſecundũ: ergo eſſe abſolutã, & efficacẽ nihil cõfert, ſine fructu enim, & effectu eſt, & adnihil ponitur. Deinde, ergo voluntas illa non eſt abſoluta, ſed conditionalis expectans cooperationem liberam voluntatis, quando etiam imperata ab illa electione ſubditur voluntati pro libito. Qui hæc attentè conſideret, videbit ſane magni momenti eſſe fundamentum hoc pro ſentẽtia negante, nec probabit iudicium P. Suar. locis ſupra allegatis, dicentis ſibi videri improbabile; nam rationes factæ, vt a nobis efformatæ, tam efficaces ſunt, vt ſane conuincant intentum. Contra eum, qui abſolutam, & efficacem electionem ex natura ſua, cum omni rigore defendit.

Abſoluta præintentio non poteſt non habere aliquam cauſalitatem in finem.

P. Suar.

114 Pro coronide hujus capitis, libet eius doctrinam quibuſdam ſanctorum Patrum teſtimonijs cõfirmare. Primus Damaſcenus lib. 2. de fide cap. 30. habet hæc prima eius capitis verba. *Illud ſcire intereſt, Deum omnia quidem præſcire, ſed non omnia præfinire, præſcit enim ea etiã, quæ in noſtra poteſtate, & arbitrio ſita ſunt; at non item ea præfinit, neque enim vitium admitti vult, nec rurſus virtuti vim affert.* Ecce prædifinitionem abſolutam vim inferre voluntati expreſſe affirmat: & reuera ſi ſemel ponitur in rigore omnino abſoluta nulla alia ratione meliori poteſt Deus extrinſece vim inferre voluntati, quam his prædefinitionibus. Etenim, ſi ponuntur abſolutæ omnino, tam abſolutæ eſſe debet, quã extrinſecę prędeterminationes, quæ adſtruuntur anegantibus ſcientiam conditionatam, ergo tantam efficaciam determinandi habere debent, hanc enim habent a ſua natura intrinſeca independenter ab omni ſcientia, & quidem vti ſcientia conditionata, vt eleuent vim determinandi harum prædifinitionum abſolutarum ea abuti eſt.

Damaſc. *Teſtimonia Patrũ contra abſolutã præfinitionẽ.*

Deinde Chryſoſtomus homil. 12. ad Hæbreos (ait) omnia ita Dei eſſe vt noſtrum non lædatur arbitrium *non* (inquit) *antecedit ſua voluntate noſtras, ne noſtrum lædatur arbitrium,* Vbi non loquitur de voluntate conditionata, vt conſtat, nec de anteceſsione temporis, ſed cauſalitatis, prædifinitio autem hæc abſoluta antecedit cauſalitate voluntates noſtras, vt probatum eſt: ergo ſecundum Chryſoſtomum noſtrum lædit arbitrium. D. Chry.

Porro Hieronymus in Epiſt. ad Damaſcen. de filio prodigo (ait.) Hominem ita eſſe liberũ, vt *viuat non ex imperio Dei, ſed ex obſequio ſuo, id eſt non ex neceſsitate, ſed ex voluntate*, vbi, vt ſe explicuit pro eodem vſurpat viuere ex imperio, ac viuere ex neceſsitate: hoc autem imperium non ſignificat legem, aut præcepta diuina, quia homo ex eis, & iuxta ea viuit, ſed voluntatẽ ex ſe abſolutam, & efficacem cauſaliter præcedentem actiones humanas, qualis eſt prædifinitio, vt demonſtratum eſt. D. Hieron.

Auguſtinus etiam pluribus in locis, vt refert P. Suar. lib. 1. de auxiliis cap. 13. idem confirmat. Ego ſolum refero egregia verba lib. 3. de liber. arbitr. cap. 18. *Si laborioſum eſt* (ait) *omnia mandare memoriæ, hoc breuiſsimum tene, quæcumque iſta cauſa eſt voluntatis, ſi non poteſt ei reſiſti, ſine peccato ei ceditur,* at qui prædifinitiones hæ (ſi abſolutæ omnino ſunt) ſunt cauſæ ſaltim radicaliter, & remote noſtrarum voluntatum, quibus re vera reſiſti non poteſt: quia cum his componi non poteſt negatio rei pręfinitæ. Ergo competunt eis conditiones Auguſtini pugnantes cum libertate. P. Suar. D. Auguſt.

Velim duo modo expendi a lectore meo. Primum abſurdum, ad quod deducimus aduerſarios in lædenda libertate, & incidendi in phyſicas prædeterminationes maximi momenti eſſe. Secundum, aliud eſſe voluntatem verſari circa obiectum infallibiliter futurũ, aliud eſſe abſolutam, & eficacem ex natura ſua; neque enim, ex eo, quod voluntas ſit de obiecto infallibiliter futuro, abſoluta eſt, & efficax ex natura ſua; licet ei æquiualeat quo ad euentum: vt conſtat ex voluntate congrue vocandi ex intentione inefficaci gloriæ. Hanc rem amplius declaro cap. 11. ex his æquam in hac lite ferre poteris ſententiam. 115

Digitized by Google

Caput X. Electionem abſolutam ante præuiſa merita, pugnare cũ alijs diuinis decretis, ac precipue cum voluntate dandi gloriam propter merita.

116 *Duo notanda decreta in diuina prouidentia.*

PONENDVM primo, duo eſſe in Deo decreta, alterum ſtatuendi leges, & ordinationes in prouidentia ſua vtiles, & proficuas ad promouendũ omnes homines, ad procurandã vitã æternã, nam cum ipſe ex animo, & ſine fuco exoptet quantum eſt in ſe eam cõferre omnibus hominib', dubiũ nõ eſt, quin ita ſtatuerit decreta ſuæ prouidentiæ, vt hominibus ea cõtẽplãtibus prodeſſe poſſent, nõ obeſſe; imo hoc decretum ſic ſtatuẽdi has leges intelligimus imperaſſe ratione noſtra decreta, quæ de facto habet: alterum decretum eſt, quo confert gloriã poſt præuiſa merita, & deceſſum in gratia; hoc decretum oſtendi ex ſacra Scriptura ſupra cap.5. & ex S. Auguſt. cap.7. Scopus noſter eſt in hoc noſtro 10. demonſtrare prælectionem illam abſolutam cum neutro ex his decretis poſſe conſiſtere prius de primo. *S. Aug.*

117 *P. Suar.* Vt in eo formem argumentum ſumo ex P. Suar. lib.3. de auxilijs cap.17. num.18. Deum poſt ſcientiã ſimplicis intelligentiæ de poſſibilitate creaturarũ, & ſerierum in quibus poterant conſtitui, & cõditionatã de futuris euẽtibus, ſi in hac, aut in illa cõnſtituerẽtur ſerie, hoc habuiſſe voluntatis ſuæ primum decretũ erga prædeſtinatos, (prætermitto Chriſtũ, & Angelũ,) *decerno abſolute, & efficaciter conferre gloriam meam in definito gradu ijs hominibus determinatis pro libito meo prælectis*, & vt hoc decretum ſortiretur effectũ omnia creaſſe, hos homines, propter illos, conſtituiſſe hunc gratiæ ordinem, quem habemus, ex quo præuidit complendum eſſe præfixum a Deo numerum prædeſtinatorum in definito gradu gratiæ, & gloriæ præſtituto: & loquamur modo de adultis, (prætermiſſis pro nunc paruulis prædeſtinatis) in quibus alia prouidentia ſpecialis, & argumentor in hunc modum: decretum hoc nociuum eſt hominibus erga curam, & ſollicitudinem ſuæ ſalutis, ergo pugnat cum decreto ſtatuendi prouidentiã ſuã vtiliter ad ſalutem procurandam. Antecedens ſic probo; nam quicumque hominum adultorum ſic poterit ſecum ratiozinari; vel incluſus ſum in numero electorum a Deo immobili ſuo decreto; vel nõ ſum incluſus? Si primum, quia decretum omnino abſolutũ eſt, & præcedit omnem cooperationẽ liberam, a qua pẽdeat eius executio, & inimpedibile omnino adimplendũ eſt; ita vt nec a me ipſo impediri poſſit: ergo non eſt cur anxius ſim, & ſollicitus de conſequenda vita æterna: poſſum ergo violare diuina præcepta, licentioſe viuere, non curare de pænitentia, non de amiſſione gloriæ. Porro omnes miniſtri Euangelij, & operarij vineæ Domini, hac poſſunt vti ratiozinatione, quæ abſtergat, ab eorum cordibus omnem animarũ zelũ: nam aut hi quibus Euãgelizamus ſunt electi eo decreto fixo, ad definitũ gradũ gloriæ, vel non? Si primum; eum ſane conſequentur, & ſi nihil Euangelizemus, quid ergo in ipſis promouemus virtutem, quid ad opera virtutũ ſtimulamus eos. Si ſecundum; merito dicat adultus intra ſe, aliquod tãdẽ a me cõmittẽdũ erit peccatũ propter quod excludar a regno: quid ergo ſum ſollicitus de obſeruatione mandatorũ? quid prodeſt ieiunium? quid pænitentia? Nam licet non includi in illo decreto ſolum ſit reprobatio negatiua, at cum ſit omnino infallibiliter habitura euentum, eodem modo agit in deſperationem reprobum, ac poſitiua. *Ex principijs aduerſariorũ efficax argumentũ contra abſolutã prælectionẽ.*

Declaro hoc: pone Deum quemdã adultum reprobaſſe poſitiuo decreto indepẽdẽter a demeritis; eo modo quo dicit contraria opinio elegiſſe prædeſtinatos ante merita: nõne ſi hæc reprobatio ei per reuelationem manifeſta fieret, pelleret ab eius animo omnem ſollicitudinẽ de ſalute? omnẽ ſpẽ? tunc ſic, hoc idẽ ſequitur inconueniens in modo prouidẽtiæ quem ſtatuunt aduerſarij ergo, &c. probo antecedẽs quia licèt non conſtet vnicuique determinatè, an ſit poſitiuè electus vel negatiuè reprobus, at vero conſtat, aut eſſe electum determinatè, aut negatiuè reprobum determinatè; ita vt, iã de facto pertineat determinatè ad aliquam ex his partibus: ergo cum ex vnaquaque earum partium duci poſſit prædicta ratiozinatio in opinione contraria, ea abſtergit ab hominum animis omnẽ ſollicitudinẽ procurandæ ſalutis per bona opera. Hoc argumẽtũ quibuſdã nõ videtur magni momẽti; mihi vero magni, quia expendo Caluinum propter ſimile argumẽtũ introduxiſſe ſuam illam deſperatam prædeſtinationem, affirmãs ratione irreuocabilis, & immutabilis decreti prędeſtinatos perire non poſſe, & reprobos neceſſario deuoueri ęterno exitio vt notabã capit.1. & licet Catholici Doctores, qui hãc ſequũtur opinãdi rationẽ varia parẽt effugia ne incidãt in tantũ abſurdũ: at nimis, vrgentur vt conſtabit ex ſubijciendis.

Primo quidam illud retorquent in aduerſarios hoc modo, nã ſecundum omnes ponentes ſcientiam conditionalium & voluntates congruè 118

Retorquētur noſtra argumenta ex præſcientia cō ditionali.

grue vocandi ſimilis poteſt ratiozinatio duci. Nam vel Deus habuit erga me voluntates has congruè vocandi, & præſcientiam deceſſus in gratia, cui reſpondet definitus gradus gratiæ, & gloriæ, vel non? ſi primum, ergo eſt omnino infallibile, & ineuitabile me conſecuturum eum definitum gradum gloriæ; nam tam impoſsibile eſt non euenire id, quod affirmat ſciētia Dei euenturum eſſe; quam id, quod ſtatuit decretum efficax Dei: igitur ſi Deus erga me habuit volūtates illas liberales deponere poſſum omnem ſollicitudinem ſalutis, & idem miniſtri Euangelici dicere poſſunt, vt deponāt zelum animarum. Si verò Deus nō habuit erga me eas voluntates liberales congruè vocandi, vſque ad deceſſum in gratia, propter parem ratiozinationem ineuitabile eſt me tandē lapſurum in mortale, & ſine pænitentia deceſſurū, atque damnandum, quid ergo proſunt bona opera? quid pænitentia? ergo par eſt in omni opinionē difficultas.

119 Non miror, ſi hæc retorquendi ratio decepit tyrones Theologos. Nam primo adſpectu inſtantia apprimè applicata videtur. Verum argumenti vim non effugi, ſic oſtendo. Licet in omni ſententia ponenda ſit in Deo voluntas erga prædeſtinatos, quæ compoſita cum ſcientia conditionali habeat connexionem infallibilem cum gloria; vlterius, licet hæc etiam voluntas gratioſa ſit, ſaltim quo ad primum effectum prædeſtinationis, & in hoc conueniat cum illa abſoluta prælectione gloriæ; at non ita voluntas hæc expellit ab hominum animis curam ſalutis, ſicut prælectio abſoluta gloriæ. Nam congrua vocatio, ideo habet infallibilem connexionem cum bona operatione, quia voluntas pro arbitrio inſtructa ea gratia cooperatur bene vtens illa, & ideo Deus præſcit cooperaturam, ex hypotheſi quod congrue vocetur, quia ipſa cooperatura eſt. Vt declaraui tractatu de ſcientia Dei diſp 6. cap. 3 igitur prima radix connexionis infallibilis inter voluntatem congruè vocandi, & gloriam deſumitur ex ipſa libera cooperatione voluntatis conditionata, quæ licet non valeat ad hoc, vt voluntas ſic vocandi non ſit omnino gratioſa ſine vllo debito; propterea quod operatio conditionata in eo ſtatu, nullam habet vim meritoriam, vt dixi cap. 9. at valet, ad hoc vt vnuſquiſque ſatagat de ſua ſalute, & ſollicitus ſit de reſpondendo diuinis pulſationibus, vt certam faciat ſuam electionem poſt merita vt dixit B. Petr. 2. Epiſt. cap. 1. quem locum explicui ſupra capi. 5. Hoc manifeſtum fiet, ſi reſpondeamus illi dilemmati, & primo demus, Deum habuiſſe erga prædeſtinatum v. g. Petrum gratioſas illas voluntates congrue vocandi, & præuidiſſe eum deceſſurum in definito gradu gratiæ; demus etiam ineuitabile id eſſe, ex ſuppoſitione præſcientiæ; neganda vero eſt conſequentia. Ergo *non eſt vt quid ſim ſollicitus*, &c. Cuius negationis redditur optima ratio, quia ex mea libera cooperatione præuiſa omnem ſumunt congruitatem hæ vocationes, ex quo potius efficitur adhibendam eſſe omnem curam, & ſollicitudinem annuendi Deo vocanti; nam ſi annuo in ſtatu abſoluto ſperare poſſum me congruè vocatum, ſi renuo incongruè, & timere, ne pulſatio hæc, quæ tangit cor meum vltima ſit, qua conſideratione maxime acuitur cura, & ſollicitudo. Hæc autem reſponſio, nequit accomodari prælectioni abſolutæ propter duo. Primum, quia ex natura ſua abſoluta eſt, & efficax independenter à conſenſu noſtro: ſecundo, quia terminatur ad gloriā cuius exiſtentia ſupponit merita neceſſario tanquam media omnino neceſſaria; vnde non poteſt non eſſe, virtualis voluntas meritorum, & ea prædeterminare ex ſua efficacia; voluntas vero conferens gratiam congruam licèt abſoluta, & efficax ſit vt terminatur ad phyſicam entitatem gratiæ congruæ; non vero eſt efficax in ordine ad conſenſum niſi dependenter a cooperatione libera voluntatis; vnde hæc non pellit ſollicitudinem, quippe quia ſuppoſitio quæ ex ea fit eſt conſequens; illa vero pellit: quia ſuppoſitio, quæ ex ea fit, eſt antecedens.

Diſcrimen inter ſcientiam conditionalē, & prælectionem efficacem.

Secundo, alij reſpondent ſaltim in nō electis non habere locum ratiocinationem, quia in eis relinquitur potentia ad conſequendam ſalutem, & oportet eos ſollicitos eſſe, vt potentia hæc reducatur ad actum.

Vrgetur argumentum in nō electis.

Contra primò, hæc ſolutio ſemiplena eſt, quia in prædeſtinatis argumēto facto nihil reſpondent, & abſurdum illatum in eis magni momenti eſt. Contra ſecundò cap. 9. probaui efficaciter, cum decreto efficaci gloriæ conſiſtere non poſſe decretum efficax dandi prædeſtinato generalem concurſum ad peccandum ſaltem in vltimo actu: ergo licet conſiſtat potentia in reprobo amittendi, vel adquirendi regnum cum ea electione, non in prædeſtinato in ordine ad amiſsionem, ac proinde nō datur vtrique æqualis indifferentia. Contra 3. ipſa potentia nō ſufficit vt ſpes erigatur, & cum non electus certus omnino ſit non eſſe coniungendam cū actu, melius ei foret non habere potentiam; non enim culpę tribueretur amiſsio gloriæ, neque æternis addiceretur ſupplicijs. 120

Tertio, melius reſpondent aliqui, abſolutam electionem non excludere merita, imo in ipſa ſimul Deus ſtatuit, non dare gloriam niſi ex meritis, vnde non expellitur animi ſollicitudo ad promerendum! ſed potius augetur. 121

Aliorum reſponſum excutitur.

Reſponſio hæc attingit materiam ſecundi decreti,

Digitized by Google

decreti, vbi diſcutiendum, an voluntas nõ dandi niſi ex meritis, pugnet cum electione abſoluta ante merita, de quo mox dicendum. Sed quidquid ſit de hoc non eluditur vis ratiocinationis: nam electus ſic ſecum agere poteſt. Licèt in me non ſint modò merita, erunt tamen poſtea decurſu temporis, quia efficaciter electus ſum ad gloriam per merita; vnde cum decretum Dei efficax irritum eſſe non poſsit, ipſi incumbit, vt ego habeam merita poſtea. Ego vero interim poſſum licentioſè viuere, & totum me dare voluptatibus huius ſæculi.

122 Venio iam ad ſecũdum decretum, & eo poſito argumentor in hunc modum, vt intentum probem, ita Deus vult prædeſtinato adulto dare gloriam propter merita, vt nolit ipſi dare gloriam ſine meritis, hoc eſt ſi in eo præuideat negationem meritorum, ſed cum hac voluntate pugnat decretum efficax abſolutum gloriæ ante merita, ergo neganda eſt prælectio abſoluta. Huius ſyllogiſmi maior propoſitio continet veritatem omnino certam capit. 5. & 7. demonſtratam, quæ apud vtriuſque partis Doctores in confeſſo eſt, minor eſt omnino probanda. Aduerto vero prius ex principijs 1. 2. vnam, & eamdem externam largitionem, ſiue gloriæ, ſiue cuiuſcumque rei non poſſe ſimul eſſe liberalem, hoc eſt profectam ex actu efficaci voluntatis conſtituto in ſpecie liberalitatis, & remuneratoriam, hoc eſt profectam ex actu efficaci voluntatis cõſtituto, aut in ſpecie virtutis iuſtitiæ, aut gratitudinis, aut fidelitatis, aut aliarũ ſimilium, quæ eſſentialiter exigunt rationem debiti ex parte obiecti, & ex parte perſonæ cõferentis ſtrictam obligationem fundatam in eo debito. Licet doctrina hæc certa ſit, quia in ea offendunt plures argumento oppreſſi, à poſteriori, & à priori a nobis confirmanda breuiter. A poſteriori, id cernitur exẽpli gratia in traditione equi, poſt acceptum iuſtum pretium, quæ non poteſt ſimul eſſe iuſta, quatenus conſtituit æquale inter ipſum, & pretium, & liberalis, quia non eſt in obiecto negatio debiti, & in perſona conferente negatio ſtrictæ obligationis. A priori, quia vt virtus moralis habere poſsit ſuum actum primarium, hoc eſt voluntatem efficacem executioni mandandi obiectum ſuum, hoc habere debet honeſtatem obiectiuam, quam reſpiciat formaliter propter ipſam, & a qua ſumat ſuam rationem ſpecificã virtutis: hac ratione non poſſumus in proſecutione cuiuſcumque obiecti, exercere actus omnium virtutum, vt mediocriter verſato in 1. 2. erit conſpicuum, ſed in collatione externa gloriæ remuneratoria, hoc eſt ex aliquo debito, non eſt honeſtas obiectiua liberalitatis: ergo vna exterior gloriæ elargitio non poteſt

Vna elargitio eſſe non poteſt ſimul liberalis, & remuneratoria.

eſſe ſimul liberalis, & remuneratoria. Aduerte nos conſulto loqui de actu primario virtutis, qui eſt abſolutus, & efficax, vt præſcindamus modo, an poſsit eſſe ſimplex affectus? quia id non eſt ad rem. Minorem probo ex doctrina S. Thom. 2. 2. quæſt. 117. vbi ex philoſopho lib. 4. Ethicor. cap. 1. declarat naturam, & conditiones virtutis liberalitatis, & ait, primo virtutem hanc verſari circa bonum vſum eorum, quæ extra nos ſunt. Secundo, ad liberalem pertinere eſſe emiſsiuum, non retentiuum. Nam quod datur alteri de bonis externis à cuſtodia, & dominio proprio liberatur, & hinc forte, liberalis dicitur. Artic. 3. eius quæſt. volens aſsignare propriam honeſtatem obiectiuã huius virtutis, vt ab alijs diſtinguitur, obijcit ſibi in primo argumẽto pertinere etiam ad iuſtitiam bonum vſum diuitiarum, in reſponſione (ait) *Bene vti diuitijs in quantum huiuſmodi, hoc eſt ſine debito, & vt perfectè ſunt ſub dominio conferentis liberæ ab omni ſtricta obligatione, pertinere ad liberalitatem; ad iuſtitiam autem pertinere vti diuitijs ſecundum rationem debiti*, & arti. 5. quærit, vtrum liberalitas ſit pars iuſtitiæ, & reſpondet, non eſſe, quia iuſtitia exhibet alteri, quod eſt eius, ſed liberalitas exhibet quod ſuum eſt. Ergo hoc ipſo, quod in obiecto reperiatur propria ratio debiti, vt reperitur in elargitione gloriæ poſt merita non poteſt circa illam verſari liberalitas per ſuum actum præcipuum, & primarium. Hæc eadem probant quoties res confertur liberaliter non poſſe ſimul conferri remuneratoriè, quia hæ virtutes reſpiciunt in obiecto honeſtates obiectiuas inter ſe repugnantes.

123 S. Th. *Obiectum proprium liberalitatis ex S. Th.*

124 Ex his, ſic probo minorem principalem argumenti, electio abſoluta gloriæ ante præuiſa merita liberalis eſt; quia ſolum præſupponit merita poſsibilia, aut conditionatè futura, in quibus nullus eſt valor, & ex alia parte ex hoc, quod ſit abſoluta, ex natura ſua efficaciam habet conferendi gloriã tempore definito à Deo: ergo non ſtat cum hoc efficaci decreto liberali aliud remuneratorium ex debito meritorũ. Probo hanc conſequentiam, quia eadem exterior elargitio non poteſt eſſe ſimul liberalis, & remuneratoria, vt probatum eſt. Hic obſerua Ariſt. materiam liberalitatis limitaſſe ad pecuniam, & bona externa immeritò, quia circa bona ſpiritualia, & ſupernaturalia eſſe poteſt liberalitas; vide S. Tho. 1. par. quæſt. 21. arti. 1. ad 1. vbi docet, in Deo circa bona hæc eſſe proprie liberalitatem, & magnificentiam, quia ratio formalis virtutis non ex materia, ſed ex honeſtate ſumenda eſt, honeſtas vero liberalitatis etiam in bonis ſpiritualibus inueniri poteſt.

Pugnant in obiectis formalib⁹ efficaces electiones gloriæ, ante, & poſt merita.

Ariſt. S. Th. *Liberalitas non limitãda ad bona externa ex S. Th.*

Caput

Digitized by Google

Caput. XI. *An per ordines intentionis, & executionis fiat ſatis argumento capitis ſuperioris.*

125 LICET hoc argumentum, vt à nobis compoſitum ſatis efficax ſit, varia ei effugia parari poſſunt, & ſolent. Primum ex diſtinctione illa celebri ordinis intentionis, & executionis, circa quos ordines inter P. Suar. & Vazq. acriter non ſemel concertatum eſt, nam ille tom. 1. in 3. partem diſp. 5. ſect. prima, & diſp. 10. ſect. 4. per hos duos ordines expedit non paucas, nec leues difficultates in Theologia, is vero 1. par. diſp. 89. cap. 7. & 11. multa obijecit contra P. Suar. quibus ipſe ſatisfacere niſus eſt lib. 3. de Auxilijs cap. 19. numero 4. & iterum 1. part. lib. 1. de eſſentia prædeſtinationis capit. 14. hos ordines declarauit, & confirmauit amplius. Verum Pater Vazquez occaſionem nactus commodam 3. par. tom. 1. diſp. 23. cap. 11. has duas voluntates efficaces erga eandem collationem gloriæ ſimul ſtare non poſſe doctè oſtendere conatus eſt, & argumentis à Pater Suarez obiectis ſatisfacere. Cogor breui calamo, quid circa hos ordines ſententiam apperire in præſenti materia, vt tuear efficaciam noſtri argumenti. Igitur Pater Suarez in loco citato 1. partis numero 4. ſtatuit primo, circa eandem gloriam Deum habere poſſe diuerſos ratione noſtra actus voluntatis ex diuerſis proximis motiuis. In ordine intentionis eam vult prædeſtinato ex motiuo miſericordiæ ratione diuinæ bonitatis; in ordine verò executionis ex motiuo meritorum. Declarat id ratione à priori, præſuppoſita diſtinctione rationis inter omnipotentiam, & inter intellectum, & voluntatem; nam gloria dupliciter conſiderari poteſt. Primo, ſecundum ſe, vt eſt obiectum per ſe amabile, & voluntas diuina, vt ſic ei poteſt coniungi per affectum; ſecundo, vt eſt quædam res factibilis à Deo per applicationem facultatis operatricis procedit ad executionem. Secundum, primam conſiderationem eſt ordo intentionis per quem primo intenditur finis; ſecundo, eligitur medium ipſi proximum. Tertio, aliud minus proximum; vſque ad vltimum, quod eſt remotius, in quo clauditur ordo intentionis, per quem non intelligimus potentiam Dei applicatam ad operandum, ſed ſolum voluntatem amantem finem & ea, quæ ſunt ad finem, per ordinem vero executionis applicatur per eandem voluntatem potentia executrix ad opus hic, & nunc conficiendum, & actu quodam qui dicitur vſus incipit executioni mandare à remotiori illo medio in ordine intentionis, quod eſt primum in ordine executionis; deinde pergit, & vrget illum in ſecundo, & tertio medio; tandem complet cum producit finem. Hæc eſt P. Suarez doctrina diſſertè explicata quàm applicat varijs agentibus, & confirmat ex S. Tho. 1. 2. quæſt. 16. ar. 4. vbi diſtinguit conſenſum, & electionem ab vſu, & ait conſenſum & electionem pertinere ad conſultationem, & proficiſci ex affectu voluntatis ad finem ſecundum ſe, vſum vero ad inchoationem executionis, vide ipſum in corpore arti. & in reſponſione ad 3.

Explicatio ordinis intentionis, & executionis per P. Suarez.

Ex hac doctrina, ſic diluendum eſt argumentum noſtrum, cui concedendum eſt nequire duas voluntates efficaces ſpectantes ad eundẽ ordinem terminari ad eandem elargitionem externam, & alteram eſſe remuneratoriam, alteram liberalem; negandum vero ei eſt, non poſſe eãdem collationẽ gloriæ terminare duas voluntates abſolutas, aliam liberalem, aliã remuneratoriam; ſi liberalis ſpectat ad ordinem intentionis; ſi remuneratoria ad ordinem executionis. Hoc eodem pacto 1. tom. in 3. part. diſp. illa 10. ſect. 4. defendit principium meriti, poſſe de potentia abſoluta cadere ſub meritum, non in eodem ordine, & vt fuit principiũ, ſed in diuerſo, nimirum meritum præuiſum in ordine intentionis poſſe eſſe cauſam meritoriam eiuſdẽ in ordine executionis, & ita Chriſtum Dominum prædeſtinatum in ordine intẽtionis, & præuiſum cum meritis, mereri poſſe ſuam incarnationem in ordine executionis. Itẽ hominem iuſtum prædeſtinatum ad iuſtificationẽ, & merita, eis præuiſis in eo ordine poſſe ſibi mereri primam gratiam: imo, & conſentaneè ad ſuum diſcurſum primam ſui executionem in ſui productione, licet de facto non meruerit.

Non poſſumus producere omnia quæ notari poſſunt in hac doctrina, ſed nihil eorũ omittendũ, quæ ad rem noſtram ſpectant in genere enim meam circa hos diuerſos ordines ſententiã pronunciaui tractatu de volũtate Dei diſp. 17. cap. 4. Primũ, peto an per ordinem ſolũ intentionis, vt præcedit, & diſtinguitur ab ordine executionis res ſic prædefinita accipiat realem exiſtentiam ſufficientem, vt terminet ſciẽtiam viſionis, an non? ſi primum, vt expreſſè docuit Pater Suarez locis relatis ex 3. par. ergo res illa ante ordinem executionis habet realem exiſtentiam. Hoc conſequens implicat in terminis; nam nulla res creata realiter exiſtit niſi per productionem cauſæ primæ: & nulla productio 126

Diſcuſsio præfati modi dicendi.

P. Suar. Nihil realiter exiſtere poteſt ſine ordine executionis.

productio procedit à cauſa prima ſine applicatione omnipotentiæ ad operandum per voluntatem, ergo implicat rem exiſtere ante ordinẽ executionis, & ita quidem fatetur P. Suar. in 1. par. cap. illo 14. vbi explicatius (ni fallor) tradidit ſuam doctrinam, non tamen cohærentem cum explicatione horum ordinum, quam docuerat 3. par. nam ibi, tribuit vim meritoriam meritis præmiſſis in ordine intentionis ante ordinem executionis, & diſp. illa 5. ſect. 1. ad finẽ, diſtinguit duas ſcientias viſionis, aliam præcedentem, quæ immediate ſequitur ad ordinem intentionis; aliam poſteriorem, quæ immediate ſequitur ad ordinẽ executionis; ergo ex ſua doctrina cogitur admittere ordinem intentionis ex ſe, vt præcedit ordinem executionis efficacem eſſe ad tribuendam exiſtentiam realem obiecto præfinito; quippe cum, nec ſcientia viſionis ſit niſi de obiecto realiter exiſtenti, nec vis meritoria mouendi Deum niſi in meritis abſolute futuris reali exiſtentia, at qui ipſe concedit vim meritoriam, & ſcientiam viſionis ante ordinem executionis, ergo concedere debet ordinem intentionis ex ſe efficacem eſſe ad tribuendum obiecto exiſtentiam realem: ergo nec ea doctrina cohæret cum explicatione horum ordinum in 1. par. nec cum veritate: nam, vt dixi euidentiſsimum eſt, nihil poſſe habere realem exiſtentiam ſine ordine executionis, quomodocumque is declaretur. Si ſecundum, ergo ordo intentionis ex ſe non eſt efficax ad dandam obiecto realem exiſtentiam, ergo facta prælectione abſoluta gloriæ prædeſtinati in definito gradu, & tempore immediate ante ordinem executionis Deus non intuetur ſcientia viſionis gloriam illam exiſtentem realiter, nec merita, ergo nec prælectio illa eſt abſoluta, & efficax in ſolo ordine intentionis, ſed ſolum eſt ſimplex complacentia in gloria, quæ non habet cum exiſtentia reali eius connexionem neceſſariam, nec merita, vt ſubſunt ordini intentionis vim poſſunt habere mouendi Deum ad executionem.

127 Dices, ordinem intentionis ſecum annectere ordinem executionis, vnde ordinem intentionis ſolum conferre quaſi, radicaliter exiſtentiam rei præintentæ quatenus determinat Deum ad executionem, per ordinem vero executionis proximè rem recipere realem exiſtentiam; ideo vero ordinem hunc intentionis efficacẽ eſſe, & vim habere determinandi Deũ ad executionem; ſimplex vero deſiderium finis non habere hanc vim determinandi; ſed ſolum mouendi, & inclinandi ad executionem; quia volũtas illius prælectionis abſoluta, & efficax eſt ex natura ſua; ſimplex vero deſiderium eſt voluntas inefficax, atq; conditionata. Vnde illa vim habet determinandi ipſum Deum ad ponenda media efficacia, hoc eſt, quæ cum gloria præintenta habent infallibilem connexionem, non vero hæc, quæ eſt voluntas inefficax, atq; conditionata.

Alia ſolutio.

Sed contra: non ſatis percipitur quid ſibi velit ea radicalis exiſtentia gloriæ, etenim perſiſtendo in ratione ſupra tacta. Peto, in quo nam ſtatu relinquat gloriam ea abſoluta prælectio antecedens ad merita? an in ſtatu poſsibili? an in exiſtentiæ? & quanã ſcientia Deus eam cognoſcat, an ſimplicis intelligentiæ? an viſionis? inter hæc enim in re noſtra nõ eſt mediũ: nã ſtatus cõditionatus extra propoſitũ eſt. Si relinquit illã in ſtatu poſsibili nõ fuit decreta gloria decreto efficaci, vt manifeſte cõſtat, ex eo, quod decretũ efficax, vt diſtinguitur ab inefficaci vim habet ex natura ſua extrahendi rem à poſsibilitate, & conferendi illi exiſtentiam: hoc enim ipſo, quod intentio efficax ſit, media rei intentæ ſunt à Deo volita, vel implicitè, vel explicitè ſecundum dicta à nobis cap. 2 igitur ea intẽtio efficax cõſtituit rẽ ex vi ſua, tum formali, tum virtuali formaliter extra cauſas: ergo nõ tantum confert gloriæ exiſtentiã radicalem in gradu intentionis, & tẽpore à Deo decreto, ſed etiã exiſtentiam formalem. Quod ſi, vt hæc ratio probat decretum illud, qua efficax educeret gloriam è poſsibilitate, & cõſtitueret illã in ſtatu exiſtentiæ, iam ex vi intentionis abſolutæ videtur à Deo gloria cõferenda ineuitabiliter tẽpore decreto: ergo nullus datur locus meritis, cũ ante illa ex vi decreti huius antecedẽtis, vt ſecum neceſſario affert media, vel expreſſe, vel virtualiter, indepẽdenter à meritis cõferenda ſit: nam, vt dixi cap. 10. eadem exterior elargitio non poteſt eſſe liberalis, & ante merita, & remuneratoria propter merita. *Confutatio.*

Dices: intentionem illam abſolutã ante merita ita velle dare gloriã, vt nolit niſi per merita: neq; enim excludit merita, immo includit cum nolit dare ſine meritis. *Alia ſolutio.*

In hac doctrina, de qua poſtea redibit ſermo, & diſp. 4. cap. 3. Ego repugnantiã video niſi intelligatur, vt dico loco citato. Etenim electio illa abſoluta exiſtit in volũtate Dei indepẽdenter à meritis. Nã licet ſciẽtia cõditionata meritorũ eam anteceſſerit; at nõ fuit electio abſoluta Dei in poteſtate prædeſtinati, propter hæc merita cõditionata; cum in eis nulla ſit virtus mouẽdi Deũ, vt abſolute eligat prædeſtinatum ſecundũ dicta à nobis cap. 9. Ea verò poſita ſemel in volũtate Dei nõ poteſt non gloria præ decreta exiſtere, vt ſæpe dixi. Ex alia verò parte, ſi nõ vult dare niſi per merita, nõ poteſt nõ eſſe cõtingẽtia in ipſa gloriæ exiſtẽtia: nã prædeſtinatus in quocũq; opere ſingulari huius vitæ liber eſt ad peccandũ, & nõ peccandũ: vt dixi cap. 9. n. 97. Implicat vero eãdem gloriã habere 128

Implicat prælectio efficax gloriæ ante merita, & nõ niſi per merita.

Digitized by Google

bere exiſtentiã neceſſariã ex natura, & virtute decreti efficacis antecedẽtis merita,& exiſtentiã contingentẽ,vt cõparandã per merita.Neq; obſtat ex præſciẽtia cõditionata deſumere infallibilẽ futuritionẽ : nã infallibilis futuritio nõ opponitur cõtingẽtiæ,ſed neceſsitas:at qui ex ſuppoſitione decreti efficacis gloria habet iam neceſsitatẽ inexiſtẽdo:ergo repugnat in terminis,quod Deus ex vna parte velit conferre gloriam efficaciter ante merita,& ex alia nolit dare niſi per merita.Hæc doctrina ſimilis eſt alteri,qua vti ſolent prædeterminatores noſtræ voluntatis, cũ dicunt decretũ efficax antecedens de actu libero nõ euertere eius libertatem,eo, quod ſimul velit Deus,& actũ ipſum, & modũ actus;nẽpe,vt ille ſit,& libere ſit:cõtra quos ſit ſimile argumentũ cõuincens,nimirũ in obiectis inuolui implicationem in quantũ decretũ ipſum efficaciter prædeterminans ſubſtantiam actus ei dat exiſtentiam neceſſariã,quatenus alterum extremum indifferentiæ, videlicet negatio actus repugnat eſſe,& ex alia parte vult eſſe libere in quo inuoluitur cõtingentia, & indifferentia ad eſſe,& nõ eſſe. Pariter in re noſtra,gloria,& ex decreto efficaci ante merita accipit exiſtentiã neceſſariã, ex ſuppoſitione, & ex nolitione dandi niſi per merita accipit exiſtentiam contingentem : ergo in ea doctrina inuoluitur implicatio.

129 Veniо ad ordinem,intentionis,& executionis de quo cenſeo primo, per ſe neceſſariũ nõ eſſe,& in Deo nulla ratione reperiri Ariſtoteles 3.Ethic. cap.8. hæc habet verba,*idque quod vltimum eſt in reſolutione, primum eſſe cõſtat in generatione*. In quibus ordinem intentionis,& conſultationis appellat reſolutionem : ordinẽ verò executionis generationem.Quo fit,illum duplicem ordinem in mente artificis , abſque fundamẽto in Ariſtotele doceri,maxime cum facta intentione, & conſultatione medij proximioris,quia vtile ad finem intentum, deinde remotioris vſque ad primum,quod executioni mandandum eſt,ſi operans ad omnia ſingularia circumſtantiaſq; occurrentes animum habet attentum immediate ex vltima electione,ſeu vſu executionem imperare poſsit, quã appellat Ariſtoteles generationẽ vltimi medij in reſolutione , ſine alio ordine retro grado in mẽte,& licet regulariter in nobis propter imperfectã cognitionẽ circunſtantiarum,& ſingularium difficultatũ occurrentium hic, & nunc variari ſoleat electio medij, & mutari ipſa executio:ideoq; in mente diſtinctæ electiones verſari:at id nõ eſt,quia per ſe neceſſarius ſit ordo diſtinctus executionis in mẽte,ſed propter imperfectè penetratas rationes ſingulares, & impedimenta occurrẽtia: Deus verò cum non patiatur hanc imperfectionem,nec pati poſsit,ſine dubio immediate poſt vltimã, ratione noſtra,electionem (puta primæ congruæ vocationis)prorrumpit in executionem ſine alio ordine interno,ita vt verum ſit:ideo Deum eligere, & executioni mandare eam primam congruã vocationem ad contritionem , quia præintenderat illam:deinde in ſerie cæterarum vocationum cõgruarum vſq; ad vltimam adimpletionem præcepti,& deceſſum in gratia: ideo Deũ hæc eligere,& de facto conferre,quia præintenderat gloriam , non verò vera ſit hæc cauſalis: *ideo Deũ intẽndiſſe,aut hanc contritionẽ,aut hunc amorẽ,aut hanc gloriam , quia præelecturus erat hanc primã,vel ſecundam vocationem*, neq; etiã vera ſit hæc cauſalis. *Ideo velle producere hanc contritionem, quia voluit producere hanc primã vocationem* : ergo in voluntatibus exequentibus,non eſt ordo cauſalitatis, ita vt prima voluntas exequens ſit cauſa ſecundæ, & ſecunda tertiæ, & ſic de cæteris, Videndus omnino Pater Vazquez 1.p.diſp.89.cap.7. & 11. vbi fuſe, ac docte de hac re.

Sed reſpondent aduerſarij apud omnes fere Theologos inconfeſſo eſſe Deum, ex primaria voſũtate cõcepta ex ipſius bonitate velle omnes homines ſaluos fieri iuxta Paulum 1.ad Timoth.cap.2.& ex ea intẽtione quibuſdam elegiſſe media ſufficientia,quibuſdam efficacia,vt paruulis prædeſtinatis applicationem baptiſmi cum effectu , & adultis cõgruas vocationes vſq; deceſſum in gratia:reprobis vero tum paruulis , tum adultis media tantum ſufficientia: ergo ſecundum omnes Theologos ordo is intentionis negari Deo minime poteſt:at nõ exequitur gloriam ex hoc ordine , ſed ex alio,per quem in executione applicat ſuam omnipotẽtiam,vt infundat vocationẽ congruam,& præuiſo merito boni operis, propter illud confert aliam vocationem congruam, aliam, & aliã,& præuiſis bonis operibus confert cum augumento reſpondenti gratiam finalem,& gloriam:ergo ipſa gloria,quæ eſt finis,duplici voluntate à Deo volita eſt. Prima intentionis, ex qua non ponitur in rerum natura. Secunda abſoluta,& executionis ex qua ponitur:ergo ex communi Theologorum ſententia negari nõ poteſt duplex ille ordo intẽtionis,& executionis.Quod verò,qui negant voluntatem abſolutam antecedentẽ ſolum cõſtituant ineſſicacẽ,& conditionatam parum refert ad præſentem controuerſiã,quæ nõ eſt de modo volitionum,quæ ponuntur,ſed an duplex ille ordo conſtituendus ſit in voluntate Dei ; ſiue procedat ex voluntate intendente inefficaciter ad media ordine intentionis:ſiue ex voluntate efficaciter intendẽte. Hac doctrina putat P.Suarez eleuari argumenta omnia,quæ contra ipſum machinatus eſt P. Vazquez. 130

Arist. *Iudicium authoris de ordine intẽtionis, & executionis.*

Vt

Digitized by Google

131 *Paul. ad Thimot. epiſt. 2. ca. 1. explanatus.*

Vt huic obiectioni fiat ſatis, & diſcrimen inter voluntatē antecedentē efficacem,& inefficacem, ſeu beneplaciti conſpicuum ſit;nō poſſumus nō locū Pauli,in quo ea fundatur explanare,de quo tractauimus tractatu 2.de voluntate Dei diſp.17.cap.3.cōtra quemdā recentiorem Magiſtrū ex quadā opinione erga libertatem Dei negantē Deo omnē actū liberū inefficacē, vbi propriā ſententiā, & modū procedendi in libertate Dei explicui,vide etiam diſp.16.cap. 10.11.12.Pro,quo aduerte primo, circa voluntatē illam,de qua Paulus triplicē moueri poſſe quæſtionē,prima circa qualitatem eius voluntatis,an efficax ſit,an inefficax, an abſoluta, an cōditionata,an ſigni,an beneplaciti? Secunda, circa obiectum eius ab ipſa volitum,an ſit ipſa gloria,an ſolū auxilia ſufficientia,an tantū promiſsio gloriæ?Tertia, quid in ſe complectatur illud omnes homines:an ſolum Paulus intelligi debeat proportione accōmoda,vt ſolum velit ideo homines qui ſaluantur ſaluari, quia Deus vult eorū ſalutē;vt cū dicimus Magiſtrū docere omnes pueros ciuitatis:quia omnes,qui docentur ab ipſo docētur. An pro generibus ſingulorū,ideſt,pro aliquibus ex quo vis hominū genere,vt pauperū,diuitū,Eccleſiaſticorū,ſæculariū, religioſorū,cōiugatorū.An deniq; pro ſingulis hominibus in particulari diſtributione logica rigoroſa. Nō eſt animus has tres quæſtiones examinare modò, ſed animaduertere quam variè de illa volūtate Pauli ſenſerunt Doctores.

132 *Triplex quæſt. erga Pauli locum.*

Non agit de voluntate ſigni.

Verū relictis opinionibus,vt explicē eius naturā cēſeo primo,eā nō eſſe voluntatē ſigni:volūtas ſigni dicitur, quę cū nō ſit in Deo ſignificatur eſſe quibuſdā verbis,quę ſupponunt ipſam in volūtate loquētis.Ita docet S.Tho.1.p.q.19 ar.11.dicēs,punitionē ſignificari irā in Deo,cū tamē nō ſit ira.Itē præceptū de aliqua re voluntatē vt fiat,cū ſæpe non ſit.Id maxime cōſtat in propheticis cōminationibus.Nō eſſe volūtatē ſigni probat hæc duplex ratio,prima,quod Apoſtolus ibi nos monet pro omnib' orare,quia *vult Deus omnes ſaluos fieri.* Ideo vero vult Deus omnes ſaluos fieri,quia *vnus eſt Deus,& mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit in redēptionem ſemetipſum pro omnib' nobis*,vt(ait) Apoſtolus. Quod ſi Deus ſincera volūtate nollet omnes homines diſtributione logica ſaluos fieri, ſed tātum ſignificaret ſe velle,cū tamē reuera nollet,nō moneret Apoſtolus nos pro omnib' vota facere:nec allegaret munus mediatoris, ac redēptoris Chriſti Dñi, quod pro ſingulis hominib' ſigillatim exhibuit.

Secūda,quod verba ſacræ Scripturæ cū omni proprietate,& rigore intelligēda ſunt abſq; vlla metaphora,& Tropo,cū nullū eſt abſurdum, aut incōmodū in ea propria intelligētia ſecūdū regulam Auguſtini lib.3.de doctrina Chriſtiana cap.10.Non minus verā,quā receptā ab omnibus;ſed nullū eſt abſurdū,aut incōmodū in eo, quod illa verba Pauli cū omni rigore , & proprietate intelligamus: ergo cū hunc rigorē verba ſonent,non eſt cur ad metaphoras recurramus. Sicut quando audimus in ſacra Scriptura Deū iraſci,clamare,dolore,& pænitentia tāgi, & ſimilia.Minorē huius ſecūdę rationis probo, ſtatim declarando naturam eius volūtatis.Quapropter licet graues Scholaſtici intelligant in his verbis volūtatē ſigni.Ego cenſeo eorū ſententiā ſatis probabilē nō eſſe cū Patre Benedicto Iuſtiniano grauiſsimo expoſitore Epiſtolarū Pauli to.2.in hūc locū. Scholaſticos hos refert P.Vazq.1.p.diſp.83.cap.1.n.2.ego eos diſcuſsi diſp.17.cap.3.qui etiā c.2.addit ſe nō videre, qua ratione audeat aliquis inficiari voluntatem beneplaciti contineri in verbis Pauli.

P.Iuſtin. *P.Vazq.*

133 *Paul agit de voluntate antecedenti.*

Cenſeo ſecūdo:voluntatē hāc eſſe antecedētē,hoc eſt bonitate Dei cōceptā propter merita Chriſti,nō occaſione noſtrorū bonorū,aut malorū operū.Ita docuerūt noſtri Scholaſtici,qui elegantiſsimis ſanctorū patrū teſtimonijs,hoc teſtimoniū illuſtrarunt, P. Suarez 1.p.lib.4.de prædeſtinatione cap.1.& 2.P.Leſsius in libello de auxilijs diſp.de reprobatione, & prædeſtinatione Angelorū,& hominū,ſect.6.in prima aſſertione.P.Vazq. ſupra,ac maxime cap.2.3. & 4.P. Molina elegātiſsime ad quæſtionē decimā nonā primæ partis ſancti Thomæ ar.6.& in cōcordia in quæſtionē decimā quartā ar.13.diſp. 10.& diſp.23.mēbro.2.P.Salas tom. 2. in 1. 2. tractatu 11.diſp.2.ſect. 3.poſt tertiā cōcluſionē.P.Arrub.diſp.50.cap.2.& alij.Sed alios fruſtra videbis, cum à noſtris auctoribus copioſe locupletata ſit.

Suar. *P.Leſsi.* *P.Vazq.* *P.Mol.* *P.Salas.* *P.Arrub.*

134 *Obiectum eius eſt ipſa vita æterna.*

Cenſeo tertio: obiectū eius fuiſſe vitā æternā omniū hominū aliqua ratione. Hāc concluſionē probant duæ rationes à nobis ſupra efformatæ.Eā expreſſe docuit Damaſcenus lib.1.de fide cap.29.explicās hoc teſtimonium ibi,*quin illud quoq; nos ne fugiat Deū vt bonitate praſtātē primariè quidem omnes homines ſeruari,ac regni ſui cōpotes eſſe velle (neq; enim ſupplitij,ac cruciatus cauſa;verum ad hoc,vt bonitatis ipſius participes ſimus)nos effinxit,&c.*Et infra hāc voluntatē appellat antecedentē,& beneplaciti ex ipſo Deo manātē. Itē Chryſoſtomus homil.1. in Epiſt.ad Epheſ.ibi,*Eſt enim,& alia eius volūtas,vt eſt primaria illa ſecūdū hāc nō vult perire peccatores,eſt,& ſecūdaria ſecūdū quā eos,qui in ſceleribus perſiſtūt cōtaminati vult perire.*Et infra,*itaq; primariā illā volūtatē indicat,& ingentem ipſius atq; propenſam:erga nos cū flagrāti deſiderio coniunctā benignitatem.*Ecce ſecūdū hos patres qua ratione Deus per hāc voluntatē ex animo exoptet ſalutē omniū hominū,ita vt reuera exiſtat in eius volūtate volitio terminata

ad

Digitized by Google

ad vitam æternam, tanquam ad obiectum ſingulorum hominum, tum paruulorum, tū adultorum, tum prædeſtinatorum, tum reprobatorum: alios Patres retuli diſputat. 17. cap. 3.

135 *Etiam auxilia ſufficiētia ſunt obiectum.* Cenſeo tertio, voluiſſe etiam Deum per hanc voluntatem conferre omnibus, atque ſingulis hominibus auxilia ſufficientia ad conſequendam vitam æternam. Probo hac ratione hanc aſſertionem: nam Deus optime nouit minime poſſe hominem conſequi vitam æternam, ſupernaturalemque beatitudinem ſine auxilijs ſupernaturalibus: ergo ſi vult ipſis vitam æternam, vt finem, neceſſario velle debet media, quæ nouit, non tantū eſſe vtilia, ſed etiam neceſſaria ad ipſum finem v. g. paruulis applicationem Sacramēti baptiſmi; & adultis vocationes internas, auxiliaque ſufficientia: circa concluſionem hanc lege, quæ diximus ſupra cap. 8. obſerua hic, quoſdam modernos Theologos aſſeruiſſe voluntatem hanc ad ſola hæc auxilia ſufficiētia terminari. Sed immerito hi Theologi aduerſari exiſtunt communi ſententiæ: Primo, quia Deus vult homines ſaluos facere, vt dixit Paulus: at ſaluos facere eſt illis beatitudinem ſupernaturalem conferre, & non tantùm auxilia ſufficientia: ergo contra Paulum negari videtur eam voluntatem terminari ad ſola huius generis auxilia. Secundo, quia ſancti Patres Chryſoſtomus, & Damaſcenus, vbi ſupra aperte docuerunt Deum voluntate primaria, atque antecedēte flagranter deſiderare, vt homines potirētur regno Cælorum. Tertio, quia Deus vult conferre auxilia ſufficientia, vt media ad finem vitæ æternæ, atque adeo, vt vtilia, & conducentia: atqui non poteſt amari medium, vt vtile ad finem, niſi præcedente amore finis, cuius gratia amatur: ergo non tantum terminatur volitio illa ad auxilia ſufficientia. Minor conſtat ex dictis ſupra capite 2. Tertio, quia ſi Deus ſolum vellet auxilia ſufficientia hominibus ſiſtendo in illis, quin vellet etiam ſalutem, re vera nollet ſalutem, aut vellet nolle ſalutem: nam comparatione ſalutis nō poteſt pure omiſſiue ſe gerere, vt dictum eſt tractatu de voluntate Dei, vbi fuſe, & ex profeſſo refutaui eam ſententiam: ergo comparatione gloriæ ea ſolum eſſet voluntas ſigni, vt dicebāt Theologi prææallegati in prima aſſertione: Eorum autem ſententiam improbabilem eſſe, iam docuimus aſſertione prima. Denique, quia Deus de facto condidit homines, vt ipſos bearet aliqua fœlicitate, & vt ipſi eam ſibi comparent: at non creauit illos, vt bearet beatitudine naturali præciſe, nec vt eam ſibi comparent bonis actibus moralibus præciſe, quando quidem eos per gratiā ſuam ad ordinem ſupernaturalem euexit: ergo creauit hominum genus eo fine, vt bearet ſupernaturaliter, atque vt ipſi beatitudinem ſupernaturalem conſequerentur bonis operibus ex gratia. Igitur habuit Deus voluntatem terminatam ad beatitudinem ſupernaturalem in ſe ipſa.

Cenſeo quarto, eam voluntatem, vt terminatur ad gloriam eſſe ineſſicacem. Hæc concluſio manifeſte ſequitur ex dictis: nam Deus vult omnibus hominibus, atque ſingulis determinate cōplectendo reprobos gloriam; ſed non vult efficaciter reprobis illā: ergo vult ineſſicaciter. Minor conſtat ex dictis cap. 10. in quo vidimus omnem voluntatem diuinam efficacem effectū habere. 136 *Vt habet obiectum in gloriam eſt ineſſicax.*

Sed petes, an ſit abſoluta, an conditionalis in ordine ad gloriam? P. Vazquez 1. p. diſp. 85. cap. 4. num. 23. negare videtur eſſe conditionatam, & affirmare eſſe quandam ſimplicem complacentiam gloriæ abſolutā, quæ explicari debet per verba indicatiui *placet*, & *volo*; verſarique circa rem abſque conditione; & ſecundum ſe bonā, virtuteque eſſe efficacem, quatenus continet in ſe voluntatem aliam efficacem, quæ actu non eſt: eſſet tamen ſi conditio poneretur. Hæc voluntas efficax contenta, eſt ea, quæ confert gloriam cum effectu: hæc vero conditio, quæ non eſt, ſunt merita in reprobo, & deceſſus in gratia, & in paruulo applicatio baptiſmi. 137 *P. Vazq. An abſoluta, an conditionata.*

Alij vero Theologi defendunt eſſe conditionatam. Ita Sotus in caput 9. epiſtolæ ad Rom. in diſp. de hac re; Corduba lib. 1. quæſtionarij q. 56. in principio, & quod plus eſt Sanctus Thomas 1. p. qu. 19. art. 6. ad 1. vbi docte explicat hanc voluntatem, & ait, *magis poſſe dici velleitatem, quam abſolutam voluntatem*. Fauent Ambroſius, Theophylactus, & AEcumenius in hunc Pauli locum, & Proſper in ſecunda reſponſione ad obiectiones Vicentianas, Chryſoſt. homilia 7. in Ioannem explicans illud, *illuminat omnem hominem*. Hanc partem etiam docte tuentur P. Suarez lib. 4. de prædeſtinatione capite 1. & 2. P. Molina 1. p. ad quæſtionem 19. ar. 6. diſputatione 1. P. Salas tom. 2. in 1. 2. tractatu vndecimo; diſp. 2. ſect. 6. poſt tertiam concluſionem. Sotus. Corduba S. Thom. Ambr. Theoph. AEcum. Proſper. Chryſoſt. P. Suar. P. Mol. P. Salas.

Lis hæc non videtur multum ad rem ſpectare. Ego eam ſic compono: do Patri Vaz. non eſſe conditionatam ex parte actꝰ: quia reuera ea volitio de facto exiſtit in voluntate Dei, vt dixi ſæpe. Si vero eſſet cōditionata ex parte actꝰ, no exiſteret cū effectu, ſed *Lis de nomine.* *Eſt conditionata ex parte obiecti.*

Qq

ſed foret, ſi apponeretur conditio, vt cum dicimus viſus videret, ſi ad eſſet coloratũ, ſed quandiu non adeſt, non videt. An vero hæc volitio explicanda ſit per *volo*, non per *vellem*, ad quæſtionem de nomine ſpectat. Nego Patri Vazquez eam eſſe ſolum ſimplicem quandam complacentiam in bono gloriæ ſecundum ſe, qualem etiam Deus habet comparatione gloriæ hominum poſsibiliũ. Nam ea de facto efficax non eſt comparatione mediorum, hoc eſt, auxiliorum ſufficientium. Hæc vero voluntas, qua Deus deſiderat beatitudinem hominibus, qui extituri ſunt efficax eſt cõparatione auxiliorum ſufficientium. Etenim, quia illis etiam ex animo deſiderat gloriam conferre, vt finem, & perſpectum habet eam conſequi nequaquam poſſe ſine auxilijs ſupernaturalibus ſufficientibus; ideo ea illis efficaciter confert. Vnde voluntas hæc declaranda non eſt per modum ſimplicis cuiuſdam complacẽtiæ abſolutè, quaſi ſpeculatiuæ: ſed per modum cuiuſdam intentionis efficatiam aliquã habentis determinandi intendentem gloriã ad conferendum media, quæ ſufficiunt pro conſecutione. Quapropter iudico voluntatem hanc eſſe conditionatam ex parte obiecti, cum auctoribus poſteriori loco allegatis; de qua re iterum redibit ſermo capite 13. vbi declaro propriam ſententiam. Neque in re multum diſcordat P. Vazq. Hoc ita probo, ea voluntas tantum vult dare gloriam hominibus, ſi ipſi in gratia deceſſerint: ergo eſt conditionata ex parte obiecti ſpectans eam conditionem, vt transeat in abſolutam: hoc eſt, quæ velit dare gloriam nulla ſub intellecta, aut ſpectata conditione hominibus. Itaque voluntas hæc inefficax eſt, & conditionata comparatione gloriæ: efficax, & abſoluta comparatione mediorũ: virtualiter efficax, & abſoluta comparatione gloriæ: nam conditione appoſita deceſſus in gratia vim habet determinandi Deum ad conferendam de facto gloriam.

Conditionata eſt comparatione gloriæ, abſoluta comparatione mediorum

138 Cenſeo quinto, diuerſo modo velle Deũ dare gloriam paruulis, atque adultis per hanc voluntatem. Supponimus in hac aſſertione etiam paruulos comprehenſos eſſe in his Pauli verbis contra aliquos Theologos. Quod tamen efficaciter demonſtraui 3. p. in tractatu de merito Chriſti. Hoc ſuppoſito ſic declaro aſſertionem: Deꝰ vult paruulis gloriam ſolum, vt hæreditatem, nõ vt coronam, aut mercedẽ: adultis vero eam vult, non tantum vt hæreditatem, ſed vt præmiũ & coronam bonorum operum: ergo diuerſo modo vult beatitudinem paruulis, atque adultis. Ex quo fit, in hac etiam voluntate cõparatione adultorum contineri etiã promiſsionem, ſeu propoſitionẽ gloriæ, vt præmij. Quemadmodum Rex ſolet de ſuo proponere victoribus præmiũ aliquod eo fine, vt eos moueat ad fortiter bella gerenda: ita Deus, dicens ipſum velle adultos ſaluos facere, proponit bene operantibus gloriã, vt præmium: vt eos moueat, & excitet ad piè, & ſanctè viuendum. Et quemadmodũ Rex per eam præmij propoſitionẽ ſolũ vult efficaciter promittere, non tamẽ efficaciter cõferre præmiũ, niſi reportata, atq; præuiſa victoria: ita Deꝰ per hãc voluntatẽ Pauli ſolũ vult efficaciter promittere adultis gloriam, vt coronam, non tamẽ conferre, niſi præexiſtentibus, atq; præuiſis bonis eorũ operibꝰ.

Diuerſo modo exoptat Deus dare gloriam adultis, quam paruulis.

Ex ijs declarata ſatis videtur natura eius voluntatis Pauli, & facile deducenda differẽtia inter hanc voluntatem contẽtam in hoc Pauli teſtimonio, & illã efficacem electionẽ ante præuiſa merita, quã adſtruebat P. Suar. cuius redargutio bene probat actum voluntatis diuinæ gratioſum, atq; antecedentem verſari circa gloriã: at cum is non ſit efficax & abſolutꝰ, vt conſtat ex dictis, ſed inefficax, & conditionatus, virtutem non habet ex ſe executioni mandandi gloriam ab ipſo Deo gratioſe volitã, niſi ſpectata conditione bonorum operum, & deceſſus in gratia. Quẽadmodum dicebamus de voluntate illa Regis, quæ efficax eſt, vt promittat præmium, non vt conferat, niſi ſpectata victoria, Ita voluntas hæc Dei efficax eſt ad promittendam coronam gloriæ, & ad conferẽda auxilia ſufficientia, non tamen ad infundendam gloriã, niſi ſpectata conditione bonorum operum. At prælectio illa abſoluta P. Suar. ſi efficax eſt, atque omnino abſoluta ex ſe virtutem habet conferẽdi gloriã ineuitabiliter, nullamque ſpectare poteſt conditionẽ, ex qua cõtingens ſit cõſequi, aut ammittere gloriã, vt dictũ iam eſt: ergo plane diuerſa ratio eſt de ea generali voluntate, & de efficaci præintentione gloriæ. Neq; enim cardo controuerſiæ conſiſtit, an Deus poſsit duplici voluntate velle eandem gloriam: altera gratioſa, altera remuneratoria? ſed an duplici voluntate efficaci, altera gratioſa, altera remuneratoria. Quemadmodum in exemplo Regis manifeſtum eſt, qui non poteſt ſimul velle efficaciter conferre præmium Petro liberaliter, ſine conditione victoriæ, & velle illi conferre remuneratoriè idem præmium efficaciter ex debito victoriæ, niſi mutet, & omittat priorẽ voluntatẽ. At poteſt ſimul efficaciter proponere præmium, & quantum eſt ex ſe velle dare victori, & efficaciter propter victoriam conferre affectu 139

Diſcrimen inter hanc voluntatẽ, & efficacẽ electionem gloriæ.

Digitized by Google

re affectu remunieratorio. Ita in re noſtra, in qua, cum Deus mutare,a ut omittere non poſsit priorem illam voluntatem conferendi gloriam, abſque examine bonorum operum, ſi ſemel ſtatuit eam ſic conferre, non poteſt dare locum alteri efficaci decreto dandi eandem gloriam remuneratorie propter bona opera.

140 *Diſcrimen inter affectum efficacem, & inefficacem illuſtratur exemplo.*

Ratio à priori deſumi debet ex differentia inter affectum efficacem, & ineſficacem; quæ bene declaratur in actibus intellectus ex differentia inter iudicium, & ſimplicem apprehenſionem. Nam hæc verſari poteſt circa obiectum falſum, quia ex virtute ſua non conſtituit quaſi intentionaliter obiectum, vt apprehendit in rerum natura: at iudicium verſari non poteſt circa obiectum falſum, quia virtutem habet ex natura ſua conſtituendi, quaſi intentionaliter obiectũ iudicatum in rerum natura, vt iudicatur. V.g. affirmans hominem eſſe animal rationale ex virtute affirmationis dat homini eſſe quaſi intẽtionale animalis rationalis; & negans hominem eſſe hinibilem, dat homini quaſi intentionaliter negationem hinibilitatis: at ſolum apprehendens ſimpliciter nec dat, nec negat. Ita volũtas inefficax, qua Deus afficitur in bonum gloriæ, qua conditionata eſt, non habet virtutem ex natura ſua niſi dependenter à conditione ponendi bonum gloriæ in eo ſtatu, quo illud vult nẽpe ante merita. At voluntas efficax Dei, qua eſt efficax immutabilis, & in impedibilis à fortiori agẽte virtutẽ habet conſtituendi in rerum natura bonum gloriæ ſecundum eũ ſtatum, quo efficaciter volitum eſt: atque adeo ante merita conſtituit gloriam in rerũ natura præ intentio efficax Patris Suarez, & ex alia parte ſolum vult cum effectu dare propter merita: ponuntque hæc duo decreta, duo contradictoria à parte rei, nimirum elargitionem gloriæ realem, non debitam, & elargitionem debitam, & non ſolum ſecundum eſſe intentionale, vt iudicia intellectus: ſed etiam ſecundum eſſe reale. Qua ratione mihi ſuadeo, Deũ affectu efficaci verſari non poſſe, circa obiectum ſecundum ſtatum, in quo implicat exiſtere, vt circa obiecta confuſa, & indeterminata. Quapropter ſicut duplex iudicium contradictoriũ ſimul exiſtere in mente non poteſt, cum tamen poſsint duæ ſimplices apprehenſiones de obiecto contradictorio: ita duplex decretum efficax conferendi gloriam, alterum ante debitum meritorum: alterum ex debito eorum exiſtere ſimul in mente diuina nõ poteſt, cum tamen poſsint ſi prior inefficax eſt, poſterior efficax: qua ratione vero hæc vniuerſalis Dei volitio, qua deſiderat omnes homines ſaluos fieri, libera ſit, dictum eſt in tractatu de voluntate Dei diſp. 17. c. 3. atq; de ordine intentionis, & executionis cap. 4.

Caput. XII. Diſcutiuntur cætera, quæ pro ſe producit Pater Suarez, & maior doctrinæ declaratio.

141 *P. Suar. Agit P. Suar. tribus exemplis.*

NVNQVAM otioſus, aut defeſſus P. Suarez pergit mente illa ſua infinitarum pene cogitationum ferace in declaranda, atque confirmanda doctrina, quam ſemel defendendam ſuſcepit. Adhibitis tribus exẽplis, atque ratione à priori, in quibus duplicem voluntatem efficacem, alteram gratioſam, & liberalem: alteram remuneratoriã aut gratitudinis, aut iuſtitiæ negare nemo poteſt. Hæc ego exempla ſigillatim proponere, atque diſcutere decreui. Primum conſtituit in Rege illo, de quo cap. ſuperiori nõ nihil diximus, qui cũ proponit præmia certantibus, voluntate liberali ea proponit, atque conferre vult: nam ideo proponit, vt cõferat. & cum præmium de ſuis bonis, non de bonis communitatis offerat, non poteſt nõ oblatio illa præmij eſſe liberalis: maxime cũ ad illã nulla merita belli ſupponantur. Porro voluntas illa efficax eſt; nam cum effectu proponit adeo, vt ſi illud apud iudices conſtituat extrahatur à dominio Regis, & cõmunitas concertantiũ ius acquirat ad rem illã ex ſuppoſitione victoriæ. Ex alia parte Rex ille nunquam confert præmium, aut vult cõferre, niſi ex meritis victoriæ reportatæ, vt conſtat: ergo in eo ſimul ſunt duæ volũtates efficaces; altera proponendi, atque elargiẽdi præmium, ante præuiſam victoriam; altera conferendi victori propter victoriã: ergo ſimili ratione in Deo duplex voluntas conſtitui poterit vtraque efficax: altera proponendi, & largiendi gloriam quantũ eſt ex ſe ante præuiſa merita: altera cõferendi ipſam merenti, propter merita.

Primum de Rege propõnẽte præmium victori.

P. Vazquez 1. p. diſp. 23. cap. 11. numero 140. bene diſtinxit in hoc Regis exemplo duas actiones exteriores: alteram ipſam præmij propoſitionem, per quam Rex à ſe abdicat dominiũ, & transfert in vniuerſitatem 142

Vt accurrat P. Vaz.

Digitized by Google

ſitatem cõcertantiũ : alterã ipsã collationẽ, quæ fit poſt victoriam propter illam. Affirmatque pariter eſſe duos affectus in voluntate Regis priorem terminatum ad propoſitionem illam exteriorem præmij, ei reſpondentem, tanquam obiectum proprium eius, & hunc eſſe liberalitatis, quia nulla ibi eſt retributio, aut gratitudinis, aut iuſtitiæ, cũ ex proprijs bonis ſine ſpe vtilitatis præmium illud propoſuerit, à ſeque eius dominium abdicauerit. Poſterior vero affectus, qui terminatur ad ipſam præmij collationem tanquam ad obiectum victoris, ob victoriam præuiſam, eſt affectus retributionis, aut gratitudinis, aut iuſtitiæ. Ex quo diuerſam ait eſſe rationem in hoc Regis exemplo, & in Deo eligente prædeſtinatum ante præuiſa merita: nam Rex is non habet duplicem affectum efficacem circa ipſam elargitionem præmij: Deus vero habet circa ipſam donationem gloriæ. Quod ſi Rex decreuiſſet donare Petro præmium efficaciter ante victoriam, aut re ipſa illud liberaliter donaret, aut ſi vellet donare propter victoriam neceſſario primum propoſitum mutaret. Vnde, cum Deus mutationi obnoxius non ſit, ſi ſemel ſtatuit ante præuiſa merita intra ſe dare Petro gloriam, non relinquit locum alteri decreto dandi propter merita.

143 *Diſcutitur eius doctrina.*

Hæc eſt doctrina P. Vazquez, in qua primo animaduerſione dignum eſt, immerito non concedere Regi illi voluntatem aliquã largiendi præmium ante victoriam: etenim licet bene diſtinguat duas illas actiones exteriores, atque affectus: alteram voluntariè proponendi: alteram voluntariè largiendi ob victoriam. Nihilominus non debuiſſet negare voluntatem aliquam largiendi ante victoriam. Nam voluntas illa proponendi, aut includit voluntatem aliquam largiendi, aut ex illa originem ducit: ideo enim proponit, vt det præmium: ergo voluit proponens dare præmium. Porro ideo proponit præmium, vt moueat milites ad bellandum fortiter, atque ſtrenue: ergo, vt ipſa propoſitio præmij fuit ante præuiſam victoriã: ita voluntas aliqua conferendi præmiũ præceſsit exiſtentiam victoriæ. In hac ergo voluntate procedit argumentum P. Suarez; quam, vt Vazq. inexplicatam reliquit: ita argumentum non omnino dilutum.

In ipſa præmij propoſitione eſt aliqua voluntas elargiendi.

144 *Ipſa voluntas proponendi præmium poteſt eſſe remuneratoria.*

Secundo, animaduerſione dignum eſt, quod affirmet illam voluntatem proponẽdi præmium Regis pertinere ad liberalitatem: nam licet Rex de ſuo illud proponat, & ante propoſitionẽ victoria non præexiſtorit, nihilominus, ſi propoſuit præmium ex affectu illud donandi in remuneratione periculorum, & laborum belli, ipſe affectus proponendi ſpectabit, aut ad gratitudinem, aut ad iuſtitiam. Etenim ex belli geratione non potuit non aliquod ius, & debitum reſultare bellum gerentibus. Si igitur affectus ille proponẽdi præmium reſpiciebat, vt finem ſatisfactionem huius iuris, non potuit non pertinere ad ſpeciem aliquam virtutis remuneratoriæ ſecundum iuris qualitatem: ergo non neceſſario voluntas proponendi Regis eſt liberalis. Quemadmodum in eo, qui vult contrahere cum Petro vendendo ipſi equum, licet voluntatem habeat contrahendi libere, hoc eſt nulla adigente obligatione ad contrahendum, & licet ante illam voluntatem nullum acceperit pretium, nihilominus, ſi contrahere intendat, vt iuſtitia ſeruetur inter contrahentes, illa voluntas contrahendi non eſt liberalis, ſed ſpectat ad virtutem iuſtitiæ, vt fatetur ipſe P. Vazquez. vbi ſupra numero 141.& 141. ergo pari ratione dicere debuiſſet in Rege voluntatem illam proponendi prẽmium, & ſi de ſuo proponat non neceſſario liberalem eſſe, ſed remuneratoriam eſſe poſſe, ſi Rex in ea reſpiciat, vt finem donationem præmij victori in ſatisfactionem iuris acquiſiti per victoriam.

145 *Diſtinguũtur gradus gloriæ, qui dantur prædeſtinato propter gratiã per Sacramenta ex opere operato, & propter meritum ex opere operantis.*

Ex hac ego doctrina ſic declaro voluntatem diuinam, qua Deus proponit, & vult dare adultis ſuam gloriam ante præuiſa merita. Et ſumo adultum prædeſtinatum, in quo ſunt gradus gloriæ reſpondentes gratiæ Baptiſmati, & Sacramentorum ex opere operato: & ſunt gradus gloriæ reſpondentes bonis operibus ex gratia factis. In Deo etiam diſtinguere poſſumus ratione noſtra voluntatem dandi gloriam reſpondentem gratiæ baptiſmali, & Sacramentorum ex opere operato, & voluntatem dandi gloriam meritis bonorum operum ex gratia. Voluntas illa Dei quatenus terminatur ad gratiam, & gloriam, quam prædeſtinatus accipit independenter à ſuis meritis, comparatione eius liberalis eſt. Dico *comparatione eius*; quia comparatione Chriſti Domini remuneratoria eſt, aut comparatione aliorum iuſtorum, ſi qui preces fuderunt, vt huic adulto applicaretur Baptiſmus, & alia Sacramenta, & Deus intuitu illarum precum voluit applicari. Vnde adulto illi prædeſtinato gratia illa, & gloria reſpondens, nec confertur, nec fuit promiſſa, aut propoſita à Deo, vt corona, aut merces: ſed, vt hæreditas ex iure gratiæ iuſtificantis acceptæ, ſine proprijs meritis. Voluntas vero diuina quatenus terminata ad gratiam, & gloriam reſpondentem proprijs

Digitized by Google

proprijs meritis adulti non fuit liberalis immediate, & formaliter, licet radicaliter ad liberalitatem pertineat, vt iam declaro non fuiſſe immediate, & formaliter liberalem eam voluntatem, & promiſsionem gloriæ, ſic oſtendo. Nam prædeſtinato adulto illi gradus gratiæ, & gloriæ non ſunt promiſſi vtcumque, ſed vt merces, & corona cũ ea ſpeciali dignitate, & valore coronæ, & mercedis: ergo Deus intendebat in ea promiſsione conferre gloriam, & gratiam huic adulto prædeſtinato; vt ſatisfaceret iuri; quod per merita acquiſiuit: ac proinde affectus ille promittẽdi, aut eſt fidelitatis, aut gratitudinis, aut iuſtitiæ ſpecialis ſecundum qualitatem iuris, quod per merita acquirit prædeſtinatus pro varietate ſententiarum, quæ apud Theologos tempeſtate noſtra agitantur. Conſequentia hæc manifeſta eſt ex doctrina, quam tradidimus animaduerſione prima, & ſecunda magis explicando exẽplum Regis, & contrahentium; radicaliter vero ad liberalitatem pertinere conſtat, ex eo, quod totum noſtrum meritum fundatur in gratia nobis liberaliter donata. Vnde noſtra merita appellantur gratia pro gratia.

146 *Reſpondet author ad exemplum primum.* Modo ad argumentũ P. Suar. ſic reſpondeo. Concedo eſſe in Rege promittẽte præmium aliquam voluntatem donãdi illud ante præuiſam victoriã, vt ſatis (ni fallor) probatum eſt. Nego vero eam eſſe efficacem, vt eſt voluntas donandi ante victoriam, ſed tantum vt eſt voluntas promittendi: vnde non probat duplicem voluntatem efficacẽ: alteram gratioſam, alteram remuneratoriã terminari ad eandem præmij donationem; ſed ſolum duplicem; alteram inefficacem, in quo nihil eſſe abſurdi, & ſi prior gratioſa eſſet, oſtendi cap. ſuperiori declarando diſcrimen inter voluntatem efficacem, & inefficacem. Modo addo, neque illam voluntatem Dei inefficacem eſſe gratioſam formaliter, & immediate, vt terminatur ad gradus gratiæ, & gloriæ reſpondentes meritis prædeſtinati. Quod vero inefficax, & conditionata ſit illa voluntas, conſtat etiam ex dictis capite ſuperiori, concluſione quarta. Nam incluſam habet conditionem ex parte obiecti; nempe dandi gloriam illam, ſi ſint merita. Hæc de primo exemplo Patris Suarez.

147 *Secundum exemplum obiectum de contrahentibus.* Secundum exemplum conſtituit in contrahentibus, quod quia à nobis ſupra tactum eſt, breuiter nos ab ipſo expediemus. Contrahens dupliciter poteſt ſe gerere, primo volens ſolum contrahere, vt ſeruetur in contractu iuſtitia. Secundo, volens contrahere potius cum vna perſona, quam cum alia, vt licet ab illa accipiat iuſtũ pretium pro re: tamen eidem propter circunſtantias occurrentes aliquod inferat commodum. Cum ſe gerit primo illo modo licet libere contrahat, quatenus ex nullo capite cogitur contrahere: at non liberaliter vti ſatis declaratum eſt. Cum ſe gerit ſecundo modo, affectum habet liberalem, quoad illum commodum, quod infert ſpeciali perſonæ ſecundum æſtimabilitatem pretij, quæ commodum habet. In diuina vero voluntate generali, qua adultis omnibus ex ſua bonitate vult conferre gloriam, is ſecundus modus locum non habet, quia per illam voluntatem non reſpicit commodum alicuius particularis perſonæ præ alia neque ab eo mouetur, vt velit dare gloriam. Qua ratione vero ſit ſpecialiter benefactor prædeſtinatorum: declaro capite 13. in quo de propria ſententia. Hæc de ſecundo exẽplo. *Expeditur*

148 *Tertium exemplum de eo, qui adhibet medię, vt aliqua perſona reportet victoriam.* Tertium exemplum ſic ſe habet: ſi quis eſſet ita induſtrius, vt efficere poſſet vi artis, vt Petrus victor euaderet, vel præſtaret tale opus, propter quod eſt promiſſa à Rege corona: poſſet ſane is velle efficaciter, vt Petrus coronam acciperet: ita, vt eius voluntas liberalis eſſet, quatenus procurat abſque intuitu proprij commodi coronam Petro: poſſet nihilominus velle, vt Petrus non gratis, ſed ratione victoriæ, & ex meritis conſequeretur coronam: ergo pariter Deus, qui præſtare poteſt, vt homo conſequatur beatitudinem per media gratiæ, poteſt illi liberaliter conferre ea; & deſiderare efficaciter beatitudinem, licet ex alia parte nolit conferre gratis, ſed propter merita.

P. Vazq. Ad hoc exemplum bene reſpondet Pat. Vazquez ſupra numero 143. Ego breuiter concedo antecedens, & nego conſequentiã. Diſcrimen conſiſtit in eo, quod ille, qui deſiderat, & procurat induſtria ſua, vt Petrus à Rege accipiat coronam, non vult ipſe dare illam ſine meritis Petri, ſed tantum vult ipſe cõcurrere cum propria induſtria, in quo exercet liberalitatẽ, ſi id faciat propter honeſtatem liberalitatis. At in ſententia Patris Suarez Deus ipſe vult dare non ſolum media gratiæ, verum etiam gloriam Petro efficaciter ante omnem valorem meritorũ. Vnde in ipſo Deo diſtingui debet duplex affect' ratione noſtra, liberalis alter terminatus ad donationẽ mediorũ gratiæ; alter, & prior per modum intentionis ad donationem gloriæ: & cum eadem gloriæ donatio non poſsit eſſe ſimul liberalis, *Expeditur.*

 & remu-

& remuneratoria, vt cõſtat ex dictis cap. 10. & 11. non relinquit Deus locum voluntati remunerandi, quam ipſum habere de fide eſt: atque adeo diuerſa ratio eſt in re noſtra in hoc tertio exemplo.

149 *Proponitur ratio à priori obiecta ex P. Suar.* Reſtat examinanda ratio à priori, qua vtitur P. Suar. quæ ſic ſe habet: actus voluntatis, & obiectum eius diuerſa ſunt omnino: ergo aliqua conditio cõuenire poteſt actui ipſi, licet ea non conueniat obiecto: nihil igitur obſtat, quod actus ipſe gratioſus ſit, & liberalis, hoc eſt, quod gratis, & non ex meritis exhibeatur à Deo, & quod obiectũ detur remuneratorie, aut ex gratitudine, aut ex iuſtitia. Nam Deus licet gloriam non det gratis; at amorem ſuum, quo vult prædeſtinato gloriam efficaciter ipſumque diligit gratis, & liberaliter exhibet.

Concedit P. Vazq. affectum inefficacẽ gloriæ eſſe liberalem, & efficacẽ remuneratorium. P. Vazq. ſupra num. 138. fatetur affectũ ſimplicem, & inefficacem, quo Deo placet omnium ſalus non eſſe gratitudinis, quia in Deo eſt nullis præuiſis meritis: ait vero, aut eſſe beneuolentiæ, in quantum Deo placet bonum noſtrum, aut eſſe miſericordiæ, in quantum deſiderat nobis beatitudinẽ, quatenus eſt miſeriæ noſtræ contraria: licet ipſa donatio beatitudinis in tẽpore remuneratorie donetur. Imo addit numero 139. dici etiam poſſe affectum illum ſimplicem antecedentem circa noſtram beatitudinem eſſe affectũ liberalitatis, nihil obſtãte, quod donatio ipſa beatitudinis in tempore ad gratitudinem ſpectet. Ex quo, ait, nõ ſequi affectum efficacem donandi pertinere poſſe ad liberalitatem, & ipſam donationem ad gratitudinem. Quod intendit P. Suar. probare ratione à priori. Diſcrimen vero inter affectum efficacem, & inefficacem, ſic declarat: nam affectus efficax cum opere exteriori efficit vnum opus virtutis: vnde fieri non poteſt, quod opus exterius ſpectet ad vnam virtutem; affectus vero efficax ad aliam. At affectus ſimplex non efficit vnum opus virtutis cum opere externo, ſed interius cõſummatur. Vnde optime poteſt affectus ille inefficax pertinere ad liberalitatem, aut ad miſericordiam, & opus externum ad gratitudinem, aut ad iuſtitiam.

150 *Diſcutitur P. Vazq.* Hæc eſt doctrina P. Vazq. in qua multa ſunt, quæ examine indigẽt; ſed nõ eſt is opportunus locus. Non omittam, quæ ad noſtram rem ſpectant. Nullus negare poteſt affectum efficacem, & inefficacem in eo cõuenire, quod vterque reſpicit honeſtatem obiectiuam: vterque namque conſtituendus eſt neceſſario in aliqua ſpeciei athoma virtutis: ac proinde vterque reſpicit neceſſario in ſuo obiecto honeſtatem obiectiuam *Affectus efficax, & inefficax reſpiciunt honeſtatẽ obiectiuã.* formaliter, qua honeſtas eſt: alias non poſſet ſumere honeſtatem ſpecificam formalẽ, quam habet ex reſpectu ad honeſtatem obiectiuam præſuppoſitam in obiecto: ergo donatio gloriæ cum circunſtantia, ſeu conditione debiti propter merita non habet honeſtatẽ obiectiuam liberalitatis: ac propterea affectus ille licet inefficax ad liberalitatem pertinere non poteſt, maxime ſecũdum illos gradus gratiæ, & gloriæ, qui conferuntur propter merita, de quibus eſt cõtentio tota.

Reſpondebis pro P. Vazq. donationem gloriæ, pro vt reſpicitur ab effectu inefficaci, non eſſe debitam ante poſitionem meritorum: ex quibus exiſtentibus accedit ei circunſtantia debiti. Si namque merita exiſtunt, donatio debita eſt; ſi non, non debita. Et cum pro illo priori, quo Deus voluit quantum eſt ex ſe dare omnibus hominibus gloriam, non exiſtant merita, donatio ipſa debita non eſt: ac proinde terminare optime poteſt affectum inefficacem liberalitatis, ab eoque hanc ſpeciem virtutis ſumere.

Certum hac reſponſione datur P. Suarez ſolutio, & eneruatur diſcrimen P. Vazq. Etenim, licebit etiam ipſi affirmare affectũ inefficacẽ liberalitatis eſſe, propterea quod terminatur ad donationem gloriæ ſecundũ ſtatum, in quo non exiſtunt merita, nec donatio gloriæ habet rationem debiti; licet pro poſteriori poſt præuiſionem meritorum ipſi donationi gloriæ accedat ratio debiti: ac proinde in executione conferenda ſit remuneratorie, aut ex gratitudine, aut ex iuſtitia. 151

Quapropter alia via nobis incedendum eſt, & veritas declaranda ex diſcrimine à nobis ſtatuto inter affectum efficacem, & inefficacem capite 11. Recognoſce, quæ ibi diximus. Ex quibus conſtat affectum efficacem ex virtute ſua ponere à parte rei obiectum ſuum ſecundum ſtatum, quo amatur; & in Deo, qui nec mutari, nec vinci à fortiori agẽte poteſt ſecũ neceſſario affert executionem realem auferendo impedimenta omnia, quæ exiſtentiæ rei efficaciter volitæ obſtare poterant. Affectus vero inefficax ſolum verſatur circa rem ſub intellectis certis conditionibus: nec virtutem habet conferendi rei exiſtentiam, vſque dum illæ purificentur. Vnde non mirum ſi obiectum ſecundum aliquem ſtatum præciſiuum, in quo reuera exiſtere nõ poteſt, reſpicere nõ poſſit. Hoc declaro, vt ſupra ex differẽtia iudicij, & ſimplicis apprehenſionis in actibus mentis. *Affectus efficax reſpicit obiectum in ſtatu, in quo exiſtere poteſt non inefficax.*

Quod

Digitized by Google

Affectus inefficax cō ſerēdi gloriā ante præuiſa merita pertinere poteſt ad varias virtutes.

Quod verò addit P. Vazquez, eſſe affectum beneuolentiæ, miſericordiæ, aut liberalitatis, declaratione indiget; vt conſtat ex dictis ſupra num. 144. Nam cùm Deus dum proponit beatitudinem, & vult inefficaciter donare illam, intẽdat ſatisfacere iuri illi, quod prædeſtinatus adultus, acquiſiuit per merita; affectus etiam ille ſpectabit ad virtutem, per quam defacto confert illā in executione. Vnde, ſi confert illam ex complacētia in perſona adulti prædeſtinati, erit affectus beneuolentiæ aut charitatis. Si verò vt pellat ab ipſo omnem miſeriam, erit miſericordiæ; ſi vt ſatisfaciat iuri acquiſito, aut gratitudinis, aut iuſtitiæ. At nulla ratione eſſe poteſt liberalitatis, cùm donatio ipſa defacto non fiat liberaliter.

P. Suar. Abſtrahere pro quodā priori à volūtate liberali, & remuneratoria.

152 Ex hac etiam doctrina refellitur alius modus, quem ingreſſus eſt P. Suarez, nimirum Deum ſic ſe geſiſſe, vt in priori quodā ſigno ſolùm decreuerit eligere quoſdam homines ad gloriam, non tamē definiuerit, an gratis, an non gratis ſit eam collaturus: ac propterea obiectum huius voluntatis non fuiſſe donationem liberalem, aut iuſtam retributionem; ſed ſolam collationem boni beatitudinis abſtractè. Quemadmodum ſiquis videat hominē egeſtate opreſſum, poteſt primum id apud ſe firmiter ſtatuere, ei ſubuenire, nihil definiens de modo ſubueniendi; poſt modū verò deliberare, an omnino donando, an debitum ſoluendo præſtanda ſit eleuatio miſeriæ. Quod ſi poſtea eligat debitum ſoluere, non ideo priorem voluntatem ſubueniendi mutauit, ſed mediū eligit aptū intentioni priori cōplendæ. Et quemadmodum, ſi Deus vellet fructuum vbertatem ex primaria ſua intentione, non definiens cauſas & media, per quæ eam ſit effecturus; & poſtea noſtro modo intelligendi prædiſiniat pluuiam, non propterea mutat priorē illam voluntatem, ſed adhibet medium aptum intentioni. Pariter in noſtro propoſito poſt voluntatem efficacem dandi gloriam quibuſdam hominibus abſtractè à meritis vel negatione meritorum poſſet eligere merita, vt media non contraria illi intentioni, ſed potius apta ad illam opere cōplēdā.

Impugnatio P. Suarez.

Efficax affectus Dei nō variatur erga ſtatū præciſiuū.

153 Hæc, inquā, omnino ex noſtra doctrina facile explodūtur. Nā affectus efficax, qui ſecū neceſſariò annectit in Deo exiſtentiam rei volitæ verſari non poteſt, erga ſtatum præciſiuum, in quo repugnat eam exiſtere; hac ratione Deus non poteſt efficaciter velle, vt exiſtat animal vtſic, aut exiſtat numerus indeterminatus vt ſic. Pariter non poteſt efficaciter velle, vt exiſtat donatio gloriæ vtſic abſtractè à debita vel non debita. Nam quemadmodum donatio gloriæ exiſtens, aut eſt debita, aut non debita & non præſcindit; ità affectus efficax circa illam verſari debet circa ſtatum, in quo exiſtere poteſt.

Porrò, ille modus procedendi, determinando quaſi rationem communem, & genericam; non determinando ſpecificam virtutis, imperfectus eſt, & vix in nobis reperiri poteſt ne dum in Deo. Et peto; intentio illa terminata ad gloriam donandam pro illo ſigno priori ad quam ſpeciem virtutis pertineat? Nam ad aliquam determinatam pertinere debere manifeſtum eſt, Ad nullam autem pertinere poſſe vt ſic, conſtat: non ad liberalitatem; non ad miſericordiam; non ad iuſtitiam: nam id poſtea determinandū relictum eſt: ergo &c. Hac etiam ratione cenſeo Deum efficaciter definire non poſſe primo vbertatem fructuum conferre; deinde definire de cauſis & medijs, per quæ eam effecturus: nam in ea intentione efficaci fructuum, ſunt etiam media ſaltem virtute efficaciter volita. Vnde ſi non ſunt determinata, voluntas efficax eſt de obiecto indeterminato, atque confuſo, quod repugnat; vt ſæpe dixi. Neque obſtat, quòd voluntas mediorū virtualis ſit tantum: nam dum efficax eſt, nihil refert ad rem hanc, quòd virtualis, aut formalis ſit; eo quod repugnantia oriatur ex efficacitate, per quam exiſtere facit rem volitam, & cùm voluntas virtualis hanc etiā habeat virtutem faciendi exiſtere medium à ſe volitum, non poteſt velle medium indeterminatum, aut coſuſum, quod in ſtatu indeterminationis repugnat exiſtere. Mitto aliam eſſe manifeſtam imperfectionem repugnantem Deo in hoc modo ſe gerendi: nam Deus ante hanc voluntatem optimè nouit vbertatem fructuum futuram eſſe, non ſolum ex vi aliquorum mediorum indeterminatè & in confuſo; ſed etiam determinatè ex his cauſis, aut ex illis: ergo pariter voluntas non debet amplecti media in confuſo, ſed determinatè, vt præcognita ſunt. De hac re quædam dixi ſupra cap. 2. & iterum redibit ſermo cap. ſequenti. Aliam impugnationem ſume ex diſp. 17. cap. 3. vbi vidimus repugnare in Deo hunc affectum efficacem ad ſtatum abſtractum obiecti propter exercitium libertatis diuinæ. 154

Denique: vt cap. hoc concludam eum affectum, quo in alio exemplo vult homo ille ſubuenire in egeſtate coniectum, exiſtimo eſſe miſericordiæ, & ſi poſtea decernat, an donando omnino, an debitum ſoluēdo ſubuenturus ſit. Nam ſi ſolutionem debiti imperet affectus ille materialiter erit actus iuſtitiæ; formaliter verò actus miſericordiæ: 155

Digitized by Google

huic enim ſolutioni debiti ineſt eleuatio miſeriæ. Vnde ſi propter eleuationẽ ipſam ſoluit debitum, iuſtũ quidẽ facit; ſed misericorditer, non iuſtè: niſi vtrãq; honeſtatẽ volũtas amplectatur; vel vno, vel pluribus actibus ſecundùm varia Theologorum placita.

Caput XIII. Explicatio, atque defenſio propriæ ſententiæ.

156 *Diſputata ad cõpẽdiũ rediguntur.*

QVAE diſquirendæ veritatis gratia in progreſſu diſputationis, hinc inde examinata ſunt, in maximas anguſtias nos coniecerunt: etenim habemus ex vna parte electionem illam omnino abſolutam ante merita pugnare cum libertate, vt conſtat ex cap.9. pugnare etiam cum alijs diuinis decretis, vt conſtat ex cap.10.11.&12.&14; habemus etiã eam ſi adſtruatur omnino abſoluta, nec in ſacra Scriptura, neq; in Auguſtino fundamentum ſolidum habere; vt conſtat ex cap. 4. 5. & 6. & ex alia parte habemus ex his eiſdem capitibus iuncto cap.7. concedendam eſſe ſecundùm Paulum, & Auguſtinum quandã ſpecialem electionem gratioſam ante merita, prædeſtinatorũ propriam, in qua incipiat, & ex qua originem ducat diſcretio prædeſtinati à reprobato. Quapropter ex hucuſque diſputatis ſenſim cogimur biuium, in quo verſabatur inter Doctores controuerſia hæc, deſerere, & aliam ingredi viam, non tritam ab ſcholaſticis, adſit ſapientia diuina.

157 Augu. Auguſtinus in quæſtione 2. ad Simplicianum, explicans illud Pauli ex cap.11. ad Rom. *Reliquiæ per electionẽ gratiæ ſaluæ factæ*, ſic ſcribit, *non vt iuſtificatorum electio fiat ad vitã æternam, ſed vt eligantur qui iuſtificentur:* in quib' verbis adſtruit hanc electionẽ, ex qua ortum habuit fortunata ſeries prædeſtinati ex prima vocatione vſq; ad iuſtificationem, perſeuerãtiam, & gloriam. *Certè* (addit) *ita occulta eſt hæc electio, vt in eadem conſperſione nobis prorſus apparere non poſſit, aut ſi apparet quibuſdam, ego in hac re infirmitatem meam fateor.* Vbi non tantùm appellat occultam hanc ſpecialem electionem; quia rationem eius reddere nõ poſſit, quatenus fit inter æquales, hoc eſt, vna originalis macula conſperſos, ſed etiam quia naturam habet abſtruſam. Nam vel abſoluta eſt, vel conditionalis? non abſoluta, vt efficaciter oſtenſum eſt in ſuperioribus. Non conditionata, quia hæc communis eſt prædeſtinato & non prædeſtinato: vtriſq; enim Deus ardenter deſiderat conferre gloriam, ſubintellecta conditione, ſi habeant merita, & in gratia compleat dies ſuos. Quapropter, ſi diuino lumine affulgeat nobis ex vna parte ſpecialis aliqua electio gratioſa ſufficiens ad diſcernendum, & ex alia nõ ita abſoluta atq; efficax, vt cum ea pugnent incõmoda, quæ expendimus, negabit nemo, doctrinam noſtram ex vna parte conſentaneam fore ſacræ Scripturæ, & Auguſtino, & ex alia vitatum iri incommoda, quæ cõtra electionem omnino abſolutam efficaciter inferri videntur.

Aug. Abſtruſam eſſe electionem ſpecialem.

In triuio ergo iam conſtituti, vt tutè incedamus, noto primo. 158 Affectus voluntatis diuidi in affectus efficaces, & inefficaces. Affectus efficax ex natura ſua eſt ille, qui independenter ab omni extrinſeco ab omni impedimento, ſeu conditione tenente ſe ex parte obiecti, virtutem habet determinandi voluntatem habẽtis illum ad obiectum volitum in re ſequendum, ſiue immediatè per ſe, ſiue mediatè in quantùm determinat cauſas, ſeu media neceſſaria: itaq; infert dum durat effectum, ſi non impediatur agens ab extrinſeco agente potentiori, & cũ in Deo nec poſſit non durare propter immutabilitatem, atq; ab extrinſeco potentiori impediri, fit omnem affectum efficacem diuinum, ſemper inferre exiſtentiam effectus, & per ipſum extrahi rem à Deo ſic volitam ab ſtatu poſſibilitatis, & ab ſtatu futuritionis ſub conditione, & conſtitui in ſtatu futuri abſoluti, qui ſtatus includit exiſtentiam realem in tempore à Deo definito, vt manifeſtè oſtendimus in tractatu de Sciẽtia Dei, diſp.6. cap.6. & id manifeſtiùs eſt iuxta doctrinam noſtram, diſp.17. cap.3. vbi defendo, libertatem Dei efficaciter ſumptam includere effectum, aut cauſalitatem.

Quid affectus efficax, & inefficax.

Affectus verò inefficax, & ex natura ſua, eſt ille, qui virtutem non habet determinãdi volutatem eius, in quo eſt, vt exequatur rem, cui afficitur, vel deſiderat eſſe, vel mediatè, vel immediatè. Itaq; hi affectus non diſtinguuntur ex parte obiecti voliti ab vno & ab alio: nam eadẽ res poteſt eſſe ab vtroque volita, ſed ex parte modi volendi, ſeu tẽdendi voluntatis in obiectum. In voluntate quidem creata cum diſtinctione actuũ ſpecifica inter ſe, & ab ipſa voluntate: in voluntate verò diuina ſine diſtinctione à volitione neceſſaria ex ſola diuerſa cõnotatione eiuſdem obiecti, cum diſtincta cauſalitatis cõnotatione, vt in tractatu de voluntate Dei declaratum eſt, diſp.17.

Hic obſeruo primò, non eſſe noſtrũ ſermonem

Digitized by Google

moné de affectu ſimplici per modũ cuiuſdã cõplacẽtię, ſed de affectu deſiderãte, & intẽdẽte, includẽte in ſe aliquã vim exequentẽ, vt in progreſſu magis declaro, & dixi ca. 11.

159 *Affectus inefficax denominatiuè dici poteſt efficax.* Hinc obſeruo ſecundò, hunc affectũ inefficacem ſortiri poſſe denominationem effi cacis ab effectu, quem habere poteſt: nam ſæpè affectus inefficax exiſtens in voluntate, mouet ad opus, & eſt principium eius, & tã dem effectum habet, licèt non determinet. Quemadmodum habitus, & ſi non determinent, mouent tamen, & inclinant, expediũtq; potentiam, vt operetur. In hac conſideratione idem eſt affectus efficax, ac efficiens, neq; appellatio impropria eſt. Nam vt notaui in tract. de Auxilijs, auxilium efficax idem eſt ac auxilium efficiens ſumpta denominatione efficacis ab effectu, Quo modo loquendi vtitur Eccleſia in quadam oratione, vbi pro fidelibus orat; vt in fide inueniantur ſtabiles, & in opere efficaces, hoc eſt efficiẽtes. Item Auguſtinus lib. 1. contra duas Epiſtolas Pelagianorum, cap. 8. *Iam ſe, inquit, oſtenderat præcepti capacem, ſed non efficacem*, hoc eſt efficientem. Ambroſius lib. de Paradiſo, c. 4. intelligendus eſt hac ratione, cùm ait. *Omnia peccata fieri venialia per pœnitentiam*, hoc eſt, veniam conſequi. Itaq; voluntas, quæ ex natura ſua eſt inefficax, denominari extrinſecè poteſt efficax ab effectu. Porrò, hæc eadem voluntas eſt etiam virtualiter efficax, in quã tum continet in ſe aliam efficacem, quæ reſultaret, ſi apponeretur conditio, ſine qua non vult effectum: vna igitur volũtas eſt ſimul formaliter inefficax, virtualiter efficax, formaliter extrinſecè efficax cùm habet effectum, hoc optimè intelligitur in noſtris principijs de diuina libertate.

Aug.

Ambr.

160 *Quid affectus cõditionatus & abſolutus.* Obſeruo tertiò: diuidi etiam affectum voluntatis in affectum conditionatum, & abſolutum. Non loquor de conditione ex parte actus; nam is non eſt actus exiſtens in voluntate, ſed foret, ſi accederet certa conditio; vt cernitur in actu pœnitentiæ Tyriorum, & Sydoniorum, ſi apud illos à Chriſto Domino fuiſſet ſermo habitus, & patrata ſigna. Hoc iam obſeruaui ſupra cap. 11. Loquor ergo de conditione tenente ſe ex parte obiecti. Affectus verò conditionatus eſt actus in voluntate exiſtens, qui vult obiectum eſſe ex parte ſua: an nõn niſi ſub certa conditione. Exemplum eſt in proijciente merces in mare, in quo eſt affectus eas conſeruandi conditionatus, quia non vult eas conſeruare niſi ſub ea conditione, quod earum conſeruatio ſtet cum conſeruatione vitæ. Affectus verò abſolutus eſt ille, qui vult eſſe obiectum hic & nunc, nulla impediente difficultate, aut conditione inſpectis, & circũſpectis omnibus circunſtantijs, & vim habet ex natura ſua exequendi rem. Vnde is coincidit cũ affectu efficaci ex natura ſua. Conditionatus verò cum inefficaci, & ſolùm differunt denominatione. Dicitur abſolutus, quia reſpicit ſuum obiectum liberum & abſolutũ ab omni conditione. Dicitur verò efficax, à virtute intrinſeca connaturali conſtituendi effectũ: inefficax etiam coincidit cum conditionato: immò ſi rem attentè conſideres, ideo affectus eſt inefficax, quia non vult reſolutoriè eſſe obiectum, ad quod afficitur, niſi ſub certa conditione: ac ideo dum conditio non adimpletur, voluntas quaſi ſiſtit in ſimplici deſiderio, ſeu affectu ad amabilitatem obiecti, nec prorrumpit in efficax deſideriũ quaſi impeditus à conditione, quæ non eſt adimpleta. Ea verò purificata ſe exerit voluntas in affectum efficacem. Vnde dicitur cõditionatus, à conditione ſe tenente ex parte obiecti, inefficax à negatione virtutis inducendi habentem, vt executioni mãdet obiectũ. Hæc certa ſunt ex principijs mihi certis in prima ſecundæ, non tamen hic confirmanda: non contemnenda probatio veritatis eſt, eiuſdem accurata declaratio.

Modo ad rem noſtram, vt explicem ſeriẽ totam in diuina mente prędeſtinati, & reprobi, ſumo reprobum vnum Lutherum, v. g. alium prædeſtinatum diuum Ambroſium; ea quæ in his duobus hominibus determinatis dixerimus ad omnes prędeſtinatos, omneſq; reprobos applicanda ſunt. Nam tum reprobi, tum prædeſtinati ſunt in numero determinato. 161 *Series prædeſtinationis, & reprobationis.*

De Luthero ante voluntatem eum producendi, & conſtituendi in ſerie rerum, tum naturali, tum ſupernaturali, in qua fuit conſtitutus, cognouit Deus per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, ipſum potuiſſe cõſequi vitam æternam, pro qua conſequenda conditus fuit eis concurſibus & auxilijs, quæ de facto diſpenſauit acommodatè pro temporis & loci perſonarũ, & circunſtantiarũ opportunitate. Deinde, ſcientia conditionatã cognouit fore, vt ſi ea conferrentur, non cõſequeretur vitam æternam, ex defectu ſuæ voluntatis: cognouit ergo negationem perſeuerantiæ in gratia, & conſecutionis gloriæ habere futuritionem conditionatam annexam eis auxilijs, & concurſibus in ea ſerie rerum. Porrò, cognouit per eandem ſcientiam conditionatam alios concurſus, ac auxilia, quibus ex hypotheſi quod ei darentur etiam in illa ſerie rerũ de facto in gratia decederet, atq; compararet vitam æternam, & tunc cognouit deceſſum coniunctum cum 162 *Series reprobationis*

gratia

gratia, & comparationem gloriæ habere futuritionem conditionatam.

Venio modo ad actus volũtatis, & miſſã facio volũtatẽ producendi illum hominẽ Lutherũ:nã ea non ſpectat ad eſſentiã prouidẽtiæ,aut prædeſtinationis;vt docui diſput.22. c.7.& ſumo voluntatẽ, quã habuit reſpectu gloriæ ſupernaturalis,& auxiliorũ, quibus fuit cõſtitutus, potẽs ad eam conſequendã: circa hęc ergo dupliciter ſe potuit gerere diuina voluntas,primò volẽdo ei gloriã, & media gratiæ actu indiuiſibili, etiã ratione noſtra expreſſe & formaliter.Secũdò volendo gloriã formaliter ſub relatione finis,& virtualiter auxilia:deinde eligẽdo formaliter auxilia,vt media,diſtincto actu propter depẽdẽtiã mediorũ à fine;recognoſcẽda ſunt omnino,quæ diximus ſupra c.2.Quoquo modo ſe gerat,affectus ille dãdi gloriã Luthero,eſt inefficax ex natura ſua,& cõditionatus,quod nõ velit ei dare gloriã, niſi ſub cõditione perſeuerãtię vltimæ: vt verò terminatur ad ipſa auxilia eſt abſolutus & efficax, quia nulla impediẽte cõditione,& omnibus rerum circumſtantijs inſpectis,vult Deus cõſtituere facultatem intelligẽdi, & volendi Lutheri in actu primo proximo, quo poſſit, ſi vélit perſeuerare, & gloriam conſequi, ſi per ipſum non ſteterit.

163 Sed petet aliquis, ſi Deus vno actu indiuiſibili vtrũq; expreſſe vult,& gloriã & media gratiæ,quo pacto poteſt idẽ actus eſſe efficax ſimul & inefficax,cõditionatus,& abſolutus,maximè cùm tã diuerſas, atq; diſtantes habeant inter ſe naturas,quam ſupra vidimus.

164 Reſpõdeo,nullã in eo eſſe repugnãtiã cõparatione ad diuerſa obiecta, nã licèt affectus ille indiuiſibiliter, etiã ratione noſtra, tẽdat in ea ſimul obiecta, æquiualet tamen duobus diſtinctis actibus, quib' diuerſo modo vellet finẽ gloriæ,& media gratiæ, eoſq; ſimul amplectitur actu illo cõſtituto in ſuperiori ratione.Quemadmodũ cùm Angelus indiuiſibili actu conſtituto in ſuperiori ratione cognoſcit ſimul naturam hominis, & equi,aut naturã ſpecificam, & proprietates eius,æquiualet duob' noſtris actibus vni, quo cognoſcimus naturam hominis, alteri quo naturã equi,vel vni,quo cognoſcimus naturã rei, alteri quo proprias paſsiones. Verum iterum rogabit aliquis:an actus ille diuinus,vt terminatur ad media gratiæ Luthero diſtribuẽda quomodocũq; determinetur,ſiue expreſsè,ſiue virtualiter habeat obiectũ cõfuſum & indeterminatũ; nõ videtur habere.Etenim gloria oblata Luthero,ab ipſo obtineri potuit,per quæcũq; media gratiæ:nam ipſa,vt conſequibilis, ſolùm petit promiſsione ex parte Dei,& quæuis auxilia gratię;nec ſibi exigit determinatè potius hęc quàm illa:ergo volũtas Dei,qua vult gloriã, eſſe à Luthero cõſequibilẽ, ſeu per ipſum Deũ nõ dare,quominus eam cõſequatur, eſt volũtas mediorũ confuſa,& indeterminata. Hoc verò repugnat cum noſtra doctrina capit.vndecimi,& duodecimi,in quibus ſẽper ſtatuimus volũtatẽ efficacẽ, ſiue expreſſam, ſiue virtualẽ eſſe nõ poſſe de obiecto ſecũdùm ſtatum,in quo exiſtere non poteſt. Ac proinde eſſe non poſſe de obiecto confuſo, & indeterminato.

Qua ratione idẽ act' ſit efficax, & inefficax

165 Reſpondeo,obiectionẽ probare volũtatẽ dandi gloriã Luthero præciſè,ſeu cõſtituẽdi eum potẽtẽ ad gloriæ cõſecutionẽ, non habere obiectũ determinatũ ex parte mediorũ,& ſi ex parte glorię determinatus gradus oblatus ſit;nam etiã determinatus gradus gloriæ,per varia media cõparari poteſt: at nos non conſtituimus eam voluntatẽ,immò opinamur,nec eſſe,nec eſſe poſſe,niſi aliter declaretur,idq; ſatis,ſuperq; nobis ſupra probatũ eſt.Diligẽter ergo diſtinguẽdũ eſt,quid exigat finis ex vi ſua,& quid requiratur ex parte Dei ad habendam voluntatẽ efficacem. Fateor igitur,ex parte exigentię finis,non determinari hęc potius,quàm illa auxilia;nego tamen,non determinari ex parte Dei,propter naturam efficacis volũtatis, quæ ad obiectum confuſum & indeterminatũ,tendere nõ poteſt:igitur voluit Deus cõferre Luthero determinata media gratiæ,ea nimirum,quæ defacto contulit; ita vt etiam voluerit non dare alia media: nam negatio, etiã aliorũ mediorũ Deo directè volũtaria eſſe debet,vt docuimus in tractatu de Volũtate Dei,diſp.19.c.5. Itaq; eas ſpecie vocationes,hoc eſt cogitationes,& inſpirationes ad opera virtutum, ſpecie diſtinctarum, eas etiã in numero & multitudine, quas de facto cõtulit,voluit conferre,vt media, quib' ſufficiẽter,immò & abũdè conſequi poterat vitã æternã.Ac propterea, cùm vocationes eæ determinatæ ſint,tum quoad ſpeciẽ,tum quoad multitudinẽ & numerũ, voluntas illa Dei, qua pręſtitit hæc media,obiectum habet determinatum.

Volũtas efficax nõ habet obiectũ confuſum.

166 Rurſus:antequã Deus vellet cõferre hæc media determinata,prænouerat ſciẽtia cõditionaliũ,eis annexã eſſe negationẽ reſpõſionis Lutheri deceſſus in gratia,& conſecutionis gloriæ ex hypotheſi,quod darẽtur: ſicut etiã in alijs auxilijs,aut vberioribus,aut frequentioribus,aut oblatis in alijs circũſtãtijs loci,& tẽporis,& diſpoſitionis ſubiecti.prænouerat Deus eadẽ ſciẽtia futuram eſſe ſub condi-

conditione reſponſionẽ Lutheri,deceſsũ in gratia,& cõſecutionẽ glorię.Modo addo:voluntatẽ Dei in hoc ſtatu,duplicẽ actũ, vtrũq; liberũ habere potuiſſe;alterũ,quo cõplaceret in negatione illa futura, ſub conditione reſpõſionis Lutheri deceſſus in gratia, & cõparationis gloriæ annexã ijs eiſdẽ auxilijs, quæ defacto cõtulit propter rationes Deo notas.Etenim nõ latẽt diuinã mẽtẽ rationes plures cõueniẽtiæ,propter quas ipſe cõplacere poterat in ea negatione,ſub cõditione futura.Alterũ,quo etiam cõplaceret in futuritione conditionata reſpõſionis Lutheri,deceſſus in gratia,& cõparationis gloriæ, quã prænouerat annexã eſſe illis alijs prædictis auxilijs.Dixi,vtrũq;horũ actuũ liberum eſſe Deo,quia obiectũ limitatũ eſt,nulla ratione neceſſariũ.Vnde nõ habet vim capiendi voluntatẽ Dei ad actũ neceſſariũ,& qua ratione futura abſoluta,tum poſitiua, tum negatiua,liberè vult:ea etiã hæc futura cõditionata, imò etiã erga poſsibiles creaturas habere Deũ actũ aliquẽ cõplacẽtię,docui in tract. de Voluntate Dei, diſp.18.c.1.

167 Hoc poſito dico in reprobo Luthero:primùm Deũ liberè cõplacuiſſe in futuritione cõditionata negationis,reſpõſionis, deceſſ⁹ in gratia,& comparationis gloriæ. Secũdò, poſt volũtatẽ cõferendi media illa, quæ de facto habuit, cõplacuiſſe etiã in negatione reſpõſionis,quãdo ei non ineſt malitia peccati.Itẽ in negatione deceſſus in gratia. Tertiò deniq; in negatione comparationis gloriæ propter rationes cõueniẽtiæ mẽti diuinæ,notas in his denegationib⁹. Demũ Deus habuit circa hũc eundẽ reprobũ voluntatẽ abſolutã,per quã eum deuouit æterno ſupplitio indeterminata pœna,tũ ſpecie, tum intenſione,tum indiuiduatione, tũ loci, & temporis,ſecũdùm menſuram peccatorum, quæ cõmiſsit.An vero circa futuritionẽ cõditionatã reſponſionis deceſſus in gratia,& comparationis gloriæ,quam Deus prænouiſſe diximus habiturũ Lutherum ſub alijs auxiliis,habeat Deus actum cõplacẽtiæ, vel aliã volitionem,qua noluit complacere propter rationes ſibi notas,dicemus ſtatim, cũ ſeriem prędeſtinati declarauerimus, ſecundùm noſtra principia de diuina libertate nõ habere,dicendum eſt. Vide diſp.17.c.2.

168 Ex dictis in reprobo,facilè deduco modũ ſe gerendi Dei,circa D.Ambroſiũ prędeſtinatum.Et primùm ſupponẽda eſt voluntas creãdi,& conſtituendi eum in ſerie rerũ, tũ naturali,tum ſupernaturali,in qua fuit cõſtitutus:nam hæc,vt dixi,in reprobato nõ ſpectat intrinſecè ad eſſentiã prouidẽtię,& prędeſtinationis. Deinde ſupponenda etiã eſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ, qua nouit Deus,vt erat cõſequibilis gloria ſupernaturalis ab ipſo,& vt facultates intelligendi,& volendi erãt cõſtitutæ in actu primo proximo,in ordine ad finẽ ſupernaturalẽ cõſequẽdum.Rurſus,ſupponenda eſt ſciẽtia cõditionata, qua pręnouit his,eiſdẽ auxilijs fore, ſi darentur,vt Ambroſ.reſponderet, in gratia decederet,& cõpararet ſibi vitã æternã.Itẽ ſciẽtiam cõditionata,qua nouit alijs auxilijs aut pautioribus, aut minus frequentibus, aut his eiſdẽ,ſi darentur in alijs rerum circũſtantijs,fore vt Ambroſius, nec reſpõderet, nec decederet in gratia,nec vitam æternam conſequeretur.Hæc communia ſunt reprobo,& prędeſtinato.

His pręiactis:primã voluntatẽ diſcernẽtẽ conſtituo in complacẽtia Dei,circa futuritionẽ conditionatã reſponſionis deceſſus in gratia, & cõparationis gloriæ prędeſtinati. 169 Itẽ in voluntate,qua diſplicuit in negatione futura ſub conditione reſponſionis deceſſus in gratia,& comparationis gloriæ prędeſtinati ſub ãlijs auxilijs,quibus nouit illũ dãnandum fore.Nam cenſeo,diuerſo,& aduerſo modo ſe geſiſſe Deum in hoc ſtatu cõditionato erga reprobum,atq; erga prędeſtinatum:nam complacuit in negatione futura ſub conditione reſponſionis,quãdo ei nõ ineſt malitia peccati,& deceſſus in gratia,& conſecutionis glorię reprobi,vt dixi.Porrò diſplicuit,vel voluit non complacere in futuritione conditionata reſponſionis deceſſus in gratia,& comparationis glorię reprobi ſub alia ſerie,& auxilijs,cùm in prędeſtinato contrario modo ſe geſſerit diſplicẽdo in negatione,vt dixi,& complacendo in poſitiua reſpõſione,atq;conſecutione:his autẽ voluntatibus reſpondere ſemper debent ad extra,aut cauſalitates,aut negationes diſtinctę,ſecundùm doctrinã noſtrã, de libertate volitionis diuinę,diſp.16.c.10.&diſ.17.c.2.3.

Series prædeſtinationis.

Secundam voluntatẽ diſcernentẽ cõſtituo in volitione abſoluta,qua prędeſtinato voluit dare ea ſpecie, & numero auxilia in ea ſerie rerum,qua pręnouit annectãdã illis forẽ vltimã reſponſionẽ deceſſum in gratia, & cõſecutionem glorię. Addo verò hanc voluntatem indiuiſibiliter fuiſſe terminatam, tum ad entitatẽ phyſicam auxiliorum, tum ad ipſam cõnexionem actuum bonorum, & glorię cum ipſis,hoc diſcrimine,quod vt terminatur ad entitatẽ auxilij,efficax eſt, vt ad connexionem inefficax:iam explicui, qua ratione vna voluntas indiuiſibilis per rationẽ efficax,atq;inefficax eſſe poſsit, cõparatione diuerſorum obiectorum, Itaq;ea voluntas vult dare prædeſtinato efficaciter ea auxilia 170

Digitized by Google

xilia,ſecundùm phyſicam illorum entitatẽ, quæ ſunt ſpecificatiuè efficacia,intendit verò inefficaciter cõnexionem, ſeu efficaciam eorum cum operibus pietatis.Dico, hāc cõnexionem,ſeu efficiam,inefficaciter deſiderare,&intendere,quia in ea cõnexione inuoluitur cooperatio liberi arbitrij, & hæc volūtate antecedenti efficaci prędecerni non poteſt,ſine prçiudicio libertatis, vt conſtat ex dictis cap.9.

171 Sed petet aliquis primò,curDeus ex diuerſo modo ſe geſſerit circa prædeſtinatum, & reprobum,complacendo in prędeſtinato in medijs,provt illis eſt annexa futuritio conditionata gloriæ, & diſplicendo in medijs, pro vt illis eſt annexa negatio futuritionis conditionatæ gloriæ. In reprobo è conuerſo,complacendo in medijs, provt illis eſt annexa negatio futuritionis conditionatę gloriæ, & diſplicendo in medijs, provt illis eſt annexa poſitiua futuritio conditionata, conſecutionis gloriæ.

Ratio diuerſæ ſeriei in prædeſtinatio,&in reprobo.

172 Aug. Reſpondeo primò ex Auguſtino,ex lib.de dono perſeuerantiæ,c.9.vbi três ſimiles propônit quæſtiones,prima,cur è duobus paruulis,pariter conſperſis macula originalis peccati,iſte aſſumatur,ille relinquatur.Secūda:cur ex duobus adultis,iſte ita vocetur,vt vocātē ſequatur,non ille.Tertia:cur ex duobus pijs hominibus iſti donetur perſeuerātia,non illi,quibus ſolùm reſpondet in vnis hominibus,Deum eſſe iuſtiſsimum exactorẽ,in alijs benigniſsimū largitorẽ.Itẽ inEpiſto.105.propoſita ſimili quæſtione reſpõdet; *Quare hūc trahat,&illū nō trahat, noli iudicare, ſi nō vis errare.* Itaq;ex Auguſ.nulla eius rei ratio reddi poteſt, niſi voluntas Dei, cui licet de ſuis bonis, cū alijs ſe liberalē exhibere,cum alijs iuſtum. Quemadmodum ſi quęratur in rebus phyſicis,quare hos orbes cœleſtes numero produxerit,alijs numero diſtinctis, relictis in ſtatu non entium; nulla cauſa reddi poteſt,niſi voluntas facientis.

173 Reſpondeo ſecundò,hanc interrogationẽ locum habere in omni opinione in hac controuerſia:nam eadem fieri poteſt adſtruentibus electionem abſolutam ad gloriam ante merita prçuiſa,cur hos elegerit, non illos? Item in ſententia negante,cur cùm nouerit, pro ſingulis hominibus auxilia cõgrua,quibus infallibiliter conſequerentur vitā æternam,pro prædeſtinatis ea elegerit, non pro reprobis?Deniq;de prædeterminationib',eadem interrogatio fieri poteſt,cur horum voluntates prędeterminauerit,non illorū? omnium ergo eadem eſt ſatisfactio,nempe voluntas Dei. Qua propter nos etiam dicimus certum eſſe ex vna parte aliquam ſpecialem electionem,atq;diſcretionem ex parte Dei conſtitui debere;vt conſtat ex cap.4.5.6.7. Porrò,hanc eſſe non poſſe electionem omnino abſolutam ante merita,conſtat ex cap. 9.10.&11.Ideo igitur nos conſtituimus diſcretionem hanc per electionem diuinam in duabus voluntatibus explicatis,prima in cõplacentia futuritionis conditionatæ reſponſionis deceſſus in gratia conſecutionis gloriæ prędeſtinati.Secunda,quæ ex hac originem ducit in voluntate efficaci comparatione auxiliorum congruorum,& inefficaci cõparatione connexionis infallibilis reſponſionis deceſſus in gratia,& cõſecutionis gloriæ cum illis. Pariter etiā in diſplicentia futuritionis conditionatæ negationis reſpõſionis deceſſus in gratia,& cõſecutionis gloriæ prędeſtinatio.E conuerſo verò in reprobo,vt iam explicatum eſt.

Ratio eſt voluntas Dei in omni ſententia.

174 Petes ſecundò:quare conſtituamus intentionem illam inefficacem,terminatā ad cõnexionem actus boni cum auxilio congruo, maximè cum ea intentio neceſſaria non videatur ad diſcernendum prędeſtinatum à reprobo,cùm ſatis ſit conferri auxilium,quod eſt efficax, ex intentioni inefficaci gloriæ ex vna parte, & ex alia ex prçſcientia connexionis.Etenim,ſic collato auxilio efficaci, actus bonus cùm efficitur,eſt ſpecialiter Deo voluntarius,ratione intentionis, à qua procedit,vt à cauſa.Itẽ,auxilium ipſum efficax,licèt in eſſe phyſico æquale ſit cum alio collato reprobo:at moraliter eſpciale beneficiū eſt per ordinem ad prçſcientiam futuri conſenſus,atq;voluntas dandi hic,& nunc, cùm prçſcit conferẽs habiturum effectum, eſt voluntas maioris auxilij,ac proinde diſcernẽs ſufficienter inter prædeſtinatum, & reprobum.Ita cenſent,qui negant abſolutam electionẽ ad gloriam ante prçuiſa merita,quos allegaui cap.3.

175 Cæterùm hoc non ſufficere ad doctrinam Pauli,& Auguſtini,conſtabit legenti cap.4. 5.& 6.Etenim hęc diſcretio eſt ex ſola preſcientia,Paulus verò,&Auguſtinus planè docuerunt diſcretionem ex ſpeciali electione.

176 Porrò,licèt verum ſit actum bonum, & collationem glorię ſpecialiter fore voluntariam Deo comparatione prędeſtinati;nihilominus tamen,niſi Deus Ambroſio prędeſtinato vellet directè,& ſpecialiter connexionem illam infallibilem,quam prçuidèrat habere vocationẽ Ambroſij cum reſpõſione,vſq;ad perſeuerantiam finalem,& cõſecutionem glorię,non foret Deus formaliter benefactor prędeſtinati,ſed tantùm materialiter, & concomitanter;id probo hac ratione: actus ille formalis beneficentię in Deo

Digitized by Google

Deo ad aliquam ſpecialem virtutem pertinere debet; vt conſtat: ſed voluntas vocandi congruè ex præſcientia, niſi intendat directè congruitatem, ipſamquè connexionem infallibilem, non habet rationem ſpecialis virtutis erga prędeſtinatum: ergo vt ſit formaliter ſpecialis benefactor, eam debet intendere. Probo minorem, & ſumo auxilium Luthero collatum, & Ambroſio, eſſe æquale phyſicè, ſecundùm ſpeciem, atque intenſionem. Item Deum, quantum eſt in ſe, æqualem illis gloriam intendiſſe, & pono auxilio congruo Ambroſij annexam eſſe infallibilem futurionem conſenſus, non verò auxilio incongruo Lutheri; tum collatio vtriuſque auxilij procedit ex æquali intentione inefficaci gloriæ, & continet voluntatem directam efficacem æqualis entitatis auxilij in vtroque: ergo in hoc præciſè nulla eſt ſpecialis beneficentia. Nam actus conferens æquale bonum, ex æquali intentione, æqualem habet bonitatem, ex ipſo obiecto; vt clarius videas vim argumenti, pone etiam in vtroque eam fuiſſe primam vocationem, ad quam nullum ipſorum meritum præceſsit. Verum eſt in Ambroſio prædeſtinato indirectè volitam eſſe, ratione præſcientiæ ipſam congruitatem, atque infallibilem connexioné: at honeſtas obiecti, indirectè volita, nullam dat actui ſpeciem virtutis; vt conſtat ex principijs primæ ſecundæ, de quibus optimè P. Vazquez diſputatione 51. cap. 3. & diſputatione 73. cap. 7. vbi ex Ariſtotele, & manifeſta ratione oſtendit, virtutem non accipere ab obiecto honeſto rationem virtutis, niſi feratur in ipſam honeſtatem directè propter ipſam. Id etiam expreſſè docuit ſanctus Thomas prima ſecundæ, quęſtione 19. artic. 7. ad tertium, in hæc verba. *Sed ad hoc quod ſit voluntas bona, requiritur, quod ſit boni ſub ratione boni*: nam hoc eſt diſcrimen inter virtutem, & vitium; quod vitium ſumit malitiam ab inhoneſtate obiectiua indirectè volita, non virtus: ergo ad hoc vt Deus ſit ſpecialiter formaliter benefactor comparatione prędeſtinati, non ſolùm voluntate efficaci conferre debet ęquale auxilium, ſecundùm phyſicam entitatem; verumetiam vltra progredi, & intendere ipſam connexionem, quam directè non intendit in reprobo, quippe non eſt.

Honeſtas obiecti nõ dat virtuti ſpeciem, niſi propter ſe ametur.

S. Thom.

177 Confirmatur hoc: pone, Deum habuiſſe hanc intentionem inefficacé æqualem, & voluntatem conferendi ęqualia auxilia ex ſcientia ſolùm ſimplicis intelligentiæ, nemo dicet tunc fore Deum ſpecialiter benefactorem comparatione prædeſtinati, & ſi is conſequatur gloriam, non reprobus: ſed adiuncta pręſcientia conditionata, non mutata voluntate Dei, non efficit, vt directe velit maius bonum Deus prædeſtinato, quàm reprobo, & vt ſit ſpecialiter, & formaliter benefactor, vlterius progredi debet, & intendere directè ipſam congruitatem, & connexionem infallibilem, quam habet auxilium efficax cum operibus pijs, & quam habet tota ſeries vocationum congruarum, cum conſecutione gloriæ.

Qua propter, cùm gloria prędeſtinati per ea media, quę defacto habuit ex hypotheſi, quòd dentur, non ſolùm habeat eſſe poſsibilem; ſed etiam eſſe futuram ſub conditione; hoc ipſo, quod Deus decernit ea conferre ex intentione, vt merita, atque gloriam eius conſtituat in ſtatu futuri abſoluti, ſecundùm complacentias iam explicatas, negari non poteſt diſcerni prędeſtinatum à reprobo, ex ſpeciali electione Dei: nam gloria reprobi per ea media, quę defacto habuit, ſolùm remanebat in eſſe poſsibili, & cum ea Deus contulerit ex complacentia in negatione reſponſionis, quando ei non ineſt peccatum, & deceſſus in gratia, & conſecutionis glorię, manifeſtè efficitur, prędeſtinatum de facto habere merita, & conſequi gloriam ex ſpeciali electione Dei: reprobum verò carere ea ſpeciali electione, licèt ex culpa ſua amittat gloriam; vt declaro ſuo loco. 178

Gloria prædeſtinati eſt futura ex ſpeciali electione.

Cęterum, plures ex noſtris vtuntur hoc exemplo, vt probent voluntatem eiuſdem doni, immò & minoris eſſe maius beneficium; quando confertur ex pręſcientia commodi futuri, quàm quando confertur ex præſcientia non futuri commodi, v.g. ſiquis det extremè famelico panem prudens ad conſeruandam vitam eſſe neceſſarium, maius confert beneficium in genere moris, quàm ſi daret copiam auri, quo vitam non conſeruaret: nam licèt aurum plus valeat, at panis hic & nunc vtilior eſt ei homini, fame oppreſſo. Pari ratione, auxilium congruum infuſum in circunſtantijs, in quibus proderit in vitam ęternam, & ſi remiſsius ſit ſecũdùm phyſicam entitatem, maius beneficiũ eſt moraliter, quàm infuſio auxilij incongrui, & ſi intenſioris ſecundùm phyſicam entitatem; & ita opinatur P. Suarez, tom. 1. de Gratia, lib. 1. c. 12. n. 16. 179

P. Suarez.

Neq; hoc exemplum, ſi rẽ introſpicias, ſufficit ad defenſenda ipſorũ doctrinam: nam dum beneficium, quod confertur, maius non eſt voluntas ipſum conferendi maior benefi-

Volũtas eiuſdem doni nunquã maius beneficium.

Digitized by Google

beneficentia eſſe non poteſt, vt terminatur ad donum minus, aut æquale; vt noſtra ratio à priori manifeſtè demõſtrat. Quapropter, ideo voluntas vocandi congruè, maius beneficium eſt, quàm voluntas vocandi incõgruè, quia illa terminatur non ſolùm ad entitatẽ phyſicã auxilij, vel æqualis, vel minoris intenſionis; quàm ſit entitas phyſicè auxilij incõgrui: ſed etiam in quantùm ſe extẽdit ad volendum actum ſecũdum; eo modo, quo erit infallibile ipſum cõſtituẽdum in ſtatu futuri abſoluti. Ita etiam volũtas conferendi panem ei miſero homini, non eſt maior beneficentia, in quantum ad panem præciſè terminatur, ſed etiam in quantùm ſe extendit ad conſeruationem vitæ eius hominis. Nam ſi nollet conſeruare vitam, medio pane, voluntas conferendi aurum, maior fo-
180 ret beneficentia pro culdubio.

Cõfirmo noſtrũ diſcurſum in actibus malis: pone duos homines æquè tẽtatos, à motibus indeliberatis laſciuiẽtis appetitus, Deus cauſa eſt horum motuũ, quippe in illis nulla eſt peccati malitia: acquieſcat vnus homo appetitui, renuat alter, annè quia Deus præſciuit in homine labente ex cõſenſu, motibus indeliberatis, ſequendum peccatũ: ideo dicitur Deus cauſa actus mali? Aut maius malum intuliſſe illi homini, dum in ipſo voluit inſurgere motus indeliberatos, quã alteri, in quo æquales etiã excitauit motus? Nullo modo: quia voluntas diuina tãtũmodò terminata fuit ad æqualem tẽtationẽ, in qua vt ſic ante conſenſum nulla eſt inhoneſtas, atq; malitia formalis: ergo pari ratione in noſtro propoſito voluntas diuina, vt terminata ad æquales vocationes in actu primo; non eſt maius beneficium, licèt eam conferat prædeſtinato ex præſcientia futuræ reſponſionis: reprobo ex præſcientia futuræ negationis reſponſionis.

At obijciet aliquis in hunc modum: per
181 nos eam cõnexionẽ infallibilẽ, quam vocatio congrua habet cum conſenſu, ſolùm vult Deus intẽtione inefficaci, propterea quod involuitur actus, qui illæſa libertate decreto efficaci antecedẽti, prædecerni nõ poteſt: at etiã in reprobo: Deus vult affectu inefficaci ipſam connexionem reſponſionis eius cum oblata vocatione incõgrua: ergo nec hac ratione confert Deus ſpeciale beneficiũ prædeſtinato. Probo minorẽ: quia Deus cõfert auxiliũ illud ſufficiens reprobo ex intentione ſeria dandi gloriam, ſi ipſe reſpondeat: ergo etiam quãtum eſt in ſe intendit, ſaltem inefficaciter ipſam reſponſionẽ. Probo hanc conſequentiã: nam ipſa reſpõſio eſt medium ſimpliciter neceſſariũ, ad conſequẽdam gloriã ſecũdùm rationẽ coronæ & mercedis: ergo cùm Deus ipſi etiã reprobo intẽderit gloriam, vt coronã, & mercedẽ, ſecũdùm dicta à nobis cap. 11. eo modo, quo intẽdit gloriã animo ſerio ipſam cõferẽdi, deſiderat etiã, vt ipſe reſpõdeat: negari igitur nõ poteſt, intentio inefficax in Deo cõparatione reprobi terminata ad ipsã reſponſionẽ: ergo etiã pares ſunt reprobus, & prædeſtinatus in volũtate, quatenus terminatur ad connexionem auxilij cũ bona operatione.

Hæc obiectio manifeſtè probat aliquã eſſe volũtatẽ in Deo terminatam ad reſpon-
ſionem reprobi; nõ tamen probat eam eſſe, 182
vt nos conſtituimus comparatione prædeſtinati. Nam licèt vtraq; inefficax ſit, & in hoc conueniat; at voluntas, quæ verſatur circa prædeſtinatum, talis eſt, vt eam connexionẽ conſtituat in ſtatu futuri abſoluti, quatenus proceſsit ex complacentia antecedenti ratione noſtra erga ipſum conſenſum in ſtatu futuri conditionati. At voluntas erga reprobum talis eſt, vt reſponſionem relinquat in ſtatu poſsibilis; quia non procedit ex cõplacẽtia priori ratione noſtra eiuſdẽ reſpõſionis in ſtatu futuro ſub cõditione: immò ſupponit diſplicẽtiã circa eum ſtatum.

Specialis electio prædeſtinati gloriam ipſius cõſtituit in ſtatu futuro, nõ autẽ electio communis.

Pro declaratione doctrinæ, quã cõtinet ſo-
lutio recognoſcẽda omninò ſũt, quæ dixi in 183
tract. de Sciẽtia Dei, diſp. 9. c. 2. vbi declaraui quid reſpõdeat ex parte obiecti, trimẽbri illi diuiſioni ſciẽtiæ Dei; & probaui, nihil ſecũdæ reſpõdere, quod primæ nõ reſpõderit, nec tertiæ, quod ſecũdæ, & diuiſionẽ illã ſolùm declarãdã eſſe per diuerſa connotata in obiectis, ſecũdùm diuerſos ſtatus eorũ. Quo fit, ſciẽtiã cõditionalẽ, nõ addere ſciẽtiæ ſimplicis intelligẽtiæ aliquid in ratione notitiæ; nec ſcientiã viſionis, ſciẽtiæ conditionali, ſed ſolùm exiſtentiã obiecti, aut cõditionatam, aut abſolutã, omnino indiſtinctã ab eſſentia poſsibili. Itaq; trimẽbris illa diuiſio ſciẽtiæ, ſolùm fit per rationẽ noſtrã, dicitur ſimplicis intelligẽtiæ, vt cõparatur ad rẽ in ſtatu poſsibili; dicitur cõditionata, vt cõparatur ad rẽ in ſtatu cõditionato; dicitur viſionis, vt cõparatur ad rẽ in ſtatu abſoluto. Hanc doctrinã in ſciẽtia Dei cõfirmaui, elegãti S. Thomæ teſtimonio ex q. 3. de Veritate, ar. 3. ad 8. vbi ſic ſcribit. *Scientiã viſionis ſuper diuinã ſcientiã nihil addit intra genus notitiæ, ſed ſolum exiſtentiam creaturarum, quæ videri dicuntur.* Vt ergo ea communis diuiſio in ſciẽtia, ſic commodè declaratur, atque defenditur: ita in actibus voluntatis, de quibus eſt noſter ſermo, alia ſimilis diuiſio conſtituẽda eſt. Nam ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, vt terminatur ad creaturas poſſibiles

Declaratur à ſimili ex ſciẽtia Dei.

S. Thom.

ſibiles, ſequitur affectus quidam ſimplicis complacentiæ in voluntate diuina circa creaturas poſsibiles ad ſcientiam conditionalem affectus etiam ſimplicis complacentiæ, circa futuritionem conditionatam creaturarum, poſtquam immediatè voluntas etiam diuina vult exiſtere creaturas, efficaciter quidem eas, in quarum exiſtentia non intercedit comparatio libera, inefficaciter eas, in quibus intercedit, ne lædat libertatem. At licèt inefficaciter has velit, cum hæc voluntas procedit ex complacentia in futuritione conditionata, & ex præſcientia eiuſdem, infert infallibiliter exiſtentiam rei volitæ, non ex virtute ſua, vt voluntas efficax, ſed ex adiuncta præſcientia, & complacentia. Vnde, ſicut voluntas efficax eſſentialiter terminatur ad exiſtentiam, & in eo diſtinguitur à ſimplici complacentia erga poſsibilitatem rerum, ita hæc eſſentialiter terminatur ad exiſtentiam, & in ea ſufficienter diſtinguitur ab omni voluntate terminata ad poſsibilitatem rei; non quidem quod vni voluntati reſpondeat ex parte obiecti aliquid, quod alteri non reſponderit; ſicut diximus in ſcientijs, ſed quod vna connotat exiſtentiam rei, altera non connotat, & vt ad voluntatem afficacem producedi rem, ſequitur immediatè in Deo ſcientia viſionis. Ita ad hanc, & vt non ſequitur ad voluntatem complacentem in poſsibilitate; ita nec ad voluntatem, qua vult Deus in reprobis effici reſponſionem. Licèt ergo hæc voluntas non ſit efficax ex natura ſua, eſt tamen ęquiualenter efficax: quia vt conſtat ex dictis, ęquiualet efficaci; vnde ex vna parte habet commoda efficacis, & ex alia vitat eius incommoda.

184 Eſt porrò voluntas hęc ſemper efficax denominatiuè ab effectu, quem ſemper affert cum omni infallibilitate. Eſt etiam virtute efficax, & abſoluta, quatenus in ſe continet voluntatem aliquam efficacem, & abſolutam; etenim, quatenus ea, promittit prædeſtinato gloriam, vt mercedem, & intendit ipſam illi conferre, non per quæcunque media, ſed per gratias congruas determinatè, eas ſcilicet, quas de facto infundit, virtute vult conferre eas gratias congruas, vt media apta, & imperat infuſionem illarum, & intendit earum congruitatem: & cùm ex præſcientia merita prędeſtinati, vſque ad deceſſum in gratia infallibilem conexionem habeant cum vocationibus congruis, & collatio gloriæ cum ſerie harum vocationum congruarum, hæc noſtra ſpecialis voluntas virtute continet voluntatem efficacem conferentem gloria, vt premium, atque coronam.

Itaque, vt compẽdio totam rem comprehendam, differunt reprobus, & prædeſtinatus in his: primò, in complacentia ſimplici futuritionis conditionatæ meritorum, & collationis gloriæ, quæ per ſe regulatur à ſcientia media, hac caret reprobus, immò vice illius habet diſplicentiam in futuritione conditionata collationis gloriæ, & complacentiam in negatione eiuſdem. Secundò, in voluntate abſoluta, per ſe determinata ad vocationes congruas, & in voluntate inefficaci, ita intendente cõnexionem meritorum cum his, vt terminetur ad eam extrahendo ipſam ex ſtatu poſsibilitatis ad ſtatum futuri abſoluti; hac etiam caret reprobus: nam ita intendit connexionem hanc, vt ipſam relinquat in ſtatu poſsibilitatis: immò vice illius habet complacentiam in negatione reſponſionis, & deceſſus in gratia, & infuſionis gloriæ, cùm in his nulla ineſt malitia, vt ſæpè dixi. Tertiò differunt in efficacia denominatiua, ſumpta ab effectu, qua ſemper caret voluntas reprobi; quippe quę non ſortitur effectum. Quartò denique differunt in virtuali efficacia, defacto inferente voluntatem illam abſolutam, conferentem gloriam, vt coronam; hac etiam caret reprobus: quia licèt voluntas dandi auxilia ſufficiencia, ex ſe ſufficiens ſit, vt hanc voluntatem abſolutam inferat: at defacto nunquam infert; vt conſtat. Hæc in ſuperioribus ſufficienter declarata ſunt, ni fallor: ſi quid verò difficultatis reſtat, capite ſequenti ſatisfaciendum eſt. *Compendiũ doctrinæ.*

Caput XIIII. Quædam argumenta contra doctrinam Capitis ſuperioris, & ſolutiones.

185 CVM mediam viam, non tritam inter extremas contrarias fuerimus ingreſsi capite ſuperiori, vix reſtat aliquid momẽti cõtra doctrinã noſtrã, quod peti poſsit ex cõtrarijs opinionibꝰ extremis mutuò ſe ſe impetentibus. Nã cùm ſentẽtia affirmãs contendit eruere ex Paulo, Auguſtino, & Thoma, diſcretionẽ prędeſtinãti à reprobo ex ſpeciali electione à nobis eſt. Cũ verò cõtẽdit eã ſpecialẽ electionẽ eſſe debere: ita omnino abſolutam, vt excludat ex parte obiecti

obiecti omnẽ cõditionem, ita efficacem, vt determinet antecedẽter ad merita ipsã gloriæ cõſecutionẽ,nihil afferũt alicuius momẽti,id quod per ſe perſpicuũ eſt;nam nec Paulus,nec Auguſtinus,imò nec Thomas, curarunt de hac nimis preſſa,atq;ſcholaſtica volũtate,neq;eſt verbum in ipſis,quod eã inſinuet:vt conſtat ſatis ex capitibus 4.5. & 6. Preterea,cum ex parte negante tela cõtorquẽt aduerſus hanc eandem nimis abſolutam,atq;prędeterminantem voluntatem, etiam pars negãs à nobis eſt:nam cõtra ipſam acriter à nobis certatum eſt ex ca.9. vſq; ad 12. Nihil ergo reſtat alicuius momẽti, quod nos poſsit offendere, maximè cùm in progreſſu diſputationis, vtriuſq; partis preſidia inter ſe collata,diſcuſſa à nobis fuerint.

186 Quædam igitur ſolum reliquiæ,ſeu minutiæ difficultatũ,pro abſoluta volũtate relictę ſunt:prima ex Concilio Valẽtino,ſub Lothario Imperatore,& Benedicto III. Põtifice Sũmo,in cuius capite tertio,hæc habẽtur verba. *Fidẽter fatemur,prælectionẽ electorum,ad vitam,& perditionem impiorum ad mortem,in electione tamen ſaluandorum miſericordiam Dei præcedere meritum bonum:in damnatione autem periturorum meritum malum,præcedere iuſtum Dei iudicium.* Hæc quidem verba probabiliter ſuadent electionem ſpecialem prædeſtinatorũ ad vitam ęternam ante merita:nulla ratione omnino abſolutam: quia nec verbum eſt, quod eam indicet. Dixi probabiliter: quia nec ad eam ſumitur ex eis efficax argumentum:nam tutatores partis negantis facilè reſpondebunt, hanc prælectionem miſericordem electorum ad vitam eſſe ad gratias congruas,quatenus in eis continetur iuſtificatio, perſeuerantia, & confec utio gloriæ.

Cõc.Valẽt.

Explicatio teſtimonij ex Cõc. Valentino.

187 Secundò formari poteſt hæc ratio: omnis voluntas efficax mediorum efficacium, ordinatè procedere debet ex intentione efficaci finis: ſed prædeſtinatio eſt voluntas efficax mediorũ efficacium: ergo cũ in Deo non poſsint non ordinatè procedere,procedit ex intentione efficaci gloriæ.

188 Reſpondeo diſtinguendo maiorem propoſitionem,quando voluntas eſt efficax mediorum, in quantum efficacium, concedo, procedere debere ex intentione efficaci gloriæ ordinatè. Quando ſolum eſt efficax reſpectu mediorum, ſecundùm entitatem phyſicam,inefficax verò reſpectu efficaciæ ipſorum;nego procedere debere ex intentione efficaci. Dixi ordinatè in primo membro diſtinctionis; quia etiam intentio inefficax finis mouere poteſt,atque inclinare voluntatem,licèt non determinare, ad efficacem electionem.Quidquid verò de hoc ſit noſtra ſpecialis electio,de qua cap. ſuperiori fuſe tractatum eſt,licèt directè velit efficaciã mediorum,vt ſic tamen inefficax eſt,& ſolũ habet vim conditionatæ voluntatis:optime ergo,& ordinatiſsimè procedere poteſt ex intentione inefficaci gloriæ, vt finis.

Hoc loco obſerua cõſonantiam inter hãc intencionem,& hanc electionem:nam intẽtio non ſolùm terminatur directè ad phyſicam gloriæ entitatem;ſed etiam ad circunſtantiam,ſeu dignitatem eius,in quantum induit rationem mercedis.& coronæ,& etiam ad eam connexionem infallibilem, quam habet gloria,tum ſecundùm phyſicam entitatem,tum ſecundùm rationem pręmij cũ gratijs congruis,& meritis ex prẽſcientia cõditionali.Ergo cõſtituimus aptiſsimam intentionem,quæ imperet electionem mediorũ efficacium,terminatam efficaciter quidẽ ad entitatem phyſicam mediorum, inefficaiter verò,& affectiuè ad ipſãm efficaciã,& ad merita,quæ ſunt media neceſſa ria. 189

Mirè conſonant intentio gloriæ, & noſtra electio.

Tertia obiectio ſubtilior ſic formari poteſt:hæc volũtas ſpecialis ſecũdũ nos terminatur ad gloriã,vt cõnexam cũ vocationib' cõgruis inefficaciter:efficaciter ad ipſas vocationes cõgruas ſecundũ phyſicam entitatem:inefficaciter ſecũdùm cõgruitatẽ.Porrò,hæc etiã volũtas per ſe dirigitur,à ſcientia cõditionata cognoſcẽte pium opus futurum,ſi vocatione illa cõgrua pulſetur volũtas: ergo cum natura eius volũtatis coniũgi nõ poteſt negatio operis pij.Probo hãc cõſequentiam.repugnat Deum ſcire voluntatem certò reſponſuram,ſi ſic vocetur, & velle efficaciter ſic vocare intendens directè ex ſpeciali affectu ipſãm piam operationem,&eam nõ effici:ergo hæc ſpecialis noſtra voluntas tãm pugnat cum libertate, atque indifferentia principij, quàm abſoluta pręlectio,ſiue phyſica prędeterminatio. Probo hanc conſequentiam: etenim tunc lęditur arbitrij libertas, cum affigitur principio indifferenti prius natura,& cauſalitate, quam operetur aliquod conprincipium,ſiue intrinſecum, ſiue extrinſecum, quod ita eius indifferentiam determinet, vt cum tali cõprincipio prius natura collato noſtro arbitrio repugnat coniungi extrema contraria, & contradictoria in ordine ad quę noſtrum principium eſt indifferens; ſed ſcientia conditionalium, & noſtra ſpecialis voluntas, prius natura, & cauſalitate, ita adhęrent noſtro principio indifferenti,vt cõprincipia eius operationis,vt cũ eis repugnet cõiũgi extrema cõtraria,aut contradictoria in ordine ad quę noſtrũ principium 190

Argmentũ probãs noſtrã ſpecialẽ electionem pugnare cũ libertate.

Digitized by Google

pium erat indifferens: ergo hæc ſpecialis voluntas compoſita cum ſcientia cōditionata, à qua eſt per ſe, & accedēs noſtro principio indifferēti, prędeterminat ad vnā partē eius indifferentiam, euertitq; libertatem. Minor ſyllogiſmi huius tātū probāda eſt, quæ duas habet partes; prima ſciētiā cōditionaliū ſpecialem noſtram volūtatem antecedere natura, & cauſalitate ſanctam operationem. Secunda, repugnare cum ipſis, ſic copulatis cū principio indifferenti cōiungi extrema indifferentiæ. Primam partem ſic probo: etenim, licè ſcientia cōditionalis de futura operatione bona, ſi ſic vocetur volūtas, abſolutè neceſſaria nō ſit, vt fiat bona operatio, ſeu ex parte exiſtētiæ eius: at per ſe neceſſaria eſt ex parte Dei operātis, ex perfectiſsima prouidētia; & vt repugnat Deū non operari ex perfectiſsima prouidētia: ita repugnat hanc ſciētiam non præcedere dirigēdo voluntatem, per quam Deus producit vocationes congruas. Vide quæ diximus diſputa. 22. ca. 3: ergo ſcientia cōditionalis habet in operationem, ſaltem mediatā cauſalitatem, in quantū per ſe dirigit voluntatē producentē auxilia efficacia. Hanc etiam natura præcedere operationem piam, conſtat manifeſtè; quia eſt cauſa ipſius congruæ vocationis, quæ vt concauſa partialis cum volūtate phyſicè influunt in ſanctam operationem: ergo tum præſcientia conditionalium, tum voluntas noſtra ſpecialis, natura præcedunt meritum prædeſtinati, quæ eſt prima pars minoris, quam probandam ſuſcepi. Secundam partem clarè probaui, proponens argumentum, in probatione primæ conſequentiæ, & ea ex ſe videtur manifeſta: nam tam repugnat coniungi cum principio indifferenti vocato congruè, exēpli gratia, ad amorem Dei extrema contraria, aut cōtradictoria, nimirum odium Dei, aut priuatio amoris, quam repugnat Deum falli in ſua prę ſcientia, affirmāte, fore amorē Dei, ſi ſic vocetur, poſt iam poſitam vocationem, & præuiſam exiſtentem, in quibus præmiſsis virtualiter affirmatur abſolutè, futuram operationem bonam. At ſi poſita vocatione congrua, non efficeretur operatio, vel contraria efficeretur, falleretur Deus, atque falſum affirmaret, dum mens ſua pronuciat futuram operationem, ſi infundatur talis vocatio, & iam eſt infuſa, atque præuiſa: ac per conſequens in eis præmiſsis virtualiter affirmatum futurum eſſe abſolutè amorē Dei: ergo ea repugnantia eſt in eo quod coniungantur cū principio indifferēti, extrema cōtraria, aut contradictoria, in ordine ad quæ, eſt indifferens, quæ eſt in eo quod Deus ferat falſum iudiciū: nā tuliſſet ſanè, ſi de facto haberet odium Dei, aut omitteret amorē: atqui Deum ferre falſum iudicium, metaphyſicè repugnat: ergo etiā metaphyſicè repugnat, cōiungi cum eo principio cōpoſito cū præſcientia conditionali, & noſtra ſpeciali voluntate, quæ ſunt priora natura, & cauſalitate extrema indifferētiæ: atq; adeò, hæc nōſtra ſpecialis volūtas nō minus pugnat cum principio indifferēti prędeſtinati, quā præelectio illa abſoluta ante merita.

191 Antequam argumentū ſoluam, obſeruādū eſt: illud non pugnare cū noſtra ſpeciali electione, ſecūdùm illud ſpeciale, quod nos adiecimus. Nam totū inſtrui poteſt cōtra volūtatem cōferendi auxiliū efficax ſpecificatiuè ex pręſciētia cōditionata; volūtas enim illa etiā per ſe regulatur à ſciētia conditionata: nam ad perfectum prouiſorē ſpectat ſcire mediū à ſe adhibitum, quodnam ſit effectū ſortiturū, ſiue intēdat directè euentū ipſum, ſeu finē, ſiue tātùm indirectè, vt manifeſtum eſt ex ijs quę diximus diſp. 22. ca. 3. At enim, tam repugnāt nō euenire piam operationē, ex principio compoſito cum pręſciētia cōditionata euētus, & cum hac voluntate auxilij efficacis ſpecificatiuè, quàm cum noſtra ſpeciali electione, vt facilè cōſtabit applicāti conſequentias, & probationes argumenti. Etenim, ſi attentè inſpiciatur totum robur fundatur in infallibili pręſcientia conditionali: ergo cùm hęc ęque firma, ac certa maneat, cum accedit voluntas efficax auxilij efficacis ſpecificatiuè, ac cum accedit noſtra ſpecialis electio, non amplius vrget contra hanc, quam contra illam, maximè cum noſtra ſpecialis electio, vt intendit directè connexionem infallibilem, ſeu efficaciam auxilij inefficax ſit; nulla autem voluntas antecedens inefficax, quia conditionalis eſt, habet vt ſic virtutem determinandi ad operationem, quia cum illa ſtat negatio operationis, immò ſi rem attentè expendas, ſpecialis noſtra electio, ſecundùm ſpecialitatem à nobis adiectam, non eſt prior natura, & cauſalitate ipſa pia operatione; ſed magis ſe habet concomitanter: nam vt rationę diſtinguitur à voluntate efficaci, medij congrui ſpecificatiuè connotat ipſam actualem bonam operationem, non aliquid antecedens natura, & cauſalitate; ergo, vt ſic non eſt prior natura, ſed habet ſe concomitanter: ergo argumentum formatum directè pugnat cum omni ſententia, quę adſtruit neceſſariò voluntatem efficacem, medij congrui, per ſe directam à ſcientia conditionali.

Manifeſtè inſtatur in omni ſententia.

Cum natura ſpecialis electionis noſtræ cõiũgi poteſt negatio rei ſpecialiter electa.

192 Pro ipſis, & pro nobis non iudico argumẽtũ difficile dilutu, niſi quatenus doctrina, qua ſoluendũ eſt, ſubtilior eſt, nec perceptu facilis. Conabor illã claritate, qua potuero enucleare. Diſtinguo conſequens illud primum: *ergo cum natura eius voluntatis cõiũgi nõ poteſt negatio operis pij.* Secundùm virtutẽ, quam habet cauſandi opus piũ, cõiungi nõ poteſt negatio eius, cum ea voluntate, nego. Coniungi non poteſt negatio operis pij, ſuppoſita futuritione cõditionata eiuſdẽ, atq; præſcientia cõditionali, concedo conſequentiã. Ad probationẽ, diſtinguo illud antecedens. *Repugnat ſcire voluntatẽ certò reſponſurã ſi ſic vocetur, & velle efficaciter ſic vocare, intendens directè ipſam piam operationem, & eam non effici,* ex aliquo præcedenti natura, & cauſalitate, precisè per virtutem, quam habet determinãdi principium, nego. Ex præſuppoſita futuritione conditionata ipſius piæ operationis, & præſcientia ſecundùm quamdam logicam anteceſsionem, quæ ſolùm fundat neceſsitatem conſequentiæ, & non conſequentis, concedo. Nego verò illam vltimam conſequentiam: *Ergo hæc ſpecialis noſtra voluntas, tam pugnat cũ libertate principij, quàm abſoluta prælectio, aut phyſica prædeterminatio.* Ad probationem eius conſequentiæ, concedo maiorem ſyllogiſmi, ibi efformati. Minorem verò ſic diſtinguo, ſcientia conditionalium, & noſtra ſpecialis voluntas, prius natura, ita adhærẽt noſtro principio indifferenti, vt comprincipio eius operationis, vt ei repugnet cum eis coniungi extrema cõtraria, aut contradictoria indifferentiæ, ex virtute, & efficaciã determinandi principium, & ſic cauſandi operationem, nego. Ex præſuppoſita futuritionẽ conditionata ipſius piæ operationis, & ex præſcientia eius, ſecundùm quandã anteceſſionem logicam, & neceſsitatẽ conſequẽtię, concedo. Deinde nego abſolutè conſequẽtiam ſyllogiſmi. Ad probationem minoris, ſecundùm vtramq; partẽ, quæ ibi probatur, ſic reſpondendum eſt, & primò ſecũdùm primã, quæ dicebat ſcientiã cõditionaliũ, & ſpecialem noſtram electionem antecedere natura, & cauſalitate ſanctã operationem. Nego ſcientiam hanc, atq; voluntatem habere aliquam anteceſsionem natura, & cauſalitate cõparatione piæ operationis; nec id probat argumentum. Id etiam nego de ſpeciali noſtra electione; ratio eſt, quia tum in ſciẽtia conditionali, tum in electione, duo conſideranda ſunt. Primũ, vt ſunt cauſæ vocationis congruè, & per eam conſenſus. Secundum, vt habent connexionem infallibilem cum effectu. Secundùm primam rationem, non operatur vt ſcientia conditionata, ſed vt eſt tantum ſimplicis intelligentiæ, nec ad perfectum prouiſorem ſpectat exhibere cõcurſum ad actum liberum ex ſcientia natura antecedente, cum qua non poſsit coniungi negatio operationis, immo id deſtrueret prouidentiam actus liberi: ſecundum alteram operatur, vt ſcientia conditionata, vt ſic verò tantum antecedit logicè, & neceſsitate conſequentiæ, non natura. Hoc clariùs eſt in volitione ſpeciali, quæ vt eſt efficax tantùm comparatur ad vocationem, & vt ſic præcedit natura, vt verò eſt inefficax, comparatur ad ipſum actum, & non præcedit natura, & ſe habet concomitanter, maximè in noſtris principijs, diſput. 16. cap. 10. in quibus diximus, actum liberum Dei compleri per ipſum effectum. Vnde diſtinguenda eſt vis cauſandi huius ſcientię, & huius voluntatis ab infallibili connexione piæ operationis cũ principio: hanc infallibilem connexionem non habet pia operatio à ſcientia, & voluntate, ratione virtutis cauſandi, & vt ſunt principia prius natura, antecedentia ipſam; ſed ex futuritione conditionata pręſuppoſita ipſius conſenſus pro bono vſu libertatis prævíſo, quæ futuritio conditionata non præcedit natura ipſum conſenſum abſolutum: nam eſt ipſe conſenſus in ſtatu cõditionato; ſicut homo poſsibilis, non antecedit natura, hominem exiſtentem, quia eſt ipſe homo exiſtens in ſtatu poſsibili, ſed ſolùm ratione, quatenus hi ſũt ſtatus eiuſdẽ rei, quia ſtatus poſsibilis à paucioribus pẽdet, quàm conditionatus, & conditionatus quàm abſolutus; vt fuſè explicui in tractatu de Scientia Dei, diſput. 7. cap. 1. & diſputatione 9. cap. 2. Dicimus ſtatum poſsibilẽ, eſſe ratione priorem ſtãtu conditionato, & hunc ſtatu abſoluto. Quo fit, ipſarum virtutem cauſandi, vt ſic ſolùm habere contingentem connexionẽ cũ pia operatione, atq; adeò indifferentẽ ad extrema cõtraria, & contradictoria. Ex quo etiam conſtat ad ſecundam partem minoris, ſcilicet repugnare cum his copulatis cum principio indifferenti coniungi, aut contrariam operationem, aut negationem operis boni, quia non repugnat cum his, attenta eorum virtute cauſandi, & determinandi præcisè, & vt ſunt prius natura pia operatione, ſed ex pręſuppoſitione futuritionis conditionatę, & logicè tantùm antecedenti, vt dixi. Hoc conſtat ex ipſa probatione ſecundę partis minoris, quę ſumitur ex repuguantia ferendi ſalſi iudicij à Deo. Hęc autem repugnantia, in noſtro caſu, ſumitur radicaliter, ex futuritione conditionata pręſuppoſita; nam ſi non foret pia opera-

Scientia cõditionalis, & ſpecialis electio nõ habẽt cõnexionẽ cũ re electa ex virtute cauſandi natura antecedẽte. ſed anteceſsione tũ Logica. Augu.

operatio, vt potuit ex arbitrio libertatis in ſtatu conditionato; ibi etiam adiuto gratia, Deus non iudicaret fore, ſed non fore piam operationem. Vnde hæc ipſa voluntas conferens auxilium hoc idem ſecundum phyſicam entitatem, foret voluntas auxilij incongrui, & haberet connexionem infallibilem, cum negatione piæ operationis. Ex quibus manifeſtum eſt; tum voluntatem illam ſecundum vim, quam habet cauſandi eſſe indifferentem ad operationem, & negationẽ eius, tum infallibilem cõnexionem, ſeu repugnantiam ad coniungenda extrema contraria, & contradictoria indifferentiæ, cum principio indifferẽti compoſito, cum ſcientia conditionali, & ſpeciali voluntate peti à futuritione conditionata præſuppoſita propter logicam connexionem conſequentiæ, vt iam amplius declaro, non à virtute cauſandi, atque determinandi propter phyſicam connexionem conſequẽtis, cum ſuo principio. Demum abſolute nego illam conſequentiam: *ergo ea repugnantia eſt in eo, quod coniungantur cum principio indifferenti extrema contraria, & contradictoria, quæ eſt in eo, quod Deus ferat falſum iudicium*: nam licet metaphyſice repugnet exiſtere in mente diuina falſum iudicium; non tamen metaphyſice repugnat coniungi cum principio indifferenti extrema contraria, & con-

193 tradictoria; ſed tantum logice, & ex ſuppoſitione boni vſus conditionati præuiſo.

Hic aduerte diſcrimen inter veritates neceſſarias, & veritates contingentes, tum abſolute, tum conditionate, quod iudicia diuina circa veritates neceſſarias vera ſunt abſolute, nulla facta ſuppoſitione contingenti: at iudicia circa veritates contingentes, licet ex ſuppoſitione, quod exiſtant in mente diuina neceſſario vera ſint: at, vt non exiſtit neceſſario determinatum iudicium affirmans rem eſſe futuram, aut negans eſſe futuram: ita determinatum iudicium abſolute non eſt neceſſario verum, ſed eſt neceſſario verum ex ſuppoſitione futuritionis obiecti, aut negationem futuritionis.

194

Ex duplici ſcientia produci poteſt vocatio congrua.

His ſufficienter accurrimus formæ argumenti, & licet doctrinam noſtram inter reſpondendum formalibus propoſitionibus obiectis ſatis indicauerimus: nihilominus pro maiori declaratione, hęc duco ſubijciẽda. Primo, vocationem congruam ex duplici ſcientia produci poſſe à Deo, primo ex ſcientia ſimplicis intelligentiæ de poſſibilitate operationis piæ. Secundo, ex ſcientia cõditionata de futuritione cõditionata, qui hanc negant, negare coguntur logicam infallibilitatem antecedẽtem, quam nos inſinuauimus, & modo declaramus magis. De⁹ enim producens vocationem congruam ex ſcientia ſimplicis intelligentiæ de poſſibilitate effectus, & videns iam eſſe productã in voluntate, nec determinate poteſt affirmare fore conſenſum, aut non fore, niſi ſe exponat periculo falſi iudicij: ſed contingẽter, & indeterminate fore, aut non fore. Nos vero, qui hanc ſcientiam conditionalium conſtantiſsime tutati ſumus, in tractatu de ſcientia Dei diſp. 7. affirmamus vocationẽ congruam habere logicam connexionem antecedentem, omnino infallibilem cum pia operatione futura, quam declaramus, & cõſtituimus in duplici iudicio intellectus diuini: altero conditionato, quo affirmat futuram eſſe piam operationem, ex hypotheſi certæ vocationis infuſæ: altero abſoluto, quo videt vocationem infuſam iam eſſe, in his duobus continetur aliud tertium ex ipſis illatum ratione noſtra, quo Deus affirmat conſenſum exiturum pro poſteriori rationis, quia diſcurſus ille virtualis legitime fluit ex duplici illa præmiſſa. Qua ratione conſulto ſemper appellaui hanc anteceſſionem logicam, quatenus ſufficiens eſt ad inferendum tertium iudicium de futuritione abſoluta piæ operationis: negauiq; ſemper hanc eſſe anteceſsionem realem naturæ principij reſpectu piæ operationis: nam, vt ſic non ſolum non habet neceſſariam, verum nec infallibilem connexionem cum pia operatione. 195

Anteceſsio logica fundat quandã naturæ prioritatem.

Rurſus, ſi rem penitius meditemur hæc anteceſsio logica, ſeu neceſsitas conſequẽtiæ eſt etiam quædam prioritas rationis in ordine naturæ, ſi fiat comparatio inter illa duo iudicia, & inter tertiũ, quatenus ea duo determinant intellectum diuinum adferendum tertium; verum eſt ipſum conſenſum prius ratione futurum præſupponi, quam intelligamus in Deo eſſe tertium iudicium: nam quemadmodum iudicium conditionatum comparatione obiecti futuri ſub conditione, præſupponit ratione noſtra ſuum obiectum conditionate futurum: ita tertiũ illud iudicium, quod affirmat futuram eſſe abſolute piam operationem, præſupponit eius futuritionem abſolutam. Itaque, ſi cõparatur ad duo priora iudicia, quæ ſunt veluti præmiſſæ, poſterius eſt illis in ordine, quoddam naturæ ſaltem ratione noſtra: & ſi comparatur ad obiectum ſuum pariter eſt poſterius illo; quia omnis cognitio de obiecto diſtincto ab ipſa, præſupponit illud ratione. 196

Diſcrimen inter anteceſsionem logicam, & naturæ.

At maximopere obſeruandum eſt diſcrimen inter hoc tertium iudicium, compara-

tum cum duobus prioribus, ex quibus infertur, & inter conſenſum pium comparatum cum ſuo principio congrue vocato, etiam ex præſcientia cõditionali, quod tertium iudicium habet neceſsitatem antecedentem conſequentis à duplici priori iudicio, in quibus determinate præcontinetur, vt in cauſa quaſi logica neceſſaria. Dico quaſi logica, quia ſemper per rationem noſtrã à diuinis remouendæ ſunt omnes imperfe-ctiones cauſæ: at conſenſus comparatione principij congrue vocati ex præſcientia cõditionali, non habet ab ipſo, vt à cauſa determinatam futuritionem antecedentem, vt iam dixi inter ſoluendum argumentum: nam hoc obſtaret libertati; inciperet enim ipſe conſenſus eſſe abſolute futurus ab aliquo natura antecedenti determinante principiũ indifferens ad vnam partem.

197 Quo fit hanc bonam cauſalem non eſſe; *ideo erit conſenſus omnino infallibiliter, quia à Deo præſcitur ſub conditione futurus, ſi detur voluntati vocatio congrua, & modo eſt iam infuſa vocatio congrua*, ſi illa cauſalis *ideo*, cauſam phyſicam conſenſus denotet: nam à cauſa phyſica non habet infallibilem connexionẽ, ſed contingentem, vt dixi: at hæc eſt bona cauſalis, *ideo conſenſus habet futuritionem antecedentem infallibilem logice, quia præcognitus fuerat conditionate futurus, & modo videtur vocatio congrua exiſtens in voluntate.* Nam hæc infallibilis futuritio non dicit intrinſecam determinationem conſenſus pij, cum cauſa antecedenti natura, ſed extrinſecam denominationem deſumptam à ſcientia, quæ falli non poteſt, vt eſt diuina; & ideo infallibilis optime nuncupatur. Itaque illa infallibilis anteceſsio logica eſt determinatio ſcientiæ in duobus iudicijs præfatis, quæ extrinſeca eſt comparatione obiecti, nõ determinatio intrinſeca conſenſus. Vnde nõ obſtat libertati, vt obijciens intendebat. Hæc abunde diluunt tertiam obiectionem, & rem accurate declarant.

198 *Aliud argumentum* Quarta obiectio, voluntas noſtra ſpecialis, vt directe intendit connexionẽ vocationis congrue, cum pia operatione eſt inefficax, vt docui capite ſuperiori. Ergo etiã eſt conditionata: nam in noſtris principijs coincidunt voluntas inefficax, & conditionata, vt dixi vbi ſupra; atqui voluntas illa, vt terminata ad connexionem, conditionata eſſe non poteſt: ergo neque inefficax. Probo minorem, quia Deus per illam voluntatem vult ipſam cooperationem, ſeu connexionem nulla ſub intellecta conditione, quæ ſit, aut in poteſtate noſtra, aut in poteſtate Dei: ergo non eſt cõditionata. Deinde, quia voluntas conditionata eſt illa, quæ vult rem eſſe, ſub conditione non volita: nam ſi ipſa conditio eſt volita abſolute, res eſt volita: atqui in noſtro caſu ipſa conditio eſt volita, nimirum cooperatio voluntatis. Neque enim vult cooperationem ſub alia conditione: ergo nequit eſſe voluntas illa conditionata.

Ad hanc obiectionem concedunt aliqui abſolutam eſſe formaliter voluntatem, quæ vult ipſam cooperationem. Mouentur argumento facto: addunt vero virtualiter, ſeu æquiualenter eſſe conditionatam: nam Deũ velle conſenſum, & auxilium non determinans præciſe: eſt ita ſe habere, ac ſi vellet talem conſenſum ſub conditione aliqua pẽdente à poteſtate vocati, ac propterea ſicut voluntas conditionata formaliter eſt illa, quæ vult rem dependenter à conditione priori: ita hæc eſt virtualiter conditionata, quatenus Deus ita ſe gerit in volendo conſenſum ex vi auxilij non determinati, ac ſi illum vellet dependenter à conditione conſtituta in poteſtate auxiliati. 199 *Quorumdam reſpõſum.*

Verum hæc reſponſio nobis placere nõ poteſt; tum, quia non eſt conſentanea noſtris principijs; tum, quia hæc voluntas virtualiter, ſeu æquiualenter conditionata, nõ ſatis percipitur: nam licet conſtituamus in diuinis diſtinctionem virtualem intrinſecã æquiualentem diſtinctioni actuali reali pro reddenda aliqua ratione in arcano Trinitatis myſterio diſtinctionis perſonarum, cum vnitate eſſentiæ, vt aliquo modo accurrere poſsimus difficultatibus cõtra illud myſterium, vt declaro ex profeſſo in tractatu de Trinitate: at non licet eam ſtatim applicare alijs diuinis rebus: maxime, ſi habeant clariorem explicationem: nam id eſſet omnia diuina obſcurare ex myſterio Triados nobis in hac vita velato. Et huic rei applicari non poſſe illam virtualem voluntatem cõditionatam, ſeu æquiualẽtem conditionate demonſtro hac ratione: nam re vera exiſtit in Deo voluntas, qua ex animo deſiderat reprobo gloriam, quantum eſt ex ſua parte: Ac proinde etiam ipſi deſiderat eodem affectu, vt ipſe reſpõdeat vltime ſaltem vocationi, nam hoc eſt medium neceſſarium pro fine à Deo ipſi præintento, tum ſic: vel voluntas illa, vt deſiderat cooperationem reprobi in vltima reſponſione ſubadmittit ex parte obiecti aliquam conditionem, vel nullam. Si primum, ea voluntas formaliter eſt conditionata ex his cõditionalibus, quæ admittunt conditionem ex parte obiecti, quod eſt noſtrum intẽtum. Si ſecũdum: ergo, tum ex parte Dei abſoluta eſt, tum ex 200 *Refellitur.* *Voluntas terminata ad cooperationem ipſam eſt cõditionata.*

parte

parte obiecti excludit omnem cõditionem, ſub qua ſolum vult cooperationem illam exiſtere:atque adeo nihil eſt, quod retardet aut impediat executionem, eritque efficax ex natura ſua, & vndequaque abſoluta:nam vt dicebamus cap. 13. parum à principio: ideo voluntas inefficax, & conditionata nõ exequuntur obiecta in Deo, qui nec mutari nec impediri poteſt, quia expectant aliquã conditionem, & circũſtantiam, ſine qua nolunt re vera exiſtere tale obiectũ volitum:at omni remota & purificata cõditione,& circunſtantia impediente remota ex parte obiecti voluntas, quæ erat conditionata, & inefficax tranſit inabſolutam, & efficacem, quam virtualiter continebat, & ne in illam protrumperet ſolum detinebatur à conditione, quam expectat: At in noſtra re nulla expectatur conditio ex parte obiecti, quia, vt dicunt, qui ſic reſpondent ipſa conditio volita eſt: ergo nihil eſt cur De⁹ retardetur ab executione illius cooperationis in vltima reſponſione.

201 Reſpondeo ergo, concedendo voluntatẽ illam, & eſſe inefficacem,& eſſe conditionatam. Ad probationem minoris diſtinguo propoſitionem illam *Deus per illam voluntatem nullam expectat conditionem, quæ ſit in poteſtate noſtra antecedentem ad cooperationem* concedo: *comitantem operationem*, nego. Itaque non eſt conditionata ex ijs, quæ expectant conditionem antecedentem: eſt tamen conditionata ex ijs, quæ aliqua ratione expectant conditionem concomitantem.

202 Dices, implicari in terminis expectarẽ conditionem ex vna parte, & ex alia ipſam eſſe concomitantem. Reſpondeo,ſecũdum diuerſas rationes illa duo inter ſe cohærere: nam quatenus voluntas illa ex vi ſua nõ determinat principium ad cooperationem, quam vult eſſe: immo vult negationem determinationis principij dicitur expectare vt ipſa voluntas ſeſe determinet cooperando gratiæ. Nam, vt docui tractatu de ſcientia Dei diſp. 6. cap. 3. & fuſius in tractatu de auxilijs, determinatio ipſa cooperationis, tanquam cauſæ directæ tribuitur ratione noſtra ipſi principio libero, vt liberum eſt, nõ tamẽ ſine gratia, ſicut ſupernaturalitas, quæ eſt in actu conuerſionis, tanquam cauſæ directæ tribuitur gratiæ, non tamen ſine cooperatione liberi arbitrij. Dicitur autem conditio concomitans propter hanc eandem rationem, ſcilicet, quia non præſcindit à cooperatione liberi arbitrij. Itaque ex parte obiecti reperitur conditio concomitans poſita in poteſtate noſtræ voluntatis. Eſt etiam illa voluntas inefficax propter negationem virtutis determinandi, quæ ipſi ineſt.

Ad ſecundam probationem, nego voluntatem conditionatam eſſe illam tantum, quę vult rem ſub conditione non volita: nam præter hanc eſt etiam alia voluntas conditionata, quæ, & ſi velit cõditionem, non vult tamen illam efficaciter antecedenter: ſed aliqua ratione expectat illam, quatenus principio libero per ſe, & directe competit initium determinationis, vt iam explicui. Quẽadmodum non eſt de ratione ſcientiæ conditionalis, quod conditio, ſub qua affirmatur rem eſſe futurã, nõ ſit cognita per ipſam; imo neceſſario cognoſci debet ab affirmante, per ſimplicem apprehenſionem, aut formalem, aut virtualem; ſed tantum, quod non ſit affirmata per iudicium conditionatum. Ita ſolum eſt de ratione conditionatę voluntatis, quod conditio non ſit abſolute volita, non vero, quod non ſit volita inefficaciter, aut conditionate, ſaltem ſecundum cõditionem concomitantem conſtitutam in noſtra poteſtate, vt iam explicui. 203

Demum aduerto, quoſdam, cum in diſputationibus hanc noſtam ſpecialem electionem tutarer, nobis obijciſſe, nihil aliud intendiſſe primæ ſententiæ auctores, adſtruẽtes præelectionem illam abſolutam ante merita, aut prædefinitiones actuum bonorum ac proinde nihil ſpeciale in ea à nobis dici. 204

Ad hoc ſolum reſpõdeo, ſi hæc vera ſunt libenter à nobis admitti in præſidium noſtræ ſententiæ patronos partis affirmantis: at negamus vera eſſe poſſe, quãtumvis illam præelectionem, aut prædefinitionem appellent attemperatam ſcientiæ conditionali; nam, vel voluntas illa admittit, & expectat conditionem cooperationis noſtræ ex parte obiecti, vel non? Si hoc ſecundum contra ipſum locum habent omnia, quæ diximus ex cap. 9. vſque ad 12. Si primum, ergo non eſt abſoluta. Atque adeo cogendi ſunt deſerere appellationem abſolutæ,& efficacis præelectionis, & prædefinitionis, in quã ſunt, vt opinor male aſſuefacti inuertentes nomina propria, eorumque ſignificationes, & applicãtes nomẽ abſolutæ voluntatis, ei quæ ex natura ſua conditionata eſt. 205

DISPVTA-

Digitized by Google

DISPVTATIO VIGESIMA QVARTA.

AN CONFIRMATI IN GRATIA, SEV eximie prædeſtinati ſint efficaciter electi ad gloriam ante præuiſa merita.

Diſtincta tribus Capitibus.

In 1. Opinio Ambroſij Catherini.

In 2. Quid ſit eximie prædeſtinatum in gratia confirmari.

In 3. Propria reſolutio.

Circa eoſdem articulos S. Thomæ.

Caput I. Opinio Ambroſij Catherini.

1 Ochamus. Gabriel. Cather. *Tres hominum claſſes ex Cather.*

TAMETSI ante Catherinũ Ochamus in 1. diſt. 1. q. 1. § *his dictis dico ad quæſtionem*, & Gabriel ibidem q. 1. art. 2. & in 3. diſt. 3. quæſt. 2. littera F. eius opinionem tutati fuerint: at celebrior extitit Catherini opinio in hac parte, quia efficacius nixus eſt eam defendere: hic ergo lib. 3. de prædeſtinatione cap. 1. & 2. & lib. 1. cap. vltimo tres hominum claſſes conſtituit; primam appellat prædeſtinatorum; ſecundã ſaluandorum; tertiam reproborum. In prima, affirmat contineri quoſdam exceptos à communi lege, & regula, ſingulariter à Deo dilectos, & ante præſcientiam meritorum ad gloriã deſtinatos; vt Deipara Virgo, & Apoſtoli, & alij eximia ſanctitate donati; de quibus ait, tantis ad ſalutẽ pręſidijs inſtructos fuiſſe, vt ab ea excidere non valuerint. Fatetur Xiſtus Senenſis lib. 6. Bybliothecæ ſanctæ annotatione 248. ſe olim opinionem hanc ab anno ætatis ſuæ vigeſimo, vſque ad triceſimum pro concione in multis ac præcipuis Italiæ vrbibus tradidiſſe; poſtea vero ab ipſa declinaſſe, quod nõ probaretur pluribus probatis, & eximie Theologis viris.

Xiſtus Senenſis. *Limitatio Leſſius.*

Fauet etiam huic opinioni in hac parte Ioãnes de Roa lib. 3. de prædeſtinatione q. 3. num. 43. & P. Leſius quoad diuam Virginem: nam in lib. de auxilijs diſp. de prædeſtinatione ſect. 5. num. 56. ſolutione ad 4. cum docuiſſet nullum eligi ad gloriam ante præuiſa merita, credit tamen ab illa communi lege excludendam eſſe Beatiſsimã Virginem matrem Dei, quia, vt eius priuilegia omnem modum exuperant, ſic ad nullum alium ſunt extendenda. Quapropter ſolum Beatam Virginem opinatur ante meritorũ præſcientiam eximia quadam amoris prærogatiua præ alijs ad gloriam dilectam, electam, atque deſtinatam.

Ioannes de Roa. P. Leſsius.

De hac Ambroſij opinione mentionem feci diſp. 21. ca. 1. vbi abuſum huius nominis *prædeſtinatio*, contra phraſim Auguſtini, Proſperi, & cõmunem Scholaſticorũ animaduerti; nam ex eius ſententia fit, quoſdam non prædeſtinatos conſequi gloriam: vbi ſupra enim affirmat conſtanter, ſe nunquam induci poſſe ad aſſerendum, quod ſoli prædeſtinati ſaluentur; ſed etiam alij non prædeſtinati: nec oppoſitum ſibi perſuadendum donec aliud non docet Eccleſia. Itaque Catherinus nomine prædeſtinationis ſolum intelligit hanc eximiam electionem, & dilectionem ad gloriam ante præuiſa merita. At Ochamus, & Gabriel ſupra citati quotquot homines, qui ſaluantur, vocant prædeſtinatos, in quo ſolo nomine diſcedunt à Catherino: at retinent probatam eius ſignificationem.

Gabriel, & Okam. re conſentiũt Catherino.

Duplici ratione Catherinus probat ſuam ſentẽtiam, quoad ordinem prædeſtinatorũ; prima, docuit eſſe gradus, & ordines in Eccleſia, quia in domo Dei manſiones multæ ſunt; ſicut etiã in terrenis regnis, in familijs: 2

Duplex fundamentum pro Catherino.

ac denique

ac denique in corpore humano, cui comparatur Eccleſia, ſunt varia membra in diuerſa dignitate, & munere conſtituta: ergo inter eos, qui tandem conſequuturi ſunt vitam æternam decuit eſſe duos ordines, & gradus alter illorũ, qui ſic dirigantur à Deo ad palmam, vt ab eo deficere non poſsint: alter illorum, qui communi prouidentiæ relicti in vtramque partem vitæ, vel interitus poſsint deflectere. Primam claſsem cõſtitui in primis illis hominibus: ſecundum in his, in quibus plures etiam de facto ſaluantur; quia incredibile eſt in tanta hominum multitudine, qui poſſunt pro ſuo libito, gratia perfuſo, æternam conſequi fœlicitatem, omnes in interitum habituros eſſe: ergo plures ex his ſalui erunt, quibus coaleſcit ſecunda claſsis. Tertia ex multitudine maiori, qui damnabũtur ex his communi prouidẽtia gubernatis.

3 Secunda ratio formatur ex quadam doctrina S. Thomæ à Theologis communiter recepta: nimirum ſecundum officij dignitatem, ad quam quiſque deſtinatus eſt, donari gratia, vt conſtat in Chriſto Domino, diua Deipara, atque Apoſtolis, & Prophetis, qui bus pro munerum dignitate, gratiæ, atque dona à Deo diſpenſata ſunt: ergo pariter pro munerum dignitate ratione ſpeciali sũt omnes illi prædilecti, & electi ad gloriam ante præuiſa merita.

4 Ex hac doctrina infert primo Catherinus numerũ ſaluãdorum non eſſe certum, niſi in præſcientia: non vero in prouidentia, atque prædeſtinatione.

5 Infert ſecundo, hos inſigniter electos tãtam habere certitudinem de futura gloria, vt quilibet poſsit dicere, cum Apoſtolo *certus ſum, vt neque mors*, &c.

Infert tertio his eximie electis accommodanda eſſe ſacræ Scripturæ teſtimonia, 6
quæ patres communiter accommodare ſolent omnibus, qui conſequuntur vitam æternam, vt eſt illud ad Rom 8. *diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonũ*, & illud, *quos* Ad Rom 8
præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri: &c. Denique illud ad Epheſ. 1. *ſicut elegit nos in* Ad Eph 1
ipſo ante mundi conſtitutionem.

Itaque opinio Catherini in his conſiſtit; 7
primo, ait, multitudinem ſaluandorum non eſſe electam ad gloriam ante præuiſa merita nec diſcerni prædeſtinatum à reprobo, niſi ex præſcientia: contra hanc partẽ diſputaui ſuperiori diſp. per totã. Secũdo ait, hoc nomen *prædeſtinatio*, tantum ſignificare eximiã quandam dilectionem Dei, qua quidam præ alijs electi ſunt ad gloriam ante merita præuiſa: nam lib. 1. de prædeſtinatione cap. 1. *mihi tamen, ait, illud magis placet dici prædeſtinationem reſpectu perſonarum, vt ideo, quis prædeſtinatus dicatur, quia præ alijs eſt ordinatus ad ſalutem, quod quibuſdam proculdubio conuenit, vt Domino noſtro Ieſu Chriſto, Beatæ Virgini*, &c. Itaque particula *præ*, non anteceſsionem temporis tantum, non anteceſsionem cauſalitatis tantum, ſed etiam dignitatem in electione denotat. Contra hãc partem egi diſp. 21. c. 1. Tertio ait, quoſdam eximie prædeſtinatos, ſiue in gratia confirmatos, præelectos eſſe efficaci voluntate ante præuiſa merita ad determinatum gradum gloriæ. Hoc tertium aſſertum, quod de re eſt, modo ſuſcipio examinandum; quia vero iudicium de ipſo ferri nõ poteſt niſi pri' nobis cõſtiterit quid ſit eximie prædeſtinare, ſeu in gratia confirmare, quod in idem recidit: id eſt nobis cap. ſequenti declarandum.

Caput. II. Quid ſit eximie prædeſtinatum in gratia confirmari.

8 *Quid confirmari in gratia.* PATER Vazquez 1. p. diſp. 90. cap. 2. & P. Molina q. 14. art. 13. diſp. 18. membro 4. ſolutione ad ſeptimum argumentum, & q. 23. art. 5. diſp. 1. membro 3. P. Suar tom. 2. in 3. p. diſp. 4. ſect. 3. & in opuſculis lib. 2. de ſcientia Dei c. 4. num. 6. & 1. p. lib. 3. de prædeſtinationis effectibus c. 10. num. 11. Cardinalis Bellarm. lib. 5. de iuſtificatione c. 11. P. Cornelius à Lapide in primã epiſt. ad Corinth. c. 9. & P. Salmeron tom. 13. lib. 1. in epiſtolas Pauli 2. p. diſp. 15. tuẽtur confirmationem in gratia conſiſtere in diuturna præparatione vocationum congruarum pro ſingulis occaſionibus mortaliter peccandi: ita, vt licet poteſtatem habeat confirmatus excidendi à gratia: at de facto nunquam excidet; quia munitur à Deo prouidentia ſpeciali, tum interna vocationum congruarum frequentium in maxima intenſione, tum externa, quæ conſiſtit in remotione occaſionum, & obiectorum, quæ Deus nouit, ſi occurrerent, fore, vt confirmatus mortaliter laberetur. At Doctores hi diuerſis nituntur fundamentis: nam P. Vazquez, atque P. Molina, qui negãt præelectionem abſolutam ante præuiſa merita, docent nullum, quantumuis eximie electũ, præelectum fuiſſe ad gratiam, vt dicebat Catherinus; quia cum ea electione, nec ſtat libertas amittendi, & conſequendi gloriã, nec ſtat

P. Vazq. P. Mol. P. Suar. Bellarm. P. Cornel. P, Salmerõ

Digitized by Google

nec ſtat donatio ex meritis, ſi prius Deus efficaciter ex liberalitate donare decreuit; vt ſatis à nobis oſtenſum eſt diſp. 23. à ca. 9. & ſequentibus. Et arbitrantur omnes puros viatores adultos habuiſſe libertatem amittendi, & cooperandi gloriam, & omnes cõſequutos eam fuiſſe ex meritis. Quo fit, confirmationem in gratia in eorum ſententia conſiſtere non poſſe in ea prælectione abſoluta: addunt vero hi Doctores præter eã præparationem gratiarum cõgruarum pro ſingulis occaſionibus, & extrinſecam prouidentiam remouentem occaſiones, & obiecta quæ inducerent hominem in peccatum confirmationem in gratia continere reuelationem, ſeu manifeſtationem ipſi prædeſtinato factam de decreto Dei, quo ſtatuit ipſos ſic munire. Vnde confirmati in gratia ſecuri iam ſunt de ſalute futura: & in hoc differunt à reliquis hominibus iuſtis, qui per longum tempus non ſunt lapſi in peccatum mortale propter ſimilẽ prouidentiam, & gratias cõgruas à Deo pariter præparatas. Ne ergo fateantur hos etiam accepiſſe donum confirmationis; dicunt hoc continere prædictam reuelationem.

9 At Suarez, & Bellarminus, & cæteri, qui admiſſerunt electionem illam abſolutam ante præuiſa merita, & cenſuerũt cum ea ſtare libertatem, & comparationem eius in executione per merita, ſolum ponunt confirmationem in gratia in prouidentia illa ſpeciali atq; præparatione diuturna gratiarũ cõgruarũ pro ſingulis occaſionib⁹ peccãdi mortaliter, à puncto cõfirmationis, vſq; ad deceſſum è vita: negant tamen de ratione confirmationis eſſe inpeccabilitatem, propterea quod de quocunq; prædeſtinato verũ eſt illud poſſe trãſgredi, & nõ eſſe tranſgreſſũ, & facere mala, & non feciſſe. Cur enim eximie prædeſtinato hæc excellentia neganda eſt.

10 S. Thom. Vtriſque his Doctoribus fauet S. Thom. quæſt. 24. de veritate, quæ eſt de libero arbitrio ar. 9. in corpore, vbi ait, dupliciter poſſe aliquem confirmari in bono. Primo, per principium intrinſecum ſuæ firmitatis; ita vt omnino peccare non poſſit. Hoc pacto beati ſunt cõfirmati in charitate ratione viſionis intrinſecæ. Secundo, per abundantẽ gratiam, atque diuinam prouidentiã, *qua ita*, inquit, *inclinantur in bonum, vt de facili peccare non poſſint, ſimpliciter tamen poſſint* Id declarat per Adami immortalitatem, quæ non erat ex aliquo ſibi intrinſeco, ſed ex prouidentia Dei. Idem videtur docere D. Thomas in 3. diſtinctione 3. quæſtione 1. articulo 2. §. *ad 3. quæſtionem dicendum*. At in §. *ad ſecundum dicendum*, loquens de Beata Virgine, & docens ipſam eſſe confirmatam in gratia, ſecundo modo maxime poſt conceptionem Verbi diuini, hæc habet verba, *ſic in beata Virgine, quando concepit Dei filium, ablata eſt potentia peccandi, quamuis in ſtatu viæ ipſa virgo remaneret*. In quibus videtur aduerſari ijs, quæ docuerat in priori teſtimonio, in quo ſimpliciter concedit poſſe peccare confirmatum in gratia, ſecundo modo; licet non de facili, niſi dicat, aut ſolum negaſſe Beatæ Virgini potentiam moralem peccandi, quæ coincidit cum maxima difficultatẽ, ſeu cum impoſsibilitate morali, aut etiam dicas doctrinam prioris teſtimonij generalem eſſe, & communem modum confirmandi declaraſſe; doctrinam vero ſecundi ſtatuere ſpecialem cõfirmationem in gratia Beatę Virginis, quæ vltra communem aufert potentiam peccandi ſaltem mortaliter..

Alij vero Doctores, tum antiqui, tum moderni dicunt confirmationem in gratia vltra eam præparationem adferre neceſsitatem ad non peccandum. Ita expreſſe Alexander Alenſis 3. par. quæſtione 9. membro 3. articulo 2. §. 1. affirmat de Beata Virgine per gratiam vltimæ ſanctificationis, quæ maxime ſuperabundabat omnibus alijs impoſitam fuiſſe neceſsitatem ad non peccandum. Hanc vltimam ſanctificationem appellat, quam habuit in conceptione Verbi diuini, cum ei ab Angelo dictum eſt Lucæ 1. *Aue gratia plena*: atqui cum plenitudine gratiæ non conſtat potentia ad peccandum. Antoninus vero 3. parte titulo 14. cap. 3. de Sacramento confirmationis, non ſolum idẽ affirmat de Beata Virgine, ſed etiam de Ioanne Baptiſta, atque Ieremia, tale ait, quoſdam robur gratiæ recipere, vt in vita non poſsint peccare mortaliter. Idem docet Gabriel in 3. diſtinctione 3. quæſtione 2. littera F. ſequutus Ochamum, vbi diſtinguit de peccato commiſsionis, & omiſsionis, & neutro modo peccare poſſe affirmat confirmatos in gratia, & ſi male defendat in peccabilitatem comparatione peccati omiſsionis, de quo infra redibit ſermo noſter numero 44. Paludanus in 3. diſtinctione 3. quæſtione 2. articulo 3. concluſione 2. vltra prædictos Doctores adiecit per ſecundam ſanctificationem: ita fuiſſe Beatæ Virgini fomitem extinctum, vt ex tunc, nec mortaliter, nec venialiter peccare potuerit. Bonauentura etiam in 3. diſtinctione 3. articulo 1. quæſtione 3. ſuffragatur huic ſententiæ, dicens confirmationem in gratia, non ſolum auferre peccatum, ſed etiam potentiam peccandi. Corduba vero lib. 1. quæſtio-

[Right margin: 11 *Antiquorum ſententia de confirmatione in gratia.* Alenſis — Luc. 1 — Antoninus — Gabriel Ocham. — Paludan. — Bonauent. — Corduba.]

Digitized by Google

quæſtionarij q. 46. in prima opinione affirmat de Bata Virgine habuiſſe impoſsibilitatẽ peccandi, non tamen loquitur in vniuerſum de cõ-

Sotus. firmatis in gratia. Item Sotus lib. 3. de natura, & gratia, cap. 7. Expreſſe ponit in confirmatis in gratia carentiam libertatis ad malum ex pri-

Ouandus. uilegio, & Onãdus in 3. diſt. 3. propoſitione 13.

P. Henriq. & propoſitione 15. & P. Henriquum Henriquez, tom. 1 lib. 3. cap. 11. Significat priuilegiũ confirmationis conſtituere confirmatũ impeccabilem ab intrinſeco, hanc impeccabilitatem tribuit Beatæ Virgini poſt conceptum Dei Verbum, quia tunc fomes fuit ei omnino ſublatus.

D. Thom. Allegat S. Thomam 3. p. q 27. ar. 4. ad primam, & ar. 4. ad 2. at aduertendum eſt, aliud eſſe fomitem eſſe ligatum, aut ſublatum, ne habeat motus in ordinatos præuenientes rationem. (Quod efficitur, non per quamdam qualitatem commentitiam, cuius effectus ſit ſubdere appetitum rationi, ſed per gratiam. & habitus virtutum, atque donorum infuſos in magna quantitate intenſiua, & per extrinſecã Dei prouidentiam, qua remouetur obiectum delectabile malum. Quod ſi præſentaretur appetitui ipſe prorrumperet in affectum præueniendo rationem.) Aliud eſſe conſtitui hominem impeccabilem ab intrinſeco, ſicut aliud etiam eſt eſſe impeccabilem, & eſſe fomitem extinctum, nam qui fomitem habet non ligatum, nec extinctum impeccabilis conſtitui poteſt, vt declaro ſupra n. 12. Exemplum manifeſtum eſt in Adamo, qui cum frænatum haberet appetitum, ne rationem præueniret beneficio iuſtitiæ originalis; non tamen erat impeccabilis ab intrinſeco: cuius ratio a priori eſt; quod hæc impeccabilitas præter illa dona, atq; prouidentiam, quibus ligatur, ſeu extinguitur fomes peccati, addit neceſsitatem ad actum bonum: ac proinde negationem concurſus generalis ad peccatum: ergo neq; eſt idem eſſe extinctum fomitem, & eſſe impeccabilem ab intrinſeco; nec ratio, propter quam iſte auctor tribuit Beatæ Virgini impeccabilitatem ſolida eſt, quem defectum etiam cerno in alijs Doctoribus antiquis ex allegatis ſupra, qui pro eodem immerito vſurpant eſſe fomitem extinctum; & eſſe impeccabilem ab intrinſeco. Nec teſtimonia, quæ adferuntur ab hoc ex S. Thoma probant eius intentum. Deniq; hanc eandem ſententiam expreſſe docet P. Va-

lentia. 1. p. q. 23. de prædeſtinatione diſp. 1. P. Valẽtia.

puncto 4 §. 2. qui, tum de Beata Virgine, tum de Apoſtolis affirmat mortaliter peccare non

poſſe, ex quo in gratia confirmati ſunt. Hæc ſen 12

tentia habet primum fundamentum in Tri Concilium Trident.

dentino ſeſſ. 6. can. 23. ibi: *Si quis hominẽ ſemel iuſtificatũ dixerit amplius peccare non poſſe, neq; gratiam amittere, atq; ideo eum, qui labitur, & peccat numquam vere fuiſſe iuſtificatum; aut cõtra poſſe in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Eccleſia, anathema ſit.* In quibus expendendum eſt duo definiri: primum hominem iuſtificatum amplius peccare poſſe. Secundum, in tota vita omnia peccata, etiam venialia vitare non poſſe: excipiens vero Beatam Virginem à lege communi propter priuilegium, vtrumque videtur ei concedi: & peccare amplius non poſſe, & omnia peccata, etiam venialia vitare: ergo ſignificat Concilium priuilegium cõfirmationis Beatæ Virginis continere impeccabilitatem.

Secundum fundamentum ſumitur ex Ricar-

do Victorino lib. 2. de Emmanuele cap. 31. vbi Ricardus Victorinus

habet hæc verba, loquens, de Beata Virgine, *In cæteris ſanctis magnificum habetur, quod à vitijs nõ poſſunt expugnari, in iſta mirum videtur, quod à vitijs nõ poteſt ipſa, vel in modico impugnari.* In his verbis nota agnoſcere victorinum in cæteris confirmatis fomitem non eſſe ligatum, & inſurgere impugnationes appetitus: at nihilominus, non poſſe expugnari, hoc eſt cadere, & labi affirmare videtur. Ecce cõiungit impeccabilitatẽ cum fomite ſoluto; vt ſupra notabam num. 11. At in Beata Virgine vtrũq; adſtruit, & extinctũ fomitẽ, & impeccabilitatẽ. Deinde idẽ Ricardus in Cãtica p. 2. cap. 26 *poſt hanc verò*, ait, (ideſt poſt conceptionem filij) *Ita confirmata eſt, & ex virtute altiſsimi obumbrata; & roborata, vt peccatum omnino committere non potuit: ex quo templum Dei facta eſt, ita priuilegiata eſt, vt nullatenus aliqua macula potuerit deturpari.* Ecce plane affirmat, non ſolum Beatam Virginem numquam lapſuram poſt ſecũdam ſanctificationem; ſed nec labi poſſe: ergo in ſententia Victorini cõfirmatio in gratia cõſiſtit in impeccabilitate confirmati.

Caput III. *Propria reſolutio.*

13

1. Concl.

Confirmatio in gratia non cõſiſtit in reuelatione facta confirmato.

PRIMA concluſio: confirmatio in gratia, non videtur conſiſtere in reuelatione, aut manifeſtatione illa, quam docuerunt P. Vazquez. Pater Molina facta prædeſtinato de ſua ſalute. Id probo hac ratione: nam ſi cui ex confirmatis facta eſſet hæc reuelatio, maxime Apoſtolis; (ſemper excipio Beatam Virginem:) ſed Apoſtolis, non eſt facta hæc reuelatio: ergo confirmatio in gratia, non poteſt conſiſtere in ea reuelatione Probo hanc conſequentiam; quia Apoſtoli

Ss con-

confirmati ſunt in gratia: ergo ſi ſine reuela-
tione confirmati ſunt, confirmatio non con-
ſiſtit in reuelatione. Probo minorem: quia A-
poſtolus Paulus timebat ne reprobus efficere-
Corinth. 9. tur, cum dixit 1. Epiſt. ad Corinth. c.9. verſu 27.
*Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redi-
go; ne fortè cum alijs prædicauerim, ipſe repro-*
Explanatus Paul. 1. Ad Corint. 9. *bus efficiar.* Quod ſi Paulo hæc reuelatio non
eſt facta cum in gratia confirmatus ſit, ex quo
ad Chriſtum conuerſus, nec credi poteſt alijs
factam, nec in ea reuelatione conſiſtere confir-
mationem in gratia. Quod verò Apoſtolus lo-
quatur, de reprobatione à Deo, & excluſione
Verbum reprobus ſignificat excluſum à regno in ſacra Scriptura. à cœlo, hæc probant. primum, quod hæ voces,
reprobus, & reprobatio, cum abſolutè ponũtur
in ſacra pagina, niſi reſtringantur, ſignificant re
probationẽ Dei. Secundo, quod alludit Apoſ-
tolus ad cap.6. Ieremiæ verſu vltimo, vbi ſic di
citur, *argentum reprobum vocate eos, quia Domi
nus proiecit illos*, id eſt reprobauit: ergo pariter
Ieremiæ 6. Paulus loquitur de reprobatione Dei: ergo eſt
incertus propriæ gratiæ, & prædeſtinationis. Et
P. Iuſtinian. licet P. Iuſtinianus in hunc locũ Pauli affirmet,
& ad reprobationem hominũ, & reprobatio-
Origenes. nẽ Dei referri poſſe illud, *ne reprobus*. At Ori-
genes in cap.8. ad Rom. plane affirmat, Paulum
timuiſſe de ſua ſalute, ibi, *Habuit enim aliquãdo
ipſe metũ, & timuit ne fortè caderet, & iſte, qui
modo cæleſtium virtutũ aduerſum ſe ſi cõmouean
tur bella non metuit, aliquando vel carnem ſuam
metuit, & ex ea conſurgẽtes inſidias formidauit,
quando dicebat ſcribens ad Corinth. macero cor-*
Chryſoſt. *pus meum*, &c. Item Chryſoſtomus ibidem, *ſi
autem*, inquit, *Paulus hoc timuit, qui tam multos
docuit, & timuit poſtquam prædicauit, & factus
eſt Angelus, & totius orbis terræ defenſionẽ ſuſ-
cepit, & patrocinium, quid nos dixerimus*? item
Theodor. Theodoretus ibi, *his autem vtor pertimeſcens,
ne cum alios id, quod oportet docuero, ipſe à cer-
taminum fide omnino excidã*. Et Euſebius Emiſ-
Euſeb. Emiſſen. ſenus homil.1. de initio Quadrageſsimæ, *Ecce
Beatus Paulus*, inquit, *iam Chriſti habitaculum,
iam vas electionis effectus intelligit ſibi non ſuf-
ficere ſolam gratiam, niſi gratiæ adiungat ſoli-
citudinem vigilantiæ, & laboris induſtriam*. Hic
Bellarm. nota ex Bellarmino lib. de ſcriptoribus Eccle-
ſiaſticis incertum eſſe, quis nam fuerit is Euſe-
bius Emiſſenus. Tertio, quod caſtigatio corpo
ris per ieiunia, cilicia, humiliationes, plagas,
aliaſq; carnis macerationes, & afflictiones, in
quibus ſe Paulus exercebat, quibuſq; corpus
edomabat, & efrænatas cupiditates frangebat,
planè manifeſtum reddunt Paulum ſolicitum
fuiſſe de reprobatione Dei, & id ſatagere, vt cer
tam Dei electionẽ, atq; prædeſtinationẽ faciat.

14 Secundum, ad idem intentum produco alia
1.Corint.4. verba ex ipſo Paulo ex Epiſtola 1. ad Corinth.
cap.4. verſu 4. ibi, *Nihil enim mihi conſcius ſum,
ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat* *Explanatus Paulus 1. ad Corint. c.4.*
me Dominus eſt. Quaſi dicat licet nullius mihi
rei cõſcius ſum, cuius me iure pæniteat; probè
tamẽ noui nõ propterea me Dei iudicio iuſtũ
eſſe cenſendũ; ſed alia mihi corã illo iuſtitia o-
pus eſſe, quæ illi iuſtiſsimo æſtimatori probe-
tur: ergo cũ Paulus nihil curaret de hominũ iu-
dicio, metuebat, ne fortè Deus in ipſo peccata
videret, quæ ipſe nõ videbat. Nõ igitur erat cer
tus de ſua iuſtitia, de quo etiam loco pulchrè
ſcribit Baſilius lib. de cõſtitut. monaſt. cap. 1. Baſilius.
multa (inquit in perſona Pauli) *delicta commit-
to, quæ cõmittere nõ intelligo*. Propter hanc cau Pſalmiſta.
ſam etiam Propheta (ait) *delicta quis intelligit*,
& Chriſoſtomus, *at cur*, interrogat? *quoniã* (reſ- Chriſoſt.
pondet) *potuit aliena in re peccaſſe, cũ tamen nõ
ſe peccare animaduerteret*: ergo metuebat Pau
lus, an in proprijs actionibus lateret peccatũ;
quod ipſe non intelligeret. Et Ambroſius in Ambroſ.
eandem ſententiam hæc habet verba, *Aper-
tum eſt, quia conſcientiam puram habens ſollici-
tus de ſe nõ erat, ſed non in hoc iuſtificatus ſum,
nunc humiliat ſe, & loquitur, vt homo qui poſſit
culpam incurrere neſcius*. Lege etiam Hierony- Hieronym.
mum lib.2. aduerſus Pelagiũ, non longè à prin-
cipio. Gregorium lib.5. moral. cap.7. Gregor.

Reſpondent aliqui primo; hæc verba Pauli, 15 *Quorundã euaſio præcluſa.*
non eſſe intelligenda de vera iuſtitia corã Deo;
ſed de iuſtitia, qua quis iuſtus, aut iniuſtus iudi
catur ab hominibus. Verũ de hac interpretatio
ne optime (ait) P. Iuſtinianus in hunc locũ nullo P. Iuſtinian.
modo ferendam ſibi videri: nã Apoſtolus agit
de fideli miniſtro, & diſpenſatore, & de eius in
tegritate, qua ſe Deo probaturus erat. Vnde
hoc iudiciũ ſoli Deo reſeruat, mox ſubdens, *qui
autẽ indicat me Dominus eſt*: ergo nõ loqueba-
tur de iuſtitia, de qua poſſunt homines ferre
ſententiã, quę tota pẽdet ab actionibus externis.

Reſpõdeat aliquis, Paulum loqui de iuſtitia 16
perfecta, quæ nullã, nec leuem noxiam admit- *Alia præcluſa euaſio.*
tat. Verum Paulus culpã leuem non metuebat;
probe enim nouerat ſe peccata venialia cõmit
tere: nam non *iuſtificatur in conſpectu Dei omnis
viuens* de peccatis venialibus; vt (ait) Dauid
Pſal.142. Item, *ſepties cadit iuſtus*, Prouerb.14. Pſal.142.
& Ioãnes Epiſt.1. cap.1. *Si dixerimus, quia pec-* Prouerb.14
catum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veri- Ioan. Epiſ.
tas in nobis non eſt. Vnde non ſolũ ex animi mo cap.1.
deſtia, & Chriſtiana humilitate; ſed omnino ve
rè, atq; ex animo Paulus dicere poterat, ſicut
cæteri, *Dimitte nobis debita noſtra*: ergo cũ me-
tuebat Paulus, an eſſet coram Deo iuſtifica-
tus, necne? non erat ipſi ſollicitudo de pia-
culis leuibus, de quibus certò nouerat non eſ-
ſe mundum: ſed de peccatis lethalibus. Mit-
to nomen ipſum *iuſtificatum*, abſolute prola-
tum ſine limitatione, hoc ipſum ſignificare
in ſacra Scriptura. Item materia in qua timebat
peccatum

Digitized by Google

peccatum erat grauis, nempe de fideli adminiſtratione, & diſpenſatione miniſteriorũ Dei: ergo non agebat de perfecta iuſtitia, quæ nec peccatum veniale admittit, ſed de iuſtitia ſimpliciter. Qua propter licet affirmet Iuſtinianus, Paulum de ſua iuſtitia dubitare nō poſſe, quia id ei diuinitus patefactum fuit, cum non adferat fundamentum ſolidũ, quo id probet, mihi
P. Cornel. oppoſitum probabilius videtur cũ P. Cornelio a Lapide, tum in hoc loco, tum in ſuperiori.

17 Tertio, probo ex Epiſtola ad Phylippenſes, cap. 3. ibi, *Si quomodo occurrā ad reſurrectionē, quæ eſt ex mortuis, non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim, ſequor autem, ſi quomodo comprehendam, &c, Si quomodo occurram*, hoc eſt Chriſto, ac ſanctis reſurgentibus, vt ego etiam reſurgā in communi omniũ reſurrectione, quæ eſt ex mortuis: ergo Paulus fatetur in his verbis in certitudinē gratiæ, & perſeuerantiæ ſuæ, per quā conſequuturus eſt reſurrectionē ſanctorũ propriam: nam particula *ſi*, dubitantis eſt, & cũ Paulus dubitare non poſſet de reſurrectione beata aliorum ſanctorum, qui decedunt in gratia, ideo de propria dubitabat, quia certus non erat, an in gratia eſſet moriturus.

Phylip. 3. *Explanatus Paul. ad Phylip. cap. 3.*

18 Verum contra noſtram concluſionem obijci poteſt illud Pauli ad Rom. 8. *Quis ergo nos ſeparauit à charitate Chriſti.* In quibus poſt elegantem quandam gradationem ornatam beneficijs diuinis in exemplum profert Paulus, & concludit, *quis obſecro nos* tantis beneficijs cumulatos, & tam ſingulari beneuolentia prouocatos ſeparare poterit ab ardēti charitate, qua Deum nos iure optimo diligimus, an tribulatio? an anguſtia? an fames? &c. Deinde addit Paulus, *Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, &c. nec creatura aliqua poterit nos ſeparare â charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro*: ergo Paulus certò ſciebat, ſe in charitate Dei eſſe. At niſi per reuelationem id certò ſcire, non poterat: ergo Paulo reuelatum fuit, ſe eſſe in gratia.

Roman. 8. *Obiectio ex Paul. ad Rom. 8.*

19 Nonnulli moderni hæc verba accipiunt de charitate Dei erga nos, non de charitate noſtra erga Deum. Cæterũ hæc interpretatio opponitur communi ſanctorum Patrum, Origeni, Chryſoſtomo, Theodoreto, Baſilio, Athanaſio, Talaſio, Cypriano, Hilario, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Bernardo, Anſelmo, quos refert P. Iuſtinianus in hunc locum, licèt affirmet magnopere cohærere illam interpretationem, ijs, quæ a Paulo numerata ſunt, in eamdemq; in paraphraſi maximè propendeat. Verũ contra communē Sanctorũ Patrum opinari non licet, maximè cum verba ſequentia Pauli id manifeſtè demonſtrent. Neque enim rectè dicitur, quod anguſtia, fames, nuditas, gladius, charitatem, quæ in Deo eſt ſeparet à nobis, aut ſeparare poſſit. De noſtra autem charitate erga Deum optimè dicitur, nec fames, nec nuditas, nec gladius, diuellet nos ab amore flagranti, quo Deum vicißim diligimus: hæc enim omnia, & maiora ſuperauimus pro noſtra charitate erga Deum conſeruanda.

Reprobata quorundā explicatio Orig. Chryſoſt. Theod. Baſil. Athanaſ. P. Iuſtinia.

20 Reſpondeo ergo: illam particulam *certus ſum*, non ſignificare penitus certam, ac minime dubiam; ſed valde probabilem perſuaſionem: nam Ambroſius in hunc locum, & Hieronymus Epiſto. ad Algaſiam quæſt. 9. legunt *confido*. Ita P. Cornelius in hunc locum, vbi etiam refert Auguſtinum lib. de moribus Eccleſ. c. 11. & ſequenti: quaſi dicat Paulus, nullus eſt terror, qui poſsit permouere hominem, qui charitate flagret, vt Deum offendat, tametſi charitatem poſsimus amittere: ſicut miles animoſus, & ardore belli, ac victoriæ accenſus, diceret certus, & reſolutus ſum, quod, nec tella, nec ſaxa, nec ignes me arcebunt a menibus. Ita Paulus dicebat. P. Iuſtinianus etiam, qui oppoſitā tenet ſententiam, fatetur hoc loco efficaciter eam non probari.

Ambroſ. Hieronym. *Probata explicatio* Auguſtin. P. Cornel. P. Iuſtinian.

21 Secundo obijci poteſt: illud etiam Pauli ex Epiſt. 2. ad Thimoth. c. 4. *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex*: ergo Paulus certo ſciebat reddendam ſibi a Chriſto Domino iuſto omniũ iudice, in extremo die vitæ ſuę iuſtā coronā; quia vt bonus Chriſti miles preclare decertauit, & curſum fideliter, & in violate ad extremum vſq; confecit.

2. Ad Timot. 4. 2. *Obiectio ex Pauli. 2. Ad Timoth. c. 4.*

22 Reſpōdeo: hæc verba non exigere, neq; vincere Paulum accepiſſe reuelationem ſuæ prædeſtinationis, ſed ſolũ ex fiducia bonæ ſuæ conſcientiæ, & morali quadam certitudine aſſerere repoſitam ſibi eſſe coronam iuſtitiæ; ſicut etiā dixit bonũ certamen certaſſe, curſum conſummaſſe, & fidem ſeruaſſe: neque enim id fide diuina ex reuelatione diuina credebat, ſed morali quadam ſecuritate. Id ſignificat S. Auguſtinus lib. 2. de peccatorum meritis cap. 16. *Ideo* (inquit) *talibus verbis certus, ſecuruſq; gaudebat Paulus, quia de victoria certum eum, ſecurumque iam fecerat qui eandem paſsionem iam illi reuelauerat non re pleniſsima, ſed ſpe firmiſsima.* Quod ſi reuelationem de ſua prædeſtinatione habuiſſet Paulus, Auguſtinus, non dixiſſet, *Non re pleniſsima.* ergo ſolum habebat ſpem moraliter firmiſsimam. Hic aduerte; hæc verba adiecisse Paulum, poſtquam dixerat, morti ſe iam eſſe proximum, & tēpus reſolutionis ſuæ inſtare; vt leniret mærorē Timothei, vt notauit Chryſoſtomus: vt ergo cũ bono animo eſſe iubeat, & cōſoletur de ingēti triſtitia, qua afficiebatur, cōmemorat Paulus præclaras ſuaſaſiones, quaſi diceret noli inde triſtitia affici:

Explicatio. Auguſt.

Digitized by Google

affici:nam ita vixi, ita laboraui, vt mihi iure optimo ſempiternæ fœlicitatis merces ſperanda ſit. Eſt igitur, cur mihi potius gratuleris, quam vt me abeuntem luctu, atque mæſtitia proſequaris: vt verò Paulus ita conſoletur Timotheum, non erat neceſſaria metaphyſica certitudo per diuinam reuelationem; ſed ſufficiebat ſecuritas moralis. Hac etiam ratione interpretandus venit idem Paulus ſecunda ad Timoth. cap. 1. cum (ait) *Scio, cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare.*

2. Ad Timot.1.

23 Tertio obijcies ex eodem Paulo Epiſt. 1. ad Theſſalonicenſes, cap. 4. ibi, *Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus*: ergo ſciebat Paulus ſe rapiendum in occurſum Chriſto Domino; vt perpetuo ſit cum ipſo in gloria; ac proinde ſe eſſe prædeſtinatum.

1. Ad Theſſal.4. *3. Obiectio ex Pauli prima ad Theſſal. capit.1.*

24 Reſpondeo: ibi Paulum loqui cum viuis prædeſtinatis, qui in die iudicij ſuperſtites reperientur, quiq; breuiſsimo, & paucisſimo tempore morientur, vt commune debitum naturæ, & peccati originalis, cui omnes obſtringimur, perſoluant, quos dicit rapiendos quia ſtatim à morte reſurgent: vnde nõ tã cenſetur mortui, quã viui rapti. At ibi neq; affirmat ſibi reuelatam ſuam beatam reſurrectionem, nec leuiter indicat; ſed ſolum prædeſtinatorum ſuperſtitum in die iudicij ſortem diſcribit.

Explicatio.

25 Deniq; obijciet aliquis nobis ex cap. 14. Ioannis, vbi Chriſtus Dominus promitit Apoſtolis ſe miſſurum eis Spiritumſanctum, qui maneat cum eis in æternum, ibi, *Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum.* Promiſsio hæc, atq; oratio efficax fuit, vt conſtat ex euentu: ergo certi erant Apoſtoli ſe dum viuerent, habituros Spiritumſanctum apud ipſos manentem: ergo in hac promiſsione reuelata eſt ipſis perſeuerantia in gratia atq; prædeſtinatio.

Ioan.14. *4. Obiectio ex Ioa. cap.14.*

26 Reſpondeo: non loqui Chriſtum Dominum in his verbis de gratia intrinſeca iuſtificante, & de perſeurantia in ea, Sed de miſsione Spiritus ſancti, & de eius aſsiſtentia externa: nam ibi appellat Spiritum veritatis, *qui docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.* Id conſtat primo; quia ibi conſolabatur Apoſtolos, propterea, quod prędixerat profectũ ipſius ad Patrẽ, ibi *quia ego ad Patrem vado.* Ac ſi dixiſſet, vt quemadmodũ me ad vos miſſit Pater, ita rogabo ipſum, cũ ego me recipiã ad illũ, vt meo loco vobis mittat aliũ paraclitũ, hoc eſt, conſolatorẽ. Illa vero particula, *vt maneat vobiſcũ in æternũ*, ſolùm ſignificat aliter, quam ipſe ad eos miſſus fuerat Spiritũ eſſe mittendum: nam ipſe ad breue venit tempus paulo poſt mortem ad Patrem rediturus: Spiritũ autem Sanctũ, ita venturũ, vt nunquã moriatur. Ita interpretatur Theophylactus, quam expoſitionem probat P. Maldonatus in hunc locum. Secundo: quia illud *in æternum*, Hebraico idiomate tantum ſignificat tempus huius vitę: nam ibi non agebatur de futura vita. Id probat Maldonatus ex 15. Deuteronomij, vbi de ſeruo, cui ſubula auris perforata eſt dicitur, *& erit tibi ſeruus in æternum*, hoc eſt per totum tempus ſuæ vitæ: ergo agit ibi Chriſtus Dominus de aſsiſtentia externa Spiritus ſancti, tamquam conſolatoris, atq; Doctoris veritatis, quæ non infert impeccabilitatem: nã etiam Summis Pontificibus promiſſa eſt hæc aſsiſtentia, ne errare poſsint in rebus ad fidem diuinam pertinentibus; & tamen impeccabiles non ſunt.

Theophil. P. Maldonat.

Deuteron. 15.

Quod ſi confirmatio in gratia, non conſiſtit in ea reuelatione, quam adhibuerunt Patres Vazquez, & Molina: ſolum in eorum ſententia ſita eſſe debet in præparatione vocationũ congruarum ex puncto confirmationis vſq; ad finem vitæ pro ſingulis occaſionibus peccandi. Quo fit, nullum ex prædeſtinatis, non eſſe confirmatum in gratia. Nam omnes adulti, qui vitam æternam conſequuntur certò tẽpore præparatas habuerunt vocationes congruas, ſine interruptione per peccatum mortale, vt conſtat: abſurdum vero eſt affirmare omnes prædeſtinatos dono confirmationis gaudere. Nam, quod alijs præparatæ fuerint gratiæ congruæ diuturniori tempore, alijs breuiori, non efficit illos confirmatos eſſe, non hos: ſed illorum confirmationem longiorem fuiſſe, horum verò breuiorem: ergo aliquid vltra id, quod affirmat prima ſententia quærendum eſt, vt declaremus quid ſit eſſe confirmatum in gratia, aut eximie prædeſtinatum. 27

Incommodũ ex ſententia Vazquez.

Secunda concluſio: cõfirmatio in gratia Beatæ Virginis continet neceſsitatem ad nõ peccandũ, ſaltẽ mortaliter. Hæc concluſio ſatis confirmata eſt auctoritate antiquorum, quos ideo adamuſim retuli capit. ſuperiori nu. 11. ne cui fortè ſolũ recentiores legẽti, noua, & ſine fundamẽto videatur. At licèt Doctores hi affirmauerint, Beatam Virginẽ impeccabilẽ fuiſſe à puncto ſuæ confirmationis, ac maxime poſt cõceptum Verbum Dei, non explicarunt, qua ratione in impeccabilitate ſit conſtituta, præcipuè cum habitus gratiæ, atque donorum, & gratiæ excitantes quantumuis feruentes, atq; frequẽtes impeccabilitatem metaphyſicam, non inducant; vt conſtat in noſtris principijs. 28

Confirmatio B. V. includit neceſſitatem ad non peccãdum mortaliter.

Ego igitur ſecundum modũ dicendi, quem ſequutus fui diſp. ſuperiori, cap. 13. Sic exiſtimo ad ſtatũ impeccabilitatis fuiſſe euectã. Præuiderat Deus præſcientia cõditionali progreſſum 29

Digitized by Google

ſum in vita Virginis Deiparæ, ſine vllo pecca-
Euecta B. Virgo ad impeccabilitatē, & quomodo. to mortali, aut veniali, ſi cor ipſius eiſdem congruis vocationibus pulſaretur, atque muniretur, quas de facto accepit. Porro præuiderat Deus illam impeccabilem fore, ſimul atque liberam, ſi in eiſdem occaſionibus, cum vrgebat præceptum, negaret ſuum concurſum generalem ad entitatē peccati: poſt hanc præſcientiam diuina voluntas complacet in hoc vitæ progreſſu futuro ſub conditione, non tantum ſine peccato veniali, aut mortali; ſed etiã ſine potentia ſaltem ad mortale: ex hac complacentia vult Deus intendens ſpeciali intentione certum gradum gloriæ cum dignitate coronæ, & mercedis conferre eaſdem gratias, atque dona, eadem præſidia, atque vocationes ſimul, & negare omnem concurſum generalem ad actum peccati ſecundum entitatem Ecce ex hoc decreto pro puncto temporis, pro quo decreuit, manet ſimul Virgo Beata eximiè ſanctificata, prædeſtinata, confirmata in gratia, & ſine potentia ad peccandum.

30 Declaro hoc duplici exemplo: primum in voluntate Dei, quæ pro priori antecedente ad determinationem actualem actus liberi diuini in quacumque virtutis ſpecie; vt antequam decernat miſereri, aut punire, liberalem eſſe, aut iuſtum: ea voluntas ex eſſentiali ſanctitate determinata eſt ad habendum aliquem actum liberum, ipſumque honeſtum: quia habere non poteſt actum indifferentem, aut inhoneſtum; immo determinata eſt ad habẽdum actũ æquè honeſtum: nam, vt dixi tractatu de voluntate Dei, diſp. 18. cap. 5. Æqualem habent honeſtatem formalem omnes actus diuini, licet nõ habeant æqualem honeſtatem obiectiuam: & tamen Deus liberè, & laudabiliter ſe determinat, ita, vt ſi haberet ſuperiorem, a quo præmium poſſet accipere dignus eo foret, propter eam honeſtatem actuum: ergo pariter, ſi Deus voluntatē illam Beatiſsimæ Virginis, ſic præmuniuit præſidijs gratiarum, & vocationibus congruis, ſic ornauit; vt voluerit ea conferre pro ſingulis occaſionibus totius proceſſus vitæ, & efficaciter negare concurſus omnes generales ad entitatem peccatorum, ex ſpeciali præintentione ipſi donandi gloriam cum dignitate coronæ in certo gradu, ea quidem volũtas libera erit, ac indifferens ad eliciendum hunc, aut illũ actum ſecundum virtutis ſpeciem, & hunc, aut illum numero in quauis ſpecie virtutis: ac proinde erit locus merito ad gloriam præintentam.

Duplici explicatur exemplo.

Secundum, exemplum huic affine, & proximius noſtro inſtituto conſtituo in humanitate Chriſti Domini vnita Verbo Dei, quæ quidẽ
31 radicaliter impeccabilis erat ratione vnionis; formaliter verò ratione cõcurſus generalis negari ad peccandum vrgente præcepto; vt etiam notaui diſputatione ſuperiori capit. 9. Vnde vnio illa ad verbum determinabat Deũ, vt negaret humanitati Chriſti Domini omnem concurſum ad peccandum: ac proinde voluntas humana Chriſti erat determinata ad merendum, & determinata ad non peccandum: ergo pariter voluntas humana Beatæ Virginis Mariæ ex voluntate illa, iam explicata poterat ſimul eſſe libera in ordine ad meritum, & non libera in ordine ad peccatum.

Humanitas Chriſti vnde radicaliter, vnde formaliter impeccabilis.

Hoc diſcrimine, quod voluntati Chriſti Domini ratione vnionis intrinſecæ debebatur, non ſolum connaturaliter, ſed etiam eſſentialiter negatio concurſus ad peccandum: 32
Beatæ vero Virgini Mariæ, hæc negatio, nec connaturaliter, nec eſſentialiter debita eſt; ſed ex priuilegio, vel ratione præordinationis ad dignitatem Matris, ſi conſtituitur impeccabilis ab inſtanti conceptionis, vel ratione dignitatis Maternæ, ſi impeccabilis conſtituitur ſolum poſt conceptum Verbum Dei, quorum vtrumque ego libenter do Beatæ Virgini, cum in neutro ſit repugnantia, & ad vtrumque habeamus non contemnenda fundamenta maxime in ordine ad neceſsitatem non peccandi mortaliter. Et quemadmodum in inſtanti conceptionis propter hanc præordinationem à culpa originali præſeruata fuit; vt pie credit vniuerſa fere Eccleſia, maxime poſt bullam ſanctiſsimi Domini noſtri Pontificis Pauli V. Hæc bulla edita fuit anno Domini noſtri Ieſu Chriſti 1617. die 12. menſis Septembris, qua cautum eſt, atque prohibitum, ne aduerſariæ doctrinæ ſectatores eam publice, aut pro concione doceant, & quam maximè poſt bullam ſanctiſsimi D. N. Greg. Papæ 15. editam hoc anno 1622. die 24. Maij, in qua prohibitio ad priuatos etiam ſermones protenditur, & mandatur, vt vbique terrarum celebretur feſtum Conceptionis ſub hoc nomine, non ſub nomine ſanctificationis, vt Patres Dominicani celebrabant. In hac re noſtra tempeſtate, non ſine ordinatione Dei fæliciter, atque ardenter ab auctoribus noſtris elaboratũ eſt; ita etiam nos poſſumus affirmare in prima ipſius ſanctificatione, quam habuit in inſtanti Conceptionis, propter præordinationẽ ad dignitatem Matris Dei, non ſolum præparatas omnes gratias congruas pro toto ſuæ fæliciſſimæ vitæ progreſſu ad continuò merendum, ſine aliqua interruptione, aut peccati mortalis, aut venialis: verumetiam Deum decreuiſſe ipſi negare omnia auxilia generalia ad peccandum ſaltem lethaliter: ac proinde ab initio ſuæ Conceptionis impeccabilem mortaliter conſtitutã. Et quemadmodũ priuilegiũ illud præſeruationis ab originali cõſentaneum

Impeccabilis B. Virgo poſt cõceptũ Verbum Dei.

Digitized by Google

maxime fuit dignitati Matris Dei, ad quam præelecta fuerat: ita etiam hoc noſtrum priuilegium impeccabilitatis ſaltem mortaliter cōſentaneum eſt eidem dignitati. Nam ſi, quia humanitas Chriſti verbo vnita fuit, impeccabilis eſſentialiter eſt omni peccato: ita quia humanitas Virginis Mariæ futura erat mater Verbi diuini congruè licet ex priuilegio impeccabilis conſtituenda erat.

33 Ratio à priori eſt: quia præelectio illa ſpecialis Beatæ Virginis Mariæ ad conferendam illi certam menſuram gloriæ, cum dignitate præmij, non exigit ex natura ſua, vt ipſa peccabilis ſit; ſed tantum, vt habere poſsit merita, quorum valori debeatur tantum præmium: At qui licet libera non ſit ad peccandum, manet libertas illæſa ad eum valorem meritoriũ: ergo optimè potuit Beata Virgo cum hac eximia præelectione eſſe ſimul impeccabilis; ſaltem mortaliter: eius ergo eximia prædeſtinatio, atque confirmatio in gratia cōſiſtet in hac impeccabilitate.

34 Sed petet aliquis, an hæc ſpecialis præelectio, qua vult Deus dare gloriam, vt coronam Beatæ Virgini, & ipſam habere merita ſine potentia ad peccandum, abſoluta ſit, an conditionata. Vel, quod idem eſt in noſtris principijs efficax, an inefficax?

An ea præelectio B. Virginis abſoluta, an conditionata.

35 Reſpondeo primo: ad rem noſtram, & ad defendendum confirmationem in gratia Beatæ Virginis conſiſtere in ea impeccabilitate neceſſarium non eſſe, quod efficax ſit ex natura ſua; ſed ſatis eſſe ſi per ſe reſpiciat gloriam, vt connexam cum eis gratijs congruis, quas de facto accepit Beata Virgo, & annectat ſibi decretum illud efficax negandi omnem concurſum generalem ad peccatum mortale: vt conſtat ex dictis.

36 Reſpondeo ſecundo, nihil obſtantibus quæ diximus diſp.23. contra præelectionem efficacem gloriæ, vt communiter vſurpatur ante præuiſa merita, conſtitui etiam poſſe hanc voluntatem efficacem comparatione Beatæ Virginis, & cæterorũ eximiè prædeſtinatorũ. In hac doctrina conuenio cum Catherino, Gabriele, & Okamo, in primo capite relati. Pro eius declaratione atq; defenſione notandum eſt; dupliciter Deum poſſe eximiè prædeſtinato adultò præeligere certum gradum gloriæ, vt præmiũ per merita comparandum; primo, relinquendo illum hominem expoſitum auxilijs communibus, quibus præuidetur hic, & nunc lapſurus, poſtea verò ad vitam ſpiritualem reuocandus: is homo ſic præelectus, non habet impeccabilitatem, in toto vitæ decurſu, vſq; ad actũ vltimum, quem in via eſt habiturus, nec comparatione temporis, in quo permittuntur ipſi lapſus in peccata mortalia, dicitur eximiè electus, aut in gratia confirmatus, ſed ſolum comparatione eius temporis, aut actionis, in qua non poteſt ei permitti defectus peccati mortalis, ne fruſtretur efficax decretum Dei, quo præelectus eſt ad certum gradum gloriæ, vt præmium per merita. Qua propter ſi ille homo nouiſſet ſuam præelectionem ex vi cuius iam non poteſt amittere gloriam. Item nouiſſet actum, quem hîc, & nunc exercet eſſe vltimũ ſecurus redderetur vocationem præparatam congruam eſſe, ipſumq; ei reſponſurũ per actum bonum meritorium.

Non repugnat eximie prædeſtinatũ præeligi efficaciter ad gloriã ante merita præuiſa.

Secundo, ipſi præparando auxilia congrua ex certo vitę tempore, vſque ad finem vitæ, id 37
que ex vi illius præelectionis efficacis, qua voluit Deus non tantum ipſi ineuitabiliter dare gloriam, vt præmium per merita; verumetiã vt ordo iſte meritorum non interrumpatur per peccatum mortale Qui hoc ſecundo modo efficaciter præelectus eſt, non tantum eſt confirmatus in gloria ex præintentione eius; ſed etiam in gratia ex præparatione efficaci ſeriei continuatæ auxiliorum congruorum, atque meritorum in certa menſura reſpondente gradui prædefinito gloriæ. Vnde ex vi horum decretorum efficacium Deus determinatus foret ad negandum ei concurſum generalem ad peccandum mortaliter. Vbi obſerua hoc eſſe diſcrimen notandum inter hunc modum eligendi per electionem efficacem, & inter illum priorem per ſpeciales electiones conditionatas formaliter, & æquiualenter abſolutas, quẽ nos ſequuti ſumus diſput. ſuperiori, cap. 13. quod ille eſſentialiter habet annexam impeccabilitatem, & neceſsitatem non amittendi gloriam, eo, quod decretum efficax intrinſece de aliqua re reddit contradictoriam impoſsibilem: ergo ſi Deus efficaciter præelegit gloriam alicui eximie prædeſtinato, iam negatio conſecutionis impoſsibilis eſt, & ſi efficaciter voluit, vt ipſam conſequeretur per merita, non interrupta peccato lethali, iam peccatum hoc ei impoſsibile eſt: ac propterea iſte modus eligendi neceſſario ſecum affert negationem concurſus generalis ad peccatum mortale. At noſter modus præelectionis id non habet; nam cum conſtet voluntatibus conditionatis, nec reddit impoſsibilem negationem conſecutionis gloriæ, nec commiſsionem peccati mortalis, licet vero non ſibi neceſſario annectat hæc: poteſt tamen Deus vtrumque prohibito coniungere, vt ſatis declaraui ſupra num. 30. & ſequentibus. Vnde is noſter modus nec neceſſario adfert, nec excludit impeccabilitatem, & neceſsitatem non amittendi gloriam, ſed ab vtroque præſcindit.

Electio gloriæ intrinſecè efficax conſtituit electum mortaliter impeccabilẽ.

Obſerua etiam adhuc, hunc modum præeligendi preſsius conſtitui poſſe ex decreto dandi- 38

di-

Digitized by Google

Aliquādo electio poteſt dare impeccabilitatem venialiter. di gloriam per merita ſine interruptione in meritis,nec per peccatū mortale, ſed nec per veniale:& tunc perſona ſic præelecta determinata manebit ad non amittendam gloriam,ad non eliciendum actum peccati, nec grauem, nec leuem,& ſi non eſt actus indifferens in indiuiduo,vt docuit S.Thomas determinata manebit ad actum bonum moralem, & meritorium.Hæc obſeruatio ex dictus ſupra iam declarata eſt.

39. *Tria obiecta ex noſtris principijs.* Huic modo efficaciter eligēdi plura ex noſtra doctrina obijci poſſe videntur: primum, quod ſecundum nos læditur libertas ex decreto efficaci antecedenti. Secundum, quod decretum efficax, non poteſt habere obiectum confuſum,& indeterminatum;nos autē admittimus Deum velle merita indeterminata efficaciter,ſi quidem determinat ad illa.Tertium, quod ſi efficaciter præelecta eſt gloria ante præuiſa merita,poſtea in executione liberaliter donanda eſt,atque in dependenter à meritis, horum primū probaui diſp.23.cap.9.Secundum capite ſecundo,& decimo tertio.Tertium cap.10.11.atque 12. ergo non cohæret iſte modus confirmandi in gratia per efficaces prælectiones cum noſtra doctrina.

40 *Satisfactio ad primam.* Verum reſponſiones ad ſingula oſtendent hæc inter ſe non pugnare. Ad primum, obiectio probat illum modum præeligendi lædere libertatem peccandi, & amittendi gloriam. Vnde modus ille communibus prædeſtinatis applicari non poteſt; nam eis ineſt libertas, & peccandi, & amittendi gloriam, vt docui cap. illo 9.Non autem probat lædi libertatem operis honeſti,atque meritorij, primum, conſtat in Deo, qui cum impeccabilis ſit libere habet opus honeſtum.Secundum in Chriſto,qui habet opus, & honeſtum, & meritorium. Quapropter libertas in hoc homine eximiè prædeſtinato cum impeccabilitate eo modo cōponenda eſt,vt ipſam compoſui 3.p.q 19.tractatu de merito Chriſti. Quam doctrinam non poſſumus,non hic compendioſe tradere.Supponebamus ibi impoſitū à Patre fuiſſe Chriſto Domino præceptum moriendi pro hominibus,quod præceptum modo negant aliqui recentiores magiſtri, quo fundamento ipſe videro ſuo loco.Deinde ſupponebamus, vt plus daremus aduerſarijs Deum etiam determinaſſe per præceptum motiuum obedientiæ: ex quo Chriſtus Dominus, nec erat liber ad moriendum, aut non moriendum: nec ad moriendum ex obedientia, & non moriendum ex illa;ſed determinatus ad moriendum,& ad moriendum ex motiuo obedientiæ. Nihilominus quemcumque actum obedientiæ determinatum liberè,& meritoriè eliciebat ſecundum omnem rationem ſibi intrieſecam; nam præceptus, non erat omnis actus obedientiæ, ſed aliquis. Vnde integrum erat Chriſto Domino eligere vnum præ alio numero: item in tanta, vel tanta intenſione: item in aliqua temporis circumſtantia,aut loci, non præcepta, ratione cuius diuerſa foret ſubſtantia actus obedientiæ, ſi ab ipſo reſpiceretur ex parte obiecti, vt circumſtantia eius.

Non liber ad peccandū, poteſt eſſe liber ad merendum.

Libertas meriti Chriſti Domini.

41 *Idem actus non poteſt eſſe liber ſecundum vnā rationem, & neceſſarius,ſecundum alteram.* Dicat aliquis: hunc actum fore neceſſarium ſecundum rationem communem, ſeu vagam; liberum vero ſecundum rationem determinatam. Sed contra: repugnat aliquod prædicatū eius actus neceſſario procedere a principio aliquo libere:nam cum ipſe actus in ſe ſit vna res indiuiſibilis a parte rei, ſi principium eſt determinatum ad aliquod prædicatum intrinſecum ei actui, neceſſario eſt determinatum ad omnem rationem,quæ eſt idem cum illo prædicato,& ſi principium eſt indifferens ad producendam, vel non producendam vnam rationem, quæ eſt in actu neceſſario eſt indifferens ad omnem rationem, quæ eſt idem cum illa: alias poſſet contingere, quod ex prædicatis, quæ in ſe ipſis ſunt vna res, aliud exiſteret, & aliud non exiſteret,v.g.in actu illo obedientiæ prædicatum honeſtatis obedientiæ, vt ſic neceſſario exiſteret,quia per aduerſarios principium eſt determinatum ad illam rationem, & prædicatum talis honeſtatis obedientiæ poſſet non exiſtere, quia contingenter producitur,hoc eſt,ita producitur, vt pro priori natura poſſet non produci.ergo ex prædicatis,quę ſunt idem,poſſent ſeparari in exiſtentia,ſi totus actus non eſſet,aut neceſſarius,aut liber, & cum ſecundum determinatam rationem liber ſit etiam per aduerſarios,totus ſecundum omnia intrinſeca liber erit.

42 Huius rei ratio a priori eſt;quod qui præcipit mortem oppetere ex aliquo obedientiæ actu non præcipit totam ſpeciem:nec vnam rationem communem eādem repertā in inferioribus eius ſpeciei:nam,ſiue vna ratio præſcindi poſsit a nobis,ſiue non; quod ego ſemper in bono ſenſu indubitatum iudicaui,bis docēs logicam,& Phyloſophiam, & in Theologicis opinionibus eam doctrinam,iterum,atque iterum recognocens.At ex parte rerum,præciſſa rationis præciſione,qui præcipit mori ex motiuo obedientiæ,ſolum præcipit aliquem actum,hoc eſt aut hunc determinate, aut illum determinate.Nam hic, & ille eſt aliquis actus obedientiæ:nec enim Deus præcipiens aliquē actum,vult,vt voluntas obligata eliciat actum vagum,& indeterminatum, vt conſtat: ergo pari ratione in Beata Virgine, & in quocumque eximie prædeſtinato atque in gratia confirmato nihil impediente ea efficaci prælectione determinante admerendum,libertatem tueri

Digitized by Google

ri poſſumus ſufficientem ad meritum,maxime cum nullum ex motiuis,neque ex circunſtantijs intrinſecis,atque extrinſecis,his prædeſtinatis determinata ſint. Qua propter latus relinquitur libertati campus,tum ex ſpecie,tum ex loco, & tempore, quæ ſubiacent ſemper electioni prędeſtinati,conſulto non dico ex in diuiduatione actus:quia cum ea non cognoſcatur ab eximiè prædeſtinatis,ſed a ſolo Chriſto Domino,in eius electione ſoli Chriſto datur
43 locus libertati. Quædam ſunt argumenta contra hanc doctrinam, quæ modo non refero, quia non eſt opportunus locus; & quia confido eum, quia ipſam penetrauerit, perſpecturum ſolidam eſſe,nec aliquo argumento poſſe labefactari.

44 *Doctrina locum habet in opinione negante puram omiſſionem liberam.*

Id notarim,vt defendamus impeccabilitatem comparatione peccati omiſsionis,defendendam eſſe opinionem,quæ negat purā omiſſionem liberam: nam aliam, quæ adſtruit puram omiſsionem non liberam, commentitiā ſemper iudicaui. Etenim ſi poſsibilis eſt pura omiſsio libera vrgente præcepto cum ad illam concurſus generalis neceſſarius non ſit, & cum gratiæ excitantes, quamtumuis intenſæ, ſemper debeant relinquere principium indifferens ad extrema contradictoria; alias adimpletio non foret libera, efficitur voluntatem illam peccabilem manere:at ſi non poteſt pure omittere,ſed obiecto præſentato,& præcepto vrgente exercendi actum religionis, exempli gratia, voluntas ex ſe aliquem actum debet elicere. quo velit,aut nolit adimplere, & cum negatum habeat concurſum ad actum poſitiuum,quo nolit,aut directe,aut indirecte adimplere, neceſſario fit ipſam elicere debere actum poſitiuum, quo adimplere velit. Nihil ominus actus ille ſemper liber erit ex motiuis,aut circunſtantijs temporis,& loci, vti dixi.His, niſallor,euacuatur prima difficultas.

45 *Satisfactio ad ſecūdum obiectum.*

Secunda,erat de obiecto illius voluntatis efficacis, quod videtur eſſe indeterminatum, & confuſum, vt terminatur ad merita: nam voluntas gloriæ, vt coronæ neceſſario eſt voluntas meritorum,aut formaliter,aut virtualiter ſecūdum dicta diſp.23.cap.2.& 11.Sed voluntas illa,non determinat actus meritorios, alias eſſet determinatio antecedens per decretum efficax pugnans cum libertate; ergo eſt voluntas efficax meritorum indeterminatè,& vagè.

46 Reſpondeo: Deum velle ſua efficaci voluntate determinata merita,hoc eſt, vt per tempus confirmationis tot actus meritorum cumulentur,vt eis inſit certus valor meriti reſpondens gradui gloriæ præfinitæ, vt coronæ; non vero determinat hos actus,aut illos, neq; ſecūndum ſpeciem, nec ſecundum intenſionem, nec ſecundum circunſtantias, a quibus poteſt ſumi variatio actus ſecundum ſubſtantiam:itaque vult merita determinata ex parte rei; indeterminata tamē ex parte modi.Id cōſtat, quia Deus non vult exiſtere meritum in determinatum,aut vagum,nec velle poteſt efficaciter,nec ſi poſſet,id intereſſet ad ſuā rem: nam cum præintentio illa efficax decreuerit determinatum gradum gloriæ,indeterminatum meritum inutile prorſus erat ad finem prælectum conſequendum: tantum ergo voluit Deus,vt volūtas eximie prædeſtinati,pro tempore,quo eſt in gratia confirmata ſit determinata ad habenda merita in valore determinato reſpondente prædefinito gradui gloriæ. Hoc autem non obſtare efficaci decreto conſtat primo,à poſteriori in exemplis,quæ ſupra notaui:nam voluntas Dei,pro priori antecedēte ad actualem determinationem,ad rationem quaſi ſpecificam virtutis determinata eſt ad habendum actum honeſtum, & ipſe Deus vult ſuam voluntatem eſſe,ſic determinatam, etiā pro ſigno illo priori;nam hoc eſt maxima eius perfectio.Secundo,conſtat in voluntate Chriſti Domini, quæ beneficio vnionis determinata erat ad eliciēdos actus meritorios,& ita eſſe determinatam Deus efficaciter valebat: ergo in hoc obiecto,nihil eſt, quod obſtet efficaci decreto Dei.

Determinatio efficax determinati meriti nō obſtat libertati.

Conſtat a priori:quia voluntatem ſic determinatam exiſtere ad habendum hoc determinatum meritum,aut illud determinatum meritum, aut illud,aut illud determinatum non implicat contradictionem: ergo poteſt eſſe obiectum decreti efficacis.Probo conſequentiam; quia ideo negauimus obiectum confuſum,& in determinatum, terminare poſſe efficacem voluntatem Dei;quia, vt ſic exiſtere non poteſt,& voluntas efficax Dei facit exiſtere obiectum volitum:ergo ſi exiſtere poteſt voluntas eximie prædeſtinati,ſic determinata, poteſt eſſe obiectum decreti efficacis.Si Deus efficaciter vellet, quod voluntas confirmati in gratia determinata eſſet ad eliciendum meritum in determinatum, & vagum,fieret contra noſtram doctrinā:ſed nos id non conſtituimus,ſed tantum, vt determinata ſit ad habendum hoc determinatum meritum, aut hoc, determinatum, aut hoc, aut in hac ſpecie virtutis,aut illa,aut in hoc numero actu,aut illo. Et hæc de ſecunda difficultate. 47

Tertia,erat circa collationē gloriæ in executione,quæ fieri,non poſſe videtur ratione meritorum præmiſſorum, ſi ante ipſa liberaliter decreta fuit ipſa donatio, vt ſatis vrgebamus diſp.23.cap.10.& 11. 48

Satisfactio ad tertium obiectum.

Verum reſpondeo:aliud eſſe decernere efficaciter conferre gloriam in dependenter à meritis

Digitized by Google

meritis; aliud decernere efficaciter conferre gloriam, vt coronam per merita: ita vt ex hoc decreto incipiant eſſe futura, tum gloria, tum merita: cum primo modo Deus decernit dare gloriã liberaliter, minime poteſt poſtea in executione remuneratorie conferre; vt ſatis mõſtratum eſt eo cap. 10. At ſecundo modo nihil eſt incommodi, quod Deus ſimul velit indiuiſibili actu dare gloriam, vt coronam, & merita. Item gloriam propter merita: nam hoc ipſo, quod præintentio gloriæ fuerit, vt corona, ibi incluſa eſt dependentia a meritis in ipſa elargitione, maximè cum voluntas illa non ſit liberalis, quia intendit remunerare merita, aut ergo erit iuſtitiæ, aut gratitudinis ſecundum qualitatem iuris. Quod prædeſtinatus acquirit per opera meritoria, ſolum fit ex hoc decreto eximiè prædeſtinatum, nec eſſe liberum ad amittendam gloriam, neque ad peccandum mortaliter: non autem non dari locum meritis. In caſu vero prælectionis abſolutæ liberalis, & ſi prædeſtinatus, vt poteſt, non haberet merita adhuc ex vi prioris electionis liberalis efficacis conferenda eſſet gloria; hoc autem pugnat cum altero decreto non dandi ſine meritis.

49 Quapropter concludo: confirmationem in gratia Beatæ Virginis continere impeccabilitatem mortaliter a primo inſtanti conceptionis probabiliter: a ſecunda, vero ſanctificatione, hoc eſt poſt conceptum Verbum probabiliſsimè: immo ſiquis adijciat in prima ſanctificatione ablatam illi fuiſſe potentiam ad peccandum mortaliter: in ſecunda, verò etiam venialiter concedet Beatæ Virgini priuilegium cõſentaneum ſuæ dignitati, nec ſine fundamẽto: nam antiqui Doctores, quos citaui cap. 2. num. 11. ſine limitatione affirmant in ſecunda ſanctificatione omnino impeccabilem conſtitutam. Et Paludanus expreſsit, nec venialiter, verba etiam Ricardi Victorini, quæ rettuli num. 12. omnem potentiam peccandi excludere videntur.

Poſt cõceptum verbũ nec venialiter Virgo Maria peccare potuit.

Tertia concluſio: alij confirmati in gratia, maxime Apoſtoli, etiam erant impeccabiles mortaliter à puncto confirmationis. Hæc concluſio probatur primo auctoritate allegata ſupra num 11. Probatur ſecundo: quia alias ſufficiens diſcrimen, non poteſt conſtitui inter cõfirmatos in gratia, & communes prædeſtinatos; vt conſtat ex dictis in prima concluſione num. 27. Ea verò eodem modo defendẽda eſt, vti diximus de confirmatione Beatæ Virginis Mariæ. 50

Apoſtoli impeccabiles mortaliter à pũcto cõfirmationis in gratia.

Dices: ſi erant impeccabiles Apoſtoli, cur metuebant de perſeuerantia in gratia, & de ſalute? Reſpondeo, quia non erat eis reuelatum ſe eſſe impeccabiles; vt diximus in prima concluſione.

Cur timerent excidere a gratia.

Petes: an Beatæ Virgini reuelatum ſit? Reſpõdeo affirmatiue: quia priuilegia Diuæ Deiparæ omnem modum ſuperant. 51

B. Virgini reuelata cõfirmatio in gratia.

His noſtra reſolutio explanata eſt, in ea re ipſa conſentimus Ambroſio Catherino, Okamo, & Gabrieli citatis cap. 1. in principio, & pluribus antiquis Doctoribus relatis cap. 2. num. 11. diſcedimus à Catherino in vſurpatione nominis prædeſtinatio, vt ſæpe notatum eſt, & præcipue diſputatione prima capite primo.

DISPVTATIO VIGESIMA QVINTA.

DE CAVSA PRAEDESTINATIONIS EX parte prædeſtinati.

Diſtincta nouem capitibus.

Caput 1. Varij errores, & indicantur loca vnde refutantur.

Caput 2. Error Pelagij, & vindicatus P. Suarius ab impoſtura M. Nauarreti.

Caput 3. Error Semipelagianorum, & quantum poſuerint meritum gratiæ in natura.

Caput 4. Quid ſit illud ſupernaturale, quod Semipelagiani noſtrum arbitrium

triuni

Digitized by Google

trium mereri de congruo dixerunt.

Caput 5. Semipelagianos, non tantum poſuiſſe initia fidei ex nudo arbitrio, ſed etiam aliorum operum pietatis.

Caput 6. Aliqui ex Maſſilienſibus cõceſſerunt quoſdã præueniri à gratia Dei.

Caput 7. Quid ſentiendum de Chriſoſtomo, an cum Caſsiano ſenſerit.

Caput 8. Refutatio erroris Semipelagiani.

Capat 9. Argumenta à parte Semipelagianorum, & ſolutiones.

ARTICVLVS QVINTVS S. THOM.

VTRVM PRAESCIENTIA MERITORVM SIT CAVSA PRAEDESTINATIONIS.

RESpondet, prædeſtinationem ex parte actus, & omnium effectuum, non habere cauſam, licet effectus prior poſsit eſſe cauſa poſterioris.

Caput I. *Varij errores, & indicantur loca vnde refutantur.*

1 OBSERVA primo, cum diſſeritur de cauſis prædeſtinationis, nõ diſſeri de illa, vt eſt actus immanens, atque æternus in Deo exiſtens, quippe, quæ, vt ſic nullã cauſam habere poteſt: ſed diſſeri de illa, vt terminatur, ſeu vt connotat effectus temporarios prædeſtinationis. Itaque diſputatio de cauſa prædeſtinationis reuocatur ad cauſam omniũ effectuum. *Hæc diſputatio eſt de cauſa effectuũ.*

Obſerua ſecundo, nec etiam diſſeri de cauſis phyſicis effectuum prædeſtationis: nam certum etiam eſt, noſtras potentias gratia Dei munitas eſſe cauſas phyſicas, tum efficientes, tum materiales; diſſerimus ergo de cauſis moralibus, hoc eſt, motiuis voluntatis diuinę, quare hunc potius prædeſtinare, quam alterum voluerit. Etenim ſi in homine conſiderato in ſuis tantum naturalibus daretur aliqua cauſa, propter quam vellet ipſi Deus dare primam gratiam, quæ foret principium, ſequentium meritorum, atque perſeuerantiæ, ipſa natura eſſet cauſa prædeſtinationis, quatenus terminatur ad omnes effectus. At vero ſi in natura neganda eſt omnis prædeſtinationis cauſa, vt negari debet ſecundum fidem, difficile intelligi videtur, quo pacto non prædeſtinatus poſsit eſſe ſaluus ex auxilio diuino, ſi omne hoc auxilium ex ſola Dei prædeſtinatione remota omni cauſa morali mouente originem ducit: & quo pacto hominis culpæ tribuendum ſit, ſi pereat, cum ſoli prædeſtinati ſaluentur, & cũ nullam natura cauſam offerre poſsit, vt prædeſtinetur. *Eſt de cauſa morali.*

Hinc grauiſsima hæc difficultas manauit: hinc etiam varij hominum errores in hac materia, quoſdam in hoc capite breuiter refero.

2 Primus error fuit Origenis, qui cum non videret in hac vita poſſe præcedere ex parte hominis aliquem actum liberum moralem, qui eſſet cauſa ſuæ prædeſtinationis, & cum diſcretionem prædeſtinationis iuſte fieri, non poſſe ſine cauſa arbitraretur, finxit animas hominũ ante corporis informationem extitiſſe, ſuamque vitam degiſſe, & in ea bona, vel mala opera patraſſe, & pro vt inibi geſsit in præſenti vita, in qua immerſa eſt corporis ergaſtulo diuerſam fortunam expertam, denique, aut prædeſtinatam, aut reprobatam. Lege librũ primum Periarchon in cap. 7. 8. & 9. & librum 3. c. 10. ſi vis errorẽ Origenis plene intelligere. *Origenis. Origenis error de prædeſtinatione.*

Is error damnatus fuit in 6. Synodo generali actione 12. & refellitur efficaciter ex Paulo ad Rom. 9. ibi, *cum nõ dum aliquid boni egiſſent, aut mali, &c.* Hunc locum abunde declaraui diſp. 23. cap. 4. Scripſerunt cõtra hunc errorẽ, Hieronymus Epiſt. 150. quæſt. 2. vbi affirmat à *Rom. 6. Vnde damnãdus ſit. Hierony.*

Platone

Epiphan. Nazianz. Theophil. P. Suar.

Platone ipſum hauſiſſe Originem, Epiphanius, Nacianceenus, Theophylactus, qui referuntur à P. Suarez lib. 2. cap. 4. vbi habes plura. Sed cum obliuione, ſit iam obſcuratus pluribus opus non eſt, ne in lucem memoriæ reuocetur.

Bardaſeni. Priſciliani-ſtæ. Error Bardaſeni, & Priſciliani de prædeſtinatione. Rom. 9. Hierem. 10. Auguſt. Vnde damnatur.

3 Secundus error eſt Bardaſeni, & Priſcilianiſtarum, de quo meminit Auguſtinus hæreſi. 35. Hi affirmarunt, quoſdam homines ex diuerſa conſtellatione, & complexione eſſe acutioris ingenij, alios obtuſioris, indeque prouenire prædeſtinationem, & reprobationem. Is error efficaciter refellitur ex illo Pauli ad Roman. 9. *Sed, & Rebeccha ex vno concubitu, &c.* Quem locum abunde etiam tractaui cap. 4. citato. Et ex Ieremia cap. 10. ibi, *à ſignis cæli nolite timere, quæ timent gentes, quia nec mala poſſunt facere, &c.* legatur Auguſtinus lib. 5. de ciuitate Dei. cap. 2. & ſequentibus.

Valẽtini, & Baſilidis error de prædeſtinatione.

4 Tertius error eſt diſcipulorum Valentini, & Baſilidis: hi dicebant diuerſas eſſe naturas animarum, quaſdam terrenas eſſe, atque neceſſario addictas terrenis cupiditatibus: quaſdã ſpirituales, & peccare non poſſe: inde illas reprobari, has prædeſtinari.

Vnde confutandus.

Is error refutatur omnibus, quibus probari ſolet in eſſe omnium hominum animis liberũ arbitriũ. Mitto opera animarum terrenarum, ſi neceſſaria ſunt, nec peccata eſſe, nec cauſam reprobationis, & opera animarum ſpiritualium, ſi neceſſaria ſunt, nec bona eſſe, nec cauſam prædeſtinationis.

Caluini, & Lutheri error. Conc. Trident. Damnat Trident. Caſtro. Prateolus. Error prædeſtinatorum. Sigibertus. Iouin. Vbicleph. Hus. Iouinian' reuocatur ad hũc errorem, itẽ Vbicleph. & Ioan Hus. Concilium Conſtãtienſe Trident. 1. Corint. 9. Conc. Valẽtinum. Baronius. Goteſcalcus erroris caput.

5 Licet Caluinus, atque Lutherus cũ ſectarijs circa prædeſtinationem, atque reprobationẽ errauerint, tamen contrario modo procedunt affirmantes Deum ſine cauſa reprobare neceſſitatem peccandi inducens, & prædeſtinare inferens neceſſitatem bonorum operum, & ita in nobis mala, ſicut & bona operari. Contra quos definit Tridentinum ſeſſ. 6. can. 4. & ſequẽtibus. Nec etiam refero quorumdam aliorum hæreticorum errorem, qui dicuntur *prædeſtinati* circa annum 415. vt refert Caſtro in verbo prædeſtinatio. Et Prateolus in verbo prædeſtinati, qui aſſerebant pie viuentibus non prodeſſe bonorum operum laborem, ſi a Deo ad mortem ordinati fuiſſent, & impijs, & peccatoribus non obeſſe quæcumque ſcelera, & flagitia ab illis commiſſa, ſi Deus illos ad vitam æternam prædeſtinauit. Quo errore, & boni à bonis operibus auocabantur, & mali ad mala prouocabantur. Sigibertus Monachus in ſuis Chronocis (ait) hos hæreticos exortos tempore Honorij Imperatoris, & Innocentij primi circa annum 414. ad quem errorem reuocatur Iouinianus, qui dixit hominem ſemel verè baptizatum non poſſe amplius peccare, & Vbiclephus, qui dicebat prædeſtinatos à gratia excidere non poſſe & Ioannes Hus, qui dicebat præſcitos non eſſe partem Eccleſiæ, qui damnati fuerunt in Concilio Conſtanciẽſi ſeſſ. 15. art. 3. & 21. & in Concilio Tridenti. ſeſſ. 6. cap. 12. & can. 17. refellũtur efficaciter ex illo Pauli 1. Corinth. ca. 9. *caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim ipſe reprobus efficiar.* Quem locum abunde tractaui diſp. 24. ca. 3. in prima concluſione. Concilium Valentinum in Gallia damnauit hunc *prædeſtinatorum* errorem. Anno 855. cuius caput, vt aduertit Baronius eodem anno, fuit Goteſcalcus, contra quem coactũ fuit paucos ante annos quoddam Concil. Moguntinum tempore Rabani, in quo ipſe damnatus, & perpetuo carceri addictus.

Caput II. *Error Pelagij, & vindicatus* Pater Suarez *ab impoſtura* M. Nauarreti.

Error Pelagij, & cæleſtij.

6 PELAGIVS natione Brito profeſſione Monachus, & Cæleſtius eius diſcipulus poſtea cohortis Satanicæ ante ſignanus, dixerunt nos poſſe viribus liberi arbitrij nudi mereri vitam æternam: ac proinde eſſe cauſam noſtræ prædeſtinationis. Cum argueretur à fratribus contra hoc dogma, ipſum leniuit dicens, gratiam dumtaxat neceſſariam eſſe ad facilius conſequendam vitam æternam.

Nauarretus. Nauarreti impoſtura in Suarium.

Contra hunc errorem faciunt, quæ ſtatim ſubijcio: primum vero animaduertere oportet lectorem meum de impoſtura M. Nauarreti in noſtrum Franciſcum Suarium, qui docuit lib. 3. de auxilijs cap. 10. neceſſariam non eſſe, præter auxilium gratiæ ſufficientis prædeterminationem moralẽ ad opera ſupernaturalia: vt ergo Nauarretus oſtẽderet ipſum in errorẽ Pelagij prolapſum 2. tom. controuerſ. lib. quẽ edidit in defenſionem Scholæ D. Thomæ controuerſ. 21. §. 7. affirmat, Pelagium agnouiſſe gratiam internam ex parte potentiarum ad poſſe; & præterea moralem prædeterminationem. Ex quo infert, quia P. Suarez negat phyſicam, & negat hanc moralem etiam neceſſariam eſſe, minus ab ipſo concedi gratiæ Dei, quam Pelagius concedebat. Porrò, propter hanc eandem rationem a noſtris negari diuiſionem gratiæ inefficacem, & ſufficientem: & ſic emphaticè concludit. *Videat Eccleſia, quam cenſuram mereatur.* Sed animaduertens ſe acerbius, quã par erat in P. Suarez eximie modeſtum

Digitized by Google

deſtum, & humilem virum in vexiſſe, ſermonē lenit religioſus vir, dicens ſe noſtrum inſtitutum ex corde venerari, & vbique efferre miris laudibus, & gratias agere pro beneficijs ſpiritualibus quam plurimis, quę a noſtris accepit: imo ſe exhibere antagoniſtam pro ſinceritate doctrinæ, quam noſtri ſenes profeſsi ſunt, & quam ad vbera S. Thomæ in primordijs ſuxerunt: & in hoc ipſo ſe dare ſpecimen grati animi erga noſtrā religionē. Hoc ipſum noſtris antea obiectū ab alio ſcriptore eiuſdē familiæ, cuius tractatus iuſſu Romani Pōtificis euulgari prohibitus, in quē P. Leſsius (niſi fallor) cōpoſuit ſuā apologeticā diſputationē.

7 *Conciliorum Pelagij erroris intelligentia.* Concilium. Carthagin. Prætermiſſa diuiſione illa auxilij gratiæ Dei inefficacē, & ſufficientem: de qua nō eſt ſermo noſter. Recipio me ad examinandū errorē Pelagij, qui expectat ad punctum de cauſa prædeſtinationis; ex quo examine obiter de impoſtura apertè conſtabit. Atque primo Cōcilium Carthaginenſe anno 415. celebratum in Epiſtola ad S. Innocentium Papam conſcripta à triginta ſeptem Epiſcopis, ſic refert errorem Pelagij, & Cæleſtij, *id enim agunt iſti damnabilibus diſputationibus ſuis, vt non defendendo, ſed potius in ſacrilegam ſuperbiam extollendo liberum arbitrium, nullum reliquant locum gratiæ Dei, qua Chriſtiani ſumus, &c.* Hic expende particulam *nullum*, non tantum moralem prædeterminationem, ſed etiam omnē gratiam præuenientem intrinſecam excludere: ergo ſi Concilium hoc probè intellexit Pelagij errorem neceſſum eſt Nauarretum falli, & falſo imponere. Hoc fuit ſecundum Carthaginenſe, in quo Cœleſtis perſona damnata, quod liberius ſuos ſeminabat errores. Secundo Concilium Africanum in quo Epiſcopi 59. (Africanū.) circa tempora Bonifacij Papæ I. cap. 76. vbi damnata hæreſis Pelagij, & Cæleſtij eodem fere modo refert hunc errorem. Nota huic Concilio adfuiſſe Auguſtinum, & totius Concilij mentem, atque ingeniū nuncupatum. Tertio Concilium Prouintiale Senonēſe anno 1528. (Senonenſe.) in præfatione ad decreta fidei his verbis proponit Pelagij errorem, *errauit conſimiliter Pelagius, dum alium extremum ſequutus ad beatam vitam comparandam minime neceſſariam putat diuinam gratiam; ſed ad id ſufficere cenſet liberum arbitrium, ſi modo ad ſit diuinæ legis cognitio.* Ecce ſolum agnouiſſe Pelagium (ait) externam legis Dei propoſitionem, minime autem gratiam præuenientem intrinſecam ex parte facultatum ad poſſe. Hoc Concilium Pariſijs vel in totum, vel magna ex parte fuit celebratum, præfuit ei Cardinalis Antonius à Prato Archiepiſcus Senonenſis Galliæ, & Germaniæ Primas. Contra Lutherum, negantem libertatem, vt Manichæus.

Quarto demum Concilium Tridentin. ſeſſ. 6. can. 1. & 3. percutiens Pelagium anathemate definit hominem non iuſtificari, per opera facta naturæ viribus, aut per legem, aut doctrinam; nec poſſe credere, aut ſperare, abſque gratia Dei: ergo Tridentinum aliter, ac Nauarretus intelligit, & damnat Pelagij errorē. Habes iam quatuor Concilia contra Pelagium coacta in quibus negatur agnouiſſe Pelagium gratiam internam præuenientem ex parte potentiarum; ſed ſolum externam ex parte propoſitionis obiecti. (Tridentin.)

Auguſtinus, qui in expugnando Pelagio, & fallacijs eius detegendis poſuit magnum pondus ingenij, doctrinæ, & laboris. Paſsim in ſuis ſcriptis hoc eodem modo refert errorem Pelagij. Opere pretium erit quædam in particulari ad notare teſtimonia ex lib. de Gratia Chriſti, quem eo fine concinauit, vt extricāret verſucias Pelagianorum, & inuolucra eorū euolueret. In eo igitur opere ſæpe, ait, Auguſtinus nullam conceſſiſſe gratiam Pelagium tanquam neceſſariam ex parte liberi arbitrij, ſed ſolum ad facilius poſſe. Lege ſi placet caput 24. 25. & 41. In alijs vero locis tantum conceſiſſe gratiā legis, & doctrinæ. Lege caput 3. 5. 6. 7. 38. 49. Demum in alijs cum aliquādo concędebat donum Dei neceſſarium eſſe, nō intelligere aliud præter naturam liberi arbitrij. Lege caput 4. 6. 19. 20. & 21. Capite vero 42. concludit in hæc verba, *hæc ergo pro meo captu in venire potui in Pelagij ſcriptis, quam denominabit gratiam, videns, quod qui ita ſentiunt ignorantes Dei iuſtitiam ſuam volunt conſtituere, & longe ab illa ſunt, quæ nobis in Deo eſt.* Facta ergo diligenti ſcrutatione, non inuenit Auguſtinus in Pelagij libris gratiam internam ſufficientem ad poſſe ex parte noſtrarum facultatum. Videat Nauarretus vbinam ipſam inuenerit. Nō præteribo elegantiſsimū pariter ac euidētiſsimū Aug. teſtimonium ex lib. de Geſtis contra Pelagium in Concilio Paleſtino, qui in 1. tom. de gratia P. Suarij eius diligentia excuſus circumfertur ex anno 1614. quo etiam tempore Pariſijs eſt inter Auguſtini opera inſertus, in cap. ergo 7. diſtinguit accuratè naturam, & ſcientiā legis a gratia per Chriſtū ſic dicens, *iam enim habebat iſte naturam cum voluntatis arbitrio, nam dicebat* (velle adiacet mihi) *ſed non habebat naturam cum ſanitate ſine vitio. Nam dicebat* (ſcio, quod nō habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum) *iam habebat cognitionem legis ſanctæ. Nam dicebat peccatum non cognoui niſi per legem, ſed non habebat vires agendæ, perficiendæque iuſtitiæ.* (8 Auguſtin.) (Mens Aug. de errore Pelagij.)

Et poſt pauca: *hanc itaque gratiam, quam in Catholica Eccleſia notiſsimam nouerant Epiſcopi, crediderunt Pelagium confiteri,* & poſtea refert

fert diſcipulos quoſdã Pelagij ſibi retuliſſe ei,
librum, in quo aduerſus gratiam Dei loque-
batur, ſic ſcribit. *Propter hunc ergo librum ego,
plurimi autem fratres propter eius diſputatio-
nes, quas dicunt ſibi eſſe notiſsimas, adhuc ſumus
de iſtorum verborum eius ambiguitate ſolliciti,
ne forte quid in ea lateat, atque ſe hoc dixiſſe, ſi-
ne præiudicio ſui dogmatis exponat diſcipulis
ſuis, ita diſſerens. Dixi quidem proprio labore, &
Dei gratia poſſe hominem eſſe ſine peccato, ſed
quam dicam gratiam, optime noſtis, & legendo
recolere poteſtis, ſit quod ea in qua creati ſumus
a Deo cum libero arbitrio.* Ergo euidens eſt Au-
guſt. ſentire Pelagium tantum agnouiſſe poſ-
ſibilitatem, qua eſt in nudo arbitrio. Dicere
quidem poſſumus, adhuc Pelagium fallere Na-
uarretum, vt fefellit Patres Paleſtinos.

9 Sed age adiungamus alios patres Auguſti-
no, qui etiam, & errorẽ Pelagij nobis propoſue
Innocent. 1. runt, & ipſum refutarunt, Innocentius primus
in Epiſtola ad Concil. Meliuitanum q. 93. Sic,
ait, de Pelagianis negantes Dei auxilium in-
quiunt, *hominem ſibi poſſe ſufficere, nec gratia
hunc egere diuina, qua priuatus neceſſe eſt Dia-
boli laqueis irretitus occumbat, dum ad omnia
vitæ perficienda, mandata ſola tantummodo li-
bertate contendat.* Ecce negat Pelagium ad-
iungere libero arbitrio gratiam ad poſſe. Præ-
Hieronym terea lege Hieronymum in Epiſtola ad The-
ſiphontem, & in libris aduerſus Pelagium. Di-
Gregorius. uum Gregorium lib. 1. in Ezechiel. homil. 9.
Iſidorus. Iſidorum lib. 1. Originum. §. de hæreſibus Pe-
Proſper. lagij, Proſperum Epiſt. ad Rufinum de gratia,
D. Thom. & lib. arbitr. Etiam D. Thomam, quodlib. 1.
art. 7. in hæc verba, *dilucide (ait) cauendus eſt
error Pelagij, qui poſuit, quod per liberum arbi-
trium homo poſsit implere legem, & vitam æter
nam mereri, neq; indigebat auxilio diuino, niſi
quantum ad hoc, quod ſciret quid agere deberet.*
Ecce in errore Pelagij, non nouit Diuus Tho-
mas aliam gratiam, præter extrinſecam propõ
ſitionem legis.

Rurſus quotquot antiqui, & recẽtiores ſcho
10 laſtici de hoc errore ſcripſerũt, vti diximus, ip-
Alenſis. ſum retulerunt, atq; intellexerunt. Solum re-
Bonauent. fero quoſdã, qui tamẽ ſufficient, Alenſem 1. p.
Scotus. q. 61. membro 13. Bonauenturam in 2. diſt. 28.
Durandus. dub. 1. Scotũ, & Durandũ ibidẽ, cæteroſq; Ma-
P. Suar. giſtri cõmentatores. Ex noſtris P. Suar. lib. 3. de
auxilijs cap. 1: & tom. 1. de gratia prologome-
no 5. cap. 2. vbi (ait) primum fuiſſe Pelagiũ inter
hæreticos, qui poſt Iudæos male de gratia ſen-
ſit, teſte Vincẽtio Lyrinenſi, qui cap. 34. ſic ſcri-
Lirinienſis. bit, *quis vnquã ante prophanũ illũ Pelagium tan
tam virtutem liberi præſumpſit arbitrij*, legẽdus
omnino in eo cap. 2. & 3. Vbi dilucidè pariter,
& docte errorẽ Pelagij explicat hauſtũ ex fonti
bus Cõciliorũ, & patrũ abuſus plures huius
nominis *gratia*, & fallacias, quibus ſuũ errorẽ
tegere voluit. Lege etiã totũ prologomenõ 6.
Vbi Põtifices refert omnes, qui Pelagiũ damna
rũt, itẽ acta Cõcilij Dioſpolitani vbi Patres Græ
ci a Pelagio decepti, & geſta patrũ, ac præcipue
librum, qui non extabat Auguſtini. Et P. Vaz- P. Vazq.
quez 1. p. diſp. 89. nu. 1. & 22. & diſp. 91. cap. 2.
num. 7. Et Molina 1. p. diſp. 6. §. cum Pelagius, P. Molina.
& P. Valentia 1. 2. diſp. 8. q. 1. puncto 5. & Beca- P. Valentia.
nus tom 1. ſummæ Theologiæ de prædeſtinatio P. Becanus.
ne cap. 16. q. 1. Vbi ſtrenue fraudes Pelagij de-
tegit, & q. 4. Vbi de differẽtia inter catholicos,
Caluiniſtas, & Pelagianos. Ita etiã noſtri ſcrip-
turarũ interpretes, ita Toletus ad Rom. c. 9. & Card. Tolet.
Maldonatus in cap. 13. Ioãnis, & ſæpe aliàs. Et
P. Iuſtinianus, atq; P. Cornelius a Lapide in Paul. P. Maldon.
ad Philip. c. 2. Deniq; hiſtoriographi, ita etiã re P. Iuſtinian.
ferunt errorẽ Pelagij, videatur Varonius to. 5. P. Cornelius
annaliũ, fol. 175. & anno 410. n. 6. & ſequẽtibus, *Hiſtoriographorũ,*
& anno 411. n. 52. Vbi (ait) trãſiſſe Pelagium ex *& controuertiſtarũ*
oriẽte in occidẽtẽ ſocio Cæleſtio, auctore Iulia *mẽs de errore Pelagij.*
no, Romæq; ſuũ errorẽ ſeminare cœpiſſe, Plati
na in vita Innocẽtij, P. Iacobus Gaulterius. 5. ſæ-
culo ad annũ 500. fol. 373. cap. 3. Vbi omnes Pe
lagij errores adamuſim refert, & indicat locos, Platina.
quibus refutandus eſt, nullum verò refert erro- P. Galuterius.
rem Pelagij, in quo agnouerit gratiam excitan
tem, atq; præuenientem internam ex parte po
tentiarum conferentem potentiam proximam
ad ſupernaturaliter operandum. His adiunge
controuertiſtas, lege Bellarminum lib. 1. de gra Card. Bell.
tia, & lib. arb. cap. 1. Caſtrũ de hæreſibus verbo Caſtro.
gratia, itẽ Gabrielẽ Prateolũ de vitijs, & dog- Gabriel Prateolus.
matibus hæreticorum lib. 14. verbo *Pelagius*.

Hac facta breui enarratione ſcriptorũ præci
puorũ, qui cõtra Pelagiũ ſcripſerũt cõficio cõ-
tra Nauarreti impoſturã hoc argumẽtũ. Nã vel
hæc cõcilia, hi patres, hi ſcholaſtici, ſcripturarũ
interpretes, cõtrouertiſtæ, hiſtoriographi, ſatis
perſpectũ habuerũt errorẽ Pelagij? vel nõ? hoc
ſecundũ abſurdiſsimũ eſt, nẽpe errorẽ Pelagij
ab vniuerſa Eccleſia, nõ omnino penetratũ fuiſ-
ſe, & à ſolo Nauarreto, quibuſdã ve modernis
ſatis explicatũ. Si primũ? ergo cũ Pelagius agno
uerit gratiã internã præuenientẽ, vt neceſſariã
ad poſſe operari ſupernaturaliter: imo, & mo-
ralem prædeterminationem, & ſolum negaue-
rit phyſicam prædeterminationẽ Cõcilia, Patres,
ſcholaſtici, & cæteri impoſuerunt errorem Pe-
lagio: imo, & immerito damnarunt. Probo hãc
conſequentiam, primo; quia negare phyſicam
prædeterminationem, nõ eſt error: ergo prop-
ter eam negatam, non erat Pelagius erroris
inſimulandus. Secundo: quia prædicta Con-
cilia, Patres, ſcholaſtici, & reliqui numerati
negarunt Pelagium admiſiſſe gratiam inter-
nam ex parte facultatum, ſed ſolum externam
legis, & doctrinæ: ergo diminutè eorũ errorem

Digitized by Google

retulerunt: imo, & ſubticuerunt cum eius iniuria incredibili, eam partem, in qua non errauit, quippe, qui agnouit gratiam internam ad poſſe.

P. Suar. Porro P. Suarez per moralem prædeterminationem intelligit auxilium congruum intrinſecum potentijs collatum à Deo in ea rerum periſtaſi, in qua nouit voluntatem reſponſurã, eam propterea appellat prædeterminationem moralem, quia æquiualet phyſicæ ratione infallibilis connexionis, quam habet cum pia operatione, beneficio ſcientiæ conditionatæ. Pelagius verò, vt ipſe Nauarretus fatetur citato loco ſolum admittit allicientiam quamdam extrinſecã noſtrarum facultatum, à vero, & bono ſupernaturali nobis præſentato: ergo, nec Pelagius admittebat prædeterminationẽ moralem, quam P. Suarez, nec Nauarretus intelligere voluit doctrinam eius. An vt ei Pelagij errorem impingeret, ipſe viderit.

11 Verum obijciunt præfati moderni, vt probent, Pelagium admiſiſſe gratiam, quæ dat poſſe, hoc eſt ſufficientem, & ſolum negare gratiam, quæ dat velle, & facere, verba Pelagij ex Auguſtino lib. de gratia Chriſti, cap. 5. ibi, *poſſe Deus poſuit in natura, velle, & agere noſtra eſſe voluit, & ideo non adiuuat, vt velimus, non adiuuat, vt agamus: ſed tantummodo adiuuat, vt velle, & agere valeamus.* Quæ verba refert Auguſtinus nomine Pelagij, & cap. 7. refert hæc alia, *adiuuat nos Deus per doctrinam, & reuelationem ſuam, dum cordis tantum oculos aperit, dum nobis, ne præſentibus occupemur, futura demonſtrat, dum Diaboli pandit inſidias, dum nos multi formi, & ineffabili dono gratiæ cæleſtis illuminat.* Aduerte verò Pelagium hæc verba ſcripſiſſe, vt oſtenderet gratiam, quam ipſe admittebat, non conſiſtere ſolum in extrinſeca legis propoſitione; nam, ſic prius dixerat, *quam* ſupple gratiam, *nos non vt putas in lege tantummodo, ſed in Dei eſſe adiutorio confitemur:* ergo Pelagius vltra extrinſecam gratiam legis & doctrinę admittit aliã intrinſecam dantem ſupernaturaliter poſſe operari libero arbitrio; cũ concedit, nos illuminari multi formi, & infallibili dono gratiæ cœleſtis: nam ſic concludit poſt prolata verba relata, *qui hæc dicit, gratiam tibi videtur negare? an, & liberum hominis arbitrium, & ei gratiam confitetur?*

Auguſt. Obiectio ex Aug.

Alia obiectio ex Aug. Secundo, obijcere poſſunt argumentum, quod format Auguſtinus cõtra Pelagium cap. 14. his verbis, *ſi tantum poſſe noſtrum hac gratia iuuaretur, ita diceret Dominus omnis, qui audiuit à Patre, & didicit poteſt venire ad me: non autem ſic dixit, ſed omnis, qui audiuit, & didicit venit ad me.* In quo argumento ſupponit, Auguſtinus conceſiſſe Pelagium gratiam, quæ dat poſſe: ergo ſolũ controuerſia fuit inter ipſum, & Auguſtiuũ, quia Pelagius negabat gratiam quædat velle, & facere, hoc eſt, prædeterminãtem phyſice. Præter Nauarretum, ita cenſuerũt Bañes 1. p. q. 23. ar. 3. Vbi adiecit ſententiam negantem phyſicam prædeterminationem negare Deo prouidentiam actualis operationis, & Cabezudus 3. p. q. 63. ar. 1. pag. 161. & Didacus Aluar. diſp. 99. in pri. Verũ huic argumẽto ex ipſis Auguſtini verbis fit ſatis: nã in eo ca. 7. poſtquam nomine Pelagij retulit ea compoſita verba, in quibus magis videtur concedere gratiæ, vt fraudem Pelagii ſub cortice verborũ latentem oſtendat, ſic (ait) Auguſtinus in his omnibus, *non receſsit à commendatione legis, & doctrina, hanc eſſe adiuuantem gratiam diligenter inculcans, & hoc exequens, quod propoſuerat tum diceret* (ſed in Dei eſſe adiutorio confitemur.) *Deniq; Dei adiutorium multipliciter inſinuandam putauit commemorando doctrinam, & reuelationem, & oculorum cordis adapertionem, & demonſtrationem futurorum, & multi formi, & ineffabili dono gratiæ cæleſtis illuminationem: ad hoc vtique, vt diuina præcepta, & promiſſa diſcamus, hoc eſt ergo gratiam Dei ponere in lege, atq; doctrina.* Hæc Auguſtinus. Quibus explicat fallaciã verborũ Pelagij, in quibus maior eſſe videbatur vis: nã ſubdole decipere voluit nomine adiuuantis gratiæ, cum ſolum concedat adiutorium extrinſecum per externam forinſecus obiectorum propoſitionẽ.

Bañes.

Cabezudus. Aluarez.

12 Vt verò pleniorem habeamus notitiam eius controuerſiæ, inter Auguſtinum, & Pelagiũ, & fraudes modi loquẽdi Pelagij detegamus, obſeruãda quædam ſunt: primum, licet verũ eſſet, Pelagium admiſiſſe gratiam, quæ dat vires internas ad poſſe, hoc eſt, gratiam ſufficientẽ; non tamen inde fieri eamdem eſſe controuerſiam in materia de auxilijs inter ſcholaſticos catholicos, quæ fuit inter Auguſtinum, & Pelagium: nã is erraſſet ſanè in eo, quod negaſſet gratiã efficacẽ, atq; cooperantẽ; quod omnes Theologi catholici, inter quos eſt cõtrouerſia, admittũt, nõ verò erraſſet, aut quia cõcedit auxiliũ ſufficiens internũ: neq; enim quidquid dicitur ab hæretico error eſt, aut quia negat gratiam efficacem per phyſicam prædeterminationem, cũ luce meridiana clarius ſit inter Auguſtinum, & Pelagium, non fuiſſe controuerſiam de modo gratiæ efficacis adiuuantis, & cooperantis: ſed de ipſa gratia efficaci, & cooperante, quam omnino negauit Pelagius, licèt demus aduerſarijs conceſiſſe gratiam ſufficientem. Vnde Auguſtinus in eo lib. de gratia Chriſti cap. 47. *Si ergo* (ait) *conſenſerint nobis, non ſolum poteſtatem in homine, etiam ſi nec velit, nec agat bene, ſed ipſam quoq; voluntatem, & actionem diuinitus adiuuari, vt ſine illo adiutorio nihil bene velimus, & agamus, eamq; eſſe gratiã Dei per*

Quam diſtet controuerſia inter Aug. & Pelag. à re propoſita.

Digitized by Google

per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, in quo nos ſua, non noſtra iuſtitia iuſtos facit, vt ſit vera noſtra iuſtitia, quæ nobis ab illo eſt nihil de adiutorio gratiæ Dei (quantum arbitror) inter nos controuerſia relinquetur: Ergo cum ſcriptores noſtri libenter concedant, tum auxilium ſufficiens intrinſecum, hoc eſt poteſtatem ſupernaturalem operandi à gratia Dei eſſe, tum ipſum velle, & agere bene eſſe a gratia efficaci per auxilium cooperans, atq; adiuuãs, immerito eorum opinio confunditur cũ erroribus Pelagij.

13 *Pelag. gratiam ſuam extrinſecã legis, & reuelationis ſolum poſuit ad facilius poſſe*

Secundo obſerua: hanc gratiam quæ dat poſſe, & dare, hoc ipſum poſſe ſolum ad facilius operandum, & ad ſimpliciter operandum; vt abſolute neceſſariam. Pelagius autem numquam admiſsit gratiam, quæ dat poſſe, vt ſimpliciter neceſſariam teſte Auguſtino lib. 2. contra duas Epiſtolas Pelagianorum capit. 8. ibi, *Pelagius enim facilius dixit impleri, quod bonum eſt, ſi adiuuet gratia*: Ergo licet demus, conceſſiſſe Pelagium gratiam ex parte principij in hoc etiam errauit, quod illam non conceſsit, vt neceſſariam ad poſſe ſimpliciter, ſed ad facile poſſe. Quemadmodum, ſi quis admiſsis habitibus infuſis, negaret eos eſſe neceſſarios ad ſimpliciter poſſe ſupernaturaliter operari; ſed tantum ad facile poſſe, erraret: nam hoc eſt diſcrimen inter habitus infuſos, & acquiſitos, quod hi non ſunt neceſſarij ſimpliciter; illi verò ſunt: ita licet per hoc poſſe Pelagius intelligeret gratiam ex parte principij dantem vires, erraſſet tamen, quia eam non admittit, vt ſimpliciter neceſſariam ad poſſe; ſed tantum, vt neceſſariam ad facilius poſſe. Qua propter cenſeo, Pelagium ipſam ſuam gratiam, quæ tantum erat reuelationis, & doctrinæ, vt oſtendo numero ſequenti: adhuc non poſuiſſe, vt neceſſariam ad ſimpliciter poſſe credere, & bene operari, prout oportet ad vitam æternam conſequendam. Nam licèt, nõ ignorauerit reuelationem eſſe neceſſariam ad credendum, & notitiam legis ſupernaturalis ad eam ſeruandam: nihilominus, quia putauit (licèt nullam reuelationem haberet homo) poſſe tamen per rationem natulem Deum cognoſcere, & ſeruare naturalem legem, per vires naturæ, ac proinde conſequi vitam æternam, hinc dixiſſe reuelationem, & propoſitionem legis, tantum eſſe neceſſariam ad facilius poſſe, non quia, aut fides eſſe poſsit, ſine reuelatione, aut obſeruatio legis diuinæ poſitiuæ, ſine eius notitia: ſed quia ſine fide comparata per reuelationem, & ſine obſeruatione legis diuinæ poſitiuæ ſola notitia Dei habita lumine naturali, & obſeruatione legis naturalis per vires naturæ poterat comparare vitam æternam, id, quod optime etiam notauit P. Suar. tom. 1. de gratia prologomeno 5. cap. 3. num. 28. **P. Suar.**

Obſerua tertio: aliud eſſe dare poſſe per gratiam, aliud adiuuare poſſe, quod habemus per naturam. 14 Pelagius ſolum concedit, adiuuari per gratiam poſsibilitatem, quæ ſuppo nitur in natura; vt conſtat primo, in verbis relatis ex Auguſtino lib. de gratia Chriſti cap. 5. nomine Pelagij, quæ retulimus in objectione ibi, *poſſe Deus poſuit in natura.* Et ex cap. 14. in argumento, quod formabat Auguſtinus, contra Pelagium ibi, *ſi tantum poſſe noſtrum hac gratia iuuaretur, &c.* Ergo volebat Pelagius ipſum poſſe, noſtrum eſſe, & gratia ſua iuuari. Tertio, in verbis cap. 7. quæ retulimus ex Auguſtino, & ex eodem explicuimus, ſic enim, ait, *adiuuat enim nos Deus per doctrinam, & reuelationem, dum cordis noſtri oculos aperit, &c.* Ergo gratia Pelagij non dat poſſe, ſed adiuuat poſſe noſtrum, quod ſupponit. Ergo licet Pelagius concederet gratiam adiuuantem ex parte principij, erraret, dum negat hac eadem conſtitui poſſe proximum, ſed tantum poſſe, quod ſupponit adiuuari: ergo etiam catholici noſtri Doctores, non ſolũ in gratia efficaci; ſed etiã in ſufficienti diſcedunt à Pelagio: nam gratia ſufficiens noſtrorũ Doctorum adiuuat poſſe conſtituendo ipſam potentiam, & ſolũ ſupponendo in natura radicalem quamdam, ſeu obedientialem potentiam ad poſſe ſupernaturaliter operandum: Pelagius verò, vti diximus ſupponit ipſum poſſe proximum eſſe in natura, & hoc gratia ſua adiuuari.

Gratia Pelagij non dat poſſe, ſed adiuuat.

Noſtri in gratia ſufficienti diſcedũt à Pelagio.

Obſerua quarto: vt tandem explicemus, 15 quo pacto Pelagius dixerit, poſſe noſtrum gratia ſua adiuuari in ipſa reuelatione, ſeu extrinſeca legis propoſitione eſſe vim ad adiuuandam potentiam, quatenus debita obiecti propoſitio per bonitatem relucentem in illa allicit potentiam, vt proſequatur obiectum honeſtum, ſic propoſitum. At vltra hanc virtutem eſt alia interna noſtris facultatibus, quæ conſiſtit in actibus intellectus, & voluntatis, quos Deus immittit in nobis, ſine nobis, quibus etiã ſtat ad oſtium vitale cordis noſtri, & pulſat cõferendo vires ſufficientes intellectui, & voluntati, illi ad credendum ſupernaturaliter, huic ad eliciendum actus ſupernaturales virtutum infuſarum. His illuſtrationibus intellectus, & inſpirationibus ſupernaturalibus voluntatis, & concurſu ſupernaturali proportionato, & a Deo continuo præparato in ordine gratiæ complentur noſtræ facultates in ratione principij operariui actuum ſupernaturalium, vt fuſius explicui in tractatu de auxilijs. Pelagius verò, cum concedit gratiam adiuuare noſtrum poſſe, ſolũ concedit illuminationem, & oculorum cordis ad apertionem tenen

Adſtruitur a Pelagio gratia adiuuans extrinſeca, negatur intrinſeca.

Digitized by Google

tem ſe ex parte obiecti ſub encomijs gratiæ, vt fugeret inuidiã: nã tanto fallebat occultius, quanto exponebat verſutius: cum verò negat gratiam ſuam adiuuare velle noſtrum, & agere, quia velle, & agere noſtrum eſt, negat has internas vires gratiæ ſufficientis, & hoc damnatum in Pelagio eſt in Concilijs, patribus, ſcholaſticis, controuerſiſtis, & hiſtoriographis à me relatis in principio huius capitis. Hoc conſtat, tum ex cap. 7. Auguſtini ibi, *eum illam gratiam confiteri*, ait Auguſtinus, *qua demonſtrat, & reuelat Deus, quid agere debeamus, non qua donat, & adiuuat, vt agamus*. Et cap. 13. habet hæc notanda verba, *Si gratia doctrina dicenda eſt, certè ita intelligatur, vt altius, & interius credatur, Spiritum ſanctum illam infundere non ſolum per eos, qui plantãt, & rigant extrinſecus; ſed etiam per ſe ipſum, qui incrementum miniſtrat occultius; ita, vt non oſtendat tantum veritatem, ſed etiam impertiat charitatem*. In quibus verbis diſertè Auguſtinus diſtinguit illas duas gratias; alteram ex parte extrinſecus proponentis: alteram ex parte potentiarum interius adiuuantes: quibus Pelagij verborum ambiguitatem, atq; fraudes patefacit. Et quia hæc reuelatio, ſeu externa propoſitio adiuuat, vt velit homo pro ſingulis actibus, quibus fit reuelatio, & propoſitio, ideo Auguſtinus Epiſtola 107. Sic refert errorem Pelagij, *quomodo dicitur gratia Dei in natura eſſe liberi arbitrij, vel in lege, atque doctrina, cum, & iſtam ſententiam Pelagius ipſe damnauerit, proculdubio confitens gratiam Dei ad ſingulos actus dari*. In quibus non admittit gratiam ſufficientem internam ex parte principij, vt contendunt aduerſarij, dicentes ſaltem Pelagium in fine, ita ſententiam ſuam correxiſſe, ſed ſemper loquitur de gratia adiuuante extrinſecus, vt conſtanter aſſerit, atq; explicat Auguſtinus. Quod ſi verũ eſſet eum ita ſententiam ſuam correxiſſe in eo non erraſſet, vt notaui ſupra num. 12. His ergo, & impoſtura euaneſcit, & error Pelagij explicatus.

Aug.

16 Huc etiam ſpectat catholicos, aliam non abſimilem calumniam paſſos à lutheranis, & Caluinianis. etenim, quod decretum ipſorum irrefragabile, & immutabile Dei, & gratiam à ſe efficacem ex illo manantem, & ita adhærentem voluntati, vt eam ferreè in vnam partem conſtringeret; quia putabant contrariam eſſe libertati, negauerint, & conſtituerint principium noſtrum indifferens ad merendum, & non merendum, ad peccandum, & non peccandum. Hac (inquam) ratione hæretici catholicos inſimularunt Pelagiani erroris. Nam Stapletonius vir quidem de catholica Eccleſia optimè meritus eximiè doctus, & in erroribus lutheranis, & Caluinianis diu verſatus lib. 4. de iuſtificatione cap. 1. *Conati ſunt tamen* (ait) *moderatiores lutherani, ex quibus eſt cenſor Chemnitius*) *ſingulari artificio, & fraude etiam hanc communem omnium ſententiam moderari, & catholicæ Eccleſiæ Pelagianam ſententiam impingere*. Communis verò ſententia, de qua ibi facit mentionem, ea eſt, quæ affirmat libertatem, atque indifferentiam eſſe, non ſolum in malis, & indifferentibus operationibus, & in moralibus, & ciuilibus; ſed etiam in meritorijs vitæ æternæ. Ideo verò (ait) moderatiores lutheranos temperaſſe Caluini ſententiam eo repugnante, quia ille negabat indifferentiam in omnibus actionibus, tam meritorijs, quam in malis indifferentibus, & ciuilibus: Chemnitius verò, & moderatiores lutherani conceſſerunt libertatem actionibus malis indifferentibus, & ciuilibus, & tantum negarunt actionibus meritorijs, in quo tamen aduerſati ſunt Tridentino ſeſſione 6. can. 5. & 6. in quibus veram adſtruit libertatem, ſicut in proditione Iudæ; ita in conuerſione Pauli. Ex eodem Stapletonio non grauabor referre alia verba, quæ ſimilem continent calumniam, *Alter ſtatus, inquit, quem proponit Chemnitius eſt illius controuerſiæ, quæ erat inter Auguſtinum, & Pelagianos: volebat enim Pelagius propoſitum boni, & principium conuerſionis à ſolo libero arbitrio eſſe: quod poſtea Deus ſua gratia adiuuaret, & perficeret, vt facilius per gratiam impleretur, quod ſine ea impleri quidem, ſed difficilius poſſet; vt oſtendit Auguſtinus Epiſtola 106.* His verbis Stapletonius bene declarat ſtatum controuerſiæ inter Auguſtinum, & Pelagianos: addit verò ſic, *Hunc controuerſiæ ſtatum* peruertere, *& conſequenter Pelagianas partes Catholicis obtrudere verſi pellis ille, & fraudulentus cenſor conatur, tum vt Lutheri damnatam hæreſim, hac arte à ſuo capite depelleret: tum vt ſententiam catholicam tamquam Pelagianam ex Auguſtino refelleret*. Pari ergo ratione videtur Nauarretus noſtro Suario errorem Pelagij impingere; quia negat ſuam phyſicam prædeterminationem, & ex Auguſtino refellere ei Pelaginas partes obtrudens cum ſententiam catholicam tueatur. Dico *pari ratione*; quia non pari animo id effectum eſſe non dubito. Vt clarius conſtet, quam diſtet à Pelagio ſententia Patris Suarez, placet ſtatum quæſtionis inter Auguſtinum, & Pelagium verbis Stapletonij referre, *quæritur* (ait) *an in prima conuerſione liberum arbitrium cooperetur excitanti Deo, non quidem ex ſe, & ſuis viribus; ſed iam à Deo motum, excitatum, & adiutum? an vero nihil cooperetur; ſed vt primum à Deo excitatur ſtatim ſeduci patiatur, aut potius neceſſario ducatur, nec ſancti* Spiritus

Similem impoſturã paſſi ſunt antiqui catholici.
Stapleton.

Quid ſenſerint de libertate moderationis lutherani.

Trident.

Staplet.

Staplet.

Digitized by Google

Spiritus ductum liberè ſequatur, gratiamq; excitantem, & oblatam liberè acceptet, eademq; libertate interdum repudiet. Itaque Pelagianus error negabat, gratiam eſſe neceſſariam ad incohationẽ boni operis. Noſtri ſcriptores hãc gratiæ neceſsitatem Catholicè concedunt: negant verò liberum arbitrium gratia motum, & excitatum ſe neceſſario duci; ſed ductum Spiritus ſancti liberè ſequi: atq; eadem libertate repudiare poſſe: quod fide ſanctum eſt. Modo calumnia hæreticorum contra Doctores Eccleſiæ in eo conſiſtebat, quod quia Catholici negabant liberum arbitrium duci neceſſario, conati ſunt eis impingere Pelagianam hæreſim: ergo non aliter cum noſtro Suario Nauarretus impingere conetur Pelagianam hæreſim, quod neget libero arbitrio auxilium gratiæ determinantis, atq; adigentis in vnam partem, agere videtur.

17 P. Turrian. P. Turrianus vir etiam eximie doctus, & qui gerebat cum hæreticis bella quotidiana lib. 4. pro Epiſtolis Pontificijs, cap. 1. hæc habet verba, *Dum lutherani, non intelligunt, quem admodum gratia Dei, cum libera poteſtate voluntatis conueniat, fingunt omnia nos in omnibus voluntati tribuere, noſque Pelagianos videri volunt; quia non, vt ipſi voluntatem propria virtute in contumeliam auctoris ſpoliamus. Quã calumniam, vt quo quomodo colorarent conati ſunt ſtatum quæſtionis in vertere, & ſuã cũ Eccleſia Catholica diſputationem ad eam trahere; de qua inter Pelagium, & Auguſtinum olim certatum eſt, fingunt ſe agere Auguſtini cauſam, dum gratiam à ſe efficacem defendunt: Catholicos verò eam negantes pro Pelagij defenſione contra Auguſtinum dimicare.* Ecce hæretici in ſimili impoſtura eſſe videntur. Illi in Eccleſiam Dei, is in Patrem Suarez, qui tantum negauit gratiam à ſe efficacem: nam hanc non diſtingui à phyſica prædeterminatione in tractatu de auxilijs, cum licuerit, oſtendo. Si ergo calumnia eſt impingere Eccleſiæ Pelagianum errorem, quod repudiet gratiam à ſe efficacem libertati contrariam adſtruens vocationem congruam indifferentem, non diſsimilis videtur calumnia Pelagianum errorem Suario impingere; quod neget phyſicam prædeterminationem, & adſtruat gratiam ex ſe indifferentem.

18 Chemnitius. *Chemnitij verba contra Ieſuitarũ doctrinam.* Immo ipſe Chemnitius in lib. quẽ in ſcripſit, *Præcipua capita Theologiæ Ieſuitarum*, cap. 4. num. 3. Eodem modo videtur in noſtros calumniatus: nam poſt relata quædam Pelagij verba ſic (ait) *Hæc Pelagij verba ideo ſcripſi, ne arbitrentur Ieſuitæ ſe p.ſſe labi, ſi dixerint ſe, non reijcere auxilium diuinum, etiam ſi prædicent vires arbitrij: idem enim Pelagius factitauit*: Ergo Chemnitius hæreticus notat nos erroris Pelagij, quia diuinum auxilium, ita attemperamus, vt ſuas etiam partes relinquamus libertati, ergo cum negare non poſsit Nauarretus nos adſtruere diuinum auxilium præuium, ante quodcumque opus pium relinquens libertati ſuum locum, ſi nihilominus impingit errorem Pelagij, videat ne in eadẽ ſit calumnia cum Chemnitio, non quatenus ipſe adſtruit, vt Chemnitius gratiam deſtruentem libertatem; ſemper enim Catholicè, & conſtanter defendit cum ſua phyſica prædeterminatione componi libertatem arbitrij, quod an intelligi poſsit, tractatu de auxilijs diſſerendum; ſed quatenus arbitratur Patrẽ Suarez in Pelagianiſmum incidiſſe, eo, quod cum diuino auxilio indifferenti vires arbitrij tueatur. Item Petrus Martyr ſuper cap. 7. Epiſtolæ ad Romanos, pag. 437. ſic (ait) de Catholicis, *Iactant ſe multum differre à Pelagio: ponimus enim, inquiunt, gratiam quamdam præuenientem, atque pulſantem, per quam aliquis theſaurus bonus in cordibus hominum includi poteſt, verum hoc etiam Pelagius fatebatur.* Ecce adſcribit Catholicos Pelagio, quod ſolum conſtituant gratiam præuenientem, atque indifferentem, qua poteſt includi in cordibus hominum theſaurus boni operis, & non includi. Non dubito Nauarretum, ſi hæc perſpecta haberet, ſe fore temperandum ab impoſtura illa, ne vir nimium Catholicus, dum in noſtros inuehi conatur, conueniat in impoſtura cum hæreticis. Ergo controuerſia inter Catholicos, & Pelagianos, non illa erat, vtrum habeat homo in ſua poteſtate rectum diuinæ gratiæ vſum, vt credere ad fidem, excitante Deo, conuertere ſeipſum in bonum, Deo ad conuerſionem excitanre, abſtinere à peccato, facere opus iuſtitiæ, gratiam Dei in vacuum, non recipere; ſed vtrum ſine gratia Dei hanc totam poteſtatem haberet; an cum adiutorio gratiæ, non ſolum præuenientis, excitantis, operantis; ſed etiam adiuuantis, comitantis, & cooperantis. Sine gratia vtrumque dixit impius Pelagius: cum gratia vtrumque dixit Beatus Auguſtinus, non ſolum excitantem, & operantem; ſed etiam adiuuantem, & cooperantem gratiam perpetuo inculcans. Verba ſunt Stapletonii in Anthidotis contra Caluinum in Epiſtola prima ad Corinth. ſuper capit. 15. Ergo cum Pater Suarez, & noſtri admittant diuinam gratiam præuenientem, & excitantem adiuuantem, comitantem, & cooperantem, eamque perpetuo inculcent; & rectum vſum huius gratiæ diuinæ in poteſtate arbitrij conſtituant catholicè cum Auguſtino ſentiunt, & proiectè erroris Pelagiani in ſimulantur. *Videat ergo lector, quam cenſuram mereatur, hæc tam irrationabilis impoſtura*

Pet. Martyr

Stapleton.

poſitura, vt vtar eiſdem verbis Nauarreti. Quod verò prædicat ſe ſemper, atq; vbiq; noſtrum inſtitutum miris laudibus efferre gratiã habemus, quia facit, vt debet: nam à Summis Pontificibus auctoritate Apoſtolica, id non ſemel approbatum, atq; confirmatum eſt, ita atteſtante Concilio Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. ibi. *Quin religio Clericorum Societatis Ieſu, iuxta piorum eorũ inſtitutũ à ſancta ſede Apoſtolica approbatum*, &c. ita à Paulo III. anno 1540. à Iulio III. anno 1550. à Pio IIII. anno 1561. à Gregorio XIII. anno 1573. à Gregorio XIIII. anno 1591. Tandem à Domino N. Paulo Papa V. anno Domini 1606. Item ab omnibus alijs ſummis Pontificibus, ex quo religio noſtra è cœlo lapſa, amplè commendata eſt, & ſingularibus beneficijs, atq; priuilegijs munita, atq; exornata; quippe quæ ad pedes Summi Pontificis nata, ei deuota atq; obſtricta quarto ſolemni voto. & vt Eccleſia Dei omnes religiones ſuo excipit, atq; fouet gremio: ita noſtra quaſi compoſita ex omnibus illis ſeligens ſibi optima quæque, vt inſeruiat Eccleſiæ Dei. Quod ait ſocios atq; religioſos noſtros in primordijs frequentaſſe gymnaſia Dominicana, fatemur, & ingenuè: at Magiſtri noſtri nũquã fuere Thomiſtæ iurati, ſed deuoti: nõ mãcipati, ſed ingenui. Nõ prædeterminati, ſed ſpõnte euntes. Principatũ itaq; facile damus S. Thomæ, non tamen ſerui ſumus; quin, vt Eccleſia omnes complectitur ſcholas Catholicorum, Scotiſtarum, nominalium, Durandenſium, atque Thomiſtarum: ita Magiſtri noſtri omnia perluſtrant ſibique ſeligunt in vnaquaque, quod, & ſacræ ſcripturæ, & Concilijs, & Patribus, atq; veritati magis conſentaneum eſt. Senes ergo noſtri, atque ſcriptores altiora petunt in doctrina, quam Nauarreto veniat in mentem, qui ſemper cogitat Theologiam noſtram infantilem, ſuo tantum lacte nutriendam, adoleuit iam, iam roborata eſt in dieſque Deo dante maiora recipiet incrementa: in eo demum, quod noſtro Suario errorem Pelagij conatur apponere, gratias non habemus, quas referamus, licet ex animo gratitudinem expetamus.

Trident. Paulus III. Iulius III. Pius IIII. Greg. XIII Gregor. XIIII. Paulo V.

Vt noſtri ſcriptores profiteantur doctrinam.

Caput III. *Error Semipelagianorum, & quantum poſuerint meritum gratiæ in natura.*

19 QVIDAM viri pij, quorum notitiam dederunt primi Proſper Aquitanus, & Hilarius Arelatenſis in Epiſtolis ad Auguſtinum; quæ habentur ante librum de prædeſtinatione ſanctorum, vt fugerent errorem *prædeſtinatinatorum*; de quibus feci mentionẽ cap. 1. num. 5. cæperunt aliquid tribuere ſoli libero arbitrio, in quo ipſa prædeſtinatio fundamentũ haberet, & à quo tota ſeries gratiarũ initiũ ſumeret. Hi putantur Maſſilienſes Monachi magnæ auctoritatis, propter eximiã doctrinã, & vitæ ſanctitatẽ, vt refert Proſper in ſua Epiſtola ad Auguſtinũ. P. Suarez 1. to. de gratia prologomeno 5. cap. 5. accuratè explicat in particulari, qui nã hi fuerint: nos vero in progreſſu huius cap. & ſequentibus ſimul, & errorẽ explicabimus, & referentes verba Caſſiani, & Fauſti, atque aliorum indicabimus, qui nã tutati fuerint hunc errorem, qui no de quibus cap. 7. inſtituam, ac precipue de Chriſoſtomo: an eis cõſenſerit: hoc verò, & ſi ſcitu dignum ſit nõ eſt tã neceſſarium, quã explicare, articulos omnes in quibus totus error cõtinetur. Quod præſtabo mouendo dubitationes quaſdam, quas moui publicè docens materiã de prædeſtinatione in Salmanticenſiũ gymnaſio, anno Domini 1616. Poſtea vero Pater Suarez, vt lego, tom. 1. de gratia, excuſo anno 1619. Fere eaſdem mouet prologomeno 5. cap. 6. Spero fore tum ex ijs, quæ in noſtro tractatu diligẽti examine inueni: tum ex face, atq; luce quã labore, atq; eruditione P. Suarez acceperunt, vt omnes latebræ Sempelagianorum è tenebris eruantur.

Proſper Aquitanus. Hilarius Arelatenſis. *Error Maſſilienſiũ. Alias viri magnæ authoritatis.* Maſſilienſes. P. Suar.

Hic etiam error rãmuſculus Pelagij eſt, nam Licet negarint libero arbitrio vires ad conſequẽdã perfectã iuſtitiã, atq; ſalutẽ, & perſeuerantiã; & faſſi fuerint gratiã neceſſariã eſſe ad proficiendũ in bonis operibus, in quo à Pelagio diceſſerunt: at poſſuerunt in libero arbitrio per proprias vires affectum quendam credulitatis, & fidem imperfectam; ſeu voluntatem quãdam ſanandi per humanum laborem, atq, induſtriam, cui ſubiungatur gratia perfectæ fidei; atq; iuſtitiæ, & perſeuerantiæ in ipſa. Vnde hi appellantur Semipelagiani; quia errorẽ Pelagij partiti ſunt, & in parte ab ipſo diſcordarũt, & in parte cõcordarũt: quia autẽ graues Theologi ex recentioribus exiſtimant, nõ ſolũ plures ex antiquis ſcholaſticis in hunc eumdẽ errorẽ impegiſſe; verumetiam patres quoſdam, vt Chryſoſtomus, & Marcus Eremita, cuius opuſcula Theologica extant in Bybliotheca ſanctorũ Patrũ to. 5. Et ita ſcatent erroribus; vt Bellarminius ſuſpicari cogatur ab hæreticis noſtri tẽporis deprauata, & moneat cautè legẽda. Ideo ne nos etiã tãtorũ virorum auctoritate fiſi aliquid dicamus in fauorẽ huius erroris, diligẽter quibuſdam dubitationibus examinandus eſt.

Partiti ſunt errorem Pelagij Semipelagiani.

Chryſoſt. Marcus Eremita.

Sit ergo prima dubitatio, an Maſſiliẽſes poſuerint in libero arbitrio nudo meritũ de cõdigno

An poſte riat meritum de cõdigno? Quid meritũ de cõdigno, & congruo?

gno ad primum gratiæ auxilium; an tantũ meritum de congruo? Meritum de condigno appellant Theologi, quod de ſe ſecundum valorem ſuum meritorium habet condignitatem, & æqualitatem cum præmio. Meritum verò de congruo, quod cum inæquale ſit cum præmio in valore; habet tamen quandam proportionem cum ipſo, vt deceat remuneratorem dare præmium propter ipſum ad mixta quadã gratitudine Hic obſerua duo: primum, hoc meritum de congruo, non conſiſtere in indiuiſibili, nec punctum habere fixum; ſed admittere latitudinem: nam quo valor meriti maior fuerit, eo magis accedet ad meritum de cõdigno; & quo minor magis recedet, diuerſaq; erit proportio inter ipſum, & præmiũ; ac ſub inde in remuneratore diuerſus etiam modus decẽtiæ reſultabit. Secundum, duplex eſſe meritum de congruo: alterum cui debetur præmium ex infallibili lege proueniente, non ex vi valoris meritorij; ſed ex pacto voluntarie inito à remuneratore cum merente. Hac ratione contritio in peccatore, quæ vt fert probabilior opinio eſt diſpoſitio ad gratiam iuſtificantem, affert ipſam cum remiſsione peccatorum infallibiliter: non vero ex merito de condigno. Alterum cui contingenter datur; ita vt aliquãdo detur, aliquando negatur, pro vt libet remuneratori. His annotatis ego exiſtimo Semipelagianos, non poſuiſſe in libero arbitrio meritum de condigno; ſed tantum de congruo.

Duo obſeruatu digna.

Caſsianus. *Nõ poſſuerunt meritum de cõdigno.*

Moueor primo: quia Caſsianus qui fuit huius ſectæ præcipuus defenſor, vt ſubijcio infra numer. 22. declarans ſuam ſententiam ſolum poſuit id, quod modo Scholaſtici appellant meritum de congruo, lege ipſum lib. 12. de inſtitutis Cænobiorum cap. 11. in principio (ait) *latronem Sanctum non curſus ſui merito tantam beatitudinem conſequutum, ſed dono Dei miſerẽtis adeptum.* Et cap. 14. ſicut conatus *humani,* (ait) *non ſufficiunt per ſe ad perfectionem capeſſendam, ita laborantibus tantum atque ſudãtibus miſericordiam gratiamque conferri* in his verbis expẽde illud *laborantibus tantum.* Per particulam excluſiuam excluditur adiutorium gratiæ; per particulam, *conatus humani, non ſufficiunt,* & per particulam *miſericordiam gratiamque conferri,* excluditur meritũ de condigno. Et infra ſubiũgit *miſericordia Dei præſto eſt, occaſione ſibi tantum modo à nobis bonæ voluntatis oblata.* Ecce ſolum ponit ex nobis occaſionem, non meritũ de condigno. Præterea, collatione 13. cap. 7. hæc habet verba,

Caſsian:

Dei benignitas cũ bonæ volũtatis in nobis quãtulã cumq; ſcintillã emicuiſſẽ perſpexerit, vel quã ipſe tanquam de dura ſilice noſtri cordis excuſſerit confouet eam, & excuſcitat ſuaque inſpiratione confortat. Ecce bonam voluntatẽ ex noſtro libero arbitrio appellat *quamtulamcũque ſcintillam,* quam ait Dei benignitatem confouere atque confortare. Quod ſi eſſet meritum de condigno, non ita extenuaret, quod liberũ arbitrium de ſuo cenſet habere. Lege etiã cap. 8. vbi noſtros conatus appellat *ortum quemdam bonæ voluntatis,* & cap. 9. initium bonæ voluntatis ex naturæ dono ortum habere. Denique cap. 13. adducit exemplum de pænitentia Dauid, & ſignificat fuiſſe ex ſola libertate arbitrij præmiſſa tantum ad monitione Prophetæ, quam, ait, fuiſſe gratiam diuinæ dignationis: ait enim *Deum occaſione pænitudinis adepta Dei gratiam ſuperabundaſſe*: ergo cenſuit non eſſe meritum de condigno.

21 Ad hæc libro illo 12. de inſtitutis cænobiorũ cap. 11. (ait) *Nequaquam laboris vel curſus noſtri merito compenſante vitiorum nos facit eſſe victores, &c.* clare infra ibi, *nulla ſi quidem corporis huius afflictio, nullaque cordis contritio ad capeſſendam veram illam interioris hominis caſtitatem poſt eſſe condigna.* Eodem modo loquitur cap. 13. ibi, *ad capeſſenda tam magnifica tamque præ excelſa puritatis, & integritatis præmia, quantum libet ieiuniorum vigiliarum lectionis, & ſolitudinis, ac remotionis labor fuerit impenſus condignus eſſe non poterit, qui hæc induſtriæ ſuæ merito, & laboris obtineat.* Et cap. 14. poſtquam dixit perfectionem omnino capi non poſſe ſine humanis conatibus, nec conſummari ſine gratia, addit ex ſeniorũ ſentẽtia, quos & ipſe ſequitur, *dari quidem petentibus, & aperiri pulſantibus, & à quærentibus inueniri ſecũdum ſaluatoris ſententiam, ſed petitionẽ, & inquiſitionem, & pulſationem noſtram nõ eſſe condignam niſi miſericordia Dei id, quod petimus dederit.* Et cap. 15. approbãs etiã ſuorũ ducum, & magiſtrorum ſpiritualiũ ſubmiſsionẽ animi, ac humilitatẽ adſtruẽs neceſſariũ eſſe laborũ meritũ; illud tamẽ magis gratiæ, quã laboribus tribuẽdum eſſe, ſic (ait) *& id circo futuræ vitæ ſtipendia non operum ſperare ſe merito, ſed miſericordia Domini proclamabant, nihil ſibi de tanta circunſpectione cordis aliorum cõparatione donãtes, quippequi hanc ipſam non ſuæ induſtriæ, ſed gratiæ diuinæ adſcribebant.*

Tãdem collatione 13. cap. 13. multa habet, quib' explicat exiguitatẽ meriti humani, & laboris atq; deſiderij cõparatione doni ſupernaturalis collati vice præmij: nã primo dicens, *ne videatur irrationalis Dei munificentia gratiam ſuã ſub colore cuiuſdam deſiderij ac laboris impertit, & nihilominus gratia Dei ſemper gratuita perſeuerat, dũ exiguis quibuſdam paruiſq; conatibus tantã immortalitatis gloriã, tãta perẽnis beatitudinis dona in æſtimabili tribuit largitate.* Quod etiam confirmat ex teſtimonio Pauli 2. ad Corinth. 4. *quod in præſenti eſt mometaneũ,* 2. Corint 4.

Digitized by Google

& leue tribulationis noſtræ, ſupra modum abſq; comparatione æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Ex quo teſtimonio ſic ipſe infert, *quãtũlibet ergo eniſa fuerit humana fragilitas, futuræ retributioni pars eſſe nõ poterat, nec ita laboribus ſuis diuinam imminuet gratiam, vt non ſemper gratuita perſeueret.* Ex ijs Caſsiani teſtimonijs euidẽter pariter atq; abunde conſtat, tum ipſum fuiſſe in errore Semipelagiano, tũ non poſuiſſe meritum de cõdigno, in quo diſceſſit a Pelagio.

Caſsianus fuit in errore Semipelagiano.

Gennadius. Hẽrichus Cuychius. Petrus Ciaconius. P. Suar. Alexander Peſantius. Baronius. Ado. Dioniſ. Carthuſianus. Arauſicanũ. Gelaſius.

22 Qua propter audiendi non ſunt ſcriptores Caſsianum excuſantes ab hoc errore, vt Gennadius lib. de viris illuſtribus; tum, quia, & ipſe ſuſpectus fuit de hoc errore: tum, quia cap. 84. cõferẽs ſcripta Caſsianij, & Proſperi, de gratia, & lib. arbitrio, affirmat eorũ ſẽtẽtias inueniri contrarias, & Caſsiani opinionem præferendam innuit. Nec etiã Hẽrichus Cuychius in annotationibus ad ipſum in editione Antuerpiæ anno 1578. Nec etiam Petrus Çiaconius in annotationibus ad eundẽ Caſsianũ in editione Romana annò 1588. nam interpretationes horũ auctorũ nequaquã ſatisfaciunt, vt mediocriter verſato in hac Theologia facile conſtabit; vt etiam notat P. Suarez tom. 1. de gratia prologomeno 5. cap. 5. numer. 6. Fuſtra etiam Alexander Peſantius 1. p. q. 23. art. 5. diſp. 2. ait, propoſitiones Caſsiani reduci poſſe ad bonũ ſenſum, ſecundum editionẽ Romanã. Etenim præter Proſperum, qui ſcripſit cõtra Collatorẽ, Varonius anno 433. num. 27. & ſequẽtibus affirmat, libros illius ſemper fuiſſe de Pelagiana doctrina infamatos: & Ado in Chron. anno 425. monet, opera Caſsiani cautiſſime eſſe legenda. Item Dionſius Chartuſianus in ſua paraphraſi totam illã collationẽ 13. expũgit, & loco eius ſanam doctrinam ponit. Idem etiã conſtat ex Canonibus Cõcilij Arauſicani 11. quæ mox ſubijcio num. 26. in quibus damnãtur modi loquẽdi, & ſentiẽdi eiuſdem Caſsiani. Non tamen animus eſt propter hæc perſonã Caſsiani damnandi erroris: nam tunc non erat ab Eccleſia ſentẽtia illa erroris damnata, imo ſemper illum cenſeo hominẽ pium, atque iuſtũ. Gelaſ. etiam Pa. in ſuo decreto, quod habetur in cap. ſancta Romana 15. diſt. opera Caſsiani numerat inter apocripha.

Fauſtus Epiſcopus Regienſis Semipelagianus. Fauſtus Regienſis. Ado Vienẽſis.

23 Moueor ſecũdo: quia Fauſtus Epiſcopus Regienſis in Gallia, qui vixit medio tempore inter S Proſperũ, & S. Fulgẽtiũ, qui etiã putatur Semipelagianus, teſte Adone Vienneſi in Chron. ad annũ 492. ita loquẽte, *Fauſtus ex Abbate monaſtery Lirinienſi apud Regem Galliæ Epiſcopus factus Pelagianorum dogma deſtruere conatus in errorem labitur. Vnde, qui eius ſenſus in hac parte Catholicos prædicant, ſicut Gennadius de veris illuſtribus ſcribens omnino errãt* His ergo, vt refert Gennadius in eius vita, ſic docere ſolebat, *quidquid libertas arbitrij pro labore piæ mercedis acquiſierit, non eſſe propriũ meritum, ſed gratiæ donum*: ergo exiſtimauit naturam non poſſe mereri de condigno. Nã ſi poneret meritum de condigno proprium meritum appellaſſet, & negaſſet præmium datum eſſe donum gratiæ. Præterea idem Fauſtus in Epiſtola ad Lucidum, ſic ſcribit, *totis viribus deſudantes, ne gratia euacuetur in nobis, quidquid de manu Domini ſuſceperimus, donum pronuntiemus eſſe, non pretium, ſcientes laboris ipſius fructum oficij rem eſſe, non meritum.*

Gẽnadius fruſtra excuſat Fauſtum. Tritemius. Driedo. Iſiderus. Petrus Diaconus. Fulgen. Ioannes Maxentius. *Maxentius cenſetur Eutichianus.* Hormiſda. P. Suar.

Hic etiã obiter ad monuerim fruſtra quoſdam excuſſare Fauſtum ab hoc errore, vt Gennadius in lib. de viris illuſtribus, & Tritemius, qui de Fauſto, ait, prius fuiſſe errore Pelagiano fædatum; poſtea à Fulgentio conuerſum, & Driedo de captiuitate, & redemp. generis humani tractatu 4. cap 2. part. 4. Vbi Fauſtum, & eius libros ab hoc errore defendere conatur, nam vt ſupra retuli illum damnat Ado Viennenſis, qui etiã addit B. Auitum Viennenſem Epiſcopum contra ipſum ſcripſiſſe *lucidiſsima fide.* Vide Varonium anno 490. nu. 12. qui (ait) Cæſariũ primo impugnaſſe Fauſtum, conſtat etiam ex Iſidoro lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſt. cap. 13. Fulgentiũ cõtra Fauſtũ ſcripſiſſe. Ad hæc, inter opera Fulgentij extat liber Petri Diaconi de Incarnatione, & gratia, qui in cap. vltimo ita, ait, *anathematizamus, ſimulque Iulianum, & qui illis ſimilia ſapiunt, præcipue libros Fauſti Galliarum Epiſcopi, qui de monaſterio Lirinenſi prouectus eſt, quos contra prædeſtinationis ſententiam ſcriptos eſſe non dubium eſt, in quibus nõ ſolum contra ſanctorum Patrum, ſed etiam cõtra ipſius Apoſtoli cõtradictionem veniens humano labori ſubiungit gratiæ adiutorium, &c.* Vide etiam Fulgentium in libro alio de Incarnatione, & gratia, vbi tacitè Petro Diacono cõſentire videtur, dũ impugnat Fauſti ſentẽtias, & argumenta profert, & diluit: licet ſuppreſſo nomine. Ioannes etiã Magẽtius in reſpõſione ad Epiſtolã Hormiſdæ Papæ ſub finẽ inuehitur in libros Fauſti, & probat ex inſtituto eos hæreticos eſſe. Aduerte, hunc Magentium cenſeri Eutichiana hæreſi infectum. Itẽ, idem Hormiſda Papa Fauſti libros non recipit alludens ad decretũ Gellaſij, qui libros Fauſti inter Apocriphos numerat. Hoc etiã cõfirmant plura teſtimonia eiuſdẽ Fauſti. præterea, quæ nos retulimus, in quibus planè Semipelagianũ profitetur errorem. Lege ipſa apud P. Suarez dicto prologomeno 5. cap. 5. num. 28. & licet quaſdã etiã habeat loquutiones, quas refert numer. 21. in quibus affimari videatur præire gratiam bonũ vſum liberi arbitrij, nihilominus ſub nomine gratiæ intelligit externam prædicationem, reuelationem

Digitized by Google

uelationem doctrinam, legemque naturæ. Quapropter in voce tantum conſonat cum doctrina fidei, in ſenſu vero diſſonat: habemus ergo, & Fauſtum Semipelagianum fuiſſe, non damno perſonam; ſed doctrinam, & non poſuiſſe meritum de condigno, ſed de congruo: ergo hi duo auctores, qui capita fuerunt Semipelagianorum, non cōſtituerunt meritū de condigno: ac ſub inde idem de cæteris credendum eſt.

24 Auguſtin. *Probatio ex Aug.*

Secundo, probatur ex Auguſtino, qui ſæpe docuit eſſe in fide ſupernaturali aliquod meritum remiſsionis peccatorum: nam Epiſtola 105. ſic, ait, *ſed neque ipſa remiſsio peccatorum ſine aliquo merito eſt, ſi fides hanc impetrat: neque enim nullum eſt meritum fidei: quia fide ille dicebat, Deus propitius eſto mihi peccatori: & deſcendit iuſtificatus merito fidelis humiliatus.* Et Epiſt. 106. *Si quis dixerit* (ait) *quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare non poſſumus, imo vero gratiſsime cōfitemur:* ergo Auguſtinus conceſsit fidei ſupernaturali aliquod meritum remiſsionis peccatorum. Hanc autē ſententiam nunquam retractauit Auguſtius, vt notauit P. Vazquez 1. p. diſp. 91. cap. 5. num. 27. Imo neq; in ea eſt aliquid dignum retractatione: at qui Auguſtinus impugnauit in Semipelagianis hoc etiam meritum, quod tātum eſt de congruo, vt conſtat: ergo Semipelagiani ſecūdum Auguſtini mentem ſolum conſtituebant meritum de congruo. Quod vero Auguſtinus impugnauerit in Semipelagianis hoc meritū, quod eſt in fide ſupernaturali, euidenter conſtabit legenti libros de prædeſtinatione ſanctorum, & de dono perſeuerātiæ; in quibus paſſim hoc repetit. Item lib. 83. quæſtion. q. 68. vbi habet hæc notanda verba, *licet quis ſibi tribuat, quod veniat vocatus, non poteſt ſibi tribuere, quod vocatus ſit.* Quod ſi Auguſtinus non impugnaret meritum de congruo in libero arbitrio, non affirmaret, non poſſe ſibi tribuere, quod vocatus ſit: nam, qui meretur de congruo, vt vocetur aliquid ſibi poteſt tribuere. Item affirmare contra Paulum ſe priorem dediſſe Deo, & poſtea a Deo ipſi retribui. Alia etiam habet verba in hac quæſtione, in quibus affirmat expreſſe in fide eſſe meritum ad iuſtificationem, & negat hoc meritum, quod eſt in fide ad iuſtificationem eſſe in libero arbitrio ad gratiam; vt notauit Vega lib. 8. in Trident. cap. 7. & 8. Hic obſerua Auguſtinum aliquando putaſſe hominem viribus naturæ poſſe habere actum fidei: nā in expoſitione Epiſtolæ ad Rom. propoſitione 6. ait. *Deum illos prædeſtinaſſe, quos præſciuit habituros fidem, ideo iſti electi fuerūt ad opera meritoria, & per ea in vitam æternam ſunt prædeſtinati.* At hūc errorem, in quo incidit in Maſſilienſium, Semipelagianam ſententiam retractauit ipſe, vt

Conceſsit Aug. meritum aliquod fidei ſupernaturali.

P. Vazq.

Vega.

Aug. aliquando cōceſsit naturæ actū fidei.

conſtat ex lib. 1. retractation. cap. 23. & ex lib. de prædeſtinatione Sāctorum. cap. 13. vbi, ait, fidem eſſe donum Dei, & eſſe effectum prædeſtinationis: id circo, non poſſe eſſe rationem prædeſtinationis ex parte prædeſtinati. In ijs vero non retractat illud primum, nempe in fide ſupernaturali eſſe aliquod meritum iuſtificationis, licet Magiſter putet, vtrumq; eſſe retractatū. Hic etiam nota eum, qui affirmat viribus naturæ poſſe haberi actum fidei, dum neget nō poſſe haberi vt oportet, & cum aliquo merito in ordine ad gratiam nihil errare: nam error Semipelagianorum ſolū conſiſtit in virtute merendi, quam cōcedunt actibus bonis, ex natura procedentibus ſine auxilio gratiæ. Vnde ſi Auguſtinus ſolum aſſeruiſſet in ea propoſitiōne ſextā in expoſitione Epiſtolæ ad Romanos, fidem aliquam haberi poſſe virtute liberi arbitrij, ſi ab ea abrraderet omnem rationem meriti, nihil dixiſſet dignum retractatione. Quare non bene intellexit Auguſtini propoſitionem Alexander Peſantius in 1. p. q. 23. ar. 5. diſp. 2. Cum affirmat, Auguſtinum negaſſe illi actui fidei, quem retractauit, omnem merēdi virtutem. Id quod ipſa verba Auguſtini, quæ retulimus ex propoſitione ſexta, manifeſte ſignificant: nam, ait, *Deum illos prædeſtinaſſe, quos præſciuit habituros fidem, & ideo iſtos electos fuiſſe ad opera meritoria, & cætera*: in quibus illa cauſalis *ideo* denotat fidem, quam præſciuit habituros impetraſſe illis a Deo alia opera meritoria: atque adeo ipſi in eſſe rationem mouendi Deum, & intuitu talis fidei contuliſſe alia potiora dona, quibus vlterius mererētur, nec quia dixit habentibus fidem dari ex electione dona, quibus habeant opera meritoria, excluſit à fide omne meritum ſed tantum meritum condignum, quod habent opera ex charitate. Errorem vero Semipelagianorum in eo conſtitiſſe, quod aſſeruerint liberum arbitriū habere poſſe de ſuo meritum gratiæ manifeſtum eſt, & conſtabit ex dicendis probatione 3. & 4 quas mox ſubijcio.

Retractāuit.

Error Semipelagianus eſt, dare meritū aliquod operibus ex natura.

Alexād. Peſantius.

25 *Probatio ex Epiſtolis Proſperi, & Hilarij ad Aug.* Proſper.

Tertio, ergo idē probo ex Epiſtolis Proſperi, & Hilarij ad Auguſtinū; in quibus ad fidem referunt Maſſilienſium errorē, ex ſingulis epiſtolis quædam breuiter notabo, vt probem ipſos ſolum intendiſſe ponere ex nobis qualecumque initium ſalutis, propter quod Deus gratia ſua eleuat, atque adiuuat naturam, ne videatur acceptor perſonarum, & irrationalis diſtributor ſuorum donorum. Et primo ex Proſpero ibi, *atque ad hanc gratiam, qua in Chriſto renaſcimur per venire per naturalem, ſcilicet facultatē petendo, quærendo, pulſando, vt ideo accipiat, ideo inueniat, ideo introeat, quia bono naturæ bene vſus ad iſtam ſaluantem gratiam initialis gratiæ ope meruerit peruenire.* Vbi nota ipſum

Digitized by Google

ſum naturæ bonum appellare Semipelagianos initialem gratiam; in qua appellatione Pelagio conſentiunt, qui in Concilio Paleſtino, cuius capita habes apud Fräciſcũ Suarez tom. 1. de gratia prologomeno 6. cap. 7. in quantum contradicunt Pelagio ſub dole retractauit ſuũ errorem, intelligens donum creationis nomine gratiæ, ſic etiam Semipelagiani, in his verbis ipſum liberum arbitrium appellant initialem gratiam. Modo ſic infero, ſi ponerent meritum de cõdigno non dicerent, in ipſo libero arbitrio tantum eſſe, qualecumque initium ſalutis, ſeu initialem gratiam, cum ſit condigna, atque æqualis gratia: ergo ſolum conſtituere volebant meritum de congruo. Secundo, refero ex Hilario verba in quibus contra Auguſtinum Maſsilienſes propriam ſententiam proferebant. *Nec ad incertum voluntatis Dei deduci ſe volunt, vbi eis quantum putant ad obtinendum, vel amittendum euidens eſt qualecumque initium voluntatis.* In his verbis repugnabant Auguſtino, qui ad meram Dei voluntatem referre volebat donum prædeſtinationis, cuius beneficio conſequimur vitam æternã, hoc ipſi appellabant incertum voluntatis Dei, volentes ex nudo libero arbitrio ſumi aliquale initium prædeſtinationis: ergo non ponebant meritum de condigno, ſed meritum exiguum; quod ſignificatur illis verbis, *qualecumque initium voluntatis,* quæ ſonant meritum de congruo, idque per exiguum. Porro in principio eius Epiſtolæ dicens Maſsilienſes, ideo dare hoc initium, vt aliqua rationabilis cauſa reddi poſsit electorum, & reiectorum, ſic, ait, *ſi autẽ, aiunt, dicatur vel talem naturam omnibus remãſiſſe, qua vel contemnere quis valeat, vel obedire. De compendio putant rationem reddi electorum, vel reiectorum, in eo, quod vnicuique meritum propriæ voluntatis adiungitur.* At qui ad reddendam rationem huius diſcretionis ex bono vſu liberi arbitrij, non requiritur meritum de condigno, ſed ſufficit de congruo; vt per ſe conſtat: ergo Semipelagiani non intenderunt conſtituere meritũ de cõdigno, quippe, quod extra inſtitutum eorum erat. Hæc etiam habes expreſſa verba ibidem, *cæterum ad nullum opus, vel incipiendum, nec dũ perficiendum quẽquam ſibi poſſe ſufficere conſentiunt: nec enim alicui operi curationis eorum annumerandã putant ex territa, & ſupplici voluntate vnumquẽque ægrotum velle ſanari.* In his verbis, nota, licet voluntas ſanandi opus ſit virtutis, & liberi arbitrij, at nollunt eam numerare inter opera, quibus homo, aut curari incipit, aut perficitur; quia per hæc omnia opera curationum intelligunt dona ſupernaturalia, & non tantũ externa, vt aliqui arbitrati ſunt Cum vero fatentur nullum ſibi poſſe ſufficere, vt conferantur a Deo dona, quibus curantur, plane concedunt, non eſſe in natura meritum de condigno comparatione gratiæ: nam ſi eſſet, quicumque ſibi ſufficeret eo, quod meritum de condigno æqualis valoris eſt, ac præmiũ in ratione pretij. Prætermitto alia ex eiſdem Epiſtolis, quia hæc, quæ ſelegi, duco ſufficere ad perſuadendum noſtrum intentum.

Concil. Paleſtin. P. Suar. Hilarius.

Quarto idem probo ex Canonibus Arauſicani II. quod coactum fuit tẽpore Leonis primi cõtra hunc errorem, & licet Prouinciale ſit, continet iam in ſe auctoritatem Apoſtolicam Baron. anno 463. conſtituit hanc Synodum ſub Hilario Leonis ſucceſſore anno 3. Deinde in appendice ad Annales tom. 10. retractauit ſuã ſententiam, atque communem, de Leone non ſequitur, docetque Arauſicanam Synodum celebratã eſſe ſub Fælice 4. ſed ego ſequor, quod dicitur in præfatione ad libros de prædeſtinatione ſanctorum Auguſtini, non nimium curans de temporum ſupputatione, quia ad rem hanc non multum refert P. Suar. tom. 1. de gratia prologomeno 6. cap. 5. ait, hos Arauſicanos Canones ante coactum hoc Concilium, quoad hos articulos à ſede Apoſtolica confirmatos, ab ipſaque ad Concilium tranſmiſſos canone tertio hæc habet verba, *ſi quis ad inuocationem humanam gratiam Dei dicit conferri, non autem ipſam gratiam facere, vt inuocetur à nobis, contradicit Iſaiæ Prophetæ, vel Apoſtolo idẽ dicenti, inuentus ſum à non quærentibus me, &c.* In his verbis nota, damnare Concilium dari gratiam propter inuocationem humanam; inuocatio autẽ humana ſolum eſt impetratio, & hæc in re non differt à merito de congruo: ergo Concilium Arauſicanum damnat meritum de congruo comparatione gratiæ: Ergo Maſsilienſes ſolum conſtituebant meritum de congruo; quia Concilium damnat errorem Maſsilienſium. Nota etiam Concilium ſemper retinere nomen gratiæ Dei, quod etiam ſemper tuebantur Semipelagiani, vt conſtat in prima probatione ex Caſsiano, & Fauſto num. 21. & 23. ſed ſi conſtituerent meritum de condigno euacuaretur omnis ratio gratiæ: ergo ex hoc nomine retento bene infertur ipſos negaſſe meritum de congruo. Et can. 4. in quo damnat affirmantem Deum expectare voluntatem noſtram, vt a peccato purgemur: quod ſi in voluntate noſtra eſſet meritum de congruo remiſsionis peccatorum, Deus expectaret voluntatem noſtram, vt a peccato purgemur: ergo dum definit, Deũ non expectarẽ voluntatem noſtram, etiam definit non eſſe meritũ de congruo ad remiſsionem peccatorum Et can. 6. vbi hæc verba, *ſi quis ſine gratia Dei. credentibus, valentibus, deſiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, ſtudentibus, peten-*

26 Arauſicanum. *Probatio ex Arauſicano.* Baronius. P. Suar.

petentibus, quærentibus, pulſantibus nobis miſericordiam Dei dicit conferri; non autem diuinitus; vt credamus, velimus, vel hæc omnia, ſicut oportet agere valeamus. Per infuſionem, & inſpirationem ſancti Spiritus in nobis fieri confitetur, aut humilitati, aut obedientiæ humanæ ſubiungit gratiæ adiutorium, & cætera *reſiſtit*

1. Ad Corin. 4. & 15.

Apoſtolo dicenti, quid habes, quod non accepiſti? & gratia Dei ſum id quod ſum. In his verbis, duo expendenda ſunt; primum, poſt enarratos labores nudi arbitrij dicere per miſericordiã Dei conferri donũ gratiæ; ergo error, qui damnatur non ponebat labori humani arbitrij deberi ex condigno donum gratiæ. Probo conſequẽtiam; nam ius, quod acquirit merens de condigno non eſt, vt ei conferatur præmium iuri reſpondens ex miſericordia; in qua eſt etiã ſuus modus liberalitatis, in quantum recipiẽs præmium caret iure obligante, vt ei conferatur, ac præcipue cum indigentia non eſt extrema, aut grauis; ſed aut ex iuſtitia, ſi non deſint aliquæ ex conditionibus requiſitis ad ſpecialẽ rationem iuſtitiæ, aut ex iuſtitia communiter dicta, in qua datur æquale cũ pretio: ergo dũ Conciliũ damnat affirmantes miſericordiam Dei conferri, hoc eſt donum ſupernaturale credentibus, volentibus, deſiderantibus, & cætera, ex nudo arbitrio damnat meritum de congruo in ordine ad gratiam. Secundo, expendo damnari etiam humilitati, aut obedientiæ humanæ ſubiungi gratiæ adiutorium; at ſi liberũ arbitriũ vires haberet ad merendum de congruo gratiæ adiutorium, iam hoc aliqua ratione ſubiungeretur humilitati, aut obediẽtiæ humanæ: & verũ eſſet nos habere aliquid ex nobis, quod non accepimus per gratiam, vt hoc nomine *gratia* vtuntur ſacra Scriptura, Concilia, & Patres, videlicet, vt cõdiſtinguitur à dono creationis: nã haberemus meritũ ex cõgruo, nõ acceptũ gratia Dei, nec inſpiratione Spiritus ſancti, nec verũ eſſet gratia, Dei nos eſſe id totũ quod ſumus, ſiquidẽ per naturã, vt cõdiſtinguitur à gratia, habemus meritũ de congruo: ergo hoc canone 6. meritũ de congruo: damnatum eſt: ac ſubinde in eo errarunt Maſſilienſes.

Et canon. 17. vbi definitur, fortitudinẽ Chriſtianã nos habere per charitatẽ diffuſam in cordibus noſtris. Et adhibẽtur hæc verba, *non per volũtatis arbitriũ, ſed per Spiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis nullis meritis gratiã præuenĩcti bus*. Hæc verba in vniuerſum excludũt omnia merita etiã cõgrua, ſi propriã retinere velimus ſignificationẽ: nõ eſt autẽ cur eam non retineamus. Et dubitabit nemo, eũ, qui hanc retinuerit proprius tuiturũ mentẽ Concilij. Huc etiã faciunt verba canonis 25. *hoc etiam ſalubriter profitemur, & credimus, quod in omni opere bono nos non incipimus, & poſtea per miſericordiã Dei adiuuamur; ſed ipſe nobis nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem, & amorem ſui prius inſpirat.* Quã etiã ſentẽtiã iterũ cõfirmauit Tridentinũ ſeſſ. 6. c. 5. ibi, *ipſius iuſtificationis exordiũ in adultis a Dei per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe, qua nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur*, & cætera. Modo ſic cõficio argumentũ: Patres Cõcilij Arauſicani, atq; Tridentini præſpectam habuerunt diſtinctionẽ Theologorũ meriti de condigno, & de congruo: ergo cũ vſi ſunt loquutione vniuerſali excludẽte omnia merita, videlicet nullis præcedentibus meritis noſtris, mens Patrũ fuit cõpræhendere in ſua definitione meritum etiã de cõgruo: etenim ſi ſolũ animus Patrum fuiſſet excludere meritum de cõdigno, & occaſionẽ reliquiſſent offendẽdi, atque errãdi, & mentẽ ſuã non ſatis explicaſſent. Qua propter mihi duo videntur omnino vera; primũ, & damnatã iã eſſe ſententiã, quæ ponit meritũ de cõgruo, ex ſolo libero arbitrio ad primũ gratiæ auxilium. Secundum, hunc eũdẽ fuiſſe Maſſilienſium errorem, quod notarim, quia ſemper video modernos aliquos, qui adhuc iudicant Semipelagianos in eo tantũ erraſſe, quod poſuerint meritum de condigno.

Tridẽtinũ.

For natur ratio.

27 Obiectio.

Sed dices: ergo ſententia, quæ affirmat liberũ arbitriũ poſſe mereri primã gratiã de congruo, hæretica eſt; cõſequens autẽ eſt abſurdũ, tum propter antiquos Theologos ante Tridẽtinum, qui hoc meritum cõceſſerunt, quos refero diſp. ſequenti cap. 1. tum etiã propter graues recentiores poſt Tridentinum, qui exiſtimarunt particulã *gratis* cum dicitur in Tridẽtino *gratis iuſtificari*, & gratiam nobis gratis dari, tantum excludere merito de cõdigno, nõ de congruo. Ita Andreas de Vega lib. 8. in Tridẽt. cap. 4. & ſequẽtibus, qui ita intelligit doctrinã Cõcilij ſeſſ. 6. cap. 8. Fauet etiam Toletus in Epiſtola ad Rom. cap. 8. annotatione 31. vbi, ait, *gratiæ ſolũ opponi meritũ*, quod eſt ex iuſtitia, & ideo non tollere rationem gratiæ, qui ex parte hominis ponũt aliquã cauſam eius, dum non ponant meritum ex iuſtitia. Qua doctrina eneruantur omnes noſtræ ponderationes.

Andreas de Vega. Card. Toletus.

Propter hæc P. Suar. 1. p. lib. 2. de prædeſtinat. cap. 6. num. 46. ait, ſe non audere damnare hæreſis hanc ſententiam. Item 1. tom. de gratia prologomeno 5. cap. 6. dub. 7. poteſt rẽ vtrinq; diſcuſſam, ait, ſibi incertum eſſe, quid de illo merito ſenſerint Semipelagiani. Verum ſi ſtãdum eſt definitioni Concilij Arauſicani 2. vt proculdubio ſtandum eſt, maxime in articulis, in quibus continentur definitiones contra Semipelagianos, vt dixi nu. 26. licet propter dicta in hac obiectione non omnino putẽ cẽſendã eſſe hæreticã illã ſententiã: at prorſus arbitror

P. Suar.

Error in ſide ponere meritũ de cõgruo ad primã gratiam in nudo arbitrio,

Digitized by Google

bitror errorē eſſe in fide ponere in nudo arbitrio meritum congruū ad primā gratiā præue-
28 nientē, atq; vocantē. Nec opus fuit, Tridētinū diſtinguere meritū de cōdigno, & de cōgruo, & vtrumq; damnare; quia vſus fuit termino vniuerſali omnia prorſus merita excludēte; vt notabā in obiectione; in quo per euidētē, atq; immediatā cōſequentiā meritū de cōgruo excluſum eſt: ac ſubinde ea propoſitio erroris cenſura digna eſt.

Andream à Vega legi in eo cap. 4. & 5. 6. 7. & 8. & vt video ſolum vult meritum ſecundū cōtrarietatē, quā habet ad gratiā emolliri, & tēperari, immo fere in totum auferri adiecta limitante particula *ex congruo*. Qua Doctrina explicat caput 8. Tridentini in ſeſſ. 6. vbi Tridētinū definit, *nihil eorum, quæ iuſtificationē præcedunt, ſiue fides, ſiue opera ipſam iuſtificationis gratiam promereri*. Supra quæ verba maxima eſt cōtrouerſia, de qua fide loquatur, & de quo merito. De qua re infra redibit ſermo cap. 9. n. 88. At Vega ibi nō affirmat in eſſe meritū de congruo operibus nudi arbitrij cōparatione primæ gratiæ. Toletus vero attingens in eo loco, an aliquid ſit ex parte hominis, quod ſit vel cauſa, vel motiuū, vel aliquid cooperās ad propoſitū prædeſtinādi Dei, & relata ſentētia affirmāte quorūdam Patrū Græcorū: ipſe vero eſſe ex ſola, & pura gratia, ait, *nullo nō ſolū merito; nam hoc certū eſt, non eſſe in homine*: ſed neq; vt cauſa, vel motiuo, quod præuiſum a Deo cooperatū ſit, ad hanc voluntatem Dei abſolutā. Verū eſt ibi etiā adnotare cauſam, ſine qua nō, non opponi gratiæ; ponit exēplum in manu porrigēte verſus donantē pecunias: nā non definit eſſe beneficium, & gratia, quia manum porrigit: at ipſe accurate diſtinguit inter meritū, & cauſam ſine qua nō; quia meritum ad cauſam, ſine qua non addit aliquem valorem meritorium: ſolum ergo in eo loco adſtruit cauſam ſine qua non; in qua nullum eſt meritū nihil auferre de ratione gratiæ. Nō ergo fauet merito de congruo nudi arbitrij comparatione primæ gratiæ vocātis. An vero poni debeat, aut poſſit ex parte arbitrij cauſa ſine qua non ſine vllo valore meritorio differo diſputatione ſequenti cap. 2.

Toletus explanatus.

29 Sed petes, quodnam meritum de congruo poſuerint Semipelagiani? An cum infallibili lege, & pacto? An ſolum cum quadam indifferentia; ita vt quibuſdam laborantibus, atque petentibus ex humano arbitrio donet gratiæ adiutorium, quibuſdam non? P. Suarez 1. tom. de gratia prologomeno 5. cap. 6. dubio 6. opinatur, Semipelagianos poſuiſſe meritum ex lege ſtatuta, ac promiſſione Dei inducente infallibilem cōnexionem inter meritum humanū, & donum gratiæ. Mouetur primo ex quibuſdā verbis Proſperi, in quibus referens errorem Semipelagianorum, ait, *naturam humanam ita eſſe gratia Creatoris inſtitutam, vt ad Chriſti gratiam petendo, pulſando poſſit peruenire, & ideo accipiat; quia bono naturæ benè eſt vſa*. Præterea in idem adiungit alia verba, in quibus, ait, *Deum conſtituiſſe, nullum in regnum ſuum, niſi per Sacramentum regenerationis aſſumere, & ad hoc ſalutare donum omnes homines vocari voluiſſe, vt, qui voluerint, fiant filij Dei, qui non crediderint, pereant, & cætera*. Deinde inducit alia verba, in quibus affirmant Semipelagiani, *quantam hominis arbitrium habet facultatem ad malum, tantam habere ad bonum, parique momento animum moueri ad vitia, & virtutem, & bona appetentem gratia Dei foueri, mala ſectantem damnatione iuſta ſuſcipi*.

An Semipelagiani poſuerint meritū de cōgruo, cū lege infallibili.

P. Suar. Sententia P. Suar.

Proſper.

Verum hæc non probant efficaciter inten- 30
tum P. Suarez: non primum: quia ibi tantū affirmatur ideo hominem peruenire ad gratiam Chriſti, quia bono naturę bene vſus eſt. Ad hoc autem, vt hæc ſententia vera ſit neceſſariū non eſt, quod omnes benè vtentes bono naturæ ex infallibili lege Dei ad eam gratiam perueniāt: ſed ſatis eſt, ſi hi, qui perueniunt, ideo perueniant, quia bono naturæ bone vſi ſunt: licet alij nō peruenerint, & ſi bono naturæ bene vſi: nā vt dicemus cap. 6. Caſſianus affirmauit, quoſdā præueniri à gratia Dei. Vnde eius error nō cōſiſtebat in vniuerſali ſententia, quæ doceat omnes, qui perueniunt ad gratiam Chriſti, peruenire eo, quod bene vſi ſunt bono naturæ: ergo pari ratione, ex eo, quod affirmauerint perueniſſe aliquos ad gratiam Chriſti, ex eo, quod bene vſi ſunt bono naturæ, non ſit perueniſſe ex lege infallibili, & pacto.

Non eſt ea ſententia probata efficaciter.

Nec ſecundum; pari ratione: nam in ea ſententia ſolum aſſeritur effici filios Dei, eos, qui per liberum arbitrium voluerunt credere, nō tamen effici cum infallibili lege, vt contingit in peccatore cōtrito comparatione gratię remiſſiuæ peccatorum. Vt enim, qui affirmaret, bene viuentes perſeuerare vſq; ad mortem, pænitentes, ieiunantes, miſericordes, ſaluari; non ideo affirmaret, gloriam conſequi ex infallibili lege Dei, cum pereant plures, qui aliquandiù benè vixerunt, pænitentes, ieiunantes, atque miſericordes fuerunt: ergo pariter in noſtro propoſito ſententia illa non continet infallibilem legem Dei.

Nec etiam tertium, & ſi inducatur cum maiori apparentia: nam mens eius ſententiæ ſolum eſt æquales eſſe vires libero arbitrio ad malum, quam ad bonum, ipſumque eſſe facultatem ex ęquo boni, & mali antecedenter ad omne donū gratiæ, quod verum eſt in Maſsiliēſium ſententia, ſecluſo omni pacto Dei: quod vero addit bona appetentem fouere gratiam Dei,

Digitized by Google

Dei,& mala damnari,etiā non probat in appetente bona ex lege,& pacto infallibili,gratiam ſubiungi. Neq; in hoc ſit rigoroſa comparatio inter mala appetentem, & bona, ſed tantum declaratur quædam inter illos proportio, quæ regulariter contingit.

31 *Nec teſtimonium Hilarij efficax.* Alia rurſus refert verba ex Hylario, quæ apparētius probāt. Hæc ſunt, *quot dicitur crede,& ſaluus eris, vnum horum exigi aſſerūt, aliud offerri, vt propter id quod exigitur, ſi redditum fuerit, id quod offertur, deinde tribuatur.* In his verbis contineri videtur pactum expreſſum, & promiſsio ſub conditione fidei,& bonę voluntatis. Deinde ex hac lege infallibili reddunt certam rationem inter electos,& reiectos;ne duci cogantur ad incertum voluntatis Dei, vt ſupra retuli ex verbis Hylarij n. 25.ergo,&c. Verum nec etiam hoc teſtimonium efficaciter probat intentum:nam illud verbum *aliud offerri*,nihil aliud ſignificat,quā Deum ex ſe paratum eſſe dare regnum credenti ex lib.arb.quod verum eſt attenta bonitate diuina inclinante ad reddendum hoc donum ex miſericordia, & ſi ex lege infallibili,non ſe adſtrinxerit; ſicut dicimus,Regē benignum,liberalem,atq; manſuetum paratum eſſe ſtrenue certantibus præmia liberaliter donare, licet nullam certam legem ſtatuerit taxantem valorem,atq; pretium donandum.

32 *Author dubius eſt.* Quapropter ego in hac re dubius ſum, & vehementer ſuſpicor illos non ita ſolicite curaſſe de merito cōgruo ex lege infallibili, vt nos rigoroſe diſcutim⁹. Moueor primo,quia neq; in Caſſ.neq; in Fauſto,qui fuerūt capita eius erroris,verbum eſt, quod ſignificet eam legem infallibilē,& pacto expreſſo;immo de Caſſ.omnino exiſtimo alienum fuiſſe ab ea lege infallibili; quippe, qui in quibuſdā admittebat lib.arb.præueniri à gratia, in quibus cogebatur, & componere libertatem cum gratia, & duci in incertū voluntatis Dei,quin ex libero arbitrio rationē reddere poſſet electorum, & reiectorum. *Semipelagiani non fuerunt ſoliciti de lege infallibili.* Quod ſi Caſsianus non curauit de hac lege infallibili,nō eſt,cur credamus alios curaſſe, maxime,cum in alijs non legamus ſpecialem ſententiam circa legem infallibilem.

Moueor ſecundo,quia in Canonibus cōcilijs Arauſicani 2.quos retuli n.26.nulla ſit mentio de hac infallibili lege:Canones autē concilij Arauſicani retulerūt errores Semip. adamuſim, & ad vnguem examinarunt. Moueor tertio, quia ad rationem gratiæ, quam pro virili defendebant Semip. etiam poſito merito lib. arb. melius eſt excludere omne pactum,atq; legem infallibilē ex parte Dei: etenim ſi Deus ſe hac lege adſtrinxiſſet paciſcens cum homine petente,& deſiderante ex lib. arb. iam in Deo reſultaret obligatio conferendi donum gratiæ ſaltem ex pacto poſito merito congruo, ex parte arbitrij. Quæ obligatio licet non ſit rigoroſa ex iuſtitia, eſt tamen ex fidelitate, & in homine bene operante ex bono vſu naturæ reſultaret ius ſtrictum ad donum gratiæ. Ex quo ſatis denigraretur ratio gratiæ.Moueor quarto,quia ſi ſemel lib. arb.cōceditur vis meritoria de cōgruo, null⁹ eſt error in eo,quod De⁹ voluerit ex pacto proprio ſubiūgere illi gratiā ſuā ex certa lege,vel in eo quod noluerit ſubiūgere,ſed tot⁹ error ſit⁹ eſt in eo merito de cōgruo: ergo credere debem⁹ Maſſ. ſollicitos nō fuiſſe de infallibili illa lege,ſed tātū de priori art. meriti de cōgruo, in quo tātū ab Eccleſia eos dānatos videm⁹,& ita opinatur etiā P.Va.1.p.diſp.89.c.5.&d.91.n.103

Caput. 4. Quid ſit illud ſupernaturale, quod Semipelagiani noſtrum arbitrium mereri de congruo dixerunt?

33 QVI conſiderauerit modos loquendi Semipelagianorum, videbit difficile eſſe ex ijs coniectare, quodnā donū gratię intellexerint, cum dant libero arbitrio initium aliquod, ſeu occaſionē ad cōparandum tale donū; negāt vero poſſe proprijs viribus habere incrementum fidei,aut perfectionē virtutum,eaſq; ex Deo miſericorditer elargiente eſſe.Inter alias loquutiones duas ſeligo,quæ ingerunt difficultatem. Prima ex Auguſtino lib. de prædeſt. ſanct.c.2.vbi refert hunc errorem,dicens fateri Semip. *ex nobis quidē nos habere ipſam fidē, ſed incrementum eius eſſe ex Deo.* Secunda ex Arauſicano can. 5. definiente, *non ſolum fidei augmentum,ſed etiam initium fidei,hoc eſt,credulitatis affectum eſſe, ex Dei gratia.* Quid ergo ſibi voluerunt Semipelagiani cum concedebant fidei incrementum, atque augmentum eſſe ex Dei gratia, an ne intenſionem maiorem actus? an modum ſupernaturalem ſuperadditum ſubſtantiæ actus, ſiue moralem, ſiue phyſicum? An beneficium aliquod ſupernaturale à Deo ſolo collatum? An quoſdā alios actus ſupernaturales,à nobis etiā cum gratia Dei effectos, per vitalē,atq; liberū influxū? An demum intelligebāt gratiæ auxilium ſufficiens, vel efficax: ita, vt per inceptionem

August. *Arauſican.* *Quid potuerint Semipelagiani intelligere per fidei incrementū*

Digitized by Google

noſtram liberi arbitrij mereamur de congruo aliquod ex his auxilijs, & quodnā illud ſit: Etenim hæc omnia, & ſingula intelligere poterant per illud donum gratiæ, & circa ea omnia dubitatio moueri poteſt.

34 *Non actus intenſionē.* Breuiter circa ſingula, non nihil dicere decreui quantum colligere poſſum ex principijs Semipelagianorum. Dico primo, non intelligebant per hoc donum gratiæ intenſionem maiorē actus. Probo primo argumēto Phyloſophico, quia vires, quæ ſufficiunt ad producendā ſubſtantiā actꝰ, ſufficiūt etiā ad producendam eius intenſionem, ſi vehemēter conētur. At Semip. negabāt vires lib. arb. ſufficere ad hoc incrementū, & augmētum, & in eo receſſerūt à Pelagio, qui tantū admiſsit gratiā ad facilitatē in operando, vt conſtat ex c. 3. ergo Semip. per incrementū, & augmentū non intellexerunt intenſionem eiuſdē actꝰ. Maior cōſtat, quia intēſio in omni forma intēſibili ad eundē ordinē ſpectat in genere entis, ad quem ſubſtantia actus in quacunq; opinione, ſiue teneas intenſionem fieri per maiorē formę radicationē in ſubiecto ratione modi indiuiſibilis, ſiue per latitudinem gradualē eiuſdē formę: ergo ſi Semip. admittunt vires ad ſubſtantiam actus, etiam admitterent ad intenſionem, neque ad eam per ſe requirerent donum gratiæ.

Confirmatur, nam gradus remiſsi, & intēſi eiuſdem qualitatis nō poſsūt diſtingui pluſ quam ſpecie partiali, immo communior ſententia fert ſolū diſtingui indiuidualiter, ſiue gradus ſint omogenei, ſiue etherogenei: ergo ſi lib. arb. virtutem habet ad actum remiſſū, etiā habebit ad actū intēſū, ſi conetur: ergo credibile non eſt viros alias doctos, lapſos fuiſſe in hunc errorē in Phyloſophia.

Confirmatur ſecundo, nam ſi in actibus remiſsis eſt meritum de congruo comparatione doni gratię, & ſi Deus non infunderet intenſionem ipſis, ſufficientes forent ad cōſequendā remiſſionē peccatorum, atq; vitam æternā; nam, vt in actibꝰ ſupernaturalibus, quibꝰ modo cōſequimur, atq; meremur gratiā, & gloriā, nō eſt neceſſaria intēſio, ſed ſufficit ipſa eſſentia ſpecifica actꝰ, etiam in gradu remiſſo. Etenim, nec gratia, vt nos iuſtificet, indiget intenſione, nec contritio, vt ſit diſpoſitio ad illā; ita in actibus naturalibꝰ, ſi in illis eſſet vis merendi donū ſupernaturale intenſio eorū neceſſaria nō eſſet ad propriū meritū: atqui Semipelag. ponebant augmētum, & incrementum fidei, vt neceſſarium; ergo ſignum eſt non intellexiſſe per donum gratiæ, quod mereri lib. arb. dicebant de cōgruo, intenſionē maiorē eorundem actuum.

35 Non me latet quoſdam Doctores catholicos conſtituiſſe ſupernaturalitatē actuum noſtrorū in intenſione maiori: ita Scotus in 2. diſt. 28. q. vnica §. ad quæſtionem, & in 3. diſt. 27. q. vnica §. ad quæſt. & Gabriel diſt. 23. q. 2. ar. 1. in fine, & ar. 2. conc. 2. atq; Paludanus in 3. diſt. 23. q. 3. in fine. *Doctores aliqui poſuerunt ſupernaturalitatem in intenſione.* Quæ ſententia modo fere probabilis non eſt: at hi Doctores non incidunt in errorem Semip. quia licet non ſequantur veram ſententiam, dum negant actus virtutum infuſarum eſſe ſuper naturales, ſecundum rationem ſpecificam, atq; eſſentialem: ſed ſolum ſecundum intenſionem: at illa opinio error non eſt, dum nō affirment gradus remiſſos naturales, vt ſunt à lib. arb. ſine gratia per Chriſtum habere aliquam vim meritoriam in ordine ad maiorem intenſionem, in qua ipſi conſtituunt ordinem gratiæ: etenim tunc ipſi darent lib. arb. per proprias vires virtutem merendi hanc maiorem intenſionē, in qua ſecundum ipſorum ſententiā incipit ordo gratiæ, atq; ſupernaturalis & humano labori gratiā ſubiungerent, atq; affirmarent nos ex nobis habere ipſam fidem, ſed incrementum eſſe ex Deo, atq; initium fidei ex nobis eſſe, augmētum vero eius ex Dei gratia, in quibus error Sem. propriiſsime cōſiſtit, vt retuli ex Aug. & ex Arauſicano in principio huius c. n. 33.

Scotus. Gabriel. Paludanus.

Non incidunt in Semipelagianiſsimum.

36 *Nec etiam poſuerunt modum actus.* Dico ſecundo, nec etiam donum gratiæ quod mereri de congruo Semipelagiani dicebant, conſiſtit in modo ſupernaturali addito ſubſtantiæ actuum, aut phyſico, aut morali. Modus ſupernaturalis moralis conſiſtit aut in acceptione actus in ordine ad finē ſupernaturalē, aut in ordinatione eiꝰ, vel ab operante, vel à Deo in eundem finem. Modus phyſicus conſiſtit in entitate quadam modali affixa actui, & ipſum eleuante ad altiorem ordinem. Exempli gratia elicit liberum arbitrium ſe ſolo actum fidei, ipſi, vt eſt à natura, non adhæret certitudo infallibilis: at ſi Deus per gratiam ſuam infundat hunc modum ſupernaturalem, per ipſum modum acquiret certitudinem infallibilem. *Nec Phyſicum.* Pariter in actu amoris Dei, dum à voluntate ſola fit, virtutem non habet ad amandum Deum ſuper omnia ex motiuo ſupernaturali, & ad diuturnā obſeruationē mandatorum, victoriamq; tentationū grauium: ſi vero Deus ipſi infundat modum ſupernaturalē, per ipſum virtutem habebit, atque robur ad hęc omnia: ſic in ſpe, & in alijs actibus virtutum moralium infuſarum conſtituunt modos ſupernaturales proportionatos plures catholici Theol. & ita ſupernaturalitatē noſtrorū actuum declarāt. Nec in hoc phyſico, neq; in illo morali conſtituere Semipelagianos incrementum, ſeu augmentum, quod dicebant ſubiungi

Digitized by Google

ſubiungi à Deo, probo primo argumento communi: nam neq; in Caſsiano, neq; in Fauſto verbū legim⁹, quod indicet hos modos, qui ſcholaſtica ſubtilitate intromiſsi ſunt: ergo credibile non eſt veniſſe in mentē Semipelag. Antecedēs cōſtat ex his, quę retuli ex Caſſ. & Fauſto c.3.n.20. 21.& 23.

Nec moralem.

Secundo probo in ſpeciali, de modo morali: nam ſi per donum illud gratiæ ſolum intelligerent acceptionem Dei actus naturalis quoad ſubſtantiam in ordine ad finem ſupernaturalem non recederent à Pelagio, qui etiā docebat à Deo acceptari illa opera in ordine ad finem ſupernaturalē; immo virtute illorum conſequi vitam æternā. Vnde licet recederent in merito, quod ipſi ponebāt congruum, Pelag. condignum: at in incremento ſupernaturali fidei, atq; augmēto aliarū virtutum nō recederēt, nec plus ſuper naturalitatis intrinſecę agnoſcerent in noſtris potentijs, quam Pelag. Vnde cum ipſi magnopere curarint à Pelag. recedere, & ipſius errorē totis neruis refutauerint, credēdum non eſt ei in hoc articulo conſenſiſſe.

Plures Doctores ponunt ſupernaturalitatem in modo.

Durandus. Bonauent. Marſilius. Ocham. Aliacenſis. D. Thom. Aluarez. P. Suarez.

Hic etiam aduerte, plures Catholicos doctores cōſtituiſſe ſupernaturalitatē noſtrorū actuum in his modis ſuperadditis ſubſtantię actuum, vt Durandus in 1. diſt. 17. q.2.n, 21. Bonauent. in 4. diſt. 17. ar.2.q.3. Marſilius in 4.q.10.ar.1.p.2. vbi citat Ochamum, & Aliacenſem. Eam etiā expreſſe tueri videtur D. Thomas 1.2.q.171.ar.2.ad 3.& in 4.diſt.17.ar 1.q.1.ad 6.& ar.4. in corpore, & q.24. de veritate ar.14. in corpore, & in ſolutione ad 1. & 3. licet Magiſter Aluarez lib.7.de Auxilijs diſp. 65. conetur D. Thomam pro oppoſita ſententia inducere. Et quod plus eſt P. Suar. tom.1. de graria lib. 2.c. 5. n. 4. ait, dubitari non poſſe D. Thomam fuiſſe in oppoſita ſententia propter quædam teſtimonia, quæ ibi refert. Nō vacat modo ea examinare, neque eſt opportun⁹ locus, quæ ego retuli, expreſſa videntur; vnde antiqui Thomiſtæ eam etiam, vt D. Thomæ ſequuti ſunt: ita Paludanus citatus, & Capreolus in 1. diſt. 17. q.1. Caietanus 2.2. q. 171. ar.2. ad 3. At hi Theologi licet ſententiam minus probabilem ſequuti ſint, cum oppoſita ſenſim inualuerit, & ea de ſupernaturalitate quoad modum ferè nunquam audiatur in Sholis, quia recentiores omnes modo ſupernaturalem quoad ſubſtantiam in actibus defendunt; inter eos lege Magiſtrum Bannes 2. 2. q. 5. ar. 2.& q. 6.ar. 1. & q. 24. vbi refert Canum, Viguerium in inſtitutionibus ca. 10.§. 3. verſu 16. Aluarez diſp.67.ad 4. Azorium 1.p. inſtitutionum lib.3.c.24.q.2. Molinam in concordia q.14. ar. 13. diſp.15.§.3. Leſsium in tractatu de Auxilijs c. 10. Vazq. 1. 2. tom. 2. diſp. 187. At non inciderunt in Maſsilienſiū errorem, dum negāt actui elicito à nudo libero arbitrio vim meritoriā comparatione huius modi ſupernaturalis, vt dicebam ſupra de actu remiſſo comparatione intenſionis: etenim dum hæc duo conſtanter aſſeuerentur, primum gratiam præuenire liberū arbitrium, ad quodcunque opus pium conducens ad vitam æternam. Secundum, nullū opus ante auxilium gratiæ eſſe meritoriū alicuius doni ſupernaturalis, nullum eſt periculum incidendi in ſemipelagianiſmum: ac proinde, dum Catholici Theologi affirment actus illos, quoad ſubſtantiam naturales elicitos per ſolas vires naturæ, vt præcedunt ratione, & natura modum illum ſupernaturalem, nihil prorſus conducere, atque illam particulam, *ſicut oportet*, quam primum poſuit cōcilium Arauſicanum can. 6. & poſtea Tridentinum ſeſſ. 6. can. 3. ſolum ſignificare actum affectum modo illo ſupernaturali: licet magna cum difficultate ſuam opinionē defendant, propterea quod in productione illius modi ſupernaturalis, nec libertas, nec meritum eſſe poſsit, nec conueniens diſpoſitio ad gratiam, quæ quoad ſubſtātiam ſupernaturalis eſt, vt in opportuno loco dicēdum: at liberi ſunt ab illo errore. Hoc notarim propter quoſdam Thomiſtas recentiores, qui in ea opinione cenſenda limites iuſtos tranſilierunt, ſi autem aliqui horū Doctorum darent meritū de congruo actui naturali omnino in ordine ad illum modum ſupernaturalem, ſiue moraliter, ſiue phyſice ſumptū, vt explicui ſupra n. 36. ego nō video qua ratione ab hoc errore liberi eſſe poſſēt.

Paludanus. Capreolus. Caietanus.

Banes. Canus. Viguerius. Aluarez. P. Azorius. P. Molina. P. Leſsius. P. Vaz.

Non labuntur in Maſſilienſes.

Arauſican. Tridentin.

37 Dico 3. donum hoc ſupernaturale, quod mereri de congruo dicebant Semipelagiani ſæpe, eſt beneficium gratiæ, à Deo ſolo productū. Probatur primo, ex Caſſ. in coll. 13. c.11.& 12. atq; 13. in quibus, vt legenti conſtabit, cenſuit proter pœnitētiam conceptā ex ſolo bono vſu lib. arb. retributam fuiſſe Dauidi peccati ſui remiſsionem. Item latroni bono propter naturalē fidē ſtatim fuiſſe repromiſſum Paradiſum, & Abrahamum ſtatim iuſtificatum fuiſſe, propter fidē exhibitā ex lib. arb. atqui remiſsio peccatorum, atq; iuſtificatio ſunt dona gratiæ a Deo ſolo producta: ergo Caſſ. per beneficiū gratiæ, quod nos mereri putauit per lib. arb. intellexit donū, a Deo ſolo productū. Rurſus idē probo ex Fauſto lib. 1. c. 9. vbi ſic ait, *bonæ voluntatis homini deputauit vſum, ſibi reſeruauit effectum*: ergo effectū gratiæ ſoli Deo tribuit, & l. 1. c. 2. *de ſuo*, ait, *eſt quod dat gratiā, de tuo eſt, quod præ noſcit offenſā*. Ecce gratiā ſoli Deo adſcribit.

Donum Semipelagianorum eſt beneficium gratiæ à Deo ſolo.

Caſsianus.

Fauſtus.

Digitized by Google

Proſper.

Secundo, probo ex Proſpero, qui in epiſtola ad Auguſt. ita de Semipelagianis ſcribit, *ad gratiam, qua in Chriſto renaſcimur, peruenire hominem dicunt per naturalem facultatē, petendo, pulſando, quærendo, &c. quia ad iſtam ſaluantem gratiam initialis ope gratiæ meruit peruenire*: ergo concedebant meritum de congruo ad gratiam, qua in Chriſto renaſcimur. Hæc autem eſt ipſa iuſticia, qua formaliter iuſti ſumus, à Deo ſolo in cordibus noſtris diffuſa. Idē dixit expreſſe Hylar. ibi, *vt eo merito, quo voluerint &c. totius ſanitatis ſuæ cōſequūtur effectum*: in tota autē hominis peccatoris ſanitate includitur, & liberatio à morbo peccati, & reſtitutio ad ſanitatē iuſticiæ: ergo non poſſunt non intelligere beneficia à Deo ſolo collata. An vero in hac remiſsione peccatorū, quā nos mereri dicebāt, intellexerint formā iuſtificātē, intrinſece nobis inhærētem, & interius hominē renouantē, vel ſolū beneficiū extrīſecæ cōdonationis, incertū mihi, nec ex Caſsiano, & Fauſto, principia poſſum depromere ad definiendā alterā partē: id certū eſt ipſos conceſsiſſe libero arbitrio virtutē merēdi de cōgruo ſiue remote, ſiue mediate omnia gratiæ dona, quę neceſſaria eſſe putabant ad procedendum in virtutibus, atque ad recipienda incrementa ſpiritualia, vſque ad perfectionem, & perſeuerātiā vltimā quoquo modo ea intellexerint

Hylarius

Incertum, an intellexerint gratiam iuſtificantem.

Præterea probari poteſt cōcluſio, quaten' arbitrati ſunt dona extrinſeca gratiæ, vt propoſitionē legis, prædicationē, protectionē, remotionē occaſionū peccandi à Deo nobis conferri propter meritū liberi arbitrij: hæc autem dona, vt conſtat, à ſolo Deo ſunt, ſine vlla noſtra cooperatione. Quod vero hęc dona noſtro merito ſubiecerint, manifeſtè probant teſtimonia, tum Caſsiani, tum Fauſti: Caſsianus enim collatione 13. c. 13. ait, *nō ſolum actuū, verū etiam cogitationū bonarū ex Deo eſſe principium, qui nobis, & initia ſanctæ voluntatis inſpirat, & virtutē atque opportunitatē eorū, quæ recte cupimus, tribuit peragendi*. Ecce declarat donum gratiæ per opportunitatē recte peragendi, quod eſt donum extrinſecū. Eleganter, atq; expreſſe id dixit lib. 12. de inſtitutis renunciantiū c. 16. ibi, *ſine diuinæ protectionis auxilio, inſpirationiſq; eius, atque exhortationis gratia poſſe perficere, quam ſcilicet cordibus noſtris, vel per alium ſolet, vel per ſemetipſum nos viſitans clementer infundere*. Ecce ait, labores conatuſq; noſtros atq; ſtudia mereri protectionē diuinā, gratiā caſtigationis, atq; exhortationis. Neq; intelligas, quia dixit hāc gratiam infundere in cordibus noſtris aliquid intrinſecum velle ſignificare, vt cōſtat in eo quod adiecit, *vel per alium, vel per ſemetipſum*.

Caſsianus

Ex quo patet de externa inſpiratione, ſeu proportione obiecti loquutum, quia per alium nihil gratiæ internū nobis infundi poteſt, & c. 18. ait, *gratias a nobis referendas eſſe nō ſolum, quia nos liberi arbitrij poteſtate donauit, ſed etiam pro eis, quæ erga nos quotidiana eius prouidētia conferuntur (quod ſcilicet ab aduerſariorum nos inſidijs liberat, quod cooperatur nobis, vt carnis vitia ſuperare poſsimus, quod à periculis nos etiam ignorantes protegit, quod a lapſu peccati communiuit, quod adiuuat nos, & illuminat) vt ipſum adiutorium noſtrum*, quod nō aliud quidam interpretari volunt, quā legē, *intelligere, & agnoſcere valeam'*. Ecce explicat diuina dona per extrinſecā protectionē. Hic nota in illis verbis in parēteſi poſitis referre tacite errorē Pelagij, nō tamē illū approbare, aut reprobare.

Idem probo teſtimonijs Fauſti, qui lib. 1. de gratia, & lib. 2. c. 12. loquens de filio Prodigo ait, *per inſitum ſibi bonum deliberans ad paternos recurriſſe amplexus*, hæc verba interponens *gratia, quæ pulſauerat peregrinantem, ipſa ſuſcipit reuertentem*. In quibus verbis Catholicum ſenſum habere videbatur, quatenus gratiæ tribuit primam pulſationem, atque attractionē, & eidem poſt cooperationē liberi arb. filij reuertentis ſuſceptionē: at nō retinuiſſe bonū ſenſum, patet ex alijs Fauſti verbis, in quibus ſic ait, *quid autem attrahere, niſi prædicare, niſi ſcripturarū conſolationibus excitare, increpationibus deterrere, deſideranda proponere, intentare metuenda, iudicium comminari, præmium polliceri*. Ex hoc noto cōtra P. Leſsium l. de Aux. c. 10. n. 27. dum ait, Semipelagianos nō videri requirere auxilium externum quo dæmonis potentia comprimatur, niſi eatenus, vt non reddat hominem amentē; nā illa verba, *quod ſcilicet ab aduerſariorum nos inſidijs liberat*, ſignificant ſane aduerſariorum dæmonum inſidias, à quibus nos per externā prouidentiam liberat, & licet Caſsianus collat 13. c. 14. dicat, Iobum ſolis naturæ virib' ſuperaſſe *multiplices illas, & tota inimici crudelitate, quaſitas tentationum moles*, non tamen excludit; immo ſæpe inculcat in eo c. ſi attente legatur, adiutoriū externū diuinæ protectionis cōprimentis crudeles dæmonis tētationes. Nam primo in principio eius c. ſic ait, *ſi enim contra inimicū, non ſua virtute, ſed Dei ſolius fuiſſet gratia protegente congreſſus, & abſque vlla virtute patientiæ ſuæ, diuina tantum opitulatione ſuffultus*. Ecce præter proprias liberi arbitrij vires, admittat diuinæ gratiā protectionis. Secundo, ſic etiā ait, *licet etiam gratia Dei, non in totū illi defuiſſe credenda ſit, quæ tantā tētatori tentandi tribuit poteſtatē, quantā, & illum reſiſtendi nouerat habere virtutē, nō cum ab illius impugnatione ſic protegens, vt nullū virtuti humanæ*

Fauſtus

Notatur modernus.

P. Leſsius

humanæ relinqueret locum. In quibus verbis, dum detur locus aliquis libero arbitrio per vires proprias in victoria tentationum, libenter admittit quancunque aliam gratiã extrinſecam, id quod mihi manifeſtum videtur in fundamentis, quibus ipſi nitebantur. Nam duo erant eorum præcipua fundamẽta, vt dicam cap. 9. quæ multipliciter confirmabant, atque inculcabant. Primum, vt iura libertatis illæſa ſeruentur. Secundum, vt diſtributio donorum gratiæ, atque prædeſtinatio fieret rationabiliter à Deo, hoc eſt, vt ex libero arbitrio reddi poſsit ratio electorũ, & reiectorum, ne dicatur Deus vti, cum hominibus iure dominãtis. Ad neutrum autem eorum neceſſarium eſt, vt Deus eatenus ſolũ potentiã dæmonis comprimat, vt nõ reddat hominẽ amentẽ, vt cõſtat, ergo, &c. Tertio, ſic etiam ait. *Non enim illam fidem, quam ei Dominus inſpirabat, ſed etiam illam, quam vocatus ſemel, atque illuminatus à Domino per arbitrij libertatẽ poterat exhibere, experiri voluit diuina iuſtitia.* In his verbis eiuſdem capitis, non ſolũ concedit gratiã, eatenus vt dicebat P. Leſsi⁹ ſed quantum neceſſaria eſt, vt habeat ſenſũ catholicum, niſi aliunde Caſsianus mentem ſuam explicaſset. Duplicem ergo fidem hic explicat. Primo, primã habitam per liberũ arbitriũ, quod etiã Deus liberaliter cõtulit. Secundã habitam per vocationẽ, atq; diuinã illuminationẽ, per hanc prima fides recipit incrementũ, in hoc tamen diligenter obſeruãdum eſt, nec Caſsianũ per vocationẽ, atq; illuminationẽ diuinã docuiſſe interna auxilia gratiæ, quæ conſiſtunt in actibus vitalib⁹ noſtrarum facultatũ, vt definio concluſione ſequenti, ſed tantum extrinſecam aliquam propoſitionem, qua mens noſtra extrinſece atque obiectiue, vocatur, allicitur, atq; illuminatur, nec per eam ſecundam fidem, qua prima recipit augmentum, intelligendũ eſſe aliquẽ actum fidei intrinſece ſupernaturalẽ elicitũ efficiẽter à libero arbitrio & à gratia nam vt doceo cõcluſione ſeq. ſemipelagiani nunquã dederunt libero arbitrio, ex parte cauſæ efficientis comprincipium intrinſecũ ſed tantum alicuius nouæ veritatis, atq; bonitatis expreſsiorẽ obiectiuã propoſitionẽ. Quarto, deniq; manifeſte id probãt alia verba, quæ habet ad finem eius capitis, quibus elegãter exemplo quodam ſic explicat, quo pacto ſe geratDeus in adiuuãdo, atq; hominẽ protegendo, *ſi nutrix, inquit, pia atq; ſollicita diu ſinu paruulum geſtet, vt quandoque ingredi doceat, & primũ, quidem eum reptare permittit; dein erectum, vt alternis (alias alterius) paſsibus innitatur dexteræ ſuæ virtute ſuſtentat, mox paululum derelictum, ſi titubantem viderit protinus apprehendit, nutantem ſuſcipit, lapſum erigit, & vel arcet à caſu, vel etiam decidere leniter ſinens eleuat poſt ruinam, cum autem eum ad pueritiam, vel adoleſcẽtiæ, ac iuuentutis perduxerit robur, quædam etiam pondera, vel labores, quibus non opprimatur, ſed exerceatur iniũgit, & cũ æmulis decertare permittit. Quanto magis cæleſtis ille omnium pater nouit, quem ſinu gratiæ ſuæ geſtet, quem liberæ voluntatis arbitrio in conſpectu ſuo exerceat ad virtutem, & tamen adiuuat laborantem, exaudit vocantem, non relinquit quærentẽ, eripit de periculo interdum etiam neſcientem.* Hęc verba manifeſte oſtendunt non tantum Deũ eatenus protegere hominem, vt inimicus animam eius amentem non faciat, & impotem ſenſu, verum etiam pluribus alijs ſpecialibus gratijs, atque beneficijs protectionis extrinſecæ. Nec obſtat in Iobo Caſsianum explicaſſe protectionem diuinam, per hoc, quod compreſſerit inimicum, vt animam eius amentem non faceret: nam primo, ex hoc, quod in Iobo ita ſe geſſerit Deus; non probat in alijs hominibus, id tantum præſtare. Secundo, quia ſolum ſibi vult Dæmonẽ: ita in Iobum probatiſsimum Dei athletã imperiuiſſe in ſingulari certamine, vt pręfurore ipsũ impotẽ ſenſu redditurũ, niſi à diuina protectione cõprimeretur.

Duo ſemipelagianorum præcipua fundamenta.

Semipelagiani non agnoſcunt interna auxilia gratiæ.

Dico quarto, ſemipelagiani non agnouerunt auxilium gratiæ intrinſecum, neque ad actus neceſſarios, neque ad actus liberos: ita vt, tum gratia, tum liberum arbitriũ, vt cõprincipia partialia arbitrarẽtur elicere act⁹ ſupernaturales, aut quoad ſubſtantiam, aut quoad modum intrinſecum. Hæc concluſio diſſentit à P. Suarez tom. 1. de gratia Prologomeno 5. c. 6. num. 19. & ſequẽtibus, & à P. Vaz. 1. p. diſp. 89. c. 4. n. 24. & à P. Petro Arrubal hic diſp. 75. c. 3. ad finẽ excuſans Chriſoſto. ab errore Maſsiliẽſiũ, ait, hos agnouiſſe gratiã eſſe neceſſariã, vbi nõ poteſt non loqui de gratia interna, alias nõ excuſaretur Chryſ. antequam eam probẽ ſuppone re oportet fieri in nobis à diuina gratia act⁹ quoſdã vitales, atque ſupernaturales illuminando mentem, & afficiendo voluntatẽ, qui ſane licet phyſice à nobis procedãt, qua vitales ſunt; at fiunt in nobis ſine nobis libere atq; moraliter cooperãtibus, quia infundũtur, vt gratiæ adiuuantes, atq; præuenientes in ordine ad actus perfectos liberos ſupernaturales, vt fidei, ſpei, charitatis, atq; cõtritionis. Modo ſic probo, nec per augmentũ fidei intellexiſſe Maſsilienſes gratiam intrinſecam eleuãtem potentiam, aut in ordine ad actus ſupernaturales non liberos, aut in ordine ad liberos; & primo de non liberis, quia hi, nec ſunt augmentum fidei, nec per-

39 *Nec ad actus neceſſarios, nec ad liberos.*

P. Suar.
P. Vazq.
P. Arrub.

Digitized by Google

c.17. vbi hęc verba, *hi cũ quibus diſputam' initiũ fidei & perſeuerantiam, vſque in finem; ſic in noſtra cõſtituunt poteſtate, vt Dei donũ eſſe non putent:* qui verò in noſtra conſtituit poteſtate perſeuerare in virtute vſq; in finem vitę. Neque ad hoc admittit neceſſarium donum intrinſecum Dei, de quo ibi loquitur Auguſtinus, planè concedit libero arbitrio vires intrinſecas ad complendam virtutis perfectioné.

Satisfactio ad ſecundã. Ad ſecũdam obiectionem reſpõdeo vno verbo, Semipelagianos admiſiſſe ſẽper vlteriorẽ gratiam poſt bonum initiũ liberi arbitrij, vt illud creſcat in virtute, nõ tamẽ internam: quia nec putarunt cũ ea cõponi poſſe libertatẽ, nec neceſſariã eſſe ex parte principij, vt iam dixi. Solùm ergo exigebãt gratiam Dei per Chriſtũ ad externã protectionem, atq; propoſitionem obiectorũ virtutũ, vt oblata opportunitate, actus earũ exercerẽt, per virtutem tamen internam liberi arbitrij, gratia ſolùm, extinſecè adiuuante.

41 Ex dictis colligo, nullum habere locum aliam dubitationem, quã mouet P.Suarez 1. tom. de Gratia, prologomeno 5.c.6.n.24. nimirum, an Semipelagiani poſuerint meritũ de congruo, in ordine ad auxiliũ gratiæ ſufficiens, vel efficax: etenim dubium hoc procedit ſupponẽdo agnouiſſe Semipelagianos gratiam internam, quę diuiditur in auxilium ſufficiens, & efficax. P.Suarez in ſuis principijs, ſic ſoluit hanc dubitationem diſtinguẽs duplicẽ ſenſum; primus eſt de auxilio in ordine ad perficiendum actum, cuius intuitu datur, vt conſequenter adiuuet ad bonũ vſũ libertatis in actu perfecto ſupernaturali. Alius eſt in ordine ad futuros vſus liberi arbitrij exercendos in progreſſu vitæ diuerſis temporibus, & locis, atq; opportunitatibus. Concedit Maſsilienſes poſuiſſe meritum ex libero arbitrio gratiæ efficacis in ordine ad præſentem actum, qui per vires gratiæ perficiendus erat: negat verò poſuiſſe meritum de congruo auxiliorum gratiæ efficacium in ordine ad futuros bonos vſus liberi arbitrij, ſed ſolùm ſufficientis.

P.Suarez.

Dubitatio de gratia efficaci, & ſufficienti non habet locũ.

Sententia Authoris in alienis principijs. Licèt vt dixi, hæc dubitatio locũ nõ habeat in doctrina, quam ſequimur in hac quarta concluſione: quia tamen ad maiorem intelligentiam Semipelagianiſmi, vtile erit ſententiam noſtram proferre, etiam in alienis principijs, id breuiter præſtabo obſeruans primò, Maſsilienſes omnibus adultis, tũ dignis, tum indignis, conceſsiſſe auxilium ſufficiens: nam etiam in eorum ſententia verum erat Deum velle omnes homines ſaluos fieri, atque eis ex animo præparare media neceſſaria: at Maſsilieſes in eo errarũt, quòd hoc auxilium ſufficiens poſuerint in ipſo naturali lumine liberi arbitrij, atq; lege naturæ: vnde ad illud, nullũ meritum humanum petebãt. At verò aliud diſtinguendum eſt auxiliũ ſufficiens, neceſſariũ quidẽ in eorum ſententia ad augmentũ in virtute, & ad cõſecutionẽ gloriæ; hoc ipſi conſtituerunt in diuinis reuelationibus, in prædicatione Euãgelij, in doctrina, atq; extrinſeca prouidentia: ad hoc comparandũ exegerũt meritum libertatis, ita vt non dari exiſtimarint indignis; in quo etiã inter ipſos non fuit concors eorum ſententia. Nam Caſsian. aliquando indignũ gratia Dei præueniri dicebat, vt doceo cap. 6. nec negari niſi propter aliquem vſum malũ libertatis: adeò, vt in paruulis decedentibus in ætate infantili, in quibus nullus malus vſus pręuideri potuit, adhuc dixerint ratione bonorum, aut malorum operum, ſub conditione præuiſorũ hunc eligi, illum reijci, huic dari baptiſmum, illi negari; vti expreſsè affirmarũt Proſper, & Hilarius in Epiſtolis ad Auguſtinum, à quo euidenter refutantur in libris de Prędeſtinatione Sanctorum, & dono perſeuerantiæ. Siue verò hoc auxiliũ extrinſecum ſit per extrinſecam propoſitionem, vt ego puto, ſiue intrinſecum per infuſionẽ gratię præuenientis, & excitantis: Deus ſic potuit velle, aut infundere gratiam prę uenientem in ea congrua opportunitate, in qua prænouerat cooperaturam liberam voluntatem illi gratię, aut velle, vt proponatur, aut prędicetur doctrina in ea opportunitate, in qua prænouerat liberum arbitrium, benè vſurum ſuis viribus amplexando honeſtatem obiecti propoſiti: vel è contra in ea opportunitate potuit velle infundere, aut velle proponere, in qua Deus prę nouerat non eſſe futuram bonam operationem, immò negationem eius: & tũc ea infuſio auxilij prę uenietis, quę beneficio ſciẽtiæ mediæ habet infallibilem cõnexionem cum pia operatione, ſiue ea obiecti propoſitio, quę eãdem habet connexionem, eſt auxilium gratiæ efficax: nam quo ad hanc partem pares ſunt infuſio gratiæ prę uenientis intrinſeca, & propoſitio extrinſeca obiecti. Ea verò quę nõ habent hanc connexionem infallibilem cum bona operatione; immò quę habet eam, aut negationẽ eius, aut cum actu contrario, erit auxilium ſufficiens; vt fuſsè explicui in tractatu de Auxilijs.

Proſper. Hilarius.

Obſerua ſecundò: aliud eſſe, nunquam dare hęc auxilia indignis, aliud eſſe, ſemper dare dignis, nam eſſe decretum comparatione indignorum nunquam dandi, ſeu ſemper negandi in pœnam peccati actualis (nam hic loquimur de adultis). Et ſimul ſtat nõ eſſe decretum, aut infallibilem legem dandi

Digitized by Google

ratione putarent ad alia pietatis opera, etiã eſſe ſufficiens. Maxime cum quicunque actus fidei, in quantum eſt actus humanus, intrinſece componatur ex duobus actibus noſtris: altero voluntatis, altero intellectus. Voluntatis actus eſt affectus credendi, qui terminatur tanquam ad obiectum ad ipſum actum fidei, quique regulatur, atque dirigitur ab alio actu intellect' practico iudicante hic & nunc prudẽter, atque honeſte credi di poſſe; atque debere: actus intellectus eſt ipſe aſſenſus elicitus à facultate intelligẽdi, qui exhibetur propter diuinam veritatem reuelantem rei ab ipſa propoſitæ: ergo hoc ipſo, quod Semipelagiani putauerint eſſe vires in libero arbitrio ad actum fidei, concedunt, non in ſolo intellectu, ſed etiam in voluntate actus honeſtos virtutum, quod ſi ſemel voluntati noſtræ conceſſerunt virtutem ad opera honeſta in materia fidei, quibus deberetur de congruo donum ſupernaturale augens virtutem in ea merita, etiam credendum eſt conceſsiſſe eidem voluntati virtutem ad opera honeſta in alijs materijs, quibus etiam de congruo debeantur dona ſupernaturalia ad augenda opera earundem virtutum.

Cur expreſſerint ſuam ſententiam in fide.

Nec obſtat, Semipelagianos frequentius ſuam ſententiam expreſiſſe in fidei initio: nam hinc non fit negaſſe aliarum virtutum operationes, vt manifeſte conſtat ex dictis; ideo vero in ore verſabant frequentius *credere tantum noſtrum eſſe*; quia in fide, vt in exẽplo commodiori declarabant aptius ſuam ſententiam de principio, & cauſa prædeſtinationis, ne ipſa à Deo fieret irrationabiliter, vt magis conſtabit ex argumẽtis eorumdem, quæ refero, & diluo infra cap. 9.

Hinc cõſtat, nõ in eo erraſſe Maſſ. quia putauerint liberũ arbitrium ſe ſolo poſſe efficere opera ſupernaturalia, aut quoad modũ aut quoad ſubſtantiam, quæ eſſent initia ſalutis, vt exiſtimarunt aliqui recentiores: etenim, dum eis daretur initium ſalutis ex nobis, ex quo prædeſtinatio duceret originem, neque Deus poſſet dici perſonarũ acceptor licet tale opus tantum eſſet naturale, aut ſupernaturale, ipſi ſane conquieſcerent: nam iam daretur gratia ſecundum noſtra merita, & gratia ſubiungeretur noſtris actionibus: immo ipſorum errori conſentaneum magis foret, quod hæc opera mere naturalia ſint; nã ipſi ſemper contendebant in ipſa natura nuda præciſo quocunq; adiutorio intrinſeco eſſe ſufficientes vires ad eliciendum opera, quæ Deum mouere poſſent, vt intuitu ipſorum Deus hunc arriperet ſua prædeſtinatione, & dirigeret ad vitam æternam: quia initia habuit bonorum operum ex natura, illum vero relinqueret, atque reprobaret, quia nõ habuit: ergo ad rem ipſorum non erat conſtituere in nuda natura principia ad actus intrinſece ſupernaturales, aut quoad modum, aut quoad ſubſtantiam. Præterquamquod tam abſurda eſſet hæc ſententia, & tam contra bonam Phyloſophiam, vt ſi quis diceret potentiam materialem, atque corporeã virtutem ex ſe habere ad eliciendum actum ſpiritualem, aut potentiam non vitalẽ ad actum vitalem, vt credibile non ſit in tantum abſurdum deueniſſe: etenim tam improportionata eſt facultas naturalis ad actus intrinſece ſupernaturales, quam facultas non vitalis, & corporea, ad actus vitales, & ſpirituales; ergo credi non debet in hoc conſtitiſſe eorum errorem, quod nimis Phyloſophicum, aut Metaphyſicum eſt. Id etiam notauit P. Vazq. 1. p. diſp. 91. c. 12.

Semipelagiani non dixerunt à ſolo libero arbitrio effici actum ſupernaturalem.

P. Vazq.

Caput. VI. *Aliqui ex Maſſilienſibus conceſſerunt quoſdam præueniri à gratia Dei.*

46 *Caſsianus concedit quoſdam præueniri à gratia.*

QVI legerit Caſsianum in collatione 13. præcipue à cap. 15. vſque ad 18. quod eſt vltimum, non dubitabit ipſum proximi' ad veritatem acceſsiſſe, quatenus cõcedebat quoſdam nihil de ſalute cogitantes, & etiam nolentes: ita præueniri à gratia Dei, vt veluti coacti fuerint ipſius efficacia ingredi viam ſalutis; & credibile eſt alios habuiſſe in hac parte aſſeclas. Hoc vero Caſsianum dediſſe doctrinæ catholicæ conſtat primo ex eo cap. 15. ibi *quod etiam Euangelicarum vocationum exemplis poſſumus approbare, Andream namque, ac Petrũ caeteróſque Apoſtolos nihil de ſalutis ſuæ remedio cogitantes, ſpontanea gratia ſuæ dignatione præelegit*. Et poſt pauca, *inuitum, ac repugnantem attrahit Paulum. Alium ita præcepit ſibi inſeparabiliter inhærere, vt ei poſtulanti breuiſsimas pro ſepultura Patris non concedat inducias*.

Caſsiaaus

Conſtat ſecundo ex c. 17. ibi *diuerſis, atque innumeris modis, & inſcrutabilibus vijs Deum ſalutem humani generis procurrare, & quorundam quidem volentium, & ſitientium curſum ad maiorem inuitare flagrantiam; quoſdam vero etiam nolentes, inuitoſque compellere, & nunc quidem, vt impleantur ea, quæ vtiliter à nobis deſiderata perſpexerit*

ſpexerit adiuuare: nunc vero etiam ipſius ſancti deſiderij inſpirare principia, & vel initium boni operis, vel perſeuerantiā condonare, & poſt pauca, *in eo enim, quod prior aduocat, & ignorantes nos, atque inuitos attrahit ad ſalutē protector, atq; ſaluator eſt: in eo autem, quod annitentibus nobis opem ferre refugientes, quæ ſuſcipere, ac munire cōſueuit, ſuſceptor ac refugium nominatur.*

Tertio, conſtat ex c.18. vbi hęc habet elegantiſsima verba, *& idcirco fide non dubia, & vt ita dicam palpabili experiētia comprobatur vniuerſitatis Deum veluti piiſsimū patrem, benigniſsimumque medicum, ſecundum Apoſtolum indiffrenter omnia in omnibus operari, & nunc quidem ſalutis inſpirare principia, & inſerere vnicuique bonæ voluntatis ardorem: nunc vero ipſius operationis effectum, & conſummationem donare virtutum, & nunc à ruina iam proxima, lapſuque præcipitii, etiam inuitos, & in ſuos reuocare: nunc autem occaſiones, & opportunitates ſalutis ingerere, ac præcipite, violenteſque conatus à lethalibus diſpoſitionibus inhibere, & alios quidem volentes, currenteſque ſuſcipere: alios vero nolentes, renitenteſque pertrahere, & ad bonam cogere voluntatem.* Hæc ſufficiunt, vt videas Caſsianum gratiā præuenientem in quibuſdam agnouiſſe. Præterea con. Arauſ. can. 8. hæc habet verba. *Si quis alius miſericordia, alius vero per liberum arbitriū quod in omnibus, qui de præuaricatione primi hominis nati ſunt conſtanti ſententia hominē ad gratiam baptiſmi poſſe venire, contendit à recta fide probatur alienus*, in quibus ipſe Caſsiani error videtur damnari. Nam illa vox *alius miſericordia, & alius libero arbitrio* diſtinguit quoſdam conſequentes gratias baptiſmi ex miſericordia, per quam gratia prçuenitur, & quoſdam ex meritis liberi arbitrij; duo

47 *An interna illa gratia, Arauſican.*

vero in his teſtimonijs in dubiū vocari poſſunt: primum an hæc gratia præueniens ſit interna: & pars, quæ affirmat eiſdem teſtimonijs probari videtur; quaten⁹ hanc gratiam præueniētem appellat *principium inſpirans, & bonæ voluntatis ardorem incertum.* Quę verba in propria ſignificatione gratiam præuenientem intrinſecam denotare videntur.

Secundum, an in his, in quibus admittit hanc gratiam præueniētem meritum noſtrū exiſtimauerit lędi libertatem, vi eius gratię. Et pars, quæ affirmat, probari videtur eiſdē teſtimonijs, quatenus ait, *quoſdam nolentes, inuitoſque compelli, & ita pertrahit renitentes, vt ad bonam cogat voluntatem*: ergo Caſsianus exiſtimauit hanc gratiam præuenientem, ſi interna eſt in præuentis, lædere libertatem.

48 *Dubitat author.*

Quoad vtrumque dubium, hæreo dubitabundus: equidem, ſi quis vellet multum inſiſtere in vocum rigore, in vtroque dubio partem affirmantem facile tueri poſſet, maxime cum ea magis ſit cōſentanea principijs Maſſilienſium, atque Caſsiani, qui quidē in hoc articulo receſsit à reliquis. Quapropter ne inconſtantia in doctrina ab eis redargueretur, dicere poterat in his gratia Dei præuentis ex eius efficacia lædi liberum arbitrium, & Deum vti iure dominantis, eos vero dicere poterat eſſe quoſdam eximie prædeſtinatos, ad idque potuit moueri ex teſtimonijs ſacrę ſcripturę, atque exemplis, quæ in his locis copioſe allegat: cæteros vero cōmunes prædeſtinatos non præueniri gratia, eamq; Deum impartiri propter meritū ipſorum; ita vt labori humano gratia ſubiungeretur. Nam ſi etiam in gratia præuentis, componere cogatur liberum arb. cum gratia, & rationabilē diſtributionē gratiarū, liberā à vitio acceptionis perſonarum euidenter cōuinci poterit incōſtātię in doctrina: nā vt hęc duo in his paucis hominibus coniungit vitando incōmoda, propter quæ Maſsilie. poſuerūt initiū, & cauſam prędeſtinationis ex nobis; ita in hominum vniuerſitate illa poterat vitare, & in totum à Maſsilienſibus recedere, 49
atq; ad Auguſt. eiuſq; diſcipulos ſe cōferre.

Nec adſtruxit Caſsianus gratiā internam, nec lædi libertatem.

Quia vero non poſſum mihi perſuadere, Caſsianum non defendiſſe libertatem in omnibus, licet verba oppoſitum ſonare videātur; ideo demum magis propendeo in partē negantem in vtroq; dubio: nam ſi in omni prædeſtinato libertatem arbitrij tuebatur, & ideo negauit gratiam internam ex parte facultatum, quia putabat eam cum libertate conſtare nō poſſe, vt dixi c.4.n.19. neceſſum eſt, cum in his teſtimonijs affirmat, Deum in quibuſdam inſpirare ſancti deſiderij principia, & initium boni operis, atq; inſerere bonæ voluntatis ardorem, intelligere de principio extrinſeco, tenente ſe ex parte obiecti proponente clare, atq; diſtincte bonitatem obiecti, ex qua propoſitione naturaliter excitatur in nobis affectus, ſeu ardor quidam in tale obiectū: is vero affectus, & ardor ſiue ſit actus indeliberatus, ſiue deliberat⁹ à ſolo elicitur libero arbitrio. Id confirmo ex eodem Caſsiano dicente, *cum Deus prior aduocat & ignorantes, atque inuitos attrahit ad ſalutem obire munus protectoris, atque ſaluatoris*: munus autem protectoris, atque ſaluatoris extrinſecum eſt. Vnde in eo c.18. explicans hoc ipſum, exempla adhibet in extrinſecis protectionibus, ibi, *nunc autem occaſiones, & opportunitates ſalutis ingerit, ac præcipites, violentoſque conatus à lethalibus diſpoſitionibus inhibet.* Ecce prçuenire gratia in ſenſu Caſsiani eſt offerre ſalutis occaſiones, & opportunitates, & præceptis cohibere lethales conatus: hoc vero totum extrinſecum eſt.

Nec

Digitized by Google

Nec etiam,cum ait Deum compellere inuitos, atque nolentes, & cogere ad bonam voluntatem ſibi vult,& ſi voces id ſonent libertatem lædi:etenim cum ſubita, atq; efficax extrinſeca illuſtratio in cauſa eſt,quod homo ſe conuertat in meliorem partem, licet ea conuerſio libere fiat, ſi tamen homo ille in peccato erat, & ad terrena vitia affectus: verum eſt Deum ſua diuina illuſtratione nolentes,atque renitentes,quantũ eſt ex vi ſtatus, atque diſpoſitionis præcedentis pertrahere,ſua tamẽ voluntate trahitur, non vi, non coactione rigoroſa; ſed tantum morali per vim allicientem,non per virtutẽ determinantem;ergo hæc Caſsiani teſtimonia, non omnino cogunt affirmare ipſum conceſsiſſe in gratia præuentis auxilium intrinſecum ex parte facultatum,& negaſſe libertatem arbitrij.

50 *Incidit Caſſianus in incommodũ.*

Licet vero hac ratione Caſsianus liberetur ab inconſtantia in doctrina in puncto libertatis:at in alia parte, quod nimirũ incertum volũtatis diuinæ duci cogatur in his hominibus gratia præuentis, quod erat præcipuum fundamentum Maſsilienſium, liberari non poteſt.

Compendiũ erroris Semipelagiani.

Compendio ergo colligens, quæ circa errorem Semipelagianum dixi,primum cẽſeo eos non conſtituiſſe meritum de condigno. id fuſe probaui c.3.cenſeo ſecundo,hoc meritum de congruo non eſſe cum infallibili lege donandi donum gratiæ, id probaui c.3.n.29. in his duobus diſceſſerunt à Pelagio, qui poſuit meritũ de condigno remiſsionis peccatorum,& ſalutis:ac per conſequens infallibilem legem. Cenſeo tertio:donum ſuper naturale,in ordine ad quod ponebant meritum de congruo, quodque appellabant incrementum, atq; augmentum fidei, non eſſe maiorem actus intenſionem.Id probaui c.4. n.34. Neque eſſe modum ſupernaturalem, aut phyſicum.aut moralem intrinſecũ actui. Id probaui n. 36. Cenſeo quarto:donũ hoc ſupernaturele à ſolo Deo produci. Id probaui n.37.Cenſeo quinto, non eſſe intrinſecum noſtris potẽtijs, vt comprincipia actuũ aut non liberorum,aut liberorum.Id probaui n.39.Cenſeo ſexto, omnem gratiam, quã agnouerunt Semipelagiani,extrinſecam eſſe & conſiſtere in propoſitione legis,& doctrinæ,& protectione,atque gubernatione extrinſeca:in his Semipelagiani non receſſerũt à Pelagio, niſi quatenus ipſi hunc modum gratiæ dixerunt eſſe neceſſarium ad perfectionem,conſummationemque virtutis:Pelagius vero ſolum ad faciliorem obſeruantiam mandatorum, atque conſecutionem gloriȩ. Cenſeo ſeptimo, non tantũ poſuiſſe initium fidei ex libero arbitrio, ſed etiã initia omnium operũ pietatis. Id probaui c. 5. Cenſeo octauo, Caſsianũ,& aſſeclas(ſi quos habuit)agnouiſſe quoſdam præueniri gratia ante merita,hanc vero gratiam neque internam fuiſſe,nec libertatem læſiſſe;id probaui & explicui in hoc capite numero 46. & ſequentibus.

Caput.VII. *Quid ſentiendũ de Chryſoſt. an cum Caſſiano ſenſerit.*

51 LICET de alijs viris illuſtrib⁹ ſuſpicio irrepſerit, an infecti fuerint errore Semipelagiano,vt ad finem huius c. mẽtionem facio : nihilominus, quia de Ioãne Chryſoſt. Epiſcopo Conſtantinopolitano,eximio Eccleſiæ grecæ doctore,acrior ſub orta eſt controuerſia inter recentiores Theologos grauiſſimos:quippe, quæ maioris momenti; ideo mentem Chryſ. in hac parte aggredior indagandam;id vero cõmode præſtabo,ſi quæ ex Chryſoſtomo hinc, atq; inde adferuntur verba,atq;indicia,ad vnguem examinauero, & quantum probent,diiudicauero,

P. Vaz.

P. Vazq. Caſsianum facit Semipelagianiſmo infectum.

Atq; imprimis P. Vaz.1.p.diſp.91.c.8.n. 44.exiſtimat Chry.cõſenſiſſe Caſſ.immo hũc ex Mag. Caſsiano hauſiſſe ſuam ſententiam, de quibuſdã præuentis gratia,& de alijs gratiã præueniẽtibus, de qua diſſerui c. 6. quia vt in Caſsiano varia teſtimonia reperiuntur in quibus hanc atteſtatur ſententiã:ita & in Chryſoſtomo,quæ in progreſſu ſubijciem⁹.

52 *Chryſoſtomus Caſsianum diaconum ordinauit.*

Verum hæc leuis coniectura eſt;nam licet Caſſ.profiteatur ſe eſſe diſcipulũ Chry. atq; fidelem auditorẽ in lib. de Incarnatione D. aduerſus Neſtorẽ hæreticum ad finem:at cũ ſolemne ſit diſcipulis Mag.ſuis plura ſuper imponere,vel ipſos excogitare noua leuib⁹ fundamentis,hæc coniectura non poteſt eſſe alicuius momenti,& forte propter hęc adinuẽta Caſſ.præter mentẽ Chryſ. poſt aliquot annos,& poſtquam diaconum ordinauit ab ipſo expulſus eſt:ita atteſtante Ioanne Trithemio in catalogo virorum illuſtriũ,&poſt hanc expulſionẽ apud Maſſ. præsbiter cõſecrat⁹ fuit, vbi ſuã hãc doctrinã ſeminauit, & Monachos Maſsilienſes in eam induxit.

Chryſoſt. 1. teſtim. *Ab ipſo poſt ea expulſus.*

Adducit ſecundo idẽ P. Vaz. verba Chriſ. ex tom.3.hom.17.in Ioãnem ſuper illa verba, *conuerſus autem, Ieſus* ſic ſcribẽtis, *hinc ad moneri poſſumus Deum ſuis in nos beneficijs noſtras non præuenire voluntates,ſed à nobis incipiẽdum eſſe,ſed cũ nos prompto parato animo ad ſuſcipiendã gratiã exhibemus,tũc multas in nobis offert ſalutis occaſiones.* In ijs verbis clariſsime Chry. (Chryſoſt.)

videtur

videtur fauere Maſsil. Propter hæc eadem verba Maldonatus in c. 1. Ioannis affirmat Chryſoſtomum, quia nondum ſuo tempore natus erat Pelagianorum error, verbis non admodum cautis, ſi nõ ſenſu Pelagio fauere.

Maldon. *Maldonatus Chryſoſtomum verbis non cautis fauere Pelagio.*

53 Reſpondeo tamen, nec hoc teſtimonium conuincere intentum, in quo duas inuenio locutiones, quæ ſono vocũ fauere vidẽtur Semip. altera negatiua, cum ait, noſtras non præuenire voluntates: altera affirmatiua, cũ ait, a nobis incipiẽdũ eſſe. Verũ ſenſus prioris locutionis eſſe poteſt noſtras non ita præuenire volũtates, vt lædat arbitrium; ita enim ſe explicuiſſe videtur idẽ Chryſ. tom. 4. ad Hæbreos c. 7. hom. 12 morali, ibi, *oportet enim nos primũ eligere, & tũc offert, quæ ſua ſunt non præuenit noſtras voluntates, ne perdat noſtrum liberum arb.* Itaq; ſolum negat præuenientem gratiam prædeterminantem, & libertati aduerſariam, non autem ſuauem, & congruam.

Teſtimoniũ difficile cõtra Chryſoſtomum explanatum. Chryſoſt.

Damaſcen. Qua etiã ratione Damaſcenus lib. 4. de fide c. 22. ait, *Deum non prædefinire, ſeu prædeſtinare noſtros actus*, hoc eſt, non prædeterminare cõtra libertatẽ. Quid vero ſignificet, cum ait, *nos primum eligere*, quod etiam videtur fauere Semip. iam explico. In altera vero affirmatiua, cũ ait, *à nobis incipiendũ eſſe*, ſolum ſignificat, liberum etiam noſtrum arbitrium cooperari, non tamen excludit gratiã ab ea cooperatione. Nec obſtat Chryſ. adijcere, tunc *Deum multas in nobis offerre occaſiones ſalutis, cũ nos exhibemus prompto animo ad ſuſcipiendam gratiam*: nam id referendum eſt ad alia vlteriora auxilia, quibus, & magis proxime diſponimur ad ſuſcipiendã iuſtitiam, & remiſsionẽ peccatorum; ac demum in gratia perſeueramus: itaq; promptus, & paratus animus ex gratia præparatur, non tamen ſine cooperatione lib. arb. ad ſuſcipiendas vberiores gratias, vt etiã adnotauit Sixtus Senenſis lib. 5. annot. 101. Hanc fuiſſe eius mentẽ poſſumus confirmare, ex ipſo Chryſ. to. 4. in 1. epiſt. ad Cor. hom. 12. ſuper illa verba Pauli, *quis eſt, qui te diſcernit,* &c. vbi ſic ait Chryſ. *non enim tua ſunt recte facta, ſed Dei gratiæ, etiam ſi fidem dicas, ea extitit ex vocatione, & ſi dicas remiſsionẽ peccatorum, ſi dona, ac chariſmata, ſi docendi ratio nẽ, omnia ex inde accepiſti: quid ergo habes (inquit) quod nõ habes acceptũ? at ipſe ex te ipſo recte egiſti. non potes hoc dicere, ſed accepiſti.* In his verbis fidem, qui eſt prior actus in progreſſu iuſtificationis, & fundamẽtum cęterorum fatetur eſſe ex vocatione: non ergo negat vocationem præuenientem, ſed ſolum affirmat à nobis etiam illam incipere, & cooperationem lib. arb. immo ſi rem hanc attentius inſpiciamus inueniemus Chryſ. propriiſsime loquutum, cum ait, *à nobis eſſe incipiendũ, & oportere nos primum eligere*: nã poſita gratia præuenienti ex parte lib. arb. & compoſita cum ipſo, vt ſuper naturalitas actus tribuitur gratiæ, tanquam cauſæ proximæ, atque directæ, nõ tamen ſine lib. arb. ita determinatio, & exiſtentia exercita operis, tanquam cauſæ propriæ, & directæ tribui debet lib. arb. licet nõ ſine gratia: hãc enim petũt immunitatẽ iura libertatis, atq; indifferentiæ, vt non ab alio, ſed à ſe ipſo, licet comitante gratia incipere debeat ipſa determinatio, & exercitium operationis; vt fuſius explicui tractatu de auxilijs: propriiſsime ergo, & ſine periculo erroris dixit Chryſ. *à nobis eſſe incipiẽdum, & oportere nos primum eligere.*

1. Corint.

Præterea ad hoc confirmandũ eſt optim⁹ loc⁹ Chryſoſt. ex hom. 22. in Geneſim, vbi defendens noſtram libertatẽ, ait, *vidiſti quomodo ſui iuris naturam noſtram Dominus formauit, & poſt pauca, non ne manifeſtum, ſua quęque voluntate, vel malitiam, vel virtutem eligere: nam niſi ita eſſet, & naturæ noſtræ poteſtas inſita eſſet, nec illos puniri, neque iſtos virtutum retributiones accipere oportet.* Ne quis vero putaret plus iuſto lib. arb. tribuiſſe, ſine debita mentione gratiæ, adiecit hæc notanda verba, *verũ, quia in noſtra voluntate totum poſt gratiam Dei relictum eſt: ideo, & peccantibus ſupplicia propoſita ſunt, & bene operantibus retributiones.* In his verbis poſt gratiam: ideo ait, totum noſtræ voluntatis relictum, quia in poteſtate ipſius eſt bene vti gratia oblata à Deo; quemadmodum habitibus vtimur, cum volumus. Nec quia dicit *totum* in noſtra poteſtate relictũ; ideo totam operationẽ ſoli tribuit arbitrio: nã dixerat poſt gratiam, ſupponens ipſam iam infuſam, atq; ſolum ſibi vult, quod ſupra dicebant, nimirum actualem determinationẽ ipſi tribui, tanquam cauſæ directæ: atq; adeo tantum abeſt, vt Chryſoſtomus periculoſe loquatur, vt accurate conſortium gratię, cũ libero arbitrio, & modum cooperationis eius explicauerit. Chryſoſt.

Eſt etiam ad hoc ipſum cõfirmandũ aliud elegantiſsimum teſtimonium tom. 3. hom. 44. in Ioannem ſuper illa verba Matthæi 16. *beatus eſt Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi*, vbi ſic ait, *quod ſignificat non paruã rem eſſe fidem, ſed ſuperno indigere auxilio, quod per totum Euangelium generoſæ cuiuſdam animæ, & inſpirationis diuinæ eſſe contendit.* In his verbis ad fidem coniungit vtrumque principium, & generoſum liberi arbitrij, & ſupernum auxilium inſpirationis diuinæ. Ne vero quis putaret, plus in his verbis gratiæ dediſſe, & nimium depreſsiſſe vires liberi arbitrij, vt explicet ipſum ſuas etiam partes habere, hãc his verbis format obiectionem,

Chryſoſt. Pro Chryſoſt. elegãs teſtimoniũ. Matthæi 16.

Digitized by Google

nem. Sed dicet fortaſe quiſpiam, *ſi omne, quod dat Pater venit ad me, & quoſcumq; traxerit, & nemo poteſt venire ad te, niſi datum ſit ei deſuper quibus Pater non dat, ij nullo crimine tenentur*. Ad hanc obiectionem reſpõdet, *verba hæc inania, & friuola eſſe, opus eſt enim voluntate noſtra*. Ecce, & tractionem patris, & cooperationem voluntatis noſtræ ad fidem exigit. Hoc teſtimonium pro ſana mente Chryſoſtomi mihi efficax foret, niſi viderem ipſum explicans poſtea hoc ſupernum auxiliũ ad fidem neceſſarium in reuelatione conſtituiſſe, in illis verbis, quæ poſt pauca ſequuntur, *docere enim credere voluntatis, hic autem nihil aliud oſtendit his verbis (quod dat mihi Pater) quam non paruum quiddam eſſe credere, atq; humanam cogitationẽ ſuperna indigere reuelatione, & anima, quæ eã fideliter accipiat*. In quibus omne gratiæ auxiliũ videtur ad reuelationẽ retuliſſe, niſi dicamus, per verbum accipiat vltra reuelationem ſignificatam eſſe gratiam internam in anima receptam.

54 *Pro defenſione Chryſoſtomi, notantur teſtimonia Scripturæ.*

Præterea, in defenſione Chryſoſtomi notare poſſumus quædã ſcripturæ teſtimonia, in quibus initiũ boni operis, videtur homini tribui, & fortè propter dictã cauſam, quia ipſe eſt principium ſe determinans: nã qua liber eſt, nõ poteſt ab alio determinari. Ita loquitur Iſaias cap. 30. *Expectat Dominus, vt miſereatur veſtri*, quaſi dicat, nõ ſtat per ipſum liberare vos à miſeria peccati, ſed tantum expectat cooperationem veſtram, & Dauid Pſal. 118. ait, de ſe ipſo, *præueni in maturitate, & clamaui*, hoc eſt, oratione præueni beneficium accipiẽdum à Deo; non tamen ſine gratia. Pariter 1. lib. Reg. cap. 3. *præparate corda veſtra Domino*, ergo credendũ eſt, Chryſoſtomum hãc phraſsim ſacræ Scripturæ imitatum. Rurſus ex ſanctis patribus quædam teſtimonia notare poſſumus, qui pariter ac Chryſoſtomus loquuntur Hieronymus lib. 3. aduerſus Pelagiũ in principio vbi, aiens, *baptiſmum præterita donare peccata, non futurã ſeruare iuſtitiam, quæ labore, & induſtria, ac diligẽtia, & ſemper ſuper omnia Dei clementia cuſtoditur, vt noſtrum ſit rogare, illius tribuere, quod rogatur, noſtrum incipere, illius perficere, noſtrũ offerre, quod poſſumus, illius implere, quod non poſſumus*. Hæc verba non minus ſapere videntur Semipelagianiſmum, quam Chryſoſtomi: ergo, vt ea bonum ſenſum habent: nam nemo dixerit Hieronymum acerrimum gratiæ defenſorem, & Pelagij impugnatorem in illis tribus libris, hac labe, vel leuiter maculatum: ſenſus ergo eſt noſtræ cooperationis eſſe orare, incipere, nos deuotos exhibere, non tamen ſine gratia, & Dei eſſe tribuere iuſtitiam remiſsionem peccatorum, aliaq; vberiora auxilia. Qua ratione P. Vazquez ſupra num. 48. explicat Hiyeronymum, ea etiam Chryſoſtomum poterat explicare.

Iſaiæ. 30.
Pſalm. 118.
1. Reg. 3.

55 Hieronym. *Suffragatur Chryſoſt. locutio Hieronymi.*

Ambroſ. *Et Ambroſius.*

Secundo, Ambroſius lib. 2. de Abrahã, cap. 7. ſic, inquit, *talẽ te præbe bonis ſtudijs, & prõpta fide, vt Deus tui miſereatur, & vocet te*. Quæ verba Vazquez ſupra intelligit in ordine ad vberiora auxilia nos debere prima gratia excitatos, promptos exhibere: ergo id ipſum de Chryſoſtomo dicere poterat. Maxime cum ſuã etiam mentem catholicam in neceſsitate gratiæ in alijs locis à nobis notatis explicuerit.

Hilarius. *Et Hilarius.*

Tertio, Hilarius in Pſal. 118. in illa verba, *inclina cor meum*, ſic, ait, *eſt ergo cum à nobis oramus exordiũ, vt munus ab eo ſit*. Deinde, *quia de exordio noſtro munus eſt eius, ex noſtro rurſum eſt vt exquiratur, & obtineatur, & maneat*. In his verbis, licet dicat exordiũ orationis à nobis eſſe, nemo dixerit, ſi illũ Hilarij locũ legat, ipſum in Semipelagianiſmũ impegiſſe: nã vt diximus de Chryſoſtomo in ea homil. 44. in Ioannem ſibi Hilarius obicit ita, *ſi omnia a Deo ſunt, humana ergo ignorantia caret culpa, cũ nihil obtinere poſſit, niſi, quod donatũ a Deo ſumpſerit*. Ad quã obiectionẽ, ita reſpõdet, *& primũ hoc impiæ eſt voluntatis exiſtimare*, & poſt pauca, *ſed omnem occaſionem huius impiæ excuſationis Propheta ſubmouit; primum enim cum orat cõueniens infirmitatis ſuæ egit officium: dehinc Dei muneribus humanæ deuotionis ſtudia connexuit*. Et infra, & in cæteris quoq; loquitur de Dauide, *vtrumq; quodã cõplexu ſibi inuicẽ colligauit: prius enim, quæ à Deo ſunt cum honore præpoſuit, & tunc, quæ hominis ſunt cum humilitatis officij ſui confuſione ſubiecit*: ergo cum pariter Hilarius, & Chryſoſtomus loquantur, & eodem modo obiectioni, quæ ipſis fieri poſſet, ſatisfaciant, neſcio cur notetur Chryſoſtomus Semipelagianiſmi, & liberetur Hilarius.

Optatus Meliuitanus. *Et Optatus Meliuitanus.*

Quarto, Optatus Meliuitanus lib. 2. cõtra Parmenianum, qui habetur in 2. tom. Bybliothecæ ſacræ exprimens illud Ioannis. 1. ſi dixerimus, quod peccatum, non habemus, &c. ſic, inquit, *eſt Chriſtiani hominis, quod bonum eſt velle, quod bene voluerit currere: ſed homini non eſt datum perficere, &c.* Quæ verba ſanũ ſenſum habent, quia non negant gratiam ad primũ velle, & illã petunt ad perfectionẽ, aut ad perſeuerantiam conſequendã, ad quæ neceſſariũ eſt ſpeciale priuilegiũ gratiæ: ergo pariter Chryſoſtomus poterit defendi, atq; explicari. Mitto alia: nam hæc ſufficiunt, atq; ſuperfluunt, vt intelligamus illud teſtimonium Chryſoſtomi ex homil. 17. in Ioannẽ longè ab eſſe à ſententia Maſſilienſium.

56 *Nõ poteſt Caſsianus explicari vt Chryſoſtomus.*

Sed obicies; quare vt explicamus Chryſoſtomũ, Caſsianũ etiã nõ explicemus? Reſpõdeo primo, nõ eſſe locũ explicationi Caſsiani propter verba à me citata cap. 3. n. 20. 21. & 22. & quia Gelaſi' Papa in ſuo decreto quod habetur

Gelaſius.

in cap. ſancta Romana 15. diſt. opera Caſsiani numerat inter apocripha, & quia Proſper ſcripſit cõtra Collatorem. Denique, quia ex noſtro cap.6. conſtat, ipſum expreſſe admiſiſſe liberũ arbitrium gratiam præuenire in quibuſdam; cuius ſententiam damnauit Arauſicanum ſecundum, vt ibi notaui num.47.

Proſper. Arauſican.

57 P.Vazq. Chryſoſt. 2. *Chryſoſ. teſtimoniũ*

Tertio, adducit P.Vazquez, vt probet Chryſoſtomum fauiſſe Semipelagianis verba eiuſdẽ in Epiſtolã ad Hebræos ad caput 7. homil.12. in morali, vbi ſic, ait, *eſt ergo in noſtra, & in ipſius poteſtate; oportet enim nos primũ eligere, & tunc affert, quæ ſua ſunt, nõ præuenit noſtras volũtates, ne perdat noſtrũ liberũ arbitrium*; *quando autẽ nos elegerimus, tum nobis multũ affert auxiliũ*. Propter hæc etiã verba cenſet P. Molina in cõcordia q.14.ar.13. diſp. 41. quod ſicut Auguſtinus ſine culpa antequã eſſet Epiſcopus re nõdum bene perſpecta, & examinata, quã poſtea occaſione Pelagianorum diligẽtius diſcuſſit, in eô fuit errore, vt crederet initiũ fidei eſſe a nobis, ita etiã Chryſoſtomũ cum intelligere non valeret, qua nam ratione libertas arbitrij noſtri ſalua poſſet cõſiſtere, ſi Deus ſua gratia noſtram præueniret electionẽ credidiſſe electionẽ, qua primo acceptamus bona, eaq; facere decernimus, eſſe priorem ipſa Dei gratia. Vt hoc aſſerat expendit magis P. Molina hunc Chryſoſtomi locũ notans illa verba, *ecce nõ dormiet, neq; dormitet, qui cuſtodit Iſrael, & ne des incommotionem pedem tuum*, non dixit nõ commouearis, ſed *nõ des: igitur in noſtro arbitrio eſt n̄ dare, & in nullo alio. Si enim voluerimus ſtare firmi, & immobiles non cõmouebimur*. In his verbis ſoli libero arbitrio dat nõ cõmouere: ergo ſoli libero arbitrio dat liberare ſe à vitioſa actione reſiſtendo occaſioni peccandi. Ad idem etiã intentũ, ego expendo duo exẽpla, quibus Chryſoſtomus vtitur ad ſuã mentẽ declarandã, *vt exempli cauſa dico*, ait, *videmus ædes pulchre ædificatas, & dicimus totũ eſſe artificis, quamquã nõ totũ ſit eius, ſed, & operariorũ, & Domini, qui præbet materiã, &c.* ſed tamẽ quõniã ille, quod plus eſt attulit illius totũ eſſe dicimus. Alterũ exemplum, *& rurſus, inquit, in multitudine vbi ſunt multi omnes eſſe dicimus, vbi autem pauci, neminem: ſic etiã dicit Paulus, nõ volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Hic autem duo magna, & præclara efficit, vnũ quidem ne efferamur etiã ſi curras, etiã ſi ſtudiũ ponas, inquit, ne tuum eſſe exiſtimes, quod recte geſtum eſt.* In his exẽplis plane videtur aliquid dare, licet parũ libero arbitrio, vt in ædificio aliquid habet operarius, & Dñs præbens materiã diſtinctũ ab eo, quod habet artifex, vt in multitudine in qua aliqui abſunt re vera nõ ſunt omnes: ergo pari ratione ſi illa verba Pauli nõ eſt volẽtis, neq; currẽtis ſecundũ mentẽ Chryſoſtomi totũ tribuũt Deo in eo tantũ ſenſu, quod totũ ædificiũ tribuimus artifici, & quo affirmamus eſſe omnes in multitudine, in qua aliqui abſunt, re vera Chryſoſtomus aliquid tribuit ſoli libero arbitrio cõdiſtinctũ ab eo, quod præſtat gratia. Vnde ita cõcludit, *Non enim ſuũ eſſe totum voluit Deus, ne videretur nos temerè coronare, neq; rurſus noſtrũ, ne incidamus in arrogãtiã: nã ſi cũ minorẽ habeamus partem efferimur, & præclare de nobis ſentimus, quid faceremus ſi totũ eſſet in noſtra poteſtate*: ergo Semipelagianiſmo fauet.

P.Molina. *P.Molina Chryſoſtomũ erraſſe innuit.*

Fauent errori duo Chryſoſtomi exempla.

Rurſus verſus finẽ ita, ait, *vides, quod oportet nos priores mũdare, & tũc De' mũdat: nã cũ prius dixiſſet, lauamini, mũdi ſtote, tũc ſubiunxit egode albabo*, alludit ad verba Iſaię c.1. Ergo tribuit initiũ purgationis à peccatis ſoli libero arbitrio.

Negabit nemo hoc teſtimonium, vt à nobis propoſitũ eſt graue difficultatẽ ingerere, Didacus Aluarez tractatu de auxilijs diſp. 22.n.23. poſt relata verba P.Molinæ, & aliã ſolutionem deſumptam ex verbis Chryſoſtomi in homil. de Adam, & Eua, quæ habetur in 1.tom. quæq; incipit, *Deus inſtitutor mundi*, ad quam ſtatim redeo non quieſcens in ea ſolutione. Tandem negat verba illa haberi in originalibus græcis Chryſoſtomi, & fuiſſe à Pelagianis illius ætatis inſerta, vt auctoritate Chryſoſtomi ſuam hæreſim confirmarent: & hoc quoſdam viros doctos adnotaſſe. 58

Difficile eſt hoc teſtimonium. Aluarez. *Aluar. immerito aſſerit verba illa Chryſoſtomo inſerta ab hæreticis.*

Verum hæc ſolutio friuola eſt, & inanis: dum enim non nominat viros doctos in ſpeciali, & fundamẽta adfert ad affirmãdũ corruptũ eſſe à Pelagianis hoc Chryſoſtomi teſtimonium, hoc ſuum aſſertum credibile non facit, præſertim, cum diſcurſus totius illius homiliæ ad id tẽdat: nã alias nihil eſſet in Chryſoſtomo, aut in alio Eccleſiæ patre certæ, & indubitatę auctoritatis.

Addit ſecũdo Aluarez, nec materialiter ſanctũ Chryſoſtomum errore Pelagianorũ infectũ eſſe, cum in aliis ſuorũ operũ ſcriptis recte de gratia Chriſti ſenſerit, ac præſertim in homil. de Adã, & Eua de qua feci mẽtionẽ, cuius verba prolixe refert. At nec hoc Chryſoſtomi tutamẽ ſolidũ eſt: nã homilia illa eſt incerti auctoris, vt in capite eodem annotatur. Et animaduertit P.Molina, & plane affirmat Card.Bellar. in lib.de ſcriptoribus Eccleſ. in obſeruatione in tomũ primũ Chryſoſtomi, id colligit, ſatis vero ſimiliter ex eo, quod duo intregra capita videlicet triceſimũ primũ, & triceſimũ ſecũdum in ea inſerta ſunt ex lib. latino de Eccleſ. dogmatibus: liber autẽ iſte habet auctorem Chryſoſtomo poſteriorem, nimirũ Gennadiũ Maſſiliẽſem, quẽ ipſe miſiſſe creditur ad Gelaſium Papam, vt ſuæ fidei redderet rationem.

Card. Bell.

Qua propter etiã locus iſte Chryſoſtomi eãdẽ recipit interpretationẽ, eamq; propriſsimã, quã accomodauimus ſecũdo teſtimonio ſupra num. 59

Explicatus ab authore Chryſoſt.

num.53.& cōfirmauimus,tū ex eodē Chryſoſtomo,tū ex ſacra Scriptura,tùm ex alijs patribus n.54.& 55. Quia verò ipſa verba difficilia ſunt opere pretiū erit ſenſum catholicū eis ſpecialiter applicare.Et primo cū (ait) eſſe *in noſtra & in Dei poteſtate*,optime cōiungit duo principia neceſſaria:cū vero (ait) *oportet nos primum eligere*,nō excludit gratiā, quā iam ſuppoſuerat eſſe à Deo,atq; eſſe neceſſariā: Quia autem determinatio,ſeu exercitiū operationis tribuitur volūtati,vt cauſæ directæ;vt diximus n.53. Ideo,ait,priorē eſſe noſtrā electionē priori ante quadā cauſæ directæ,quatenus per illā optima redditur cauſalis in hoc quæſito.Quare volūtas ſe determinet?Nec enim reſpōdemus cōgruenter, quia gratia,quæ eſt alterū principiū eā determinat,ſed quia ipſa ſe pro ſuo arbitrio inflectit: & hoc eſt in phraſi Chryſoſtomi, *nos primū eligere*,nullatenus gratiā excludendo.Et cū,ait, *& tunc affert,quæ ſua ſunt*, plane loquitur de beneficio ſupernaturali à Deo ſolo collato,nimirū de infuſione iuſtitiæ,ac de cōdonatione peccatorū,hæc appellat ſua propria Dei, quia in immediata infuſione nulla intercedit cooperatio liberi arbitrij,quippe nos tantum paſsiue nos exhibemus in ſuſcipiēda gratia iuſtificāte.Cū verò,ait,*nō præuenit noſtras volūtates, ne perdat noſtrū liberū arbitrium*. Iam dixi, tantum negare præmotionem prædeterminantem cum libertate pugnantem. Demum ea vltima verba, in hac prima parte huius teſtimonij,*quando autem nos elegerimus,tunc nobis multum affert auxilium*.Intelligenda ſunt, cum nos prima gratia bene vtentes elicimus bonā operationem,Deus confert vberiora auxilia, quibus viam mandatorum curramus.

Cauſa directa determinationis,non eſt gratia, ſed liberū arbitriū.

Difficilior eſt ſecunda pars,propterea,quod ita(ait)*eſſe in noſtro arbitrio,non dare incommotionem pedem noſtrū,vt non ſit in poteſtate alicuius alterius*.Verum,hæc etiā propriſsimā accipiunt ſignificationē,eamq; catholicam, verba Chryſoſtomi formalia hæc ſunt,*dare ergo eſt in noſtra poteſtate, nō in alicuius alterius*, hoc eſt, ita exercētis ſuā propriā libertatē, vt nos exercemus cū honeſte operamur;nā licet Deus liberè infundat gratiā præuenientē neceſſariam, quæ nō negatur a Chryſoſtomo;at ea ſemel infuſa bonus vſus per immediatū exercitiū libertatis in noſtra tantummodo poteſtate eſt,non quod gratia non influat:ſed quod in eo influxu nullus alius niſi ſola creatura formaliter,atque immediate ſuā libertatē exerceat; quippe,qui Deus infuſa ſemel gratia in manu,atq; cōſilio liberi arbitrij creati prætermiſsit eius bonum vſum,aut abuſum.Vnde actus bonus comparatione voluntatis humanæ formaliter, & immediate liber eſt:comparatione verò Dei tantum mediate,& denominatiue.

Demū,tertia pars adhuc difficilior eſt:in qua duo producit exēpla,in quibus ſi ſtricte intelligātur videtur ita partē effectus tribui vni cauſæ,vt nō tribuatur alteri,ſicut in ædificio materia tribuitur domino,figura artificialis opifici, & alia quę intercedunt,operarijs. Si verū eſſet actū ſupernaturalē, cui ineſt meritū ad gratiā, eſſe naturalē,quo ad ſubſtantiā, & ſupernaturalē quoadmodū, vt docuerūt graues Theologi, quos allegaui cap.4.n.36. Hæc tertia pars teſtimonij accōmodatiſsimū exēplo haberet declarationē:nā in eo actu pars materialis eſſet ſubſtantia actus, eāq; dominus exhiberet dominio libertatis,modus ille intrinſecus eſſet, quaſi forma eleuās,quę ita reſpōderet gratię,vt figura artefacti reſpōdet artifici,& nō eſſet noſtrū totū, ſed,quod plus eſt Deo foret tribuēdū,quia ſupernaturale Dei eſt: quod quia nos eleuat ad ordinē gratiæ,& adfert valorem meritoriū pluris æſtimandū eſt,quam tota materia,ſeu actus ſubſtantia. Ecce in hac opinione, quæ huc vſq; cenſura Theologica notata non eſt;modus loquendi Chryſoſtomi ſanus eſt.Sed nec ea opinione neceſſarium eſt:nam licet tota ſubſtantia actus ſupernaturalis ſit,at ſunt in ea quædā prædicata,quę reſpōdent voluntati, vt eſt principiū vitale,& liberū cōmunia eis,& alijs actibus virtutū acquiſitarū cōtentis intra cancellos naturæ,licet hæc prædicata ſola ratione diſtinguātur ab vltimis differentijs; à quibus accipiunt ſupernaturalitatem;at ſunt veluti fundamentū, & materia cōparatione differentiæ ſupernaturalis,quia genus,vt dicunt logici analogiam habet ad materiā,differentia ad formā: cum ergo volūtas noſtra, quæ eſt domina ſuæ actionis dominio libertatis ſit cauſa directa vitalitatis, & libertatis,quæ reperiūtur in actibus ſupernaturalibus, iā domino reſpōdet materia,& gratiæ forma,& nos totum non efficimus; & Deus efficit,quod plus eſt,& vera ſunt in omni rigore, quæ affirmat Chryſoſtomus.

Modus loquēdi Chryſoſt. defenditur in vna opinione.

Defenditur in vera ſententia.

Nec obſtat, in exemplo ab ipſo producto, figuram reſpondentem artifici diſtinctam eſſe ante operationem intellectus à materia: nam non curabat Chryſoſtomus de his minutijs in exemplo, nec cum tam ſtricta ſimilitudine illud adducere vult, vt eamdem penitus velit eſſe diſtinctionem in opere noſtro, vt à gratia, & à libero arbitrio, quæ eſt inter arte facto, vt à Domino materiam exhibente, & vt ab artifice formam inducente. Pariter reſpondendum eſt ad aliud ſimile de multitudine, & ad verba, quæ reſtabant. Quia verò, hanc explicationem confirmaui ſupra ex ipſo Chryſoſtomo num.53. & infra numer. 66. alia adducemus, quæ eadē nō mediocriter iuuabunt;hic opus non eſt alia confirmatione. 60

3. Teſtim. Chryſoſt.

Quarto loco adduci poteſt Chryſoſtomus in

Chryſoſt.

in fauorẽ Maſsilienſiũ in homilia 42. in Geneſ. vbi loquẽs de Patriarcha Abrahamo, dicẽs animã eius eſſe imaginẽ quãdam animatam varijs virtutũ coloribus depictã, & expendens virtutẽ huius Patriarchæ, & reprehendens ſegnitiam virorũ fideliũ in lege gratiæ ſic, ait, *& iſtuc ipſum, quod Patriarcha, qui ante gratiæ tempus, & ante legem fuit à ſeipſo, & à ſcientia, quæ naturæ inſita eſt in tantum peruenit virtutis faſtigiũ, ſufficit vt omnes noſtras excuſationes refutet. At fortè dicent aliqui, quod vir ille multã à Deo gratiã conſequutus ſit, & omnium Dominus eius ſingularem habuerit curã, fateor ita eſſe, & ego. Verũ niſi primũ, & ipſe, quod ſuũ erat feciſſet nõ tanta à Domino obtinuiſſet.* Et poſt pauca, *attende,* inquit, *quomodo primũ in omnibus virtutis ſuæ indiciũ exhibuerit, atq; ſic diuinũ meruerit præſidiũ.* In his verbis tria habet, in quibus conſentire videtur Semipelagianis. Primũ à ſcientia naturæ inſita perueniſſe in tantum virtutis faſtigium. Secundum, initium virtutis ipſum meruiſſe ſe ipſo, hoc eſt proprio libero arbitrio. Tertium, per hoc initium obtinuiſſe, atq; meruiſſe alia vberiora diuina præſidia.

Rurſus in eadẽ homilia idem repetit ſuper illa verba, *num celabo Abraham puero meo, quæ ego faciam, &c.* ſic ſcribens, *ſcit enim abdita cordis noſtri, & quando videt volentes, quæ oportet, ac ſanam præſeferentes mentem manũ porrigit, & ante labores remunerat.* Ecce ponit bonam voluntatem ex nobis, & ipſis ſubiungit adiutorium gratiæ, quam ſignificat per diuinæ manus porrectionem: immo cũ Deum remunerare dicat, innuit in noſtra voluntate aliquale vigere meritum gratiæ. Et poſt pauca, *Nam cum ſciat imbecillitatem humanæ naturæ, & nõ in arduis, & difficilibus nihil ſe poſſe putet, inter laborandũ ita ſuum auxiliũ, & remunerationes præbet, vt, & labor alcuietur, & feruor creſcat.* Ecce affirmat noſtrã naturam imbecillam, non nihil poſſe in arduis, & Deũ conanti laborare, ſuum auxiliũ præbere, quod vocat remunerationẽ, quia in labore per naturam incæpto aliquale meritum conſtituebat, ac demum per auxiliũ Dei aleuiari laborem, & feruorem creſcere. In hoc loco expende naturam diſcreuiſſe à gratia hoc ipſo, quod illam dixerit imbecillam, & nõ nihil tantum poſſe in arduis, & difficilibus: nam ſi loqueretur de ipſa inſtructa gratia, neq; appellaſſet imbecillã, nec dixiſſet, nõ nihil, ſed totũ poſſe vi gratiæ quantũuis eſſent ardua, & difficilia. Alia habet in ea homilia, quæ eamdẽ doctrinã redolent, ſed quæ propoſui difficiliora ſunt, quibus ſi ſufficientem explicationẽ adiungere poſsimus ex ea, alia accipient lucem.

61 *Explicatio.* Verũ nec hoc teſtimonium, licet ſatis difficile cogit nos cõſentire P. Vazquez, & alijs appingẽtibus Chryſoſtomo errorẽ Semipelagianũ: nã in prima parte huius teſtimonij Chryſoſtomus cõſiderabat Abrahamũ, nec per legẽ ſcriptam, nec per euangelicã exterius illuſtratũ; ſed tantũ lege naturæ ductum: at nõ negauit gratiã internam communem omni legi tenentẽ ſe ex parte facultatũ noſtrarũ, per quam quotquot iuſti fuerunt in omni lege iuſtitiã conſequuti ſunt: Nõ verò hãc gratiã internã excluſiſſe. Probo primo, *Non excluſit gratiam internam.* quia in illis verbis, *qui ante gratiæ tẽpus, & ante legẽ fuit,* ſolũ excludebat extrinſecam protectionẽ legis ſcriptæ, & euangelicæ. Secundo; quia dixit Abrahamum, *à ſeipſo & à ſcientia, quæ naturæ inſita eſt in tantũ peruenit virtutis faſtigiũ.* In his verbis, ſi gratiã internam excluſiſſet, nõ tantũ Semipelagianizaretur, ſed etiã Pelagio plane faueret, quippe concederet libero arbitrio, nõ tantum initia virtutum, verumetiam perfectionem, atq; conſummationẽ. Tertio; quia plane fatetur ipſum Abrahamum multam à Deo gratiã cõſequutum, & omnium Dominũ ipſius ſingularem habuiſſe curã. Quæ verba cum intelligi nequeant de gratia extrinſeca legis ſcriptæ, atq; euangelicæ doctrinæ, neceſſario admittunt gratiã internam. Vnde cum dixit *à ſcientia, quæ naturæ inſita eſt perueniſſe ad faſtigium virtutum,* non remouebat gratiam præuenientem, & adiuuantem, atq; eleuãtem natiuam noſtram virtutem ſeu radicalem, atq; remotã facultatem, quam à natura inſitam habemus ad hoc, vt ad ordinẽ ſupernaturalem euehamur à Deo medijs auxilijs ſupernaturalibus. Cum verò in vltimis verbis huius teſtimonij dixit, *Verũ niſi primũ, & ipſe, quod ſuũ erat feciſſet, &c.* plane loquitur de cooperatione liberi arbitrij, cum prima gratia auxiliatrice, quę ſanè optime declaratur, per illa verba, *quod ſuũ erat,* ſecundũ dictã à nobis ſupra, hanc cooperationẽ appellat primam, quia libero arbitrio, vt cauſæ directæ tribuitur ipſa determinatio quo ad exercitiũ. Quia verò huic cooperationi gratiæ Dei ineſt aliqua vis meritoria cõparatione aliarum gratiarum, ideo dixit, *non tanta à Domino meruiſſet.*

Secũda pars teſtimonij, adhuc magis vrget: nihilominus illa prima verba, *quãdo videt volẽtes, quæ oportet, ac ſanã præſeferẽtes mentẽ,* intelligo de cooperatione liberi arbitrij nõ excludẽdo gratiã: quia in his nullũ eſt verbũ, quod eã excludat; cũ vero, ait, *Deũ manũ porrigere, & ante labores* remunerare, intelligit de vberioribus auxilijs, quæ quidem Deus præſtat bene conanti, & incipienti ex gratia ante labores, hoc eſt, vt à laboribus huius vitæ, atq; impedimentis ocurrentibus executio non retardetur, aut in totum impediatur. Eodem modo intelligo ea verba, *nã cũ ſciat imbecillitatem humanæ naturæ;* nã Chryſoſtomus conſiderat noſtram fragilem naturam debili, & exigua gratia inſtructam in

in ordine ad ardua, atq; difficilia, & ideo, ait, nõ nihil, hoc eſt aliquid tantũ poſſe; quia nec diu, nec conſtanter ardua huius vitæ impedimenta ſuperare poteſt, licet aggrediatur quoquo modo victoriam, & tunc præſto adeſt Deus auxilio validiori, atq; robuſtiori, quo, & labor aleuiatur, & feruor creſcit, & omnia tandem ſuperantur. Quod verò per verba, quibus ſignificat imbecillitatem naturæ humanæ, non excludat gratiam ſaltem exiguam, effici videtur ex eo, quod cum in ipſa aggreſsione arduorum, & difficiliũ ſuas etiã partes habeat imbecillis noſtra natura, qui affirmat nõ nihil eam poſſe: dum nõ, ait, *eam ſolam non nihil poſſe*, non excludit gratiæ adiutorium. Ad hoc confirmandum, produco ex Ambroſio lib. 1. in Lucam circa illa verba, *viſum eſt, & mihi*, inſignem ſententiam, *non ipſi*
Ambroſius *ſoli*, inquit, *viſum eſt: non enim voluntate tantum humana viſum eſt, ſed ſicut placuit ei* (inquit) *qui in me loquitur Chriſtus, quid vt id, quod bonũ eſt, nobis quoq; bonũ videri poſsit, operatur. Cui enim miſeretur, & vocat. Et ideo qui Chriſtum ſequitur poteſt interrogatus, cur eſſe voluerit Chriſtianus? Reſpõdere viſum eſt mihi, quod cum dicit, nõ negat Deo viſum: à Deo enim præparatur volũtas hominũ; vt enim Deus honoretur à ſancto, gratia Dei eſt.* Quæ verba, & optime declarãt præcipuas partes gratiæ in opere pio, & illis verbis, *viſum eſt, & mihi*, optimam adferunt explicationem congruentẽ etiam locutioni Chryſoſtomi: nam vt non excluditur gratia in illis verbis *viſum eſt mihi*, ex eo quod adſcribitur humanæ ſententiæ ea definitio: ita Chryſoſtomus nõ excludit gratiam ex eo, quod affirmet, *humanæ naturæ imbecillitatem*, aliquid poſſe in arduis, atq; difficilibus.

62 Chriſoſt. 4. *Teſtimonium Chryſoſt.*

Quinto loco adduci poteſt teſtimoniũ eiuſdẽ Chryſoſtomi ex homil. 27. in Geneſ. vbi agẽs de pænitẽtia latronis ſic ait, *nã vbi viderit volũtatis noſtræ firmũ propoſitũ, & feruenti nos deſiderio ad ſe accedere nõ tardat, neq; differt, ſed accelerat ſuamq; ſolitam liberalitatem exhibens dicit adhuc loquente te, dicã ecce ad ſum*: ergo dat libero arbitrio voluntatem aliquam ſalutis, quod dicebant Semipelagiani eſſe *velle ſanari*.

Explicatur. Sed hæc verba, nõ tã difficilia explicatu ſunt, ac ea, quę huc vſq; retuli, illa habet Chryſoſtomus poſt mediũ eius homiliæ pergens ad finẽ, in ijs verò tantũ ſibi vult, breui nos tẽpore cõſequi à Deo poſſe veniã noſtrorum peccatorum: nam *latro, ait, in cruce, neq; vno die opus habebat, & quid dico die vno? neq; breui hora. Tanta eſt Dei erga nos miſericordia.* Itaq; ad rẽ Chryſoſtomi, tunc nõ erat ſermonẽ habere de ſolo libero arbitrio, & ei tribuere deſiderium ſalutis.

63 5. *Teſtimonium.* Deniq; fauere videtur Chryſoſtomus tom. 3. homil. 13. in Ioãnem, quatenus ipſam hominis formationem vocat gratiã, eamque nos accepiſſe *nullis præcedẽtibus meritis noſtris.* Qui modus loquẽdi ſapit Pelagianiſmum: nam Pelagius in Concilio Dioſpolitano hac nominis æquiuoca ſignificatione decepit Patres Græcos eius Concilij: ergo, & cętera.

Verum cum ipſa formatio hominis beneficium, atque gratia non in probanda ratione dici poſsit, licet poſtea in Concilijs, & patribus contra Pelagium, & reliquias eius ſignificatio reſtricta ſit ad ſignificãda dona naturæ ſuperaddita ipſam euehentia ad ordinem ſupernaturalẽ condiſtincta a dono creationis, & ab his, quæ ad ipſum conſequuntur, Chryſoſtomus in ſano ſenſu creationẽ gratiã appellare potuit, maxime cũ huius nominis gratia reſtricta, atq; limitata ſignificatio poſt Chryſoſtomum à Concilijs, & patribus explicata atq; vſurpata ſit. Hactenus, quæ adferuntur cõtra Chryſoſtomũ produximus atq; diſcuſsimus, & qua potuimus ad ſanum ſenſum reduximus. Vidẽda modo, quæ in fauorẽ adducuntur, atque examinanda. *Explicatur.*

Quotquot poſt P. Vazquez ſcripſerunt defenſionẽ Chryſoſtomi, pro virili ſuſcipiunt: quidã, vt ſpecimen pietatis erga Chryſoſoſtomum præſeferãt, quidam, vt cum P. Vazquez manus cõſerere videãtur, ex noſtris P. Suarez 1. p. lib. 2. de cauſa prædeſtinationis c. 8. ex profeſſo, P. Petrus Arrubal in præſenti diſp. 75. c. 3. & P. Iuſtinianus 2. tomo in Epiſtolas Pauli in explanatione capitis 2. ad Philippenſ. ſuper illa verba *Deus eſt enim, qui operatur in vobis*; ex alienis Magiſter Lorca 2. to. in 1. 2. materia de gratia diſp. 11. & Didacus Aluarez lib. 3. de auxilijs diſp. 22. Quia vero omnes hi à Patre Suarez de prõpſerunt, quæ in fauorẽ Chryſoſtomi ſatis leuiter producunt: ideo, quę a P. Suarez expẽduntur ſigillatim examinare decreui: atq; in primis, quibuſdã vtitur cõiecturijs, vt Chryſoſtomum defendat. Prima, quod doctrina catholica contra Semipelagianos clare docetur à Paulo; Chryſoſtomus vero tam verſatus in Pauli Epiſtolis mentem Pauli ignorare non potuit in hoc articulo; quod ſi non ignorauit, neq; contradixit.

64 P. Suar. P. Arrubal. P. Iuſtiniã. Lorca. Aluarez. *Examen teſtimoniorum, & cõiecturarũ, quæ a Doctoribus adferũtur in fauorem Chryſoſtomi.*

1. *Coniectura in fauorem.*

Sed hæc coniectura nõ eſt magni momenti, primo, quia Maſsiliẽſes putabãt, ſuã ſententiã antiquorũ patrum calculo eſſe firmatam. Vnde Proſper in Epiſtola ad Auguſtinũ ſic, ait, *obſtinationem ſuã vetuſtate defendũt, & ea quæ de Epiſtola B. Apoſtoli Pauli Romanis ſcribentis ad manifeſtationem diuinæ gratiæ præueniẽtis electorũ merita proferũtur a nullo vnquã Eccleſiaſticorũ, ita eſſe intellecta, vt nũc ſentiũtur affirmãt*: ergo licet Paulus ſatis expreſſe doceat cõtrariã doctrinã Semipelagianis; at antiqui patres Paulũ explanãtes, nõ ita expreſſe loquuti ſunt, maxime Græci, vt opinari nõ potuerit Pauli mẽtẽ, vt explanatã ab his patribus aliã nõ fuiſſe. Porrò Hilarius Arelatẽſis in Epiſtola ad Auguſtinum nomine

Leuis. Proſper. *Maſsilienſes in fauorem addu-cebant Patres antiquos.* Hilarius Arelatenſis.

nomine Maſsilienſium, ſic ſcripſit, *quid opus fuit huiuſmodi diſputationis incerto, tot minus intelligentium corda turbari? Neq; enim minus vtiliter ſine hac definitione, aiunt, tot annis a tot tractatoribus, tot præcedentibus libris, & tuis, & aliorum: tum contra alios, tum maxime contra Pelagianos Catholicā fidem fuiſſe defenſam.*

Auguſtinus

Ad hæc vero reſpondens Auguſtinus lib. de prædeſtinatione ſanctorum cap. 14. (ait) *quid igitur opus eſt, vt eorum ſcrutemur opuſcula, qui prius, quam iſta hæreſis oriretur, non habuerunt neceſsitatem in hac difficili ad ſoluendum quæſtione verſari? quod proculdubio facerent, ſi reſpondere talibus cogerentur. Vnde factum eſt, vt de gratia Dei, quid ſentirent breuiter, quibuſdam ſcriptorum ſuorum locis, & tranſeunter attingerent: immorentur vero in eis, quæ aduerſus alios inimicos Eccleſiæ diſputabant.* Intelligit Manicheos, qui euertendam putarunt libertatem arbitrij, & ipſe Auguſtinus de ſe lib. 1. retractatio. cap. 9. Reſpondens ad quædam teſtimonia ex ſuis libris de prompta, male à Pelagio intellecta, quibus confirmabat libertatem contra Manichæos ante Pelagianam hæreſim, ſic, ait, *in his, atq; in huiuſmodi verbis meis, quia gratia Dei commemorata non eſt, de qua tunc non agebatur; putant Pelagiani, vel putare poſſunt, ſuam nos tenuiſſe ſententiam; ſed fruſtra putant: voluntas, quippe eſt qua, & peccatur, & recte viuitur, quod his verbis egimus.* Et poſt pauca, *quod in alijs opuſculis noſtris ſatis egimus, iſtos inimicos huius gratiæ nouos hæreticos refellentes, quamuis, & in his libris, qui non contra illos omnino, quippe illi nondum erant: ſed contra Manichæos conſcripti ſunt de libero arbitrio, non omnimodo de iſta gratia reticuimus, quā nefanda impietate conantur auferre.* Quod ſi antiqui patres locos Pauli, in quibus gratia hæc docetur leuiter tetigerunt, quia nulla circa ipſam orta hæreſi neceſsitatem, non habuerunt eam ex Paulo haurire; ſed potius libertatem noſtram confirmare, mirandum nō eſt, ſi Chryſoſtomus ex Paulo eam non eruerit: etenim ſacra Scriptura ſemper intelligenda eſt, vt à Patribus Eccleſiæ illuſtratur.

65 Id efficaciter confirmat coniecturā hanc nō eſſe magni momēti, quod in locis Pauli, in quibus docetur hæc gratia, ſemper Chryſoſtomus, ita eos interpretatur, vt det locū libero arbitrio ad incipiendū bonū opus. Duo habet Paulus præcipua teſtimonia. Primum ex Epiſtola ad Rom. cap. 9. ibi, *igitur nō volentis neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* Quam concluſionē colligit Paulus ex Malachiæ 1. cap. Vbi dicitur *Iacob dilexi, Eſau odio habui.* Et ex c. 33. Exodi, vbi dixit Deus Moyſi, *Miſerebor cuius miſerebor miſericordiā præſtabo, cuius miſerebor,* quorū ſenſus eſt, nō eſſe iniuſtitiam vllam apud Deum in

Chryſoſ. teſtimonia Pauli, quibus docebat gratiam, aliò detorſit.
Roman. 9.
Malach. 1.
Exod. 33

eo, quod propria voluntate, & nō ex operibus Iacob elegerit, & Eſau reiecerit: nam (inquit) afficiam beneficijs, quem afficere voluero, & miſericordiam præſtabo, hoc eſt, liberabo à miſerijs peccatorū, quem voluero liberare. Ex ijs Paulus optime colligebat, nō eſſe volētis, neq; currentis, vtiq; propria voluntate: Chriſoſtomus verò intelligit hunc locum, dicens, ex Pauli ſententia ſolum haberi diuina conſilia, atq; abditas, & penitus occultas rerum cauſas humano ingenio, nō eſſe curioſe perueſtigandas. Quis enim explicet? cur Deus Iacob dilexerit, Eſau vero odio habuerit? Cur item, vni miſericordiam impertiat, alterum verò iuſte puniat? Toletus in hunc locum ait, ideo ſic exponere Chryſoſtomum, quia perſeuerat in ſua opinione exiſtimans, Deum vnum eligere, alterū non, ex eo, quod præuidit in vno aliquid boni, quod non in alio. Porrò ad illa verba, *igitur non volētis, &c.* duas adhibet interpretationes: prima, Paulū hæc in propria perſona loquutū, nō tamē, vt ſoluentē, & definientē quæſtionē propoſitā, ſed vt magis vrgentē: ergo putabit Chryſoſtomus, Paulū affirmatiuè nō dixiſſe, *igitur nō volētis, &c.* Sed diſputāter: ergo dabat locum libero arbitrio ad ponendum initium bonę operationis ex ſe. Altera, nō eſt volentis, neq; currentis tantum, ſed etiam Dei miſerentis. Ecce dabat etiā ſuas partes libero arbitrio. Contra hāc interpretationē obicit Auguſtinus lib. 1. ad Simplicianum. q. 2. *Si ea vera eſſet, vt dixit Paulus nō eſt volentis, ſed Dei miſerentis: ita dicere potuiſſe nō eſt miſerentis Dei tantū, ſed etiā volentis, & currentis eſt hominis.* Similiā habet in Enchirid. cap. 32. Verū hoc prætermiſſo: ex his ſatis cōſtat ex hoc Pauli teſtimonio, Chryſoſtomum non elicuiſſe gratiam præuenientem omne bonum initium ex libero arbitrio.

Card. Toletus.

Auguſtinus

66 Secundū, habet Paulus in Epiſt. ad Philipēſ. cap 2. ibi, *Deus eſt enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere.* Ex quo, qui a Luthero, & à Caluino nomen habent, deducunt liberum arbitriū euerti. Alij vero catholici phyſicā prædeterminationē ad actum volendi. cōtra vtroſq; fuſe diſputaui in tractatu de auxilijs. Chryſoſtomus verò ſic exponit, quē ſequūtur Theophylactus, & Theodoretus Græci, quia, ait, *voluntatis promptitudinem ad benè operandū, quā inuenit in nobis, iuuat, auget, & promouet; ideo operatur in nobis velle; quia bene operādo prōptiores ſumus, & fortiores ad eadē bona opera iteranda, & augenda.* Vnde etiam P. Iuſtinianus ait, cautè accipienda eſſe, quæ hoc loco ſcribit Chryſoſtomus: nam dixit, *ſi volueris,* tunc operabitur velle: in quibus innuit aliquale velle noſtrum, ſemper præcedere, & licet Iuſtinianus defendat Chryſoſtomum propter alia verba, quæ ſubdit dicens, *nō te iſte metus angat, & ala-*

Philipenſ. 2

Theophil.
Theodoretus.

P. Iuſtinia.

Digitized by Google

& alacritatem voluntatis ipſe nobis dat, & operationem: at etiam in eodem loco, dixit, Chryſoſtomus, *etenim vbi voluerimus, de cætero augebit propenſionem voluntatis*. In quibus ſignificat initium bene volendi in nobis præcedere: ergo in his teſtimonijs Chryſoſtomus mẽtem Pauli, ita intellexit, vt concedat locum bene incipiendi libero arbitrio. Igitur coniectura prima P. Suarez magi momenti non eſt.

67 Cæleſtinus Papa. *2. Coniectura in fauorem.*

Secũda, ſumitur ex Cæleſtino Papa in Epiſt. ad Gallos, vbi Pontifex confirmat Auguſtini doctrinã contra Maſsilienſes. Et eos repræhendit, vt pernicioſe, & nouiter contra patrũ ſententiam opinantes. Quod ſi Chryſoſtomus eſſet à parte Maſsilienſium credibile non eſt, Põtificem contra eius doctrinam tam acerbe acturum. Huic ſecundæ coniecturæ adiunge tertiam ex Arauſicano 2. quod contra Maſsilienſes coactum fuit, & continet auctoritatẽ Leonis primi approbantem ſententiam Auguſtini, in quo ad finem canonum affirmatur, doctrinam illam eſſe acceptam à patribus; hoc non diceretur, ſi contraria patronũ haberet Chryſoſtomum.

Arauſican. *3. Coniectura.*

Vtraq; leuis.

Neque hæ duæ coniecturæ maioris momenti ſunt: nam diſtinguere debemus errorẽ damnatum in ſe; ab exploratione perſonarum, quæ eum contentioſe tuentur, Cæleſtinus, & Leo primus in Arauſicano damnarunt errorem in ſe, atque declararunt perſonas, quæ ſe prodebant in contentioſa eius defenſione, & perturbabant fratres religioſos deprimendos, corrigendoſque eſſe; non tamen explorarunt, quinam ex ſcriptoribus, aut ſanctis patribus, qui præceſſerunt in eumdem impegerint errorẽ, neque hoc declararunt. Nos vero quo ad perſonam Chryſoſtomi in hoc verſamur. Porro licet Chryſoſtomus aliquo modo ipſum inſinuauerit, non tamen tam aperto Marte eum expreſsit, atque defendit, ſicut Caſsianus, & Fauſtus Regienſis: decuit ergo Pontifices Maximos ſollicito ſtudio, quo ſemper intendunt ſedare Eccleſiam ſuam errorem exereſcẽtem, & fratres religioſos perturbantem ſuccidere: interim relinquendo antiquos Patres, nec explicando, an contineatur in eorum ſcriptis.

68 *4. Coniectura.* Concilium Palæſtinũ.

Quarta coniectura ſumitur ex Concilio Paleſtino Epiſcoporum Orientalium, quod refert Auguſtinus Epiſtola 106. colum. 11. & 12. & affirmat in eo fuiſſe damnatam ſententiam Semipelagianã antequam eſſet exorta. Quod ſi Chryſoſtomus eam teneret, non damnaretur: nam Concilia Orientalia adhærere ſolent ſententijs Patrum Græcorum, & maxime Chryſoſtomi, qui tunc viuebat, & cuius doctrina vigebat, in manibuſque omnium verſabatur, præcipue ſi verum eſt, quod aliqui dicunt adfuiſſe ei concilio.

Nõ cõtemnenda. *Chryſoſtomus nõ adfuit Concilio Paleſtino.* Baronius. Gordonius. Card. Bellar.

Hæc coniectura eſt non contemnenda: at noto primo, Chryſoſtomum non potuiſſe ad eſſe ei Concilio: quia obijt anno Domini 407. Sexto Innocentij, & decimo tertio Arcadij, & Honorij: Dioſpolitana vero Synodus celebrata fuit anno 415. aut 416. menſe Decembri, Innocentij decimo quarto, Honorij 21. ſecundũ Chronographos, vide Varonium tom. 5. anno 407. Gordonium ibidem, & Bellarminum in ſua breui Chronographia. Secundo, noto, licet in ea Synodo iacta fuerint fundamenta ad euertendam hæreſim Semipelagianam, & aliquæ eorum propoſitiones damnentur: at ex profeſſo errores Pelagij propoſiti ſunt, atque damnati, vt conſtat ex actis eius Concilij, quæ refert P. Suarez 1. tom. de gratia, prologomeno 6. cap. 3. in quibus non damnatur aſſertio, quæ affirmat, naturam noſtram ex ſe aliqualẽ habere poſſe conatum, licet non perficere conſummationem mandatorum, quod poſtea ex profeſſo à Cæleſtino, & Leone primo in Arauſicano ſecũdo funditus euerſum eſt: cũ ergo in Cõcilio illo Paleſtino, non ageretur de hoc tã ſubtili errore, neque etiam exploratum eſſet, an Chryſoſtomus ipſum tutaretur: an etiã damnabilem contineret doctrinam, non probat illa coniectura propter Chriſoſtomum Synodum Dioſpolitanam abſtentum iri à diſquiſitione, atque damnatione Pelagij. Obſerua hic. Concilium Paleſtinum appellari Synodum Dioſpolitanam, quia celebratũ eſt Dioſpoli ciuitate Paleſtinæ.

P. Suar.

Paleſtinũ Concilium quare appelletur Synodus Dioſpolitana.

69 Auguſt. *5. Coniectura.*

Quintam coniecturã ſummit ex Auguſtino; quod in ea Epiſtola 106. pronunciet, catholicam Eccleſiam ſemper tenuiſſe hanc doctrinã, & quod lib. de prædeſtinatione ſanctorũ cap. 14. affirmet, antiquos Patres contrarium non docuiſſe, ſed de gratia Dei quid ſentirent breuiter, & trãſitorie attigiſſe, & in ſpeciali Chryſoſtomum interpretatur lib. de natura, & gratia cap. 64. & lib. 1. contra Iulianum cap. 6. & 7. & lib. 2. cap. 6. vbi notat P. Suarez, Auguſtinũ dicere Chryſoſtomũ eo tempore ſe vere fuiſſe loquutum in Eccleſia Catholica, quia Pelagiani non dum erant exorti. Cæterum ad hanc etiam coniecturam dici poteſt in prioribus teſtimonijs Auguſtini, nimirum in Epiſtola 106. & in eo cap. 14. in ſpeciali non agere de Chryſoſtomo. Nec quia Auguſtinus in vniuerſum proferat, Eccleſiam ſemper eam doctrinã tenuiſſe, ſtatim fit hunc patrem, aut illum, aut illũ determinate nihil docuiſſe, quod oppoſitam non ſapiat; vt conſtat in pluribus exemplis v.g. Eccleſia ſemper tenuit Angelorũ ſubſtantiam omni corpore, etiam tenuiſsimo carere; nihilominus plures patres cenſuerunt habere corpus ſubtile, atque aereum; ſic in alijs ſexcentis. In alijs teſtimonijs verum eſt nominatim

Non multũ vrget.

Digitized by Google

natim de Chryſoſtomo ſermonem inſtituere. At in eo lib. de natura, & gratia cap.64. nō exponit Ioannis Chryſoſtomi verba, quæ nos propoſuimus. Nec ibi aliquid habet momenti pro Chryſoſtomi defenſione, niſi in quantū non affirmat erraſſe, & vt quid hoc ab Auguſtino affirmaretur. In libro vero primo contra Iulianum cap. 6. nihil habet de Semipelagiano errore, ſed tantum vindicat Chryſoſtomū ab impoſtura Iuliani, de negato peccato originali, quem eiuſdem teſtimonijs cōuincit. Idē proſequitur cap. 7. adiuncta magna copia teſtimoniorū ex patribus Eccleſiæ; idem demum lib. 2. cap. 6. ex Ambroſio, & Chryſoſtomo, in quo capite ego non lego verba, quæ notauit P. Suarez.

70 *6 Coniectura.* Cyprian. Ambroſ. Nazianz.

Sexta coniectura ſumitur ex alijs patribus Græcis, quos allegat Auguſtinus pro ſua ſententia, vt in lib. de prædeſtinatione ſanctorum in principio, & de dono perſeuerantiæ cap. 14. vbi affert Cyprianum, & cap. 19. & 23. vbi Ambroſium, & Nazianzenum propter verba ſimilia ijs, quibus vtitur Chryſoſtomus, quæ ſtatim refero: ergo vt hi patres alieni ſunt à Semipelagiano errore: idq; probat Auguſtinus ex eorum modo loquendi. Idem ſentiendum eſt de Chryſoſtomo: quod vero ipſe tam loquatur in fauorem gratiæ, quam illi partes, probat P. Suarez conferens quædam teſtimonia, primū ex tom. 1. homil. 28. verſus finem, vbi egregie loquitur de gratia, & cum propoſuiſſet impedimenta ad fidem, hominibus ſuadendam ſubdit, *præuia gratia ſuſtulit hæc omnia.* Verū, hoc teſtimonium non eſt magni momenti: nam ibi Chryſoſtomus loquitur de gratia miraculorum, quam habuerūnt Apoſtoli, vt fidem diuinam orbi perſuaderent, nam ſic, ait, *vidiſti illiteratos piſcatores contemnere tot furentes populos, & ad cædes, ac mactationes paratos? At tu dilecte audiens hæc omnia, quæ fiunt, ne tribue illis?* (Loquitur de miraculis,) *ſed diuinæ gratiæ, quæ confirmat, & inſtruit illorum alacritatem, quia, & ille Beatus Petrus cum ex vtero matris claudum, rectum faceret omnibus obſtupeſcentibus, & admirantibus ſuam ipſe gratitudinem declarans,* inquit, *viri quid in nos intenditis, quaſi, qui propria potentia, vel pietate fecerimus illum ambulare, &c.* Vbi proſequitur ſe illa miracula patraſſe virtute Chriſti Domini à Iudæis negati, & Pilato traditi, & non obſtāte hominum illorum illiteratorum, & idiotarum abiecta ſorte phyloſophorum ora obturaſſe, orbem quaſi alatos tranſcuriſſe, quæ omnia, inquit, egerunt quin aliquid obſtaculo eſſe poſsit, quia *præuia gratia ſuſtulit hæc omnia, & magna facilitate operati ſunt per ipſa obſtacula maiorem accipientes alacritatem:* Semipelagiani vero, non negabant gratiam neceſſariam eſſe ad eximia Apoſtolorum opera, ſed tantum ad aliquantulam boni operis inchoationem: ergo parum fauet Chryſoſtomi hoc teſtimoniū ad eiuſdem defenſionem.

P. Suar.

Nec eſt magni momenti.

Secundo, adducit ex homil. 38. in Geneſ. vbi Chryſoſtomus inter alia, ait, *alioquin preces noſtras ſemper præueniens:* Sed neque hoc teſtimonium alicuius momenti eſt; nam ibi agit Chryſoſtomus de muliere Cananæa, quæ dicebat Domino Matthæi. 15. *miſerere mei Domine, quia filia mea male a Dæmonio torquetur.* Vbi ponderat Chryſoſtomus ſine reſponſo eam relictam a Domino clementiſsimo, *cum alioqui preces noſtras ſemper præueniat,* hoc eſt, annuat rationi noſtræ concedens, quod legitime petitur, & cum conditionibus neceſſarijs ad efficacem orationem. Itaque ibi non agit de gratia præueniente ad pium opus; ſed de diuina cōceſsione liberali præueniēte preces noſtras concedendo poſtulata, neque in tota ea homilia verbum habet, quo indicet fidem Cananeæ à gratia initium habuiſſe. Matth. 15.

Tertio, producit verba Chryſoſtomi ex tomo 4. homil. 12. in primam ad Corinth. circa illa verba cap. 4. *quid habes, quod non accepiſti.*

Hoc teſtimoniū ego retuli ſupra num. 53. & ei adiunxi alia duo, alterum ex homil. 22. in Geneſ. alterum ex homil. 44. in Ioannem, & ſatis expēdi. Propter quæ ibi ego iudicaui, Chryſoſtomum, non eſſe alienum a ſano ſenſu. Poterat autem quis ea eneruare duplici ratione, prima dicens in quibuſdam agnouiſſe gratiam præuenientem: in alijs negaſſe cum Caſsiano, de quo capite 6. Secunda, dicens, per diuinæ gratiæ vocationem intelligere externam legis propoſitionem, à qua fides initiū habeat: ſed nullus Theologus ſine iniuria Chryſoſtomi fundamento harum rationum vti poterit. Nō prima; quia diſcrimen illud nuſquam ſuorum operum inſinuauit; ſicut Caſsianus ex profeſſo docuit, & quo ad potuit confirmauit. Non ſecunda; quia cum gratiam agnoſcat ad fidem, & nomen gratiæ propriſsime ſignificet præueniētem internam cenſor rigidus erit in Chryſoſtomum, qui eam ad externam reſtringat.

Author Chryſoſtomum indicat ſane ſenſiſſe.

Quarto, producit alia verba ex homil. 8. ad Philippēſ. nimirum, *& propenſionem voluntatis ipſe nobis præbet, & operationem.* De hoc teſtimonio egi num. 66. vbi dixi quædam verba, non recedere à Semipelagianis: ibi enim, ait, *ſi volueris, tunc operabitur, vt velis, & vbi voluerimus de cætero augebit propenſionem voluntatis.* Qua propter hoc teſtimonium, nō iudico magni ponderis. Philip. 2.

Demū, adducit P. Suarius homil. 38. ad populum Anthiochenum; vbi agit de humilitate, &, ait, *oportet humiliari te, quod alios præter greſſus in te Deus inclinauit.* Verum mēs Chryſoſtomi

ſoſtomi nihil fauet: nam ibi loquitur de dono eloquentiæ, & doctrinæ, ſic enim ſcribit, *verbũ habes, & docendi gratiam, &c. quid altum ſapis, quoniam per verba doces, & in offenſe fluens dicendi copiam oſtentas.* Cum vero Chryſoſtomus addit, *ne mercedem reputes, vt capias mercedem gratiæ confitere ſaluari, vt ipſe tibi ſe debitorem cõfiteatur.* Quæ verba notat P. Suarez, non ſunt ad eius intẽtum; quia ibi tantũ damnat extollentiam ex meritis, quæ ſemper fugienda, ſiue gratia interna procedat, ſiue non: immo in contextu illius homil. in oppoſitum ſemper inclinare videtur, vt legenti conſtabit. Alij autẽ PP. Græci, a quibus ducit argumentũ alieni omnino fuerunt ab hoc errore, imo acerrimi gratiæ Chriſti propugnatores; nõ ergo ex his ad Chryſoſto. legitima ducitur cõſequẽtia.

Aliquam Chryſoſt.m. generat ſuſpicionem.

71 His, hinc inde diligenti examine diſcuſsis, facile colligo; quid ſentiendum ſit in hac controuerſia. Dico primo: non poteſt negari modum loquendi Chryſoſtomi aliquam ſuſpicionem generare. Id conſtat ex eiuſdem teſtimonijs à parte contraria adductis. Id etiam probo hac ratione. Si doctrina Maſsilienſium catholica eſſet, non dubitaremus, ipſum eius præcipuum patronum conſtituere cum fundamento in his eiſdem teſtimonijs: ergo dubitari non poteſt, quin ea ſuſpicionẽ generent, cum eodem modo affirmet, doctrinam, quam agnoſcimus eſſe à catholica fide alienam, quam tunc affirmaret ſi catholica eſſet. Qua propter bene dixerunt Ianſenius in concor. cap. 59. Chryſoſtomum, & Euthymium, & aliquos, ex Græcis niſi attente legantur, & pie explicentur occaſionem præbere Pelagiani erroris. Item Maldonatus, & Iuſtinianus iam relati.

Ianſenius. Euthym.

P. Maldon. P. Iuſtin.

Nulla nota dignus, & ſi inclinaſſet in eum errorem.

Cenſeo ſecundo, ferè nullam notam inuri Chryſoſtomo, quod inclinaſſet in tam ſubtilẽ errorem, ſua etiam pietate palliatum, nõ dum re in Eccleſia catholica explicata; vt fere nulla nota eſt Auguſtino, quod aliquando initium fidei poſuerit ex nobis. Ex hoc infero, auctores ſcholaſticos, qui in hac re examinanda operã, & oleum poſuerunt, atque arbitrati ſunt Chryſoſtomum fauere Maſsilienſibus propter impietatem in ipſum immerito carpi: imo dignos eſſe, qui laudibus afficiantur; nam quanta maior eſt in Eccleſia Chryſoſtomi auctoritas, tãta operioſior diligentia adhibenda in ſcrutinio eius mentis, ne lectio Chryſoſtomi non notatis locis caute legendis occaſio ſit labendi, aut doctis, aut indoctis. Et errorem Maſsilienſium iam extinctum à Chryſoſtomi ſtudioſis ſuſcitandi.

Excuſatur Chryſoſt. quod non diſputans loquitur.

Cẽſeo tertio: locutiones prænotatas Chryſoſtomi bona ex parte excuſari, ex eo, quod non inter diſputandum cum hæreticis, ſed inter concionandum catholicis fidelibus eos exhortando ad virtutem capeſſendam ſegnitiemque, & torporem excutiendum ea verba fecerit: nam cum ex parte liberi arbitrij nulla tũc hæreſis exorta fuiſſet, ſecure communi populo loquebatur, ſuã eloquentiã eos alliciens ad vitam ſpiritualem, atque exercitium mortificationis.

Chryſoſt. debet intelligi in bono ſenſu.

Demum cenſeo: ſatius eſſe, atque prudẽtius omnes locutiones Chryſoſtomi ad catholicum ſenſum reuocare, vt nos præſtare conati ſumus in diſcurſu huius capitis, qui aliquãto lõgius proceſsit quam par cuiquam videbitur: at cum res hæc ſingularis ſit, & magi momenti, non teritur tempus in vtiliter in tanto Eccleſiæ patre ab errore etiam materiali vindicando.

Inditiũ de alijs Patribus.

Alij etiam viri illuſtres ſuſpicionem ſubiẽtunt de hoc ipſo errore, quos breuiter enarrabo. Et primum, Vitalis contra quem Auguſtinus ſcripſit Epiſtolam 107. videtur Sẽmipelagianus, quia conceſsit initium fidei ex nobis; licet non conſtet, an à Pelagio diſceſſerit. Deinde Ruffinus etiam ſuſpectus eſt: tum, quia eius opera inter apocripha numerantur, tum propter Epiſtolam Proſperi ad Ruffinum, & quidam Vincentius Monachus Maſsiliẽſis diſtinctus a Lirinenſi. Proſper ſcripſit librũ reſponſionum ad obiectiones Vincentianas. De Marco Eremita res dubia eſt: Vazquez diſp. 91. cap. 8. eum condemnat. Abſoluit P. Suarez 1. p. lib. 2. de cauſa prædeſtin. cap. 8. Ego ſubſcribo ſequutus eamdem viã, quam cepi in Chryſoſtomo. Hic nota, Maxentium grauiter peccaſſe in Hormiſdam Pontificem, quatenus ei impingit eundem errorem: & quia affectata ignorãtia ſcripſit contra Epiſtolam eiuſdẽ ad poſſeſſorem. At hæc impoſturã Magentij parui momenti eſt, quia fuit hæreticus Eutichianus. Gennadius etiam eiuſdem farinę putatur cum Caſsiano, quia ipſum excuſat, Fauſtum, & Ruffinum, & eorum libros laudat, Proſperum damnat. At forte in catholica doctrina diſceſsit, quia tandem librum de ſuã fide miſſit ad Gelaſium, à quo expunctus eſt: is vero liber eſt de Eccleſiaſticis dogmatibus. Lege P. Suarez 1. tom. de gratia prologom. 5. cap. 5. De Scuero Sulpitio dixerũt aliqui (vt Gẽnad. in Cathalogo virorum illuſtrium, fidemq; ei præbet Baron. ann. 431. nu. 189.) in ſenectute à Pelagianis fuiſſe deceptum, & doctrinã Semipelagiana denigratum: poſteã vero reſipuiſſe, & pænitentiam egiſſe: ita P. Suarez ſupra. Non commemoro alios ſanctos patres Eccleſiæ lumina, de quibus dubitationẽ mouit P. Vazq. diſp. illa 91. c. 8. Quia, & ab ipſo ſufficiẽter excuſantur, & per ſe conſpicuũ eſt, eos præcipuos in Eccleſia patronos ſemper fuiſſe doctrinæ catholicæ gratiam adſtruentis. 72

Vitalis. Ruffinus. Vincẽtius. Marcus Eremita. P. Vazq. P. Suar. Maxentius. Gennad.

Vitalis, Ruffinus, Vincẽtius, Semipelagiani. Marcus liberatur.

De Seuero Sulpitio res dubia, pænitentiã eiſse probabile

Caput

Digitized by Google

Caput VIII. *Refutatio erroris Semipelagiani.*

73 QVOTQVOT Pontifices, Concilia, & patres Pelagianiſmũ euerterunt, adduci poſſunt contra Semipelagianos: etenim vt conſtat ex dictis a nobis cap. 2. definitum reliquerunt liberum arbitrium nihil poſſe cæleſtibus auxilijs deſtitutum. In qua definitione Semipelagiani comprehenſi ſunt, qua parte Pelagio conſentiebant. Nihilominus, quia extincta iam Pelagiana hæreſi, hæc poſtea pullulauit, & contra ipſam in ſpeciali à ſummis Põtificibus à Concilijs, ab Eccleſiæ patribus, pugnatum eſt loci proprij Theologici contra hũc errorem ab ipſis petendi.

Auguſtin.

Aug. præcipuus expugnator Semipelagianiſmi.

Ab eo concinnati creduntur Canones Arauſicani. 2.

Atque primus Auguſtinus, & auctoritate, & ingenio, atque doctrina eam expugnat in Epiſtolis 105. 106. & 107. & in libris de prædeſtinatione ſanctorũ, cap. 12. & 13. & de dono perſeuerantiæ cap. 9. & 10. Et Proſper lib. contra Collatorem, & lib. 1. de collatione gentium cap. 11. a quo creduntur concinnati Canones Arauſicani 2. & conſcripta Epiſtola Leonis ad Gallos: cum vero, tum a Leone, tum à Cæleſtino in Epiſtola 1. ad Epiſcopos Galliæ maxime Canone 7. 8. & 9. cum etiam definitione Concilij Arauſicani 2. à Canone 4 vſq; ad 25. penitus videretur extincta hæc hæreſis: eam ſuſcitauit Fauſtus Regienſis in duobus libris de gratia, & lib. arb. cõtra quem ſurrexit Ceſſarius Arelatenſis ſcripſit librum contra Fauſtum, & miſsit ad Felicẽ 3. aut 4. Hic liber non extat. Trithemius (ait) eum floruiſſe anno Domini 670. At Bellarminus in lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis falſum putat, quod ſcripſit Trithemius, ſed anno 454. & perueniſſe vſque ad annum 499.

Fauſtus Regienſis.

Fauſtus Regienſis ſuſcitator erroris.

Ceſarius Arelatẽſis.

Trithem.

Card. Bell.

Fulgentius.

Fulgentius calliditatem Fauſti detexit.

Deinde Fulgentius maxime laborauit, atque fæliciter in profunda Fauſti calliditate detegenda, ipſum confutauit lib. 1. ad Monimum, præcipue cap. 8. & 9. qui totus eſt de prædeſtinatione, & gratia. Et lib. de Incarnatione, & gratia in quo à cap. 12. vſque ad finem operis acriter inuehitur in Semipelagianiſmum. Hic obſerua, librũ hunc eſſe magnæ auctoritatis poſt Auguſtinũ, & Proſperum, qui nomine quinque Epiſcoporum Romam miſſus eſt; vt Epiſcopi Africani ſuam fidem profiterentur. Vnde Concilij cuiuſdam Prouincialis vim habere videtur.

Petrus Diaconus.

Petrus Diaconus contra Semipelagianos.

Connexio Neſtorianæ, & Pelagianæ hæreſeos.

Deinde Petrus Diaconus in lib. de Incarnatione, & gratia contra Neſtorium, & Pelagium in tribus vltimis capitibus Semipelagianos vehementer exagitat. Hic obſerua, Neſtorianã, & Pelagianam hæreſim inter ſe connecti, quia Neſtorius dixit, Chriſtum Dominum à principio purum hominem fuiſſe, & merito nudi arbitrij vnionem diuinam ad Verbum ſibi cõmparaſſe. Indicauimus iam Eccleſiæ, & patrum auctoritatem contra hunc errorem. Ex noſtris etiã ſcholaſticis ſcriptoribus doctiſsime, atque diligentiſsime elaboratum eſt. Vide Bellarm. lib. 2. de gratia, & lib. arb. cap. 2. 3. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. & P. Valentiã in præſenti diſp. 1. puncto 4. §. primo, & 1. 2. diſp. 8. q. 6. puncto 4. §. 2. P. Ludouicum à Molina in præſenti art. 4. diſp. 1. & in concord. diſ. 6. P. Vazquez 1. p. diſp. 89. cap. 4. & 5. & diſp. 91. cap. 8. & ſequentibus, & P. Suarez lib. 2. de prædeſt. cap. 6. & lib. 3. de auxilijs, cap. 2. & 1. tom. de gratia prologom 6. cap. 6. in quo mira eruditione cogit, quæ a patribus contra hunc errorem acta ſunt.

Card. Bell.

P. Valent.

P. Molin.

P. Vazq.

P. Suarez.

74

Prima impugnatio ex ſacra pagina.

Innocent. 1.

Roman. 9.

Paulus explicatus ad Rom. 9.

Ex his omnibus, eos ego ſolum peto locos Theologicos, qui mihi vrgentius contra hũc errorem facere videbuntur. Ac primum ex ſacra Scriptura, de qua Innocẽtius primus Epiſtola 93. inter Epiſtolas Auguſtini, ita, ait, *in omnibus diuinis paginis voluntati liberæ non niſi adiutorium Dei legimus eſſe nectendum, eamque nihil poſſe cæleſtibus auxilijs deſtitutam*: ex ea ergo ſummo expendendum locum Pauli ad Rom. 9. ibi, *dicis itaque mihi, quid adhuc queritur*, ſine dipthongo, hoc eſt, quid conqueritur Deus, ſi ei non obediunt, quos ipſe deſerit: nã ſuppoſitum illius verbi *queritur*, eſt Deus, vt docet communior ſententia Patrum Græcorum, & Latinorum, licet oppoſitum doceat P. Vazquez 1. p. diſp. 91. cap. 13. dicens ſuppoſitum illius verbi eſſe, *quid adhuc queritur homo*, ita vt ſit quaſi concluſio quædam illata ex antea dictis a Paulo: ſenſus ergo loci huius is eſt, ſicut maſſa figuli nullam habet querimoniæ occaſionem, ſi à figulo vna pars deputetur in vas in honorem, alia in contumeliam; ita homo comparatus maſſæ nullam habet conquerendi occaſionem de Deo, ſi vnum eligat ad vocationem congruam, & ex ea ad gloriã, non alium. Quodcumque ergo fuerit ſuppoſitum illius verbi hunc eſſe eius loci planum ſenſum omnes interpretes cõueniunt.

P. Vazq.

Ex quo dupliciter ſic infero contra Semipelagianos. Primo: quoniam vt maſſa luti nihil prorſus efficere poteſt, vt eligatur à figulo in vas in honorem: ita ſecundum mentem Pauli, nec homo ex proprio arbitrio quidquam poteſt efficere, vt eligatur ad gratiam congruam à Deo, & per ipſam ad vitam æternam. Secundo infero, nullum opus bonum ex ſolo arbitrio procedens quidquam valere, vt homo propter illud eligatur ad gratiam per Chriſtum: nam ſi aliquid valeret, & nihilominus nõ eligeret Deus hominem facientem quantum eſt in ſe ex ſolo libero arbitrio, conqueri de Deo poſſet, & ſic obijcere, cũ ex me fecerim,

quod

quod potui, & hoc, quod feci vim habeat merendi gratiam, quare O Deus non reſpondes meo merito? Quare mihi beneficium tuæ gratiæ ſubtrahis? videris ſane in vitium ingratitudinis incidere. Cum autem abſurdũ ſit, poſſe hominem iure de Deo conqueri, plene fit ex mente Pauli liberum arbitrium ex ſe nihil poſſe præſtare, quare à Deo eligatur.

75 *Paulus explicatus 2. ad Corint. c. 4.* 1. Corint. 4.

Secundo, formo argumentum ex alio Pauli teſtimonio 1. Epiſt. ad Corinth. cap. 4. vbi Apoſtolus, *quis eſt qui te diſcernit, quid autem habes, quod non accepiſti, &c.* Circa hunc locum duplex eſt ſentẽtia erga perſonas, ad quas Paulus dirigit ſermonem: prima (ait) dirigi ad diſcipulos, & baptizatos, quibus dicit Paulus Corinthios Cathecumenos gloriari, non debere propter magiſtrum eloquentiorem, & alios eruditos à minus eloquenti deſpicere. Secunda, ait, dirigi ad magiſtros, quaſi dicat, o magiſter quare te extollis propter maiorem, & meliorem eloquentiam in Euangelizando? Si mihi dicas, te tuam tibi comparaſſe eloquentiam labore proprio, & induſtria te vrgeo dicẽs quid habes, quod non accepiſti, quia omne ingeniũ, eloquẽtiã omnẽ à Deo accepiſti. P. Cornelius in hoc loco ait, hunc eſſe Pauli genuinũ ſenſum. Idẽ indicat P. Ioãnes à Mariana eruditione, atque ingenio ſingulari, eloquentia ornatiſsimus in breuibus commentarijs nuper æditis in vetus, & nouum teſtamentum in hoc cap. 4. Hoc poſito circa Pauli litteram obſerua à S. Auguſtino, à Proſpero, à Fulgẽtio, à Cõcilio Arauſicano 2. can. 6. & ab alijs patribus propugnatoribus gratiæ Dei hanc Pauli ſententiam ex diſcretione in eloquentia, & ingenio, de qua Paulus in ſenſu litterali videtur loquutus ad diſcretionem ſupernaturalem in donis gratiæ fuiſſe tranſlatam, nõ ſolum propter æqualem, ſed etiam propter potiorem rationem: in hoc vero ſenſu Paulus egregie retundit elationem hominum ex libero arbitrio. Etenim ſupponit ipſum creatum, & ornatum donis, quæ conſequuntur creationem: nam licet hæc a Deo acceperit non vult Paulus annumerare inter accepta; ſed diſtinguit beneficia ſupernaturalia per gratiam Chriſti Redemptoris à beneficijs Dei creatoris, & argumentum format contra ſuperbam elationem hominis ſibi tribuentis diſcretionem gratiæ præ alio dicens, non à ſe ſed a Deo diſcretũ per dona gratiæ, quæ accepit. Quod ſi homo propter bonum vſum proprij liberi arbitrij per creationem accepti cauſa ſe diſcernendi quoquo modo eſſe poſſet, haberet aliquid non acceptum in hoc ſenſu Pauli, & quo poſsit gloriari aduerſus alium, qui non ſe ita diſcreuit, quia bono naturæ, non bene vſus eſt: ergo is locus Pauli efficaciter probat in libero arbitrio, nudo non eſſe vim aliquam ſe diſcernendi per meritum quantũuis exiguum: Bernardus ſerm. 74. pulchre dixit ad hoc propoſitum, *quod ſi dicat quis gratia Dei ſum id, quod ſum, ſtudeat autem captare gloriolam pro gratia, quam accepit, non ne fur eſt, & latro?* Hic nota, Bernardum minimam etiam gloriolam excluſiſſe, ac ſubinde minimũ etiã meritum. Iam dixi hoc teſtimonio vti Arauſicanum, quod ſane, non modicam ei affert auctoritatem.

P. Cornel. P. Mariana. Auguſtin. Proſper. Fulgentius. Arauſican. Bernardus.

Rom. 1. *Alia teſtimonia cõtra eũdem errorem.* Iſai 65. Philip. 1. 2. Corint. 3.

Alia ſunt teſtimonia, vt ex Paulo ad Rom. 10. ibi, *inuentus ſum a non quærentibus me, palã apparui his, qui me, non interrogabant,* quo etiã vtitur Arauſicanum, quod allegat Paulus ex Iſaia cap. 65. & ad Philip. 1. *qui cæpit in vobis bonum opus ipſe perficiet,* & ſecundo, ibi, *Deus eſt enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere.* Et 2. ad Corinth. 3. *non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis,* hoc eſt, idonei, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, hoc eſt, idoneitas. In quibus ſignificat Paulus, quæ apud illos fecit non ſua, ſed Dei virtute feciſſe. Ex ijs ergo, & alijs teſtimonijs Sacræ Paginæ ſatis refutatur is error, vt a primo loco Theologico. 76

2. Impugnatio ex Leone, & Cæleſtino, & ex Arauſicano 2. Tridentin. *Expenditur Trid.*

Secundus locus deſumi debet, ex Epiſtolis Cæleſtini, & Leonis iam citatis num 73. & ex canonibus Arauſicani 2. cuius verba abũde retulimus cap. 3. num. 26. In præſenti expẽdendum ſuſcipio contra hunc errorem caput 5. ſeſsionis 6. Concilij Tridentini, in quo confirmata eſt Arauſicana doctrina, vbi hæc verba, *ipſius iuſtificationis exordiũ in adultis a Dei per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe, hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullis eorum præcedentibus meritis vocãtur, &c.* Deinde ibi, *neque tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſsit. Vnde in ſacris litteris cum dicitur conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos libertatis noſtræ admonemur: cum reſpondemus, conuerte nos Domine ad te, & conuertemur Dei nos gratia præueniri confitemur.* In his verbis quater affirmat, liberũ arbitrium diuinis auxilijs deſtitutũ nihil poſſe in ordine ad gratiam, primo, dum, ait, *exordium* iuſtificationis de ſumi à præueniẽte gratia per Chriſtum: nam ſi liberum arbitrium ex ſe aliquale meritum quantumuis remotum habere poſſet iuſtificationis, non deſumeretur exordium à præueniente gratia per Chriſtum. Secundo, ibi, *quam nullis eorum præcedentibus meritis vocãtur:* in quibus affirmat ad primam vocationem, qua exordimur iuſtificationem nullum præcedere meritum noſtrum. Tertio, ibi, *neq, tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam, &c.* in quibus negat libero arbitrio omnem motum ad iuſtificationem ſine gratia præueniente. Et ipſum conſiderat, vt cadauer emor-

emortuum in ordine ad opera vitæ, ſeu vt corpus immobile loco in ordine ad motum progreſsionis. Nihil ſane clarius aut elegantius à Cōcilio dici poterat: cōtra Semipelagianiſmū. Quarto, in illis verbis, *Dei nos gratia præueniri cōſitemur*, in quibus, & affirmat, & ex teſtimonio ſcripturæ allegato probat, nos minime poſſe aliquo modo ad Deum conuertere ſine gratia præueniente, atque vocante.

77 *3. Impugnatio ex Theologico diſcurſu.*

Rom. 3. P. Cornel.

Tertius locus ſumitur à diſcurſu Theologico ducto ex principio fidei, quod tradit Paulus pluribus locis, maxime in Epiſt. ad Rom. cap. 3. ibi, *iuſtificati gratis per gratiam ipſius*, in quibus ſignificat nō ex debito operum dari nobis auxilia gratiæ ad iuſtitiā neceſſaria. Hic nota, P. Cornelium admittere diſpoſitionem ex parte noſtra in quātū actus fidei, ſpei, & timoris qui præcedunt iuſtificationē actus humani ſunt: in hoc vero dupliciter peccat; primo, quod in diſpoſitione morali, quæ ſolum eſt in his actibus diſtinguat ipſam a merito. Quod ſi loqueretur de diſpoſitione à ſolo libero arbitrio, ita vt affirmaret ſeipſum diſponere poſſe in ordine ad gratiā maius peccatum eſſet, & redoleret Semipelagianiſmū. Hāc doctrinā repetit cap. 11. verſu 6. vbi Paulus ſtatuit hōc idē principium dicēs, *Si autē gratia iā nō ex operibus, alioquin gratia iā nō eſt gratia.* Secūdo peccat, quod illud, *iuſtificati gratis*, reſtringit ad formalē iuſtitiā noſtrā, cū ampliare debuiſſet ad totā ſeriē gratiarū vſq; ad ipſam iuſtificationē: id cōſtat; quia Paul⁹, ait, nos iuſtificari gratis per gratiā Chriſti, & per redēptionē, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quē propoſuit Deus propitiatorē, &c. at per gratiā, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & per redēptionē eius nō tātū datur nobis iuſtificatio reſtricte pro cauſa formali noſtræ iuſtitiæ, ſed etiā iuſtificatio ample pro omni ſerie auxiliorū: maxime cum gratia iuſtificationis, & gratia, in qua iuſtificamur, omnes gratias a prima vocatione vſq; ad ipſam formā iuſtificātē cōplectātur, vt notauit P. Vaz. diſ. 88. c. 1. & diſ. 91. c. 5. n. 27. ergo cū Paulus, ait, *iuſtificati gratis*, intelligit omnē progreſſum auxiliorum a prima vocatione vſq; ad ipſam formam iuſtificātē. Idem principiū clàre ſtatuit Paulus c. 4. ibi, *ei autē, qui operatur merces, non imputatur ſecūdū gratiā, ſed ſecūdū debitū*, hoc eſt, ſi opus naturæ meritum habet, in ordine ad gratiā iā ipſa debita eſt, iā merces eſt, nō gratia. Ergo Paulus ex ratione gratiæ infert liberum arbitrium noſtrum eā ex ſe mereri nō poſſe. Idē adſtruit c. 2. & 3. ad Gallat. & alibi ſæpe. Ex hoc principio ſic formo argumētum: ſi propter opera per vires naturæ daretur nobis prima vocatio gratiæ, & alia auxilia, quibus promouemur ad iuſtificationē ea nō eſſent ex gratia, ſed dātur nobis ex gratia: ergo dici nō poteſt auxilia gratiæ dari

Notatur quidā vir doctus.

P. Vazq.

nobis propter opera liberi arbitrij. Minor ſyllogiſmi de fide eſt ex Paulo in locis relatis. Cōſequētia eſt manifeſta. Maior declaranda, & declaratione probāda. Ad propriam rationē gratiæ duo ſaltē neceſſaria ſunt: primū, quod donū detur perſonæ. Ratio eſt, quia licet brutis cōferamus res nō debitas, quia vero iuris prorſus incapaces ſunt, carētia iuris habet rationē negationis, nō priuationis. Hac etiā ratione non poſſumus in rigore brutis formaliter beneficia conferre: quia beneficiū formaliter reſpicit ſubiectū capax gratitudinis, ita etiā donum gratiæ reſpicit ſubiectū, cui cōfertur cū capacitate ad acquirēdum ius ratione, cuius res donata poterat eſſe debita. Vnde Ariſtoteles lib. 2. artis rethoricæ cap. 7. ſic gratiam definit, *gratia eſt per quā dicuntur rogati gratis aliquid facere non pro re aliqua, neque, vt ſibi quidquam, qui faciunt ſubueniant, ſed vt cui faciunt.* Vbi nota illud verbum *rogati*, in quo ſupponit ſubiectum recipiens gratiam perſonam eſſe debere. Nota etiam, petitionem non tollere rationē gratiæ, dum ipſa nihil valeat comparatione donatoris, ſicut nec promiſsio donātis, ſi liberalis fuit, obſtat rationi gratiæ: etenim debitum oppoſitum gratiæ fundari debet, vel in valore rei, vel operis, vel in aliquo iure perſonæ. Id ſignificauit Ariſtot. in illis verbis, *nō pro re aliqua, neq; vt ſibi quidquam, qui faciunt ſubueniant.*

Duo neceſſaria ad propriā rationem gratiæ.

Ariſtotel. *Definitio gratiæ ex Ariſt.*

Petitio nō tollit rationem gratiæ.

Ex hac prima lege gratiæ, infero ego primā rei cōditionē improprie gratiā dici: quia nihil ad ipſam ſupponit ex parte ſubiecti: at qui diximus ſupponi debere creaturā rationalē: ergo, & ſi cōparatione alterius perſonæ iā productæ creatio gratia eſſe poſsit: at nequaquam cōparatione eiuſdē. Vnde neq; etiā eſt propria liberalitas, aut miſericordia, in quibus virtutibus exercetur donatio gratiæ. Ex quo etiā cōſtat, quā improprie Pelagius loquutus fuerit in Synodo Paleſtina quatuordecim Epiſcoporū, cū per nomē gratiæ intellexit ipſam naturæ cōditionē callidē decipiēs illos patres Græcos latinæ linguæ imperitos. Hinc etiā fit, Auguſt. cū Epiſt. 25. dixit donū creationis nō improbāda ratione gratiā nūcupari poſſe largiſsima ſignificatione hoc nomē vſurpaſſe, aliena ab ea, quā ipſe ſemper docuit, & quam ſacra Pagina, Cōcilia, & patres Eccleſiaſtico vſu docuere.

1. Rei productio improprie gratia.

Auguſt.

Secūdo, neceſſariū eſt ad rationē gratiæ, quod in perſona, quæ recipit ſit priuatio omnis iuris, & perſona, quæ dat ſit immunis, & libera ab omni obligatione debiti. Itē ipſa res, quæ cōferēda eſt pariter immunis eſſe debet cōparatione perſonæ, cui datur; ita vt nullo titulo ſit obligata. Quo ſit, eo gratiam fore puriorē, quo ſubiectū, cui datur magis ſit priuatū iure ad accipiēdā rem a donāte, & hunc magis liberum, ab omni obligatione donandi. Eo item fore

Recipiens gratiā priuatus eſſe debet omni iure ad rem.

minorem

Digitized by Google

Cõſeruatio non eſt proprie gratia.

minorem gratiã, quo perſona recipiens ſtrictius habuerit ius, & donans iure magis ſtricto obligata fuerit.

Ex hac ſecunda cõditione infero primo, perpetuã conſeruationẽ Angeli, & animæ rationalis, emanationẽ naturalẽ potentiarũ, & cõprincipia, atq; cõcurſus ad operandũ naturales actiones nõ eſſe proprie gratias, ſed quaſdã ſecũdas cõdonationes conſequutas ad primã: etenim ſemel cõdito Angelo, aut animo rationali, vt reſpiciunt Deũ auctorẽ ſuũ, aliquale ius habent ad accipiendũ à Deo hæc omnia, & alia ſimilia, nõ quidem ius morale fundatũ in merito, aut impetratione, ſed conaturale fundatum in reali exiſtentia talis naturæ. Quemadmodũ filij ius naturale habent ad alimenta exigenda à parẽtibus, maxime eo tẽpore, quo nequeunt ea ſibi cõparare: ergo pari ratione, ſi omniũ Pater Deus ſemel voluit cõdere naturas rerũ, cũ ipſa ſibi cõparare non poſſint facultates operãdi, cõprincipia, cõcurſus neceſſarios, fit, ipſo iure naturę exigi hæc omnia à Deo parente ſuo.

78 *Lex æterna homini non eſt proprie gratia.*

Infero ſecundo: diuinam legem æternam naturalem, quæ ex natura rei conſequitur ad cõditionẽ perſonæ, propter libertatẽ nõ eſſe proprie gratiam. Etenim ſuppoſita creatione eius perſonæ ipſa iure naturæ exigit, vt à Deo auctore ſuo regatur, dirigatur, protegatur, etiam obligetur ad nõ operandũ difformiter ad ſuam naturã; ac ſubinde reſpicit Deũ, vt gubernatorem, protectorẽ, prouiſorem, atq; legislatorẽ: quoniam ſi Deus condidit perſonam præditã libertate defectibili, ex ipſa natura obligatur ad curandum, vt fugiat defectus, conſtituatq; legem, quæ eſt forma actionum liberarum: ergo licet leges poſitiuæ, quæ ſunt præter id, quod natura exigit, rationem gratiæ ſortiantur, quatenus indebitæ ſunt. At lex naturalis, & æterna gratia proprie eſſe nequit.

79 *Nec illuſtrationes, & inſpirationes pro ea ſeruanda tãtum, vt naturales.*

Hinc tertio infero, intellectus illuſtrationes, & voluntatis affectiones, & aſsiſtẽtiã omnipotentiæ ad cooperandũ, quãtum neceſſaria ſunt, vt poſsit ſeruare legem naturalem, & æternam gratias non eſſe proprie loquendo. Hæc tertia illatio euidenter infertur ex duabus prioribus. Hic ſe ſe offerebat occaſio diſputandi, an cogitatio cõgrua in ordine ad adimplendã legem naturalẽ ea, nimirũ, cui de facto annexa eſt obſeruatio præcepti, gratia ſit, nec ne? Aut cõparatione naturæ, aut cõparatione perſonæ particularis? De qua eſt grauis cõtrouerſia inter graues ſcriptores noſtros. Id mihi certum, gratiã nõ eſſe eccleſiaſtico nomine: nã gratia hæc, præter rationẽ indebiti, confertur propter inſufficientiã naturæ, propter Chriſti merita eleuans illã ad ordinẽ ſupra eius vires, vt in materia de gratia diſputari ſolet, at ea cogitatio cõgrua ſiue indebita ſit, ſiue nõ: nõ eleuat naturã in ordine ad ſuperiorẽ ordinẽ, quippe, quæ eſt propter virtutes naturales morales; ergo non eſt gratia Theologicè, ſeu eccleſiaſticè, licet eſſet gratia moraliter.

Diſtinctio gratiæ eccleſiaſticæ à morali.

80 *Formatur ratio Theologica, contra Pelagium, & Semipelagianos.*

Hæc maiorẽ propoſitionẽ radicitus declarãr, atq; ita cõfirmant, vt ex his validũ argumentũ theologicũ formetur cõtra vtrũq; errorẽ, & Pelagianorũ, & Semipelagianorum: nã ſi ponitur meritũ cõdignũ in bonis operibus liberi arbitrij, vt Pelagius, in totũ euacuatur gratia. Vnde nec iuſtificatio, nec glorificatio nomen gratię merẽtur. Si verò ponitur meritũ de cõgruo, vt Semipelagianos poſuiſſe probaui c. 3. à n. 20. & ſequẽtibus ex parte euacuatur gratia. Vnde merito hi Semipelagiani appellati, quia ex parte tenuerunt errorẽ Pelagij, & ex parte gratiã euerterũt. Hæc cõſequẽtia nota eſt ex dictis: nã hi naturæ dederũt nõ ſolũ virtutẽ operis honeſti, ſed etiã merẽdi vim, ſaltẽ ex cõgruo ad augẽdã fidẽ, cæteraſq; virtutes, quoquo modo augmentũ hoc intellexerint, de quo egi cap. 4. n. 38. & 39. ergo donum illud, quod cõfertur, nõ confertur a Deo ſine aliqua obligatione dãdi, neq; accipit homo ſine aliquo iure cõparato ex merito de cõgruo: ergo in eo eſſe non poteſt pura ratio gratiæ; vt ſatis probatũ eſt. Quod vero puræ rationi gratię obſtet quodcũq; meritũ plane docuit Paul' in locis ſupra allegatis n. 77. Quod etiã cõfirmare poſſumus ex Aug. lib. 1. ad Simplic. q. 2. vbi tractat locũ Pauli ad Rom. 11 & ex lib. de præd. ſanct. c. 2. vbi habet hæc notãda verba. *quæ vtiq; nõ eſt gratia, ſi eã vlla merita præcedãt.* Nõ dixit cõdigna, ſed vlla: ſignificãs quodcũq; meritũ purã rationẽ gratiæ denigrare. Hãc etiam vrſerunt rationẽ Proſper lib. 1. de vocatione gent. c. 18. Fulgentius lib. de Incarnat. & grat. c. 18. *iniuſte,* inquit, *dicitur gratia, quia non gratis homini datur, ſed bonæ retribuitur volũtati.* Et infra, *atq; ita gratiã nõ miſeratione tribuẽtis, ſed æquitate Dei retribuẽtis accipimus.* Quod conſequens, vt abſurdum intulit ex Semipelagianorum ſentẽtia. Item Pet. Diaconus lib. de Incarnat. & grat. Domini noſtri Ieſu Chriſti, capit. 8. Idem docuit elegantiſsime Cæleſtinus Papa in Epiſt. ad quoſdam Epiſcopos Galliæ, cap. 8. vbi, ait, *quod omnia ſtudia, & omnia merita ſanctorum ad Dei gloriam, laudemque referenda ſint, quia nemo aliunde ei placeat niſi ex eo, quod ipſe donauerit.* Si autem bona opera noſtra ante gratiam præuenientem haberent aliquam virtutem meritoriam, aut impetratoriam primæ vocationis vtiq; placerent Deo: quia Deus ipſorum intuitu moueretur ad cõferendam gratiam, quam ex ſe ardenter cupit cõmunicare. Ad hanc rem cõfirmandam, alia plura habes ex patribus apud P. Vazquez, 1. p. diſp. 91. c. 15. Nõ omittam nouum, atq; elegantiſsimum

Auguſtinus

Proſper.

Confirmatio ex Patribus.

Fulgentius.

Pet. Diacõ.

Cæleſtinus.

P. Vazq.

tiſsimum

Auguſtinus tiſsimum teſtimoniū Auguſtini in lib. de geſtis contra Pelagiū in Concilio Paleſtino nuper excuſo diligentia P. Suarez, qui primo inuentus fuit in Bybliotheca manu ſcripta Abbatiæ S. Barth. Feſularum Canonicorum regulariū Lateranenſium, & poſtea Florentiæ in Bybliotheca Magni ducis, vt refert P. Suarez 1. tom. de grat. prologom. 6. cap. 7. In hoc ergo libro, cap. 11 ſic, ait, *ipſum quippe gratiæ nomen, & eius nominis intellectus auffertur ſi nō gratis datur.* Et poſtquā hoc probauit teſtimonijs Pauli, quibus nos etiam vſi ſumus, n. 77. ſic adiecit, *quiſquis ergo dignus eſt, debitum eſt ei, ſi autem debitum eſt, gratia nō eſt gratia: quippe donatur, debitum redditur: gratia ergo donatur indignis, vt reddatur debitum dignis: ipſe autem facit, vt habeant quæcumq; redditurus eſt dignis, qui ea, quæ non habebant, donauit indignis.* En, vbi eſt debitum, & redditum, propter illud negat gratiæ donationem. Nec putes loqui de merito condigno; quia vtitur hoc nomine dignus. Nā fraſis Auguſtini ibi vniuerſalior eſt, & per dignum intelligit quemcumq; habentem aliquod ius; vt conſtat ex contextu.

P. Suarez. *Elegans Auguſtini teſtimoniū.*

81 Confirmatur diſcurſus ex tribus conditionibus, quæ iura requirunt ad puram donationē. Prima, quod res donata ſtatim fiat accipientis: nam dum non fit, promiſsio eſt, non donatio. Secunda, quod ſit irreuocabilis, alias non foret abſoluta, ſed conditionata. Tertia, quod ſit omnino liberalis, vt donans exerceat munificentiam, aut liberalitatem non ex aliquo prius accepto, aut intuitu alicuius commodi. Ita habetur in l. 1. ff. de donat. in quo etiam titulo in l. Acquilius definit Papinianus donationem factam Nicoſtrato magiſtro ab Acquilio de vſu cuiuſdam cænaculi non eſſe meram donationem, ſed remunerationē officij, quia ipſum eloquentia inſtruxerat. Hæ tres conditiones inueniūtur in gratiæ diuinæ largitione. Prima, quod eam Deus nobis confert cum libera facultate ipſa vtendi in bono vſu, & etiam eam amittendi. Secunda, quod dona Dei ſunt ſine pænitentia, vt dixit Paulus ad Rom. 11. Tertia, quod ipſam non dat in remunerationem boni officij ex libero arbitrio, ſed mere gratis ex liberalitate. Id etiā conſtat ex Paulo dicto cap. 11. vbi expendens liberam Dei electionem, per quam quibuſdam miſertus eſt, alijs non electis exclamat, *o altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, &c.* In quibus fatetur Paulus ſe huius diſcretionis rationem ignorare. Quod ſi Paulo in mentem veniret eos Deum elegiſſe, qui electionem aliquo modo impetrarūt, atq; meruerunt per vires naturæ; non elegiſſe, qui non meruerunt, nō eſſet cur ſe reciperet ad altitudinē diuitiarū ſapientiæ, & ſcientiæ Dei: cū facile ſatisfacere poſſet, dicēs merito eos, quos liberauit, liberaſſe; quia ex ſe conati ſunt, & æquum eſt, vt aſſurgere conanti Deus porrigat manum, & alios merito non liberaſſe, quia ex ſe nihil conati ſunt. Vnde ſubiungit, *quis prior dedit ei? & tribuetur*, quaſi dicat, nullus. Pariter dictum eſt à Iobo, cap. 41. *quis ante dedit mihi, & reddam ei.* Recognoſce quæ dixi diſp. 23. capit. 5. tractans quintum teſtimonium ex Paulo ad Rom. 9. ibi, *cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, &c.* Vbi manifeſte oſtendi, omnia opera a Paulo excluſa expendens quamdam obiectionem, quam Paulus à parte Iudæorum propoſuit, ibi, *quid dicemus? nunquid iniquitas eſt apud Deum?* in quibus vtebar hoc eodem argumento: nam ſi diſcreti per electionē gratiæ haberent opera, quibus deberetur aliquo modo diſcretio per electionem, nec vmbra eſſe poterat iniquitatis apud Deum, nec Pauli obiectio erat momenti, aut ad rem.

Tres conditiones puræ donationis ex iure Ciuili.

Papinianus

Rom. 11.

Iob 41.

Rom. 9.

Rurſus: Deum mere gratis nobis conferre dona gratiæ, probo hac ratione: quia Deus cōfert ex pura miſericordia: ergo tantū ſupponit miſeriā, non meritum. Antecedens mihi de fide certū eſt ex illo Pauli ad Rom. 9. *miſerebor, cuius miſerebor, miſericordiam præſtabo, cuius miſerebor*, quæ verba allegat Paulus Iudæis tanquā à Deo dicta Moyſi Exodi 33. apud quos ille maximæ erat auctoritatis. Ex quibus Paulus infert, *non igitur volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* Cuius planus ſenſus eſt, vt omittam alias expoſitiones, non eſt iniquitas apud Deum, quia Deus non ex debito, ſed ex miſericordia hunc eligit: illum non eligit. qui enim nihil debet nulli facit iniuriam, cum non dat. Ita Toletus in hunc locum annotat. 12. vbi notat ex Hieronymo illam geminationem, *miſerebor, cuius miſerebor, & miſericordiam præſtabo, &c.* phraſim eſſe Hebræam, & Latine ſignificare miſerebor, cuius voluero miſereri ex mera mea volūtate. Deinde probo ex cap. 11. vbi Paulus gentes loquitur, & ipſis, ait, *ſicut enim, & nos aliquando non credidiſtis, nunc autem miſericordiam conſequuti eſtis.* Ecce plane affirmat, gentes ex miſericordia fidē cōſequutos. Demum illud antecedens probatur: quia paſſim in ſacra Scriptura electi Dei, ſeu prædeſtinati appellantur *plebs miſericordiam conſequuta.* Conſequentia verò eſt manifeſta: quia propria ratio miſericordiæ in eo cōſiſtit, quod reſpiciat ſolam ſubleuationem miſeriæ, propter honeſtatem ipſam ſecundum ſe ſine vllo debito ex parte ſubiecti: nam hoc ipſo, quod debitum admittatur, ſecundum rationem debitam, deficeret à ratione miſericordiæ. 82

Ex miſericordia confert Deus dona gratiæ.

Rom 9.

Explicatus Paulus ad Roman. 9.

Card. Tolet.

Cōfirmatur: ſi homo prius ex ſe offerret Deo bona ſua opera in obſequiū ipſius, cū Deus poſtea cōfert gratiā, vt cōpenſet acceptū ab homine 83

Digitized by Google

ne obſequiũ,non ex liberalitate,aut miſericordia,ſed ex gratitudine retribueret ſuã gratiã:at cõſequẽs hoc illatũ abſurdũ eſt; vt iã oſtẽdi:ergo,&c.Sequelã probo ex doctrina S. Tho. ab omnibus Theologis recepta in 2.2.q.106.vbi agit de virtute gratitudinis,&diſtinguẽs ipſam ab alijs,quę verſantur circa alterũ,ait,diſtingui à religione,quia hæc debitũ cultũ exhibet Deo: à pietate, quia patri,& patriæ:ab obſeruantia, qua perſonis in dignitate cõſtitutis exhibemus reuerẽtiã:at in gratitudine ponit ſpeciale debitũ,& reſpicit beneficia particularia,à quo quã recepta : ergo ſi Deus propter acceptũ obſequiũ virtute liberi arbitrij gratiã retribuit eã ex gratitudine cõfert.Quod verò gratia à Deo retributa pluris æſtimetur,quã bonũ opus Deo per vires naturæ exhibitũ,nõ impedit rationẽ gratitudinis,immo per ſe petit,vt quod datur in cõpenſatione gratitudinis pluris æſtimetur, quã æſtimatur beneficiũ receptũ teſte eodẽ S. Thoma ſupra art.6. Cuius ratio à priori eſt, quod cõpenſatio gratitudinis eſſe debet gratuita aliqua ratione: ſicut beneficiũ ipſum primo collatũ gratuitũ fuit,ſi autẽ ſolũ daretur æquale nihil haberet de gratuito.Ita docẽte Ariſtot. 5.Ethic.cap.5.ibi,*Refamulari oportet ei,qui gratiã fecit,& rurſum ipſum recipere:*ergo cõpenſatio gratuita vltra debitũ ex beneficio reſultans aliquid de ſuo cõferre debet:ac proinde ſi per vires naturæ meritũ habemus in ordine ad gratiã,quotieſcũq; homo bona propria Deo offerret animo ipſi obſequendi,Deus cũ confert gratiã , neq; ex liberalitate,neq; ex miſericordia;ſed ex gratitudine cõferret:nihil obſtãte valore maiori gratiæ,ſi cõferatur cum bono noſtro opere, & cum gratitudo reddu catur ad iuſtitiã,vt pars eius potẽtialis nõ poteſt nõ aliquale debitũ cõtinere, cui ſi Deus, nõ ſatisfaceret,videretur labi in vitium ingratitudinis; quæ cum abſurdiſsima ſint ex ijs efficaciter cõuincitur falſitatis error Semipelagianus.

S.Thom. — *Gratitudo quid proprie.* — *Ariſtotel.*

Deniq; ſic formo ratione à priori:nã prima vocatio ad opus pietatis Chriſtianũ neceſſario ſupernaturlis eſt,vel quo admodũ, vel quo ad ſubſtantiã : etenim conſiſtit in illuſtratione intellectus,& inſpiratione voluntatis erga res in ordine ſupernaturali conſtitutas, quas iam potentiæ noſtræ per illã gratiã præuenientẽ eleuatæ attingunt proportionato modo,& eis connaturali,licet ſupernaturali cõparatione hominis operãtis: ergo nõſtra bona opera per proprias vires elicita nõ habent proportionẽ,quę neceſſaria eſt ad valorẽ meritoriũ in ordine ad res cõſtitutas in gradu ſupernaturali. Antecedens in omni ſentẽtia certũ eſt,& cõſequentia efficax:etenim cum opus in ſe eſt improportionatũ , & perſona pariter nõ poteſt habere efficatiã ad hoc,vt remunerator moueatur ad conferendũ præmiũ: at qui in præſenti, tum opus, tũ perſona ſunt inproportionata. Opus, quia eſt naturæ nudæ: perſona , quia aut eſt peccato infecta,aut ſine vlla intrinſeca eleuatione:ergo nõ eſt vnde refundatur vis merẽdi res conſtitutas in ordine ſupernaturali. Poterit quidẽ homo ille bene vtens libero ſuo arbitrio mereri à Deo, vt auctore naturæ intra limites ordinis naturalis vberiora auxilia ad actus virtutũ moraliũ ſpecialẽ protectionẽ remouentẽ occaſiones peccãdi,& adferentẽ opportunitates virtutũ exercendarũ,& adimplenda præcepta naturalia,& demũ fælicitatẽ naturalem:at nequaquam poterit per naturam virtute propria mereri eleuationẽ naturæ;ita vt acquirat aliquod ius,& vt abſurdum eſſet in moralibus affirmare artificem mechanicum propter bene ſutas crepidas,exempli gratia mereri dignitatem ſenatoris;ita in noſtro caſu abſurdius eſt,quippe maior eſt diſtantia , atq; inproportio inter præmium , & meritum in noſtro caſu,quam in hoc alio in exemplum producto. 84

Ratio à priori.

Caput IX. *Argumenta a parte Maſsilienſium , & ſolutiones.*

85 QVAEDAM ſunt obiecta à Maſsilienſibus cõtra Auguſtinũ facilia dilutu: à quibus nos breui expediemus. Alia etiã ſunt cõtra diſcurſum capitis ſuperioris maioris momẽti,vtriſq;conabimur ſatiſfacere.Atq; in primis Maſsilieſes obijciebãt,ſi gratia Dei præueniret noſtrũ liberũ arbitriũ,libertatẽ impediri:ſed hoc nullius momẽti eſt.Nã Deus optime nouit ita per gratiã pulſare ad oſtiũ vitale noſtrarũ potẽtiarũ,vt ſe ſe ipſis acõmodet ſemper relinquens in poteſtate noſtra gratiæ vocanti,diſſentire,ſi velit,vt docuit Tridentinum ſeſsione 6. cap. 5. Hanc gratiæ vocationem mirè, & mille modis explicuit Auguſtinus, ac maxime efficacem,modo appellat congruam, quia,& contemperata eſt ſubiecto, & conſenſui efficiendo,& fini,quem intendit Deus,modo ſecretam, & altam vocationem, vt in Epiſtola 107.quia Deus ita vocat, quomodo ſcit cõgruere vt vocantem non reſpuat, modo, vocationem ſecundum propoſitum,& ſine pænitẽtia;vt conſtat lib.de prædeſt.ſanct.cap.3.& 11. & de Corrept.& grat.cap.7.quia eſt ex ſpeciali illa electione, qua primo diſcernitur prædeſtinatus à reprobo,quamq;fuſe explicuidiſp.23. cap.13.

1. Maſsilienſiũ obiectio. Satiſfactio. — *Tridentin.* — *Auguſtinus Gratiam efficacem varie compellat Auguſt.*

Digitized by Google

cap.13.modo certam ſcientiam, vt conſtat ex lib.2.de peccat.mer.cap.19. quia confertur ex præſcientia effectus ſub conditione futuri, quã ſcientiam fuſe docui tractatu de ſcientia Dei diſp.7.Modo deniq; victricem delectationem, & ſuauitatem; vt conſtat ex lib.2. de peccat. mer.citato cap. 27. quia ſcilicet vincit voluntatem non cogendo, & libertatem euertẽdo, ſed delectãdo,& ſuauiter attrahendo.Hæc fuſe explicui in tractatu de auxilijs.

86 *2.Obiectio* Secundo obijciunt:ſi Deus præuenit gratia ſua non expectata voluntate noſtra vtitur iure dominantis, ſine cauſa acceptat perſonas, homines iam naſcuntur iudicati, non iudicandi.

Satisfactio. Hoc argumentum turbare quidem poteſt vulgus indoctum:in ſe tamen leue eſt.Primo,quia vt vidimus cap. ſuperiori Deus ita eſt gratiæ ſuæ Dominus,vt nulli debeat,ſed neq; debere poſsit; quia creatura per opera ſui liberi arbitrij nullum acquirere poteſt ius in gratiam,ac propterea Deus liberalitate, & miſericordia motus nulla habita ratione operum ex viribus naturæ omnibus offert gratiã ſufficientẽ, ſpecialiter eligit quos vult, eiſq; impertit gratias cõgruas:cõmuniter cæteros,eiſq; nõ congruas, & ſufficiẽtes: etenim de ſuo vnicuiq, licet diſpenſare pro libito abſq; vllo vitio. Vnde diuinæ gratiæ diſtributioDei occulta quidẽ nobis; at in ſe decẽtiſsima,& finibus à Deo intẽtis,ſibiq; perſpicuis accõmodatiſsima. Et cũ homines peropera propria ius nõ habeant in gratiã, ipſis eam nõ conferẽdo, nequaquã cõmittitur vitium acceptionis perſonarum: nam vbi non eſt ius,neq; iniuſta diſtributio eſſe poteſt.

Dices; irrationabiliter Deus diſtribuit ſuã gratiam, quia nullam reddere poteſt rationẽ, quare hunc vocet gratia congrua, non illum, hunc ſpecialiter eligat,non illum?Reſpondeo; huius rei, atq; diſcretionis Deum ſemper habere honeſta motiua nobis ſatis occulta. Hoc ſolum affirmare poſſumus,nullum eſſe vitium in eo,quod cum Petro, exẽpli gratia exerceat miſericordiam, atq; liberalitatem ſuam, non cum Iuda,ſed iuſtitiam.

Quo etiã fit,nullũ hominem naſci iudicatũ; primo, quia nullus damnatur ante demerita præuiſa.Secundo,quia licet ante natiuitatẽ diuerſæ gratiæ præparentur,vni ac alteri: at ideo ſemper prædeſtinato cõfertur gloria, quia gratia ſibi præparata benè vſus eſt; reprobo verò non confertur, quia non bene vſus eſt,licet fortè maior gratiæ quantitas, & vberior,atq; frequentior ei præparata ſit,quam prædeſtinato.

87 *3.Obiectio* Tertio obijciunt,ſi gratia ſpecialis pro prædeſtinato ex gratuita electione,atq; æterna Dei ante omne meritũ liberi arbitrij præparata eſt, fruſtra oramus,vt Deus eã conferat ſpecialiter electo.Conſequens verò abſurdũ eſt:ergo, &c.

Reſpõdeo,vnumquemq; nõ orare pro propria prima vocatione:nã oratio ipſa ſi fit,vt oportet,& vim habet impetratoriã,à prima vocatione gratiæ præueniẽtis ducit originem.At poteſt, & debet vnuſquiſq; orare pro ſequẽtibus,atq; vlterioribus auxilijs gratiæ.Item poteſt, & debet preces fundere pro prima alterius vocatione: quia licet ab æterno præparata fuerit a Deo,potuit tamẽ præparari depẽdenter à merito alterius orationis. Vnde nõ omnino gratuito, ſicut defacto omnis gratia, quæ poſt originale hominibus collata eſt, depẽdenter a meritisChriſti præparata,atq; collata eſt; vt explico fuſe diſp.27.c. 1. Hæc,& alia huius generis habes apud P.Vazq.1.p. diſp.91.c.17. ſatis,ſuperq; diluta: Ego ad difficiliora properandum duco. *Nemo orat propria ſua vocatione.* P.Vazq.

88 Qua propter obijcio quarto,cõtra noſtrum diſcurſum cap.ſuperioris Tridẽtinũ ſeſſ.6.c.8. vbi explicãs quid ſit impiũ iuſtificari per fidẽ gratis,ita,ait,*ideo per fidem iuſtificari dicimur, quia fides eſt humanæ ſalutis initiũ fundamentũ, & radix omnis iuſtificationis*. In his verbis plane loquitur de fide diuina: nã fides habita per vires naturæ nõ eſt fundamẽtũ, & radix omnis iuſtificationis, vt vero explicet quid ſit gratis iuſtificari ſic, ait, *Deinde gratis autẽ iuſtificari ideo dicimur,quia nihil eorũ,quæ iuſtificationem præcedũt,ſiue fides, ſiue opera ipſam iuſtificationis gratiã promeretur: ſi enim gratia eſt iã nõ ex operibus,alioquin,vt idẽ Apoſtolus,inquit,gratia iã nõ eſt gratia*. Ex his adprobãdũ meritum de cõgruo,nihil obſtare ad gratioſam iuſtificationẽ;ſic formo argumẽtũ.Nã in eo cap.diſtinguit Cõciliũ iuſtificationis gratiã à fide, de qua ibi loquitur;primo,in illis verbis,*nihil eorum,quæ iuſtificationẽ præcedũt,ſiue fides,ſiue opera,&c.* ergo iuſtificationis gratiã reſtringit ad formã iuſtificantẽ cõdiſtinctã à fide.Secũdo;quia fidẽ dixerat eſſe fundamẽtũ,& radicẽ omnis iuſtificationis. Deinde peruenit ad ipſam formalem iuſtificationis gratiã: ergo cõdiſtinguebat fidẽ à formali iuſtitia, vt condiſtinguitur à radice fructus:ſed nec negari poteſt,ibiCõciliũ loqui de fide diuina,vt iã probaui:nec etiã negari poteſt eã habere meritũ congruum in ordine ad formale iuſtitiã, cũ hæc ſit Auguſtini expreſſa ſentẽtia epiſt. 105. & 106.& docte probat P. Suar.to.3.de Gratia lib.12.c.32.ergo ſecundũ mentem Concilij meritum de congruo non obſtat gratioſæ iuſtificationi. Trident. 4. *Obiectio difficilior.* *Vrgetur difficilis Tridentini locus.* Auguſtin. P.Suar.

Rurſus cũ Tridentinũ confirmat ſuum decretum ex illoPauli,*ſi enim gratia iã nõ ex operibus alioquin gratia iã non eſt gratia*;vel decernit ad rationẽ gratiæ excludẽda eſſe omnia opera,etiam, quæ ſolum habeant vim meritoriam de congruo,vel decernit ſolũ excludenda eſſe opera, quæ vim habeant meritoriam de condigno.

Digitized by Google

digno. Si primum:ergo definire videtur fidem ſupernaturalem, de qua ibi loquitur, & ſumit vt condiſtinctam à forma iuſtificante,non eſſe meritoriam eius de congruo, quod nullus concedet,propterea quod damnaret ſententiã Auguſtini nullibi ab ipſo retractatam, & quia rationi videtur ſatis conſentaneum,quod ille,qui vocatus ad credendum aſſenſum fidei exhibet omnino infallibilem, & certum Deo reuelãti, ſolum quia ipſe reuelauit, aliquid mereatur apud ipſum,& cõgrua ratione obliget,vt vlterius ipſum moueat ad pœnitendũ de peccatis; ac tandẽ vt ei gratiam iuſtificationis conferat. Nã præſtitit opus fidei difficillimũ:ergo nullus Theologus cõcedet,Tridentinũ definiuiſſe in fide diuina nõ eſſe vim meritoriã de congruo gratiæ iuſtificationis. Si ſecundũ : ergo meritũ de congruo non pugnat cum propria ratione gratiæ,nec S.Paulus in eo teſtimonio, vt illud intellexit Tridentinum,excluſit merita de congruo ex libero arbitrio. Ex quo, & eneruatur noſter diſcurſus,& eleuatur præcipuum argumentum Auguſtini aduerſus Semipelagianos, quatenus ex ratione gratiæ deducebat, opera legis,& habita per vires naturæ nihil cõducere ad initium fidei,atq; aliarum virtutum;hæc autem abſurda eſſe non dubito:ergo,&c.

P. Vazq. *Declaratio P. Vazquez.* Pater Vazquez diſp.illa 91.cap.5.ſatis obiter tetigit hunc textum,& ait, per iuſtificationem nõ tantũ intelligere Tridentinũ ipſam formalem gratiam iuſtificantem;ſed etiã totũ progreſſum à prima vocatione gratiæ vſq; ad perfectam iuſtitiã. Quemadmodũ aliquando phyloſophi per generationẽ nõ tantũ ſignificant ſolam formæ ſubſtãtialis productionem:ſed etiã adæquatam mutationem,ex prima productione remotioris diſpoſitionis , vſque ad formæ ſubſtantialis introductionẽ,& tunc(inquit) Cõcilium hanc iuſtificationem, vt cõplectitur totum progreſſum,fidem nõ mereri. In quo duo indicat,primũ,ab ipſa fide iuſtificationem originem ducere.Secundum, illam nõ eſſe ex proprijs viribus,ſed inter dona Dei connumerari: ac ſubinde à fide per proprias vires iuſtificationem non habere exordium.

Tridentin. *Non placet.* Verum hæc ſolutio inter proponendũ argumentum à nobis confutata eſt. Præterea,quod Tridentinũ in ea ſeſſ.6.apprimè diſtinguit gratiã iuſtificationis latè ſumptã, ab ipſa formali iuſtificatione,& per hanc ſemper intelligit ſolam formam iuſtificantem,vt diſtinctã ab omni præuia gratia nẽceſſaria ad præcedentes diſpoſitiones,lege caput 5.in quo Concilium diſtinguit diſpoſitiones præuias,ab ipſa iuſtificatione,& caput 6.vbi ſic,ait, *diſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam,dum excitati diuina gratia , & adiuti fidem exauditu concipientes liberè mouentur in Deum credentes, &c.* Ecce fidem,ait, eſſe diſpoſitionem primam ad ipſam iuſtitiã. Deinde idem docet de ſpe, & de odio , atque deteſtatione, quibus mouentur aduerſus peccata,& cap.7. poſt deſcriptam diſpoſitionem, ait,*hanc diſpoſitionem, ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur* , *&c.* cum ergo in hoc cap. 8. loquitur de iuſtificationis gratia credendum non eſt,aliter hoc nomen a Concilio vſurpatum , ac in alijs capitibus ſuperioribus: nam alias obſcurè, & æquiuocè fuiſſet loquutus , & in legentibus Tridentinum confuſionẽ pareret. Ad hæc can. 3 & 4. iuſtificationis gratiam diſtinguit à fide,ſpe,& charitate,& pœnitentia,quæ ſunt diſpoſitiones præuiæ : ergo in phraſi Tridentini per iuſtificationis gratiã ſolum intelligenda eſt ipſa vnica cauſa formalis noſtræ iuſtitiæ, quæ eſt renouatio hominis interioris.

Secundo , contra hanc expoſitionem ſic argumentor:dubitari non poteſt,Concilium loquutũ de fide diuina,vt iam notaui ſupra n.88. ergo ſi vera eſt expoſitio Vazquez,ſolũ definit Concilium in eo cap.iuſtificationem totam,& integram continentem ipſam fidem nõ mereri illã,quia nõ meretur ſeipſam:etenim quidquid in ea eſt poſt fidem, & ab ipſa diſtinctum fides de cõgruo meretur:ergo ſi Concilium per gratiã iuſtificationis intellexit totũ progreſſum, & definit fidẽ non mereri totum progreſſum, quia ipſa continetur in progreſſu,ſolũ definit fidem non mereri totum progreſſum,quia non meretur ſeipſam.Quis autem nõ videat,non eſſe intentã à Tridentino hanc tam rediculã definitionem,maxime cum numquam in Eccleſia error fuerit , propter quẽ hæc definitio neceſſaria ſit.Nam nullus dixit,fidem diuinam mereri totum progreſſum,etiã vt in progreſſu ipſa continetur.

89 **P. Suarez.** *Varie a P. Suar. exponitur.* P.Suarez 1.p.lib.2.de cauſa prædeſtin. cap. 6.n. 50. varias tentat vias,vt mentẽ Tridentini in hoc teſtimonio venetur , & ferè in nulla quieſcit:primo, ait , probabile eſſe ibi ſumere Conciliũ iuſtificationẽ pro tota mutatione peccatoris,vt includit diſpoſitiones remotas, atq; excludere omne meritũ de cõgruo , & de condigno. Vnde cõſequenter, ait, particulam illã, *ſiue fides* poſita videri propter Semipelagianos. Vnde non eſt intelligẽda de fide infuſa.

Non placet prima expoſitio. Verũ vtrumq; à nobis impugnatũ eſt : nam quis dicat in tota illa ſeſſione per omnia fere capita,atq; canones per iuſtificationẽ,atq;per fidẽ Concilium intellexiſſe formalẽ noſtrã iuſtificationẽ,& fidẽ infuſam & in hoc ſolo cap.8 contra ſtylum Tridentini ſignificationẽ horũ nominum variaſſe,ac aliter vſurpaſſe cum periculo cõfuſionis in doctrina,& occaſionis errãdi,quis non videat,hoc durũ, atq; violens eſſe? Vnde merito non quieſcit in hac expoſitione.

Digitized by Google

2. Expoſitio Suarij. Secundo (ait) vero ſimilius videri loqui Cõcilium de iuſtificatione propria, & formali, nihilominus per vocẽ *gratis* excludi omne meritũ fundatũ in ſolis naturæ viribus; vt loquitur Paulus, & Cõcilia Meliuitanũ, Arauſicanũq; tradiderunt. Quod ſi obicias, non poſſe excludi omne meritũ, quia in fide infuſa eſt meritũ de cõgruo formalis iuſtificationis. Duo reſpõdet, primũ in illis verbis, *ſiue fides, ſiue opera* tantũ loqui de fide, & operibus hominis ex ſe, & ſine gratia. Secundũ, & ſi cõprehendat verã fidem infuſam, & opera ex gratia: at Conciliũ conſideraſſe fidẽ, vt eſt opus liberi arbitrij præciſe factũ ab homine nondũ iuſtificato: nã vt ſic, ait, nullã habet vim merendi de congruo formalẽ iuſtificationem; ſed ad ſummum ex ea dignitate, quam habet a diuina gratia auxiliante.

Nec etiam placet. Sed neutra reſponſio ſatisfacit: non prima, quia recedit ab eo, quod vt firmum ſtatuerat, nimirũ fidem in eo loco, vt in cæteris eius ſeſſionis ſupponi pro fide diuina, id, quod à nobis etiã efficaciter probatũ eſt: atq; adeo ſemper conſtanter aſſerendũ eſt. Nec etiã ſecunda; primum, quia perſe ſe eſt incredibile, Concilium verſatum in his præciſiuis ſubtilitatibus, & in eo ſtatu ſuam definitionem inſeruiſſe, maxime cum nec Semipelagianorum error in eo cõſiſtebat, vt dicerent, hominem ex ſe cũ cooperatur gratiæ, ſumptum vt condiſtinctum a gratia mereri, ſed hominem præuie ad infuſionẽ gratiæ præuenientis per opera, quæ ſe ſolo habet vt cauſa totalis mereri gratiã præuenientem. Nec etiam alius error de hoc fuerit; quis ergo credat, hoc definire Conciliũ. Secũdo, quia verum non eſt hominem non concurrere ad meritũ per innatam ſibi libertatẽ cũ gratiæ cooperatur: nam licet ſine gratia opus meritoriũ gratiæ elicere non poſsit: at adiutus gratia poteſt; ita vt opus ipſum meritorium ſit vt reſpicit liberum arbitrium tanquam cauſam partialem ſui: nam vt influxus gratiæ ſine influxu arbitrij non producit meritorium opus, ita nec influxus arbitrij ſine gratiæ influxu: ergo vt vtrumq; principium reſpicit, meritorium eſt; Porrò, licet non dubitem à diuina gratia præueniente homini infuſa ipſum aliquam habere dignitatem, ratione cuius aliquod meritum refunditur in opus; at arbitror, hanc dignitatem neceſſariam non eſſe ad aliquale meritum de congruo: nam ſi homo per auxilia extrinſeca eliceret actum ſupernaturalem fidei, ille ſane haberet aliquale meritum de congruo in ordine ad vlteriores gratias auxiliatrices non fundatum in dignitate præuia, quam ſumeret à præuia gratia auxiliante intrinſeca; ſed in bonitate intrinſeca, atq; proportione ipſius actus fidei cum præmio: ergo nec hæc ſecunda expoſitio ſolida eſt.

Tertio, addit aliam expoſitionem, quod nimirum Concilium loquatur de formali iuſtificatione, & excludat omne meritum etiam de cõgruo, dummodo loquatur de actibus imperfectis fidei, ſpei, & timoris, qui tempore antecedunt iuſtificationem: nam illi non merentur de congruo iuſtificationem, neq; auxilium efficax ad vltimã diſpoſitionem, ſed ad ſummum vna diſpoſitio remota meretur auxilium ad aliam propinquiorem, & hæc vlterius ad aliam magis proximam, &c. *Nec tertia.*

Verum neq; hæc expoſitio euacuat difficultatem: primo, quia ex ea fit, nec Paulum in illis verbis, *ſi enim gratia eſt iam non ex operibus.* Nec Tridentinum per particulam *gratis*, vt Paulum intelligit excluſiſſe aliquale meritum congruum, ſaltem remotiſsimum formalis iuſtificationis: nam ſi admittit fidei infuſæ meritũ vt tempore antecedit iuſtificationẽ, licet in ea nõ ſit proxima ratio meriti iuſtificationis: at remotam eſſe negari non poteſt fundatam in bonitate intrinſeca, & proportione operis cum præmio, & in dignitate perſonæ deſumpta ex gratia auxiliante intrinſeca, vt modo dicebã, & defendit ipſe P. Suarez tom. 3°. de gratia lib. 12. cap. 32. vt expreſſam Auguſtini ſententiam, *P. Suar.* ac proinde permitteret, tum Paulus, tum hæc definitio Tridentini Semipelagianis aliquale meritum, ſaltem remotiſsimum fidei humanæ, & operibus ex libero arbitrio factis. Quod ſi hoc eis concederetur ſane quieſcerent; nam vt conſtat ex fundamentis eorũ, quæ diluimus in hoc capite in hoc ſolo merito, & libertati, & diſcretioni, quã ipſi prætendebant ſufficiens locus datur. Vnde eo teſtimonio Pauli nõ cõuincerentur Semipelagiani, quod abſurdum eſt: quia Pontifices, Cæleſtinus, & Leo, Concilia, vt Meliuitanum, & Arauſicanum 2. & Patres, vt Auguſtinus, Proſper, Fulgentius, & alij conſtãter illo vtuntur contra Semipelagianiſmũ, vt viſum eſt cap. ſuperiori. Abſurdum verò eſt cõfiteri, ineſficaciter ab Eccleſia Semipelagianos confutatos eſſe: ergo, &c. Nec obſtat illa temporis anteceſsio; quia nec eſt de ratione meriti cõdigni, nec congrui, vt præmio duratione coexiſtat, quia Deus ea vbi primũ exiſtũt acceptare poteſt, vt tempore opportuno præmium retribuat intuitu ipſorum, vt ex ſe manifeſtum eſt.

Qua propter ſic ego exiſtimo, & cẽſeo primo, conciliũ in eo cap. 8. declarare voluiſſe ſpecialẽ rationẽ gratiæ, quæ reperitur in ipſa formali infuſione formæ ſanctificantis. Id colligo ex diſcurſu, quẽ ſequuntur Patres Tridẽtini in ea ſeſſ. 6. Nã poſt quã cap. 5. expugnauit errorem Semipelagianorum definiens excitantem primã gratiã non dari ex operibus liberi arbitrij, ſed nullis noſtris præcedẽtibus meritis, & cap. 6. 90 *Expoſitio authoris.*

cap.6.modum præparationis explicuit,& cap. 7.definitionem iuſtificationis impij, & cautas eius in hoc cap.8.duo ſuſcipit explicanda: primum, quomodo intelligatur impium per fidē iuſtificari,& quomodo intelligatur gratis iuſtificari,vt conſtat ex titulo eius capitis,qui ſic habet,*quomodo intelligatur impium per fidem, & gratis iuſtificari*.Primam partē adſtruit, vt explicet teſtimonia ſacræ Scripturæ, quæ ſoli fidei videntur tribuere noſtram iuſtificationē, quibus abuſi ſunt hæretici noſtri ſæculi dicentes ſolam fidem, ſeu quādam fiduciā eſſe noſtram formalem iuſtitiam excluſa interioris hominis renouatione per gratiæ,& charitatis diffuſionem.Secūdā partē adſtruit; quia hæretici dicebant,nullam aliam diſpoſitionem ex parte noſtra eſſe neceſſariam præter fidem,ſeu hanc fiduciam ad hoc,vt Deus condonare cenſeatur noſtra delicta per non imputationem.Legatur Vega lib.8.in Trident.cap.1.2.& 3.ſcopus ergo Tridentini in hoc cap. eſt declarare,nec ſola fide nos iuſtificari,& præter ipſam alia opera ſpei,timoris,& pænitentiæ neceſſaria eſſe tāquam diſpoſitiones ad formalem iuſtitiā noſtram.Et præterea addidit,in eis non eſſe tantū valoris meritorij, quantum ſufficiat ad hoc, vt gratia ipſa iuſtificationis ſimpliciter, & abſolute gratioſe non conferatur,etiam præcedentibus eis operibus:nam licet aliquale meritum de congruo eis inſit, vt plane probaui:at poſt hanc definitionem Tridentini meritum de cōgruo ſimpliciter meritum appellandum nō eſt ſine limitatione,vt,ait, Vega ſupra cap.15.vbi retractat,quod ſcripſerat in opere de iuſtificatione ante hanc definitionem Tridentini,præcaturque lectores eius operis,vt ex eo deleant illa verba,in quibus meritum de congruo ſimpliciter meritum appellauit.

Vega.

Cenſeo ſecundo:Tridentinum ſolum excludere in hoc teſtimonio,aut meritum de cōdigno,aut meritum de congruo habens infallibilē cōnexionē cum præmio ex promiſsione Dei quale meritū eſt in vltima diſpoſitione ad gratiā.Pro declaratione obſerua,eſſe meritū de cōgruo ſine ordinatione Dei ordināte actū meritoriū ad præmiū, & ſine ſubſequēte acceptationē.Itē, ſine promiſſione.Quo fit actui meritorio cum hac limitatione negari a Deo poſſe præmiū in ordine ad quod meritorius dicitur,quin faciat contra aliquod diuinū attributū, aut iuſtitiæ,aut fidelitatis,aut gratitudinis,aut liberalitatis,aut miſericordiæ:ita tamen, vt ſi conferre velit præmiū illud cōfert nō ex mera liberalitate,aut miſericordia,ſed ex gratitudine,nō quia Deus beneficiū accepit,nā creatura, Dei benefactor eſſe non poteſt,ſed quia ſeruitiū,aut obſequiū accepit,aut dic, Deū tūc remunerare ex ſpeciali prouidētia,aut ex quadam iuſtitia legali.Quo etiam fit,collationem ſimpliciter eſſe gratioſam:nam,licet in opere ſit vis meritoria,at de facto non meretur circa Deum ſecluſa Dei ordinatione operis ad præmium,& acceptatione,& promiſsione: quemadmodum oratio,quæ non impetrat rē, quia Deus non vult conferre rem,pro qua funditur propter rationes ſibi notas; quia non ſe obligauit ſecluſa ordinatione,acceptatione,& promiſsione, licet habeat vim impetratoriam, ſi legitime fiat,ita ſe res habet in merito de congruo huius generis, vt docte explicat P. Suarez tom.3.de gratia lib.12. cap. 36.num. 6. & cum Tridentinum loquatur de fide,& imperfectis diſpoſitionibus ad gratiam,quibus non eſt promiſſa iuſtificatio, & ſi vim habeant aliquā meritoriā,nihilominus cum confertur abſolute loquendo,gratioſe cōfertur,vt dixi,optime dixit Concilium,nos tunc etiā gratis iuſtificari nulla habita ratione fidei,& operum imperfectorum præcedentium.Sed contra hoc retorquebis argumentū,quod nos formauimus, cōtra P Suarez:nam pari ratione poterant dicere Maſsilienſes non pugnare rationem gratiæ ſimpliciter cum aliquali merito de cōgruo ex proprijs viribus.Nec etiam verba Pauli, vt intellecta a Concilio remouere meritum in ordine ad gratiam ab operibus nudi arbitrij.

Meritum de cōgruo non acceptatum, nō tollet inremuneratione rationē gratiæ.

P.Suar.

Reſpondeo,in hoc capite 8.nō damnari Semipelagianos,nec doctrinam eius eſſe directe cōtrariā doctrinæ Semipelagianorū,vt iam notaui ſupra ſcopum huius capitis explicās.Nam Tridētinū cap.5.damnatā reliquerat Semipelagianorū hæreſim:nego vero,Paulum ex mēte Cocilij per illa verba,*non ex operibus*, nō excluſiſſe merita etiā de cōgruo:nā Paulus plane loquebatur de operibus moralibus legis, vt dixi cap.ſuper.num.74.& ſequētibus,vbi demōſtraui ex ratione gratiæ puriſsimæ efficaciter remoueri omne meritū quātumuis exiguum:patres autē Tridētini egregia accōmodatione vſi ſunt ad ſuum inſtitutum verbis Pauli:nā vt ille ex ratione gratiæ integre ſumptæ negat operibus liberi arbitrij omne meritum,ita patres ex ratione gratiæ ſimpliciter,qualis eſt forma iuſtificās negāt meritū ſimpliciter, & riguroſum in operibus,quæ illā antecedunt,maxime in imperfectis diſpoſitionibus,de quibus ſolum agebat,vt cōſtat ex cōtextu,& ſi procedāt ex auxilio gratiæ. Vnde,licet Paulus ea protulerit ad excludēdum omne meritum,neq;ad id excludēdum afferātur à Cōcilio; at ſecundum mētē Pauli accommodatā ſuo inſtituto recte excluſerunt ex ratione gratiæ ſimpliciter,quæ eſt in forma iuſtificāte meritum ſimpliciter.Ex quo conſtat,& Semipelagianos efficaciter conuinci hoc Pauli teſtimonio,& nos euadere vim argumenti contra P.Suarez formati.

Digitized by Google

DISPVTATIO VIGESIMA SEXTA.

DE SENTENTIIS CATHOLICORVM CIRCA cauſam prædeſtinationis ex libero arbitrio.

Diſtincta tribus capitibus.

Caput 1.Scoti,Gabrielis,Durandi,& Caietani ſententiás Semipelagianiſmum ſapere.

Caput 2.Fero iudicium de ſententia Scoti,Ricardi,Gerſonis,qui ponunt diſpoſitionem remotam ex libero arbitrio ad gratiam.

Caput 3.Quid ſenſerit S.Thom.de diſpoſitione ad gratiam ex libero arbitrio.

CIRCA EVNDEM ARTICVLVM QVINTVM S. TH.

Caput I. *Scoti, Gabrielis, Durandi, & Caietani ſententias Semipelagianiſmum ſapere.*

1 DISPVTATIONE ſuperiori accuratè errorem Semipelagianum explicuimus, & refutauimus, eo vero exploſo ad ſententias catholicorum doctorum accedendum eſt:doctrina vero diſputationis ſuperioris apprime neceſſaria eſt ad iudicandum de catholicorum ſententijs: quædam enim, vt videbimus in hoc cap. in errorem Semipelagianum impegerunt.

Obſeruatio 1. Obſerua primo: ſi liberum arbitrium per naturæ vires eſt cauſa alicuius,ſeu aliquorum effectuum prædeſtinationis, ipſius etiam prædeſtinationis eodẽ modo cauſam fore,hoc tetigi ſupra diſp. 23.cap.1.ad finẽ:nam quod in tempore datur propter aliquod opus noſtrum,ab æterno propter tale opus præparatũ a Deo fuit. *Si liberum arbitrium eſt cauſa per proprias vires effectus prædeſtinationis, etiã eſt cauſa prædeſtinationis eius.*

Obſeruatio 2. Obſerua ſecundo; hoc nomen prædeſtinatio æquiuoce ab auctoribus catholicis ſumi: nam aliqui vſurpant pro decreto efficaci dandi gloriam, ita Okamus in 1.diſt.41.q.1.& Gabriel,q.1.art.2.& 3.dub.1. Vnde cum docent eſſe cauſam in homine prædeſtinationis ex meritis gratiæ præuiſis, licet nobis, & Auguſtino aduerſentur, vt docui diſp.23 cap.6. quia negant ſpecialem,gratioſamque electionem gloriæ ante præuiſa merita: at non inciderunt in ſententiam Maſſilienſium, nec ſunt conſtituti in ſtatu controuerſiæ inter Auguſtinum, & Semipelagianos, vt docte obſeruauit P.Vazquez 1.p.diſp.91.cap.3. *Okamus. Gabriel. Nomẽ prędeſtinatio æquiuoce vſurpatũ.*

Obſeruatio 3. Obſerua tertio: quoſdam catholicos doctores duos tantum agnouiſſe prædeſtinationis effectus,ſcilicet iuſtificationem,vſque ad perſeuerantiam,&conſequutionem beatitudinis: vnde prædeſtinationem appellant voluntatem iuſtificandi, & glorificandi. Ex quo conſentanee ad hæc principia poſuerunt cauſam prædeſtinationis,atque primi effectus ex libero arbitrio.Ita Bonauentura in 1.diſt.41. art. 1.q.1.& Iauellus in commentar.in hunc art. 5. hi vero doctores dupliciter ſentire potuerũt, liberum arbitrium eſſe cauſam primi effectus, atque voluntatis eum conferendi, primo, ex proprijs viribus,ſecundo,ex auxilio gratiæ excitantis. Si primo modo ſenſerunt,conſenſerũt Semipelagianis,vt alij catholici,de quibus ſtatim:ſi autem ſecundo modo,licet prædeſtinationem non vſurpauerint ſecundum phraſim Auguſtini:vt eſt principium, atque origo omnis gratiæ à prima vocatione vſque ad glorificationem,& vt à Theologis hodie ſemper vſurpatur: at alieni ſunt à Semipelagiano errore,propterea,quod operi nudi arbitrij non ſubiungunt gratiam.Ego exiſtimo,hos docto- *Bonauent. Iauellus.*

res

Digitized by Google

res hoc ſecundo modo ſenſiſſe, vt conſtat ex Bonauent. in 4. diſt. 15. 1. p. diſtinctionis art. 1. q. 5. vbi de iuſtificatione, ait, dari ex meritis de congruo à gratia profectis, non à ſolo arbitrio. Et licet nihil expreſſerit de prædeſtinatione, eat cum, vt notaui prædeſtinationem vſurpet in diſtinctione 41. pro voluntate iuſtificandi. Idem plane ſenſit de prædeſtinatione, quod de iuſtificatione. Qua ratione docte excuſatur a P. Vazquez 1. p. diſp. 91. cap. 5. à recentioribus, qui non penetrata mente Bonauenturæ iudicarunt, eum veniſſe in Semipelagianiſmum, quod vero nullum ſit errandi periculum in conſtituendo meritum de congruo in ordine ad iuſtificationem ex auxilio gratiæ ſæpe dixi, quia hæc eſt ſententia Auguſtini, vide diſp. ſuper cap. 9. num. 88.

P. Vazq. Bonauentura immerito Semipelagiani erroris notatur.

2 Non ita alij ſcholaſtici vindicari ab hoc errore poſſunt, vt Scotus in 4. diſt. 14. q. 2. §. de ſecundo. Vbi plane affirmat, attritionem bene circunſtantionatam in eſſe moris, eſſe diſpoſitionem ad gratiam, & poſt eam infuſam fieri contritionem, & accipere a gratia meritũ vitę æternæ. Quod loquatur de attritione mere naturali, conſtat primo ex cõtextu, ſecũdo, quia ipſe, ait, difficile alias ſaluari, quod in Deo non ſit acceptio perſonarum, vt refert ſe dixiſſe in 2. diſt. 5. q. 2. & diſt. 7. q. vnica, quæ ratio ſapit ipſum Semipelagianiſmum, quia ſubiũgit gratiam bene operanti ex libero arbitrio; vt cõſtat ex dictis diſp. ſuperiori per totam, & præcipue num. 86. Deinde Gabriel in 1 diſt. 41. q. vnica. art. 3. dub. 1. clare docet infundi gratiam propter bonum vſum tanquam propter diſpoſitionem de congruo: immo addit eundem bonum vſum nõ eſſe effectum prædeſtinationis, & licet diſtinxerit prædeſtinationem proprie à prædeſtinatione large, & dixerit effectum proprium prædeſtinationis ſtricte eſſe vitam æternam, quia ad eam prædeſtinamur: nihilominus prædeſtinationem large ſummit pro integra ſerie gratiarum ex prima vocatione vſque ad vltimam. Qua ratione Auguſtinus diſputans cum Maſſilienſibus prædeſtinationem vſurpauit, & prædeſtinationis ſic ſumptæ cauſam negauit ex bono vſu liberi arbitrij, non præparato ab ipſa prędeſtinatione. Idem ſenſit Gabriel in 2. diſt. 27. q. 1. art. 2. concluſ. 4. & alibi. Durandus etiam in 2. diſt. 28. q. 5. num. 6. expreſſe eamdem ſequitur ſententiam, & licet num. 7. addiderit, prædeſtinatum in peccatum lapſum ſine ſpeciali Dei prouidentia non poſſe ſe præparare ad gratiam, at ſpecialem hanc prouidentiam, quam dicit eſſe propriam prædeſtinatorum, non declarat per infuſionem internæ gratiæ præuenientis, ſed per externam admonitionem, ſeu corporis ægritudinem: ergo hic etiam auctor ſubiungit gratiam bono vſui liberi arbitrij. Idem docuit Caietanus tomo 1. opuſculorum tract. 4. q. 1. §. *ſed occurrit hic non diſsimulãdum dubium*, vbi ſupponit attritionem, ſeu contritionem acquiſitam, quandoque eſſe vltimam diſpoſitionem ad gratiã, in qua re allegat S. Thomam, & ait, rationi cõſonum eſſe, quia gratia perficit naturam, & rationabile eſt, vt diſplicẽtia peccati a nobis acquiſita perficiatur, quandoque ſuprema charitate.

Scotus. Scotus nõ poteſt excuſari.

Gabriel. Nec Gabriel.

Durandus. Nec Durãdus.

Caietanus. Nec Caietanus.

3 Quod auctores hi non tantum Semipelagianis, ſed etiam Pelagianis faueant, facile conſtat ex tota diſp. ſuper. in qua apprime declarata eſt hæreſis Semipelagianorum. Videatur cap. 3. ex quo conſtat, Semipelagianos tãtum poſuiſſe meritum de congruo in operibus liberi arbitrij: ſed doctores hi non ſolum videntur ponere meritum de congruo remotum gratiæ iuſtificantis, ſed etiam vltimam diſpoſitionem, in qua eſt meritum de congruo proximum: ergo plus dediſſe videntur libero arbitrio, quam Semipelagiani.

Deinde argumentor in hunc modum: vel doctores hi loquuntur in homine infideli? & affirmant, eum ſe poſſe per liberum arbitrium vltimo præparare ad gratiam iuſtificantem, vel loquuntur in homine fideli peccatore? ſi primum, ergo conſtituant neceſſe eſt hominẽ infidelẽ habere per vires naturæ fidem, ſpem, timorem, pænitentiã, atque aliquã dilectionẽ Dei prout oportet, vt ei cõferatur gratia iuſtificationis contra Tridentinum ſeſſ. 6. can. 3. in quo directe damnatur error Pelagij: quod vero, ſi loquũtur in homine infideli cõcedere debẽt, ipſum per vires naturæ habere poſſe prædictos actus, vt oportet, cõſtat manifeſte; quia affirmant per vires naturæ ſe vltimo præparare poſſe ad gratiam iuſtificationis: at in vltima diſpoſitione ad gratiam hi omnes actus continentur, vt conſtat ex Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. nam licet actus contritionis, ſeu charitatis ſuper omnia ſit vltima diſpoſitio proxima ad gratiam, at ille procedere debet ex alijs prioribus actibus fidei, ſpei, & timoris, quibus homo vtiliter mouetur, erigitur, concutitur, &c. Lege cap. 8. Tridentini, vbi definitur fidem diuinam eſſe initium, atque fundamentum ſalutis noſtræ, & cap. 6. vbi definitur hominem per fidem ſe ad iuſtitiam diſponere. Hanc etiam fidem Paulus ſæpe docet eſſe donum Dei ſupra vires naturæ, vt ad Epheſ. 2. ad Philipp. 1. ad Hæbr. 10 vbi *ſine fide impoſsibile eſſe placere Deo*: ergo ſi hi doctores loquuntur in homine infideli, & affirmant ipſum per vires naturæ præparare ſe vltimo poſſe ad amicitiam, & iuſtitiam cum Deo, contradicunt Concilio, & Paulo, & in Pelagianiſmum relabuntur: nam negant fidem eſſe donum gratię, & affirmant ſine

Trident.

Ad Epheſ. 2. Ad Phil. 1. Ad Hæb. 10

Digitized by Google

ſine dono gratiæ hominem placere Deo: nam, qui vltimam diſpoſitionem ponit per proprias vires ad iuſtitiam, & ad ineundam cum ipſo amicitiam ipſi placet, vt cõſtat ergo, &c. Hic obſerua, non hæc a me ita vrgeri, vt detrudam hos catholicos doctores in errorem: nam ex locis à me allegatis conſtat ipſos non loqui in homine infideli, ſed in peccatore fideli, de quo dicere poſſunt fide ſuffragãte operari diſpoſitionem illam: at ea notanda duxi pro ſtatuenda vera doctrina, & pro lectore animaduertendo, & in eo ſic vrgentur: nam vel cum dicunt; hunc ex viribus naturæ elicere attritionem, ſeu alium actũ, quo ſe diſponit vltimo ad gratiam, ponunt eum hominem operari per lumen fidei, vel ſolum operari per lumen ſolius naturæ, fide nihil cooperãte, & omnino otioſa? ſi per lumen fidei: ergo motus voluntatis regulatus ab actu fidei, ſeu prudentiæ ſupernaturalis non fuit habitus per ſolas vires naturæ: habuit enim regulam ſupernaturalem ipſum dirigentem, proponentem, atque ordinantem ad finem ſupernaturalem, à qua regula non poteſt non actus ille voluntatis accipere aliquam ſupernaturalitatem, ſiue quo admodum, ſiue quo ad ſubſtantiam, maxime in veriori phyloſophia, quæ docet, affectus voluntatis ſpeciem accipere à propoſitionibus intellectus tanquam ab eſſentiali ratione mouendi, ſeu conditione, ſine qua non. Sed ne ad hoc reuocetur controuerſia demus affectum naturalem purum voluntatis regulari poſſe ab actu ſuper naturali intellectus: atque adeo attritionem illam, in qua ponunt vltimam diſpoſitionem mere naturalem eſſe, & ſi procedat à lumine gratiæ contra eam procedunt, quæ dixi; nam ſi in ipſa eſt vltima diſpoſitio ad ipſam iuſtificationem eſt etiam meritum de congruo: ergo naturæ ex illa parte ſubiungunt gratiam cũ merito de congruo; in quo plane veniunt cum Maſsilienſibus. Hic aduerte, repugnantiam inuolui in ipſis terminis, cũ ex vna parte dicitur attritionem illam eſſe pure naturalẽ, & ex alia procedere à lumine fidei: nam ſi a fide diuina procedit iã pẽdet ab auxilio gratiæ per Chriſtum in quantum fides ipſa eſt donum gratiæ, & influit in attritionẽ: ergo ex hac parte ipſa accipit ſupernaturalitatem, & procedit etiam aliqua ratione ab auxilio gratiæ per Chriſtum. Si autem dicant, operari per ſolum lumen naturæ fide omnino otioſa manente, & perinde ſe gerente in eo ſubiecto, ac ſi in ipſo nõ eſſet, reuera contra ipſos procedunt, quæ diximus de homine infideli: nã homo ille nõ operatur ex fide, nec Chriſtus influit in tale opus tã quã caput in membra, nec tanquam vitis in palmites, nec gratia per Chriſtũ, ita iugiter influit in illud opus, vt virtus ipſius ſemper antecedat

Actus voluntatis ſumit ſpeciẽ a propoſitione intellectus.

commitetur, & ſubſequatur; vt dixit Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 16 ergo opus illud non ex fide procedens, non poteſt eſſe Deo gratũ, aut meritorium. Ad probandum hanc partem adduci poſſunt ex ſacra Scriptura ex Concilio Arauſicano, & Tridentino ex ſummis Pontificibus præcipue Innocentio primo Epiſt. 26. ad Concilium Cartaginenſe, ex Cęleſtino Epiſt. 1. ad Epiſcopos Galliæ cap. 7. & ex Zoſimo, qui affirmant voluntatẽ nihil poſſe celeſtibus præſidijs deſtitutã, quo pacto operatur ille homo fide tantum materialiter, & comitanter ſe habente, legi poteſt de hac re P. Suarez tom. 1. de gratia lib. 1. cap. 19. Vbi doctiſsime probat, nullum opus bonum chriſtiane poſſe fieri ſine gratia. Et tom. 3. lib. 12. cap 7. vbi etiã probat nullum actum eſſe poſſe meritorium, qui non proficiſcatur ex actuali gratia. Quæ doctrina mihi adeo certa eſt, vt exiſtimem, eſſe omnino veram, ac tute negari non poſſe.

Arauſica. Tridentin. Innocent. Concilium Cartagin. Celeſtin. Zoſimus.

P. Suar.

4 Dubitabit aliquis, qua ratione tã grauis error irrepſerit viris tã doctis, atq; catholicis? P. Suarez 1. p. lib. 2. de cauſa prædeſt. cap. 7. excuſat eos a nota hæreſis, quia errauerunt ſine pertinacia. Hæc autem excuſatio maculam ignorantię non abſtergit. Forte ex vno auctore originẽ traxit ea doctrina, & ad plures ſine acriori examine deriuata eſt. Hinc, qui cęco modo vnũ ſequuntur auctorem obnoxij ſunt periculo grauiter errandi: nam ſciẽtia ſingularis doctoribus, quantũuis oculatiſsimi quandoq; deficit. Ego exiſtimo, hos doctores dixiſſe hanc vltimam diſpoſitionem ita haberi per vires naturę quo ad ſubſtantiam actus, vt non excluſerint ſupernaturalitatẽ aliquam in actu quo ad modũ: nam plures ex antiquis doctoribus hũc ſolum modum ſupernaturalitatis agnouerũt, vt notaui, & retuli diſp. 25. num. 35. inter quos ſunt Scotus, Gabriel, Durandus, & Caietanus, cum quibus modo cõtrouertimus. Ex quo fit, eos ſolum affirmare actum quo ad ſubſtãtiam haberi per vires naturę, non excludendo auxilium gratię, à quo producatur modus ſupernaturalitatis, & ex quo ſumat efficaciam merẽdi: in fauorẽ huius expoſitionis adducere poſſumus S. Thomam in 2. diſt. 5. q. 2. ar. 1. vbi in reſponſione ad primum, ait, *quod quamuis liberum arbitrium de ſe poſsit in ſubſtantiam actus; non tamen in formam eius, per quam meritorius eſt*. Et in corp. ſic, ait, *licet ſufficiat liberum arbitrium quo ad actum conuerſionis non ſufficere quo ad efficaciã cõuerſionis ad meritũ; hæc enim eſt per gratiã, quæ actui infundit ſupernaturalitatẽ*: ergo vt S. Thomas hanc videtur ſequutus ſententiam, vt affirmet ſubſtantiam actus elici à libero arbitrio, non tamen, vt ſic habere virtutem merẽdi gratiã, niſi cum ipſe eſt affectus modo ſupernaturali, ſiue phyſico, ſiue morali ex

Quare tot Catholici incidiſſe videãtur in Semipelagianum errorem.

Scotus. Gabriel. Durandus. Caietanus.

Authoris ratio.

S. Thom.

Digitized by Google

ex influxu gratiæ: ita etiã prædictos Theologos excuſare poſſumus, atq; vindicare ab hoc errore. Nam, licet opinio hæc in ſcholis vix audiatur, aut defendatur, nihilominus nõ eſt digna cẽſura Theologica, vt notaui ſupra num. 36. Hæc in gratiam ipſorum dicta ſufficiunt.

5 Hic obſerua; Andreã à Vega lib. 6. in Tridẽtin. cap. 17. ad 20. & Chryſoſtomũ Iauellum in cõmentarijs in hanc q. 23. art. 5. docuiſſe in caſu neceſſitatis extremæ poſſe ſe hominẽ diſponere vltimo ad gratiã iuſtificãtẽ ex ſolo libero arbitrio. Sed hi doctores cũ prioribus annumerãdi ſunt. Primo, quia ſine auctoritate, & ratione dogma fidei limitant. Secũdo, quia licet plures caſus ſint, in quibus deficit, aut prædicationis, aut Sacramẽti miniſter, at ſemper adeſt Deus, & præſto accurrit gratia ſua interna, qua elicere poteſt quicũq; homo, qui fidei Chriſtianæ notitiã habeat actus ſupernaturales proportionatos cum gratia, ad quam diſponitur. Quod ſi aliquando contingere ſolet aliquem hominem moraliter bonum verſari in ignorãtia doctrinæ Euangelicæ, & ipſum conari, quãtum eſt in ſe conſequi vitam æternam, ijs etiã non deeſt largitas diuinæ prouidentiæ, quæ nõ ſemel miraculoſe prouidet miniſtros Sacramenti, vt conſtat ex hiſtorijs patrum Societatis, qui degunt inter gentiles, & Apoſtolice incumbunt eorum conuerſioni. Infra ego commemorabo vnam ex ijs ſingularem, atque admiratione digniſsimam diſput. 34. cap. 2.

Andreas a Vega. Iauellus. *In nullo caſu natura ſe diſponit ad gratiam.*

Caput II. *Fero iudicium de ſententia* Soti, Ricardi, Gerſonis, *qui ponunt diſpoſitionem remotam, ex libero arbitrio ad gratiam.*

6 Sotus. *Quidã naturam ſe poſſe diſponere ad gratiã ſaltem remote.*

SOTVS lib. 2. de natura, & gratia cap. 3. affirmat cõtra Gregoriũ Ariminẽſem viribus liberi arbitrij opus honeſtũ morale fieri poſſe. Et lib. 1. cap. 20. ait, hæc opera honeſta viam ſternere ad charitatẽ, atq; eſſe remotã, ſeu impropriam diſpoſitionem ad iuſtificantẽ gratiam. Et cap. 4 docuerat, nec de cõgruo mereri primũ auxiliũ gratiæ, & cap. 12. hominem infidelem res fidei inuincibiliter ignorantẽ, ſi ius naturæ legitime ſeruet a Deo irradiatũ iri lumine fidei: Sotus in his locis admittit plane diſpoſitionẽ remotã, ſeu mediatã ad iuſtitiã, & immediatam, atq; proximã ad primũ gratiæ auxiliũ. Vnde etiam cogitur admittere cauſam aliquam volũtatis præparantis hoc primũ gratiæ auxiliũ, atq; adeo prædeſtinationis quo ad hũc primũ effectũ, nã quod in tẽpore ex cauſa datur ab æterno ex cauſa præparatũ fuit, vt ſæpe notaui. An vero ſufficiẽter a Maſsiliẽſibus diſceſſerit, quia huiuſmodi diſpoſitioni negat meritũ etiã de cõgruo, in diſcurſu videbimus, hanc eamdẽ ſententiam docet Richardus in 2. diſt. 28. Et Gerſon Alphabeto 24. littera M. ei fauet D. Thomas in 1. diſt. 41. articulo 3. vbi licet neget cauſam volũtatis diuinæ præparantis, atq; prædeſtinantis primam gratiam auxiliatricẽ, cõcedere tamen plane videtur præuiam diſpoſitionẽ ad primam gratiam. Citatur etiã pro hac ſententia Antonius a Pantuſa lib. de prædeſt. & gratia cap. 6. poſt medium.

Ricardus. Gerſon. S.Thom. Pantuſa.

7 Fũdamẽtum huius ſententiæ duabus nititur propoſitionibus: prima, quod homo ſufficiat per proprias vires ad opera moraliter honeſta eliciẽda ſine vllo defectu. Secunda, quod licet cõcedant huiuſmodi operibus aliqualem diſpoſitionem ſaltem remotam in ordine ad iuſtitiã, nihilominus ipſa erit gratia proprie ſupra, ex quo fiet omnẽ prædeſtinationis effectũ, ipſamq; prædeſtinationem gratuito omnino à Deo donari, atq; præparari. Circa primam propoſitionem modo controuertendum non eſt. Ego eam libenter admitto, vt mihi quidem veriſsimam: nam quis ſibi perſuadeat, bruta animalia habere poſſe perfectas operationes ſuarum facultatum, vt generandi, nutriẽdi, ſentiẽdi, & animam rationalẽ habere eas nõ poſſe ſecundũ quod rationalis eſt, ipſamq; neceſſario deficere debere in omni operatione humana, quam exercet, vt homo eſt. Quare enim ſi eadem anima ſine defectu exercere poteſt operationes partis vegetantis, atq; ſentientis, nõ poſſit etiam exercere operationes partis rationalis ſine defectu. Vnde qui bono operi morali dat virtutem merendi ex congruo auxilia gratiæ, naturæ quidem ſubiungit gratiam, & in re affirmare videtur, gratiam propter noſtra merita dari. Vt hoc fugeret P. Vazquez 1. 2. diſp. 189. fuſiſsime docet omne opus morale fieri, ex gratia per Chriſtum. Contra quem P. Suarez grauiſsime diſputat 1. tomo. de gratia lib. 1 fere per totũ, & prius diſputauerat 1. p. lib. 2. de cauſa prædeſtinationis à cap. 10. vſq; ad 18. Nobis modo ſat eſt, eam propoſitionem vt veriſsimam his auctoribus admittere. Secũdam vero propoſitionem ſic probare poſſunt, primo: nam in diſpoſitione, ſeu cauſalitate diſpoſitionis, vt ſic nullum eſt meritum, nec condignum, nec congruum: etenim cauſa diſpoſitiua reducitur ad cauſam materialem, cauſa vero materialis pure phyſica eſt: cauſa autem meritoria eſt cauſa efficiens moralis, & vim habet mouendi voluntatem remuneratoris, aut propter bonitatem intrinſecam, ſeu proportionem operis cum præmio, aut propter aliquam dignitatem perſonæ, quæ in ipſum opus valorem refundat.

Duplex ſẽtentiæ fundamentũ.

Natura poteſt ex ſe opus bonum morale. P. Vazq. P. Suarez.

Digitized by Google

refundat:ergo licet concedant cauſam diſpoſitiuam gratiæ ex bono vſu liberi arbitrij, negare poſſunt omne meritũ,tum de condigno,tum de congruo:hoc vero negato,ſemper retinetur pura ratio gratiæ:ergo huiuſmodi remota diſpoſitio non obſtat rationi gratiæ.

Secundo probatur:quia ipſa natura rationalis habet influxum cauſæ materialis in gratiã, immo,& efficientis phyſice:nam vocatio gratiæ cõtinet actus vitales facultatum intelligẽdi, & volendi,qui ſuapte natura principia intrinſeca petunt : ergo pari ratione actus morales honeſti ab ipſa natura procedẽtes eſſe poſſunt cauſa diſpoſitiua gratiæ abſq; vllo abſurdo.Cõfirmatur : quia licet gratia ſupra naturam ſit: quippe,quæ eã euehit ad ordinem ſuperiorẽ, at ita attemperatur naturæ,vt ab ipſa quodam modo exigatur eleuatio gratiæ,& hæc ex natura ſua eſt eleuatiua inferioris naturæ.Qua ratione Theologi dicunt Angelicæ naturæ perfectiori gratiam intenſiorẽ à Deo inditã fuiſſe,quia nimirum eſt etiam inter illas ſua proportio,quanta eſſe poteſt inter naturam eleuatam,& formam eleuantem:ergo abſq; vllo incõmodo poterit affirmari,hos actus naturæ eleuabilis honeſtos , atq; moraliter perfectos cõducere ad gratiã ſaltẽ,vt remotę diſpoſitiones.

Denique probatur:quia æquum eſſe videtur , vt Deus hominem inuincibiliter res ſupernaturales ignorantem , & proprio lumine bene vtẽtem, illuminet fulgore ſupernaturali, maxime cum ea illuminatio in natura lapſa eleuata prorſus homini neceſſaria ſit ad ſuam fælicitatem comparandam:ergo per bonũ vſum rationis diſponitur homo ad recipiendum gratiam.Quod vero,id ęquum eſſet,docet S.Thomas 1.2.q.114 ar.3.vbi conſiderat opus hominis ſecundũ quod procedit ex libero arbitrio, & ſecundum quod procedit ex gratia.Et affirmat,ſi cõſideretur ſecundum ſubſtantiam operis,& ſecũdum quod procedit ex libero arbitrio;ſic non poſſe eſſe ibi condignitatem propter maximam inæqualitatem ; ſed tamen eſſe cõgruitatem propter quãdam æqualitatẽ proportionis: *videtur enim congruum*, ait, *vt homini operanti ſecundum ſuam virtutem Deus recõpenſet ſecundum excellentiã ſuæ virtutis*:& quidem ſi Deus illum hominem deſereret, ita vt nec ipſi prouideret miniſtrum proponentem res ſupernaturales,nec interius affulgeret lumine gratiæ,iuſte quidem de Deo conqueri poſſet:nã ex ſua parte bono naturæ bene vſus eſt, & ex alia mereri non poteſt,nec gratiam internam,nec externam proponentẽ,& ex alia intermino fælicitatis naturalis ſiſtere non poteſt ratione diuinæ ordinationis ad ſupernaturalem ordinem,& ratione peccati originalis à capite deriuati,quod etiam a ſe excutere non poteſt: *S.Thom.*

ergo ſi Deus huic gratia ſua præſto non eſſet, vt opportunus,atque neceſſarius adiutor, non poſſet liberari à iuſta huius hominis querella: ergo dicẽdũ eſt,hũc hominẽ per bonũ vſum naturæ ſe aliqua ratione diſponere ad gratiam.

Nihilominus probanda nõ eſt hæc ſentẽtia: eam refutat P.Suar.1.p.lib.2.de cauſa prædeſt. cap.7.& P. Molina hic diſp.1.& P.Valẽt.diſp. etiam 1.punct.4.&P.Vazquez hic diſp.91.cap. 10.& ſequentibus,& 1.2.diſp.191.Ego contra illam inſurgo , primo : quia vtitur fundamentis Maſsilienſium, vt conſtat ex ijs,quæ a nobis relata ſunt,in quibus naturæ aliqua ratione gratia ſubiungitur , & non poteſt non ratio puræ gratiæ denigrari , licet hi doctores ſicut,& Maſsilienſes rationẽ gratiæ retineri cõtendant,non obſtante ea diſpoſitione ex parte liberi arbitrij: & quidem ſi Caſsiano daretur hæc ſolum diſpoſitio,in qua,& ipſe locum inuenier libertati, & rationem inæqualis,atq; rationabilis diſtributionis quieſceret ſane,quantumuis ratio meriti eius diſpoſitionis deprimeretur:nam ipſe ſolum volebat , Deum aliquando expectare conatum bonæ voluntatis, occaſionem quærens,vt ſub colore deſiderij,& laboris gratiam conferat ; eam tamen manere gratuitam eo,quod exiguis, & paruis conatibus conferatur,vt ipſe dicebat collatione 13. cap.13.Vide,quæ diximus ex Caſsiano,diſp.25. num.20.& ex Fauſto num.23. 8

Oppoſita ſententia eligitur. P.Suar. P. Molina. P.Valentia. P.Vazq.

Secundo,quia ea diſpoſitio remota , vt ab eius auctoribus ponitur,neceſſario habet aliquam vim meritoriam,aut impetratoriam gratiæ ſaltẽ de cõgruo:ſed Maſsilieſes ſolũ cõſtituebãt ſimilẽ vim meritoriã de cõgruo,aut impetratoriã.ac propterea damnati ſunt:ergo in ea diſpoſitione remota latenter implicatur error Semipelagianorũ.Minor huius argumenti cõſtat ex noſtra diſp.25.c.3.& 8.Maiorem vero ſic probo;cum Deus infideli,qui bene vſus fuit lumine naturæ cõfert primã vocationẽ gratię, vel aliqua ratione mouetur ad cõferẽdã eã ab honeſta operatione morali,quã habuit infidelis ex proprio arbitrio,& offert in obſequium Dei;vel nulla ratione mouetur? Si hoc ſecundũ:ergo Deus ob ſuã bonitatẽ,atq; miſericordiã liberaliter largitur eã gratiã,eodem pacto ac ſi in ſubiecto nõ præceſſiſſet honeſta operatio moralis:ergo illa nullum habuit influxum, aut in voluntatem donantis,aut in ipſam gratiam.Probo hanc conſequentiã, quia aliquid præcedere ad aliud ſufficiens non eſt , vt interea ſit anteceſsio,aut ordo cauſalitatis,niſi vltra anteceſsionẽ, adſit etiã aliqua dependẽtia, & influxus:ergo ſi Deus nulla ratione contulit primam vocationem gratiæ intuitu honeſti operis moralis,nec voluntas diuina ab ipſo opere,quaſi prouocata fuit ad donandã ipſam gratiam 9

Diſpoſitio moralis,licet remota eſt aliquale meritum.

Digitized by Google

gratiam nequaquam dici poteſt diſpoſitio mouens voluntatem Dei.

Effugium. Dices: diſpoſitionem illam exercere ſuam cauſalitatem in ordine ad formam introducendam, nimirum in ordine ad gratiam intriſecã ſubiecto; non verò in ordine ad voluntatem Dei, per quam illam confert.

10 Sed contra hanc ſolutionem eſt doctrina Auguſtini ſæpe à nobis notata, nimirum id, quod in tempore eſt cauſa, quod ipſa gratia recipiatur in ſubiecto, fuit etiam ab æterno cauſa in præſcientia Dei, vt præpararetur ipſi ſubiecto: nam ſi Deus vidit gratiam recipiendam cum dependentia ab illa præuia diſpoſitione, etiam voluit infundere cum illa dependentia: licet enim diſpoſitio illa præuia non ſit diſpoſitio in ordine ad actum liberum Dei, vt ſe tenet ex parte Dei, & eſt ipſe actus neceſſarius in Deo, eſt tamen diſpoſitio ipſius actus liberi, vt ſe tenet ex parte creaturæ, & eam eſſentialiter cõnotat: nam vt gratia non reciperetur in ſubiecto, ſi ab ipſo abeſſet illa diſpoſitio, ita Deus nollet illam recipi, neq; voluntarie infunderet: ergo hoc ipſo, quod ea diſpoſitio exerceat in tempore cauſalitatem circa gratiam non poteſt non eam exercere circa voluntatem conferendi liberam cum limitatione, & explicatione à nobis notata. Vnde Auguſtinus lib. de Prædeſtinat. Sanctor. cap. 10. hoc aſsignat diſcrimen inter prædeſtinationem; & gratiam, quod illa eſt huius præſcientia, & præparatio, hæc vero eſt ipſa donatio: ergo quod eſt realis cauſa donationis temporalis, fuit etiam cauſa ſuo modo prædeſtinationis, vt eſt actus liber eſſentialiter cõnotans ipſam gratiam. Si ſecundum: ergo in ipſo opere honeſto moraliter non ſolum eſt vis cauſandi phyſica diſpoſitiua, ſed etiam moralis per virtutem meritoriam, aut impetratoriam: etenim quotieſcũq; agens liberum mouetur ad præmium dandum propter opus honeſtum in obſequiũ eius oblatum, ſi mouetur rationabiliter agnoſcere debet in ipſo opere honeſto aliquam bonitatẽ, aut in perſona ſic operante aliquam dignitatẽ, ratione cuius cõgruũ eſt, atq; decens, vt propter talem bonitatem, & dignitatem ei detur donum, quod deſiderat, & impetrat.

Præcluditur ex Auguſtino.

Auguſtin.

11 Tertio argumentor ſic; & pono bonũ opus, quod fit ab infideli, aut eſſe fidem Dei vnius, aut deteſtationẽ alicuius peccati: & pono hæc opera ab ipſo ſine libertate præſtita. & peto, an ne in huiuſmodi operibus ineſſet vis cauſandi diſpoſitiua, vel non? Doctores, cum quibus diſputamus, plane docent in opere non libero no eſſe rationem diſpoſitionis remotæ; vt cõſtat ex argumentis, quæ à parte ipſorum formauimus: ergo ad rationẽ diſpoſitionis neceſſaria eſt in actibus libertas, atq; honeſtas moralis. Ex quo ego infero, cauſalitatẽ eorum actuum non eſſe pure phyſicam ſimilem alijs phyſicis diſpoſitionibus, vt ei, quæ eſt in calore vt octo ad formam ignis; in certa qualitatum primarum tẽperie ad mixtum, & in diſsimilari, difformiq; organizatione ad viuẽtia: nam ad phyſicã diſpoſitionẽ ſolũ requiritur vt ſubiectũ, quod diſponit informet; non autẽ quod introducatur forma actione libera, atq; honeſta, id, quod clarius eſt ſi admittis libertatẽ non eſſe actui eſſentialem: nã tũc actus liber, & nõ liber eiuſdẽ rationis ſunt: ac proinde pariter diſponent, ſi cauſalitas ipſorum eſt mere phyſica. Sed neq; ex hoc pendet efficacia huius rationis: nec enim Doctores hi ponũt actus hos eſſe diſpoſitionẽ propter differentiam phyſicam, quæ eſſe poteſt inter actũ liberum, & non liberum; ſed propter honeſtatem moralẽ, quæ eſt in libero, & qua caret non liber: ergo non poſſunt non tribuere Doctores præfati actibus illis diſponentibus cauſalitatẽ aliquam moralem erga Deum: ac ſubinde neceſſario debent conſtituere vim merendi aliqualem, licet exiguam. Quod ſi hanc tribuant, relabuntur in Maſsilienſes, & eodem modo confutãdi ſunt, quo ipſos refutauimus diſp. 25. cap. 8.

12 Deniq; contra prædictã ſententiã argumentor ſic: nam vel ea opera honeſta per vires naturæ ſunt proxima diſpoſitio ad primum auxiliũ gratiæ ex ipſorum natura, vel ex ordinatione, aut promiſione Dei? neutrum iſtorum dici poteſt: ergo non ſunt diſpoſitio. Non primum; nã ipſa quatenus continentur intra ordinem naturæ improportionata ſunt ad diſponendum ſubiectũ ex ſe, etiam inferioris rationis in ordine ad formã ſuperiorem; hoc enim eſt munus diſpoſitionis proprium, quod inhærens ſubiecto ex ſe male aptato, & inter poſita inter ipſum, & formã illud aptant, & ita modificant, vt idoneum ſit ad recipiendã formam. Quod ſi in ipſis diſpoſitionibus eſt tanta improportio, ac in ſubiecto, vt eſt in actibus mere naturalibus, tale munus præſtare nequeunt.

Dices, ſecundũ probabilẽ ſententiã primum gratiæ auxilium nõ eſſe quo ad ſubſtantiam ſupernaturalem, ſed naturalẽ: ergo actus honeſti morales non ſunt improportionati in ordine ad primum gratiæ auxilium. *Effugium.*

13 Sed contra primo: ego verius puto, omnem ordinem ſupernaturalẽ à prima vocatione vſq; ad vltimum actum, qui exercetur in noſtris facultatibus intelligendi, & volendi quo ad ſubſtantiam ſupernaturalem eſſe; de quo alibi: ſed ne ad hoc, quod minus certum eſt, reuocetur argumenti efficacia. Contra ſecundo negat nullus eſſe in primo gratiæ auxilio ſaltem modum ſupernaturalem, ſiue phyſicum, ſiue moralem, abeoque tanquam à forma eleuari noſtros actus

Præcluditur.

Omnis actus, qui ſpectat ad gratiã eſt quo ad ſubſtantiam ſupernaturalis.

Digitized by Google

actus ad ordinem ſuperiorem: ergo ſaltem ſecundum hanc rationem actus honeſti morales præcedentes proportionati ſunt: nec refert eſſe proportionatos primæ vocationi gratiæ ſecundum ſubſtantiam: nam ſi à prima hac vocatione circumſcribas modum ſupernaturalem eleuantem, etiam ipſa manebit intra ordinem naturæ, neq; erit vocatio gratiæ, ſed ſpeciale beneficium pertinens ad ordinem naturæ. Vnde, & ſi demus in eſſe in illis actibus vim diſpoſitiuam, atque meritoriam non ſolum de congruo, ſed etiam de condigno in ordine ad primam illam vocationem nudatam modo illo ſupernaturali, non habet, quod intendunt; ſed tantum, quod apud omnes in confeſſo eſt, nimirum hominem per vires naturæ mereri poſſe alia dona, atque beneficia naturalia. Contra tertio: cum dicis actus honeſtos præuios in quantum ſunt diſpoſitiones eſſe proportionatos cum prima vocatione gratiæ, quia ſecundum ſubſtantiam naturalis eſt: vel loqueris de illa in quantum inſeparabiliter habet ſibi coniunctum modum ſupernaturalem eleuantem, vel de ipſa ſolum ſecundum ſe, vt conſideratur cum indifferentia, aut præciſione admodum, vel ad negationem modi. Si primum, ergo iam ponis diſpoſitionem ex natura ad vocationem, vt affectam modo ſupernaturali: atq; adeo incidis in inconueniens in proportionis inter diſpoſitionem, & formam, propter quod vitandum dicebas, poſſe actum naturalem non obſtante improportione eſſe diſpoſitionem ad primam gratiæ vocationem; quia hæc ſecundum ſubſtantiam naturalis eſt: nam vt hic deuoras improportionem comparatione modi; ita poteras admittere, actus morales bonos eſſe diſpoſitiones ad primam vocationem gratiæ quo ad ſubſtantiam ſupernaturalem, nihil impediente improportione. Si ſecundum: ergo ruit tota ſententia horum doctorum: quia ponunt diſpoſitionem præuiam ad auxilium gratiæ, vt gratiæ eſt: ſed ad ſpecialiores concurſus indifferenter ſe habentes, atq; præciſiue in ordine ad gratiam, aut in ordine ad naturam.

Naturæ actus non diſponunt phyſice ad gratiam.

Nec ex pacto Dei.

Nec etiam ſecundum; videlicet hos actus eſſe diſpoſitiones ex promiſſione diuina: primo, quia vel ea promiſſio, aut ordinatio facta fuit à Deo intuitu ipſius diſpoſitionis propter illam conſentaneè ad vim meritoriam, aut impetratoriam, quam videbat ipſis in eſſe: vel ſolum merè gratuito nulla habita ratione bonorum operum, perinde ac ſi non eſſent in ſubiecto. Si primum; ergo in ipſis operibus inuenit Deus aliquod meritum, vel aliquale fundamentum merendi ratione cuius ipſos ordinauit ad gratiam, aut propter quos ipſam promiſit: ergo non tantum ſunt diſpoſitiones quaſi phyſicæ, ſed etiam cauſæ morales mouentes Deum: atq; adeo gratia ſubiungitur naturæ propter vim naturæ, qui eſt Caſsiani, & Fauſti error. Si ſecundum: ergo ipſi actus non ſunt diſpoſitio, nec habent aliquam cauſalitatem, aut in gratiam, aut in voluntatem præparantem Dei, vt dicebam ſupra in ſecundo argumento.

14 Secundo: quia licet ſcriptura doceat per eleemoſynas peccata redimi, & qui miſericordiam faciunt miſericordiam conſequuturos, vt Matthæi 8. *beati miſericordes, quoniã ipſi miſericordiam conſequentur*, & licet humili orationi promiſſa ſit iuſtificatio, Lucæ 18. in publicano illo, qui deſcendit iuſtificatus, de qua re legi poteſt Auguſt. Epiſt. 89. q. 4. & Amb. ſerm. 35. qui eſt inferiam 4. poſt Dominicam primam Quadrageſsimæ, & elegans teſtimonium Pauli ad Hebreos 13. ibi, *beneficentiæ autem, & communionis nolite oblibiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus*, in quibus verbis beneficentiam diuitum in pauperes appellat communionem, aut quia bona diuitum fiunt communia cum pauperibus, aut quia vtrinq; tam dantis, quam accipientis bona communia fiunt, quia ſcilicet dans dat ſua terrena, & ab accipiente recipit preces, & benedictionem, & alia ſpiritualia bona. Hic nota Caluinum, & Bezam calumniari in noſtrum interpretem, quod male, & barbare vertit *promeretur*: ſed ex græco idem eſt *promeretur*, ac conciliatur, & placatur: ac conſequenter prouocatur, & inducitur Deus ad benefaciendum his, qui in alios ſunt benefici; vt notant Chryſoſtomus, & Theophylactus, & in alijs locis, vt Tobiæ 4. & 12. Eccleſiaſt. 3. & 7. Matthæi 6. Marci 11. Lucæ 6. & alias: at promiſsio facta his operibus pietatis non eſt intelligenda niſi ipſa fiant chriſtianè, hoc eſt ex gratia per Chriſtũ vt dixit Paulus 1. Corinth. cap. 13. ibi, *ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt*. In quibus inſignem eleemoſynam non procedentem ex fide, & charitate nihil prodeſſe, ait, idẽ expreſſit Matth. cap. 10. ibi, *qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, & quicumq; dederit potum aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli*, hoc eſt, quia Propheta, quia iuſtus, quia Chriſti diſcipulus, vt explicat Maldonatus, & alij. Similia teſtimonia habes Marci, & Lucæ 9. Itẽ Matthæi 25. vbi Chriſtus Dominus in ſua perſona ponit exemplũ cui facienda eſt eleemoſyna, vt opus miſericordiæ ſit meritorium vitæ æternæ, ſignificans habere debere reſpectũ ad ordinem ſupernaturalem: nã ſubleuatio facta Chriſto Domino, ideſt homini, & Deo, obiectũ habet ſupernaturale, & licet P. Vazquez 1.2. diſp. 117. alio modo

Matth.8. Lucas.18. Auguſt. Ambroſ. Ad Heb.13. Caluinus. Beza. *Calumnia Caluini, & Beza erga verbum* promeretur. Chryſoſt. Theophil. Tob.4.&12. Eccleſ.7.& 7. Matth.7. Marc.11. Luc.6. 1.Corin.13. Mat.10. Marc.9. Luc.9. Matth.25. *Promiſſio facta operibus bonis intelligẽda cum fiunt ex gratia.* P.Vazq.

Digitized by Google

modo explicet hæc teſtimonia: at hæc noſtra ipſorum intelligentia, & communis patrũ, & ſolida eſt, ex qua fit bona opera moralia ex ſola natura profecta, non habere eſſe diſpoſitiones ad gratiam ex diuina promiſsione: ergo nec actus hi ſunt diſpoſitiones ad gratiam ex propria ipſorum natura, neq; ex diuina promiſsione: ac ſubinde ſententia, quam impugnamus ſine firmo nititur fundamento.

Qui admitteret, naturam ſe diſponere ad gratiã cõgruã peccaret cõtra Paul.

15 Hic obſeruãdũ eſt inter primas vocationes, alias eſſe cõgruas, alias nõ cõgruas. quæ hucuſq; diximus probant plane, bona opera moralia ex libero arbitrio nõ eſſe diſpoſitiones, nec ad gratias cõgruas, neq; ad nõ cõgruas: obſeruãdũ tamen eſt, eum, qui diceret ei diſpoſitioni infallibiliter annecti à Deo gratiã aliquam congruã grauius peccaturũ: Nam ratione illius præcipue dixit Paulus, *non eſt volentis, neq; currentis*, ſed miſerentis eſt Dei. hanc etiam vocationẽ (ait) Auguſtinus in Inchirid cap. 32. eſſe ſecũdum propoſitum, & procedentem ex ſpeciali electione, & conferri à Deo antequã quid quã boni, aut mali prædeſtinatus egiſſet; vt fuſe explicui diſp. 23. cap. 5. & 6. ex Paulo, & Auguſtino tantũ ergo beneficium ſubiungere humano labori eſſet error intollerabilis, & ponere cauſam propriſsimã prædeſtinationis quo ad primum effectum in quo tota cõtrouerſia verſatur inter Auguſtinũ, & Maſſilienſes: nã poſteriores effectus prædeſtinationis ex gratia præueniẽte priori cauſam meritoriã habere poſſunt, & habent. Vnde, licet inter gratiam congruam, & nõ congruam phyſicũ diſcrimen non ſit, ac propterea forma, quæ eſt diſpoſitio ad gratiam non congruã, poſsit eſſe etiã diſpoſitio ad congruam, ſi tantũ conſideremus naturas phyſicas: at attendendo ad principia fidei, & modũ loquẽdi Pauli, atq; Auguſtini maioris momenti error eſſet affirmare nos præparare poſſe ex libero arbitrio ad gratiã congruã determinatè, hoc eſt ad illã vocationẽ, quã Deus prænonit ſortituram effectũ. Maxime, cũ licèt hæc diſpoſitio ſit remota, atq; mediata in ordine ad gratiã ſanctificantem: at nõ poteſt non eſſe proxima, & vltima in ordine ad primã vocationem. Ex quo fit

Auguſtin.

16 ſecundum principia horum doctorum, Deum aliqua ratione teneri ad infundendam primam vocationem congruam: nam vltimæ diſpoſitioni poſitæ debetur ſtatim forma in eodem durationis puncto ex lege naturæ, ſeu debito connaturalitatis, vt docet concors phyloſophorum ſententia in omni phyſica vltima diſpoſitione ad formam ſubſtantialem, quæ vel ab agente ſecundo, vel à primo introducitur in eodem temporis momento, quo ſubiectum vltimo diſpoſitum eſt: ergo cum hi Doctores fateantur, bona opera libera moralia ex libero arbitrio eſſe proximam, atq; vltimam diſpoſitionem ad primam vocationem gratiæ, coguntur cõſenraneè ad ſua principia cõcedere, Deũ obligari ad infundendam aliquam primam vocationem in eodem temporis momento, quo videt poſitam eſſe diſpoſitionem hanc vltimam: ergo ſi loquantur determinatè de vocatione congrua, dicere debent, eam alligatã eſſe ex lege infallibili diſpoſitioni humano conatu poſitæ, in quo ſanè recidunt periculoſe, in errorem Maſsilienſium: nam vt dixit S. Proſper lib. contra collatorem, cap. 6. *velis, nolis conuinceris dicere gratiam Dei ſecundum merita dari, cum aliquid ex ipſis hominibus præcedere affirmas, propter quod gratiam conſequatur: non enim nullius meriti haberi poteſt petentis fides*: pariter ego contra hos Doctores affirmare poſſem, velint, nolint conuinci dicere gratiam Dei ſecundum aliquale noſtrum meritum dari, cum aliquid ex hominibus præcedere affirmãt, ſiue vocẽt diſpoſitionem, ſiue meritum, ad quod gratia conſequatur, maxime cum oſtenderim ſupra num. 7. in hac ipſorum diſpoſitione, & meritum, & rationem cauſe moralis incluſam eſſe. Ad hoc egregia habet verba Proſper lib. contra collatorem, cap. 8. vbi nomine Caſsiani explicantis illud Pauli, *non eſt volentis, neque currentis, &c.* & illud ad Philipp. 2. *Deus eſt enim, qui operatur in nobis*, ſic ſcribit, *in his omnibus, & gratia Dei, & libertas noſtri declaratur arbitrij, & quia etiam ſuis interdum motibus ad virtutum appetitus poſsit extendi, ſemper verò a Domino indigeat adiuuari. Neque enim cum voluerit quis ſanitate perfruitur, aut de ægritudinis morbo pro arbitrij ſui deſiderio liberatur.* Hæc verba profert Proſper, vt ea reiciat cum tamen, ſententia, quam impugnamus, non ſolum ei conſentiat, in quãtum dicit hominem proprijs motibus liberi arbitrij, hoc eſt, actibus moralibus ſe extendere ad virtutem appetendam, & poſtea à Domino adiuuari, ſed etiam ſupra Caſsiani ſententiam amplius concedunt huic diſpoſitioni liberi arbitrij: nam ipſi annectunt 17

Proſper. *Proſperi duo præclara teſtimonia.* *Philip. 2.*

primo gratiæ auxilium cum vltima diſpoſitione in ipſo temporis momento: Caſsianus vero, ait; *non ſtatim ſanitate perfrui: cum voluerit quis, aut pro deſiderio arbitrij ægritudine liberari.* Præterea hæc ſubdit Proſper verba nomine Caſsiani, *etiam per naturæ bonum, quod beneficio creatoris indultum eſt, nonnumquam bonarum voluntatum prodire principia, quæ tamen niſi a Deo dirigantur ad conſummationem virtutum peruenire, non poſſunt.* Ecce Caietanus à Proſpero reprehenditur, quod concedat principia bonæ voluntatis ex libero arbitrio, quæ indigent à Deo dirigi, atque eleuari per gratiam: ergo cũ Doctores hi ponant vltimam diſpoſitionem ad primam vocationem gratiæ, ponunt ſanè principia ex ſe, quæ indigent

Caſsianus. *Verba Proſperi in Caietanum.*

Digitized by Google

gent diuina directione, atq; eleuatione: ergo in eadem ſunt cauſa cum Caſsiano. Porrò cap. 16.ſic refert Proſper ex Caſsiano, *nam cum viderit nos Deus ad bonum velle deflectere, occurrit, dirigit, atque cõfortat.* Hoc ipſum affirmant hi Doctores: ergo ſecundum Proſperi iudicium cum Caſsiano ſentiunt. Prætermitto alia, quibus id ipſum poſſem oſtendere.

18 At dicat aliquis; hos Doctores non alligaſſe primam vocationem gratiæ eidem temporis momento, quo Deus videt diſpoſitionem illam ex parte noſtra poſitam eſſe; ſed ſemper integrum Deo eſſe, aut ſtatim infundere primam gratiæ auxilium, aut infuſionem differre.

Effugium.

Præcluditur.

Sed neq; hoc eos liberat, primo, quia etiam Caſsianus concederet, non alligari in eodẽ momento temporis gratiæ adiutoriũ ad conſummationẽ virtutũ, dum ei daretur initiũ, aut occaſio ex nobis: neq; enim error ipſorũ cõſiſtebat in eo, quod tẽpore cõiungerentur conatus noſtri, & adiutoriũ gratiæ, ſed in eo, quod propter conatus noſtros à Deo cõiungeretur gratia ſiue cum aliqua dilatione, ſiue cũ nulla; vt conſtat ex teſtimonijs immediate ex Proſpero allegatis, & ex fuſe dictis diſp.25.cap.3 4.& 5.

Secundo; quia ſi Deus poteſt differre infuſionem primæ vocationis gratiæ etiam poſita diſpoſitione ex parte noſtra: ergo ea non habet cauſalitatẽ vltimæ diſpoſitionis purẽ phyſicam, vt dicebat Sotus in principio huius capitis: etenim cauſalitas vltimæ diſpoſitionis coniunctam habet tempore ſibi formam, pro qua diſponit, vt notabam paulo ante: ergo cauſalitas honeſtarum operationum noſtrarum erit moralis, & influent immediate in diuinam voluntatem illas acceptantem, & pro tempore, placito Deo, præparantem vocationes gratiæ intuitu noſtrorum operum moralium; ac ſubinde, non poſſunt vitare meritum de congruo, in quo Semipelagianus error ſitus eſt: vt conſtat ex cap.3.

19 Ad primum argumentum diſtinguo antecedens, in cauſalitate diſpoſitiua, vt ſic, vt eſt ratio vniuerſalis, & communis diſpoſitioni phyſicæ, per qualitates primas, aut ſecundas, & diſpoſitioni morali, per actus moraliter honeſtos, non eſt meritum de congruo, aut de condigno; concedo: in cauſalitate verò propria actuum moralium honeſtorum qualiter ponitur ab his Doctoribus, non continetur meritum de congruo, nego. Etenim in his actibus tota ratio diſponendi ſubiectum eſt libertas, atq; honeſtas actuum, non entitas phyſica phyſice conſiderata ipſorum: ergo diſpoſitio hæc, vt hæc eſt, non præſcindit à cauſalitate morali per meritum, vt conſtat ex diſcurſu, ac præcipue ex ſecundo argumento

Ad 1. Solutiones ad argumenta.

contra illam ſententiam. Verum eſt ad meritum de congruo neceſſarium eſſe, quod actus ſit proportionatus in bonitate ſua cum præmio, vel quod perſona aliqua dignitate prædita ſit, quæ etiam præmio reſpondeat: at ex hoc tantum fit naturam quantumuis bene vtatur bono naturæ, non poſſe mereri de congruo res ſpectantes ad ordinem ſupernaturalem; non tamen efficitur actus bonos à natura eſſe diſpoſitiones, quia etiam in his ſua proportio cum forma neceſſaria eſt, vt expendebamus num. 7. ratione vltima pro concluſione. Itaque probant partem negatiuam, nimirum nullum eſſe meritum de congruo in operationibus moralibus noſtris: nõ vero partem poſitiuam, nimirum eas eſſe diſpoſitiones.

Ad ſecundum, concedo antecedens, & nego conſequentiam. Incommodum, quod conſequens continet, ſatis declaraui in diſcurſu capitis. Ad cõfirmationem, concedo eſſe illũ modum proportionis inter naturam, & gratiam, qui in ea explicatur: nego verò inde fieri actibus noſtris concedi poſſe valorem aliquem meritorium, aut vim diſponendi, quæ in noſtro caſu coincidit cum merito; vt fuſe declaraui in refutatione huius ſententiæ. Verum eſt rationem ſolidam noſtræ ſententiæ, non tam deſummi à principiis phyloſophiæ, quam à principijs fidei: etenim ratio, quæ ſumitur ab impropotrione, non difficilem haberet ſatiſfactionem, niſi vrgerent definitiones Eccleſiæ ſatis à nobis declaratæ, diſp.25.cap.8. Eis verò ſuppoſitis vtimur phyloſophia non contemnenda, vt deſeruiat fidei diuinæ. Ad 2.

Tertium argumentum petit explicationem difficilis quæſtionis, videlicet quo pacto ſe gerat Deus cum facienti quantum eſt in ſe viribus naturæ, & quam ſit diuinæ bonitati, atque æquitati conſentaneum ipſum non deſerere, ſed præſto ad eſſe gratia ſua; de qua re fuſe diſputo ſequenti diſputatione, in qua ſententiam quandam P. Molinæ à multis acriter impugnatam diſcutio, & quantum habeat probabilitatis radicitus explico. Ea verò conſtituit pactum quoddam, ſeu legem infallibilem inter Chriſtum, & Patrem, quo Pater ſe obligauit propter merita Chriſti conferre auxilium gratiæ homini facienti quantum eſt in ſe, non propter merita, aut diſpoſitiones bonorũ operum moraliter honeſtorum, vt dicebat ſententia hæc, quam modo impugnamus; ſed propter merita ſolius Chriſti, ita vt comparatione Chriſti Domini illa gratiæ elargitio non ſit liberalis, ſed remuneratoria; comparatione vero hominis facientis quantum eſt in ſe, cui tribuitur, ſit omnino gratioſa. 20 Ad 3.

Reſtabat etiam duobus teſtimonijs S.Thomæ

Digitized by Google

mæ ſatisfacere, quæ ex aduerſa parte propoſuimus, in quibus Angelicus Doctor videtur ſignificare liberum arbitrium ex ſe poſſe ſe diſponere ad gratiam. Verum quia lego in D. Thoma difficiles locos, atque inter ſe non omnino cohærentes, ideo eius mentem diſquirendam putaui in capite ſequenti.

Caput III. *Quid ſentiat D. Thomas de diſpoſitione ad gratiam ex libero arbitrio.*

21 *1. Teſtimoniũ S. Tho. pro diſpoſitione ad gratiã ex natura.*

QVIA S. Thomæ doctrinam religioſe colo, & reuerenter veneror, pro ſtudio, quo erga ipſum afficior, opere pretium duxi in re tam graui, tanti Doctoris mentem indagare: nam ſi verum eſſet, vt aliqua eius teſtimonia ſonare videntur ipſum conceſiſſe ex libero arbitrio diſpoſitionem ad gratiam, videretur comprehenſus inter auctores, quos confutaui cap. 2. & quia precipua confutatio in eo innititur, quod reduci videantur ad eumdem errorem, in quo Maſſilienſes fuerunt, ſi S. Thomas ei ſententiæ fauet, nõ omnino erit ab illa macula mundus. Ex diſcurſu huius capitis, & ex varijs teſtimonijs inter ſe collatis mens D. Thomæ in hac re nobis affulgebit Deo dante: atque in primis in 1. diſt. 41. art. 3. in quo D. Thomas inquirit, vtrum præſcientia meritorum ſit cauſa prædeſtinationis. (S. Tho.) Et in corpore articuli diſſertè declarat, qua ratione opera noſtra meritoria nullo modo cauſa ſint prædeſtinationis diuinæ, vt ſe tenet ex parte Dei, quia de eſſentia prædeſtinationis, vt ſic eſt præſcientia, & voluntas ſalutis aliquorum; at nec præſcientia Dei, nec voluntas ſimiliter pendet ab obiectis. Deinde comparans effectum prædeſtinationis, nempe gratiam, cum operibus noſtris ſic, ait, *ſed hæc cauſa in quibuſdam habet completam rationem cauſæ, & ſufficienter inducit effectum, quandoque vero eſt tantum diſpoſitio; ita etiam ad duplicem effectum prædeſtinationis diuerſimode ſe habet noſtra operatio, quia opus meritorium informatum gratia eſt cauſa meritoria gloriæ; ſed opus bonum præcedens gratiam, non eſt cauſa meritoria eius, ſed ſolum diſpoſitio quædam. Vnde patet, quod prædeſtinatio cauſam non habet, ſed habet rationem ex parte effectus ſecundum quã rationalis, & iuſta dicitur.* In his verbis dupliciter ſignificat opus ex ſolo libero arbitrio eſſe diſpoſitionem ad gratiam. Primo, cum, ait, non eſſe cauſam meritoriam, ſed ſolum diſpoſitionem quandam: nam, vel loquitur de opere procedente ex motione gratiæ auxiliantis, vel ex ſolo libero arbitrio: ſi de priori dicere debuiſſet, non tantum eſſe diſpoſitionem quandam ſaltem remotam, ſed etiam cauſam meritoriam: nam omne bonum opus noſtrum ex fide, & ex iugi auxilio gratiæ per Chriſtum procedens eſt meritorium, ſaltem de congruo gratiæ vlterioris, ac demum iuſtificationis: vt ſæpe in ſuperioribus docuimus ex Auguſtino, & ex veriori ſententia: ergo cum D. Thomas neget, tale opus eſſe cauſam meritoriam, & affirmet eſſe tantum diſpoſitionem, plane loqui videtur de opere profecto ex ſolo arbitrio: ergo concedit diſpoſitionem quandam ad gratiã ex nudo arbitrio, ac ſubinde conſentit auctoribus, quos cap. 2 refutauimus. Secũdo, id ſignificat cũ (ait) prædeſtinationẽ habere cauſam ex parte effectus, ſecundum quam ipſa rationalis, & iuſta dicitur, in quo conſentire videtur fundamẽto Maſſilienſiũ, qui vt defenderent à Deo dona ſuæ gratiæ diſtribui rationabiliter, putarunt, neceſſariũ eſſe ex parte noſtra ponere initiũ aliquod, ſeu occaſionẽ aliquã gratiæ elargiendæ. ergo videtur S. Thomas conſenſiſſe in hac ratione Caſſiano, & Fauſto Regienſi. Etenim ſi prædeſtinatio, nõ haberet rationẽ ex parte effectus petitam ex ſolo libero arbitrio, ſed ex auxilio gratiæ, non redderet ſufficientẽ rationẽ rationalis, & iuſtæ prædeſtinationis ex parte effectus: nã ad primũ effectum gratiæ non præſupponeret ex parte ſubiecti aliquam cauſam quare huic ipſum Deus impartiret, nõ illi: ergo, aut ratio D. Thomæ ſolida nõ eſt, aut ex parte liberi arbitrij cõcedit diſpoſitionẽ, ſeu rationẽ aliquam ad primũ effectum prædeſtinationis.

Secundum teſtimonium ſumitur ex 2. ſent. q. 2. art. 1. vbi tractat S. Thomas; an Angeli indiguerint gratia adhoc, quod cõuertantur in Deũ. Et in corpore articuli refert ſecundũ quorumdã opinionẽ duplicẽ gratiam neceſſariã eſſe ad conuerſionẽ meritoriã, aliã gratũ facientem, aliam gratis datam, *à qua*, inquit, *elicitur ſubſtantia actus, & quæ liberum arbitrium inclinat ad volendum.* De hac opinione ſic iudicat D. Thomas, *ſed iſtam gratiam ponere non videtur neceſſarium, niſi ipſa libertas arbitrij gratia dicatur, quæ proculdubio nobis à Deo eſt, vel aliquæ occaſiones, quæ quandoque dantur hominibus a Deo ad conuerſionem, vt inſtructio legis, & caſtigatio ad humilitatem, & alia huiuſmodi, ſine quibus tamẽ poſsibile eſt gatiã cõſequi, quia ſi homo facit, quod in ſe eſt, Deus dat ei gratiã.* In his verbis impugnãs opinionẽ, quã retulerat affirmat plane ad conuerſionem, quo ad ſubſtãtiam actus nullã eſſe aliã gratiam neceſſariam præter 22 *2. Teſtimonium ad idem.*

Digitized by Google

liberum arbitrium, & præter occaſiones ad ſe conuertendum, quæ extrinſecæ ſunt, vt ibi D. Thomas explicat. Et ſuam proferens ſententiā, plane affirmat illum actum à tali principio elicitum, eſſe diſpoſitionem ad gratiam per hæc verba, *& ideo aliter eſt dicēdum, quod ad elicien dum actum conuerſionis ſufficit liberum arbitriū, quod ſe ad habendam gratiam per hunc actū præparet, & diſponat*. In his verbis expreſſiſsime agnoſcit diſpoſitionem ad gratiam ex ſolo libero arbitrio, ſine præueniente alio comprincipio gratiæ: & poſtea in diſcurſu id explicat ex phyloſophia exēplo alterationis, & generationis: nam vt ad alterationem vltimo diſponentem neceſſario ſequitur generatio ſubſtātialis formæ; ita (inquit) S. Thomas ad conuerſionem ex libero arbitrio tanquam ad diſpoſitionem ſequitur infuſio gratiæ à Deo, apprime diſtinguens in ipſa conuerſione rationem diſpoſitionis à ratione meriti: dicens hanc habere à gratia infuſa, illam vero a libero arbitrio: quod etiam explicuit in reſponſione ad primum per hæc verba, *ad primum dicendum, quod quamuis liberum arbitrium de ſe poſsit in ſubſtantiam actus, non tamen in formam eius, per quam meritorius eſt*, vbi formam appellat gratiam.

23 Tertio, in eodem 2. diſt. 28. q. 1. art. 4. eam

3. *Ad idē*. tradit doctrinam, & fuſe probat: nā inquirit, *vtrum homo poſsit ſe præparare ad gratiam ſine aliqua gratia*, & proponens argumēta cōtra ſententiā propriā proponit probandū, *quod homo non poſsit ſe præparare ad gratiam ſine aliqua gratia*. Ecce mens D. Thomæ erat ſequi contrariam ſententiam. Vnde in argumēto, ſed cōtra adducit illud Zachariæ, *conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*, vbi expendit eam conuerſionem, quam Deus à nobis exigit eſſe præparationem ad receptionē gratiæ. Ex quo infert hanc conſequētiam: *ergo hoc primo à nobis exigitur, vt ad gratiam præparemur, quā quod Deus ad nos gratiā infundendo cōuertatur* Deinde allegat Anſelmum dicentem; ideo Deū non dare nobis gratiā, quia homo non vult accipere: ex quo infert: *ergo ſi homo vult accipere Deus eam dabit*: ſed illud, quod in voluntate hominis conſtitutum eſt, in poteſtate liberi arbitrij eſt: *ergo in poteſtate liberi arbitrij eſt, vt homo ad gratiā ſe præparet*. Et iuxta hæc in corpore articuli decidit quæſtionē, diſtinguens duplicē gratiam. Primā, ait, eſſe, *quodcumq; excitatiuum voluntatis exhibitum homini ab ipſa diuina prouidentia, quā omnibus rebus gratis impendit ex ſua bonitate*. Secundam, donum habitnale in gratia receptum: concedit hominem non ſe poſſe præparare ad gratiam, ſine gratia priori modo accepta, quia omne motum neceſſe eſt ab alio moueri; explicās verò quo pacto Deus moueat hominem ſic, ait, *ſiue ſit admonitio hominis vel ægritudo corporis, vel aliquid huiuſmodi, &c.* Et deinde, dicens hanc gratiā primo modo appellari gratis datā ſic, ait, *& etiam ſi gratia gratis data dicatur ipſe actus liberi arbitrij quem Deus in nobis facit, quo ad gratiam gratum facientem præparemur*. In his verbis plane admittere videtur actū liberi arbitrij elicitum ab ipſo, cooperante Deo cōmuni prouidentia hominū, eſſe diſpoſitioē ad gratiam gratum facientē. Porro refert aliorum opinionem his verbis, *quidam enim dicunt, quod nullus poteſt ſe ad gratiā gratum facientem præparare, niſi per aliquod lumen menti infuſum, quod eſt donum gratiæ gratis datæ*. In quibus verbis proponit opinionem, quā ſequitur Eccleſia contra Semipelagianos, nimirum omne initium, omnemq; diſpoſitionē ad ordinem gratiæ initium ſumere à priori gratia præueniente, quam appellat S. Thomas, *lumen menti infuſum*, Ipſe vero ſic reſpondet ex propria ſententia, *iſtud autem non videtur conueniens, quia præparatio, quæ eſt ad gratiā, non eſt per actus, qui ſint ipſi æquandi æqualitate proportionis, & ideo non oportet, vt actus, quibus homo ſe ad gratiam habendam præparat, ſint naturam humanam excedentes; ſicut enim natura humana ſe habet in potentia materiali ad gratiam; ita actus virtutum naturalium ſe habent, vt diſpoſitiones materiales ad ipſam. Vnde non exigitur adhoc, vt homo ad gratiam ſe præparet aliquod aliud lumen gratiæ præcedens*. Nihil clarius dicere poterat S. Thomas pro diſpoſitione ex libero arbitrio ad gratiam. Deinde vtitur alia ratione, in qua mentem ſuam explicat, nimirū ſequi proceſſum in infinitum, ſi ad gratiam requiretur diſpoſitio ex gratia procedens, nam ad hanc, ex qua procedit diſpoſitio requireretur alia, & ad hanc alia, &c. & ſic concludit, *niſi forte gratia gratis data dicatur naturale lumen rationis, quod pertinet ad bona naturalia, & non ad gratuita niſi large accepta*. Ecce reducit primam diſpoſitionem ad gratiam ad operationem à ſola natura profectam.

Quarto, pro hac parte allegari poteſt S. 24

Thomas in diſputatis q. 14. de veritate, quæ eſt 4. *Teſtimonium ad idem*.

de fide art. 11. vbi in reſponſione ad primum hæc habet verba, *ſi in ſyluis, vel inter bruta animalia nutriatur, hoc enim ad diuinam prouidentiam pertinet, vt cuilibet prouideat de neceſſarijs ad ſalutem; dummodo ex parte eius non impediatur: ſi enim aliquis taliter nutritus ductum naturalis rationis ſequeretur in appetitu boni, & fuga mali certiſsime eſt tenendum, quod ei Deus, vel per internam inſpirationem reuelaret ea, quæ ſunt ad credendum neceſſaria, vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret, ſicut miſsit Petrum ad Cornel. Actorum* 10. Et idem docet eiſdem ferè verbis in reſponſione ad 2. Ex quo conſtat Diuum Thomam

Digitized by Google

Thomam ponere certiſsimam, atque infallibilem conexionē inter bonum opus illius hominis in ſyluis nutriti ſequentis ductum rationis in appetitu boni, & fuga mali, & inter inſpirationem gratiæ internam: ergo ſentit, actum honeſtum moralem per vires proprias eſſe vltimā diſpoſitionem ad primam gratiæ inſpirationem. Probo hanc conſequentiam; quia D. Thomas nō fundat hanc cōnexionē in merito de cōgruo, vt conſtat ex ipſius diſcurſu in alijs teſtimonijs à nobis relatis in 1. & 2. argumento. Ergo eam fundat in ratione diſpoſitionis.

25 Hæc teſtimonia ſatisfaceſſunt negotij circa mentem S. Thom. & vehementer probant ipſum aliquando non fuiſſe alienum à ſententia, quam refutaui c.2. Nihilominus oppoſitā, quæ negat libero arbitrio vim ſe præparandi ad gratiam ſine gratia expreſiſsime docuit pluribus in locis.

Expreſſe negat S. Tho. in natura diſpoſitionē ad gratiam.

Primo in quodlibetis, quodlib. 1. art. 7. vbi in terminis tractat, *vtrū homo abſq; gratia per ſolam naturalem arbitrij libertatem poſsit ſe ad gratiam præparare*, & argumenta proponit, vt probet partem affirmantem: poſtea vero in argumento *ſed contra*, duo adducit fundamēta pro parte negante: primum, ex c.4. Treno. ibi, *cōuerte nos Domine ad te, & cōuertemur*, & infert hanc cōſequētiam *ergo homo indiget auxilio gratiæ diuinæ ad hoc, quod ſe ad gratiā præpararet*. Secūdum, ex illo Pauli 2. ad Corinth. 3. *non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis*. Ex quo infert hanc conſequentiam, *ergo indigemus auxilio diuinæ gratiæ adhoc, quod nos ad* gratiam præparemus. Probat hanc conſequentiam optime; quia ad nihil ſe poteſt præparare homo niſi cogitando: ergo ſi ad cogitandum indigemus auxilio gratiæ, etiam indigemus ad nos præparandum ad gratiam. Et in corp. art. poſt monitum lectorem de cauendo errore Pelagij, & poſt eum relatum ſic, ait, *Vnde ad errorem Pelagianum pertinet dicere, quod homo poſsit ſe ad gratiam præparare abſque auxilio diuinæ gratiæ, & eſt cōtra Apoſtolum, qui dicit ad Philippenſ. 1. qui cœpit in vobis opus bonum, ipſe perficiet*. Quæ verba valde notanda ſunt, tum pro mente S. Thomæ intelligenda, tum etiam pro confutanda ſententia capitis ſuperioris, quatenus (ait) ad Pelagianum errorem pertinere aſſerere, hominem ſe poſſe ſine gratia præparare ad gratiam, quod tamen aſſerebant præfati Doctores. Præterea magis explicās ſuā doctrinam, ait, hominem indigere auxilio gratiæ, non ſolum ad merendum; ſed etiam ad ſe diſponendum ad gratiam, aliter tamen, & aliter: nam ad merendum indiget habitu gratiæ ad ſe præparandum *indiget*, inquit, *auxilio diuino non ſolum quantum ad exteriora mouentia, pro vt ſcilicet ex diuina prouidentia procurantur homini occaſiones ſalutis, puta, prædicationes, exempla, & interdum ægritudines, & flagella: ſed etiam quantum ad interiorem motum, pro vt Deus cor hominis interius mouet ad bonum*. Quę verba valde notāda ſunt: primo, quiā accurate diſtinguit inter neceſsitatem gratiæ externæ, & gratiæ interius mouentis; & affirmat vtramque neceſſariā eſſe, vt homo ſe præparet ad gratiam: tum, quia ex hoc teſtimonio collato cum alijs a parte contraria, ea ſumus explicaturi. 26

Treno. 4. — *1. Eius teſtimonium.* — *2. Corint. 3.*

1. Ad idē. — *2. Ad Cor. 3.*

Secundo, adduco hunc noſtrum articulum 5. vbi in corpore, reiecto Origenis errore, de quo feci mētionem diſp. 25. cap. 1. reiicit errorem Pelagij ex eodem Pauli teſtimonio 2. ad Corinth. 3. & ſic concludit, *vnde non poteſt dici quod aliquod in nobis initium exiſtat, quod ſit ratio effectus prædeſtinationis*. Si ſentiret D. Thomas, liberum arbitriū poſſe ſe ad gratiam præparare; & affirmaret ſane, eſſe aliquid ex parte hominis, quod ſit ratio effectus prædeſtinationis, ſcilicet diſpoſitio.

Tertio, allego ex 1.2. q. 109. art. 6. vbi S. Tho. 27
in terminis tractat, *vtrum homo poſsit ſeipſum ad gratiam præparare per ſeipſum abſque exteriori auxilio gratiæ*, & poſt propoſita argumenta pro parte affirmante, negantem probat in argumento, ſed contra ex illo Ioannis 6. *nemo poteſt venire ad me niſi Pater, qui miſsit me traxerit eum*, & ſic ſubiungit, *ſi autem homo ſe ipſum præparare poſſet, non oporteret, quod ab alio traheretur: ergo homo non poteſt ſe ad gratiam præparare abſque auxilio gratiæ*. Deinde in corp. articuli poſtquam dixit, dono habitualis gratiæ hominem indigere ad bene operandum, & à Deo fruendum, & ad ſe præparandum, ad ſuſceptionem huius doni nō oportere præſupponi aliud donum habituale in anima, quia ſic procederetur in infinitum, ita, ait, *ſed oportet præſuponi aliquod auxilium gratuitum Dei interius animam mouentis ſiue inſpirantis bonum propoſitum*. Ecce affirmat, hominem indigere præmotione interna gratiæ ad ſe diſponendum in ordine ad receptionem doni habitualis iuſtificantis. Hoc loco obſerua, Caietanum verſatum in doctrina S. Thomæ, cum perſpectum haberet ipſum in lib. ſentent. oppoſitum ſignificaſſe in §. *non obſtat*, ait, auctor dicta ſua in 2. ſentent. ad meliorem ſenſum reducit, declarat, & addit in quibus modeſte, & comiter nos monet S. Thomam mutaſſe ſententiam. Sed de hac re in reſpōſione ad priora teſtimonia erit ſermo noſter.

3. Ad idē.

Quarto, allego ex eadem 1.2. q. 112. art. 3. 28
vbi tractat S. Thomas, *vtrū neceſſario detur gratia ſe præparanti ad gratiam, vel facienti, quod in ſe eſt?* Et in argumento, ſed contra probat nō

4. Ad idē.

neceſſario dari ex illo Ieremiæ 18. *ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea*, & ſic addit, *ſed lutum non ex neceſſitate accipit formam à figulo, quantumcumque ſit præparatum: ergo neque homo recipit ex neceſſitate gratiam à Deo, quantumcumque ſe præparet.* Deinde in corpore art. ſtatuit concluſionē ſuam dicens, *præparationem hominis ad gratiam eſſe à Deo ſicut à mouente.* Hic nota affirmare, donum gratiæ excedere omnem præparationem virtutis humanæ, vt excludat diſpoſitionem ex libero arbitrio ad receptionem gratiæ.

29 *5. Ad idē.* Quinto, allego D. Thomam in 3. lib. contra gentes cap. 149. in quo quinq; rationibus probat, hominem primum gratiæ auxilium promereri non poſſe; vbi negat etiam diſpoſitionem ad illud; nam hæc diſpoſitio per actum honeſtum moralem, non poteſt non eſſe meritoria, vt probaui cap. 2. num. 7. Deinde in ratione quinta affirmat, omnem motum voluntatis noſtræ in vltimum finem præueniri ab auxilio gratiæ eo, quod omnis is motus præuenitur à cognitione, & omnis cognitio præcedens motum noſtræ voluntatis in ordine ad finem ſupernaturalem eſt ſupernaturalis procedens ab auxilio gratiæ. Id fuſe probat ex pluribus teſtimonijs ſcripturæ, quæ nō refero, quia ad noſtrum inſtitutum nihil conducit, cum conſtet de mente D. Thomæ ex eo, quod agnoſcit indigentiam auxilij diuini in ipſa prima cognitione, ad quā nulla præcedit diſpoſitio ex parte liberi arbitrij. Idem docet ad Rom. c. 10. lectione 3. vbi repetit eamdem doctrinam.

30 *Nō ſolum in ſumma ſed in libris ſententiarum bene de gratia ſenſiſſe S. Tho. contra Caiet.* Ex his teſtimonijs id ſaltem manifeſtum efficitur, S. Thomam in poſterioribus cogitationibus, atque in libris, quos ſenior ſcripſit, nimirum in ſumma Theoligiæ optime de gratia ſenſiſſe, omnemq; diſpoſitionem ad gratiam ex ſolo libero arbitrio procul remouiſſe, atq; doctrinam catholicam cum Eccleſia, cum Auguſtino, & cæteris patribus, quos citaui diſp. 25. c. 8. docuiſſe, atque illuſtraſſe; enitendum modo nobis eſt prioribus teſtimonijs aliquam accommodare explicationem, quæ cohæreat cū doctrina, quam in poſterioribus docuit, ne cogamur cum Caietano dicere ſententiam mutaſſe, & in libris ſententiarum aliquantulū fauiſſe Semipelagianis: neque enim mihi perſuadere poſſum, D. Thomam cum ſcripſit libros ſententiarum, & ſi Iunior ſcripſerit, non ſatis perſpectam habuiſſe doctrinam catholicam cōtra Semipelagianos, ac maxime cum Auguſtinus tam copioſe eam explanauerit, & tam ſolide confirmauerit tom. 7. operū ipſius in maiori, & principaliori parte eius. Quis ego credat hoc ignoratum fuiſſe à tanto doctore?

31 *Ad 1.* Quare ad primū teſtimonium ex 1. lib. ſent. diſt. 41. art. 3. reſpōdeo; animaduertēs primo S. Thomam, verbis ibi a me allegatis, & expenſis agere de merito de condigno: nam agit de opere informato gratia habituali, ſed conuerſio ad Deū, de qua ibi loquitur, pro poſteriori, quo intelligitur informari gratia habituali eſt meritoria de condigno primæ gloriæ: vt docet communior, atq; verior ſententia Theologorum: ergo manifeſtum eſt, cum ibi negat, eſſe meritorium ante informationem gratiæ, tractare de merito de condigno. Deinde aduerto, quotieſcūque gratiam nominat intelligere gratiam habitualem. Id conſtat, tum ex contextu, tū ex ratione modo ame forma petita ex merito de cōdigno. Aduerte tertio, hanc ipſam gratiam vocare effectū prædeſtinationis, quia præcipuus eſt, & quia de illa erat ſermo S. Thomæ. Modo ad primam ex duabus rationibus, quas ibi expendendo inſtruximus, reſpondeo: cum S. Thom. affirmat, opus illud ex libero arbitrio eſſe diſpoſitionem, & negat eſſe meritorium agere de opere procedente ex gratiæ auxilio non inhærentis, atque inhabitantis, ſed mouentis, atque adiuuantis: quod licet ſit meritorium de congruo vlterioris gratiæ, vt ſæpe diximus, negat abſolute eſſe meritorium antequam formari intelligatur à gratia habituali, quia loquitur de merito de condigno; vt dixi. Quod in phraſi S. Thomæ ſimpliciter, & abſolute meritum eſt: aliud vero congruum ſecundum quid tātū, ita vt vix nomē meriti habeat. Appellat vero diſpoſitionē, quia reuera opus ex auxilio gratiæ procedens diſpoſitio eſt, remota quidem, & mediata comparatione gratię iuſtificantis, ſi non eſt actus perfectus contritionis, aut amoris Dei ſuper omnia; proxima vero, & immediata comparatione vlterioris auxilij ad actus perfectiores.

Satisfactio ad oppoſita teſtimonia.

Ad ſecundam rationem, vt reſpondeam, aduerto primo; hoc nomen prædeſtinatio ibi à S. Thoma reſtricte ſumi, nimirum, vt terminatur ad precipuum effectū, videlicet ad gratiam habitualem, in qua ſignificatione, hoc nomē vſurpatum fuit a Bonauentura, & a Iauello, vt notaui cap. 21. nu. 1. obſeruat. 3. **Bonauent. Iauellus.** Vt ſic vero optime docuit S. Thomas, habere cauſam ex parte effectus prædeſtinationem ſumptam in hac reſtrictione: cauſa vero eſt ipſum opus bonum ex gratia auxiliatrice procedēs, quia ſemper eſt diſpoſitio, aut immediata, aut remota, cum opus eſt, aut perfectum, aut imperfectū, vt modo dicebam: ac proinde cum D. Thomas dixit prædeſtinationem ſic fore rationalem, & iuſtam ex parte effectus, non fauet Semipelagianis: nam hi loquebatur de prima vocatione gratiæ auxiliantis, quam Deum impartiri dicebant homini ex ſe incipienti, & negare deſidi, ne gratiæ diſtributio iniuſta atque irrationabilis ſit: diuus vero Thomas loquebatur de infuſione

Digitized by Google

infuſione gratiæ habitualis, quã in adultis bene dixit conferri a Deo cum delectu homini ſe præparanti ex auxilio gratię,& non conferri homini reſpondenti vocationibus diuinis.

32 Ad 2. *In libris ſententiarum S.Th. admiſit ſupernaturalitatem in actibus quo admodum tantum.*

Secundum teſtimonium difficilius eſt:pro eius intelligentia recolendũ eſt, quod diximus diſp.25.cap.4.nimirum S.Thom.ſenſiſſe actus noſtros fidei,ſpei, & charitatis, reliquarumq; virtutum infuſarũ eſſe naturales, quo ad ſubſtantiam, & tantum ſupernaturales ſecundum modum, & licet dubium ſit,an eandem ſententiam tenuerit in ſumma Theologiæ; at mihi certum eſt, cum ſcripſit libros ſentẽtiarum in ea fuiſſe ſententia, quæ erat communiſsima ſcholaſticorum eius æui,á qua S. Thomas,aut fere, aut numquam recedere ſolet. Hoc poſito:ego exiſtimo in eo teſtimonio S.Thomam non negare gratiam interius mouentem, quã vocat gratis datam,ſed ſolum negare eam eſſe neceſſariã ad ſubſtantiam actus: nam referens aliorum ſententiam,ait, *à qua inquiunt elicitur ſubſtantia actus*,&D.Thomas opponẽs ſe huic ſententiæ affirmat poſſe liberum arbitriũ elicere ſubſtantiam conuerſionis; ac proinde licet adſit ex parte principij illa gratia gratis data non ad hoc conferri, vt liberum arbitrium elicere poſsit ſubſtantiam conuerſionis:addit vero conuerſione ſemel habita hominem conſequi gratiã,quia Deus infundit modum ſupernaturalem; ita,vt conuerſio ſecundum ſubſtãtiam naturalis, eleuata iam per modum, & vt illi ſubeſt,incipiat eſſe diſpoſitio ad gratiã vlteriorem. Moueor ad arbitrandum hanc eſſe mentem S.Thomæ;quia ipſe certiſsime tenẽdum,ait,*facienti,quod eſt in ſe*, ex libero arbitrio,Deum ad eſſe ſua gratia,non quidem quia facit,quod eſt in ſe,quia D. Thomas conſtanter,atq;expreſſe negat meritum his operibus ex libero arbitrio, vt ſatis,ſuperq; conſtat ex teſtimonijs, quæ retulimus in hoc articulo. Quod vero D.Thomas affirmet,Deum ad futurum ſua gratia facienti, quod eſt in ſe perſpicuũ eſt ex verbis,quæ retulimus ex q.14.de veritate art.11.ad 1.num. 11.in 4. argumento. Quod ſi petas,qua ratione D. Thomas motus fuerit ad hoc aſſerẽdum. Ego exiſtimo eã eſſe, quia communis ſchola eius tempeſtatis id affirmauit,vt refero diſp.27.Id autẽ explicuit D. Thomas ex eo, quod arbitrium faciens quantum eſt in ſe,& eliciens actum bonum quo ad ſubſtantiam naturalem, ponit cauſam materialem gratiæ: nam modus ille ſupernaturalis intrinſece inhæret in ſubſtantia actus naturalis, ſicut ſeſsio in ſedente, quem etiam actum quãdoq; appellat diſpoſitionem, quia ſe tenet ex parte cauſæ materialis,& cõparatione ſubſtãtiæ hominis,quæ per gratiam informatur, & eleuatur, eſt veluti proximior diſpoſitio. Vnde in verbis relatis in argumento ex reſponſione ad primum, ait, liberum arbitrium non poſſe in formam, per quã meritorius eſt, quod aut intelligi poteſt de gratia habituali, vt dicebam, reſpodens ad primum argumẽtum, quod verius iudico:quia D.Thomas nomine meriti intelligit meritum de condigno, vt iam notaui:aut intelligi poteſt de modo ſupernaturali, qui eſt forma proxima, tunc autem per ly, *meritorius*, intelligere debes meritum de congruo. Quidquid autem de hoc ſit, affirmare liberum arbitrium ex ſe ſufficientem eſſe ad ponendam cauſam materialem gratiæ huius modalis,non eſt error:ſed certa doctrina in ea ſententia, quam tenuit D. Thom. immo abſolute verum eſt,naturam ponere poſſe cauſam materialẽ gratiæ:nã homo,qui ab alio homine gignitur eſt cauſa materialis immediata, tum gratiæ habitualis, tum omnium donorũ infuſorũ: ergo natura ponit cauſam materialem gratiæ.

Ad tertium,quod erat ex ſecundo diſt. 28. q.1.ar.4.reſpõdeo in primis,in titulo eius articuli cũ D.Thom.quęrit,vtrũ homo poſsit ſe præparare ad gratiã ſine aliqua gratia,intelligere ſine gratia vlla habituali:illud vero ex Zacharia *conuertimini ad me*, &c. tãtum ſignificat in noſtra conuerſione cooperari liberũ arbitrium,ſuaſq;partes habere,quam lucẽ ei teſtimonio poſtea attulit Tridentinũ ſeſſ.6.cap.5. & credẽdum eſt in eodẽ ſenſu adduci a S.Tho. dum oppoſitum non probatur,id,quod innuere videtur S.Thom.in conſequentia,quam ibi infert in illa particula *gratiã infundendo*, quæ per ſe dum nihil additur reſtringens,ſtat pro infuſione gratiæ iuſtificantis. Illud item Anſelmi hoc ipſum confirmat, cum nihil aliud ſibi vellit,quam illæſum ſeruari liberũ arbitriũ in conuerſione nihil obſtante gratia præueniẽte: idem ergo ſenſit S. Thom. Porro cum accedit ad decidendam quæſtionẽ planè fatetur,prius hominem a Deo moueri,quam ſe moueat per conuerſionem. in quibus verbis propriſsime intelligere poteſt gratiã præmouentem,quam etiam ibi appellat excitatiuum voluntatis exhibitum homini a diuina prouidentia gratis. Quod vero hanc præmotionem declarãs adferat in exempla ad monitiones, & ægritudines corporis,non probat vltra hæc non intellexiſſe gratiam internam; ſed non tam expreſiſſe annumerando exempla,forte tacuit hoc, quia fuerat in ſuperioribus inſinuatum: & cũ dixit *vel aliquid huiuſmodi*, locum ipſi cõceſsit:neque enim omnia,quibus Deus hominẽ mouet ad conuerſionem erant particulatim enarranda nullo non numerato.Cum vero,ait,actum liberum aliquo modo inter gratias gratis datas numerari poſſe;iam diximus quo pacto id verũ habeat diſp.25.cap.8.n.77. At non excludit 33 Ad 3.

alias

Digitized by Google

alias etiam magis proprie gratias gratis datas, quas iã innuerat, & inter illas gratiã auxiliantẽ. Negandum ergo eſt, actum liberi arbitrij à cõmuni prouidentia elicitum eſſe diſpoſitionem ſecundum D. Thomam, ſed ſecundum ſubſtãtiam elicitum a libero arbitio, & ſecundũ modum a gratia interius mouente. Verba, quæ ſequuntur, & expenduntur in argumẽto, difficiliora ſunt, & ne videar ea violenter extrahere à propria ſignificatione, admitto S. Thomam per lumen menti infuſum intelligere auxilium gratiæ vocantis: etenim ipſum diſtinguit à gratia habituali: ergo inepte intelliges per lumen menti infuſum niſi illuminationem gratiæ præuenientis, quippe ea dicitur propriſsime lumẽ menti infuſum, & hoc diſtinguitur à gratia habituali, vt dixit S. Thomas, non poteſt apte ſignificare, niſi illuſt rationem gratiæ, quę ſe tenet ex parte intellectus. Cum vero adiecit lumen hoc neceſſarium non eſſe ad ſe præparãdum in ordine ad gratiam iuſtificantem, quia diſpoſitiones non ſunt æquãdæ æqualitate proportionis cum forma, ad quam diſponunt, loquitur plane de ſubſtantia actus, quam putat eſſe naturalẽ, vt ſic. & ideo ſemper negauit gratiam præuenientem eſſe neceſſariam ad hoc, vt liberum arbitrium elicere poſsit ſubſtantiam conuerſionis, vt diximus explicando ſecundũ teſtimonium, in hoc vero tertio loqui de actu ſecundum ſubſtãtiam naturali, conſtat primo, quia, ait, non excedere naturam humanam. Secundo, conſtat ex illis verbis *ſicut enim natura humana ſe habet in potentia materiali ad gratiam; ita actus virtutum naturalium ſe habent, vt diſpoſitiones materiales ad ipſam.* Quæ notãda ſunt, quia bene confirmant ſecundi teſtimonij explicationem noſtram, in qua dicebamus, D. Thomam appellare actus noſtros naturales diſpoſitiones materiales, quia ſunt proxima ſubiecta modi ſupernaturalis, & vt ſic ipſum ſubiectũ reddunt habile ad ſuſcipiendam gratiam iuſtificationis. Similiter cum, ait, non requiri ad hanc diſpoſitionem aliquod aliud lumen gratiæ præcedens, plane loquitur de actu naturali, quo ad ſubſtantiam, qui eſt ſubiectum modalis gratiæ; vt dicebam modo. Id etiã magis conſtat ex ratione, qua confirmat ſuã ſententiam de proceſſu in infinitum, ſi ad hoc lumen gratiæ aliud diſponens neceſſarium eſſet, & ad hoc aliud, & ſic de reliquis: etenim, vt phyloſophi hac ratione indagarunt primum quoddam omnium ſubiectum ante quod non eſt aliud, quod appellarunt materiam primã; ita D. Thomas egregie vtitur hac eadem ratione, & eam accomodat adprobandum actũ ipſum, quo ad ſubſtantiam naturalem, eſſe primũ gratiæ modalis ſubiectum, non alia gratia priori præparatum: nam alias in infinitum procedendum eſſet; vt dixi. Vnde ſiſtendũ eſſe, ait, in actibus naturalibus, quo ad ſubſtãtiã *niſi* (inquit) *ipſum lumen rationis forte appelletur gratia gratis data*, quod tamẽ nõ cõgruit, quia pertinet ad bona naturalia, non ad gratuita.

Ad quartum, concedo D. Thomã plane ſenſiſſe, Deum ſua gratia facienti, quod in ſe eſt per vires naturæ ſemper affuturũ; vt dixi num. 14. vbi explicui rationem, quare ad id aſſerẽdum in ductus fuerit. Sed quia de hac re grauiſsima inſtruo diſputationem ſequentem, in qua voco ad examen rigidum legem quamdam infallibilem excogitatam à P. Ludouico de Molina: cum quo propter hanc cauſam non ſolum cum alienis, ſed etiam cum noſtris Doctoribus acris concertatio, hic plura nolo. 34 Ad 4.

Precor lectorem, vt expendat ſtudiũ noſtrũ in S. Thomam in dictis in hoc capite, in quo in cauſa non ſolum litigioſa, ſed etiam damnata à Caietano, qui putatur Thomiſticæ ſcholæ medulla: nos ipſum in re graui à contradictione vindicauimus totis viribus, & non tantum propter notam inconſtantiæ in doctrina: nam hæc a magnis magiſtris aliena non eſt; immo cum ſenior doctrina iuniorem caſtigat laudi potius, quam vitio verti debet. Sed quia ſi conſtaſſet D. Thomam eam ſententiam de diſpoſitione ad gratiam per ſolum liberum arbitrium docuiſſe in libris ſententiarum, vt verba ſonare videntur, non poſſemus non fateri, aut ipſum ignoraſſe, dum eos libros ſcripſit, Eccleſiæ, Auguſtinique verã mentẽ in doctrina contraria Pelagianiſmo, & reliquijs, aut non ſatis perſpectam habuiſſe; quod proculdubio candorem doctrinæ tanti magiſtri non nihil denigraret. *Studiũ authoris in S. Thomã.*

DISPVTATIO VIGESIMA SEPTIMA.

DE VERA MENTE EIVS AXIOMATIS. Facienti, quod eſt in ſe Deus non denegat gratiam.

Diſtincta

Digitized by Google

Diſtincta capitibus quinque.

Caput 1. Sententia P.Molinæ, & fundamenta.

Caput 2. Defenſio P.Molinæ ab impugnatione M.Aluarez.

Caput 3. Vt ab alijs Theologis hoc axioma defendatur, aut refutetur.

Caput 4. Vt explicetur hoc axioma a P.Suario.

Caput 5. Alia authoris explicatio.

CIRCA EVNDEM ARTICVLVM QVINTVM S. TH.

Caput I. *Sententia P. Molinæ, & fundamenta.*

1 *P.Molina. P.Molinæ ſententia de axiomate.*

PATER Molina ſingulari ingenio, quo pollebat mediam viã aggreſſus eſt, per quã ex vna parte diſceſsit ab extrema Semipelagianorum, & ex alia in ſano ſenſu cõmunem ſententiam catholicorum Theologorum, quos ex parte retuli diſp.ſuperiori cap.1. & 2.& plures referam in hac diſp.cap.3.tutatus eſt:etenim in concordia diſp.10.dixit quotieſcumq; liberum arbitrium ex ſuis viribus naturalibus conatur, præſtoue eſt ad conandũ totum, quod ex ſe ſe poteſt tam circa ea, quæ fides habet addiſcenda, & amplectenda, quam circa dolorem de peccatis, ac iuſtificationem à Deo conferri gratiam præuenientem auxiliaue, quibus id faciat, vt oportet ad ſalutem, nõ quidem quaſi eo conatu dignus efficiatur talibus auxilijs, vllaque ratione ea promoreatur. Sed quoniã id obtinuit nobis Chriſtus ob ſua merita, atq; inter leges, quas tam ipſe, quã Pater æternus ſtatuerunt de auxilijs, & donis, quæ nobis Chriſtus promeruit mere gratis conferendis vna, eaque rationi maxime conſentanea fuit, vt quoties ex noſtris viribus naturalibus conaremur facere, quod in nobis eſt, præſto nobis eſſent auxilia gratiæ, quibus ea, vt oportet, ad ſalutem efficeremus. In his ex vna parte negat omne meritum conatibus noſtris, & retinet rationem puriſsimam gratiæ comparatione noſtri, in quo receſsit à Semipelagianis, & ex alia lege infallibili propter merita Chriſti ex pacto quodam inito inter ipſum, & Patrẽ æternum, alligare videtur dona gratiæ naturæ conanti quantum eſt in ſe. In hac doctrina plura continentur, quæ ingerunt difficultatem: primum, an hæc gratiæ alligatio conatibus naturæ tutè defendi poſsit: nam licet P.Molina remoueat omnem rationem meriti; at ſi ab ipſo quæratur, quare hæc lex infallibilis inter Chriſtum, & Patrem ſtatuta ſit comparatione conãtis, & non ſtatuta comparatione non conantis, videtur neceſſario recurrendum eſſe ad aliquale meritum, ſeu diſpoſitionem conatuum ipſorum, & ea reſpexiſſe Chriſtum, & Patrem cum legem ſtatuere voluerunt. Secundum, quo fundamento hanc legem infallibilem affirmauerit eſſe: nam ea niſi reuelatione conſtet, aut à patribus docta fuerit, ſine fundamento aſſeritur, & pariter negligetur, maxime cum aliquo modo ſubiungat gratiam naturalibus conatibus. Tertium, quid intelligat per conantẽ quantum eſt in ſe? an ne præuiam aliquam operationem naturalem? an ſolum operaturo per vires naturæ circa res fidei, vel circa dolorem de peccatis actum mere naturalem, dicat Deũ ſe ſe ingerere gratia ſua præueniente, & ita cooperari cum ipſa, vt actus, qui ſolum naturalis eſſet, ſi Deus non adeſſet gratia ſua, efficiatur iam, vt oportet ad ſalutẽ? Demũ, an hæc aſsiſtentia gratię, per quam, ait, Deũ præſto ad eſſe aggredienti ſeu conanti facere, ſit gratia congrua, vel non congrua. Hæc, inquam, & alia dubia moueri poſſunt in ea doctrina, quæ non videntur à P.Molina ſatis explicata.

Infallibilem hanc legem probat pluribus ſacræ Scripturæ locis, primo, ex 1. Ioannis *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* In quibus ſignificat Chriſtum Dominum ſuo aduentu promeruiſſe hominibus gratiã neceſſariam, qua conſequi poſsint adoptionem filiorum Dei. Notat vero cum Roffenſi in art.36.contra Lutherum, Ioannem non eſſe intelligendum de his, qui per gratiam facti ſunt iam filij, dignitatemque poſsident, ſed de his, qui ad eam non dum peruenerunt: nam his eatenus facta eſt poteſtas, vt filij Dei fiant, quatenus ſi quantum in ſe eſt 2 *Probatur a Molina pactum infallibile.* Ioan.1. Roffenſ.

eſt conentur, præſto illis aderit Deus, vt fidem, & gratiam conſequantur: nam ſi his Deus non adeſſet præſto gratia ſua, nō haberet in ſua poteſtate filios Dei fieri: ergo Chriſtus Dñs meruit per aduentū hanc infallibilem aſsiſtentiā.

1. Ad Tim. 2. Secūdo, probat ex Paulo 1. ad Timoth. cap. 2. ibi *vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem Dei venire*: quod ſi Deus conantibus ex ſuis naturalibus non ſemper præſto eſt per auxilia gratię præuenientis, vt actus fiant quales oportet ad ſalutem; verum nō erit Deum velle omnes homines ſaluos fieri: etenim in voluntate ſaluandi omnes homines virtualiter inclusa eſt voluntas omnibus dandi auxilia ſufficientia: ergo ſi Deus voluntate ſincera omnes homines vult ſaluos efficere, quantum eſt in ſe, non poteſt non adeſſe gratia ſua conanti ex libero arbitrio. Id confirmat ex Ambroſio, qui in hunc locum *vult*, ait, *omnes homines ſaluos fieri; ſed ſi accedant ad Deum; non enim ſic vult, vt nolentes ſaluentur, ſed vult illos ſaluari ſi, & ipſi velint*: ergo ſenſit Ambroſius, conanti ex libero arbitrio Deum ſemper affuturum gratia ſua. Idem docuit OEcumenius in eumdem locum quærens, *ſi ergo Deus vult, quare nō fit, quod vult? non fit, quia illi nolunt: nihil enim ex neceſsitate facit in nobis Deus.* (Ambroſ.; OEcumen.)

Ezech. 18. Tertio, probat ex cap. 18. Ezechiel. Vbi, ait, Deus, non eſſe voluntatis ſuæ mortē impiorū, ſed vt conuertantantur à vijs ſuis, & viuant. Et infra, ſi homines proiciant præuaricationes ſuas, & faciant ſibi cor nouum, & ſpiritum nouum non eſſe mortem obituros, ſed in æternum vitam conſequuturos, quia Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Quæ manifeſte oſtendunt, Deum ex ſe ſemper paratum eſſe ad opitulandum, ac per nos ſtare, quod ad Deum non conuertamur: ergo non deerit Deus facienti, quod eſt in ſe ex proprijs viribus.

Quarto, probat ex 3. Apocalypſis ibi *ego ſto ad oſtium, & pulſo*, in quibus ſignificatur, Deū ſine vlla intermiſsione ſtare ad oſtium cordis noſtri, & paratum eſſe adiuuare noſtros conatus, licet non ſine intermiſsione pulſet ſpecialibus auxilijs, ſed ſæpe nō ſolū quādo ſe offert apta occaſio, ſed etiam quando torpens, ac pigrū liberum noſtrum proſpicit arbitrium. Ex quo manifeſte efficitur, conantem quantum eſt ex ſe ſemper pulſare ex lege infallibili. Quinto, probat ex S. Thoma 3. contra gentes cap. 159. vbi, ait, Deum quantum eſt in ſe paratum eſſe omnibus gratiā dare, ſicut Sol paratus eſt, quantum eſt in ſe omnibus lumen conferre: ergo ſecundum mentem S. Thomæ Deus non denegauit gratiam facienti, quod eſt in ſe. Nam, qui ex ſe ex animo exoptat dona gratiæ cōferre omnibus, quo modo neget ei, qui pro virili facit quantū poteſt, vt eam conſequatur (Apocal. 3.; S. Thom.)

Addit P. Molina nemini quantū vis ſcelerato, & inſigni peccatori in hac vita negare auxilia ſufficientia: de qua re agēdū nobis ex profeſſo eſt diſp. 34. cap. 4. & ſequentibus, ideo vero hoc aduerto in hoc loco, quia ad ea, quę cap. ſequenti dicturi ſumus in defenſionem P. Molinæ id maxime conducit. 3

Caput II. Defenſio P. Molinæ ab impugnatione Magiſtri Aluarez.

4 Aluarez. *Magiſter Aluarez in P. Mol. inuehitur.* DIDACVS Aluarez Archiepiſcopus Tranenſis, & Salpenſis aſſumptus ex perilluſtri Dominicanorum familia lib. 6. de auxilijs diſputatione 56. acriter inuehitur in hanc P. Molinæ ſententiam non nominato auctore eā proponit, & diſtinguit quatuor dictis. In primo, imponit Molinæ Deum ſecūdū legē ordinariā non dare hominibus auxilia præuenientis, & excitantis gratiæ, quibus ad ſalutē diſponantur, niſi illis, qui bene vtantur ſuo arbitrio faciēdo, quod eſt in ſe ex facultate naturæ. Dixi, *imponit*, quia in P. Molina non inuenitur doctrina huius dicti: etenim vt conſtat ex cap. 1. in quo cōſulto retuli eius ſententiā adamuſim, ſolum affirmat partem affirmantem, nimirum omnibus faciētibus quantū eſt in ſe dari gratiā ex lege infallibili, non vero partē negantē, nimirū non dari non facientibus: immo vt notaui in fine capitis primi, nulli quātū vis ſcelerato, dixit, negari auxilium gratiæ ſufficientis: in eo exiſtimo deceptū Magiſtrū Aluarez, quod arbitratus eſt, idē eſſe conferri ex lege infallibili auxilia gratiæ facienti quantum eſt in ſe, & non conferri non facienti ex lege cōmuni, & ordinaria, ſeu illam propoſitionem affirmatiuā æquiualere huic negatiuæ: cū tamē diſtinctæ ſint inter ſe: nam licet Deus non ſe obligauerit ex pacto inito cū Chriſto ad conferēda auxilia ſuæ gratiæ nō faciēti quātū eſt in ſe, ſicut ſe obligauit cōparatione facientis: at poteſt Deus conferre, & de facto confert cum ipſi libet ex liberalitate, & miſericordia ſine vlla obligatione auxilia gratiæ non facienti vbi, & quādo ipſi viſum fuerit, pro oblata occaſione opportuna ſtando ad oſtiū cordis pulſare, etiā dum torpet, & pigrū eſt noſtrum arbitrium. Itaq; aliud eſt velle non dare ex obligatione orta ex pacto: aliud eſt abſolute negare, ſeu nolle dare ſecundum legem ordinariam. Illud primum affirmatur à P. Molina, non hoc ſecūdum. Ecce ergo in primo dicto impoſtura eſt. (*Impoſtura Aluarez.*)

In ſecun-

Digitized by Google

5 In ſecundo dicto referens ſententiam P. Molinæ ait, ipſum docuiſſe, facienti, quod in ſe eſt, ex ſola facultate naturæ infallibiliter dari auxilia præuenientis gratiæ, ex certa lege, quā Pater ſtatuit cū filio ob merita paſsionis eius. In hoc etiam dicto inuenio impoſturā; nam, vt notaui num. 1. notans difficultates, quæ cōtinentur in ſentētia P. Molinæ, illud facienti, quod in ſe eſt, dupliciter intelligi poteſt. Primo; quod homo præuie efficiat bonū opus ex ſola natura. Deinde præſto adſit gratia infuſa à Deo. Secundo; quod nihil præuie efficiat, ſed præparato proxime libero arbitrio in actu primo, vel ad eliciēdū actū fidei naturalē, quem poteſt habere circa myſteria fidei ſupernaturalia, licet improportionatum, vel ad eliciendum dolorem vniuerſalem de peccatis, quem etiam poteſt habere per vires naturæ, vt docte oſtendit ipſe P. Molina in concordia q. 14. art. 13. diſp. 9. Deus ita ſe ingerat cum gratia ſua, vt actus ille fidei, aut doloris, qui ſolo libero arbitrio naturalis fieret, ab ipſo, & à gratia eleuanti ſupernaturales fiant, & vt oportet ad ſalutem. Aluarez primo modo imponit P. Molinæ eam ſententiam in ſuo ſecundo dicto, cum tamen in ſecundo ſenſu loquutus ſit. Id manifeſte conſtat; primo ex illis verbis diſp. 10. *Quare ſicut Deus ſemper præſto eſt per concurſum generalem libero arbitrio, vt naturaliter velit, aut nolit, prout placuerit: ita præſto illi eſt per auxilium gratiæ ſufficiens, vt quoties ex ſuis viribus naturalibus aggredi voluerit opus aliquod ex ijs, quæ ad iuſtificationem expectant, illud exequatur, prout ad ſalutem oportet:* ergo quemadmodum, cum Deus præſto eſt per concurſum generalem, non ſupponebat opus præuium in libero arbitrio ad illud; ita etiam cum ait, Deum præſto adeſſe per auxilium gratiæ ſufficientis, cum voluntas aggredi vult opus expectans ad ſalutem, non ſupponit opus præuium effectum naturalem; ſed proxime efficiendum, & cognitum à Deo naturalem futurum, niſi Deus præſto ſe ingerat ſua gratia, & eleuet facultates hominis: ergo non loquitur Molina in primo ſenſu, ſed in ſecundo.

Alia eiuſ dē impoſtura.

Deinde omnem in hac re abſtergit dubitationem epiſtola quædam familiaris ab ipſo conſcripta ad P. Antonium de Padilla è noſtra Societate virum ſatis cognitum propter claritudinem proſapiæ, & eximiam ſanctitatē, & doctrinam, anno Domini 1594. ſexto die Nouembris. Nam, cum P. Antonius de Padilla ab ipſo quæreret; vtrum de mente eius eſſet ponere ex ſola natura opus præuiū, cui ex lege infallibili ſubiungeret gratiam? Reſpondit per hæc verba. *Digo que no buſque V. R. præuio facere: noſotros* totū, quod in nobis eſt, & ſubſequi gratiam præueniētem, *que eſſo es doctrina de Pelagianos, o Semipelagianos. Y no ſe colige tal de mis obras, ni de mis papeles, ni reſpueſtas, antes todo lo contrario.* Cum ergo ait Molina; quotieſcūq; liberum arbitrium ex ſuis viribus naturalibus conatur, præſto ve eſt ad conandum totum id, quod ex ſe ſe poteſt, &c. non intelligit per *conari*, vel per *præſto eſſe* conatum præuium, hoc eſt, operationem, ſeu actum ſecūdum; ſed præparationē actus primi ex cōcurſu rerū omniū, quę requiruntur ex parte cauſarum ſecundarū ad proximam exequutionem actus ſecundi; ita vt tantum deſideraretur concurſus generalis cauſæ primæ, loco cuius ſuffici ait P. Molina auxilium gratiæ præuenientis.

Nunquam Molina cō ceſsit conatū præuium naturæ.

6 Ex hoc colligo duo. Primum in ſecūdo dicto Magiſtri Aluarez imponi P. Molinæ ſententiam ab eius mēte alienā, cū adſcribit ipſi, faciēti, quod in ſe eſt, ex ſola facultate naturæ, præcedēte aliqua operatione naturali, alligaſſe gratiā ex lege infallibili. Secundū, ſententiā hanc ita explicatam alienā eſſe ab errore Semipelagiano: etenim licet collatio illa gratię præuenientis comparatione Chriſti Domini debita ſit, aut ex fidelitate, aut ex iuſtitia; at comparatione hominis vocati, & excitati non poteſt nō eſſe liberalis, cū ex parte eius nullum ſupponatur opus præuium, nō ſolum non capax meriti, vt eſſet opus naturale honeſtum, ſed etiam nec incapax. Atqui error Semipelagianorum in eo conſiſtit, quod conſtituerint opus præuium meritorium de congruo; vt conſtat ex diſp. 25. cap. 3. Illud eſt difficile, an P. Molina defendere poſsit hoc modo hoc axioma commune inter antiquos Theologos? At id pertinet ad iudicium de ſentētia P. Molinæ, quod fero cap. 3. & 5. non verò ad examen impugnationis M. Aluarez, de quo in hoc capite.

7 In tertio dicto magis explicat mentē P. Molinę ex verbis ipſius numero ſuperiori a me relatis: & dubitat; an conatus, quē ait procedere ex ſolis viribus naturæ, ſit idē numero actus cū conatu, quo liberū arbitrium elicit diſpoſitionē ad gratiā; ita vt idē actus numero procedens ex viribus naturæ perficiatur, & eleuetur per gratiā præuenientē ad ordinem ſupernaturalem? & demū iudicat, id inſinuaſſe P. Molinam: in quo plane ei tribuit ſenſiſſe ſupernaturalitatem in noſtris actibus eſſe modum diſtinctum à ſubſtātia. Vnde in quarto dicto adſcribit etiā Patri Molinæ auxilia præuenientis, & excitātis gratiæ non eſſe ſimpliciter neceſſaria, vt homo eliciat diſpoſitionem ad gratiam, quantum ad ſubſtantiam actus, ſed tantum, vt illam eliciat, ſicut oportet. In quibus per illud, *ſicut oportet*, intelligit modū ſupernaturalē diſtinctū à ſubſtantia actus. Licet verum ſit P. Molinam conceſſiſſe, poſſe liberum noſtrum arbitrium actus natu-

Digitized by Google

naturales fidei, ſpei, & timoris, &c. producere ſine gratia; vt dixi num.5. at verum non eſt, eos nõ diſtinxiſſe in ſuis rationibus formalibus, & eſſentialibus ab actibus, qui fiunt per gratiam. Nã in concordia q.14 art.13. diſp.15. §. *tertiũ*, vbi loquens de actibus, qui cõferunt ad vitam æternã, vel iuſtitiã, tamquam diſpoſitiones, vel merita, cũ dixiſſet concilia, & Patres de illis docuiſſe, non poſſe fieri ſine auxilio gratiæ, ſubiungit. *Vtrum huiuſmodi diſpoſitiones rationes formales haberent ſupernaturales, vt reipſa habent? An ſolum ſupernaturali ope eſſent elicitæ; in re verò eſſent res naturales? Neq; erat ſatis cognitum, neq; forte in controuerſiam vocatum.* In his verbis nota illud, *vt reipſa habent*, vbi fatetur diſpoſitiones ad gratiam ex auxilio Dei procedentes habere rationes formales ſupernaturales: per rationes autem formales ſupernaturales non poteſt non intelligere eſſentiales, atq; ſubſtantiales. Nam ſatis cognitũ erat, & ipſi indubitatum, ſupernaturales eſſe, vel in fieri ex parte principij, vel in facto eſſe, ſaltem quoadmodum ſuperadditum: ergo cum affirmet, id non fuiſſe ſatis cognitum, neq; in controuerſiam vocatum, non poteſt non intelligere, atq; loqui de rationibus formalibus eſſentialibus. Et paulo inferius in eodem §. dicit actus, quibus hæretici credunt aliquos articulos, ſolere vocari fidem quoad ſolam ſubſtantiam actus, vt ſecernantur ab actibus fidei chriſtianæ. Vbi per ſubſtantiam actus ſolum intelligit communem quamdam rationem credendi tales, quæ eſt genus logicũ ad actus mere naturales, & ad actus chriſtianos, quos ſemper indicat eſſe ſpecie, & in ſua entitate diſtinctos. Deniq; diſp.7. tum in titulo, tum in progreſſu ſatis ſignificat, ipſum ſpecie diſtinguere aſſenſum fidei, quoad ſolam ſubſtantiam actus, ſeu mere naturalẽ elicitum à ſolo concurſu generali Dei, ab aſſenſu fidei chriſtiano elicito ab auxilio gratiæ. Lege §. *noſtrã ſententiã* eius diſputationis, vbi hæc habet verba. *Neq; nos aliũ aſſenſum intendimus hoc loco probare poſſe elici viribus liberi arbitrij, & cõcurſu generali Dei circa ea, quæ ad fidẽ pertinent, quã opinionẽ, fidẽ ve humanã, quæ actus ſit mere naturalis ex proprio ſpiritu humano, & viribus humanis elicitus, diſtinctuſq; ſpecie à chriſtiano aſſenſu circa eadẽ obiecta per appulſum Spiritus ſancti, ſpiritumq; fidei infuſæ elicitum.* Ergo P. Molina agnouit in his actibus, qui fiunt per gratiam, vt oportet ad ſalutem, ſupernaturalitatem ſubſtantialem, per quam diſtinguuntur ſpecie ab actibus mere humanis. Expendat hic lector in quatuor his dictis ſemper aliquid imponi Molinæ alienum ab eius mente. Non arbitror, id ex malitia factum à Magiſtro Aluarez, ſed quia, aut in aliquibus ſubobſcure loquutus eſt Molina, aut in alijs perſunctorie, & leuiter legitur.

8 *Auguſt. 1. Argum. Argumenta Aluarez contra pactum infallibile.* Contra legem infallibilem ſtatutã pluribus pugnat Magiſter Aluarez in prima concluſ. Videndum modo, quantũ roboris habeant. Allegat primo Auguſtinum in epiſt.107. ad Vitalẽ: vbi pro certo habet, quod ſtãtibus duobus hominibus in æquali cauſa, vnum Deus illuminat, quia vult, & aliũ nõ illuminat, quia nõ ſibi placet: *quod*, inquit, *abſq; vlla cõtradictione manifeſtatur in paruulis*: ergo Deus nõ ſtatuit legẽ infallibilẽ dandi gratiã facienti, quod in ſe eſt.

Nullius eſt roboris. Verum argumentũ hoc pluribus peccat. Primo, quod, vt ad rem eſſet, Auguſtinus proponere deberet duos homines, non quomodocumq; æquales, ſed in faciendo, quantũ eſt in ſe viribus naturæ, quos tamẽ nõ proponit; vt conſtat ex cõtextu. Secundo; quia, & ſi propoſuiſſet, & lex illa infallibilis fuiſſet ſtatuta, verũ eſt, Deũ illuminare, quemcumq; illuminat, quia vult; & non illuminare, quem non illuminat, quia non vult: nam lex illa cum faciente non eſt ſtatuta, quia facit; ſed quia Deo placuit eam ſtatuere propter merita Chriſti. Vnde promiſsio gratiæ cõparatione facientis omnino gratuita, & liberalis eſt. Item ipſa donatio: nam, & ſi Deus promiſsione ſua teneatur conferre facienti; at, cum in opere naturali præuio prorſus negetur à P. Molina eſſe aliquale meritum, aut diſpoſitionem ad gratiam, promiſsio illa non fuit ſub conditione oneroſa, aut alicuius operis meritorij, ſed mere gratuita in ſola diuina voluntate fundata. Vnde etiam ipſa donatio liberalis eſt, quia ſolum confert, quia promiſsit; nõ verò quia recipiẽs ius aliquod acquiſierit ad gratiam ex opere naturali. Quo fit, dari gratiam a Deo ex promiſsione nihil habere commune cum doctrina Maſsilienſium; ſed dari ex aliquo merito præcedenti ex nobis: vt etiam notauit P. Vazquez diſp. 91. cap.12. & 15. num. 121. *P. Vazq.* Quod verò ait de paruulis, ad rem nõ eſt: quia acceptio P. Molinæ procedit in adultis capacibus faciendi, & nõ faciẽdi, quod in ſe eſt. Quod vero ait Auguſtinus, à Didaco Aluarez relatus, aliquando paruulis nõ dari baptiſmum, cũ non habeant contrariam voluntatem, etiam parentibus cupientibus, feſtinantibus, miniſtris quoq; volentibus, ac paratis, expectat ad aliam quæſtionem: an ſcilicet his, & quomodo, prouiſum ſit a Deo ſufficiens remedium ad ſalutem? In qua re difficilis eſt mens Auguſtini: quæſtionẽ verò hãc tractaturi ſumus infra diſp. 34. cap.7.

9 *Auguſt. 2. Argum.* Allegat ſecundo eumdẽ Auguſt. lib.1. quæſtion. ad Simplic. q.2. circa finem, vbi affirmat, Deũ ſæpe relinquere in infidelitate homines, qui intẽdunt bonis operibus moralibus ex facultate naturæ; alios verò vitijs corruptos, & peſsimos cõuerti ad fidẽ. Ponit exẽplũ in meretricibus,

Digitized by Google

tricibus,& hiſtrionibus.Item in Paulo,de quo, ait,nihil aliud voluiſſe,niſi inuadere, & trahere,vincire,& necare Chriſtianos rabida voluntate,furioſa,& cæca : at vna deſuper voce poſtratum,*ocurrēte,vtiq; tali viſo,quo mens illa,& volūtas refracta ſæuitia retorqueretur,& corrigeretur ad fidē repēte ex Euangelij mirabili perſequutore mirabilior prædicator effectus eſt* : ergo ſecundū Auguſtinū,non eſt lex ſtatuta dandi auxilia gratiæ facientibus,quod in ſe eſt.

Nō eſt ad rem. Sed nec hoc teſtimonium ad rem eſt;primo, quia Auguſtinus ſolum agit de inſignibus quibuſdam vocationibus, quas Deus liberaliter tribuit peccatoribus derepente, cum eas non tribuat aliis fidelibus,vel etiam gentilibus tēperate viuentibus.Ex quo infert,Deum nō moueri ad hæc elargiēda, aut propter maius ingeniū,aut propter minora peccata, aut propter honeſtas,vtileſq;doctrinas,aut propter acritatē ingenij, aut propter politiorē litteraturā, &c. ſed ex ſua largitate, & miſericordia ea donare. De lege vero infallibili ſtatuta inter Chriſtū,& Patrem comparatione facientis, quod in ſe eſt. Nec verbum habet, vt legenti conſtabit. Secundo; quia ſæpe contingit,homines pie viuentes, & viam Dei ambulantes non facere, quantum eſt in ſe, & ſepiditate vitæ detineri, impedimentumq; ponere Deo,ne eos inſigniter vocet, atq; promoueat ad excellentem virtutum gradum. Auguſtinus verò ibi ſolū agit, de quibuſdam fidelibus vtriuſq; ſexus in coniugali caſtitate viuentibus ſine quærela ; hi tamen non ideo faciunt, neq; id affirmat Auguſtinus:ergo nec hoc ſecundum teſtimonium ad rem eſt.

Allegat tertio,S. Auguſtinum lib. 1.contra duas epiſtol. Pelagianorum cap. 8. vbi ſic ait:
10 *3. Argum. Auguſt.* *ſi enim ſine Dei gratia per nos incipit cupiditas boni, ipſum ceptum erit meritum, cui tanquam ex debito gratiæ veniat adiutorium, ac ſi gratia Dei non gratis donabitur : ſed meritum noſtrum dabitur*. Ex his verbis colligit, quod operationes antecedentes gratiam,ex ſola facultate naturæ procedentes, ſunt initium aliquod eiuſdem gratiæ, & aliquale meritum ipſius, ſi eis poſitis confertur gratia: ergo cum S. Auguſtinus neget omne meritum ex libero arbitrio, etiam intelligit,non eſſe talem legem.

Confirmat euidenti (vt ipſe ait) argumento à poſteriori ex verbis eiuſdem Auguſtini in citata q.2.ad Simplicianum ad finem:vbi ſic ſcribit,*quare tamen & huic ita,& huic non ita? Homo tu quis eſt? Debitum ſi non reddis, habes, quod gratuleris; ſi reddis, non habes,quod queraris*. Ex quibus conſtat, non poſſe aſſignari aliquam rationem ex parte hominis, quare Deus vocet iſtum, & non illum. Deus enim vnum vocat,quia vult & alium nō vocat, quia non vult;vt verax inveniatur Apoſtolus ad Rom.9. *Non eſt volentis,neq; currentis, ſed Dei miſerentis*:at ſi Deus vocaret ex lege gratia ſua facientem totum,quod in ſe eſt, & non vocaret non facientem,poſſet aſsignari ex parte hominis ratio, quare Deus vocet iſtum, & non illum : quia videlicet iſte fecit prius totum, quod in ſe erat ex facultate naturæ; non autem ille. *Ad Rom.9.*

Non eſſe ad rem. Verū euidens eſt, neutrū horum ad rē eſſe, nec quidquam probare. Atq; in primis verba, quæ allegat ex cap.illo 8.nō bene allegata ſunt. Totum legi,verba non legi.Ibi Auguſtinus totus eſt in liberanda calumnia Pelagij in Apoſtolum Paulum dicentis ipſum etiam,& omnes alios Apoſtolos ſemper immoderata libidine fuiſſe pollutos: quod Apoſtolus de ſe dixit; *ſcio,quia nō habitat in me*; hoc eſt in carne mea bonum:velle enim adiacet mihi,perficere autem bonum non inuenio. Ibi Auguſtinus longo diſcurſu oſtendit, qua ratione per legem cognitum fuerit peccatum,non verò volitum niſi per gratiam Chriſti. At de lege infallibili cum facienti, quod eſt in ſe, nec verbum habet.

Fidelius allegata ſunt verba confirmationis ex q.2.ad Simplicianum : ſed tamen ſententia non ſuffragatur inſtituto Magiſtri Aluarez: nam Auguſtinus ſolum contendit in eo loco, Deum ex mera liberalitate ſecundum beneplacitum ſuum,nullo præſuppoſito merito,ex libero arbitrio, cui aliqua ratione debeatur gratia,vocare hunc,quantumuis ſceleratum,& inſignem peccatorem;ab alio verò exigere pœnas debitas ſuis peccatis, quin propter hanc rationem dicamus,eſſe iniquam diſtributionē apud Deum:quia vt ipſe Auguſtinus ibi ait;*nequaquā exigit indebitū, nequaquā donat alienū*. Vnde peccator,qui nō reddit,&recipit dona, habet,quod gratuletur:ſi verò reddit pœnas debitas nō habet,quod quæratur. Hæc eſt genuina Auguſtini mēs,quæ integra manet,& ſi Deus facieti,quod in ſe eſt,ex natura donaret gratiā propter pactū cū Chriſto initū ; dū tamē ſemper firmum ſit facere,quod in ſe eſt ex natura, nullū cōtinere meritū,occaſionē,aut anſam nullā;ita vt Deus cōferat, aut pactū iniuerit,quia facit:nam tunc verum omnino eſt huic conferre, quia vult tantum, & illi negare, quia non vult tantum; nō donare huic alienum,aut debitum,& ab hoc non exigere indebitum:nā cum omnes ſint in conſperſione alicuius peccati, omnes debēt ſuas pœnas.Qua etiā ratione intelligēda ſunt verba allegata ex illo cap. 8. in lib. 1.contra duas Epiſtol.Pelagianorū, quæ diximus eò loci nō inueniri:nam ſententia Auguſtini vbicumque inueniatur ſolum eſt contra initium boni operis ex nobis cum valore meritorio:

Digitized by Google

meritorio: nam hoc tantum obſtat rationi gratiæ; vt conſtat ex incommodo illato ab Auguſtino, nam (ait) ſi gratia Dei non gratis donatur, dabitur merito noſtro. At ſi operationes bonæ morales, quas nos habere poſſe ſupponit ex cócurſu generali ſine auxilio gratiæ per Chriſtũ circa myſteria fidei, & obiecta ſupernaturalium virtutum nullam habent rationem meriti, nec diſpoſitionis, nec cauſalitatis moralis, & ſi Deus ex promiſsione illas operanti, conferat gratiam, nec contra Auguſtinũ, quidquam aſſeritur, nec quod Pelagianiſmum, aut Semipelagianiſmum redoleat.

Sed dices, intelligi non poteſt Deum ſe obli-
11 gaſſe ex promiſsione facienti, quod in ſe eſt conferre gratiam, & ſi pactum cum Chriſto initum fuerit, quin aliqua ratione reſpexerit operationes noſtras, aut tanquam meritum aliquale, aut tanquam diſpoſitionem remotam, aut tanquam conditionem ſine qua non: ſed quomodocumq; reſpexerit noſtras operationes, & propter illas, quacumq; ratione pactum egerit reipſa verum eſt, gratiam ſubiungi naturæ, & conatus noſtros iuuare, & nos incipere, gratiam ſubſequi, vt pediſequam: ergo in hac lege infallibili videtur contineri, vel ſaltem periculum eſſe Semipelagiani erroris.

Reſpondeo primo: hoc argumentum habere locum contra defendentes axioma illud in ſenſu præuiæ operationis, vt notaui num.1. nõ verò habere locum contra P. Molinam, qui (vt probaui num 5.) non defendit axioma in ſenſu præuiæ operationis præcedentis, ſed in alio, nimirum aggredienti facere, quantum eſt in ſe, in effecturo operationem bonam naturalem, ita ſe ſe Deum intromittere gratia ſua, vt de facto efficiat operationem ſupernaturalem, quæ naturalis foret, ſi non ſe intromitteret.

Reſpondeo ſecundo: etiam in ſenſu operationis præuiæ, quia ipſum affirmarunt graues, & plures theologi, de quibus cap.3. conandum eſſe, vt in eo axiomate ſanum aliquem ſenſum inueniamus; de qua re redibit ſermo noſter cap.4. & 5. ne fateamur, doctrinam communem ſcholaſticorum theologorum, & verã in Eccleſia reputatam per trecentos circiter annos errorem in ſe implicare.

12 Quarto, allegat Proſperum lib. contra Col-
Proſper. 4. Argum. latorem cap. 4. 5. & 6. vbi impugnat Caſsianum eo nomine, quod aſſerat, *cum in nobis ortum quemdam bonæ voluntatis inſpexerit, illuminat eam confeſtim, atq; confortat, & incitat ad ſalutem incrementum tribuens ei, quàm vel ipſe plantauit, vel noſtro conatu viderit emerſiſſe. Vnde non facile humana ratione diſcernitur: quemadmodum Dominus petentibus tribuat, à quærentibus inueniatur, apperiatq; pulſantibus, &c.* In his verbis aſſeruit Caſsianus ſi homo facit, quod in ſe eſt petendo, pulſando, quærendo, &c. Deum adfuturum per gratiam excitantem, & illuminantem. Et tamen redarguitur Caſsianus à Proſpero, quod per eam aſſertionem inſtituat initium gratiæ in natura, cum tamen Caſsianus non aſſeruerit expreſſe eam legẽ infallibilem a Deo ſtatutã: ergo etiã hæc opinio redargueretur à Proſpero, qui lib.1. de vocatione gentium cap.9. eã videtur excluſiſſe in terminis ibi, *manet prorſus, & quotidie impletur, quod Abrahæ Dominus ſine conditione promiſsit, ſine lege donauerit*: nã ſi Abrahę promiſſio gratiæ facta eſt ſine conditione, nõ facta eſt ei, ſi ipſe prius fecerit totũ, quod eſt in ſe, & ſi donatio ipſa ſine lege eſt, nulla eſt lex ſtatuta de conferenda gratia facienti, quod eſt in ſe.

Verum nec hoc argumentũ eſt alicuius momenti: nam Proſper non redarguit Caſsianum, quod in illis verbis adſtruat legẽ infallibilẽ facienti, quod eſt in ſe, vt ipſe Aluarez agnouit. Nec enim erat ibi ſermo de lege, aut promiſſione diuina, vt legenti manifeſte conſtabit: ſed de initio aliquali ex conatu naturæ, cui ſubiungatur gratia, propter vim aliquam mouendi Deum, vt ratione eius infundat gratiam: nam ſi Caſsiano, & Maſsilienſibus concederetur hoc initium, & hæc virtus in natura, licet negaretur lex infallibilis, ſeu promiſsio certa, cum eis nulla relinqueretur controuerſia, & omnis ſedaretur perturbatio. Cuius ratio à priori eſt, quod debitũ in lege, aut in promiſſione fundatũ, nõ tollit rationem liberalitatis, aut miſericordiæ in ipſa donatione, ſed ratio meriti ex natura; vt notaui n.8. reſpondens ad primũ argumentũ, & expreſſe docuit S. Thomas in expoſitione Epiſtolę ad Rom.c.15. lect. 1. §. *& hoc eſt, quod dicit*, vbi ait, Apoſtolũ cõuerſionẽ Iudæorũ attribuiſſe veritati diuinæ; conuerſionẽ gentiliũ diuinæ miſericordiæ, & cũ ſibi obieciſſet illud Pſal.24. *vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas*; ſic reſpõdet: *ſed dicendũ eſt, quod per hoc, quod adſcribit vocationẽ Iudæorum diuinæ veritati, nõ excludit miſericordiã; quia, & Apoſtolus ex Iudæis natus, dicit 1. Thimoth.1. miſericordiã cõſequutus ſum, & hoc ipſum miſericordiæ fuit, quod Deus patribus promiſsiones facit de poſteriorũ ſalute.* Ecce obligatio orta ex promiſsione; niſi ſubſit meritum in opere, quod offertur in obſequium Dei, nõ eſt contra rationem miſericordiæ. At P. Molina omne meritum remouebat à faciẽte, quod eſt in ſe, tum quia negauit omnem præuiã operationem: (vt oſtendi num. 5.) tum, quia adhuc ea data, ſi negetur omne meritum, omnis diſpoſitio, aut connexio operationis naturalis cum collatióne gratiæ, ſolum remanet obli-

Nullius momenti eſt.

Debitum ex promiſſione non tollit liberalitatẽ.

S. Thom.

Pſal.24.

1.Timot. 1

Digitized by Google

obligatio ex lege, & promiſsione, quæ nihil habet affine cum Maſsiliorum ſententia. Nec maioris momenti eſt cõfirmatio, quæ ſumitur ex c.9. libri primi de vocat. gentiũ. Cuius verba in cortice, & externo ſono ad rẽ ſunt: at in ſignificatione, & mente, quã cõtinent abs re quidẽ: nam ibi Proſper alludit ad locum Pauli ad Gall. cap. 3. ibi, *ſi autẽ hominis confirmatũ teſtamentũ nemo ſpernit, aut ſuperordinat Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones, & ſemini eius*, quaſi dicat: humano, o Gallatæ, ac vulgari vtor exẽplo: nam ſi hominis teſtamenta, & pacta fide obſeruãtur, vos pudere debet, quod minus tribuatis Dei promiſsionibus: ecce ergo, tum Apoſtolus, tũ Proſper affirmant, tum Abrahæ, tum filijs promiſſam gratiã; cum verò dicit Proſper ſine lege donaſſe, ſenſus eſt, gratiam Chriſti non eſſe alligatam legi Iudæorum; vt in ea Epiſtola dicit eis Paulus, nimirum, non ex operibus legis ſpiritum accepiſſe, ſed ex auditu fidei: Proſper vero proſequitur, non ideo euacuari fidẽ, aut promiſsionem Dei, quod quidam, quibus hæc prædicata ſunt, non crediderint, quia in alijs, qui crediderunt expleta eſt. Ad Gal. 3.

13 S. Thom. 5. Argum. Quinto, allegat S. Thomam 1.2. q. 109. ar. 6. & ad Rom. 10. lect. 3. Quia verba D. Thomæ retuli, & expendi ſatis diſp. 26. cap. 3. vbi mentẽ D. Thomæ venatus ſum; ideo de hoc argumẽto cõtra P. Molinã ſolum dico, verum eſſe in his, & alijs locis à me allegatis S. Thomã explicuiſſe illud axioma de faciente, quod eſt in ſe ex auxilio gratiæ. Quæ explicatio veriſsima eſt, & ſanam doctrinam cõtinet. At etiam in alijs locis (vt q. 14. de verit. ar. 1. & in ſolutione ad 2. eiuſdẽ articuli) plane affirmat. certiſsime tenendũ eſſe nutrito in ſyluis, & ſequenti ductũ naturalis rationis, Deũ adfuturum, vel per internã inſpirationem, vel per prædicatorem ad eum directum Idem etiam affirmauit 3. contra gentes, cap. 149. & in alijs locis, quæ allegaui illo cap. 3. atq; adeo vtrãq; D. Thomas videtur explicationẽ amplexus, & licet conatus fuerim quantũ potui eum liberare à ſententia, quæ docebat poſſe ſe liberum arbitrium præparare ad gratiã, ſaltem remote propter rationes ibi formatas: at ſecluſa diſpoſitione, & omni merito ab opere liberi abitrij. non eſt cur negemus D. Thomam vtrumq; affirmaſſe, & facienti quod in ſe eſt per vires naturæ Deum præſto ad futurum auxilijs gratiæ. Item, & facienti, quod in ſe eſt per vires gratiæ Deum collaturum vberiores gratias.

14 6. Arg. Matth. 20. Sexto, vtitur ratione fundata in ſacris litteris: nam quidquid datur ex lege, & pacto homini operanti, datur ex iuſtitia ſaltem imperfecta; vt conſtat ex cap. 20. Matthæi ibi, *non ne ex denario diurno conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade in pace*. In quibus ſignificatur ſuum eſſe, quod datur alicui ex conuentione, & pacto: ergo pariter ſi auxilia gratiæ dãtur facienti, quod eſt in ſe ex pacto, & lege conferuntur debita ex aliqua iuſtitia: ac proinde gratia dabitur ex operibus, & nõ erit gratia, ſed merces contra Paulum ad Rom. 4. & 11. Ad Rom. 4 & 11.

Verum nihil poterat adduci minoris momẽti cõtra illud axioma; vt à P. Molina defenditur: primo, quia ex hoc teſtimonio Matthæi interpretes adſtruũt merita ex noſtris operibus: nam quemadmodum operari in vinea laborantes proprie, vereq; merentur denarium diurnũ. qui (vt notat P. Mariana in hunc locũ) valebat noſtrã dragmã, & ſeptimã partẽ eius, aut 40. marauedinos; ita, qui in Eccleſia Dei laborãt, vere merentur vitam æternam: atqui àb operibus naturæ omne meritum remouebat P. Molina. Immo, & etiam omnem operationem prauiam: ergo diuerſa ratio eſt de operario laborante, cuius opera digna eſt ex ſe denario diurno, & cõuentio, & pactum cũ Domino ſolum exigitur, vt conditio neceſſaria, vt Dominus obligetur; nõ vt dans valorẽ labori operarij, & de faciente, quod in ſe eſt ex viribus naturæ, cuius labor, & induſtria nihil valet ad gratiam, vnde pactum non fuit cum ipſo laborante initum, ſed cum Chriſto merente ex Deitate. Quapropter donatio gratiæ comparatione facientis, quod eſt in ſe liberalis eſt, & miſericors: donatio verò denarij comparatione operarij debita eſt, & actus iuſtitiæ. *Parui momenti eſt.* P. Mariana.

Septimo, probat ex illo Paulo ad Rom. 15. ibi, *dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis, propter veritatem Dei ad confirmandas promiſsiones patrum; gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum*. Quem locum explicans S. Thomas lect. 1. inquit, *quod Chriſtus in propria perſona non exhibuit ſeipſum, niſi Iudæis propter veritatẽ Dei, vt ſcilicet veritas Dei promittẽtis comprobaretur. Vnde ſubdit Apoſtolus ad confirmandas promiſsiones patrum, ideſt, vt per hoc implerẽtur promiſsiones patribus factæ. Vnde hoc non habet locum quantum ad gentiles, ſed ſunt propter miſericordiam ſuſcepti*. Ex his verbis S. Thomæ, ſic conatur ducere argumentum pro tollenda illa lege: nam Chriſtus in ordine ad gentes ex miſericordia mera miſſus eſt: at in ordine ad Iudæos, vt Deus ſeruaret veritatem in promiſsis: atq; adeo ex aliquali debito: ergo pariter ſi eſt promiſſa gratia præueniens facientibus, quod in ſe eſt confertur eis ex veritate, quæ eſt pars potentialis iuſtitiæ: ac proinde erit debita, ſaltem ex iuſtitia imperfecta. 15 AdRom 15. 7. Argum. S. Thom.

Confirmat hoc argumentum ex doctrina S. Thomæ 2.2. q. 80. ar. 1. in corpore, vbi ait, debitum legale eſſe illud, quo quis lege adſtringitur ad reddendum: ergo ſi Deus lege ſe obli-

Digitized by Google

gauit ad conferenda auxilia gratiæ præuenientis facientibus, quod in ſe eſt; cum confert ex debito legali eam confert.

Retorquetur cõtra obycientem. Verum argumentum hoc contra ipſum efficaciter inſtaurari poteſt: nam ſicut Chriſtus Dominus Iudæis ex miſericordia, & pura liberalitate donatus eſt, non obſtante promiſsione Patribus teſtamenti veteris facta; ita Deus gratiã præuenientẽ cõferre poteſt ex pura liberalitate, & miſericordia faciẽti, quod in ſe eſt, nõ obſtãte promiſsione, ſi præuia operatio ex natura habita nullũ habet valorẽ meritorium; vt ſupponit hæc ſententia. Etenim, vt D. Thomas optime expendit in eo loco allegato, tã miſericors fuit, atq; liberalis miſsio Chriſti cõparatione Iudæorũ, ac cõparatione gentiũ: nam de hac miſericordia, quam Deus largitus eſt orbi

Pſal.32. terræ, dicitur Pſalmo 32. *miſericordia Domini plena eſt terra.* Et Lucæ 1. *miſericordia eius a pro*

Luc.1. *genie, & in progenies timẽtibus eum.* Et Paulus,

1.Ad Tim.1. cũ Iudæus ſit, dixit de ſe 1. ad Timoth. 1. *miſericordiã cõſequutus ſum.* Vnde ſiue Chriſtus ſpecialiter promiſſus fuerit Iudæis, vt in propria perſona apud ipſos degeret, ſiue promiſsio Chriſti vniuerſalius cõſideretur ſecundũ quod merita paſsionũ eius ad omnes gentes ſe protenderunt, & in omnem terram exiuit ſonus Apoſtolorum, atq; diſcipulorum. At hæc diuerſa ratio promiſsionis nõ obſtat, quominus tum Iudæis, tum gentibus ex mera liberalitate, & miſericordia datus fuerit; ita licet ſpecialis promiſsio gratiæ facta ſit facienti, quod in ſe eſt, & non facta non facienti, hoc tamen non obſtat quominus vtriq; donetur gratia ex mera liberalitate, cum donatur.

Ad confirmationem reſpondeo: veriſsimam eſſe doctrinam, quam docet D. Thomas in eo art. 1. vbi numerat virtutes iuſtitiæ annexas, & quæ deficiunt a perfecta ratione ipſius: & ideo

Debitũ legale quid. dicuntur partes potentiales virtutis. Et poſtquam numerauerat virtutes, quæ ſunt ad alterum, & deficiunt à ratione iuſtitiæ, quia non dant alteri æquale, vt parenti, magiſtro, &c. dicit, duplex eſſe debitum, alterum morale, alterũ legale; legale debitũ (ait) eſſe, ad quod reddendum aliquis lege adſtringitur: morale verò, quod aliquis debet ex honeſtate virtutis, & vt debitum ex honeſtate virtutis non eſt ad rem noſtram, neq; enim procedit ea obligatio ex merito alterius, ſed ex honeſtate obiectiua virtutum: ita nec debitum legale, quod pariter non procedit ex bono opere, atque virtute merendi eius. Vnde, qui liberaliter promiſsit, & lege ſe adſtrinxit ad reddendum, non tam debet perſonæ, cui dat, quam ſibi: radix enim huius debiti fundatur in propria liberali voluntate, qua ſe adſtrinxit, vt ſatis, ſuperq; cõſtat ex dictis.

Octauo, obijcit canonem ſextum Arauſicani 2. in quo damnatur, qui dicit *ſine gratia Dei* 16
credentibus, volentibus, deſiderantibus, pulſantibus miſericordiam conferri. In his verbis expendit illud *miſericordiam conferri*, nam etiam Semipelagiani (contra quos loquitur) defendebant, auxilia gratiæ dari ex miſericordia, & non ex iuſtitia: ergo pariter comprehenſa eſt in hac damnatione ſententiæ P. Molinæ de infallibili lege; & ſi ſemper dicat facienti, quod in ſe eſt ex miſericordia conferri auxilium gratiæ. *Arauſicanum. 8. Argumentum*

Reſpondeo; neque hoc teſtimonium eſſe ad rem: nam vt conſtat ex dictis diſp. 25. cap. 3. Semipelagiani ponebant meritum de cõgruo in operibus purè naturalibus: ideo vero dicebant, miſericordiam a Deo conferri non obſtante eo merito; quia condignum non erat gratiæ. Vnde ex parte rationem gratiæ denigrabant, & ex parte defendebant. Qua propter merito Semipelagiani dicti ſunt: nam Pelagius in totum gratiam deſtruebat. At hoc axioma, vt defenditur à P. Molina, remouet omne meritum ab operibus liberi arbitrij, ſiue non præuie, ſiue præuie illud intelligat. Et cum ex lege infallibili nullum etiam accedat meritum eiſdem actibus, alienus eſt à Semipelagianis, & tutus à damnatione Concilij Arauſicani, quæ contra ipſos lata eſt, non contra legem infallibilem. *Non eſt ad rem.*

Licet, ſecundam concluſionem ſtatuat contra primum dictum P. Molinæ, nimirum, ſecun- 17
dum legẽ ordinariã nõ dari auxilia gratiæ præuenientis, niſi faciẽtibus, quod in ſe eſt. de quo diximus impoſturã cõtinere in principio huius capitis: quia verò in hac etiã cõcluſione producit multa contra illã legẽ infallibilẽ, quæ eſt de mẽte P. Molinæ, nõ poſſumus nõ ea examinare, & quantũ põderis habeãt æqua lãce librare.

Nono, igitur format argumentũ ex Caſsiano collatione 13. vbi, ait, nõnunquã etiã ab homi- 18
ne quoſdã conatus bonę volũtatis, vel exigere, vel expectare, ne penitus dormiẽti, aut inerti otio diſſoluto ſua videatur dona cõferre. Propter quã rationẽ reprehendit Proſper Caſsianũ in lib. contra Collatorem per plura capita, ac præcipue c. 39. definitione. 6. vbi hæc, ait, *quaſi ita vtrumq; recipiendum ſit, in alijs hominibus voluntas gratiam, in alijs gratia præueniat voluntatem, & non ita, vt omnibus voluntas gratiã ſubſequatur. Quoniam ſecundum ipſos, ſeu fertur liberum arbitrium cum à gratia præuonitur, auffertur gratia cum a libero arbitrio præuenitur:* ergo potiori iure reprehendiſſet hanc ſententiam, quæ adſtruit dari gratiam ex lege infallibili facienti, quod eſt in ſe, & regulariter non dari non facienti. *9. Argumentum. Proſper.*

Verum eodẽ pede claudicat hoc argumentum,

Non attingit pũctũ controuerſiæ.

tum,neq; attingit,(ſicut cætera) punctum controuerſiæ. Verba Proſperi optima ſunt ad probandum, Caſsianum conceſiſſe, quoſdam præueniri à gratia Dei. Quod etiam nos monſtrauimus diſp.25.cap.6. At abs re ſunt contra legem infallibilem. Id conſtat, quia Proſper ſolũ negat, ita præueniri gratiam a libero arbitrio, vt ratio gratiæ auferatur, hoc eſt, cum in actu liberi arbitrij præueniẽte eſt ratio meriti pugnans cum ratione gratiæ, & in hoc tantũ reprehendebat Caſsianum, cuius mens ſemper erat ponere meritum de congruo præcedens ex libero arbitrio ad primæ gratiæ auxiliantis infuſionem; vt conſtat ex dictis diſp.25.cap.3. Hic obſerua hoc argumentum, & fere omnia cætera ab ipſo Magiſtro Aluarez, & à fere vniuerſa Theologia ſoluendum eſſe: nam cõmunis ſententia concedit, poſſe hominem infidelẽ eruditum de vero Deo ſolis viribus naturæ cum auxilio communi, non pertinente ad ordinẽ gratiæ per Chriſtum elicere actum, quo efficaciter velit conſequi veram fidem, & doctrinam ad ſalutem neceſſariam. Item eumdem poſſe cognitis peccatis, quæ commiſsit, habere odiũ, & deteſtationem ipſorum, atq; ex animo deſiderare veniam à Deo. Ecce is homo facit, quantum eſt in ſe ex viribus naturæ, nõ ne huic Deus adeſſe poterit gratia ſua illuminando intellectũ, & afficiendo voluntatem per inſpirationem. vt eliciat actus ſupernaturales, pro vt oportet, vt ſe ſe incipiat ſaltem remote diſponere ad donum fidei, & gratiæ iuſtificantis, remiſsionẽq; peccatorum ſuſcipiendam? Quis hoc neget? nã ſi Deus his gratijs accurrit nõ ſemel, arbitrio pigro, & in peccatis dormienti, & nihil de ſalute ſua cogitanti, quare non poſsit, & de facto accurrat huius hominis arbitrio iam vigilanti, atque ſolicito de fide vera, atque gratia iuſtificationis, & facienti totum, quod poteſt, vt eã cõſequatur? Modo ne in hoc homine Deus expectat bonæ voluntatis conatus? In hoc ſubiungit gratiam naturæ, aut humano labori? An ne propter anſulam, quam ipſe dat illum apprehendit, & euehit ad gratiam? Negabunt merito Theologi, omnes ita eſſe in ſenſu, quem intendebant Maſsilienſes, & dicent, ſolum concomitanter ſe habere illam coniunctionem bonæ operationis liberi arbitrij, & infuſionis gratiæ, ſine vllo ordine cauſæ moralis, aut diſpoſitionis illius ad hanc. Et hac doctrina tuti erunt à conſenſione cum Semipelagianis. Pariter P. Molina, & ſi ſuper ponat legem infallibilem, & promiſſum Dei accurrendi omni homini facienti, quod in ſe eſt lumine naturæ (ſicut diximus de hoc,) vitat errorem Maſsilienſium, propterea quod infaciente negat omnem connexionem boni vſus liberi arbitrij cum gratia ex aliqua ratione cauſæ, aut meritoriæ, aut diſpoſitiuæ; & affirmabit, hæc inter ſe collata ſolum concomitãter coniungi, ſine vllo ordine, cum lex illa infallibilis non ſit ſtatuta inter Patrẽ, & Chriſtum propter illum bonum vſum; ſed propter ſola præciſe merita Chriſti. Iam aduerti in principio huius capitis num. 5. nec hoc etiam indigere P. Molinam, quia non loquitur de faciente, quod in ſe eſt, præuia aliqua operatione.

Hoc argumentũ omnem vrget ſcholam.

19

10. Argum.

Decimo argumentatur, quia ſequitur, nec gratiã præuenientẽ eſſe præuenientẽ, ſed præuentã; nec primã vocationem eſſe primã, ſed ſecũdam. Probat ſequellam; quia præuenitur à libero arbitrio faciente, quod in ſe eſt.

Leue argumentum.

Leue argumentum; primo, non eſt contra Molinam, qui non admittit præuiam operationẽ. Secundo; quia tantum præuenitur in caſu facientis, quod in ſe eſt materialiter, & cõcomitãter; nõ autem meritorie, aut diſpoſitiue (vt ſæpe dixi.) Vnde vocatio gratię prima eſt non ſecunda, quia non ſupponit meritum, aut diſpoſitionem ad illam: pariter auxilium gratię præueniens eſt; quia non pręuenitur a merito, aut a diſpoſitione.

11. Argum.

Vndecimo, affert caſus ex ſacra Scriptura; in quibus Deus pręuenit ſuis auxilijs homines ſceleratos. In quo maxime ſplendet miſericordia Dei: ait enim, *inuentus ſum a non quærẽtibus me, palam apparui his, qui me non interrogabãt; tota die aperui manus meas ad populum non credentẽ, ſed cõtradicentẽ.* Et Iſaię 50. *quia veni, & non erat vir: vocaui, & non erat, qui audiret.* Iſai. 50.

Solutio.

Sed quis hoc negat? An ne vult Aluarez ſolum Deum vocare non quęrentes, non audientes, contradicentes, an etiam vocare, ductũ naturæ in fuga mali, & appetitu boni, quoad fieri poteſt, ſequentes. Nõ negauit, hos vocare, cũ id æquius ſit, & bonitati diuinę magis cõſentaneum. In his ergo eſt lex, non illis, quin contra legem aliquid adferat momenti.

Auguſt. *Obiectio ex Aug.*

In confirmationem huius argumẽti adducit inſigne teſtimoniũ Auguſtini ex lib.1. de peccatorũ mer. & remiſſ. cap.22. vbi proponens, vnde proueniat, quod nõ dũ natis, nec in electione boni, aut mali aliquid operatis, Dei propoſitum ſecundum electionem maneat, ſic ait. *Vnde enim fit, vt homo ab ineunte pueritia modeſtior, ingenioſior, temperantior, ex magna parte libidinum victor, qui oderit auaritiã, luxuriã deteſtetur, atq; ad virtutes cęteras prouectior, aptiorq; conſurgat, & tamẽ eo loco ſit, vbi ei prædicari gratia Chriſti non poſsit? Quomodo enim inuocarunt, in quem non crediderunt, aut quomodo credent ei, quæ non audierunt? Quomodo audient ſine prædicante? Alius autem tardus ingenio, libidinibus deditus, flagitijs, & facinoribus coopertus; ita gubernetur, vt audiat, credat, baptizetur, rapiatur; aut, ſi detentus hic fuerit, laudabiliter*

Digitized by Google

dabiliter viuat? Vbi duo iſti tam diuerſa merita contraxerunt? Non dico,vt iſte credat,ille no credat,quod eſt propria volutatis;ſed,vt iſte audiat, quod credat,ille non audiat, hoc enim non eſt in hominis poteſtate. Ex his verbis Auguſtini effici videtur conari,quantũ eſt in ſe ex libero arbitrio nihil prodeſſe, vt Deus conanti mittat prædicatorem,quem audiat:ergo ſecundu Auguſtinũ non eſt illa lex infallibilis,quam excogitauit P.Molina.Porro Auguſtinus poſt pauca,in quibus oſtendit,nulla merita,vel demerita,ante quam anima infunderetur corpori præceſsiſſe,propter quæ vnus tardus ingenio, aut vitijs deditus,alius perſpicax, atq; modeſtus naſceretur,ſic concludit, *quid huic reſpondeat omnino non video,qui volentes humanis coniecturis iuſtitiam Dei defendere, & ignorantes altitudinem gratiæ fabulas improbabiles texuerunt*. Quæ verba conuenire videntur gratiam ſubiũgẽtibus ex lege infallibili humano labori,quia hi,& altitudinem gratiæ vidẽtur ignorare,quatenus facienti,quod eſt in ſe ex natura gratiam alligant,& hac humana coniectura iuſtitiã Dei defendunt.

20 Cæterum,Auguſtinus primo,non deſcribit illum hominẽ facientem,quod in ſe eſt,hoc eſt dolentem de omni peccato,ſed ſolum ex naturali temperie,modeſtum,tẽperatum,non auarum,nõ libidinoſum,&c.nam ſolum,ait,poſſe contingere illum magna ex parte libidinũ eſſe victorem;non vero ex omni parte.In quo ſupponit eum, quibuſdam carnis illecebris, atq; cupidinibus aliquãdo victum,& alijs vitijs irretitum:atq; adeo caſus Auguſtini alius eſt ab eo,de quo loquuntur Theologi de illo axiomate facienti,quod eſt in ſe,&c.nam Auguſtinus non ignorabat, nullum hominem, quantũuis moribus cõpoſitũ poſſe diuturnã vitã degerere ſine crimine,cũ ſolo concurſu communi:ſi autem,cui id cõtigiſſet,& doleret de peccato,cum in ipſum laberetur,non negaret Auguſtinus ei Deum affuturum gratia ſua, vel interius reuelãdo, vel exterius prædicatorẽ mittendo; vt expreſſe docuerunt fere omnes antiqui ſcholaſtici,quos retuli diſp.26.cap.1.& 2. & inter eos ſanctus Tho.expreſsiſsime,vt conſtat ex art.3 plures alios etiam referam cap.ſequenti. Deinde Auguſtini inſtitutum in hoc loco ſolum erat oſtendere nulli horum hominum,aut a natura compoſito,aut incompoſito dari gratiam à Deo,propter aliqua merita habita,aut ante corporis informationẽ,aut in corpore.Id conſtat ex toto contextu eius capitis. quod ſane verum eſt,atq; integrum ſtãte lege infallibili excogitata à P.Molina: nam ea,neq, in alia vita(vt conſtat) neque in hac in operatione præuia introducit merita ad gratiã.Non ergo ignorat gratiæ altitudinẽ,ſi quidem nullum agnoſcit meritum eius in natura, neq; humanis coniecturis iuſtitiam Dei defendit,cũ omnẽ largitionem gratiæ in liberalẽ, atq; gratuitam voluntatem Dei referat.

Aug. explicatus.

S.Thom.

Deniq;,duplici exemplo confirmat ſuã ſententiam petito ex Fulgentio lib. de Incarnat. & gratia cap.19.& 20.in primo,ait,Fulgentius ſicut in natiuitate carnali omnem naſcentis hominis voluntatem præcedit operis diuini formatio:ſic in ſpirituali natiuitate : ergo Fulgentius docet, nihil ex parte noſtra præcedere in infuſionẽ gratiæ, per quam regeneramur:ſicut nihil præcedit in generatione carnali.Alterum habet cap.20.vbi cõparat generationẽ Chriſti in viſceribus Mariæ Deiparæ cum generatione fidei in mente fidelis.& ſic,ait, carnem autẽ illam,nec concipere Virgo poſſet aliquando, nec parere niſi eiuſdem carnis Spiritus ſanctus operaretur exordium:ſic etiam in hominis corde,nec concipi fides poterit,neque augeri,niſi eam Spiritus ſanctus effundat,& nutriat. 21

Fulgentio. *Duplici exemplo ex Fulgẽtio.*

Conceptus fidei, & conceptio carnis Chriſti Domini ſimiles.

Verum neutrum, exemplum obſtat Patri Molinæ:eleganter quidem Fulgentius in vtroque illo cap. & exemplo explicat, Deum eſſe auctorem,& conſummatorem fidei noſtrę,nec noſtram voluntatem expectare,vt ex nobis fides incipiat:nam ſi ex nobis incipere,conſummari etiam poſſet; vt optime argumentatur: quo etiam argumento nos vſi ſumus diſp. 25. cap.4.& 5.*ac ſic totum*,inquit,*Deo adimitur, ſi & initium, & conſummatio fidei noſtræ humani arbitrij viribus applicetur*. Ecce contra Semipelagianos negat arbitrio initium fidei Chriſtianæ,hoc eſt,aliquale meritum propter quod incrementum tribuat Deus.At non negat,hominem adultum ante gratiam operationes naturales honeſtas exercere poſſe.Neque in hoc conſtituit ſimilitudinem inter formationem carnalem,& reformationem ſpiritualem:nam ante illam, vt nullum habet eſſe, ita nec operationem voluntatis exercere poteſt:ante hãc autem habet eſſe, & virtutem operis naturalis. Qua propter in eo ſolum exempla tenent,quod ſicut ante natiuitatem carnalem nihil poteſt naſciturus operari, quo ſuam formationem mereatur. Ita ante initium ex gratia, ex natura ipſum initium mereri non poteſt;quod totum verum eſt in ſentẽtia adſtruẽti legem illam infallibilem (vt ſæpius inculcaui.) Hanc defenſionem P. Molinæ fuſius proſequutus ſum, omnia teſtimonia Magiſtri Aluarez in particulari euoluens, non tam propter ipſorum difficultatem, quam, vt vſque ad ſacietatem ſatisfacerem noſtris aduerſarijs. Vereor, ne non aduerſarijs generem faſtidium, ſed euidentia noſtrę defenſionis, ſi doctrinæ huius ſtudioſi ſunt,leuabit moleſtiã. Hæc eadem teſtimonia contra maiorem, ne dicam meliorem

Digitized by Google

meliorem partem Theologorum locum habere capite ſequenti facio manifeſtum: ergo aduerſarij dum tela contorqueant in Molinam, non dubitabunt percutere quotquot Doctores eis à factione Molinæ objiciantur.

Caput III. *Vt ab alijs Theologis hoc axioma defendatur, aut refutetur.*

22 QVIA ſcriptores noſtri animaduerterunt, vrgeri noſtrum Molinam à recentioribus Thomiſtis propter explicationem eius axiomatis ex ſtatuta lege infallibili, vt diximus fuſe cap. ſuperiori; ſedula diligentia curarunt magnam quantitatem Theologorũ cógerere, qui non ſolum axioma illud iuxta mentem P. Molinæ omnino alienum à Semipelagianis; ſed etiam alia via latiori, atq; affini Semipelagianis defendũt, quos ego etiam breuiter enarrabo; quia id vtile iudico, vt conſtet, quænam doctrina in Eccleſia ab eius tutatoribus tutata ſit, vt ſecura, atq; catholica. Atq; in primis, iam dixi diſp. 26. cap. 1. de Scoto, Gabriele, Durando, & Caietano, ipſos poſuiſſe vltimã diſpoſitionem ad gratiam ex viribus naturæ: vltima autem diſpoſitio non ponitur ſine lege infallibili conferendi formam (vt expendebam cap. 2. num. 8.) in quo etiam allegaui Sotũ, Ricardum, atq; Gerſonem, qui etiam nimis tribuerunt libero arbitrio: atque adeo ex dictis conſtat, potiori ratione hos doctores impeti poſſe, quam noſtrum Molinam. Deinde cap. 3. ſatis móſtraui quantum dederit D. Thomas libero arbitrio ad ſe præparandum ad gratiam: modo autem alij doctores addẽdi. Guillelmus Altiſiodorenſis lib. 3. ſummæ tractatu 2. q. 5. quærit, vtrum hæc argumentatio ſit neceſſaria: *iſte facit, quidquid in ſe eſt: ergo Deus dat ei gratiam.* Et reſpondet eſſe, concludens, & ſi Deus non ſemel det gratiam non facienti, quod in ſe eſt, ac ſemper dat facienti, *aliter non reciperet confugientes ad ſe.* Quod ſi ſemper dat, voluit dare ex æternitate: atq; adeo ſe obligauit decreto dandi quod decretum, (& nihil aliud) eſt lex infallibilis. Alexander Alenſis 3. p. q. 69. mẽb. 5. art. 3. ait, neceſſario, atq; immutabiliter Deũ dare gratiã ei, qui facit, quod eſt in ſe. Et deinde inquirens, quid ſit facere, quod eſt in ſe, ait, *in quolibet homine per naturam eſſe rectam rationem inditam à creatione, per quam quodlibet animal poteſt cognoſcere ſuum principium, & quod ab illo debet petere bonum, & per illum debent ſuppleri omnes defectus. Si ergo*, inquit, *ſecundum iſtam notionem operetur homo ſuo arbitrio recurrendo ad illum, quem ſcit ſuum eſſe principium, & quem ſcit eſſe orandum ſibi, & petat ab illo lumen cognitionis fidei, & boni, dabitur ei.* Ecce Alexander Alenſis operanti ex lumine naturæ, ait, promiſſum eſſe lumẽ fidei.

Plures Theologi in axiomate ſuffragãtur Molinæ.

Altiſiodorenſis.

Alenſis.

Hic nota, P. Vazquez 1. p. diſp. 91. c. 10. ſubducere conatum ab hac ſententia Alexandrum, 23 quia 3. p. q. 69. memb. 1 art. 2. docet, non poſſe liberum arbitrium de ſe declinare à malo, & facere bonum ſine auxilio gratiæ. Verũ immerito ſubducit: nã in eo loco plane loquitur de declinatione à malo in adimpletione totius præcepti, & fuga omnis peccati, per opus meritorium gratiæ: nam alias diceret Alexander, non poſſe liberum arbitrium ſine gratia facere vllum opus moraliter bonum, & non valere niſi ad peccandum, quod nemo ei imponit: immo ipſe P. Vazquez in ea diſp. cap. 16. fatetur Alexandrum id non ſentire. Albertus etiam in 2. diſt. 28. ar. 1. ad 4. ait, eſſe in nobis poteſtatẽ ad aliquid faciendum: quod ſi fecerimus, *Deus ineuitabiliter dat gratiam.* Bonauentura in 2. diſt. 24. art. 2. q. 1. dicit vix aut numquam deſtitui liberum arbitrium gratia gratis, per quã homo ſe poteſt aliquando ad gratiam diſponere. Vbi nota, per hãc gratiam intelligere quoſdam affectus naturales, vt quo quis reformidet pœnas inferni, aut ab infantia inſita ſit in viſceribus quedam pietas. Vnde etiam immerito Bonauenturam ſubducit P. Vazquez ſupra. Deinde Vega lib. 3. in Concilium Trident. c. 12 docet nullũ eſſe ex viatoribus, qui non poſſit bene vti naturalibus. *Ei autem*, inquit, *qui hoc fecerit, Deus, (qui nemini deeſt facienti, quod in ſe eſt) auxilium ſine dubio præſtabit ſufficiens ad obtinenda dona ſupernaturalia.* Driedo de concordia lib. arb. pag. 51. Id etiam inſinuat, & Ricardus art. 7. pag. 348. ait, *quod tamen Deus adeſt etiam facienti, quod in ſe eſt* ex puris naturalibus ad illuſtrationem, & inſtinctos diuinos, ad quos ex immenſa erga peccatores charitate inuitatur: non autem ex vllo merito, vel dignitate; ſed quod ſemper, & quaſi ex infallibili ordinatione eis adſit, vt neceſſaria ſalutis largiatur. Ex ſcripturis non certo
24 conſtare poteſt, pie tamen hoc confidimus, ne de aliquo deſperetur. Porro ex Thomiſtis hoc ipſum defendũt, AEgidius Romanus in 2. diſt. 28. ar. 2. Franciſcus Victoria in relectione 3. de peruenientibus ad vſum rationis 2. p. num. 14. allegans D. Thomã de verit. q. 14 ar. 11. & ait, *quod ſi quis faciat, quod eſt in ſe, ad prouidentiã Dei expectare, ſubuenire in neceſſarijs*: & declarat, quid ſit facere, quod eſt in ſe dicens eſſe ſequi

P. Vazq.

Albertus.

Bonauent.

Vega.

Driedo.

Ricardus.

Qui Thomiſtæ axioma defendant.

AEgidius.

Victoria.

Digitized by Google

qui dictamen legis naturalis cũ appetitu boni, & fuga mali, & hoc ſufficere. Item Bartholomeus à Medina 1.2.q.109 ar.6.q.3.ait, probabilem eſſe ſententiã doctorum; quod facienti, quod eſt in ſe ex facultate naturę, Deus ex ſua miſericordia nunquam denegat gratiã. Deinde duo conſtituit diſcrimina inter hanc, & Pelagianam ſententiã: addit vero probabilius eſſe, & magis conſentaneum Auguſtino, & Patribus non eſſe legem infallibilem de conferenda continuo gratia facienti, quod eſt in ſe. Canus relect. de Sacramentis in genere 2.p. poſtquam dixerat excuſari poſſe à peccato, nõ credẽtẽ in Chriſtum propter non annuntiatũ Euãgelium, at propter alia peccata contra legem naturæ merito condemnari, *quod ſi fingas, inquit, eiuſmodi naturæ legem ſeruare*, reſpõdet D. Thomas tertio diſt. 25.q.2.ar.1. quæſtiuncula ad 1. & 2. & ar. 2. q.2. quod ſi quis faciat, quod in ſe eſt, huic Deus prouidebit, vel per hominem, vel per Angelum, ſi opus fuerit. *Et ſi quæras, vnde hæc tam extraordinaria prouidẽtia, certe præterquam quod ratione conſtat: neq; enim Deus deficit in neceſſarijs, ſacris etiam litteris traditur*. Et ibi allegat pro ea ſentẽtia plura ſacrę paginæ teſtimonia. Itẽ Ioannes Viguerius in inſtitutionibus Theologicis. c.10.§.4. Corduba late lib.2. de ignorãtia q.4. & 5. ad 4. Demũ Albertus Pighius de lib. arb. cõtra Caluinũ fol.99. Præter hos citantur alij à Patre Suarez lib.2. de Cauſa prædeſtin. cap.18. & à P. Leſſio lib. de auxilijs. cap.10. & in appendice. Accedit, quod hæretici noſtri tẽporis inſimulant ſentẽtiã hãc cõmunem catholicorum Pelagiani erroris; vt cõſtat apud Roffenſem de Luthero in aſſertione articuli 36. & de Caluino lib.2. inſtitutionũ. cap.3. vbi irridens appellat Ochamicũ axioma. Quam ſolum ob cauſam catholico Theologo ab omni cẽſura abſtinendũ eſt.

Barthol. à Medina.

Canus.

D. Thom.

Viguerius.

Corduba.

Pyghius.

25 Quis modo credat, ſententiam hanc errorẽ cõtinere, cum in vniuerſa fere Eccleſia per trecẽtos annos, vt vera reputata ſit? Nã doctores hi, quos ad fidem retuli, vel in ſuggeſto, vel in ſcriptis eam docuere doctrinam. Itẽ Parochi eorum auditores eã ſuis fidelibus tradiderũt. Igitur ſi hoc axioma in caſu operationis præuiæ ex viribus naturæ continet errorem ad vniuerſam Eccleſiam, ille deriuatus eſt, eamq; fere totam penetrauit, id ſane mihi incredibile eſt. Quapropter cogor diligẽter perſcrutari, qua ratione excuſari poſſit à Maſſilienſium errore, & in ſanum ſenſum reuocari.

26 P. Vazquez rigidus extitit in hac re cenſor c.10. diſputationis illius 91. dicẽs vlla ratione liberari ab errore Maſſilienſiũ poſſe tutatores axiomatis in hoc ſenſu; quia ſubiungunt gratiã humano labori, & ex natura dat anſulam, per quam Deus apprehendat, & euehat ad gratiã. Quapropter ipſe exiſtimauit, nullum opus morale ex omni circũſtantia honeſtũ ſine auxilio gratiæ per Chriſtum fieri poſſe. Vnde in faciente, quod eſt in ſe, ſiue in ordine ad fidem, ſiue in ordine ad iuſtificationem agnoſcit gratiam per Chriſtum: nã ſi ſemel cõcederet, opus bonum fieri poſſe ex natura, aut miſericordię, aut orationis, arbitratur, ei promiſſam eſſe gratiam iuſtificationis, vimq; habere impetrãdi illam: atq; adeo fugi non poſſe lapſum in Semipelagianiſmum.

P. Vazq.

P. Vazq. rigidus cẽſor in axioma.

Verũ illã opinionẽ, quã ſubſumit ob hoc incommodum vehementer impugnat P. Suarez lib.2. de cauſa prædeſt. a cap.10. vſq; ad 18. Et nuper tom.1. de gratia lib.1. fere per totũ. Nos etiam non nihil diximus, quantum ſufficit ad noſtrum inſtitutũ diſp.26. cap.2. num. 7. & 8.

P. Suar.

27 P. Suarez 1.p. lib.2. de cauſa prædeſtinationis cap.9. opponit huic axiomati, quod duo errores in eo videantur contineri. Primũ, quod homo per vires naturæ poteſt honeſte, & ſine peccato viuere: id enim ſignificat illud faciẽti, quod in ſe eſt: hoc eſt, non peccanti, & per lumẽ, vireſq; naturæ vitanti peccata omnia: etenim affirmare, Deum conferre gratiam ſuã facienti, quod in ſe eſt, cum peccat, ſeu vt peccet, eſſet blaſphemum. Secundus error eſt, quod liberum arbitrium per proprias vires poſſit ſe diſponere ad primum gratiæ auxilium, quia ſi Deus dat gratiam ſuam facienti, quod in ſe eſt per vires naturæ cum omnimoda infallibilitate, certe alligauit gratiam ſuam naturali diſpoſitioni, quo enim pacto moueri potuit Deus conferre gratiam facienti, niſi præuiſio operis naturalis præuij eſſet aliqua ratione diſpoſitio, aut impetratio gratiæ: ergo ponit ſententia hæc diſpoſitionem, aut impetrationem ad primum gratiæ auxilium: hanc vero ſententiã redolere Semipelagianiſmum, ſatis oſtendi, tum diſp.25. cap.3. tum 26. cap.2.

P. Suarez axiomati duos opponit errores.

P. Salas in tractatu de gratia (non dum typis excuſſo) vt liberet hoc axioma ab errore Maſſilienſium, dixit, ipſos poſuiſſe meritum de cõdigno in libero arbitrio: catholicos vero doctores tantum meritum de congruo. Verũ euidenter oſtẽdi (niſi fallor) expreſsiſsimis Caſsiani, & Fauſti teſtimonijs, & Concilij Arauſicani 2. in hoc diſcordaſſe Maſsilienſes à Pelagio, quod hic conſtituendum putauerit meritum de condigno, illi de congruo. Recognoſce omnino, quæ dixi diſp.25. cap.3.

P. Salas.

28 P. Leſsius vbi ſup. in appendice ad cap.10. tres differentias aſſignat inter Maſsilienſes, & hos doctores. Prima, quod ita loquantur de viribus naturæ, vt non excludant auxilia extrinſeca Dei, Angelorum, & hominum, vt cuſtodiã Angelicam, compreſsionem virtutis diabolicæ, doctrinam magiſtrorum, inſtitutionem parentum,

P. Leſsius.

P. Leſsius tres aſsignat differentias inter Maſsilienſes, & aſſertores axiomatis.

Digitized by Google

rentum, operam contionatorum, &c. At Maſsi lienſes, qui vocantur Semipelagiani, non vidẽ tur requirere auxilium externum, quo dæmonis potentia comprimatur, niſi eatenus, vt non reddat hominẽ amentẽ. Secunda, quod doctores catholici non negant intrinſecũ Dei cõcurſum ad ſubſtantiam operis ſecundum ordi nem naturalem; ſed ſolum excluſerunt auxilia intrinſeca ſupernaturalia, quibus aliquid ſupra vires naturæ poſſumus. Maſsilieſes vero nõ agnouerunt diuinam cooperationem, etiam ad ſubſtantiam operis naturalem; quia ſi propter tuendã libertatem negabant auxilia gratiæ interna, etiam propter eamdem tuendam, potio ri iure negarunt diuinam cooperationem, nam nõ eſt minor, ſed potius maior difficultas, quo modo cooperatio Dei non impediat libertatem, quam quomodo auxilium præueniens eã non impediat. Deinde, ſi putaſſent, cooperatio nem neceſſariam eſſe, facile dixiſſent in hac eſſe gratiam Dei, ſicut dicebant eam eſſe in natu ra liberi arbitrij gratis à conditore conceſſa. Item omnes bonas voluntates eſſe dona Dei, & nos nihil poſſe, niſi Deo auxiliante. Qua ratione argumenta Proſperi eludere poſſent. Demum, quia ad hoc videtur reſpexiſſe Arauſicanum 2. can.22. cum definit, *neminem habere de ſuo, niſi mendacium, & peccatum*: quod alia ratione verũ eſſe nequit, niſi quia ad opus bonũ naturale egemus auxilio diuinæ cooperationis: nam licet ad mala, & indifferentia opera etiam indigeamus concurſu Dei communi, nõ tamẽ ad hunc finẽ nobis datur, ne malitia operis tribuatur diuinæ voluntati: ergo Maſsilienſes negarunt diuinam cooperationem etiã ad ſubſtantiam naturalem operis. Tertia differẽtia, quod Maſsilienſes non agnouerunt, neceſſa riam eſſe ſpecialem prouidentiam, aut maiorẽ ad operationem bonam, quam ad malam; & ſicut cogitatio mala non eſt donum Dei, ita ſen tiebãt de bona; quia, vt ait Proſper Epiſtola ad Auguſtinum, dicebant: *quantum quiſq; ad malũ, tantum habere facultatis ad bonum: pariq; momento animum ſe, vel ad vitia, vel ad virtutes mo uere.* Et ideo Auguſtinus auxilium præueniens conſtituit in ſancta cogitatione, quæ non eſt in noſtra poteſtate lib.1. ad Simplicianũ q.2. in fine. Et lib.2. de peccat. merit. cap.17. & de dono perſeu. cap.19. Deniq; ideo dicebãt ad om ne bonum opus inchoandum nihil aliud requi ri, quam naturam liberi arbitrij dono creationis acceptam: vt dixit Proſper in Epiſtola cita ta ad Auguſtinum ibi: *ad conditionem hanc (id eſt ad primam creationem) velint vnius cuiuſq; hominis pertinere, in qua eum nihil prius merentem, quia neq; exiſtentem liberi arbitrij, & rationalis, gratia creatoris inſtituat.* At catholici doctores inæqualem prouidentiam externam agnouerunt, & ſingulare donum Dei intra ordinem naturæ in operatione bona, quã in mala.

Arauſican.

Proſper.

Auguſt.

29 Verumtamen nulla ex his tribus differentijs liberat catholicos doctores ab errore Maſſilienſium in hoc axiomate. Non prima, nam, vt manifeſte probaui diſp.25. cap.4. num.37. tum Fauſtus, tum Caſsianus agnouerunt ſpecialem prouidentiam in principio operis boni. Lege ipſum Caſsianum collatione 13. cap.13. & cap. 18. & Fauſtum lib.1. de gratia, & lib. arb. cap. 12. quorum verba retuli vbi ſupra. Ex quibus euidenter cognoſces, non ſolum eatenus requi ſiuiſſe auxilium externum, vt non reddat hominem amentem; verum etiã ex ſpeciali Dei prouidentia eſſe principia bonarum cogitatio num, quæ & initia ſanctæ voluntatis inſpirat, & virtutem, atq; opportunitatem, quæ recte cupimus, tribuit peragendi. Verba ſunt Caſsiani collat. illa 13. cap.13. Alia ſimilia habet lib. 12. de inſtitutis renuntiantium cap.16. Recognoſce, quæ citato loco dixi, in quo etiam notaui, hoc diſcrimen P. Leſsij ſolidum non eſſe, quæ hic repetere non oportet.

Nulla ex tribus differẽtijs liberat ab errore Maſſilienſium.

Caſsian. Fauſt.

Nec etiam ſecunda: nam licet non nulla indicia ſint non contemnenda, vt opinemur, Pelagium negaſſe cooperationem diuinam, cum Bellarmino lib. 4. de gratia, & libero arbitrio cap.4. & Abulenſi Matthæi 19. q.178. ad 6. & Paulo Oroſio apolagia de libertate arbitrij circa medium, quæ opinio fundamentum habet in Hieronymo Epiſtola ad Cteſiphontem, vbi referens Pelagij errorem, ſolum agnoſcit Dei gratiam in condendo libero arbitrio, & negat vltra e[illegible] indigere auxilio; *Ne, ſi indiguerimus, liberum frangatur arbitrium.* Et infra inducit Pelagium ſacrilege interrogantem: *nunquid, ſi voluero curuare digitum, mouere manum, ambulare, &c. ſemper mihi auxilium Dei erit neceſſarium?* Et rurſus Hieronymus in troducit Pelagium aduerſus Deum ſe extollentem, & ſic dicentem: *recede à me, quia mundus ſum: non habeo te neceſſarium; dediſti enim mihi ſemel arbitrij libertatem, vt faciam, quod voluero: quid rurſum te ingeris, vt nihil poſsim facere, niſi tu in me tua dona compleueris?* Prop ter quæ, & alia P. etiam Suarez non iudicat improbabile tom.1. de gratia prologomeno. 5. cap. 4. Pelagium negaſſe diuinam cooperationem, licet demũ ſubdubio id relinquat. At de Semipelagianis nullum video fundamentũ ad affirmandum, negaſſe diuinam cooperationem: nam illi viri erant alias docti, & pij: de quibus credibile non eſt, ignoraſſe, atque negaſſe dependentiam continuam cauſarum ſecundarum ab influxu perenni cauſæ primæ, quæ tam expreſſa eſt in ſacra Scriptura. Nec valet dicere, ſolum negaſſe hanc dependentiam in volun-

Pelagius negauit cõ curſũ cauſæ 1.

Card. Bell. Abulenſis. Oroſius. Hieronym.

P.Suar.

30

Non Semi pelagiani.

Digitized by Google

in voluntate libera propter libertatem: nõ vero in agentibus neceſſarijs. Nam ſi ſemel concederent, liberum arbitrium creatum complete poſſe ſine concurſu Dei elicere actus ſibi cõnaturales; nulla ſuppeteret ratio ad negandum agentia naturalia indigere concurſu generali: nam quare ita contineat voluntas ſuum actum liberum, vt non indigeat compleri in actu primo per cauſam primam aſsiſtentem, & non ita contineat ſol lumen, aut ignis calorem, & natura potentias, &c? Cũ ergo incredibile ſit, Maſſilienſes in vniuerſum negaſſe concurſum generalem pro omnibus cauſis; idem de cooperatione diuina cum libero arbitrio ſenſiſſe dicendum eſt.

Secundo: quia hac differentia ſternitur via ad aſſerendum definitiones Eccleſiæ contra Semipelagianos, atque Patrũ, de quibus egimus diſp.25.cap.8. intelligi poſſe de hac generali diuina cooperatione, & eã gratiæ nomine ſignificaſſe, & nõ de dono naturę indebito ſupra eius exigẽtiam, illam eleuante ad ordinẽ ſupernaturalem. Quod quidem affirmari ſine errore nõ poſſet; nam ordo totus ſupernaturalis, quem habemus ex ſacra Scriptura, ex Cõcilijs, & Patribus fere extingueretur, & totus reuocaretur ad cõcurſus generales naturales. Item ad actus per ipſos elicitos, non vero ad dona gratiarum excitantium, atque adiuuantium, ad actuſq; ſupernaturales, ac proinde cum negari non poſſit vniuerſam Eccleſiam, tum contra Pelagianos, tum contra Semipelagianos, huiuſmodi dona gratiæ comprehendiſſe, definiuiſſeque in eis præcipue errorem Pelagianum, & Semipelagianum fuiſſe verſatum; nam alias definitio Eccleſiæ non foret directe cõtraria erroribus, quos damnare intendebat. Qua propter, vt certum eſt diffinitionibus Eccleſiæ, nobis dona hæc eſſe inducta: ita certum eſt Semipelagianos circa ea erraſſe; incertum vero, & ſine firmo fundamento ipſorum errorem ſe extendiſſe ad concurſum generalem. Quare alia differentia quærenda eſt.

Ad 1. 31 *Satiſfactio ad rationes ex Leſsio.* Nec id ſuadent rationes P. Leſsij: nõ prima; nam licet cum tanta difficultate componatur cooperatio cauſæ primæ cum libertate, ac auxilium gratiæ præuenientis, non ideo exiſtimare debemus in vtroq; erraſſe; ſed ſatius eſt, affirmare ipſos inconſequenter proceſsiſſe in hoc articulo, quam Eccleſiam contra ipſos directe non definiuiſſe. Vnde cum cõſtet, Eccleſiam ſuis definitionibus inducere voluiſſe donum ſupernaturale ad opera meritoria vlteriorum gratiarum, vt gratia nõ daretur ex operibus, ita vt non eſſet pure gratia; dicẽdum eſt, errorem ſpecialẽ Semipelagianorũ in eo cõſtitiſſe, licet in hoc ipſo inconſequenter proceſſerint, forte figebãt iudicium in difficultate gratiæ præuenientis, quia præueniens; vt tradita fuit ab Auguſtino, non in difficultate cooperationis, quæ ſolum comitans eſt liberum arbitrium; & vt Auguſtinus docebat, atq; defendebat auxilia gratiæ præuenientis, non vero tractabat cooperationem cõcurſus generalis; ita hi, qui contra Auguſtinum opinabantur, non de ijs, ſed de illis loquebantur. Ad 2.

Non ſecunda; quia hæc cooperatio non eſt diſtinctum donum a beneficio creationis, ſed ad id conſequutum, & ipſi debitum debito connaturalitatis; vt oſtẽdi diſp.25.cap.8.num.80. & 81. vbi probaui manifeſte ex ſacra Scriptura, dona gratiæ a Deo ex liberalitate, & miſericordia donari, nõ ſolũ in radice, quia ſubiectũ, cui donãtur, ſcilicet ipſe homo, ſine aliqua obligatione cõditũ fuit, ſed etiã in ſe formaliter, & immediate: at concurſus generalis, quatenus eſt debitus naturæ, non proprie datur ex miſericordia, & liberalitate; ſicut nec propriæ paſsiones dantur naturæ iam conditæ ex his virtutibus. Vnde non poterant Maſsilieñſes dicere in hac cooperatione eſſe gratiã Dei, quã docebat Scriptura, nec noſtras bonas voluntates eſſe dona Dei: nam licet operatio bona moraliter, ſeu cogitatio ad illam poſsit dici beneficium indebitum, cum confertur a Deo ex ſpeciali prouidentia in circunſtantijs, in quibus non debebatur ſecundum curſum naturalem, atq; conſtitutionem ordinis, in quo operatur homo; at nõ eſt donum gratiæ Eccleſiaſticum, hoc eſt, eleuans naturam ad ordinem ſuperiorem, de quo loquebatur etiam Proſper. Vnde eius argumenta hac ratione non poterant eludere.

Neq; etiã tertia ratio ſumpta ex illis verbis Arauſicani, *nemo habet de ſuo, niſi mẽdacium, & peccatũ*, ſuadet illud diſcrimẽ: nã licet eorum mens difficilis ſit, & vrgẽter afferri ſoleant ad probandum, nullum opus honeſtũ morale fieri, niſi ex auxilio gratiæ per Chriſtũ: at ad probandũ generalem concurſum diuinæ cooperationis neceſſarium eſſe ad producendum actũ honeſtum moralem, non videntur ad rem. Hoc loco obſerua illa verba deſumpta videri ex Auguſtino tractatu 5. in Ioannem ibi; *tunc ea, quæ dicimus, & nobis, & vobis vtilia ſunt, quando ab ipſo Domino ſunt. Quæ autẽ ab homine ſunt, mendacia ſunt. Sicut ipſe Dominus dixit, qui loquitur mendacium, de ſuo loquitur; nemo habet de ſuo, niſi mendacium, & peccatum.* Similia etiam habet in prologo librorum de doctrina Chriſtiana in fine, ibi; *nemo debet aliquid habere quaſi ſuum proprium, niſi forte mendaciũ.* Hanc etiam phraſim Auguſtini ſequuti ſunt eius diſcipuli, vt Proſper in Epiſtola ad Ruffinũ circa mediũ, vbi ait; *multa laudabilia, atq; miranda poſſunt in homine reperiri, quæ ſine charitatis*

32 Arauſican.

Auguſt.

charitatis medullis habent quidem pietatis ſimilitudinem, non habent veritatem. Et ad tertiam obiectionem Gallorum, diſtinguit duo genera operum bonorum, & malorum; *& bona*, ait, *ad inſpiratorem eorum Deum; mala ad eos, qui peccant, eſſe referenda.* Demum Fulgentius lib. de Incarnatione, & gratia cap. 19. *homo quandiu eſt peccati ſeruus, non niſi ad ſeruiendum peccato reperitur idoneus.* Hæc igitur, & alia eamdẽ continent mentem, quam Auguſtinus, & Arauſicanum. Vnde in eodem ſenſu declaranda, vt mox ſubijcio.

Fulgentius.

Non autem directe probare inſtitutum, ad quod probandum inferuntur à P. Leſsio, nimirum, nos indigere cooperatione Dei ad bonũ opus morale naturale. Sic declaro; etenim ſimili etiam concurſu egemus ad actum indifferentem, (ſi in indiuiduo exiſtit) immo etiã ad actum malum, ſecundum totam ſuam entitatem: ergo ſi Arauſicanũ definire intenderet, ad actum bonum nos indigere concurſu diuino, dicens; *nemo habet de ſuo, niſi mendacium, & peccatum*; definiuiſſet, ad actum malum producendum hominem non indigere concurſu generali; ſed eum de ſuo virtutem habere ad hoc, etiam remota cooperatione Dei, quod tamen abſurdum eſt. Et licet malitia actus mali nõ tribuatur Deo, & bonitas actus boni tribuatur, quia ea a Deo eſt ſpeciali ratione; at hæc ſpecialis ratio non fundatur in diuerſa indigentia quaſi phyſica liberi arbitrij diuinæ cooperationis pro actu bono, quã pro malo; ſed quia Deus propter ſuam bonitatem, atq; inclinationem, & complacentiam in actu bono, diuerſo, ac ſpeciali modo concurrere vult ad ipſum, & eſſe cauſam tum phyſicã, tum moralem actus boni, & non mali. Vt hoc amplius declarem, ſubſumo opinionem mihi veram, & ferè omnium approbatione, noſtra tempeſtate in Hiſpania confirmatam; videlicet, tum bonitatem in actu bono, tum malitiã in actu malo eſſe ipſorũ actuũ vltimas differentias, atq; eſſentiales; nõ reſpectus rationis, aut extrinſecas denominationes; licet aliquas cõnotent; non modos intrinſecos reſultantes, non alios ve reſpectus. Hæc, inquam, opinio poſtquam paucis abhinc annis magis explicata eſt, omnium ferè recte ſentientium calculo firmata eſt. Nam aut modi, aut reſpectus, aut priuationes, ſuperuacaneè adduntur, & in eis tota difficultas verſatur circa Deum: qua ratione non ſit auctor malitiæ, quæ in vltimis differentijs. Deinde ſubſumo concurſum, ſeu cooperationem Dei, totam actus entitatẽ, omniaq; eius prædicata eſſentialia immediate, & directe pertingere ſua productione: nã cũ ipſa in re vna ſint formalitas indiuiſibilis entitatiua, & ſolum ratione per conceptus noſtros inadæquate ipſa concipientes diſtingui poſsint, non poteſt cooperatio Dei, quæ eſt actio producẽs ad extra ipſum actũ malũ immediate, directe, atq; formaliter, producere in illo rationẽ quãdam cõmunẽ logicè, vt rationẽ entis, qualitatis, aut actus humani, & non producere directe, & formaliter totã entitatẽ eiuſdẽ actus mali vſq; ad vltimas, atq; eſſentiales differẽtias: nã alias cõtradictoria prædicata de vna indiuiſibili entitate vera eſſent; videlicet, actũ illũ actione reali à Deo produci directe ſecundũ rationẽ cõmunem entis, qualitatis, aut actus; & nõ produci directe à Deo actione reali ſecundũ ſpecificã, & vltimã rationẽ talis entis; quod admittere in rebus creatis abſurdũ eſt, & ſolũ reſeruatũ arcano Trinitatis myſterio; in quo ſimiles propoſitiones contradictoriæ veræ ſunt: quæ tamẽ propter diſtinctionem virtualẽ deficiunt à rigore contradictoriarũ; nimirũ in entitate formaliter indiſtincta à parte rei, quę eſt Deus: in filio diuino verum eſt, filiationẽ productione reali vere produci, & naturã filij nõ produci; cũ tamẽ filiatio, & natura formaliter nõ diſtinguãtur. Et in Patre diuino naturã eius communicatione reali filio communicari, non Paternitatem; cum tamen natura, & paternitas non diſtinguantur formaliter. Hæc tamen in Trinitate diuina vera ſunt propter quãdam diſtinctionem virtualem intrinſecam, quę reali æquiualet, mirabilem ſane, & ſingularem, & neceſſariam ad infinitam fæcunditatem, immanentem inter perſonas producentes, & procedentes; de qua, Deo donante, in tractatu de Trinitate acturi ſumus.

33 *Bonitas, & malitia ipſa actuum eſſentia.*

Totus actus malus ſecundum omnem rationẽ attingitur a cauſa prima.

Ex his efficitur; Deum cooperatione ſua, ex æquo producere totum actum bonũ, atq; totũ actum malum, atq; immediate, & directe, phyſice loquendo, nõ minus attingere actione ſua reali malitiã, quã bonitatẽ; ac proinde ſecundũ exigentiã phyſicam volũtatis noſtræ, nõ minus indigerẽ cooperatione Dei ad totũ actum malum, quam ad totum actum bonum. Etenim ab ipſa cauſa ſecunda, ex ratione agentis creati exigitur ea immediata cooperatio, quã Deus exhibet in productionibus ſuis. Diſcrimen verò in cauſando actum bonum, & malũ, aliunde ſumi debet, nõ ex ipſa immediata cooperatione; ſed aut ex aliquo antecedẽti, nimirum cogitatione cõgrua, qua Deus præparat voluntatẽ, ex ſpeciali prouidentia pro actu bono, tũ naturali, tum ſupernaturali, intendens illum, & concurrens ex complacentia in illum; aut ex alijs modis cauſandi moralibus per præcepta, per conſilia, per propoſitionem præmiorum: quod alibi explicandum eſt. Ex his verò argumentũ efficax formatur ad probandum, Conciliũ Arauſicanum non definiuiſſe, quod intendit P. Leſsius, nimirum, cooperationem diuinam 34

Bbb neceſſa-

Digitized by Google

neceſſariam eſſe ad actum honeſtum moralem; quia ex parte cooperationis æqualis indigentia eſt ad actum malum; vt probaui. Ergo ſi mens eſſet Concilij adſtruere eam cooperationem, in actu bono, & conſtituere diſcrimen in ipſa in actu malo dicens, de ſuo liberũ arbitriũ habere poſſe mendacium, & peccatũ ſine cooperatione generali, & cõmuni, qua indiget ad actum bonum; excludet ſane neceſſitatem ſimilis cooperationis ad actum malũ, quod abſurdum eſt. Ergo non eſt ea mens Concilij in illis verbis, quam putauit P. Leſſius.

35 Michael Baius. *Propoſito 28. Baij damnata.* Præterea vt magis hoc explicetur, notandũ eſt, inter propoſitiones 79. Michaelis Baij, quas damnarunt Pius V. & Gregorius XIII. hanc contineri, quæ numero eſt 28. *liberũ arbitrium ſine gratia Dei adiutorio, nõ niſi ad peccãdũ valet.* Quam propoſitionẽ aliqua cenſura ex his, quas ibi notant Põtifices, dignã eſſe nõ dubito: nam ideo ex toto libro Baij decerptæ ſunt illæ omnes propoſitiones, quia cẽſura Theologica dignæ erant. Quo fit, diuerſam eſſe mentẽ harũ propoſitionũ, cũ in ſpecie, & ſerie verborum, eãdem videantur habere propriã ſignificationẽ. Nã aſſertio Baij ait: *liberũ arbitrium non, niſi ad peccandum, valere ſine gratia.* Cõciliũ Arauſicanũ ait; *neminẽ habere de ſuo, niſi mẽdaciũ, & peccatum*; quod videtur in idem recidere. Nã per particulam *de ſuo* ſolum excluditur adiutorium gratiæ, cũ non excludatur cooperatio Dei; vt modo dicebamus. Ergo idem videtur ſibi voluiſſe Arauſicanũ, cum dixit *de ſuo*, quod Michael Baius, cũ dixit; *ſine gratia Dei adiutorio*: cum ergo altera propoſitio, videlicet Baij, cenſura digna ſit aliqua ex ijs, quas Pontifices in ſua bulla notarunt reſpectiue; & cũ propoſitio Arauſicana certiſsima ſit, manifeſtũ eſt diuerſas eſſe earum mentes. Atqui Baius nõ loquitur in ſua propoſitione de libero arbitrio ſine cooperatione cõmuni Dei, quam nunquã negauit: ſed de ipſo ſine gratiæ ſupernaturalis Arauſican. adiutorio. Ergo Arauſicanum Concilium, cum affirmauit, neminem habere de ſuo niſi mendacium, & peccatũ, non definiuit ad quodcumq; opus bonum etiam naturale, cooperationem Dei generalem neceſſariã eſſe, & ſolũ ad mendacium, & peccatum non eſſe. Nam alias idem eſſet intellectus vtriuſq; propoſitionis, quod maxime abſurdum eſt.

36 P. Suar. *Expoſitiones duæ eius propoſitionis,* nemo habet de ſuo, niſi mẽdaciũ, &c. P. Suarez tom.1. de gratia lib.1. cap.21. plures refert eius loquutionis expoſitiones, quas ſic proſequi non oportet. Ego duas proponã. Primã eruo ex ipſo canone 22. cuius verba hæc ſunt; *Nemo habet de ſuo, niſi mendaciũ, & peccatum; ſi quis autem habet homo veritatẽ, atq; iuſtitiam, ab illo fonte eſt, quem debemus ſitire in hac eremo, vt ex eo quaſi guttis quibuſdã irrorati non deficiamus in via.* Species hæc verborũ manifeſtũ facit, Concilium loqui in hoc canone, nõ tã de actibus liberis ipſius hominis, quã de ipſa facultate liberi arbitrij ſecundũ ſtatum, quem habet in natura lapſa eleuata ad ordinẽ ſupernaturalem, in qua non eſt ſtatus medius, ſeu purus; ſed aut in peccato, aut in veritate, & iuſtitia eſſe debet liberum arbitrium. Id etiam conſtat ex titulo eius canonis, videlicet; *de ijs, quæ hominum propria ſunt.* Non dixit de ijs, quæ actibus liberis hominum conueniunt, ſcilicet, de bonitate, aut malitia; ſed de ijs, quæ ipſi homini in hoc ſtatu conueniunt; nimirum, aut ſtatus mendacij, & peccati; aut veritatis, atque iuſtitiæ. Quo fit, cum Concilium ait, neminem habere de ſuo, niſi mendacium, & peccatum; non ſignificare aliquando, licet raro, & difficulter, non poſſe habere actum bonum moralem ſine gratia ſupernaturali, qui ſenſus videtur Baij; ſed hominem, ſiue ea poſita verè, ſiue non, ſemper iacere in ſtatu peccati, & mendacij, niſi gratia diuina irroretur, & per eam erigatur ad ſtatum veræ iuſtitiæ. Cum ergo hæc bona opera moralia, quæ homo per vigorem naturæ aliquando habere poteſt, virtutem non habeant extrahendi hominem ab ſtatu peccati, & mendacij, in quo neceſſario iacet, ſi diuinis auxilijs deſtituatur, vel ratione peccati originalis à primo parente in ipſum deriuati, vel ratione peccatorum actualium: merito Concilium in ea diuiſione ſtatus hominis nullam fecit mentionem operum bonorum naturalium; quia licet nec ſint mendacium, nec peccatum; nec veritas, & iuſtitia, & ad hæc quaſi indifferenter ſe habeant, ad ſuum inſtitutum non ſpectabant. Qua etiam ratione exponi poteſt illud Pauli; *ſine fide impoſsibile eſt placere Deo*; quia ſcilicet, nec poteſt excutere à ſe peccatum, quantumuis bene moraliter operetur. Vnde perſona ſemper diſplicebit Deo, dum ex fide non operetur. Hanc etiam explicationem confirmare poſſumus ex verbis Auguſtini Epiſt. 47. ibi; *quantum potuimus, egimus cum iſtis, & veſtris, & noſtris fratribus, vt in fide ſana, Catholica, perſeuerent: quæ neque liberum arbitrium negat, ſiue in vitam malam, ſiue in bonam: neque tantum ei tribuit, vt ſine gratia Dei valeat aliquid, ſiue vt ex malo conuertatur in bonum; ſiue vt in bono perſeueranter proficiat, ſiue vt ad bonum ſempiternum perueniat.* Auguſtin. In his Auguſtinus loquitur de ipſo libero arbitrio, quod diuidit in ſtatum vitæ malæ, & bonæ, non negans ipſum de ſe aliquod bonum morale habere poſſe; ſed tantum non valere, vt ſe erigat a peccato, & ex malo fiat bonus ita, vt perueniat ad bonum ſempiternum. Pariter Arauſicanum in eodem ſenſu dixit neminem habere

de

Digitized by Google

de ſuo, niſi peccatum, & mendacium. Hanc expoſitionem maxime confirmat, quod Patres Arauſicani loquebantur ſecundum materiam ſubiectam contra errorem Semipelagianorũ, qui dicebant hominẽ ex proprijs viribus, etiã ſuppoſito peccato Originali, quod fatebãtur, in eo recedentes à Pelagio, & alijs, & cæteris actualibus peccatis, poſſe habere initia ſalutis, quibus inciperent mereri remiſsionem peccatorum, & extrahi ab eo ſtatu peccati. Contra quos directe Arauſicanum neminem ait habere de ſuo, *niſi mendacium, & peccatum*; quia licet habeat de ſuo opus moraliter honeſtũ, illud nihil refert, vt extrahat hominem ab eo ſtatu mendacij, & peccati, in quo iacet de ſuo.

37 *2. Expoſitio.* Secunda expoſitio verſatur immediate circa actiones liberi arbitrij, & diuidit illas in bonas, & malas: ſiue bonæ naturales ſint, ſiue ſupernaturales; & ait, malitiam in malis attribuẽdam eſſe ſoli libero arbitrio, non vt eſt a Deo, ſed vt eſt ex nihilo, vt eſt cauſa deficiens; quod habet, quia ex ſe nihil erat: nam liberum arbitrium, quod non eſt ab alio, ſed à ſe, non eſt capax malitiæ. Id videtur ſignificari à Concilio Arauſicano in illa particula *de ſuo*; hoc eſt ex illo peculiari, quod de ſe habet; nam ſecundum illud, liberum arbitrium eſt ſola cauſa malitiæ, ſecundum illud Oſeæ 13. *Perditio tua ex te.* Hic nota Baium non poſuiſſe particulam illam *de ſuo*, ſed tantum liberum arbitriũ, non niſi ad peccandum valere. In quibus verbis non tribuit malitiam ſoli libero arbitrio ſecundum ea, quæ ex ſe habet, vt condiſtincto ab omni Dei adiutorio, ſiue naturali, ſiue gratiæ. Vnde ſenſus Baij eſt, liberum arbitrium, quantumuis à Deo adiutum, dum adiutorium non ſit gratiæ ſupernaturalis, licet ſit adiutorium concurſus generalis, non valere, niſi ad peccandum: & ideo merito reijcitur à ſummis Põtificibus; cũ tamẽ Arauſicana propoſitio ſolidã veritatẽ cõtineat. Hanc expoſitionẽ adhibuit P. Suarez 1. p. lib. 2. de cauſa prædeſt. c. 16. n. 28. Eamdẽ poſtea repetiuit, atq; illuſtrauit to. 1. de Gratia lib. 1. cap. 21. n. 5. & ſequẽtibus.

Oſeas 13. *Baius non ponebat particulã* de ſuo. P. Suarez.

Veram quidẽ doctrinã continet hæc expoſitio: quapropter plauſibilis ſemper erit. Etenim nõ minus bonitas naturalis operis honeſti Deo tribui debet, quã bonitas ſupernaturalis operis pij, atq; chriſtiani, ſi proportionate loquamur. Nã vt Deus eſt auctor gratiæ iuſtificãtis, quæ eſt veluti ſecũda hominis eleuati natura, cui debẽtur lumen fidei, quod ſpectat ad facultatẽ intelligẽdi, cæteræq; virtutes intellectuales, vt prudẽtia, donum ſapiẽtię, & cõſilij, & reliqua. Itẽ charitas, quæ ſpectat ad facultatẽ appetendi, & aliæ virtutes infuſæ, tum theologicæ, tũ morales, cui etiã debẽtur auxilia, tum ſufficientia, tum efficacia, tum concurſus generales in hoc ordine ſupernaturali. Qui quidẽ, licet cõparatione hominis iuſtificati, & his omnibus donis affecti connaturales ſint: at comparatione hominis ſecundum ſe ſupernaturales ſunt. Vnde totus hic ordo vt ſic ſpectat ad Deum vt auctorem ſupernatũralẽ. Pariter etiã Deus eſt auctor naturæ ipſius humanæ, & facultatum intelligendi, & appetendi, & omniũ virtutum, quæ has facultates exornant. Cui naturæ ex prouidentia naturali tribuitur à Deo auxilium ſufficiens, & efficax naturale ad operationes intra eumdem ordinem; quæ auxilia declaranda ſunt cum proportione ad ea in ordine ſupernaturali. Tribuuntur etiam cõcurſus generales cũ eiſdẽ actibus proportionate, quibus tribuuntur cõcurſus ſupernaturales generales. Vnde ſicut ratione ipſorum, & cæterorum donorum, quæ Deus naturæ infudit, abſque vllo debito comparatione eius, tribuitur ſpeciali ratione omnis honeſtas actuum ſupernaturalium; ita quia naturam ipſam Deus abſq; vllo debito condidit, & auxilia efficacia pro opere honeſto naturali ex eiſdem voluntatibus confert. Ex quibus ſupernaturalia largitur, & præſto etiam adeſt concurſu generali naturali paratus ad concurrendũ, in quocumq; momento voluntas ſe velit inflectere. Ideo etiam nõ abſimili ratione honeſtas operis moralis virtutis naturalis Deo, vt auctori naturæ, adſcribenda eſt. Quo fit liberum arbitrium nõ ita habere de ſuo opus honeſtum tã naturale, quam ſupernaturale, vt habet de ſuo mendacium, & peccatum, cæteraq; opera praua. Quia malitiæ ſola voluntas eſt tota cauſa; bonitatis verò, & honeſtatis non tantũ non eſt tota cauſa; ſed nec præcipua. Nam ex duabus cauſis partialibus, quæ honeſtatem operantur, Deus præcipua eſt, & principalior; voluntas minus præcipua, & principalis.

Auxiliũ efficax, & ſufficiens pro opere naturali.

Tam opus naturale, quam ſupernaturale Deo tribui debet.

Licet verò hæc ſecunda expoſitio, quia ingenioſa, in ore pluriũm circumfertur, non tamẽ mihi videtur ad mentem Concilij. Etenim ſi, vt diximus, Maſsilienſes admiſſerunt concurſum generalem pro omni opere etiam naturali, nõ negarunt opus honeſtum a Deo eſſe ſpeciali ratione intra ordinem naturæ, tum ratione conditi liberi arbitrij, tum ratione cogitationis congruæ immiſſæ, tum ratione concurſus opportune exhibiti: ac proinde definitio Arauſicana in eo can. 22. non hoc ſtatuebat in illis verbis: *neminem habere de ſuo, niſi mendacium, & peccatum*; alias extra rem; & contra nullum definiret. Quapropter ego arbitror, primam expoſitionem præferendã omnino eſſe. 38 *2. Expoſitio non ad mentẽ Concilij.*

Nec tertia differentia ſolida eſt: nam Maſsilienſes, cum negabant ſpecialem prouidentiam, & aiebant quantum quiſq; ad malum, tãtum habere facultatis ad bonum, ſolum ex-

Digitized by Google

cludere,animus erat ſupernaturalem prouidentiam eſſe neceſſariam ad incohandam bonam operationem : nam cum eis nō erat cōtrouerſia, an ſancta cogitatio eſſet donū ſpeciale Dei intra ordinē naturæ? hæc enim ſpectat ad ſubtiliores partes ſcholaſticæ controuerſiæ inter catholicos. Sed an ad ſanctam cogitationem, atq; piam operationem, cui ineſt valor merendi gratiam,eſſet neceſſarium adjutoriū ſupernaturale: Cum enim Aug.auxilium præueniens conſtituit in ſancta cogitatione, loquitur de cogitatione per Chriſti gratiam iam aliqua ratione ſupernaturali. Deniq; cum dicebant ad omne bonum incohandum, nihil aliud eſſe neceſſarium, præter liberum arbitrium dono creationis acceptum; non erat animus excludere cooperationem concurſus generalis, aut prouidentiam ſpectantem ad ipſam naturam, ſed cooperationem concurſus ſupernaturalis, atq; prouidentiam ſpectantem ad ordinem ſupernaturalem,vt ſatis conſtat ex dictis.

39 P.Leſsius. *Altera Leſsij diſferētia nō probatur.*

Pergit P. Leſſius in alio diſcrimine aſsignando num. 29. illius appendicis ad cap. 10. dicens,Maſsilienſes voluiſſe ad meritum humani arbitrij immediate conferri donum fidei, vel gratiam iuſtificationis, vel ſaltem tale auxilium præueniens: vnde infallibiliter hæc ſequerentur. At mens doctorum in eo axiomate hæc non fuit, ſed tantum facienti, quod eſt in ſe,ex viribus naturæ dari auxilium aliquod præueniens,cum quo,ſi rurſus fecerit,quod eſt in ſe,dari maius,& ſic deinceps; donec ad iuſtitiam perueniat. Hoc diſcrimen probat primo; quia Maſsilienſes dicebant hominem ad gratiam, qua in Chriſto renaſcimur,peruenire per naturalem facultatem,petendo,quærendo, pulſando, &c. vt refert Proſper in Epiſtola ad Auguſtinum, & Hilarius ibi: *quod enim dicitur, crede, & ſaluus eris: vnum horum exigi aſſerunt,aliud offerri, vt propter id, quod exigitur redditū fuerit id,quod offertur, deinceps tribuatur, &c.* Mitto alia, ex quibus colligit iuxta Maſsilienſes, omnia, quæ præcedunt ad gratiam iuſtificationis,tribui ſolis naturæ viribus: quæ autem eam ſubſequuntur, tribui Deo ratione gratiæ.

Proſper. Hilarius.

Secundo probat; quia totam gratiam præuenientem ipſi conſtituebant in vocatione externa ad baptiſmum;& primam gratiā internā dicebant eſſe ipſam formam iuſtificantē,quam appellabant gratiam regenerationis. Id conſtat ex Proſpero in principio eius Epiſtolæ, & circa medium : ergo Maſsilienſes putarunt facultate liberi arbitrij immediate hominē peruenire ad gratiam iuſtificationis.

Caſsianus.

Tertio; quia Caſsianus ideo dicebat hominem ſaluari dono,& gratia Dei; quia ob paruum opus viribus naturæ factum,minime dignum tanto præmio, Deus condonat peccatū, & hominem iuſtificat. Idq; explicat exemplo latronis, & Dauidis pœnitentis; vt conſtat ex collatione 13. cap.13. Quarto probat ex Canonibus 3.4. 6 8. & alijs Arauſicani Concilij, in quibus damnatur hic error: *viribus naturæ impetrari, vt a Deo purgemur, vel iuſtificemur:* ergo Maſsilienſes, contra quos hæc definitio producta poſuerunt,viribus naturæ immediate perueniri ad remiſsionem peccatorum, atq; iuſtificationem.

Demum ratione probat;quia credibile non videtur,tantos motus fuiſſe excitandos in Eccleſia, ſi Maſsilienſes tantum voluiſſent dicere,viribus naturæ poſſe hominem à miſericordia Dei impetrare aliquam inſpirationem remotam,& ſalutarem,per quam,ſi vellet,poſſet vlterius progredi,& maiora auxilia,& tandem iuſtitiam obtinere : nam hæc ſententia non videtur aliena à fidei doctrina,quippe ex ea non ſequuntur ea incommoda, quæ Patres ex Maſſilienſibus collegerunt, nimirum, *initium ſalutis,aut fidei eſſe ex nobis;gratiam dari ex meritis humanis;& ita non eſſe gratiam; gratiam eſſe pediſequam.*

40 *Refutatio huius diſcriminis.*

Verum P.Leſsius, dum hoc diſcrimen cōſtituere conatur,manifeſtum nobis reddit,non omnino penetraſſe errorē Semipelagianorū: immo ſi ſentit,in operibus nudi arbitrij aliquā eſſe vim impetratoriam, aut meritoriam gratiæ præuenientis, annumerādus mihi videtur, vt minimum,cum Soto,Ricardo, & Gerſone, quorū ſententiā impugnaui diſp. 26.n.7. quia plus iuſto tribuerunt libero arbitrio, & fauerunt Maſsilienſibus:quod quia in eo loco ſatis prolixe oſtendi iuncta diſp. 25. cap. 3. in quo etiam demōſtraui, Maſſilienſes ſolum poſuiſſe aliquale meritum,ſiue anſam,ſiue occaſionem, ſiue colorem,ſiue ſcintillam ex libero arbitrio micantem,hic opus non eſt maiori impugnatione. Nam ſi P. Leſſius dat operibus liberi arbitrij impetrationem,atq; aliquale meritum ad primum gratiæ auxilium,dat ſanè anſam,ex qua naturā apprehendat,& euehat : dat initiū; dat gratiā,ſaltem quo ad primū auxiliū,ſubſequi naturā,vt pediſequā,atq; illi detrahit a puriſsima ratione gratiæ.Quod verò Maſsilienſes nō tantum poſuerint meritū immediatū fidei, & iuſtificationis; ſed etiā gratiæ præuenientis ante fidem,& iuſtificationem,conſtat ex dictis diſp.25.cap.4.cōcluſ.3.& 4.Immo ego probabilius iudicaui in ea concluſione quarta,nullū auxilium gratiæ præuenientis intrinſecum agnouiſſe Semipelagianos ; ſed omnia auxilia ſupernaturalia conſtituiſſe in extrinſeca propoſitione Euangelij, atque myſteriorum, & in ſpeciali prouidentia in Dæmone, tentationibuſq; comprimēdis, & opportunitate bene operandi.

Error Maſſilienſium.

Digitized by Google

operandi. Rurſus, neq; etiam requiſiuiſſe legem illam infallibilem dandi auxilium præueniens, quodcũq; illud ſit, probaui diſp. illa 25. num. 29. Et quidem ex ipſorum fundamentis id ſatis perſpicuum eſt: nam dum eis concederetur vſus liberi arbitrij abſolutus ab impedimento gratiæ præueniẽtis, & ratio electorum, & reiectorum, quieſcerent ſanè; ad hæc autem nec neceſſaria eſt vltima diſpoſitio, aut immediatũ meritũ donorũ fidei, & gratiæ iuſtificantis, aut lex illa infallibilis conferendi auxilium præueniens, quodcumq; illud ſit. Igitur ne, & in fundamentis, & in ſententia nos cum Maſsilienſibus implicemus, omnem impetrationem, & omne meritum quantulumcumq; à natura per proprium vigorem debemus abradere.

41 Ad 1. *Reſponſio ad Leſſij probationes.*

Nec probationes Leſſij efficaces ſunt. Ad primam concedo, dixiſſe Semipelagianos per facultatem naturalem nos peruenire ad gratiam, qua in Chriſto renaſcimur: at non dixerunt nos immediate peruenire; nec hoc erat neceſſarium ad ipſorum fundamenta, & diſcurſum ſuæ doctrinæ. Immo in eodem loco liberum ipſum arbitrium gratis à Deo donatum appellarunt initialem gratiam; & dicebant nos peruenire *initialis gratiæ ope* ad fidem: ad initialem verò gratiam neceſſarium non eſt immediatum meritum fidei, aut iuſtificationis; ſed ſufficit remotum, quod quidem proximum eſt comparatione primæ gratiæ præuenientis. Nec verba Hilarij magis probant; nam cum ait, exigi à nobis fidem, vt à Deo detur ſalus, ſolum ſignificat, initium aliquod fidei eſſe ex nobis: ad hoc autem, vt ſit ex nobis initium aliquod fidei, ſufficit impetratio, ſeu meritum congruum gratiæ præuenientis, per quam credimus; vt conſtat: ergo hæc non probant intentum Leſſij.

Ad 2. Ad ſecundam iam dixi, mihi verius eſſe nullam Maſsilienſes agnouiſſe gratiam intrinſecam præuenientem. Vnde do argumento, in eorum ſententia primum internum donum eſſe fidei, cum infidelis conuertitur; & gratiæ iuſtificationis, cum peccator fidelis. At id non probat iuxta Maſſilienſes, liberum arbitrium per vires proprias non prius meruiſſe gratiam præuenientem, quam ipſa dona fidei, & iuſtificationis: nam licet iuxta illos gratia præueniens extrinſeca fuerit, ſub meritum cadit ſecundum Semipelagianos; vt expreſſe docuit Caſsianus collatione 13. cap. 13. & cap. 16. verba retuli diſp. 25. num. 37. & Fauſtus lib. 1. de Gratia, & lib. arb. cap. 12. vbi de filio Prodigo ait, per inſitum ſibi bonum deliberans ad paternos recurriſſe amplexus. Et explicans, quo pacto gratia ſuſcepit peregrinum reuertentem, ſic ait: *quid autem attrahere, niſi prædicare, niſi ſcripturarum conſolationibus excitare, increpationibus deterrere, deſideranda proponere, &c.* En Semipelagiani dicebant, hæc, & alia extrinſeca dona præuenientis gratiæ ſub meritum cadere.

Caſsian. Fauſt.

Ad tertiam reſpondeo; verum eſſe Caſsianum conſtituiſſe minimum meritum ad fidem, & gratiam; at ex hoc non efficitur, illud fuiſſe immediatum, cum remotum etiam minimum eſſe poſsit. Itaq; minimum meritum indifferenter ſe habet ad immediatum, & remotum: immo quo remotius eſt, eò videtur magis exiguum: non ergo bene colligit Leſsius ex minimo meritum immediatum. Ad 3.

Ad quartum ex Canonibus Arauſicani Concilij eodem modo reſpondeo. Nõ nego damnari in eo errorem affirmantem, viribus naturæ nos impetrare, vt à Deo purgemur, vel iuſtificemur: ſed affirmo, in hac definitione omnẽ impetrationem contineri; atq; adeo tum remotam, tum proximam procul reijci. Ad 4.

42 Ad 5. Ad Rom 9. 1. AdCor. 4 AdRom. 10 *Qualecumque meritum ex natura aduerſatur Paulo.*

Demum ad rationem reſpondeo, parui momenti eſſe: nam cum quodcumq; meritũ, quantumuis remotum, & exiguum ſit, aduerſetur Paulo ad Rom. 9. & 1. ad Corinth. cap. 4. & ad Rom. 10. quæ teſtimonia fusè induxi contra Semipelagianos diſp. 25. cap. 8. num. 74. 75. & 76. non mirum ſi Patres Eccleſiæ tot motus excitarent, & concilia cogerent cõtra quodcumq; meritum ex libero arbitrio, & ſi exiguum; vt ſatis ſuperq; diximus in eo cap. 8. Nec verum eſt ex ea ſententia non inferri illa incommoda, quæ Patres inferebant; nimirum *initium ſalutis, & fidei eſſe ex nobis*; nam licet proxime donum fidei eſſet ex gratia; at abſolute initium fidei ex nobis eſſet, ſi ope liberi arbitrij inciperemus meritũ fidei, vt ſatis cõſtat. Deinde etiam verum eſſet, *gratiam dari ex meritis humanis, & non eſſe puriſsimam gratiã*; vt ex profeſſo oſtendi cap. illo 8. num. 77. Deniq; verum etiam eſſet, *gratiam eſſe pediſequam*: nam licet inter initium liberi arbitrij, & donũ fidei, atq; iuſtificationis interuenirent alij actus per gratiam; at ſi initiales actus liberi arbitrij vim aliqualem habent meritoriam gratiæ, quæ eſt principium horum actuum, qui intercedunt, & hi proximius mererentur donum gratiæ iuſtificationis; iam gratia eſſet naturæ pediſequa duplici ratione. Prima, quia natura eſt proximum meritum gratiæ præuenientis. Secunda; quia eſt meritum remotum donorum fidei, & iuſtificationis.

Digitized by Google

Caput IIII. *Vt explicetur illud axioma a Patre Suarez.*

43 P.Suar.

P. Suar. explicat axioma per remotionē peccati.

VARIIS in locis tetigit P.Suarez materiam huius axiomatis. Iam notaui ſupra num.27. ipſum axiomati oppoſuiſſe, duos errores in eo contineri. Vt verò tot Theologos non ignobiles, qui illud pro axiomate tradiderunt liberet ab eis erroribus lib.3. de auxilijs cap.2. n 6. & 1.p.lib.2. de cauſa prædeſtinationis cap.18. ait: ideo facienti, quod in ſe eſt, ex libero arbitrio tribui à Deo illuminantē gratiā, non quia opus morale bonū ex libero arbitrio ſit meritū, aut diſpoſitio; ſed quia impedit peccatū, quod remoueret ipſam illuminationē: nā peccatum actuale, ſi tunc cōmitteretur, cū ſit opus bonū, redderet hominē noua ratione indignū talis gratiæ, ac proinde poſſet Deus illā negare, & ſi largiturus eſſet, ſi peccatū non cōmitteret: ergo opus liberi arbitrij eſſe poteſt cauſa remouens prohibens. Vnde per facientē, quod in ſe eſt, intelligit no ponentē obicem gratiæ Dei. Pro hac expoſitione allegat S. Thomam 3. contra gentes cap.159. & Tridentinū ſeſſ.6. cap.11. & 13. vbi ait Deū neminē deſerere ſua gratia, niſi prius deſeratur ab ipſo. Quod ſi Deus non ponenti obicem ſeu conāti, quantū poteſt, per vires naturæ aſcendere ad fidē, remiſsionē peccatorū, & ſtatū iuſtitiæ, negaret primā gratiæ vocationē, maxime eum deſerere videretur. Ergo ſaltē in hoc ſenſu verū eſt, Deū facienti, quod in ſe eſt, per vires naturæ adeſſe gratia ſua. Hanc etiā expoſitionem tetigit Magiſter Lorca 1.2. tom.2 de gratia diſp.26. & ipſam vēdicat ab errore Maſſilienſium; qua nota quidam eam inurunt. Cæterum iudicat ſufficientem non eſſe; quia cōtingere non poteſt, ita facere hominem, quantum eſt in ſe, per vires ſuas, vt omnia peccatorū impedimēta remoueat: quia nullus gratia iuſtificationis deſtitutus poteſt diu vitare peccata, & implere legem totam: ac propterea in praxi nunquam verum eſt alicui dari gratiam, quia fecerit, quod eſt in ſe, viribus naturæ, & omnia peccatorum impedimenta remouerit.

S.Thom. Tridentin. Lorca.

44 Iudiciū authoris.

Ego ſic exiſtimo; primo hominem per noua peccata reddi indignum, atq; indiſpoſitū, cui Deus conferat gratiam ſuam; ac non ſemel eā negarę propter peccatorum multitudinem, quam non negaret, ſi ipſe non opponeret tot peccatorum impedimenta. Hæc concluſio per ſe manifeſta eſt, & eam docet plane S. Th. 3. contra Gentes. c. illo 159. ibi. *Illi ſoli gratia priuantur, qui in ſe ipſis gratiæ impedimētum præſtant, ſicut ſole mundum illuminante in culpam imputatur ei, qui oculos claudit.* Exiſtimo ſecundo; ſenſum axiomatis nunquam fuiſſe, hominem per vires naturæ ita facere poſſe, quātum eſt in ſe, vt a ſe excutiat omnia peccata: neq; enim catholici Theologi, aut negarunt peccatum originale, aut ignorarunt, ipſum extingui non poſſe per actum elicitum a libero arbitrio: igitur ſupponebant hominem ſemper eſſe indiſpoſitum, atq; indignum per aliquod peccatum. Vnde facientem, quod eſt in ſe, non putarunt eſſe hominem a ſe pellentem per vires naturæ omne peccati impedimentum. Ad hæc: hoc axioma de adulto ſemper explicatum fuit: doctores verò catholici perſpectū habebant hominē adultū diu ſine peccato nouo eſſe nō poſſe: ergo nō putarūt illū eſſe faciētē, quod in ſe eſt, qui ſe ſe Deo offerret, ſine indiſpoſitione peccati, vt ipſe illū eleuaret gratia ſua; quia nō indiſpoſitus ſe offerebat.

S.Thom.

45 *Quid facere quantū eſt in ſe?*

. Exiſtimo tertio; aut nos loqui poſſe de faciēte, quod eſt in ſe, in ſtatu infidelitatis in ordine ad verā fidē capeſſendā: aut in ſtatu fidei in ordine ad gratiā iuſtificationis. Ille facit, quod eſt in ſe, in ordine ad fidē, qui, propoſita ſibi infallibili veracitate Dei, atq; auctoritate in dictis, propoſitiſq; quibuſdam myſterijs; vt Trinitatis, Verbi Diuini Incarnationis, Sacramētorū, & alijs difficilibus creditu, quæ vera, atq; ſancta doctrina tenet; nihilominus in animū inducit eis omnibus aſſentiri, innixus ſolū auctoritati Dei dicentis: etenim aſſenſus iſte, aut fieri poteſt ex gratia, ſi ſe Deus ingerat eleuando facultates huius hominis, & accurrat, vt auctor ſupernaturalis: aut fieri poteſt ex natura, ſi Deus illū hominē gratia ſupernaturali deſtituat: adiuuet vero concurſu generali naturæ debito, ſiue ſpeciali, ſiue cōmuni. Nō loquimur in primo caſu, quia in eo facit, quod eſt in ſe, ad credēdū ex viribus gratiæ; ſed in ſecundo, in quo facit, quod eſt in ſe, ex viribus naturæ; & vult, quantum eſt ex ſe, non tantum deſerere, atque negare errores omnes, quos antea tenuerat; ſed etiam amplecti verā doctrinā de Deo, Vno, & Trino, de Verbo Incarnato, de Sacramentis, atque alijs myſterijs. Ergo is, quātum eſt in ſe, & remouet omnia impedimēta errorū, & vt poteſt, accedit ad verā doctrinā fidei. Pariter in homine fideli, varijs implicato peccatis, cum, eis memoratis, cognoſcit ſe per illa peccata à Dei amicitia excluſum, poteſt per liberū arbitrium dolorem habere, atq; deteſtationem, aut vnius, aut alterius peccati grauioris, aut etiam vniuerſalem. Ille homo, qui doleret de vno, aut altero peccato, v.g. de furto, nō verò de cōcubinatu, in quo etiā turpiter iacebat, nō putaretur facere, quantum

Digitized by Google

quantum eſt in ſe, per vires naturæ, vt gratiam iuſtificationis conſequeretur, aut redintegraret cum Deo amicitiam: ſi vero, vt poteſt, dolorem ederet vniuerſalem omnium peccatorum, quæ cognoſcit, & ſe commiſiſſe, & a Deo ipſum auertiſſe, iam putaretur facere, quãtum eſt in ſe; non quod per hanc deteſtationẽ, & dolorem, quẽ ſaltẽ per breue tẽpus habere poſſe, mihi verum eſt, a ſe peccata illa excuteret, aut primum auxilium gratiæ mereretur, aut impetraret, vel ſe ad illud diſponeret: ſed quia nihil iam illi reſtat per vires naturæ, quod præſtare poſſit, vt ei remittantur peccata, & interius renouetur per gratias ſupernaturales.

46 *Lorca alienus a mente axiomatis.* Ex his duo colligo contra Lorcam: primum ipſum non attigiſſe mentem axiomatis iuxta ſenſum antiquorum Theologorum. Secũdum in praxi poſſe hominem tum infidelem, tũ fidelem facere, quantum eſt in ſe, per vires naturæ, vt remoueat impedimenta donorum fidei, & gratiæ iuſtificantis, non quia de facto a ſe expellat peccata contra fidem & contra virtutes operibus liberi arbitrij nudi; ſed quod ipſe conetur, quantum poteſt, vt a ſe abijciat omnia impedimenta: etenim facere, quãtum eſt in ſe, non eſt cum effectu peccata à ſe expellere: nam hoc facere non eſt in ſe; quia eſt ſupra vires liberi arbitrij, ſed elicere operationes tum fidei, tum pœnitentiæ, naturales quidem, atq; adeo improportionatas; ſed vniuerſales circa myſteria fidei iam propoſita circa materiam peccatorum, vt explicui, & vt hoc in praxi contingere poteſt; ita etiam impoſsibile non eſt facere hominem, quantum eſt in ſe.

47 *Faciens, quod eſt in ſe, non eſt cauſa per accidens gratiæ.* Exiſtimo quarto; hac ratione à nobis declarata, facientem, quod eſt in ſe, non ita remouere prohibens illuminationem gratiæ, vt ſit cauſa veluti per accidens infuſionis ipſius. Cõcluſio hæc ita explicanda, & probanda eſt: nam naturæ per peccata nõ indiſpoſitæ nulla ratione debetur gratia: etenim, & ſi daremus poſſe liberũ arbitrium omnia peccata futura impedire, & à præteritis hominem abſtergere, adhuc naturæ mundæ ab omni peccato nõ deberetur gratia Dei: natura namq; ſine peccato nullã in ſe habet rationem mouendi Deum, vt cõferat ei gratiam; ſed omnino indifferenter ſe habet ad conferendam, & non conferendã ex pura liberalitate: ergo faciens, quod eſt in ſe, ratione explicata, nõ eſt cauſa per accidens infuſionis gratiæ. *Cauſa per accidens quid.* Probo hãc conſequẽtiam: nã cauſa per accidens, ſeu remouens prohibens effectũ, eſt illa, quæ tollit impedimẽtum, quod obſtabat, vt agens effectum produceret in ſubiecto proximo, atq; diſpoſito; vt qui remouet corpus opacum a medio, eſt cauſa per accidens illuminationis; quia illud erat impedimentum: quare ſol non illuminabat aërem diſpoſitum, & intra ſphæram exiſtentem; quare cum natura peccato non immũdata, non ſit ſubiectum diſpoſitũ cõparatione Dei, vt auctor ſupernaturalis eſt, & ſi homo per liberum arbitrium impedimẽta peccatorum de facto a ſe poſſet excutere, nõ eſſet cauſa per accidens gratiæ; nõ quod revera nõ tolleret peccata, quæ ſunt vera impedimẽta gratiæ, ſed quod natura de ſe, nec gratiam petit, nec ad illam diſpoſita eſt: cauſa vero per accidens verſatur inter agẽs, & paſſum, quæ de ſe proportionata ſunt ad effectus recipiendos.

Explico hoc amplius. Verum eſt aliquem ex hominibus eſſe minus indignũ alijs gratiæ Dei, non tamen non eſſe omnes homines indignos; quia non eſt aliquis, qui non ſit macula originalis conſperſus, & alijs actualibus peccatis implicatus: ergo faciens, quantum eſt in ſe, nõ poteſt eſſe cauſa per accidens infuſionis gratiæ. Probo hanc conſequentiam, quia quantumuis faciat, quantum eſt in ſe, modo à nobis explicato, præſtare non poteſt, vt non ſit gratię indignus: ac proinde remouere non poteſt prohibens: ergo non eſt cauſa per accidens. Confirmo hoc: quia hac etiam ratione ſomnum, aut diſtractio à cogitatione peccati, quod committẽdũ erat, niſi eam alia auerteret cogitatio, eſſet cauſa per accidens remouens prohibens: at de hoc nullus dicat facere, quãtum eſt in ſe, vt Deus ei conferat gratiam: ergo nec ratione eius operis honeſti ponitur cauſa per accidẽs; nec per hanc remotionem impedimenti explicatur, aut defenditur illud axioma ſecundũ mẽtẽ antiquorum Theologorum. Probo vtramque conſequẽtiam; nam diſtractus, & dormiẽs non facit, quantum eſt in ſe, vt eſſe conſtat: nam facere, quantum eſt in ſe, eſt hone e moraliter operari per vires proprias: at diſtractus, & dormiens etiam remouent impedimenta peccatorum, quæ forent, niſi ſe ſomno traderet, aut alia cogitatione raperetur: ergo per hanc explicationem non defenditur illud axioma. Probo hanc conſequentiam: nã antiqui Theologi diſcrimen conſtituerunt inter facientem, & non facientem, quantum eſt in ſe, in ordine ad recipiendam gratiam; & hoc quidem, vt res de facto aliquando contingunt: at manifeſte probaui de facto ſolum eſſe diſcrimen in eo, quod aliqui exiſtãt indigniores, aliqui minus indigni: ergo nec facere, quod eſt in ſe, in hac explicatione, eſt eſſe cauſam per accidens gratiæ: nec reuera defenditur illud axioma, quod videtur ſubodoratus P. Suarez; nam lib. illo 2. de cauſa prædeſtinationis cap. 18. profitetur aperte, ſe nec illud reijcere, neque approbare. **P. Suar.** Quod vero allegat D. Thomam in eo capite 159. lib. 3. contra gentes, dico ibi ſolum aſſerere in poteſtate liberi arbitrij eſſe, impedire diuinæ gratiæ receptionem per pec- **D. Thom.**

cata, aut non impedire:quia cum Deus,quantum eſt in ſe,paratus ſit omnibus gratiam dare, illi ſoli priuantur gratia, qui in ſe ipſis opponunt eius impedimentum;quod verum eſt.Sed neque hoc eſt, liberum arbitrium *per facere, quantum eſt in ſe*, eſſe cauſam per accidẽs gratiæ:nec hac doctrina explicare,atque defendere illud axioma,de quo non agebat ibi S.Thomas. Teſtimonia vero ex Tridentino ad rem non ſunt:nam in eo cap.11.ſeſsionis 6.agit de Trident.

homine ſemel gratia iuſtificato; ſic enim ait: *Deus namque ſua gratia ſemel iuſtificatos nõ deſerit,niſi ab eis prius deſeratur.* Pariter cap. 13. vbi de perſeuerantiæ munere ait:*Deus enim,niſi ipſi illius gratiæ defuerint,ſicut cæpit opus bonum; ita perficiet,operans velle, & perficere.* Axioma verò loquitur de homine omni gratia ſupernaturali deſtituto, & per proprias vires conanti,quantum poteſt: atque adeo nihil probatur eis teſtimonijs.

Caput V. *Alia explicatio Authoris.*

48 QVAE hinc,atque inde diſputauimus,in maximas nos anguſtias cõ iecerunt:nam ex vna parte negare non poſſumus hoc axioma, de faciente,quod eſt in ſe, non ſolum per vires gratiæ,ſed etiam per vires naturæ:verum habere aliquem ſenſum à Semipelagianis alienũ. Neque enim credibile eſt,tot Theologos, quos enarraui cap.3. qui illud in vniuerſa Eccleſia per plures annos tutati ſunt, doctrinam erroneam docuiſſe; & eam ab Eccleſia, vniuerſiſq; fidelibus,vt veram receptam, vt expendebam num. 25. Porro negauit nemo, Deum affuturum gratia ſua homini, qui lumine rationis bene vſus eſt in fuga mali,& appetitu boni,eo tempore, quo poteſt, per proprias vires permanere ſine peccato. Item ei,qui facit,quantum poteſt,vt veram aſſequatur doctrinam de Deo,de via ſalutis; & dolet vniuerſali dolore de ſuis peccatis.Quod ſi Deus infallibiliter his hominibus,præuiè ſic operantibus,adeſt gratia ſua, ex æternitate ad eſſe decreuit,vt cõſtat. Hoc autem decretum, & nihil aliud,eſt lex illa infallibilis,quam aſſeruit P.Molina, & ex ipſo probauimus cap. 1. ergo non tantum in ſenſu non præuio, quem ſolum defendiſſe P.Molinam demoſtraui num. 5. verum eſt axioma illud: ſed etiam in ſenſu præuio aliquam continet veritatem. Et ex alia parte à diſp.26.per tria capita;& à 27. per alia tria percurrimus omnes modos dicendi Catholicorum:& nihil in eis inuenimus, in quo quieſcat animus. Nã alij plane impegerunt in Semipelagianiſmum: alij vero ipſum attigerunt: alij demũ axioma non defenderunt, aut explicarunt. Nec ſatis eſt ipſum explicare de faciente,quod eſt in ſe,per vires gratiæ:nam licet veriſsimam, atque planiſsimam contineat doctrinam hæc explicatio:at cũ antiqui Theologi de faciente per vires naturæ loquuti ſint, fatendum his erit, eos omnes, & vniuerſam Eccleſiam tot annis in errore verſatos; nam ideo ſe ſe recipiunt ad hanc explicationem, quia alias non arbitrantur ſecuras, atque ſanas. Vt hoc vero incommodum fugiam,

Non ſatis explicatũ axioma per vires gratiæ.

quod mihi magni momenti eſt, aliam ex cogitare decreui,& cenſuræ doctiorum ſubijcere.

Mens authoris.

Pro quo nota primo diſcrimen inter dare facienti gratiam Dei,& dare facienti eamdem gratiam,quia facit. Nam primum tantum ſignificat concomitantiam, ſeu coincidentiam in eodem ſubiecto gratiæ Dei, & operis honeſti liberi arbitrij:præſcindit vero ab ordine prioritatis,aut dependentiæ inter opus honeſtum, & gratiam. Secundum vero, præter hanc concomitanriam, atque coniũctionem, ſignificat ordinem cauſalitatis, & naturæ inter ipſa. Ex quo fit, illud primum nihil derogare rationi puriſsimæ gratiæ: nam ſi tantum eſt materialis coniunctio ſine vllo ordine cauſæ inter bonum opus morale, & gratiam, hæc ſemper datur ſine vllo debito; immo indigno ex parte ſubiecti:atque adeo elargitio illa eſt pure liberalis,& gratuita,atque ex miſericordia. Hoc vero ſecundum aliquid neceſſario derraheret ex ratione gratiæ:nam illud,*quia facit*,debitum aliquod inducit,& qua menſura inducit debitum,ea detrahit à dono ſupernaturali rationem gratiæ. 49

Aliud dare gratiã facieti, aliud dare, quia facit.

Nota ſecũdo,naturam intellectualem ex ſe, abſq; dono ſuperaddito,propter natiuam,ſibique eſſentialem capacitatem eſſe poſſe cauſam phyſicam donorum ſupernaturalium, in quibus dicimus rationem gratiæ eleuantis conſiſtere.Hoc cõſtat primo,quia forma iuſtificãs, atque habitus infuſi, & actus quoad ſubſtantiam ſupernaturales educũtur de potẽtia paſſiua naturæ humanæ, atque facultatum eius, vllo præcedẽte ſubiecto ea recipiente. Sunt ergo ipſa veluti primum ſubiectum donorum ſupernaturalium. Ergo natura ipſa ſecundum ſibi eſſentialia eſſe poteſt cauſa phyſica donorum ſupernaturalium. Id conſtat ſecundo in ipſis actibus, vt talibus ſupernaturalibus, qui effectiue procedunt ab ipſis facultatibus naturalibus, tamquam à cauſis phyſicis partialibus: nam licet tunc non ſe gerant, vt facultates naturales: at reuera ipſa facultas naturalis per ſuam intrin-- ſecam 50

Natura intellectualis cauſa phyſica gratiæ præ alijs naturis.

Digitized by Google

ſecam ſubſtantiam, & per natiuam virtutem operatur. Quam quidem vim, aut materialem, aut actiuam non habent inanimes naturæ, nec ſentientes brutorum. Id eleganter dixit Aug. lib. 1. de benefi. contra Manichæos. c. 3. tractans illa Ioa. verba c. 1. ita ſcribit. *Iſtud lumē non irrationabilium animalium oculos paſcit, ſed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore viſibilium rerum temporalium, ſe ad eius præcepta ſeruanda conuertunt. Quod omnes homines poſſunt; ſi velint: quia illud omnem hominem illuminat venientem in hunc mundum.* Ergo in natura intellectuali eſt innata capacitas ad influendū phyſice, tum paſsiue, tum actiue in dona ſuper naturalia. Quo fit, etiam hunc influxum phyſicum nihil detrahere de ratione gratiæ ab his donis ſupernaturalibus.

Auguſt.

51 *Eſſe finem naturalē, & ſupernaturalem non ſunt in Deo rationes præſcindibiles*

Nota tertio; in Deo eſſe principium, & finē ordinis naturalis, & ſupernaturalis, non eſſe formalitates diuerſas, ratione noſtra præſcindente ex parte obiecti, vt ſunt natura diuina; & relatio; ſed eſſe vnam, eamdemque indiuiſibilem formalitatem, quæ dicitur principium ſupernaturale, vt comparatur, ſeu cōnotat effectus ſupernaturales; atque finis ſupernaturalis, vt conſequibilis eſt per actus ſupernaturales. Pariter etiam ratione dicitur principium naturale, vt comparatur ad effectus naturales; & finis, vt etiam ſuo modo aſſequibilis eſt per actus naturales. Hinc fit, conuerſionem ſupernaturalem hominis ad Deum eſſe ex parte Dei conuerſionem ad ipſum, vt auctor eſt, & finis naturalis ex parte recti; etenim per eamdem formalitatem ex parte Dei eſt auctor naturæ, & gratiæ: ergo ſi conuerſio ſupernaturalis eſt ad Deum auctorem gratiæ, etiam eſt ad ipſum auctorem naturæ, ſecundum formalitatem ex parte Dei reſpondentem conuerſioni: nam ſi illa vna eſt, & indiuiſibilis, ratione præſcindente ex parte Dei, non poteſt non ſecundum ſe totam terminare quamcumque conuerſionē, licet nos per diuerſos conceptus inadæquatos penes comparationem ad diuerſa cōnotata illas rationes diſtinguamus. Pariter quæcumque auerſio a Deo per peccatum, auertit hominem ab ipſo auctore naturæ, & gratiæ, propter eamdem rationem, quæ in auerſione clarior eſt. Quo etiam fit, hominem ſe conuertētem ad Deum per vires naturæ amore naturali dilectionis ſuper omnia, quem habere poſſe, mihi probabilior Theologia docet, ipſum ſe conuertere ad Deum auctorem naturæ, & gratiæ ex parte Dei, & hanc conuerſionem terminare ex parte obiecti ipſiſsimam rationem formalem, per quam eſt auctor gratiæ, licet non ſub hac cōnotatione, aut de nominatione. Ratio a priori eſt; quia omni potentia per eādem formaliſsimam rationē impræſcindibilē,

Item eſſe principiū.

ex parte eius, eſt principium effectorum naturalium, & ſupernaturalium. Item eadem natura Dei per indiuiſibilem bonitatem eſt finis ordinis naturæ, & gratiæ: ergo cōuerſio naturalis ex parte Dei attingit, licet improportionate, ipſam rationē principij, & finis ſupernaturalis.

Ex hoc colligo, & noto quarto: quotieſcūq; homo facit, quod poteſt per proprias vires, vt præbeat aſſenſum myſterijs fidei propoſitis, eliciēs affectū credulitatis circa ea, quæ Deus reuelauit, & ipſum aſſenſum naturalē fidei. Itē dolet de peccatis ex amore naturali eiuſdē Dei, atq; de cætero nō peccare, cōſtanter proponit; hūc hominē habere in ſe conuerſionē in Deum quaſi partialē cōparatione conuerſionis ſupernaturalis, quæ eſt veluti integra, totaliſq; conuerſio. Etenim gratia duo efficit in homine, qui viribus eius cōuertitur: alterum; quod homo ſuū creatorē reſpiciat, & ipſi actu ſe cōiungat: alterū; quod is reſpectus, ſeu cōiunctio ſit proportionatus, & vt oportet, cōparatione finis ſupernaturalis; homo ille per naturā ſe cōuertēs horū primum iam habet, atq; adeo veluti partialē conuerſionē, & in eo ſuperat non faciētem, quod eſt in ſe: non autem habet hoc ſecundum, quod a ſola gratia præſtare poteſt. 52

Diſcrimen inter faciētem, & nō facientem quod eſt in ſe.

Vt hoc melius intelligas, reuoca in memoriā Theologos, quos cōmemorauimus diſp. 25. num. 36. aſſerentes ſupernaturalitatem in actibus virtutum moralium infuſarum eſſe modū ſupernaturalem inſitum in naturali ſubſtantia actus, ſicuti in ipſorum ſententia libertas, & moralitas ſunt modi, & contingit non ſemel eum dem actū, quo ad ſubſtantiam tranſire de non libero, & nō morali, in liberum, & moralē: ita etiā traſire poteſt idem actus de naturali, & nō ſupernaturali, in ſupernaturalem: nam ſi ſuper naturalitas eſt modus, nulla eſt difficultas in eo, quod, manente eadem actus ſubſtantia, nouus accedat modus, atq; recedat. Quæ ſententia non eſt digna cenſura Theologica, licet nō admodum probabilis cenſeatur noſtra tempeſtate. In ea vero ex duabus partibus, quas habet ſupernaturalis conuerſio, vnam habet homo ille, qui ex viribus naturæ exhibuit aſſenſum myſterijs fidei, & amorem bonitati creatoris; quia exhibuit ſubſtātiā ipſorū actuū, & ſolū deſideratur modus, quo eleuetur, atq; proportionatus reddatur fini ſupernaturali. Hoc idem ſuo modo poſſumus cogitare in fide, charitate, & cōtritione ſupernaturalibus, quoad ſubſtantiam, & per propriam eſſentiam: nā licet actus hi diſtinguantur ſpecie, immo & genere proximo, atq; ſubalterno ab actibus fidei, charitatis, & contritionis naturalibus: hi, & ſupernaturales communicāt in prædicato reali communi logico, ſcilicet fidei, charitatis, & contritionis: quod prædicatum pars rei metaphyſica

Si ſupernaturalitas eſt modus actus, idem tranſire poteſt de non ſupernaturali in ſupernaturalem.

Digitized by Google

phyſica ſolet appellari: quemadmodũ equus, & homo communicant in prædicato animalis communi logico, quod eſt pars metaphyſica vtriuſq;:atq; adeo equus, vt animal habet prædicatum reale commune cũ homine:ergo homo ille, qui ex viribus naturæ efficit illos actus, habet veluti partialem conuerſionem, licet improportionatã comparatione totalis, & integræ, quæ efficitur virtute gratiæ.

Vt ſit phyſicè melius diſpoſitus faciens, quod in ſe eſt.

53 Ex his colligo quinto, hunc eumdem hominem eſſe phyſice, & quaſi materialiter melius, & proximius diſpoſitum, vt in eo gratia, ſi ipſi infundatur, effectum ſortiatur proportionatæ conuerſionis. Quemadmodum dicere ſolemus ingenio perſpicacem, & virũ ingenuæ indolis ſecundum ſuam phyſicam diſpoſitionem, melius eſſe diſpoſitum ad penetranda myſteria fidei, atq; capeſſenda; & ad exercendos virtutũ ſupernaturaliũ actus, ſi gratia diuina illuminetur, quã hominẽ mente rudẽ, & natura durũ: ita etiã de hoc homine per vires naturæ ſe cõuertente, & ex ſe quaſi partialem conuerſionẽ habente, recte dicemus eſſe melius, atq; proximius phyſice, & materialiter diſpoſitũ ad conuerſionẽ ſupernaturalem; quã aliũ hominẽ non facientem, quantum eſt in ſe, ſed nouis ſe vitijs implicantẽ, atq; quotidie indigniorem ſe conſtituentem gratia Dei. Et quemadmodũ natura rationalis comparatione irrationalis ex ſe gratia capacior eſt, & influxum aliquẽ phyſicum in eã habere poteſt, quem nõ poteſt natura rationis expers: ita nihil prohibet, quominus dicamus, facientẽ, quod eſt in ſe, ex viribus naturæ eo modo, quo explicui, præſtare, quod poteſt, vt proximius accedat ad ſuũ principiũ, & finẽ; & melius eſſe phyſice diſpoſitum, vt in eo gratia infuſa debitum ſortiatur fidei diuinæ, & conuerſionis Chriſtianæ effectum.

54 Porro quemadmodum homini bonæ indolis donatur gratia pure gratioſe, quia bona indoles nullius rationis eſt, vt Deũ moueat ad cõferẽdã illã; & quemadmodũ cũ Deus eleuat hominẽ gratia ſua, & non eleuat bruta animalia, quia homo capax eſt eius eleuationis, & influxum phyſicum habere poteſt in ipſam, vt notaui num. 50. nõ brutum; nihilominus eleuatio hæc pure gratioſe homini donatur; quia illa vis natiua phyſice influendi nullius virtutis eſt ad mouendũ Deũ, ſeu obligandum, vt gratiã cõferat: ita cum Deus facienti, quod in ſe eſt, donat gratiam propter phyſicam meliorem diſpoſitionem quaſi materialem; & non donat nõ facienti, propter indiſpoſitionem, & quaſi inuoluntariam incapacitatem gratiæ, gratioſe donat, quia illa proximior diſpoſitio, & quaſi partialis conuerſio per conatum naturæ nullius rationis eſt, vt Deum moueat, aut obliget ad conferendam gratiam ſuam.

Ex hoc colligo; hanc explicationem nihil habere cum Semipelagianis commune: nam hoc ipſo, quod negetur vis impetratoria, aut meritoria his actibus naturalibus, & connexio cauſalitatis moralis, inter ipſos, & gratiam Dei; ita vt licet Deus det facienti, ſi tamen nõ dat, quia facit, aut quia pulſat, moraliter loquendo coniunctio gratiæ cum natura ſolum concomitanter coincidunt, ſine vllo ordine cauſalitatis moralis, receditur à mente Semipelagianorum; vt conſtat ex diſp. 25. cap. 3. Et licet daremus in eo homine eſſe aliquam meliorem diſpoſitionem phyſicam, in quantum habet veluti partialem conuerſionem, vt explicui num. 52. non inde laberemur in Semipelagianiſmũ; quia cauſalitas phyſica naturæ in gratiam, tum materialis, tum efficiens negari non poteſt ſine magno abſurdo. Atqui hęc proximior diſpoſitio, vt a nobis explicata eſt, ſolum ſpectat ad cauſalitatem phyſicam materialem; nam ratio generica, ſeu pars metaphyſica compoſiti habet ſe, vt materia; & differentia, vt forma: ergo ille ſolũ habet partem materialẽ methaphyſicam, & tantũ componit ſubiectum quoddam methaphyſicum gratiæ. 55

Pactum quoddam inter Patrem, & Chriſtum cõparatione facientis, quod in ſe eſt.

Cum vero ſit interrogatio illa, ad quam tota huius rei difficultas reuocatur; quare nimirum Pater æternus, atque Chriſtus Dominus iniuerint pactum de dãda gratia infallibiliter facienti, quod in ſe eſt, & non iniuerint de dãda non facienti, ſi actus bonus moraliter nullam habet proportionem cum gratia, nec ordinem cauſæ? Reſponderi poteſt primo; quia ita eis placitum eſt; vt ſi interroges, quare Deus prædeſtinatum elegerit, aut efficaci electione, aut ſpeciali, & gratuita iuxta noſtram ſententiam, quam explicui diſp. 23. cap. 13. & non reprobum? Et quare prædeſtinato præparauerit ſeriem gratiarum congruarum vſque ad perſeuerantiam vltimam, & non reprobo? Omnes reſpondemus, quia ita Deo miſericordi placitum fuit; nam non poſſumus haurire rationem aliquam ex meritis præcedentibus hominis: ita in noſtra re, optime reſpondemus facienti prauie ex viribus naturæ ſuam promiſiſſe gratiã propter Chriſti merita; quia ipſi ita placitum fuit: non quia is, ſi conferatur cum non facienti, merito aliquo illum præexcellat: ſed quia hæc voluntas Dei fuit, non deſerendi illum hominem; ad probandum vero hoc fuiſſe pactum initum inter Chriſtum, & Patrem, habemus primo ea, quæ retulimus ex P. Molina cap. 1. Secundo nihil obſtare impugnationem Magiſtri Aluarez, de qua cap. 2. Tertio, quod error Semipelagianorum non conſiſtit in ea lege infallibili, vt ſæpe dixi, & præcipue diſp. 25. num. 32. ſed in merito ex libero arbitrio; ſiue adſit lex, ſiue non. Quarto; quia

Digitized by Google

to; quia Deus adeſſe his hominibus, ſiue per gratiam interius illuminantem, ſiue per ſuos miniſtros, docemur communi conſenſu Theologorum, quos retuli in hac diſp. & hiſtoria ex noſtris Patribus, qui apud Indos gẽtiles apoſtolice vixerunt, atque hodie viuunt.

55 *Declaratur ratio paciſcendi ex parte hominis.* Secũdo addere, atque reſpõdere poſſumus, non deeſſe ex parte hominis ſic operantis rationẽ aliquam phyſicam eius pacti, nihil obſtantem puriſsimæ rationi gratiæ, quam colligo ex dictis: nam certum eſt, Deum decreuiſſe conferre omni homini in hoc mundo degenti gratiam ſufficientem illuminantem, & non decreuiſſe conferre creaturæ irrationali. Et ſi interroges; quare ita decreuerit? Rationem phyſicam reddere poterimus: quia nimirum in homine eſt gratiæ natiua capacitas, non in bellua; quæ licet non moueat Deum, vt cauſa moralis, at præſupponi neceſſario debet ad tale decretum, quod non conſtituiſſet Deus, ſi in homine non eſſet ea natiua capacitas. Ita in noſtra re, quia faciens, quod eſt in ſe, ſe, quantum poteſt, approximat Deo, & ſe ſe ei coniungit, licet coniunctione improportionata, & nullam habente vim meritoriam, capacitatem vero proximam, & voluntariam afferente, potuit Deus velle ex aliqua ratione quaſi phyſica, & materiali huic donare ſuã gratiã infallibili lege; nõ vero non facienti, qui per ſua peccata voluntarie redditur incapax gratiæ ſuæ. Ergo axioma illud, & infallibilis lex defendi optime poteſt ſine periculo incidendi in Semipelagianiſmum; & doctrinam continet ſanã, nihil detrahentem de puriſsima ratione gratiæ.

Sed pro coronide huius diſputationis duo reſtant definienda. Primum: an gratia detur eodem temporis momento, in quo facit, quod eſt in ſe? Secundum: an ſemper detur gratia congrua? Vtrumque mihi incertum. Crediderim tamen, vel conferri eodem temporis momento, aut in duratione proxima ante nouum commiſſum peccatum, per quod deleatur talis diſpoſitio. Hoc ad primum. Ad ſecundum, non video fundamentum ad affirmandum promiſſam eſſe gratiam congruam, hoc eſt, quæ præuiſa eſt habituram effectum; & ſi crediderim ſemper habituram, quoties datur, dum homo perſeuerat in eo propoſito: non tamen ſi pulſetur gratia diuina animo ad alia iam diſtracto. 57 *Facienti, quod eſt in ſe, datur gratia ante nouum peccatũ.*

Hæc ſe ſe nobis obtulerunt pro tutela tot, tantorumque Theologorum in eo axiomate. Sed quia res hæc arduas, moleſtaſque contentiones excitauit in Eccleſia, abſit, precor, inuidia à verbo. Igitur dicta noſtra non tam affirmata volumus, quam diſputata in obſequiũ S. Eccleſiæ.

DISPVTATIO VIGESIMA OCTAVA.

DE CAVSA PRAEDESTINATIONIS EX procedentibus a gratia.

Diſtincta quatuor capitibus.

Caput 1. Sententia affirmans.

Caput 2. Vera ſententia negans.

Caput 3. Solutio argumentorum.

Caput 4. Non eſt in poteſtate prædeſtinati prædeſtinatio quoad omnes effectus.

CIRCA EVMDEM ARTICVLVM QVINTVM S. THOM.

Caput

Digitized by Google

Caput I. *Sententia affirmans.*

1 DISP. 26.cap.1.in 2. & 3. obſeruatione monui, quoſdam doctores hãc vocem *prædeſtinatio* nimium reſtrinxiſſe ad ſignificandam electionem ad formã iuſtificationis, ad perſeuerãtiã,& ad gloriã. Vſurpata voce in hac ſignificatione,dubium non eſt,eſſe cauſam prædeſtinationis ex his, quæ a gratia procedunt. Nam certum eſt, actum contritionis ex gratia procedentem mereri de congruo iuſtificationem,& electionẽ ad illã. Certũ etiã eſt, cæteros actus hominis iuſti mereri de cõgruo donũ perſeuerãtiæ,& electionẽ ad illud. Demũ certũ eſt,hominẽ iuſtum per opera pia mereri de condigno gloriam,& aliquã electionem ad illã. Quapropter vt locum habeat dubitatio, phraſi Auguſtiniana prædeſtinationẽ vſurpamus,prout eſt præparatio omniũ donorũ gratiæ ex prima vocatione,vſq; ad iuſtificationẽ, vſq; ad perſeuerantiã, vſq; ad glorificationẽ. Et cum,vt notaui, certum ſit, poſteriores effectus prædeſtinationis ſub meritum aliquod priorum cadere,cũ S.Th. in art.5.tota dubitatio reuocatur ad primũ effectũ,hoc eſt,ad primã gratiam cõgruam, nõ quia cõgrua eſt:nam cum reprobi etiam habeant nõ ſemel gratias cõgruas,poteſt gratia cõgrua non eſſe effectus prædeſtinationis;ſed quia quæcumq; gratia cõgrua in prædeſtinato fructificat ad gloriam: ac proinde,neceſſario eſt effectus prædeſtinationis,vt ex profeſſo explico diſp.30.cap.2. Quapropter dubitare,an liberum arbitrium ex effectu gratiæ poſſit mereri prædeſtinationem, eſt dubitare,an poſſit mereri primam gratiam congruam,ſeu illam electionem ſpecialẽ diſcernentem prædeſtinatum à reprobo,ſecundũ noſtram doctrinam,de qua diſp.23.cap.13. vt terminatam ad primum effectum? Porro cum prior gratiæ effectus,qui eſt actus liberi arbitrij,neceſſario procedat ex prima vocatione congrua,dubitare, an actus procedens ex gratia poſſit eſſe cauſa meritoria prædeſtinationis, vt terminatur ad primum effectum, hoc eſt,ad primam vocationem congruam,eſt dubitare, an principium meriti propter bonũ vſum futurum præuiſum cadat ſubmeritum? Hæc igitur dubitatio eſt ſimilis ei,quæ diſputatur in materia de Incarnatione q. 2.art. 11. an Chriſtus Dominus per opera à gratia vnionis procedentia præuiſa, ſuam ipſam incarnationem meruerit,aut mereri potuerit?

Prædeſtinatio vſurpatur pro vt eſt præparatio omniũ mediorum.

2 Moneo deinde,quoſdam effectus gratiæ cõmunes eſſe prouidẽtiæ ſupernaturali cõmuni, & prouidentiæ ſupernaturali prædeſtinatiuæ; hi ſunt vocationes congruæ, actus ſupernaturales honeſti,iuſtificatio. Si ergo Deus vellet prędeſtinationem ſuam inchoare poſt quoſdã huiuſmodi effectus gratiæ procedentes a communi prouidentia ſupernaturali reprobo, & prædeſtinato;& poſt aliqua bona opera præuiſa ſpeciali illa electione, quã explicui diſp. 23.cap.13.complacere in prædeſtinato,non dubium eſt, quin eſſe poſſit cauſa prędeſtinationis ex meritis à gratia procedẽtibus in eo modo prouidẽtiæ:nã opera illa præcedẽtia effectus poſteriores manantes ex illa voluntate ſpeciali,quæ eſt radix totius prædeſtinationis,mererẽtur de cõgruo tũ ipſos effectus,tũ voluntatẽ ſpecialẽ,vt ad ipſos terminatur. Dubitatio ergo procedit in ſtatuta prouidentia a Deo,in qua voluntas illa ſpecialis eſt radix primæ vocationis congruæ in prædeſtinato, iuxta illud Pauli ad Rom.8. *quos prædeſtinauit, hos & vocauit:quos autem vocauit, hos & ſanctificauit, &c.* Et iuxta alia,quæ fuſe explicui ex eodem Paulo diſp.23.cap.4.& ex Auguſtino cap.6.

Quidã gratiæ effectus cõmunes prædeſtinationi, & prouidentiæ nõ prædeſtinatiuæ.

Non habet locum dubitatio in altera prouidentia, quæ poſſet eſſe.

Ad Rom.8.

3 Rurſus,vt melius percipiatur hæc ſententia affirmans, maximopere notare oportet,bonũ vſum futurum ex gratia duplici ſtatu cõſiderari poſſe. Primo in ſtatu cõditionato. Secundo, in ſtatu abſoluto. Ille eſt tãtum ratione prior hoc ſecũdo;vt explicui tractatu de ſciẽtia Dei diſp. 7. cap. 1. num. 1. 2. & 3. Hi duo ſtatus in multis differunt quoad noſtram rem. Illud eſt diſcrimen animaduerſione dignum;nimirum, ſtatum conditionatum futurum boni vſus non ſupponere in Deo decretũ aliquod dandi gratiam, quod formaliter exiſtat in voluntate eius:atvero ſupponit decretũ obiectiue exiſtens in præſcientia Dei. Etenim ſi bonus ille vſus eſt ex gratia,præuidetur in ſtatu conditionato procedens a gratia,ſi ei conferretur:at nõ poteſt præuideri in ſtatu conditionato procedens a gratia,ſi ei conferretur, ſine aliquo decreto Dei,à quo ipſa gratia procederet: ergò aliquod decretum verſatur obiectiue in præſcientia Dei. Hoc amplius declaro:nam ſenſus illius propoſitionis conditionatæ in eo ſtatu is eſt: *ſi ego voluero conferre gratiam, & de facto contulero in hac rerum periſtaſi huic homini, habebit bonum vſum:* ergo non poteſt non verſari in præſcientia aliquod Dei decretum, cum prænoſcit bonum vſum, & gratiam in ſtatu conditionato: & tunc eſſe poſſet dubitatio,an propter hũc bonum vſum præuiſum in hoc ſtatu,Deus moueri poſſit ad conferendum abſolute, & ad decernendum conferre primam eamdem vocationem in ſtatu abſoluto? Ita vt prima vocatio collata in ſtatu abſoluto cadat ſub meritum boni vſus conditionati præuiſi, atque ratione præcedentis. In hac dubitatione quædam aduerto: primum: ſententiã

Diſcrimen inter ſtatũ abſolutum & conditionatum.

Status conditionatus non affert decretum exiſtẽs,ſed obiectiue in mente.

Digitized by Google

ſententiam affirmantem alienam eſſe à Semipelagianiſmo, licet ipſi operibus ſub conditione præuiſis meritum aliquod tribuerint: at non agebant de meritis cōditionatis, ex gratia procedentibus, ſed ex natura; vt benè notarunt P. Vazquez 1. p. diſp. 91. cap. 6. num. 31. & P. Suarez 1. p. lib. 2. de cauſa prædeſtinationis cap. 20. num. 15. & ſatis conſtat ex dictis à nobis diſp. 25. in qua ſatis prolixè egimus de Semipelagiano errore.

Vazq. Suarez.

In operibus conditionatis, nec meritum, nec demeritū.

Secundum; partem affirmantem nullius eſſe probabilitatis: nam, ſi in operibus conditionatis eſſet meritum, omnes homines mererentur ſimul gratiam, & damnationē: nam nullus homo tam peruerſus fuit, qui etiam non fuerit præuiſus bene operans ex gratia, ſi in certo rerum ordine collocaretur; & certa gratia ipſi nota pulſaretur: vt dixit Auguſtinus lib. 1. ad Simplicianum q. 2. poſt medium, de Eſau. Id etiam conſtat de Tyris, & Sydonis ex Matthæo cap. 11. & ex Luca cap. 10. Secundo; quia nulla eſſet ratio; quare is prædeſtinaretur, non ille? & quare huic paruulo conferretur gratia baptiſmi, non illi? Tertio demum; quia lumine naturali perſpicuum eſt, nullum eſſe dignum pœna, aut præmio ex ijs, quæ facturus eſſet; ſi in hoc, aut illo ordine rerum collocaretur; ſed ex ijs, quæ de facto committit, exiſtens in aliqua temporis differentia. Ergo ſententia, quæ affirmaret in his operibus conditionatis, etiam ſi procedant ex gratia, eſſe aliquod meritū, omnino falſa eſſet.

Auguſt. Matth. 11. Luc. 10.

Tertium; aliud eſſe, Deum habere præſcientiam huius ſtatus; aliud Deum moueri ab illis meritis ad conferendum præmium: nam primum verū eſt, & omnes noſtri ſcriptores conſtanter defendunt; vt dixi tractatu de ſcientia Dei diſp. 7. cap. 1. num. 6. Secundum falſum; & omnes noſtri negant; vt etiam ſæpe docui, tum ea diſp. 7. cap. 11. num. 79. & in hoc tractatu diſp. 22. cap. 3. Itaq; licet hæc præſcientia neceſſaria ſit ad prædeſtinationem ex parte Dei, quatenus continet perfectiſsimam prouidentiam; non tamen in operibus, conditionatè præuiſis, eſt vis aliqua merendi, aut mouendi Deum. Hæc de ſtatu conditionato.

4 In ſtatu verò abſoluto, in quo notitia viſionis præuidetur bonus vſus, ex gratia abſolute futurus, neceſſario ſupponi debet in Deo decretum exiſtens, & in homine, bene vtente gratia congrua, *natura* præcedens: etenim bonus ille vſus abſolutus pendet à decreto, & à gratia, vt à principijs eſſentialibus: ergo non poteſt Deus videre bonū vſum abſolutum, quin prius præexiſtat in ipſo decretum conferendi gratiam congruam, & in homine ipſa gratia cōgrua; immo, & quin prius ratione noſtra ab ipſo præuideatur, vt cauſæ eius effectus. In hoc ergo ſtatu dubitatio ſic procedit; an propter bonū vſum præuiſum, quia præuiſio æterna eſt, & ante executionē collationis gratiæ cōgruæ, quæ eſt in tēpore, poſsit Deus moueri ad ipſam cōferēdā propter meritū exiſtēs in bono vſu abſoluto ex gratia? An, inquā, illud ordinare poſsit ad ipſam in executione cōferendā? Hic obſerua; ſententiam affirmantem neceſſario cogi ad ponendum duplex decretum in Deo: primum; quod neceſſario præſupponi diximus, præuiſum ad præuiſionem boni vſus. Secundū, quod ſequitur ad hanc præuiſionem, ex quo immediate procedit ipſa exequutio; nā ea ſine decreto nō mandatur executioni. Hæc notare oportuit propter vitādas æquiuocationes, & propter exactam rei explicationem.

Dubitatio habet locum in ſtatu abſoluto.

5 Sententia ergo affirmans in hoc ſtatu abſoluto tribui ſolet Alexandro 1. p. q. 28. membro 3. art. 3. in corpore: vbi ait, præſcientiam meritorum eſſe rationem in Deo voluntatis, & ex ratione æquitatis eſſe, vt Deus det gratiā ei, qui gratia bene vſurus eſt. Hic nota, eumdē Alex. 3. p. q. 69. memb. 5. art. 2. §. 3. diſertis verbis negaſſe, gratiā dari ex bono vſu futuro illius. Quare P. Vazquez diſp. 91. cap. 6. num. 31. exiſtimauit, primam ſententiā reuocaſſe. Cæterum nos eum concordare poſſumus ſecundum dicta ſupra n. 2. nam fortè in 1. p. non fuit loquutus de bono vſu gratiæ, ex prædeſtinatione procedēte; ſed de alia voluntate cōmuni, ſpectante ad communem prouidentiam. Magiſter etiam in 2. diſt. 5. cap. vltimo, & Antiſiodorenſis lib. 3. tractatu 1. cap. 7. in principio fauent huic ſentētiæ: quatenus docent, Angelos in beatitudine fuiſſe creatos, & ipſam per opera ſequentia promeruiſſe. Ergo pariter dicerent in noſtra re; nimirum, gratiā promereri poſſe per opera ſubſequētia illā. De Alberto etiā dubiū eſt, an ſuffragetur huic ſentētiæ? Sed res ſatis, ſuperq; examinatur à P. Suario cap. illo 20. & à P. Vazq. cap. 6. Cuiuſcumq; autem hæc ſit ſententia, duo habere poteſt fundamenta. Primū; quod non eſt de ratione cauſæ meritoriæ, quæ tempore præcedat ipſam præmij retributionē: immo hæc ſubſequi duratione poteſt; vt cōſtat in ſanctis Patribus veteris teſtamenti; qui gratiam acceperunt ex Chriſti meritis multo ante, quā ea extiterint. Ergo pari ratione prædeſtinatus ex meritis præuiſis multo ante, quā exiſtant, gratiam poterit accipere.

Alexander *Sententia affirmās.* P. Vazq. Magiſter. Antiſiodorenſis. *Duo fundamenta habet.*

Secundum, & magis ad rem; nam Rex poteſt dare militi equum, & arma, propter bonum vſum in pugna poſtea ab eo præuiſum, quę antea ſolum mutuo dederat: ergo nihil obſtante, quod ipſa arma, & equus fuerint principia victoriæ, poteſt ea accipere in præmium. Ergo non abſimili ratione, poteſt Deus propter bonum vſum præuiſum gratię

Ccc retri-

Digitized by Google

retribuere ipſam in præmium,nihil impediente, quod bonus vſus ab ipſa procedat. Hoc exemplum commune eſt:de eo vero ait P.Suarez tom.1.in 3.p.diſp.10.ſect.4.vix ei vnquam ab his, qui contrarium tuentur,plene ſatisfactum. Aliud etiam adduci ſolet ex contractu emptionis, & venditionis; vt,cum quis vendit alteri vineam ſuam propter lucrum, quod ex fructibus eius accepturus eſt: in quo contractu ipſa vinea, quę eſt principium fructuum,eſt etiam principium valoris, propter quem dominiū eius in alium transfertur. Ergo pari ratione gratia congrua in prædeſtinato eſſe poteſt principium operis honeſti, propter cuius valorem meritorium Deus voluit ipſam homini conferre.

P.Suarez.

Caput II. *Vera ſententia negans.*

6 *Duplex ſtatus dubij.*

SENTENTIA negans duplicem habet ſtatum.Primus;an defacto prædeſtinatus primam gratiā cōgruā acceperit ex meritis ab ea procedentibus? Secundus;an de potētia Dei abſoluta illa prima gratia ſub meritū eorumdē bonorum operum cadere poſsit?Licet non ſit animus,ſecundum ſtatum fuſo calamo tractare; non poſſum non breui attingere fundamenta,quæ in hoc etiam ſecundo ſtatu probant partem negantem: id verò præſtabo in ſecunda concluſione.

1. Con. *Placet ſententia negans.* S.Thom. P.Vazq. P.Suarez. P.Arrubal. Trident.

Prima concluſio:de facto prædeſtinatus non meruit ſibi primam vocationem congruam ex operibus ab ea procedentibus. Hæc concluſio eſt expreſſa S. Thomæ in hoc art.5. vbi refert, & refellit hanc opinionem:& 1.2.q.114.art.5. in corpore.Et eſt cōmunis inter doctores,quos allegant P.Vazquez 1.p.diſp 91.cap.6. P.Suarez 1.p.lib.2. de cauſa prædeſtinat. cap. 20.& P. Arrubal hic diſp.76.cap.2. Probatur primo ex Tridentino ſeſſ.6.cap.5.vbi declarat, exordium iuſtificationis in adultis à Chriſti vocatione ſumendum eſſe: *qua,ait, nullis eorum exiſtentibus meritis, vocantur.* Et licet directe excluſa videantur merita præcedentia ex natura: at cum ait,*nullis eorum exiſtentibus meritis,* ſatis ſignificat,merita ſubſequentia ex gratia non poſſe habere rationem meriti comparatione præcedentis gratiæ: nam ſi in mentem veniret Patribus Concilij,ea rationē meriti habere poſſe,non dicerent, *nullis exiſtētibus meritis*;qua vniuerſali propoſitione omnia merita excluſerunt.Sed dicerent; *ex nullis præcedentibus meritis.* Cōfirmo ex cap.8.in illis verbis:*ſi enim gratia eſt,iam non ex operibus; alioquin,vt idem Apoſtolus inquit,gratia iam nō eſt gratia.* Vt argumētum formem,obſeruo in his donis ſupernaturalibus,eſſentialem eſſe illis ſupernaturalitatē; accidentalem vero,& extrinſecam rationem gratiæ, vt negat debitum,ſeu meritū in opere antecedenti.Id conſtat in gloria,& in augmento gratiæ iuſtificantis;quæ quidem ſupernaturales ſunt in ſubſtantia:nō tamē gratiæ in hoc ſenſu, quia nō donātur gratuito, & ex liberalitate, ſed ex debito meriti condigni. Hoc poſito; Concilium in hoc capite non tantum vult,dona hæc ſupernaturalia eſſe; ſed etiam eſſe gratias in illo ſecundo ſenſu, quod maxime verum eſſe debet de primis auxilijs, primaq; iuſtificatione: ergo expreſſe docet de facto dari gratioſe; atq; adeo nulla opera ſiue antecedentia, ſiue ſubſequentia eam promereri. Probo hanc conſequentiam; quia ſi opera ſubſequentia gratiam promererentur, iam revera donaretur ex operibus; & gratia nō eſſet gratia in ſecundo ſenſu intento à Concilio.

Probatur 1.

Secundo; induci poſſunt pro noſtra concluſione ferè omnia,quæ produximus diſp.25.c.8. præſertim num.77.ex illo Pauli ad Rom.3 *iuſtificati gratis per gratiam ipſius.* In quibus manifeſte ſignificatur,gratiam non dari ex merito noſtro: & licet directe excludantur opera ex libero arbitrio; ſimul tamen dum aſſeritur, gratis nos eſſe vocatos, & iuſtificatos defacto; aſſeritur etiam,de facto nullum ſubfuiſſe meritum, neq; in operibus prioribus gratiæ infuſione;neq; in poſterioribus:ac proinde omnia, quæ ibi attulimus, in hanc rationē induci hoc pacto poſſunt. Probatur 2. 7 Ad Rom 3.

Tertio probatur:quia nullus Theologorum dixit,defacto principiū meriti cadere ſub meritū;cū cōmunis ſententia etiā de potētia abſoluta id neget:ſi prædeſtinatus per opera ſubſequentia de facto mereretur primā vocationem gratiæ cōgruæ, principium meriti de facto caderet ſub meritum:ergo nulla ratione dici poteſt, prædeſtinatū mereri de facto ſuā prædeſtinationē ex operibus à gratia procedētibus. Prob. 3.

Quarto probatur ex pluribus Auguſtini teſtimonijs,in quibus ſic colligit;gratia primæ vocationis datur, vt ſint merita,tāquam propter finē:ergo nō datur ex meritis.Lege ipſum lib. de corrept.& gratia,cap.9. & de prædeſtinatione ſanctor.c.18.in fine. Et lib. de dono perſeu. c.13.& 14. Nominatim placet notare duo teſtimonia.Primum ex Epiſt.107.vbi colligit primam gratiam non poſſe dari à Deo ſecundum merita;quia illā dat,vt habeat merita.Et in medio eius Epiſtolæ affirmat,apud ipſum idē eſſe dari gratiā ad aliquod opus,tāquā ad finē,& nō dari ex illo opere,tāquā ex merito. Secūdū ex lib. 1. ad Simplic. q. 2. vbi hæc habet pulchra verba, Prob.4. Auguſt. *Probatio ex duplici Aug. teſtimonio.*

verba: *percipientis gratiam, conſequenter ſunt opera bona, non quæ gratiam pariant, ſed quæ gratia pariantur: non enim, vt ferueat, calefacit ignis; ſed quia bene feruet; neq; ideo bene currit rota, vt rotunda ſit, ſed quia rotunda eſt.* In his verbis diſerte declarat, non poſſe eam rem, quæ eſt finis, exercere rationem cauſæ meritoriæ comparatione ſui principij præſuppoſiti.

Hieronym. AdEpheſ.1. Hac etiam forma argumentandi vtitur Hieronymus ad Epheſ. 1. *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti.* In quibus verbis Paulus euertit errorem Platonicorum, & Origenis; item Semipelagianorum. Illi dixerunt, animas ante corpora extitiſſe, & vixiſſe in cœlo inter Angelos; & quia ibi ſanctè vixerant, electas à Deo, vt in ſancta corpora mitterētur. Hi dixerunt, propter merita procedētia ex libero arbitrio nobis infundi gratiam: dum verò ait Apoſtolus, nos electos, vt eſſemus ſancti, excludit omne meritum electionis ad primam gratiam iuxta mentem Patrum: ſic enim colligunt: *elegit nos, vt eſſemus ſancti: ergo non quia futuri eramus ſancti.*

Auguſt. Arauſicanũ Vide Auguſtinum lib. 1. retractationum cap. 23. & de prædeſt. ſanctorum cap. 19. & Concilium Arauſicanum can. 25. ibi: *nam ſi eſſet, homini daretur, quia fidelis, & ſanctus futurus eſt; non autem, vt ſit.* In quibus manifeſte docet, id, quod datur vt principium, & medium ad finem, non poſſe eſſe meritum ipſius principij, & medij. Rationem à priori huius doctrinæ, & illationis ſanctorum Patrum declaro in ſecunda conclusione.

2. Con.

8 *Nec per potentiam abſolutam prima vocatio poteſt cadere ſub meritũ per opera ſub ſequētia.*

Secunda concluſio: nec de potentia abſoluta prædeſtinatus per opera ſubſeqētia ex gratia poteſt mereri primam vocationē congruã, neq; prædeſtinationem, vt ad ipſam terminatur. Hæc concluſio eiſdem rationibus probanda eſt, quibus tertia parte q. 2. art. 11. probari ſolet, Chriſtum Dominum, nec de potētia abſoluta, per opera ſubſequentia promereri potuiſſe diuinam illam vnionem ad Verbum. Nã vtriuſq; eadem eſt ratio; cum ſolum materia differant. De qua re bene tractat Vazquez ibi diſp. 21. cap. 5. De ea etiam tractant Theologi cũ S. Thoma 1. 2. q. 114. art. 5. vbi Valentia, & Zumel diſp. 4. In ea igitur declarandũ eſt, qua ratione repugnet, etiã in ordine ad potentiam abſolutã, principiũ meriti ſub meritũ cadere.

P. Vazq. P. Valentia. Zumel.

Meritum cauſa moralis præmij.

Pro declaratione noto primo; meritũ, in merente conſtitutum, eſſe cauſam moralē præmij. Nam ipſum nō producit actione phyſica præmiũ, vt efficiens cauſa producit ſuum effectum; ſed exiſtens in merente, & præuiſum à remuneratore per ſuum valorē influit in voluntatē remuneratoris, & mouet illum, vt conferre velit præmiũ. Ex quo fit, prius exiſtere debere meritũ in merente, quã voluntatē remunerandi in remuneratore; non loquor de prioritate durationis; ſed de prioritate aliqua cauſæ, ſaltē moralis. Virtus autem, ſeu ratio cauſandi meriti eſt valor, ſeu dignitas ipſius operis, ratione cuius proportionem habet cum præmio: & tãti, ſeu minoris æſtimatur, quanti pretium ipſum. Cauſalitas verò eius conſiſtit in actuali illa motione voluntatis remuneratoris, in quantũ ipſa habita fuit dependenter à valore, & condignitate meriti. Ecce explicuimus iam exiſtentiam priorem meriti in merente; virtutem eius cauſandi; item actualem influxum. Et ex dictis conſtat, cauſam meritoriam nec eſſe poſſe, niſi in creatura intellectuali. Dico in creatura, quia Deus ſecundum ſe mereri ab alio non poteſt. Quia nec habet, quid mereatur, nec a quo, nec exercere ſuum influxum poſſe, niſi cõparatione perſonæ, intellectu, & volũtate prædita.

Meritum, niſi exiſtēs, valorē nõ habet.

Noto ſecundo, meritum, vt virtutem habeat cauſandi, & exercere ſuã cauſationem poſsit, habere debere realem exiſtentiam abſolutam, ſiue præteritam, ſiue præſentem, ſiue futuram. 9 Hæc notatio ſatis cõſtat ex dictis diſp. 23. c. 2. in 5. concluſione: vbi accurate explicui diſtinctionē in modo cauſandi finis, & meriti: nã finis apprehēſus poſsibilis, atq; aſſequibilis mouet agēs ad eligēda media, & exequutioni mãdãda, vt demũ ipſe exiſtat. Itaq; idē finis in ſtatu poſsibilitatis, apprehenſus vt aſſequibilis, eſt cauſa electionis mediorũ; &, adhibitis cõducētibus medijs, ipſe finis ſecũdũ eſſe exiſtētiæ eſt effectus. At meritũ nō eſt cauſa præmij, præuiſus à remuneratore, vt poſsibilis, aut futurus ſub cõditione: nã qui poteſt habere meritũ, poteſt etiã habere præmiũ; nō tamē illud promeretur ex eo, quod poſsit: & qui in certo rerũ ordine haberet meritũ, ſi in eo collocaretur, etiã in eo ordine promereretur præmiũ; nõ tamē, quia in eo ordine habiturus eſſet meritũ, nũc de facto promeretur præmiũ: vt etiam notaui ſupra n. 3. & eſt cõmunis ſentētia ſcholaſticorum; de qua re videri poteſt nouiſsime P. Suarez to. 3. de Gratia lib. 7. c. 14. n. 21. & 22. Eſt ergo meritũ cauſa præmij exiſtēs abſoluta exiſtētia in aliqua tēporis differētia, in qua à præmiante ſcientia viſionis poſsit præuideri. Ideo verò dixi, habere debere realem exiſtentiam, ſiue præteritam, ſiue præſentem, ſiue futuram; quia, licet non minus meritum, quam cauſa efficiens phyſica, exiſtentiam realem habere debeat priorem *natura*, quam effectus: at, quia meritum exercet ſuam cauſalitatem in perſonam ratione præditam, & hæc cognoſcere poteſt exiſtentiã meriti, non ſolum præteritam, & præſentem; ſed etiã futuram: hinc efficitur, quod, habita ſemel illa præſcientia, duratione antecedenti ad eam durationem, in qua exiſtit meritũ in ſe, poſſit mouere ſuam voluntatem ante tempus, in quo

P. Suarez.

Digitized by Google

meritum in ſe exiſtit; propter illud tamẽ exiſtens præuiſum in ſua temporis differentia, vt velit conferre præmium. Hac ratione Deus præſcius ex æternitate meritorũ Chriſti, propter ipſa cõtulit patribus veteris teſtamẽti, anticipata quadam ſolutione. Itaq; dedit gratiã propter futurum meritum; at quia futura exiſtentia rei includit ipſam rei exiſtentiam, & connotat præſentem negationem durationis, vt fusè explicui tractatu de ſcientia Dei diſp. 6. cap. 6. hinc fit; quando Deus confert præmium propter meritum futurum, re vera conferre propter meritum realiter in ſe exiſtens, licet comparatione præuiſionis in ſtatu futuritionis ſit.

10 *Tam realis exiſtentia neceſſaria ad cauſam meritoriã, quã ad efficientẽ Phyſicam.*

Hinc aliqui decepti ſunt, exiſtimãtes in merito non eſſe neceſſariam exiſtẽtiam eo rigore, quo eſt neceſſaria exiſtentia in cauſis phyſicis. Quia, inquiunt, ſufficit ad meritũ exiſtentia prę terita, aut futura; ad producendum autem effectum neceſſaria eſt exiſtẽtia præſens. Sed decipiuntur, eo quod exiſtentia rei præſens, præterita, & futura, non eſt diſtincta in ſe ex parte exiſtentiæ rei, ſed ex parte diuerſorum connotatorum. Nam exiſtentia præterita vltra eamdem rei exiſtentiam cõnotat exiſtentiã durationis poſterioris; & exiſtentia præſens connotat exiſtentiam durationis coexiſtentis rei; & exiſtentia futura vltra rei exiſtẽtiam connotat durationem temporis antecedentis. Sicut eadẽ res in vno loco exiſtens dicitur ſuperior cõparatione loci inferioris, & inferior cõparatione ſuperioris: & æqualis comparatione ſpatij ex æquo ſibi reſpondentis. Ergo ſi ad meritum in ratione cauſandi neceſſaria eſt exiſtentia præterita, præſens, aut futura; eadem meriti exiſtentia *natura* præcedere debet ipſum effectũ: ſicut *natura* præcedit exiſtentia cauſæ efficientis ſuum effectum. Neq; enim, cum meritum cauſat ratione exiſtentiæ præteritæ, aut futuræ, cauſat ratione alicuius exiſtentiæ diſtinctæ ab exiſtentia præſenti, aut limitãte, aut conditionem diminuente in ratione exiſtentiæ; ſed ratione exiſtentiæ præſentis in ſua duratione cũ valore meritorio. Ideo verò in merito ſufficit exiſtentia præterita, aut futura; nõ in efficiente cauſa phyſica: quia hæc influit in ſuum effectũ debite approximatũ, independẽter à motione perſonę agẽtis per intellectũ, & voluntatem: at meritũ cauſat præmiũ mouendo perſonam intellectu, & voluntate præditam: quę, quia ſe poteſt extendere mente ſua ad cognoſcendũ meritũ exiſtens, præteritum, atq; futurũ; poteſt illud apprehenſione cognitionis applicare voluntati, & quaſi præſens facere; ipſamq; virtute valoris meritorij incitare ad remunerationem. Quapropter tanta exiſtentia ex parte meriti neceſſaria eſt ad cauſandũ, cũ ideo cauſet, quia eſt: quanta ex parte cauſæ efficiẽtis. Quod adeo verũ eſt, vt ſi præmians ſolũ cognoſcere poſſet meritum præſens, nõ præteritum, & futurum; tam foret cauſa meritoria reſtricta ad præſentẽ exiſtentiam, vt cauſaret; quã efficiens. Maneat ergo certũ, meritũ, vt cauſet, requirere realẽ exiſtentiam abſolutam in ſua differentia tẽporis. Cum verò dici ſolet cauſare, vt exiſtit in præuiſione, modus eſt loquendi, in quo latet æquiuocatio, & errãdi occaſio tyronibus Theologis: nã ſtatim concipiunt per diſtinctã exiſtentiã ab ea reali, quã habet in ſe extra cauſas, in mente ſolũ intentionaliter exiſtere; & vt ſic cauſandi virtutẽ habere, quod verum non eſt; vt ſatis demõſtraui. Licet ergo præcognitio meriti neceſſaria ſit; quia, cũ cauſalitas meriti conſiſtat in motione voluntatis, vt dixi numero 8. & hæc non moueatur, niſi ſemper præcedat cognitio, quia nihil volitum, quin præcognitum; requiritur ſane, vt meritum in præuiſione exiſtat, tamquam conditio, ſeu applicatio bonitatis meriti; non tamen tamquam virtus cauſandi, & mouendi voluntatem. Hæc enim ſolũ ſita eſt in ipſo merito realiter exiſtente in ſe. Vnde modus ille loquendi ſolum habet hunc verum ſenſum: nimirum exiſtens in præuiſione cauſare, vt conditio, ſine qua in effectum, videlicet in collatione præmij, non influit: non vero cauſare per exiſtentiam aliquam intentionalem diſtinctam à reali, tamquam per virtutem mouendi.

Ex his prænotatis formo hanc rationẽ pro cõcluſione; ante opus ſupernaturale procedẽs ex gratia neceſſario præſupponitur exiſtẽs vocatio cõgrua, vt principiũ eius; nam cõfertur à Deo, vt ſit bonũ opus ſupernaturale: ergo nequit eſſe cauſa meritoria vocationis congruæ. 11 *Ratio pro concluſione.*

Probo hanc cõſequentiã: nã alias cauſa exiſtẽs eſſet cauſa immediata ſuæ cauſæ efficientis, & mediata ſui ipſius, quod implicat in terminis. Quod verò cauſa exiſtens eſſet cauſa ſuæ cauſæ efficientis, probatur; quia meritum eſt cauſa exiſtens; vt oſtendi num. 9. & 10. ſed actus bonus ſupernaturalis eſt per oppoſitam ſententiam cauſa meritoria vocationis congruæ: ergo eſſet cauſa exiſtens ſuæ cauſæ efficientis. Quod verò hoc repuguet, fuſè probaui ſæpe in alijs materijs; ac præcipue in tractatu de Auxilijs: vbi oſtendi, mutuam prioritatem eſſe non poſſe in diuerſo genere cauſæ, ſi cauſæ ſunt exiſtentes. Modo vero breuiter vtor hac ratione ſumpta ex Ariſtotele 5. metaphyſicæ, cap. 11. Vbi definit prioritatem naturæ his verbis. *Quædam verò ſunt, quæ ſecũdum naturã, & ſubſtantiã priora dicuntur, & poſteriora, quæcumq; contingunt abſq; alijs eſſe; iſta vero ſine alijs minime.* Illud ergo eſt *natura* prius, quod in ſua exiſtentia poteſt eſſe independenter ab

ab alio, illud poſterius, quod nõ poteſt eſſe ſine alio, licet aliud poſsit ſine hoc. Quo fit, prioritatem hanc eſſe in ordine ad actualem exiſtentiam, nec comparationem fieri debere inter res in diuerſis ſtatibus conſtitutas, vt inter exiſtens, & poſsibile. Ex hoc ſic infero: repugnare mutuam prioritatem, nam ſi primus actus ſupernaturalis procedit efficienter à gratia congrua, hæc eſt prius *natura*, quam actus, & non dependens ab illo, & eadem eſt poſterius *natura*, & dependens ab illo: hoc vero implicat; quia continet contradictoria prædicata. Antecedens, quoad partem affirmantem, non indiget probatione; quia ab omnibus ſubſumitur, & eſt in ſe euidens. Quoad partem negantem ſic probo; quia gratia congrua pendet in ſui exiſtentia à valore meritorio actus ſupernaturalis, in quantum eſt cauſa moralis eius: ergo pendet ab exiſtentia illius actus, & eſt poſterior in ſuo eſſe comparatione illius. Probo hanc conſequentiam; quia per aduerſam ſententiam eſt cauſa meritoria primæ gratiæ congruæ: at cauſa meritoria non cauſat, niſi exiſtens, vt probaui: ergo exiſtentia gratiæ congruæ ſimul eſt prior *natura*, quam actus ſupernaturalis, & independens; & poſterior, & dependens: ac proinde illi competunt contradictoria prædicata.

Repugnat mutua prioritas.

Solutio.

Dices, in cauſis mutuis non poſſe inueniri hanc vtrãq; conditionẽ, vt eam protulit Ariſtoteles ſupra: ſed vtramq; limitandam eſſe ad prioritatem, & independentiam non abſolutã in exiſtentia; ſed in eo genere cauſæ, in quo eſt prior, & independens; exẽpli gratia in noſtro caſu gratia cõgrua eſt prior, & independens ab actu ſupernaturali in genere cauſæ efficiẽtis phyſicæ; eſt autẽ poſterior, & dependens in ſua met exiſtẽtia in genere cauſę meritoriæ. Vnde Ariſtoteles expreſſe docuit 2. lib. phyſicor. textu 30. & 5. metaphy. textu 7. eſſe cauſas, quæ ſunt ſibi mutuo cauſæ, vt exercitium eſt cauſa bonæ valetudinis, & hæc cauſa exercitij. Quod ſi ſunt cauſæ, quæ ſunt ſibi mutuo cauſæ, non poſſunt non eſſe priores, & poſteriores in his generibus, in quibus ſunt cauſæ, & effectus.

12 Hæc eſt vulgaris ſolutio, quam Thomiſtæ, qui frequentius ſequuntur eam ſententiã, adhibere ſolent. In ea vero, nec mens Ariſtotelis attingitur, & doctrina traditur pugnans cũ lumine naturæ. Quoad Ariſtotelem ipſum nõ velle idẽ ſecundũ eſſe reale exiſtentiæ eſſe effectu ſui effectus, cõſtat primo; exẽplo ab ipſo adhibito: nã cum bona valetudo per mentẽ apprehenſa eſt cauſa exercitationis corporalis, illa ſe habet vt finis, nec mouet per exiſtentiã realem; ſed ſecundum ſtatum aſſequibilis: poſtea verò ipſa ſanitas exiſtẽs eſt effectus corporalis exercitationis, quod nõ repugnat; quia ipſa exercitatio corporalis erat, vt ſanitas exiſteret, non verò quia exiſtebat. Vnde non dixit, ſanitatem exiſtentem eſſe effectũ exercitationis, & ſimul cauſam eiuſdem, vt exiſtentis. Secundo, id cõſtat ex Ariſtotelis doctrina, quam dilucide propoſui num. 11. Sibi autem contradiceret, ſi inter res exiſtentes in eodẽ ſtatu exiſtentiæ mutuam admitteret cauſalitatem. Quod verò aliqui extenderint doctrinam hanc ad cauſam materialem, & formalem, & putauerint inter eas eſſe mutuam prioritatem, & dependentiam à priori, proceſsit ex non penetrata mente Ariſtotelis, & re non accuratè conſiderata. Ariſtoteles enim ſolum poſuit exemplum in cauſa finali, & efficienti propter diuerſum ſtatum, & modum cauſandi finis, & efficientis; non autem in cauſis, quibus exiſtentia neceſſaria eſt ad exercendam ſuam cauſalitatem; vt in materiali, & formali. Quapropter, licet materia per eſſe acceptum à creatione independenter ab omni alia concauſa intrinſeca ſit prius *natura* forma, & à priori in ipſam influat materialiter; non verò eſt poſterior *natura* ipſa forma ſecundum ſuam intrinſecam exiſtentiam: ſolum ergo dicitur cauſa formalis naturæ, & exiſtentiæ completæ. Ita etiam in noſtra re, ſi actus ſupernaturalis efficienter procedit a gratia congrua exiſtente, non poteſt ille actus eſſe cauſa meritoria ſuæ cauſæ, quia non poteſt eſſe cauſa meritoria, niſi ille in re exiſtat.

Refutatio.

Quod verò contineat doctrinam pugnantẽ cum lumine naturæ, ſic oſtendo, ponendo in 13
his cauſis, quæ requirunt exiſtentiã, vt influant prius, quam intelligantur influere, in ſe terminaſſe omnes cauſalitates per ſe neceſſarias, vt ipſa in ſe exiſtant, etenim omnis cauſa creata eſſentialiter eſt effectus deriuatus ab alio prius *natura* antecedenter exiſtente: ergo prius, quam intelligatur in ſe exiſtere, debent præintelligi ad ipſam terminatæ cauſalitates omnes, à quibus per ſe pendet eius exiſtentia. Cuius ratio à priori eſt, quia terminus in facto eſſe ſupponit peractas iam vias per ſe, atq; eſſentialiter neceſſarias, vt terminus in facto eſſe conſtituatur: ſed in exiſtentia cauſæ eſt terminus in facto eſſe viarum, atq; cauſalitatũ, quibus vt quo ipſa cauſa procedit à cauſa ſui: ergo ad exiſtentiam cauſæ ſupponuntur peractæ viæ pro quodã priori naturæ, ita, vt nõ poſsimus cõcipere cauſam creatã iam exiſtentem, quin præconceperimus aliquo cõceptu eſſentialiter præſuppoſito omnes cauſas eius tẽdiſſe per ſuas effectiones ad ipſam cauſam, in quã tũ eſt terminus. Dicò *aliquo conceptu*; quia loquor de cõceptu expreſſo, & adæquato: nã cõceptus inadæquatus, & cõfuſus poterit cõcipere rẽ illã per cõnotationẽ ad effectus ſuos, vt eſt

Digitized by Google

cauſa, quin cõcipiat per cõnotationẽ ad cauſas ſui, à quibus dependet. Ex hoc poſito ſic argumentor: actus ſupernaturalis procedens à gratia congrua, non poteſt exiſtere in ſe, niſi prius terminet influxũ cauſæ cõgruæ: ergo nõ poteſt eſſe cauſa meritoria eiuſdem gratiæ congruæ. Probo hanc cõſequentiã; quia nõ poteſt in ſua exiſtentia eſſe prior, & poſterior, quam gratia cõgrua; ſed ſi eſſet effectus gratiæ congruæ, & cauſa eiuſdẽ, eſſet in ſua exiſtentia prior gratia cõgrua, in quantũ ſupponit acceptam exiſtentiam per hoc, quod terminauerit omnes cauſalitates per ſe neceſſarias ad illam accipiendam ante exiſtentiam gratiæ congruæ, quæ eſt effectus eius: & eſſet poſterior; quia accipit exiſtentiã per influxum gratiæ congruæ ad illã terminatum: at implicat exiſtentiam alicuius rei eſſe in ſe priorem, & independentẽ comparatione vnius termini, & dependentẽ, & poſteriorẽ cõparatione eiuſdem: ergo repugnat eſſe cauſam meritoriã gratiæ cõgruæ, à qua procedit. Quod verò repugnet eidem exiſtentiæ rei cõpetere ſimul eſſe priorem, & poſteriorẽ, & dependentẽ, & independẽtem cõparatione eiuſdem termini, ſic probo manifeſte: quia eidem exiſtentiæ rei non poſſunt ſimul cõpetere duo prædicata contradictoria: ſed ſi vna exiſtentia eſſet prior, & poſterior *natura*, dependens, & independens comparatione eiuſdem termini, competerent ſimul duo prædicata contradictoria: ergo, &c. Probo minorem; quia in hoc, quod exiſtentia eius ſit *natura* poſterior, & dependens, continetur negatio prioris *natura*, & negatio independẽtiæ comparatione eiuſdem: at forma, & negatio in eodem ſubiecto ſunt contradictoria: ergo tribuuntur eidem exiſtentiæ cõtradictoria prædicata. Quod verò in eo prædicato poſterioris *natura* contineatur negatio prioris *natura*, patet manifeſte; quia res, quæ eſt poſterior *natura* alia, eſt poſterior in exiſtentia, quam alia. ſed eſſe poſteriorem exiſtentia, quam alia, eſt non eſſe priorem exiſtentia, quam illa; quia poſterioritas in exiſtentia eſt dependentia in exiſtẽtia; prioritas in exiſtentia eſt independẽtia, ſeu nõ dependentia in exiſtentia: implicat verò eamdem rem reſpectu eiuſdem eſſe priorem, & non priorem, eſſe dependentem, & non dependentem; non aliter ac implicat, idẽ ſubiectum eſſe album, & non album: vel magis ad rem, eamdem rem eſſe exiſtentem pro quodam naturæ priori, & non exiſtentem pro alio priori: nam ſiue pro eiſdem, ſiue pro diuerſis prioribus eidem rei non poteſt competere exiſtere, & non exiſtere ſimul: nã in hoc, quod eſt *exiſtere* in re creata, inuoluitur, omnes cauſalitates per ſe neceſſarias, & eſſentiales ad illã fuiſſe terminatas. In hoc verò, quod eſt *non exiſtere*, neceſſario negantur omnes; nam neceſſario negatur vna, ea ſcilicet, quæ debebat prouenire ab effectu eiuſdem rei, quæ ſimul eſt effectus, & cauſa; & ille effectus pro illo priori non poteſt intelligi exiſtens, cum adhuc non intelligatur terminaſſe cauſalitatem, quæ procedere debebat à re, quæ futura erat effectus ſui ipſius. Quod ſi deficit vna cauſalitas, alias etiam deficere neceſſe eſt: nam non poteſt res exiſtere ex vna cauſalitate ex ijs, quæ eſſentiales ſunt, & non exiſtere ex alia; vt iam dixi. Hac ratione non poteſt calor accipere exiſtentiam à productione efficientis, quin ſimul eam accipiat ab eductione materiæ.

Confirmatur hoc; quia hac ratione non poteſt aliquid eſſe cauſa ſui ipſius, nec immediatè, nec mediatè: neque enim filius poteſt gignere patrem, quia eſſet cauſa immediata ſuæ cauſæ, & mediata ſui: ideo verò repugnat eſſe cauſam mediatam ſui; quia omne, quod continetur in potentia cauſæ, neceſſario procedit ab illa, vt diſtinctum à cauſa; & tã repugnat, me diſtingui à me ipſo in mea potentia agendi, quam me diſtingui à me ipſo in alia cauſa mei. Quod ſi ego eſſem cauſa mediata mei in alio, non poſſem non diſtingui à me ipſo, in quantum ſum cauſa meæ exiſtentiæ; quod repugnare per ſe conſtat.

Nec lenit difficultatẽ, ſi dicas, hæc procedere in eodẽ genere cauſæ, primo; quia ideo repugnat in eodẽ genere cauſæ v.g. in genere cauſæ efficientis ſolẽ eſſe effectũ ſui luminis, quia ad cauſalitatẽ efficientẽ eſſentialiter ſupponitur exiſtentia cauſæ; ac ſubinde omnes eius cauſæ præexiſtẽtes, & influẽtes in exiſtentiã ſupponi debent; & ideo non poteſt à ſuo effectu, cuius exiſtẽtia nõ ſupponitur, ſed ſubſequitur, accipere exiſtentiã; ſed eadẽ ratio militat in quibuſcũq; cauſis, ad quorũ influxũ neceſſaria eſt exiſtẽtia, vt cõſtat in materiali, & formali; quippe materia nõ minus requirit exiſtentiã ad influendũ materialiter, & forma ad informandũ, quã efficiens: ergo ſi ratione exiſtẽtiæ præſuppoſitæ eſſentialiter repugnat, duo eſſe ſibi mutuo cauſas in eodẽ genere, etiã repugnat in alio. Secũdo; quia in noſtro caſu, licet meritũ diuerſo modo cauſet, ac efficiens; at etiã reducitur ad genus cauſæ efficiẽtis; nã cauſat, quia eſt, & ad illud nõ minus eſſentialiter prærequiritur exiſtẽtia, quã ad cauſam efficientẽ; vt diximus n.8. Ergo ſi inter gratiã congruã, & actũ bonũ ſupernaturalem ponitur mutua cauſalitas, ponitur in eodem genere cauſæ cum tãta repugnantia, quanta eſt in genere phyſico. 14

Nec in eodem, nec in diuerſo genere cauſa eſſe poteſt mutua prioritas.

Propter hæc, vt opinor, Patres relati in prima cõcluſione, maxime Hieronymus, & Auguſtinus exiſtimarunt euidentẽ hanc conſequentiã: *gratia datur, vt ſint merita: ergo nõ datur propter* 15

Digitized by Google

Secundum Patres cō ſequentia hæc, gratia datur, vt ſint merita; ergo non propter illa, bona eſt.

ter merita. Quam licet ex locis Scripturæ confirmarint, quæ allegaui ſupra: at etiam nos docuerũt eſſe euidētē, attēta rerũ natura. Etenim cũ gratia infunditur, vt ſint merita, ipſa merita habent rationē finis conſequibilis, non vero ſunt in rerũ natura; nã, vt ſint, adhibetur gratia, vt principiũ, & mediũ. Ex quo euidenter fit, fieri non poſſe, vt eadem gratia, quæ datur, vt ſint merita, detur ſimul, quia ſunt merita: nam hæc ipſa ſimul eſſent exiſtentia, & poſsibilia tantũ: poſsibilia, vt ſunt finis; exiſtentia, vt ſunt meritum. Vt ergo repugnat, eamdem rem eſſe tantum poſsibilē, ſi ſimul eſt exiſtens, ita eſſe cauſam finalem, & meritoriam. Hac etiam ratione nobilior pars Theologiæ docet contritionem procedere efficienter non poſſe à gratia, cuius eſt diſpoſitio, & meritũ congruũ; nã ſimul cōtritio, quia eſt, eſſet cauſa meritoria gratiæ; & ipſa conferretur homini, vt eſſet contritio. Pariter propter hanc eamdem rationem negant omnes Theologi, aliquem hominē primã ſui creationē mereri poſſe operibus bonis ſubſequentibus. Demum mereri poſſe de condigno primã iuſtificationē: nam ſi actus contritionis procedit à gratia, & homo meretur illo principiũ per opus ſubſequens, nihil repugnat, quod mereatur de condigno ipſam primã infuſionē, atq; adeo nō erit gratia, ſed merces. Et ſi ſemel admittatur, non repugnare huiuſmodi rationē meriti, vix eſt fundamentum ad negandum, de facto nos accipere primam vocationem congruã, primamq; iuſtificationem ex merito; & Chriſtũ Dominũ ſimiliter gratiã vnionis: nam ſi ex natura rei non repugnat opera ſubſequētia eſſe meritum: quare Deus ea nobis non admittat vt meritũ? Maxime cum nobilius, atq; laudabilius nobis foret accipere gratiam cum circũſtantia præmij, & mercedis noſtri laboris, quam gratuito, & liberaliter: ſicut gloria cō paratione adultorum ex circũſtãtia coronæ quid nobilius eſt, quam comparatione paruulorum prædeſtinatorum. Ergo cum certum ſit, de facto gratis nobis dari primam vocationē, primamq; iuſtificationem, vt conſtat ex prima concluſione; & cum Patres Eccleſiæ illam conſequentiam, vt ſolidam, atq; neceſſariam formauerint, ſignum eſt repugnare, per opera ſubſequentia principiũ eorum ſub meritum cadere. De hac re legi poſſunt nobiles Theologi nominatim Abulenſis in cap. 19. Matthæi q. 181. in reſolutione quæſtionis ad 4. Vega lib. 6. in Trident. cap. 28. & 29. Corduba lib. 1. q. 2. opinione 4. in ſolutione ad 3. Stapletonius in prologo primo ad lib. 5. de iuſtificatione §. *an vero*, & §. *notãdũ*: & Alphōſus a Mēdoza Auguſtinianus, quodlib. 2. ſcholaſtico in vltimo dub. num. 13. & ſequētibus. Deniq; doctiſsimè P. Suar. tom. 3. de gratia c. 12. qui & alios refert.

Cōtritio a gratia, ad quam diſponit, procedere non poteſt.

Abulenſis. Vega. Corduba. Stapleton. Mendoza. P. Suar.

10 Scio varias doctrinas excogitatas à Modernis, cum tractant de merito Incarnationis, per opera ſubſequentia, quibus aliqua ratione pōdus argumenti noſtri poſsit eleuari. Sed nō eſt is opportunus locus eas referendi, & refellendi; maxime quia a cōſilio ita formaui rationes, vt aut ex eis facile cogitata illa refelli poſsint, aut vt eis nullus relinquatur locus.

17 Ex P. vero Suarez tũ 3. p. tom. 1. diſp. 10. ſect. 4. tum 1. p. lib. 2. de cauſa prædeſtinat. cap. 20. duæ ſolutiones peti poſſunt. Prima ex diuerſo illo ordine intētionis, & executionis, in qua aſſerit principium meriti in eo ordine, in quo eſt principiũ, nō poſſe cadere ſub meritũ; vt ſi ordine intētionis homo prædeſtinatus eſt ad primã gratiã cōgruã, & ad opus ſupernaturale, ex illa nō poteſt mereri primã gratiã congruam ordine intentionis: at ex opere præuiſo bono in ordine intentionis poteſt mereri eamdem primam gratiam congruam ordine executionis, ſeu exhibitionis.

P. Suar. Solutio ex P. Suar.

Cæterum præterquamquod hæc doctrina inciditur in omnia abſurda, quæ intuli in 2. cō cluſione, iam tractaui diſp. 23. cap. 11. exiſtentiam ſecundum ordinem intentionis tantum, vt præſcinditur à reali exiſtentia meriti executioni mãndata, nō eſſe ſufficientem ad meritũ: id, quod etiã conſtat ex dictis in hoc cap. num. 9. Mitto alias difficultates, quibus implicatur is ordo intentionis, & executionis per decreta abſoluta. Quia contra hos ordines ſatis, ſuperq; egi in eo cap. 11.

Non placet.

Alia ſolutio conſiſtit in eo exemplo Regis, cum dat militi equum, & arma ante pugnã, vt ipſa mereatur ex pugna. Quia vero hoc eſt vnum ex argumentis à parte affirmante num. 5. propoſitis, commodius cap. ſequenti doctrinam huius ſolutionis examinabo, quem pro dilutione argumentorum inſtituo.

Caput III. *Solutio argumentorum.*

PRIMVM argumentum ſumitur ex gratia ſanctis Patribus Teſtamenti veteris collata ante exiſtēs Chriſti meritum. Sed facilis eſt ſolutio; nam cum Patres illi non meruerint ſubſtantiam incarnationis, ſed ſolum
18 quaſdã circumſtantias, inibi principium meriti non cadit ſub meritũ, ſicut in noſtro caſu. Qua ratione vero Deus moueri potuerit a merito poſterius exiſtēte, quia ante præuiſum eſt, ad conferēdũ præmiũ anticipate per ordinem ad tempus, iam explicui cap. 2. num. 9. & 10.

Digitized by Google

Exemplũ commune cum Rex dat arma militi propter facinora poſtea patranda accurate explicatur.

Secundum argumentum ſumitur ex illo exemplo Regis conferentis militi equum, & arma, quod placet diſcutere; quia P. Suarez dixit, nunquam plene ei ſatisfactum eſſe. Triplici modo ego conſidero donationem illam fieri a Rege poſſe. Primo, abſoluta donatione transferente in militem dominium, & vſum equi, & armorum, cum onere tamen pugnandi in cauſa à Rege præſtituta, equo, & armis. Hæc donatio ante laborẽ pugnæ tranſtulit dominium equi, & armorum in militem, quia fuit abſoluta; fuit tamen oneroſa, & contractus quidam innominatus, qui dicitur *do, vt facias*: in hac vero donatione, nec equus, nec arma ſunt præmium, nec ſtrenua militis pugna eſt meritum; ſed equus, & arma ſunt pretium, & labor pugnæ eſt ſolutio. Vnde contractus ille ſic celebratus eſt ſimilis cõtractui emptionis, & vẽditionis, nam in eo daretur quidẽ equus ille cum armis pro pecunia, vel pro alia re, quæ haberet rationem pretij: ita in noſtro caſu dãtur à rege equus, & arma pro labore militis, qui habet rationem pretij, & ſolutionis.

Secundo modo donatio illa fieri poteſt conditionaliter, nõ abſolute donãdo militi dominium equi, & armorum, ſed tantum vſum; dominiũ vero nõ transferatur, niſi perfecta pugna, & labore exhibito a milite: & tunc prima illa donatio non eſt dominij, ſed vſus, & exhibito labore à milite acquiritur dominium: ergo principium victoriæ non fuerunt arma ſub dominio militis, ſed ſub vſu: præmium vero ſunt ipſa, vt ſub dominio militis. Vnde principium meriti formaliter non cadit ſub meritum.

Tertio modo donari poteſt equus, donatione quidem omnino abſoluta, non oneroſa, ſed ſimpliciter dominium transferẽte in militẽ, cũ ſpe tamen, ac deſiderio regis, vt miles fortiter & ſtrenue pugnet. Et tunc nec equus, nec arma ſunt præmiũ, nec pugna militis eſt meritũ; quia ita abſolute equus, & arma donata militi ſunt, vt maneant ipſius, licet poſtea à pugna deſiſtat, aut ipſam non aggrediatur. Cum vero ſe ſe pugnaturus offert, & bellum gerit, nec meretur præmium equi, & armorum; nec pro valore eorum ſatisfacit; ſed aut fidem datam ſeruat, ſi promiſsit pugnare; aut ſe gratũ exhibet beneficio accepto, aut cõſeruat bonã de ſe opinionẽ; non autem principium meriti cadit ſub meritum.

Videndum modo, quonã ex his tribus modis res contigerit, aut cõtingere poſsit in caſu noſtro prædeſtinati accipientis primã gratiam congruam? De primo ſic exiſtimo, de facto nõ ita contigiſſe: nã ſi ita contingeret, prædeſtinatus primã gratiã gratis nõ acciperet, ſed ex ſoluto pretio, cuius oppoſitũ probauimus cap. 2. in prima cõcluſ. Exiſtimo deinde, nec ita cõtingere potuiſſe, ſi ſeruetur rigor meriti; etenim tũc nõ fuit collata prima illa gratia, quia præuiſus eſt bene operari pro aliquo poſteriori; ſed, vt bene operetur, & Deus intendit bonã operationẽ tamquam finẽ, vt ea exiſtente ex ea ſibi accipiat iuſtum pretium tanti valoris, quãti gratia cõgrua valebat. Et licet Deus præuiderit exiſtẽtem bonam operationẽ pro alio poſteriori; at præuiſio hæc per accidẽs ſe habet ad naturã huiuſmodi cõtractus, cum inter homines quotidie celebretur abſq; præuiſione operis futuri oneroſi, ſed cũ ſola obligatione illud præſtãdi: atvero ad rationem meriti præuiſio operis meritorie exiſtentis, vt cõditio per ſe neceſſaria eſt; vt conſtat ex dictis. Ergo caſus ille Regis, & militis illo primo modo non probat principiũ meriti poſſe cadere ſub meritũ.

19

An ex pacto cũ Deo poſsimus mereri per opera ſubſequentia.

Sed petes, an inter Deum, & homines ſimilis contractus celebrari poſsit ita, vt etiam cõparatione Dei per opera ſubſequẽtia retribuamus pretium rei prius acceptæ, quæ ſit principium eorumdem operum? Reſpondeo primo: de facto talem contractum celebratum non fuiſſe; quia ſi fuiſſet celebratus, poſſet homo acquirere dominium vitæ ſuæ, & membrorũ; hominem autem non eſſe Dominum vitæ, & membrorum, docet communis ſententia Theologorũ cũ D. Tho. 2.2. q.64. art.1. Caietano in Summa verbo *homicidiũ*, Soto lib.4. de iuſtitia q.2. art.3. & alijs paſsim. Quod vero poſſet acquirere tale dominium, probatur; quia poſſet per opera ſubſequentia, propria induſtria facta, tantũ offerre pretij, quantum valet aliquod ex membris, & fortaſſe quantum ipſa vita; ſed nos ſumus domini eorum, quæ propria induſtria poſſumus nobis aſciſcere; ergo per talem contractum poſſet homo comparari ſibi dominium vitæ, & mẽbrorum. Pariter etiam poſſet prædeſtinatus ſpeciali hoc titulo comparare ſibi ſimile dominium primæ gratiæ congruæ, vt ſibi comparat aliarum gratiarum, pro quibus offert condignum valorem. Itẽ Chriſtus poſſet hoc ſpeciali titulo acquirere ſibi dominiũ diuinæ illius vnionis hypoſthaticæ, vt acquirit omnium cæterarum gratiarum.

D. Thom. Caietan. Sotus.

Non poſſe.

Reſpondeo ſecũdo: neq; etiã celebrari poſſe huiuſmodi contractum cum Deo: pro quo obſerua inter pretiũ, & meritum hoc eſſe diſcrimen; quod in pretio in ratione pretij ſolum attenditur valor vtilitatis. Qua ratione cũ attenta natura rerum non magis pecunia, quam res ipſæ habeant rationem pretij, ex vſu tamẽ hominum pecuniam ſemper pro pretio haberi; quia in ea ſolum attenditur valor vtilitatis, non in alijs rebus, quæ vtiles ſunt ad alia munera: at in merito non attenditur valor vtilitatis; ſed bonitas, & honeſtas operis; & præmiũ retribuitur

Quid pretium.

tribuitur

Digitized by Google

tribuitur à remuneratore ad menſurã honeſtatis in opere : ergo cũ offerri Deo nihil poſſit, quod habeat rationem pretij ſecundum valorẽ vtilitatis : offerri vero poſsit meritum ſecũdum valorem honeſtatis: hinc fit, cum omni rigore nos poſſe mereri apud Deum; non vero contractum illum emptionis, & venditionis celebrare, in quo vterq; contrahentium aliquid dat, & damnum aliquod patitur, & eſt mutua repaſsio, quorum Deus non eſt capax.

An Chriſtus cũ Patre poſsit celebrare contractũ ex iuſtitia.

Neq; ex hoc fit, nullum contractum iuſtitiæ Chriſtum Dominum cum Patre æterno celebrare potuiſſe; tametſi enim nihil vtile, & quod hanc rationem pretii rigoroſam habeat, Deo poſsit conferre: forſan poterit ſpecialẽ titulum, atq; ius in opera Chriſti in tempore in ipſum Deum transferre, quod tanti ſit precio æſtimabile, quãti gratia hominũ, atq; peccatorũ remiſsio; vt in tractatu de Incarnatione fuſe diſſerui, qui eſt eius rei ſedes propria.

Diſcrimen inter militẽ, & prædeſtinatũ.

In ſecũdo modo cõtrahẽdi animaduerti iã, principiũ meriti nõ cadere ſub meritũ; ſed ex vſu equi, & armorũ liberaliter donato, proprietas, atq; dominiũ eorũdẽ cõparari labore ſtrenuæ pugnæ. Vt vero intelligas, quantũ referat, aut nõ referat ad rẽ noſtrã ille modus donãdi: cõſidera diſcrimẽ inter militẽ accipiẽtẽ vſum equi, & armorũ: & inter prædeſtinatũ accipiẽtẽ à Deo primã gratiã congruã: miles enim, interueniẽte actu libero, acceptauit vſum, & poſita traditione libera vſus, & acceptatione eius, ius rigoroſum cõparauit ad vſum: prædeſtinatus vero nõ accepit primã gratiã cõgruã humano modo, præcedẽte aliquo actu libero; ſed ea infunditur a Deo in ipſo ſine ipſo. Vnde quemadmodũ propter hãc rationẽ nõ eſt Dominus vitæ, nec mẽbrorũ, nec ius habet rigoroſum ad vſum; nimirũ quia nec propria induſtria ea cõparauit; nec libere donationẽ liberalẽ acceptauit; neq; eſt dominus eorũ; neq; habet ius propriũ vſus: ſed tãtũ ex volũtate Dei, ſine pacto inter Deũ, & hominẽ, eſt ipſi cõmiſſa cuſtodia vitæ, & mẽbrorum, & veluti vſuarij munere fungitur. Pariter ego exiſtimo, prædeſtinatũ, cui infuſa eſt gratia congrua ſine aliquo debito, atq; acceptatione, ex parte eius cõferri illi ex decreto nõ paciſcente debitã gubernationẽ; ſcilicet, cooperationẽ, atq; reſpõſionem gratiæ vocãti. Vnde cũ cooperatur, nec ex iure ad vſũ intercedẽte, bona cooperatione cõparat dominiũ gratiæ cõgruæ, cum numquam dominus eius ſit; ſicut miles cõparat dominium armorũ, & equi. Quod dixi de prædeſtinato per ordinem ad gratiã cõgruã, facile applicari poteſt Chriſto Domino in ordine ad cõparandã gratiam vnionis; quia Chriſti Domini humanitas nullum actum liberum exercuit, antequã ea Verbo vniretur diuinitus.

Tertius modus donandi affinior eſt ei modo, per quem Deus donat gratia cõgrua prædeſtinatum : nã ſicut equus, & arma militi dãtur a Rege, vt pugnet forti animo; ita gratia cõgrua prædeſtinato, vt edat opera vitæ æternæ. Simili pariter modo gratia vnionis Chriſto Domino donata fuit : vt ſcilicet genus humanum perditum redimeret, iuxta illud Lucæ 19. *Venit quærere, & ſaluum facere, quod perierat.* Et Pauli ad Galat. 4. *Factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret* : hoc diſcrimine notato, quod miles per liberalem illam, atque abſolutam Regis donationem, iuncta ipſius acceptatione, comparauit dominium proprium equi, atque armorum: non prædeſtinatus gratiæ cõgruæ: non Chriſtus gratiæ vnionis, vt modo dicebamus. His videtur ſatis, ſuperque res hæc de exemplo Regis, atque militis expedita, quo prius vſus fuit Alenſis 1. p. q. 28. memb. 3. art. 3. in corp. & ad 2. & 3.

Luc 19.

Ad Gal. 4.

Alenſis.

Ad hæc aliã ex D. Thom. 1. 2. q. 114. art. 5. ad 3. adhibere poſſumus ſolutionem, quẽ ſequutus eſt P. Vazq. 1. p. diſp. 91. cap. 6. conſiderando diſcrimẽ inter modũ, quo gratia cõgrua eſt principiũ meriti; & equus, & arma facinoris. Nã licet liberũ arbitriũ, atq; gratia comprincipia ſint operis ſupernaturalis: at valor meritorius principalius eſt a gratia, quã a libero arbitrio. E cõuerſo ſe res habet in equo, & armis, quæ tantũ ſunt inſtrumenta militi ad victoriã obtinendã: animi vero, & corporis fortitudo, & peritia artis militaris fuerunt cauſa principalis victoriæ. Vnde eiſdem armis, & equo translatis in militis dominium, non fit ſolutio operis procedentis ex ipſis armis tamquam ex principio; cum facinus illud præcipuam cauſam habuerit, non arma, ſed militis dexteritatem. Non contemnenda ſolutio, & vel eo nomine magni æſtimanda, quod eſt S. Thomæ. Video nõ nullas pati difficultates: ſed cum rem ipſam ex profeſſo expediuerimus, non oportet nos immorari examen huius doctrinæ. 20

D. Thom.
P. Vazq.
Altera ex S. Thom. ſolutio.

Ad ſecundũ argumentũ, quod petebatur ex contractu emptionis, & venditionis, cũ res vẽditur propter pretium ex fructibus eductũ; cõcedo, id ita cõtingere in humano contractu, in quo tamen ſolum attenditur valor pretij, qui reſpondeat valori vineæ; nõ vero quod ille colligatur ex ipſius vineæ fructibus: nam & ſi colligi poſsit, cum differetur ſolutio vſq; ad tempus, quo vinea fructus ferre ſolet : at id eſt præter animũ vẽdentis: nã emptor tenetur pretiũ dare intra tẽpus præſcriptũ, licet vinea nullũ ferat fructũ eo anno. At in noſtro caſu nec meritum eſt pretium, vt dixi num. 16. nec ei accidentarium eſt procedere ex gratia, ſed adeo per ſe, vt eſſentiale ſit. Qua propter nihil etiam contra nos efficitur ex eo exemplo. 21

Caput

Digitized by Google

Caput IIII. *Prædeſtinatio non eſt in poteſtate prædeſtinati quoad omnes effectus.*

22 P. Arrubal. *Sētētia P. Arrubal.* P. Petrus Arrubal to.1.in 1.p.diſp. 77.cap.1.licet fateatur,non eſſe in poteſtate prædeſtinati prædeſtinationem Dei,in quantum ad omnem eius effectum terminatur: adiecit vero,in hominis poteſtate eſſe , vt prima gratia,quæ homini datur, ſit effectus prædeſtinationis;& non ſolũ procedat à generali prouidentia ſupernaturali, ſed a particulari , quæ

P. Molina. eſt prædeſtinatio.Allegat P. Molinam in fauorem huius dicti 1.p. circa hunc art. 5. diſp. 1.

P. Valentia. memb. 13. & P. Valent. ibidem puncto 4. §. 8. probatque hac ratione;quia,vt diuina volitio terminetur ad primam gratiam cum reſpectu peculiari prædeſtinationis,neceſſe eſt,vt illa prius apprehẽdatur ſub ratione grrtiæ cõgruæ,& efficacis; quia prædeſtinatio formaliter eſt præparatio gratiæ efficacis; licet vero homo non ſit cauſa primæ gratiæ, eſt tamen cauſa requiſita,vt illa ſit gratia efficax,efficiendo cum ipſa conſenſum liberum: ergo voluntas hominis eſt cauſa requiſita , vt prima illa gratia procedat à prædeſtinatione.

Capite ſecundo,vt hoc magis explicet,notat ; gratiam efficacem , provt diſtinguitur à ſufficienti,duo includere;nempe,virtutem ipſam gratiæ, & reſpectum ad effectum liberum ex ipſa. Is reſpectus eſt tantum denominatio accidentalis , & ſumitur per ordinem ad conſenſum,tamquam ad effectum procedentem à gratia,& a voluntate.Voluntas ergo noſtra ſic conſiderata non tantum eſt conditio,aut cauſa *ſine qua non* ; ſed etiam cauſa poſitiue operans;vt gratia illa per hanc habitudinem ad effectum denominetur efficax.Licet ergo voluntas creata non ſit cauſa materialiter loquendo primi effectus prædeſtinationis ; cauſa tamen eſt,vt præparatio illa Dei , quæ ad primã gratiam terminatur,rationem habeat prædeſtinationis : ac proinde in aliquo ſenſu verum eſſe prædeſtinationem eſſe in poteſtate prædeſtinati.

Quod etiam hac ratione probare conatur; quia in bona conſequẽtia,cuius cõſequens eſt contingens,antecedens etiam eſt cõtingens ex eo capite,quo in conſequens contingentia deriuatur: nam vt recte infertur ex conſequenti falſo antecedens falſum , & ex antecedenti neceſſario conſequens neceſſarium: ergo etiã ex conſequentia contingentis recte infertur contingentia antecedentis. Tunc ſic:hæc eſt bona cõſequentia. *Petrus eſt prædeſtinatus: ergo perſeuerabit in gratia,& ſaluabitur.*Hoc vero cõſequens contingens eſt , propter dependentiam,quam perſeuerantia, & gloriæ cõſequutio habet a libertate: ergo pariter antecedens illud, *Petrus eſt prædeſtinatus*, habet aliquam contingentiam ex dependentia ab eadem libertate ; nõ quidem in receptione primæ gratiæ;ſed quia à libertate pendet , quod ea prima gratia ſit congrua,& quod voluntas Dei ad ipſam terminata fuerit ex prouidentia prædeſtinatiua.

Hæc ſententia,vel ſolo nomine differt à vera,vel defendi nõ poteſt.Et,vt omittam,quomodo cohæreant hæc duo;primum,quod gratia cõgrua,vt *natura* præcedit conſenſum , eſt effectus prædeſtinationis:ſecũdum,quod a poteſtate liberi pendeat , quod illa procedat ex ſpeciali prouidentia prædeſtinatiua,aut ex generali,& communi:nam ſi prius *natura,* quam liberum arbitriũ per gratiã adiuuantẽ cooperetur in ipſo , fuit gratia præueniens congruæ cogitationis,ipſa de facto proceſsit à voluntate aliqua exiſtẽti in Deo.Aut ergo volũtas illa de facto pertinet ad prouidentiã prædeſtinatiuã,vel non;ſed tantum ad communẽ, & generalem?Hoc ſecundum dici non poteſt:nã ex eo fieret,primum auxilium gratiæ præuenientis, vt *natura* præcedit conſenſum liberum, nõ eſſe prædeſtinationis effectum;ſed communis prouidentiæ tantum;quod negatur ab hoc auctore : & negandum eſſe oſtendo diſp. 30. cap.2. Quod ſi primum dicatur , vt ea infuſio gratiæ præuenientis,vt *natura* præcedit cõſenſum liberũ,nõ eſt in poteſtate liberi arbitrij cooperãtis in poſteriori naturæ:ita neq; eſt,vt ea infuſio proceſſerit à prouidentia prædeſtinante. 23 *Iudiciũ authoris.*

Diſcutitur ea ſententia. Vt omittam etiã,quomodò hæc cohæreant cum alijs eiuſdem auctoris ſentẽtijs: nam diſp. 67. cap. 4. docet,Deum abſolute prædefinire actus bonos pietatis ante præuiſam cooperationem liberi arbitrij, & diſp. 72. cap. 4. ex Auguſtino adſtruit electionem abſolutam ad gloriam ante præuiſa merita.Et diſp. 73. cap. 1.& 3.eamdem ſententiam abſolute ſequitur. Et licet adhibeat quamdam limitationem,qua nititur extremis ſententijs accedere , de qua modo nõ curo:at enim ſi prima gratia illa cõgrua proceſsit ex abſoluta electione gloriæ ante præſcientiam meritorum prædeſtinati , & ex prædefinitione conſenſus boni futuri;& illa quidem gratia congrua de facto fructificat in vitam æternam ; non poteſt non procedere à prouidentia prædeſtinante , etiam vt præcedit *natura* ipſum conſenſum liberum. Nã præelectio illa abſoluta , & prædefinitio actus boni neceſſario ſpectant in prædeſtinato ad eſſentiam

ſentiā prædeſtinationis. Si auctor is ſequutus fuiſſet diſcurſum P. Molinę in negotio prędeſtinationis, quē dilucide explicat in ea diſp. 1. memb. 13. defendere poſſet, primam infuſionē gratię congruę per voluntatem, qua infunditur, indifferentem eſſe pro illo priori naturæ, vt ſit effectus prædeſtinationis, vel nō; & quod ad communem prouidentiam pertineat, vel ad ſpecialem; idque pendere ex libera cooperatione prædeſtinati. Etenim P. Molina in eo membro 13. voluntatem quamdam generalem conſtituit communem reprobis, & prædeſtinatis, per quam Deus vno, atque indiuiſibili actu ſimul elegit, & hunc rerū ordinem; & has rerum circumſtantias; & has gratiarum diſtributiones; hos vitæ periodos; has labendi, & bene operandi opportunitates: & tantum prædeſtinatum, & non prædeſtinatum præſcientia conditionata diſcreuit: non vero in ſpeciali actu voluntatis, niſi quantum vni vberiora, & crebriora auxilia gratiæ prouiderit, quā alteri, qui forte reprobus eſt. Et conſentanee ad ſuam doctrinam optime dixit, ex cooperatione adiutorio gratiæ Dei incipere in prædeſtinato effectum prædeſtinationis, & in poteſtate prædeſtinati eſſe; imo & cuiuſcumq; hominis ſuam prædeſtinationem; quia in innata libertate voluntatis ſitum erat cooperari, aut non cooperari; perſeuerare, aut non perſeuerare, decedere in gratia, aut non decedere. At cum auctor is ſpeciali voluntate antecedēte, & præeligente prædeſtinatum ad gloriam, ſecundum mentem Auguſtinianam, diſcernat prædeſtinatum à non prædeſtinato, dicere nō poteſt, in poteſtate arbitrij ſitum eſſe, quod infuſio illa primæ gratiæ congruæ ſit effectus prædeſtinationis, aut communis prouidentiæ. Vnde P. Molina nō videtur ſuffragari mēti huius auctoris.

P. Mol. nō ſuffragatur. P. Molin.

24 Multo minus fauet P. Valentia in eo §. 8. imo oppoſitam ſententiam expreſſe ſequitur; & bene probat: nam in principio hæc ſcribit verba: *primo ſequitur, quamuis prædeſtinatio ipſa æterna neceſſaria ſit ad ſalutem, neque eius, quoad omnes effectus, ratio, aut cauſa meritoria in ipſo homine ſit; tamen in cuiusuis hominis adulti poteſtate cum adiutorio gratiæ eſſe conſequi gratiam iuſtificationis: & in ea finaliter perſeuerare; atque adeo ſaluum fieri.* In his verbis negat expreſſe, prædeſtinationem eſſe in noſtra poteſtate quoad omnes eius effectus; quod ſi in noſtra poteſtate eſſet per liberum conſenſum, primam illam gratiæ infuſionem eſſe effectum prædeſtinationis, cū cæteri etiam effectus ſint in noſtra poteſtate; vt cōſtat: plane fieret, adæquatā prędeſtinationē quoad omnes eius effectus eſſe in noſtra poteſtate. Nec in ſecunda parte, cum ait, in poteſtate reprobi eſſe, conſequi gratiam iuſtificationis; donum perſeuerantię; atque vitam æternam, contradicit: nam ſolum affirmat; quē cumque hominem adultū habere auxilia gratię ſufficientia: quod ab omnibus debet concedi. Quo pacto vero illa cohæreāt; & quod prędeſtinatio non ſit in noſtra poteſtate; & quod in poteſtate hominis ſit conſequi vitam æternā, iā explico. Deinde in §. *vtrū vero*, hāc quæſtionem proponit: *vtrū vero ratione huius cooperationis, quæ vnus effectus prædeſtinationis eſt, cum reliquis omnibus eiuſdem prædeſtinationis effectibus connexus; ipſa quoque tota prædeſtinatio dici poſsit eſſe in hominis poteſtate cum gratia Dei? Quæſtio forte videri poſſet non tam de re, quam de nomine.* Cui quæſtioni in §. *abſolute vero*, reſpondet, non eſſe dicendum, prædeſtinationem eſſe in noſtra poteſtate, etiā cum gratia Dei. Quam concluſionem probat ex eo, quod vocatio, quę eſt primus effectus prædeſtinationis in prædeſtinato, non eſt neceſſario connexa cum cooperatione: agnoſcit ergo effectum prædeſtinationis antecedentem ad cooperationē, nec neceſſario connexum cū illa in ratione effectus prędeſtinationis. P. ergo Valentia à contraria ſententia eſt. Non allego alios Theologos; quia per ſe conſtat, & magis conſtabit ex dicendis infra diſp. 30. cap. 2. aduerſarios eſſe huic ſententiæ. Lege P. Vazq. 1. p. diſp. 92. c. 2. P. Vazq.

P. Valent. Nec P. Valentia.

Noſtra vero hac ratione probanda, & declaranda eſt. Aliud eſt à noſtro arbitrio pendere, quod hæc numero vocatio congrua ſit, & effectum ſortiatur: aliud eſt à noſtro arbitrio pēdere, quod hæc eadem numero vocatio nobis infundatur ex voluntate ſpeciali prædeſtinatorum propria, aut ex communi reprobis. Primum illud verum eſt; non hoc ſecundum: nam congruitas, ſeu efficacia in gratia in quocumq: ſtatu, ſiue cōditionato, ſiue abſoluto, deſumitur ex cooperatione, quę eſt in noſtra poteſtate. Vnde in ſtatu conditionato ideo Deus pręnouit, voluntatē cooperaturam; hāc etiam numero gratiam fore congruam: quia voluntas pro innata libertate ſe voluit inflectere in bonam partē; ideo que determinatio in illud extremum tribuitur volūtati, vt cauſę directę; vt docui tractatu de ſcientia Dei diſp. 6. cap. 3. num. 36. & in hoc tractatu diſp. 23. cap. 14. Pariter in ſtatu abſoluto congruitas, ſeu efficacia abſoluta deſumitur ex cooperatione, & cōſenſu, qui eſt in noſtra poteſtate: nam, licet ex ſuppoſitione cooperationis cōditionatæ pręuiſæ pro quodam rationis ſigno priori infallibile ſit, atque neceſſarium ſecundum quid, voluntatem conſenſuram: at hæc infallibilitas, ſeu neceſsitas eſt conſequentiæ, non conſequentis; vt ſæpe explicui, ac præcipue diſp. 25

Explicatio ſententiæ authoris.

diſp.illa 23.cap.14. Ergo in noſtra poteſtate ſitū eſt,quod hæc numero gratia ſit in nobis cōgrua,vel nō cōgrua,in quocūq; ſtatu. Quod vero nō ſit in noſtra poteſtate,quod hæc numero gratia nobis de facto infundatur ex ſpeciali voluntate propria prædeſtinatorū, aut ex cōmuni reproborū,manifeſte cōſtat ex ijs,quæ docuimus diſp.23.cap.13. noſtrā explicātes ſententiā: nā ibi dixi,poſt præſciētiam cōditionatā, per quā Petrus prædeſtinatus,exempli gratia, præuiſus eſt bene vti ea gratia, ſibi diſtributa in ſtatu conditionato; immediate Deus per ſuam voluntatem complacuit in futuritione illa conditionata cooperationis prædeſtinati; & ex hac complacentia,alia ratione noſtra duxit originem, per quam ille Petrus fuit conſtitutus in eodem rerum ordine,in quo præuiſus eſt bene incipiens; perſeuerans in gratia; decedens; & conſequens certum gradum gloriæ. His voluntatibus, quæ liberæ ſunt,diſcernuntur prædeſtinati à reprobis. Et ex his omnes effectus prędeſtinationis,ex prima gratia prouenietes,cum tota ſerie vſque ad vltimum executioni mandati ſunt. Ergo non fuit in popoteſtate prædeſtinati, quod illa gratia congrua proceſſerit à ſpeciali volūtate prædeſtinatorum propria. Probo hanc cōſequentiam; quia ante ſpecialem illam voluntatem ſolum præceſsit vſus bonus conditionatus liberi arbitrij: ſed ratione vſus boni conditionati nihil eſt in poteſtate prædeſtinati; quippe qui nullū habet valorem, nullam vim mouendi Deum, vt habeat ſpecialem voluntatem; vt docui in hac diſp.cap.1.num.3. nam,licet præuiſio eius ex parte perfectiſsimę prouidentiæ Dei certæ,atque infallibilis, neceſſaria eſt; non tamen vt ratio mouendi,aut merendi: ergo non eſt in poteſtate prędeſtinati,quod illa gratia cōgrua, vt præcedit *natura* conſenſum,à voluntate ſpeciali procedat.

26 Secundo probatur: nam,licet verum ſit,eādem hanc gratiam congruam non infuſum iri ex ſpeciali illa voluntate prædeſtinante,ſed ex communi prouidentia, niſi Deus præuidiſſet per ſcientiam conditionatorum,ei cooperari liberū arbitriū pro libertate innata, ac tūc nō fore prædeſtinationis effectū: at vero modo de facto nō procedere ex ſpeciali illa volūtate; ac ſubinde depēdere a cooperatione liberi arbitrij *natura* poſteriori, vt ea ſit effectus prędeſtinationis,nulla ratione dici poteſt. Ratio apriori eſt: quia ipſa vocatio cōgrua præueniēs, vt ſic,& gratia adiuuās,ſeu cooperās,ſunt duæ gratiæ diſtinctæ,infuſæ etiā per duas diuinas volūtates,ſaltē ratione nr̃a penes diuerſa cōnotata; & vt in effectibus eſt ordo prioris,& poſterioris *natura*,ita,vt gratia adiuuās ſit poſterior *natura*; pręueniēs vero ſit prior *natura*,atq; omnino indepēdēs. Pariter volūtates illæ diuinæ habent ſuum ordinē rationis,quatenus ad hos effectus terminātur; & voluntas gratiæ cooperantis poſterior eſt ratione, & dependens à voluntate gratiæ prævenietis cōgruę: hęc vero eſt prior ratione,& independens. Ergo antequam intelligamus cooperationem, quæ eſt in poteſtate liberi arbitrij: intelligere debemus aliū effectum prædeſtinationis priorem *natura*,atque independentem a poſteriori in ratione effectus. Ergo non poteſt eſſe in poteſtate liberi arbitrij,quod ea infuſio ſit effectus prædeſtinationis.

Hæc adhuc magis cōſtabūt ex ſolutione argumētorū. Ad primū reſpōdeo,vocationē illā 27
cōgruā, etiam vt præcedit *natura* conſenſum, habere etiā ſuam congruitatem,tū per ordinē ad præſcientiam cōditionatā futuri conſenſus cōditionati ratione præſuppoſiti, tū per ordinē ad ſpecialē voluntatē prædeſtinatiuā,à qua procedit: nā ex ijs infallibile eſt,atq; neceſſariū, nō ſimpliciter,ſeu ex ſuppoſitione, ſeu ſecundū quid,pro alio poſteriori futuram eſſe complete efficacē, ſumpta denominatione à cōſenſu libero. Vnde,ad hoc vt gratia illa ſit effectus prædeſtinationis,ſufficit,quod pro quodā priori rationis apprehēdatur, vt habēs infallibilē cōnexionē cū cōſenſu, poſteriori rationis futuro,a quo cōplete cōſtituetur in ratione efficacis; vt fuſius explicui in tractatu de Auxilijs.

Solutiones argumẽtorum.

Ad ſecundum animaduerto; in notatione P. Arrubal non tantum vocationem congruam includere duos illos reſpectus, ſed alios etiam in ipſa conſiderari debere; nam licet vocatio illa, vt ſortitur denominationem efficacis, cōparari debeat ad effectum, & ab ipſo habeat in genere cauſę formalis efficaciam completā, vt notabam in primo argumento: at in ratione congruæ diuerſos habet reſpectus: neque enim ex eodem cōnotato dicitur efficax, & congrua: nam,licet vtrumque relatiuum ſit, quia efficax eſt alicuius efficax, & quia quod congruum eſt, alicui, & ad aliquid eſt congruum; relatiuum efficacis eſt ſolus effectus, vt ego exiſtimo: relatiua autem congrui diuerſa ſunt. Nam vocatio dici poteſt congrua primò ſubiecto ipſi; quia eſt contemperata diſpoſitioni eius, & opportuna ſecundum circumſtantias occurrentes. Secundo dici poteſt congrua Deo,in quantum adhibetur ab ipſo, vt medium ad finē pręintentum glorię ex ſpeciali cōplacentia ſecundum noſtra principia. Tertio demum eſt etiam congrua ipſi voluntati prædeſtinati ſecundum ſe,quatenus cum ipſa de facto feret fructus vitæ ęternæ. Itaque has alias habet conſiderationes, & tendentias vocatio congrua; vt tractatu de Auxilis explicandum eſt.

Vocatio cõgrua quos habeat reſpectus.

Modo

Modo ad ſecundum argumentum concedo antecedens. Ea verò conſequentia, *Petrus eſt prædeſtinatus; ergo perſeuerabit in gratia*, optima eſt: at tum in antecedenti, tum in conſequẽti eſt ſua neceſsitas, ſuaq; contingentia. Nam propoſitio antecedens abſolute cõtingens eſt; vt hæc, *Petrus amat*: ſecundum quid verò, & ex ſuppoſitione eſt neceſſaria; quia quodlibet, dum eſt, neceſſe eſt eſſe. Pariter propoſitio cõſequentis ſimpliciter, & abſolute contingens eſt: ſecundum quid verò, & ex ſuppoſitione prædeſtinationis habet ſuam neceſsitatem logicam: nam ſi prædeſtinatus eſt præuiſus per ſcientiam cõditionatam perſeuerare in gratia vſq; ad vltimum vitæ terminum; ſi conſtituatur in certa rerũ periſthaſi; & ſi illuminetur diuinis illuſtrationibus gratiæ cum certa etiam ſerie: præterea hæc omnia à Deo ſpeciali volũtate complacentiæ declarata diſp. 23. cap. 13. præparata, atq; præordinata ſint: ex ijs ſuppoſitionibus neceſſario perſeuerabit in gratia, atq; ſaluabitur, & ſi cum abſoluta contingentia: nam ſuppoſitiones hæ nulla ratione pugnant cum libertate arbitrij, vt ſatis declaraui diſp. illa 23. cap. 14.

28 P.Valentia. P. Valentia in hac quæſtione puncto 4. §. illo 8. verſu *ſecundo ſequitur*, affirmat, licet ex parte prædeſtinatorum nulla ſit ratio, ſeu cauſa, cur prædeſtinentur; tamen ex parte eorum, qui nõ prædeſtinantur, eſſe cauſam, ſeu rationem, cur non prædeſtinentur. Hoc aſſertum multis probat: de quo an verum ſit, nec ne; an probatione ſolida? Ago in 1. p. huius tractatus, vbi de reprobatione diſp. 35. cap. 3. & 4.

DISPVTATIO VIGESIMA NONA.

DE CAVSA PRAEDESTINATIONIS EX meritis aliorum.

Diſtincta capitibus quinque.

Caput 1. Chriſt. D. eſt cauſa meritoria omnium effectuum prædeſtinationis.

Caput 2. Chriſt. D. eſt cauſa meritoria noſtræ prædeſtinationis.

Caput 3. Chriſt. D. meruit ſpecialem dilectionem prædeſtinatorum, vt eſt electio.

Caput 4. Qua ratione Chriſt. D. exiſtens, atq; merens independenter á progenitoribus præuiſus fuerit.

Caput 5. De cauſa prædeſtinationis per meritum puri hominis.

ARTICVL. OCTAV. S. THOMAE.

VTRVM PRAEDESTINATIO POSSIT IVVARI PRECIBVS SANCTORVM?

RESpondet S. Thomas, prænotata diſtinctione prædeſtinationis quoad ipſam diuinam præordinationem, & quoad effectum eius. Quoad primum ait, nullo modo prædeſtinationẽ iuuari precibus ſanctorum; quia nullus ex ſanctis ſuis precibus impetrauit, vt aliquis eligeretur a Deo. Quantum ad ſecundum ait, prædeſtinationem iuuari precibus ſanctorum, & alijs bonis operibus; quia prouidentia non ſubtrahit cauſas ſecundas, ſed ſic prouidet effectus per ipſas, vt det eis locum: ſic tamen vt illarum ordo, atq; cauſatio ſubiaceat prouidentiæ Dei.

Digitized by Google

Caput I. *Chriſtus Dominus eſt cauſa meritoria omnium effectuum prædeſtinationis.*

1 *Ordo doctrinæ.*

QVIA filus doctrinæ poſtulat complere tractationem de cauſis prædeſtinationis; & quia in diſputationibus præcedentibus definitū reliquimus, ipſum prædeſtinatū, nec ex operibus liberi arbitrij procedentibus, nec ex operibus ex gratia, eſſe poſſe cauſam ſuæ prædeſtinationis: modo poſtulat ordo doctrinæ, vt diſſeramus de cauſa alterius à prædeſtinato: an nimirum, aut Chriſtus Dominus, aut homo purus ſanctus promereri poſſint ſuis pijs operibus alterius hominis prædeſtinationem? Propterea ergo, prætermiſſis articulis 6. & 7. in quibus S. Thomas de certitudine, & de numero certo prædeſtinatorum; ſequitur immediate explicandus articulus octauus, qui eſt vltimus huius quæſtion.23. D. Thomæ. De illis vero duobus articulis inſtituemus diſputationem.

Vt diſtincte procedam, & reuocem diſputationem ad punctum, quē ſuſcipio examinādū; præmoneo; ipſam verſari in communiori, mihiq; veriori ſententia, Chriſtum Dominum poſt præuiſum originale peccatum in eius remedium fuiſſe prædeſtinatum. Deinde homines ex ipſo, & per ipſum; vt magis infra explico. Etenim, ſiqua fuit inchoatio prædeſtinationis in Parente Adamo ante peccatum; ita ille ordo interceptus fuit, vt omnis prouidentia efficax ſupernaturalis poſt originale conſideranda ſit, atq; petenda ex Chriſti prædeſtinatione, tāquam ex fontali principio meritorio omnis gratiæ. Vnde Athanaſius oratione 2. cōtra Arrianos; *niſi Deus homo*, inquit, *factus fuiſſet; numquam nos à peccatis vindicati reſurgeremus*: ergo ex Chriſto prædeſtinato poſt peccatum manarunt omnes peccatorum noſtrorum vindiciæ. In quam rem eleganter dixit Auguſtinus de verbis Apoſtoli ſerm.8. *Nō liberaretur humanū genus; niſi ſermo Dei dignaretur eſſe humanus*. Et S. Leo Papa in Decretali epiſtola; *niſi*, inquit, *nouus homo naturam noſtrā vniret, ſub iugo Diaboli teneretur humana captiuitas*. Non me latet, etiam in alia ſententia, quæ conſtituit prædeſtinationem Chriſti, cæterorumq; iuſtorum ante peccatum, ſuum etiam locum habere materiam diſputationis noſtræ defendiq; poſſe Chriſtum Dominum prædeſtinatū, non ſolum eſſe cauſam exemplarem; hoc eſt, ipſum prædeſtinatum ad tantam gratiam, & ſanctitatem, eſſe exemplar vitæ eorum, qui prædeſtinatione ſaluandi ſunt iuxta illud ad Rom. 8. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit, conformes fieri imagini Filij ſui*: & 2. Petri 2. *fratres, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*: de qua re S. Thomas 3.p.q.24.art.3. & finalem; hoc eſt, in cuius gloriam, & exaltationem cæteri prædeſtinati, vt media, ordinati ſunt; ſed etiam meritoriam humanæ prædeſtinationis. Verum, vt adhæreat doctrina, quā puto veram, doctrinæ noſtræ; & vt fugiam diffuſionem nōn neceſſariam in principijs non veris: ideo ſtatum diſputationis redigo ad punctum prædictum. Hoc etiam fine tracto de prædeſtinatione humana; quia agendi de Angelica non eſt is opportunus locus. Maxime in opinione de prædeſtinatione Chriſti poſt originale in eius remedium.

Omnis efficax prouidentia ſupernaturalis poſt originale conſideranda.

Athanaſius

Auguſt.

S. Leo.

Ad Rom. 8.
2. Pet. 2.

S. Thom.

2 *Chriſtus D. cauſa meritoria omniū effectuū prædeſtinationis.*

Modo ſit concluſio; Chriſtus Dominus eſt cauſa meritoria prædeſtinationis omniū hominū quantū ad omnes eius effectus. In hac cōcluſione cōueniunt omnes moderni Theologi, vt cōſtat ex P. Suarez tom. 1. in 3.p.diſp.41.ſect.2 & 1.p.lib.2.de cauſa prædeſt.cap.21.& ex P. Vazquez 1.p.diſp 94.cap.2 & 3. & ex P. Molina 1.p.diſp.1.in art.4.& 5.memb.8.& P. Valentia diſp.1.puncto 4.§ 1.& P. Fonſeca tom.3. metaphy.lib.4.c.2.q.6.ſect.2. concluſ.3. Vide etiam Mag. Bañez.art.5.§. *hac controuerſia*, & alios Thomiſtas. Hi recentiores referunt antiquos ſcholaſticos. Sed cum in re omnes cōſentiant, eos nominatim referre iudico inutile. Aliqui allegant S. Thomam in confirmationē huius concluſionis 3.p.q.24.ar.3. ſed ibi ſolum agit de cauſa exemplari, nec verbum habet de cauſa meritoria. Quare in fauorem noſtræ concluſionis induco textum S. Thomæ in 3. diſt.10.q.3.§.vltimo, vbi ait; prædeſtinationis noſtræ eſſe cauſam efficientem Chriſti prædeſtinationem, in quantum ipſe eſt mediator noſtræ ſalutis. In hac ſententia loqui non poteſt de cauſa efficiente phyſica, vt per ſe conſtat: ergo loquitur de cauſa efficiente morali: ergo de merito, quod ad cauſam efficientem reuocatur; vt docui diſp. 28. cap.2. num. 14. Id etiam conſtat; quia dixit, ipſum eſſe mediatorem noſtræ ſalutis: munus autem mediatoris obiuit per merita: ergo, ſi eſt cauſa noſtræ prædeſtinationis, in quantū obiuit munus mediatoris, eſt cauſa meritoria. Demum id conſtat; quia ibi diſtinxit hunc modum cauſandi efficienter à cauſa exemplari, quam formalem appellat, intellige extrinſecam; & à cauſa finali: ergo ſecundū D. Thomam tripliciter Chriſtus Dominus eſt cauſa prædeſtinationis hominum; primo finaliter; ſecundo exemplariter; tertio meritorie.

P. Suarez.
P. Vazq.
P. Molina.
P. Valent.
P. Fonſeca.
Bañez.

S. Thom.

Pro-

Ad Epheſ. 1. Probatio ex ſacra Scriptura.

3 Probatur primo concluſio ex epiſtola Pauli ad Epheſ. cap. 1. verſu 3. ibi: *qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus, in Chriſto.* In quæ verba nota primo, dicẽs *in omni benedictione ſpirituali*, ſignificare copioſam benedictionẽ donorũ nõ terrenorũ, ſed cæleſtiũ; puta fide, gratia, peccatorũ remiſsione, iuſtitia, amicitia Dei, quibus nos cumulauit. Nota ſecũdo; illã particulã *in cæleſtibus*, duplicẽ habere ſenſum. Primus eſt Hieronymi: *in cæleſtibus*, hoc eſt, Chriſtus cõſtitutus in ſua ſede cæleſti. Secũdus eſt, & planior; *in cæleſtibus donis.* Nota tertio; illud *in Chriſto*, ſecundũ phraſim græcã ex Chryſoſtomo ſignificare *per*; hoc eſt, per Chriſtũ. Ita Græci omnes: & ex latinis Ambroſius, & Hieronymus, & S. Thomas. Quo pacto interpretãtur verſum 6. eiuſdẽ capitis ibi; *in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo*; ideſt, per dilectũ filiũ ſuum. Et verſum 7. ibi: *in quo habemus redemptionẽ per ſanguinẽ eius*; hoc eſt, per merita ſanguinis effuſi. Deinde verſum 11. ibi: *in quo etiam, & nos ſorte vocati ſumus prædeſtinati.* Item in cap. 2. dicimur *creari in operibus bonis in Chriſto*, ſignificatur per Chriſtũ; dicimur vero *creari*, quia nihil ex nobis poſſumus offerre, quod gratiã mereamur. Id, quod ipſe Apoſtolus explanaſſe videtur cap. illo 1. verſu 5. ibi: *qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum.* Vnde audiendi non ſunt Eraſmus, & Vatablus, qui aliter legunt; nimirum, Deum benedixiſſe nos omni dono ſupernaturali, vt locum habeamus in cœlo cum Chriſto: quia vertunt cõtra ſanctos Patres. Particulã autẽ *per* denotare cauſam meritoriam, omnes fatentur, & per ſe perſpicuum eſt: nam aliam ex generibus cauſarum ſignificare non poteſt: ergo omnia nobis dona gratiæ per merita Chriſti collata ſunt. Et hoc appellat Paulus verſu 9. & 10. *ſacramentũ voluntatis diuinæ ſecundum beneplacitum eius, quod propoſuit in eo* (hoc eſt per eum) *in diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in Chriſto*, (hoc eſt per Chriſtum) *quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt.*

Chryſoſt. — Ambroſ. Hieronym. S.Thom. — Eraſmus, & Vatablus, non audiẽdi.

Secundo probatur ex eodem Paulo, & cap. verſu 4. ibi: *ſicut elegit nos in ipſo ante mũdi cõſtitutionẽ, vt eſſemus ſancti:* hæc autẽ electio fuit primæ vocationis congruæ, ſiue ad fidẽ, ſiue ad iuſtitiam. Chryſoſtomus, *quid eſt*, inquit, *elegit nos in ipſo, niſi per fidẽ in ipſum?* Nã hæc electio tendit ad iuſtificationẽ, dicente ipſo Apoſtolo, vt eſſemus ſancti, & immaculati: ergo eſt electio gratiæ congruæ, ſiue ad fidem, ſiue ad iuſtitiam: nam vtraq; tendit ad iuſtificationem.

Probatio ex Concilijs. Concil. Mileuitanum.

Probatur tertio ex Cõcilijs. Et allego primũ c. 3. Mileuitani tom. 1. vbi hæc verba. *Itẽ placuit, vt quicũq; dixerit gratiã Dei, in qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolã remiſsionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutoriũ, vt non committãtur, anathema ſit.* In quibus verbis expendo omnẽ gratiam, quæ valet, vt nullum committamus peccatũ, nos accepiſſe per Chriſtum: ergo definitur, quodcũq; auxilium gratiæ ſupernaturale propter Chriſti merita nobis conferri. Secũdo Arauſicanũ 2. can. 25. vbi dicens, nullum aut credere in Deum, aut operari propter Deũ poſſe, niſi gratia diuina præueniatur poſt peccatũ primi hominis: de hac autem gratia ſic ait. *Nõ in libero arbitrio haberi, ſed in Chriſti nouimus ſimul, & credimus largitate conferri, ſecũdum illud, quod prædicat Paulus Apoſtolus ad Philipp. 1. nobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum vt in eum credatis, ſed etiã vt pro illo patiamini. Pro Chriſto*, hoc eſt, *per Chriſtum*: ergo per Chriſti merita accepimus fidem, & alia omnia dona ſupernaturalia. Tertio allego Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 5. vbi definit, *iuſtificationis exordium in adultis à Dei per Chriſtũ Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe*; hoc eſt, ab eius vocatione. In quibus verbis denotat Tridentinum, & Deum eſſe cauſam efficientem omnis doni gratiæ, & Chriſtum eſſe cauſam meritoriam.

Arauſicanũ — Ad Phil. 1. — Tridentinũ

Cæleſtinus. Probatio ex Cæleſtino Papa. — Cenſura contrariæ ſententiæ.

Quarto probo ex Cæleſtino Papa epiſtola 1. cap. 10. in quo definit omnia gratiæ beneficia contingere nobis ex merito Chriſti. Propter hæc ego nõ dubitarẽ erroris notare quãdã ſententiã antiquorũ Theologorum, qui dixerunt Chriſtũ Dominũ nobis nõ meruiſſe fidẽ, & alia auxilia, quibus diſponimur ad iuſtificationem. Contra quam ſatis à noſtris diſputatum eſt: ne ergo actum agamus, ad alia pergimus.

Ex hac concluſione inferendum eſt, Chriſtum Dominum, dum hæc dona nobis promeruit, etiã promeruiſſe actu aliquo libero nobis ea donari: nam meritum non cauſat gratiã immediate, ſed ſuam rationem cauſandi immediate exercet circa voluntatẽ remuneratoris; vt ſæpe diximus; nominatim diſp. 23. cap. 2. ergo non ſolum meruit dona ipſa in tẽpore donata; ſed etiã voluntatem aliquã liberam Dei, per quam ipſa donauit. Etenim ſi Deus in tẽpore ea donauit propter Chriſti merita; etiam ab æterno ea donare præparauit propter eadem merita: vt docet trita, & vera doctrina ex Auguſtino lib. de prædeſtinatione ſanctorum, cap. 16. 15. & 19. Quod vero actus diuinæ voluntatis, non vt exiſtit in Deo, ſed vt terminatur ad effectum libere, ſub meritũ cadere poſſit, oſtendi ſæpe, ac nominatim diſp. 23. cap. 2. num. 8. An vero ex hoc ſequatur, non ſolum Chriſtum Dominũ meruiſſe nobis dona hæc; ſed etiam prædeſtinationem ad omnia illa, cõtrouerſum eſt inter P. Vazquez, & P. Suarez: nam ille hanc conſequentiam affirmatiue putat tenere: *meruit omnia dona gratiæ: ergo meruit* 4

Auguſt. — P. Vazq. P.Suarez.

Digitized by Google

ruit ipſam quoq; prædeſtinationem : is verò tantum negatiue putat valere conſequentiam:*vt non meruit omnes effectus prædeſtinationis; ergo nec etiam meruit ipſam prædeſtinationem* :non verò affirmatiue.De qua re cap.ſequenti redibit ſermo n.16. In quo videbimus,vtra ne illarū conſequentia legitima ſit ſecundum diuerſa principia,ac præcipue noſtra.

Cap. II. *Chriſtus Dominus eſt cauſa meritoria noſtræ prædeſtinationis.*

5 *Chriſtus Dom. cauſa meritoria noſtræ prædeſtinationis.*

ANTEQVAM concluſionem titulo præfixam probem, recolenda eſt doctrina noſtra diſp.23.cap.13.in quo declaraui ſpecialē voluntatē diſcernentē inter prædeſtinatū, & nō prædeſtinatum. Primā voluntatē conſtitui in cōplacentia Dei circa futuritionē cōditionatā reſponſionis,deceſſus in gratia,& cōſequutionis gloriæ prædeſtinati. Secundā in voluntate abſoluta dandi prædeſtinato ea ſpecie, & numero auxilia;atq; in ea ſerie rerum, qua præuidit annectendam illis fore vltimā reſpoſionē,deceſſum in gratia,& cōſequutionē gloriæ. Quod ſi Chriſtus Dominus non ſolum meruit nobis ea dona,quæ ſunt effectus prædeſtinationis;ſed ipſam quoq; prædeſtinationē:oportuit mereri, nō ſolum dona hæc ſecundum ſe, quæ poſſunt eſſe effectus cōmunis prouidentiæ ſecundū dicta à nobis diſp.28.cap.4. ſed etiā ea, vt formaliter ſunt effectus; hoc eſt, vt procedunt ab his ſpecialibus voluntatibus diiudicātibus inter prædeſtinatum, & reprobum : ac ſubinde etiam debuit mereri ipſos actus liberos;non vt in Deo ſunt ipſe Deus,ſed vt libere ad hos effectus terminantur, ſeu continent,ſecundum dicta diſp.17.cap.3.

6 *Specialis electio gratioſa,vt refertur ad prima gratiæ dona.*

Nota ſecundo;ſpecialem illam dilectionem abſolutā eſſe,atq; gratuitam,vt terminatur ad dona gratiæ,quæ conferuntur independenter a libera cooperatione arbitrij : nā ſecundū doctrinā noſtram decretum efficax abſolutum antecedens,vt cōmuniter ponitur,liberā cooperationem,pugnat cum libertate;quod probaui diſp.23.cap.9.Item duo decreta abſoluta;alterum gratuitum ; alterum remuneratorium de eadem largitione externa plane repugnant; vt oſtendi in ea diſp.cap.10.11. & 12. Ex quo fit, quotieſcumq; prædeſtinatus meretur aliquo modo ſecundam gratiam congruam;& per ſecundam tertiam, & reliquas; duplex ratione noſtra decretum diſtinguendum eſſe. Primum omnino liberale comparatione prædeſtinati. Secundum remuneratorium. Primum terminatur ad primam gratiam congruam,ad quam nullum ex parte eius præceſsit meritum,& ad alias; (ſi quas accepit ſine merito proprio;) vt cum poſt mortale, & in eo iacens, vocatur à Deo prædeſtinatus,vt reſurgat. Secundum terminatur ad omnes gratias congruas, quas ex merito proprio accepit.Vtrumq; decretū abſolutum eſt,& efficax. Primum nullū expectauit liberum opus. Secundum verò, quia eſt ex merito operis liberi honeſti, expectare debet præuiſionem eius.

7 *Concluſio probatur eodem modo.*

His poſitis,cōcluſio noſtra affirmat,Chriſtū Dominū meruiſſe noſtrā prædeſtinationē.Cōcluſio hæc eſt omniū ſcholaſticorū;quos citaui cap.1.n.2.& probāda eſt eiſdē Scripturæ locis, & teſtimonijs Cōciliorū, quæ ibi allegaui n.3. Pro ea in ſpeciali expēdo locū Pauli in ea epiſt. ad Epheſ.cap.1.in illis verbis:*ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionē*.Vbi per particulā *ſicut* Paulus ſignificat;vti per Chriſtū nos benedixit Deus omni benedictione ſpirituali; ita etiā nos elegit per ipſum: ergo nō tantū dona gratiæ, quæ ſignificatur per omnē benedictionē ſpiritualem; ſed etiā ipſam prædeſtinationē, quæ ſignificatur per electionē prædeſtinatorū ante mundi conſtitutionē,accepimus per merita Chriſti.Porro,ſi Chriſtus Dominus merito ſuo benedixit nos omni benedictione ſpirituali : ergo etiā benedixit nos benedictione prædeſtinationis,atq;ſpecialis illius electionis, quæ eſt maxima omniū benedictio,fons,& origo fælicisſimæ ſortis prædeſtinatorū. Vt pulchre dixit Chryſoſt. *Per quem nos benedixit,per eumdem nos elegit.*

Ad Epheſ.1

Expenditur Paulus pro concluſione.

Chryſoſt.

8 *Probatio a ratione.*

Cōcluſionē noſtram hac ego ratione probo; ſumens Chriſti Domini meritum eſſe infiniti valoris:ac ſubinde in eo ſuppetere nobis nō tātū ſufficiens meritū pro effectibus prædeſtinationis ; ſed etiā pro illa ſpeciali dilectione, vt eſt prædeſtinatorū propria; eo modo quo ſub meritū cadere poteſt.Sumo etiā in maximā cedere gloriā Chriſti,ſi tribuamus ipſius meritis, nō tantū effectus omnes,ſed ipſam quoq; prædeſtinationē. Ita enim ex omni parte ipſe erit Pater,& caput prædeſtinatorū:& illi ipſius mēbra ſpecialisſima ratione;& omnē ſuā fælicitatē in eximiā Chriſti charitatē cogūtur referre: ergo ſi nulla eſt repugnātia in eo, quod Chriſtus Dominus ita cōſtituatur caput prædeſtinatorū, vt per merita influxerit nō ſolū in effectus, ſed etiā in ipſam prædeſtinationē nō poſſumus nō omnia tribuere theſauris meritorū Chriſti Domini.Quod verò nulla ſit in eo repugnātia,ſatis nobis ſignificant teſtimonia ſacræ Scripturæ:in quātū inſinuant,Chriſtū Dūm noſtrā meruiſſe prædeſtinationē.Quod elegāter dixit Photius relatus ab Ecumenio in c.1. epiſtolæ Pauli ad Epheſ.*benedixit*,ait,*per filiū:elegit per filiū;charos fecit per filiū*.Conandum ergo nobis eſt eo modo

Photiūs.

modo leges, & decreta diuinæ prouidentiæ erga Chriſti prædeſtinationem cõſtituere, & declarare, vt nulla ſubſit repugnantia in merito eiuſdem Chriſti in ordine ad prædeſtinationẽ omnium hominum.

9 *Declarat author, vt ſint ſtatuẽda, & ordinãda decreta prouidẽtiæ hominum.*

Relictis aliorum opinionibus, ſic ego declaranda, atq; conſtituenda cenſeo decreta prouidẽtiæ diuinæ, quã Deus defacto ſtatuit; vt prædeſtinationem Chriſti ita intelligamus, vt eſſe poſsit cauſa per merita propria prædeſtinationis omniũ hominũ. Poſt originale, & per ipſum omnes homines, qui futuri erant, actu peccauerunt in capite peccato actuali originali. (Sẽper excipio Beatiſsimã Virginẽ Mariã, cuius priuilegia omnẽ ſuperant cogitationẽ noſtrã.) Ratione huius peccati erãt homines obnoxij maculæ habituali, ita, vt in primo inſtanti conceptionis neceſſario illa deriuaretur ex actuali, atq; homo, cũ primũ eſt, nõ ſolũ priuatus exiſtit gratia: ſed etiã *natura* filius iræ. Hoc cũ a Deo præuideretur, atq; totã ſpeciẽ humanã, quæ in hominũ indiuiduis futuris collocãda erat, maſſam perditionis effectã videret; & cũ debito carendi omni gratia ſupernaturali; & cũ dignitate pœnæ æternę damni. Item cũ cõſideraret varia remedia, quibus natura hæc reſtitui poſſet in ſtatũ perditum; & omnium remediorũ optimum eſſe, ſi vna ex diuinis perſonis ſuſciperet hanc prouinciã, genus humanũ reparãdi; à peccato, & captiuitate liberandi; & in gratiã, amicitiãq; cũ Deo reſtituendi. Itẽ cum cõſideraret ſecundã ex diuinis perſonis magis eſſe accommodatã propter ſpeciales rationes, quæ in ipſa cõcurrunt: voluit Deus decreto indiuiſibili ſuę volũtatis omnes homines in capite lapſos erigere: gratia ſpoliatos induere: peccato maculatos mundare: captiuos liberare: indignos vita æterna dignos efficere; in hunc finẽ conſtituit Deus filiũ ſuum erectorẽ, mundarorem, redẽptorẽ, liberatorem, atq; ſaluatorem: hoc eſt, caput morale, & veluti primam cauſam per meritum totius reparationis humanæ.

In hoc decreto multa conſideratione digna ſunt. Primum; ipſum fuiſſe omnino liberale: nã anteceſsit merita omnia, non ſolum hominum, ſed etiam Chriſti Domini; quippe quod fuit ipſius Chriſti fælicißimum principium.

Secundo, eo decreto Deus, in quantum eſt in ſe, omnibus hominibus futuris ex Adamo voluit conferre remiſsionem peccati originalis, ac ſubinde gratiam iuſtificantem: quia in hac prouidentia, & legibus eius, quibus potimur, numquam peccatum lethale deletur, niſi per gratiam iuſtificantem. Porrò voluit etiam, quamtum eſt in ſe, conferre gloriam: etenim gratia iuſtificans eſt ius ad gloriam: ergo hoc ipſo, quod in decreto illo continetur voluntas dandi gratiam, aliqua etiam voluntas dandi gloriam contineatur, neceſſe eſt; ſiue ea ſit formalis, ſiue virtualis; de quo modo parum curamus: licet exiſtimem formaliter hæc omnia voluiſſe; quia is modus volendi perfectior eſt, & in eo nullum eſt incommodum in re præſenti.

Tertio: quia Deus videbat plures ex hominibus ex Adamo futuris ad ætatem adultam peruentum iri, ſi ſtatus ille originalis iuſtitiæ perſeueraſſet; indigereque auxilijs diuinæ gratiæ, vt ſe poſſent conſeruare in gratia, quæ præparata a Deo fuit, & multis collata in primo exordio; his nimirum, quibus a Parente Adamo iuſtitia originalis fuiſſet deriuata. Voluit etiam hoc eodem decreto eis ſtatis temporibus cõferre ſufficientia auxilia; hoc eſt, mentis illuſtrationes, voluntatiſq; pias inſpirationes, atq; concurſum generalẽ ſupernaturalem præſto adeſſe; quibus facultates hominũ eleuatæ, & in actu primo proximo conſtitutæ acceptam gratiam conſeruare, & amiſſam, cum amitterent, per pœnitentiam reparare, atq; augere per mandatorum obſeruatione & operum piorum repetitionem; ac demũ vitam æternam cõſequi valerent: hoc ipſo namq;, quod illo decreto voluerit ſalutem generi humano, voluit etiam, quidquid vnicuiq; ſecundum ſuum ſtatum neceſſarium erat pro fine à Deo præintento.

Hoc loco obſerua, me conſulto loquutum de hominibus futuris, quia ſecundum propria principia, quæ veriſsima cenſeo, & tetigi ſæpe diſp. 23. cap. 2. & alibi, nullum decretum in voluntate diuina efficax ponendum puto terminatum ad obiectum vniuerſale, aut confuſum. Id etenim proprium eſt noſtrarum cogitationum, atq; voluntatum imperfectarum, quibus frequens eſt tendere ad obiecta vniuerſalia, & confuſa. At vero Deus, ſicut numquam cogitatione apprehendit naturam humanam in ſtatu vniuerſali, & confuſo; quippe in ea cogitatione ſemper eſt imperfectio confuſionis, & indiſtinctionis: ita nec reparare voluit hominẽ, vt ſic cũ vniuerſalitate logica ſumptũ, nec homines in cõfuſo: ſed omnes futuros in ſingulari diſtincte, & ſigillatim eos mẽte cognoſcẽs, & quaſi numerans, vt Petrũ, Ioannẽ, Andream, Franciſcũ, Paulũ, & ſic de reliquis; volẽs Petro, & cæteris, vt inter ſe diſtinctis, remiſsionẽ peccati originalis per infuſionẽ iuſtitiæ, atq; applicationẽ remedij. Itẽ collationem auxiliorũ, & incrementi gratiæ, atque gloriæ; vt explicui. Imo ideo nobis ſolemne eſt dicere, voluiſſe Deum vniuerſam naturam humanam lapſam releuare; quia voluit hunc, & illum in ſingulari reparare; & cum mens noſtra omnes ſigillatim, atque diſtincte repræſentare non valeat, ratione communi, & confuſa eos intelli-

10 *Nullũ Dei decretum efficax terminari poteſt ad obiectum vniuerſale.*

gimus, atq; ſignificamus; non quia in Deo ſit ea confuſio; ſed in nobis: & quia in Deo eſt vniuerſalitas, quæ nullum hominem excludit; cum diſtinctione tamen, quæ deſcendit ad omnes homines in ſingulari: nos eam vniuerſalitatē ſine diſtinctione, quia ad ipſam non valemus, cū confuſione declaramus. Hoc magnopere notatum velim, tum pro re noſtra, tum pro alijs pluribus in Theologia: nam video, non ſemel à Theologis vulgaribus confuſionem, quæ eſt in propria ipſorum mēte, Deo tribui, propter non conſideratam hanc doctrinam.

11 *Idem decretū efficax, & inefficax in ordine ad diuerſa.*

Quarto hoc idem decretum ſimul in ſe abſolutum fuit, & efficax: item inefficax, & conditionatum per ordinem ad diuerſa: idem autem decretum poſſe ſimul in ordine ad diuerſa eſſe efficax, & inefficax; abſolutum, & conditionatum, oſtendi diſp.23. cap. 13. Fuit ergo efficax in ordine ad dandum nobis Chriſtum Dominum; adeo, vt ex vi eius decreti præuiſus fuerit exiſtens cum aliqua independentia à ſuis progenitoribus, quos in tempore habuit; vt magis explico infra capite quarto. Nam alias vix, aut ne vix quidem explicari poſſunt, quæ de Chriſti merito in ordine ad Patres veteris teſtamēnti; & in ordine ad actiones honeſtas, quibus ipſe Chriſtus progenitus fuit, ſiue mediate, ſiue immediate; & in ordine ad meritum dignitatis matris, quod Beatiſsima Virgo habuit ex meritis Chriſti; docentur ab omnibus Theologis, & à nobis dicenda ſunt. Fuit verò inefficax in ordine ad remittendum originale peccatum, & deſtinandū ſpeciale remedium pro illo in ordine ad gratiam iuſtificationis; ad auxilia actualia; ad donum perſeuerantiæ; denique ad conſequutionē gloriæ. Imo nō tantum fuit inefficax, ſed etiā nullū de facto habuit effectū præter hunc: nā, cū in eodē momento prædeſtinationis Chriſti pro tēpore à Deo ſtatuto, ille fuerit præuiſus exiſtens independenter à progenitoribus; atq; Patrē ſuum ardentiſsime diligens propter beneficia, quibus liberaliſsime Deus humanam Chriſti naturam cumulauit, donans illā gratia vnionis diuinæ hypoſtaticæ, per quam Deitate ipſa illam perfudit, atq; penetrauit gratia habituali pene infinita, omni ſcientia, omni potentia ad patranda miracula, multiformi virtutum dono ad menſuram, atq; correſpondentiam gratiæ, vnionis, atq; iuſtificantis: propter hæc, inquā, & alia innumerabilia, vidit Deus animam illam Chriſti ſanctiſsimam, totam amore diuinitatis flagrantem; totam ſe ſe in remedium humani generis offerentem morti acerbæ, ærumnijs, atq; laboribus, & diris doloribus, quos propter nos in hac mortali vita perpeſſus eſt. Quia ergo Deus, inquā, vidit animā Chriſti puriſsimā in eodē inſtanti prædeſtinationis ad exiſtendum, hos omnes actus elicientem, atq; eiſdem infinite merentē, voluit iterū Deus, omnes homines ſaluos fieri; & eis, per peccatum originale perditis, adhibere remedia; animæ munditiā, iuſtificationē; adultis auxilia actualia pro reparatione gratiæ amiſſæ actualibus peccatis; inſpirationes ad pœnitentiā: auxilia demū ad perſeuerandū, atq; conſequendum vitā æternam. Itaq; duplex decretū in Deo diſtinguendū, & vtroq; voluit reparare hominē.

Decretum prædeſtinationis Chriſti Dō. eſt extra noſtram prædeſtinationem.

12 Alterum; quo ex ſe ſe ipſo propria bonitate allectus, atq; inclinatus voluit hominē reparare; & ex hac voluntate, vt ex finis intentione, Chriſtum prædeſtinauit, & elegit, vt medium optimum pro fine reparationis intento. Decretū hoc amore erga homines, liberalitate, & miſericordia plenum eſt: & cōtinet, quæ enarraui num.9. & 10. At nō ſpectat ad ordinē prædeſtinationis, ſed ad generalem prouidentiam, Dei bonitate dignam Nam ex eo Chriſtus Dominus prædeſtinatus fuit; & in rerum natura cōſtitutus: at ante prædeſtinationem Chriſti nullus eſt ordo prouidentiæ prædeſtinatiuæ; quippe Chriſtus Dominus eſt primus fons meritorius totius prædeſtinationis, vt nitimur ſtatuere. Licet ergo eo decreto præcipuum medium noſtræ ſalutis, & prædeſtinationis productum fuerit; non tamen productum fuit, vt medium, nec vt effectus prædeſtinationis ex intentione antecedente, ſpectante ad prouidentiam prædeſtinatiuam; ſed ex quadam prouidentia generali, atq; miſericordia communi reprobis, atque prædeſtinatis; vt ſæpe explico in diſcurſu. Aliud verò; quo etiam Deus voluit iterum, omnes homines ſaluos fieri, quod quidem, licet comparatione hominum fuerit liberale, atq; miſericors; at abſolute remuneratorium fuit, comparatum à Chriſto propter ſua merita. Ego de hoc decreto intelligo verba Pauli 1. ad Timoth. 2. *Deus vult, omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: vnus enim Deus, vnus, & mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus: qui dedit in redemptionem ſemetipſum pro omnibus nobis.* Supra quem locum variæ excitantur controuerſiæ, tum a Theologis expoſitiuis, tum ſcholaſticis, à quibus modo abſtineo. Solum animaduerto circa hominum numerum, quem voluit Deus ſaluum fieri, tres circumferri Auguſtini expoſitiones communiter ab interpretibus, acutas ſane, ſed quæ non congruunt Pauli inſtituto: quod ipſe videtur ſubodoratus: nam tractans locum hunc in Epiſtola 107. ad Vitalem poſt tactas expoſitiones, ſic ait. *Vel ſi alio modo illa verba Apoſtolica intelligi poſſunt, dummodo non obeſſet ſacræ Scripturæ veritati.* Ergo Auguſtinus nō quieſcebat in ſuis illis expoſitionibus, quibus reſtrin-

1. Ad Tim. 2. Expenditur Paulus.

Auguſt. Tres Aug. expoſitiones.

Digitized by Google

Deus vult omnes homines, nullo excepto, ſaluos fieri. reſtringebat vniuerſalitatem illius particulæ *omnes* varijs modis. Quapropter communis Patrum, atque certa doctrina eſt; vt videre licet apud doctiſsimum P. Benedictum Iuſtinianum tom. 2. explanationum in Epiſtolas Pauli in hunc locum; apud P. Coſmam à Magallanes, eruditum etiam virum; & P. Cornelium à Lapide, & alios. Item apud ſcholaſticos peritiores noſtri ſæculi. Vide P. Suarez 1. p. lib. 4 de prædeſt. cap. 2. P. Vazquez 1. p. diſp. 83. & in q. 19. art. 6. & P. Molin. in concord. in q. 14. ar. 13. diſp. 10. & diſp. 23. memb. 2. vbi elegantiſsime: & P. Leſsiū diſp. de reprob. & prædeſt. Angelorum, & hominum, *ſect. 6.* Paulum loqui de omnibus hominibus diſtributione perfecta, nullo hominum excepto. Quod vero Paulus loquatur de volūtate Dei poſt cōmiſſum Adę peccatum, & merita Chriſti Domini præuiſa, probo primo ex textu: nam loquitur Paulus de ſtatu, quem hōmines compararunt per mediatorē, atq; per redemptorem ipſorum; at in ſtatu ante peccatum originale nō erat Chriſtus mediator, nec redēptor; nec Patri ſuo mūdum reconciliabat, non tantum in ſentētia veriori, quam ego ſubſumpſi cap. 1. num. 1. quæ affirmat Chriſti prædeſtinationem factā fuiſſe poſt originale in remedium eius: ſed etiam in quacumq; nam vbi non eſt peccatum, non eſt reparator: vbi nō eſt inimicitia, non eſt mediator, aut reconciliator: & vbi nō eſt captiuitas, non eſt redēptor. Ergo Paulus loquitur de ſtatu hominum poſt peccatum, & poſt prædeſtinatum mediatorem: ergo voluntas illa, quam ſignificat Paulus in eo textu, fuit comparata Chriſto per ſua merita.

P. Iuſtin. P. Magall. P. Cornel. P. Suar. P. Vazq. P. Molin. P. Leſsius.

Secundo probo; quia ideo Paulus nos monet, vota ferre pro omnibus, & preces fundere cū fiducia; quia habemus mediatorem Dei, & hominū, Chriſtum Ieſum. Quaſi dicat; ſi Deus voluit ſaluare vniuerſum mundum, præuiſis filij ſui, atq; redēptoris noſtri meritis, quis non oret ipſum cum fiducia pro ſalute hominum, quam Deus tam ardenter deſiderat, vt pro ea vnigenitum filiū ſuum nobis dederit, quā etiā ipſe vnigenitus nobis promeruerit.

Tertio probo; quia nullus negare poteſt, Chriſtum Dominum in eo ſuæ prædeſtinationis primo momento obtuliſſe Patri merita, quæ per decurſum vitæ executurus erat pro ſalute omnium filiorum parentis Adami; imo & pro reparanda amiſſa gratia Adami: quia id expreſſe docet Ioannes 1. epiſt. c. 2. ibi: *& ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.* Quo nihil clarius poterat dici ad ſignificandum, Chriſtum Dominū obtuliſſe merita ſua Patri pro remiſsione omnium peccatorū, quibus natura humana infecta erat. In quibus verbis expendenda eſt aduerſatiua illa *ſed etiam*; nam ex ea ſumitur perſpicuum argumentum pro noſtro intento: atque ideo ipſe Ioannes cap. 1. ſui ſacrij Euangelij nuncupat Chriſtum lucem veram; *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* In quibus verbis iuxta Maldonatum noſtrum, indubitatum eſt ex Græcis Patribus, Ioannē ſibi velle Chriſtum Dominum illuſtraſſe, non ſolum homines quoſdam, ſed etiam omnes lumine ſpirituali: quod ſiqui ſunt, qui non illuminati ſunt, ideo nō illuminati ſunt, quia à Chriſto ſole, lumen oblatum, & large diffuſum in ſe recipere noluerunt: ideoque appellantur à Ioanne tenebræ, quæ lucem non receperunt. Ex hoc hanc formo argumentationem: Chriſtus Dominus obtulit Patri ſuo merita, vt intuitu ipſorum omnes homines ſaluos faceret, remiſsis peccatis: ſed oblatio hæc fuit efficax, ſaltē quo ad impetrationem auxiliorum ſufficientium ad ſalutem: ergo Deus propter merita Chriſti habuit voluntatem ſaluandi omnes homines, in peccatum lapſos. Et cum in hac voluntate contineatur voluntas mediorum neceſſariorum pro intento fine; etiam tribuere voluit auxilia ſufficientia, atque neceſſaria pro vniuſcuiuſque ſtatu, vt magis ſtatim explico.

Ioan. 1. Ep. c. 2. P. Maldon.

Quarto præclara ſunt pro hac roboranda veritate ſanctorum Patrum teſtimonia, quæ legi poſſunt apud authores citatos num. 12. ac præcipue apud Iuſtinianum, Coſmam à Magallanes, & Maldonatum in cap. 1. Ioannis. Non omittam duo; alterum ex Auguſtino Epiſt. 59. q. 6. vbi; *vnus enim Deus*, inquit, *& vnus mediator Dei, & hominū, homo Chriſtus Ieſus; vt illud, quod dixerat, omnes homines vult ſaluos fieri, nullo modo intelligatur præſtari, niſi per mediatorē, non Deū ſolū, quod ſemper verbū erat: ſed hominē Chriſtum Ieſum; cum verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Ecce manifeſte ſentit Auguſtinus, illā Dei voluntatē, de qua Paulus ad Timoth. 2. comparatam à Chriſto fuiſſe per ſua merita; & cum ex alia parte concors Patrū ſententia doceat illud *omnes homines* perfecta diſtributione, nullo non contento, accipiendum eſſe; vt notaui num. 12. plane fit ex mente Auguſtini, voluntatem illam habuiſſe Chriſtū, cauſam meritoriam. Et licet inter Auguſtinum, & cæteros Patres diſſenſio ſit in numero ſignificato per illud *omnes homines*: at eſt conſenſio in eo, quod volūtas ſaluādi eos homines, quot quot ſint, ex meritis Chriſti ortū habuerit; non vt eſt in Deo ipſe Deus; ſed ſecundum terminationem ad effectus, quos habet pro obiecto, vt iam explico. Alterum ex Proſpero, indiuiduo Auguſtini diſcipulo ad obiectiones Vincentianas reſponſione prima: *ſanguis Chriſti*, ait, 13

P. Iuſtin. P. Magall. Auguſt. Ad Tim. 2. Proſper.

ait, *redemptio eſt totius mundi; ſed qui hoc ſæculum ſine fide Chriſti, & ſine regenerationis Sacramento pertranſeunt, redemptionis alieni ſunt.* Ecce totum mundum Chriſtus ſanguine redemit, nullo excepto: ergo voluntas ſaluum faciendi totum mundum poſt peccatum originale, ex Chriſti meritis traxit originem.

P.Vazq. *Reſpōſum ex P.Vazquez.* Verum P.Vazquez diſp.96. cap.2. ad finē, contendit in teſtimonio illo Pauli ad Timoth. 2. paruulos non eſſe comprehenſos, quia arbitratur, quibuſdā ex paruulis non fuiſſe prouiſa media ſufficientia ad ſalutem; & quia in eo additur illa pars, *& ad agnitionem veritatis venire*: quod alienum eſt a paruulorum ætate, cognitionis experte.

Nō admittitur. Cæterum aduerſari videtur P.Vazq. Græcis Patribus, & maiori, atq; nobiliori parti ex latinis; dum reſtringere conatur illud *omnes homines*. Id conſtabit legenti auctores relatos, apud quos illuſtria ſcribūtur teſtimonia. Non omittam ego vnum Auguſtini lib. 4. contra Iulian. cap. 8. vbi ex profeſſo ſumit diſcutiendum Paulinū hoc teſtimonio; & ſic ſcribit. *Hos enim omnes vult Deus ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire: in quos omnes per vnius iuſtificationem gratia peruenit ad iuſtificationem vitæ.* Et poſt pauca, ſic agit de paruulis. *Nū quidem, aut homines non ſunt, vt non pertineant ad id, quod dictum eſt, omnes homines, &c?* Ergo ſecundum Auguſtinum paruuli etiam comprehenſi ſunt. Vt vero omittam, quo pacto eis prouiſa ſint remedia ſufficientia, de qua re erit ſermo noſter diſp. 35. cap. 2. non obſtat illa pars *ad agnitionem veritatis venire*: nam ſenſus Pauli eſt, tum adultos, tum paruulos per Chriſti gratiam pertingere vitam æternam, quæ conſiſtit in viſione Dei: quæque eſt certiſsima, atque clariſsima agnitio veritatis.

Auguſt. *De hac re tractaui diſp.17. occaſione cuiuſdam nouæ ſententiæ.*

P.Suar. Addere poſſumus ex P. Suarez 1. p. lib. 4. de prædeſt. cap. 4. paruulos etiam in hac vita ex gratia Chriſti, infundentis habitum fidei diuinæ, peruenire habitualiter ad agnitionem veritatis, & actualiter per fideles parentes, quorum actus ſupplent ætatem paruulorum.

14 Habemus iam, Chriſti meritum pertigiſſe vſque ad illam voluntatem Dei vniuerſalem. Modo tria breuiter definienda. Primum; quosnam effectus contineat illa voluntas. Secundum, quos efficaciter, quos inefficaciter. Tertium; quidnam ſpeciale habuerit circa prædeſtinatos: neque enim eſt vna vtrorumque ſors, etiam in ipſa voluntate, nec tantum in effectibus; vt conſtat ex à me diſputatis 23. diſp. ex cap.4. vſque ad 13. Atque primo Chriſtus meruit omnibus hominibus remiſsionem quorumcumque peccatorum. Id expreſſe docuit Paulus ad Rom.5. *ſicut per vnum hominē,* inquit, *peccatum intrauit in mundum: multo magis gratia Dei, & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundabit*: Vt ergo peccatum primi hominis penetrauit vniuerſam maſſam generis humani, excepta duntaxat Deipara Virgine Domina noſtra: ita gratia Chriſti penetrauit omnes homines, merens illis remiſsionem peccatorum. Vnde veritas hæc mihi de fide eſt; & euidenter colligitur ex ſupra dictis: nam, ſi meruit Chriſtus voluntatē generalem omnes homines ſaluos faciēdi, meruit illis media, atq; remedia, quæ ſufficiūt ad conſequendam gloriam: ergo etiam meruit remiſsionem peccatorum, ſine qua non eſt gloria conſeqnibilis ſecundum diuinam ordinationem, per quam nihil coinquinatum intrauit ianuas Regni cælorum. At hūc effectū noluit Deus efficaciter omnibus hominibus. Id cōſtat in multis paruulis, qui cum originali decedunt; & quam plurimis adultis, qui in mortali ſepeliuntur.

Christus meruit remiſsionem peccatorū. Ad Rom. 5.

Secundo; meruit omnibus gratiam iuſtificantem. Id conſtat ex Paulo ad Rom. 3. *iuſtificati gratis per gratiam ipſius, & redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Et definitum eſt in Tridentino ſeſſ.6. cap.7. vbi ait: *cauſam meritoriam ſanctificationis eſſe dilectiſsimum vnigenitum ſuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; qui, cum eſſemus inimici, propter nimiā charitatem, qua dilexit nos ſua ſanctiſsima paſsione, in ligno crucis nobis iuſtificationem meruit.* Id etiam probatur manifeſta cōſequutione ex dictis: nam omnis peccati mortalis remiſsio fit infuſione gratiæ: ergo ſi meruit remiſsionem peccati, meruit infuſionem gratiæ. Hæc etiam voluntas nō fuit efficax comparatione omniū, vt conſtat in multis, qui, numquam gratiā iuſtificantē conſequuti, intereunt. Tertio; meruit gloriam omnibus etiam hominibus. Hoc cōſtat ex mille locis ſacræ Scripturæ. Vide Paulū ad Rom.5.6.& 8. 2. ad Timoth. 1. & ad Titum 3. Euidenter etiam probatur ex ſuperioribus: nam gratia iuſtificans eſt ius ad gloriam: ſi ergo meruit gratiam iuſtificantem, meruit gloriam. Hæc etiam voluntas inefficax fuit comparatione omnium reprobatorum.

Meruit gratiā iuſtificantē. Ad Rom. 3. Trident.

Meruit gloriam. Ad Rom.5. 2.AdTim.1. Ad Titū 3.

Quarto; meruit remedium pro originali, atque alia Sacramēta, proprioſq; eorū effectus. Hoc etiam de fide eſt: licet vero hæc voluntas efficax fuerit in ordine ad conſtituenda hęc Sacramentorū media; inefficax tamen in ordine ad actualem applicationē pro ſingulis; vt cōſtat in his omnibus, quibus numquam in vita aliquod ex Sacramentis fuit applicatum.

Meruit remediū pro originali.

Quinto; meruit auxilia actualia ſufficientia omnibus, qui adultam ętatem attigerunt. Hæc voluntas efficax eſt quoad hunc effectum: nullus enim hominum in hunc mundū venit, qui non illuminetur a Deo, quantum ſufficit, vt ſi ipſe

Meruit auxilia ſufficientia.

Digitized by Google

ipſe vocanti reſpondeat, conſequi nequeat fidem, iuſtificationem, perſeuerantiam, gloriã. Hæc ſunt præcipua, quæ continẽtur in voluntate illa generali, qua Deus vult omnes homines ſaluos efficere, quãtum eſt ex ſe. Dico *præcipua*; quia aliæ ſunt etiam gratiæ contentæ in illa voluntate non tanti momenti, quæ ſpectant ad circumſtantias loci, temporis, parentũ, educationis. Et aliæ occaſiones minutiſsimæ; vt agere cum hoc amico, non cum illo: videre defunctum amicum: & aliæ extrinſecæ gratiæ: è quibus, licet revera pendeat gloriæ cõſequutio: at non tanti momenti ſunt, quanti alia, quæ numerauimus. Neque etiam ad omnia in particulari deſcendere poſſumus.

15 *Diuerſa ratione de prædeſtinatis, quã de reprobis verum eſt Deũ velle omnes homines ſaluos fieri.*

Id magnopere obſeruãdum in noſtris principijs, diuerſa ratione verã eſſe de prædeſtinatis, quã de reprobis propoſitionẽ illã vniuerſalẽ; *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*; nã cõparatione vtroruq; præceſsit in Deo præſcientia cõditionata ſtatus ordinis rerũ, vocationũ, & aliarũ opportunitatũ ad male, vel bene agẽdũ; per quã vidit tũ prædeſtinatũ, tũ reprobũ ſaluãdum, atq; cõdemnandũ fore, ſi a Deo in hoc, aut illo rerum ordine cõſtitueretur: præceſsit etiã præuiſio Chriſti exiſtẽtis, atq: merẽtis, & offerẽtis omnia ſua merita pro omnium hominum ſalute nullo excepto: immediate poſt hæc diuina voluntas voluit reprobis conferre gloriã; & illa media auxiliorum, quibus præuidebat nõ fore, vt eã cõſequerẽtur, illis cõſtitutis in certo rerũ ordine a Deo præſcito. Circa prædeſtinatũ vero poſt præſciẽtiã cõditionatã eius ordinis, & ſtatus, & ſeriei auxiliorũ, atq; circumſtãtiarum, quibus cõſequeretur vitã æternam; atq; forſitan poſt præuiſionẽ meritorum Chriſti, immediate habuit cõplacẽtiã liberã cum illa futuritione cõditionata: poſtea vero voluntatem conferendi gloriam prædeſtinato, nõ vt cumq; ſed vt cõnexam cũ ſtatu, in quo perſeuerabit in gratia vſq; ad deceſſum; & hoc etiam, vt cõiunctum cum voluntate auxilij illius determinante, quod præuiſum eſt fore congruum; idq; ſpecialiter complacẽdo in ipſa cõgruitate eo modo, quo explicui diſp. 23. cap. 13. Generalis ergo illa voluntas Dei, quæ ad omnes homines, atque ſingulos terminata fuit, duas habet quaſi partes integrãtes: altera terminatur ad reprobos, & de his ſolũ vera eſt vniuerſalis propoſitio ratione auxiliorũ ſufficiẽtiũ: de illis vero ratione gloriæ intentæ, vt cõnexæ cũ auxilijs cõgruis, modo iã explanato. Ecce ergo qua ratione Chriſtus Dominus meruit voluntatẽ illã generalẽ Dei, nõ ſolum vt communis eſt reprobis, atq; prædeſtinatis; ſed etiam, vt eſt propria prædeſtinatorum: & vt in ea relucet maior dilectio erga illos, atq; miſericordia, ſpecialiſque munificentia.

Denique obſerua diſcrimen inter P. Vazquez, & inter P. Suarez: nam ille 1. p. diſp. 94. c. 2. in principio exiſtimat, concluſionem noſtrã catholicam doctrinã continere, ſignificans eã eſſe de fide; is vero 1. p. lib. 2. de cauſa prædeſtinatio. cap. 24. ſolũ defendit illã, vt veriorem, & magis piam: quod etiã docuerat tom. 1. in 3. p. diſp. 41. ſect. 4. Diſcrimẽ hoc fundatur in diuerſis principiis, in quibus hi Patres ſapiẽtiſsimi procedunt. Nã P. Vazq. exiſtimat, prædeſtinationem ſolum conſiſtere in præparatione mediorũ congruorũ; ita vt omnis voluntas eã præparationẽ præcedens, & per modum intentionis terminata ad gloriã, tãtum ſpectet ad prouidentiam communẽ. Quapropter cõſequentiam hanc, *meretur omnes effectus prædeſtinationis: ergo meretur ipſam prædeſtinationem*, arbitratur eſſe prorſus indubitatã. Lege ipſum in ea diſp. cap. 5. ad 3. Ergo cum ad doctrinã catholicã ſpectet meruiſſe Chriſtum omnes effectus prædeſtinationis, etiam ſpectabit meruiſſe ipſam prædeſtinationem. 16 *P. Vazq. P. Suar. Diuerſæ cẽſuræ P. Suarez, & P. Vazq.*

At P. Suarez cum, præter voluntates exequentes gratias congruas, conſtituerit electionem abſolutam præcedentem ordine intentionis, tum omnia merita, tum omnem voluntatem exequentem, & cum etiam dicat, hãc voluntatem ſpectare ad prædeſtinationis eſſentiam, ex illo antecedẽti, quod admittit meritum ad omnes effectus prædeſtinationis, non cogitur admittere meritum ad vniuerſam prædeſtinationem ſecundum ordinem intẽtionis; nã aſſerit potuiſſe Chriſtũ, atque homines in vno rationis inſtanti præeligi ad gloriã: poſtea vero propter merita Chriſti moueri ad cõferẽda media hominibus gratiæ in executione: tũc vero Chriſtus Dominus mereretur omnes effectus, omneſq; volũtates exequẽtes; nõ tamẽ plenã prædeſtinationẽ. Et ita opinantur plures, qui poſuerunt electionem prædeſtinatorum ante originale ex vna parte, & ex alia Chriſtũ prædeſtinatum in eius remedium: nã hi, vt opinior non poſſunt primam electionem prædeſtinatorum adſcribere Chriſti meritis. Quapropter in eo cap. 24. ſæpe inculcat conſequẽtiã illã affirmatiue neceſſariam non eſſe: *meruit omnes effectus prædeſtinationis: ergo ipſam quoque prædeſtinationem*: & negatiue neceſſariam eſſe; *vt non meruit, vt dentur in tẽpore omnes prædeſtinationis effectus: ergo nec meruit ipſam prædeſtinationem.*

Diſcrimẽ hoc in hũc locũ examinãdũ remiſsi c. 1. n. 4. de quo ego cẽſeo primo vtrũq; cõſentanee procedere ad ſua principia. Cẽſeo ſecũdo, ſentẽtiã, quæ affirmat Chriſtũ Dominũ meruiſſe ipſam prædeſtinationem etiã completam, non ſolũ lõge probabiliorẽ, vt docet Suarius; verum etiam mihi fere certam eſſe: nõ tamen 17 *Quid auctor cẽſeat*

eſt

Digitized by Google

eſt animus inurendi cenſuram Theologicam ſententiæ negatiuæ:ſere autē Theologice certam eſſe conſtat ex dictis in his duobus capitibus. Cenſeo tertio, conſequentiam illam affirmatiue ſolidam eſſe,non ſolum in principijs P.Vazquez;ſed etiā in noſtris.Pro quo recognoſcenda ſunt,quę dixi diſp.23.cap.2. in quo quatuor concluſionibus explicaui;quo modo ſe gerat diuina voluntas circa finem,& media; circa meritum,& præmium.Et in ſumma dixi, Deum poſſe velle,tum eodem indiuiſibili actu voluntatis finem,& medium;meritum,& præmium;tum diuerſis ratione noſtra: & tunc intentio finis prior eſt ratione electione medij; & voluntas meriti prior voluntate remunerāte per præmium.In eodem etiam cap.num.18. explicui;qua ratione voluntas efficax Dei terminari non poſſit ad obiectum confuſum, & indeterminatum: & qua ratione intentio gloriæ in determinato gradu,licet inefficax,virtute continere poſſit electionem determinatorum mediorum efficacem.

Si vno actu Deus omnia elegit, non eſt diſtinguēdus ordo intentionis, & executionis.

Hoc poſito,ſi Deus formaliter, & expreſſe vno actu indiuiſibili elegit ſuo prædeſtinato gloriam, vt connexam cum certis auxiliorum medijs;eis nimirum, quæ de facto contulit in tempore;non poteſt in ea voluntate diſtingui ordo intentionis,& exequutionis:ac per conſequens ea cōſequentia affirmatiua ſolida eſt, & firmiter tenet;cum vis eius infringi nō poſſit,niſi per illos duos ordines.Quod vero in eo actu indiuiſibili,etiam ratione noſtra ſimul vno complexu;tendente ad finem,& media, ſeu ad merita,& præmium prædeſtinati, non poſſint diſtingui illi duo ordines,perſpicuum eſt; & in ſententia P. Suarez indubitatum: nam ordo intentionis continet actus plures diſtinctos *ratione*, & inuerſo ordine ſe habentes, ab ordine exequutionis;vt conſtat ex dictis diſp. 23.cap.11.Quod etiam in meis principijs aſſerendum eſt: nam quotieſcumque intentio fertur ad finem ſub ratione finis; diſtinctus actus eſt *ratione* ab electione, vt electio eſt: & quotieſcumque præmium à Deo confertur ſub relatione præmij; diſtinctus actus eſt ab eo, per quem contulit meritum; vt declaraui in ea diſp.23.cap.2.Ergo in caſu, quo Deus vno actu indiuiſibili ſuæ voluntatis vult prædeſtinato finem,& media;ſeu meritum,& præmium,in eo actu diſtingui non poſſunt ordines intentionis,& exequutionis: ac proinde conſequentia illa affirmatiue ſubſiſtit.Porro,ſi diſtinguamus ratione duos actus; alterum intentionis, & priorē *ratione* terminatū ad gloriā; alterum electionis,& poſteriorem *ratione* terminatū ad gratias congruas: nihilominus exiſtimo,conſequentiam illam affirmatiue ſolidā eſſe ex alio noſtro principio: nimirum circa eādem largitionem verſari nō poſſe duplex decretū efficax:alterū gratuitū,& liberale:alterū remuneratoriū,quod fuſe oſtendi diſp.23.cap. 10.Ex eo infero,quod ſi Deus habuit primam illam intentionē,vt præcedit *ratione* electionē gratiarum congruarū ante præuiſionē meritorū Chriſti, & independenter ab eis;etiam ſaltem virtute,& implicite habuiſſe electionē efficacem,terminatam ad illa eadem ſpecie auxilia,prædeſtinati propria;quæ congrua præuiſa ſunt futura ex praſcientia conditionata.Nā,licet intentio illa,vt terminatur ad gloriam, ſit formaliter inefficax, & cōditionata; eſt ſaltem virtualiter efficax & abſoluta,vt continet in ſe electionē gratiarū congruarum ſecundum noſtram doctrinā,de qua diſp.23.cap.13.Ergo iā ex vi illius Deus determinatus eſt, independenter à meritis Chriſti ad eligendum pro prædeſtinato eas numero vocationes cōgruas decreto efficaci:ergo ad conferendū ei eaſdem ex liberalitate, & miſericordia. Vnde nullus daretur locus meritis Chriſti pro eiſdem;quia Deus non poteſt conferre eamdem rem, & liberaliter, & remuneratorie: ac ſubinde, cum certum ſit,Chriſtum Dominum meruiſſe omnes prædeſtinationis effectus; vt cōſtat ex cap. 1.certum quoque eſt,meruiſſe ipſam prædeſtinationem:etenim,ſi ipſam nō meruit, omnes prædeſtinationis effectus mereri non poterit: vt conſtat ex diſcurſu facto.

Caput III. *Chriſtus Dominus meruit dilectionem ſpecialem prædeſtinatis,vt eſt electio.*

18 *Duplex eſt controuerſia.*

DVPLEX in hoc cap. definienda cōtrouerſia. Vtraque in terminis cæpit inter P. Suarez, & P. Vazquez.Prima;an meruerit Chriſtus ſpecialem electionē prædeſtinatorum ſecūdum rationem electionis?Secūda; an ex æquo,ſeu indifferenter pro reprobis, & prædeſtinatis ſua merita obtulerit;& Deus voluntate ſua,ea præuidens, prædeſtinatos ſpecialiter elegerit ad gloriam,nō reprobos:& cognita a Chriſto Domino hac electione,voluntatem ſuam cum Patris voluntate accōmodauerit;& ſuis meritis exequutionem eius procurauerit?Vel an è cōuerſo res hæc geſta fuerit;ita, vt Chriſtus ipſe ſua merita ſpeciali ratione applicuerit pro prædeſtinatis:atq; ideo eos Deus prædilexerit, conformans ſuam voluntatem cū Chriſti præuiſa,& efficienter producēs gratias illas

Digitized by Google

illas congruas, ſequens, atque exequens Chriſti voluntatem.

19 In vtraq; controuerſia partem negantẽ amplectitur P. Suar. lib. 2. de cauſa prædeſt. cap. 24. num. 21. & to. 1. in 3. p. diſp. 41. ſect. 4. Mouetur primo: quia, vt proprie electio ſecundũ rationẽ electionis facta ſit ex meritis Chriſti, neceſſario ipſa prius præuideri debuerunt à Chriſto ſpecialiter applicata pro certis hominibus potius, quam pro alijs. Hoc vero dici nõ poteſt probabiliter. Ergo, &c. In hoc ſyllogiſmo nota, vtramq; partem cõtrouerſiæ inter ſe cõnexam eſſe iuxta P. Suar. Modo maiorẽ probat: quia ſi ſolum Deus præuidebat merita Chriſti oblata in communi pro omnibus ſine diſcretione; integrum erat Deo nõ determinari ad hos potius, quam ad illos: imo, & aut omnes, aut nullum efficaciter ordinare ad gloriam; quia meritum Chriſti, ſic tãtum oblatũ, nullam imponebat neceſsitatem Deo aliquos determinate, aut aliquem indeterminate efficaciter eligẽdi: ſed illis meritis ſic oblatis ſufficienter ſatisfaciebat, conferendo gratias non cõgruas. Ergo, vt dicamus, Chriſtum meruiſſe electionem ſub ratione electionis, præneceſſaria fuit ex parte eius ſpecialis applicatio ſolũ meritorum pro certis hominibus.

P. Suar. *Pars negãs in vtraque.*

Reſpõſum præoccupatur.

Quod ſi reſpõdeas, huic argumento ſatis eſſe, vt Chriſto attribuamus electionem, quòd propter eius merita Pater elegerit eos, quos elegit: nã Chriſtus tũc vere eſt cauſa, vt hi præ alijs perueniãt ad vitã æternam; obijcit, cõfundi in hac ſolutione ſpecialẽ dilectionẽ cũ electione; & ab illo nõ negari, Chriſtũ Dominũ per merita ſua fuiſſe cauſam ſpecialis dilectionis, in quantũ eſt maius beneficiũ cõparatione prędeſtinati; at ideo nõ eſſe cauſam electionis, vt ſic; quia hæc includit cõparationẽ inter prædeſtinatum, & reprobum, & prælationem illius. Quod ſi Chriſtus indifferenter obtulit ſua merita, ea prælatio fundari non poteſt in ea voluntate. Exempli gratia; ſi teſtator hæredi ſuo præſcribat, vt centum Virgines ex vno oppido ſuis ſumptibus in matrimonio collocentur; certum eſt, donationem hanc effectum eſſe voluntatis teſtatoris. Nihilominus cum hæres eligit determinate has, alijs non electis, quæ erant in ea ciuitate; in hac electione aliquid eſt liberalitatis tribuendũ ſoli voluntati hæredis, non voluntati teſtatoris: atque adeo, ſi teſtator deſignaſſet determinatas centum Virgines, ſpecialem illis gratiam contuliſſet, fuiſſetque tota cauſa electionis. Ita in noſtro propoſito aliquid tribuendum erit voluntati Dei, ſi propoſitis ſibi Chriſti meritis, indifferẽter hos prædeſtinatos elegit; quod nõ tribueretur, ſi a Chriſto Domino ij numero homines ſpecialiter præelecti fuiſſent. Ergo, vt electio ſecundum rationem electionis attribuatur Chriſto, ſpecialis applicatio meritorum eius neceſſaria eſt.

20 Quod vero dici non poſsit probabiliter, Chriſtum applicaſſe ſpecialiter ſua merita pro electione prædeſtinatorum, & ante illam, probat primo; quia, licet Chriſtus in tempore ſpecialiter orauerit pro prædeſtinatis, eiſq; executionem prædeſtinationis ſingulari modo meruerit: at ideo hoc fecit, quia prænouerat, illos prius a Deo eſſe præelectos, & vt ſuam voluntatem Patris volũtati accõmodaret. Quis enim vel cogitare audeat profundum myſteriũ electionis hominum, totamq; rationẽ, & modum prædeſtinatorum quoad numerum, & differẽtiã manſionum, & graduum in gratia, & gloria, fuiſſe quaſi inuẽtum humanæ volũtatis Chriſti Domini; & a voluntate Patris ſolum hoc approbatum, & executioni mandatum: ita vt voluntas humana Chriſti geſſerit primum munus gubernatricis; & voluntas Dei ſolius executricis? Maxime cum Apoſtolus ad Epheſ. 1. referat negotium hoc *in conſilium diuinæ voluntatis*. Et ad Rom. 8. *in altitudinem diuitiarum, ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*. Ergo credibile non eſt, negotium hoc prædeſtinationis primum commiſſum eſſe voluntati humanæ Chriſti, ſed a diuina præfinitum, & ab humana ſuſcepta cura ſolius exequutionis.

Ad Epheſ. 1. & ad Rom.

Confirmatur: nam nec cõtrarij negant, illam ipſam ſpecialem applicationem meritorum Chriſti pro prædeſtinatis proceſsiſſe ex motione Spiritus ſancti congrua, à Patre in volũtatẽ Chriſti infuſa. ergo ideo ſic mouit Deus voluntatẽ humanam Chriſti; quia apud ſe prius præſtituerat illos homines ſaluare. Decretum vero, infundens illam motionẽ cõgruam, non potuit eſſe effectus ſpecialis applicationis meritorum Chriſti, quia fuit cauſa: & ex alia parte nõ poteſt nõ numerari inter effectus prædeſtinationis, quippe eſt maximum prædeſtinati beneficium ſupernaturale, fructificans in vitam æternam: ergo illa infuſio gratiæ cõgruę ad ſpecialẽ applicationẽ, ortum habuit ex præelectione prædeſtinatorum ad gloriam, quæ anteceſsit omnẽ ſpecialẽ applicationẽ meritorum Chriſti. Quod vero ideo Chriſtus in exequutione ſpecialiter orauerit pro prædeſtinatis, quia prænouerat, illos beneuolentia ſpeciali a Patre proſequutos: ſignificat Ioannes Apoſtolus cap. 17 ibi: *manifeſtaui nomẽ tuũ hominibus, quos dediſti mihi de mũdo: tui erãt, & mihi eos dediſti*. Et infra *nõ pro mũdo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi*. Id quod ſæpe repetit in eo capite. ergo ſignificatur, a Patre prius Chriſto datos, atq; electos; & ideo voluntatẽ humanam Chriſti, ſe cõformãtẽ diuinæ, pro eis oraſſe. Idq; ratio poſtulabat: nã ſi Chriſtus Dominus in omnibus

Ioan. 17.

Digitized by Google

omnibus alijs actionibus ſequebatur Patris voluntatem; multo magis in grauiſsimo negotio prædeſtinationis.

21 P.Vazq. P.Leſsius. P.Cornel. In vtraque parte controuerſiæ partem affirmantem defendit P.Vazquez 1.p.diſp.94.cap. 3.quem ſequutus eſt P.Leſsius lib. de prædeſtinatione Chriſti ſect.3. & P. Cornelius à Lapide in commentarijs ad Pauli Epiſtolas ad Epheſ.cap.1. verſu 4.Non refero huius partis fundamenta; quia eis mihi vtendum eſt pro definitione huius rei. Nota ex noſtra doctrina diſp.22.cap.5.diſcrimen inter electionem, & dilectionem: nam cum comparantur ad idem obiectum,non ſunt actus diſtincti;ſed ſolũ per connotata ratione noſtra diuerſimode concipi poſſunt.Dicitur dilectio, in quantum vult bonum dilecto:electio vero, in quantum hoc bonum vult dilecto præ alijs.In hac comparatione neceſſario inuoluenda eſt alia voluntas, ſiue expreſſa, ſiue virtualis, non dandi alijs illud bonum: vt cũ quis animaduertens,ſe poſſe dare beneficiũ quatuor perſonis,& vni confert; aut expreſſe,aut interpretatiue vult non dare alijs, vel per actum poſitiuum liberum, vel per omiſsionem liberam.Recognoſce, quę dixi in eo cap.5.num.44.

22 *Chriſt.meruit electionẽ prædeſtinatorũ,in quãtũ eſt electio.* Ex hoc dico primo; Chriſtum Dominum meruiſſe electionem prædeſtinatorum, non tantum,vt dilectio eſt;ſed etiam,vt electio eſt. Probo concluſionem ex communibus principijs inter concertantes: nam conueniunt in Chriſti merito in ordine ad prædeſtinationẽ; vt conſtat ex cap.2.ergo omnes affirmãt Chriſtum meruiſſe omnes actus Dei, in quibus cõſiſtit prædeſtinatio, ſaltem vt libere terminãtur ad effectus:ergo omnes etiam cogũtur affirmare,Chriſtum meruiſſe ſpecialẽ illud beneficium prædeſtinationis,quod diſcernit reprobum,& prædeſtinatum;ac ſubinde, ſiue efficacẽ electionem ad gloriam ante merita; vt putat P.Suar.ſiue ſpecialem electionem noſtram non efficacem,ſiue electiones ſpeciales gratiarum cõgruarum cum maioritate beneficij,quę ſe cum affert;vt putat P.Vazq.de qua re tractaui diſp.23.cap.13. Ergo nihil eſt,aut in effectibus,aut in actibus voluntatis diuinæ, in quo ſuperat prædeſtinatus reprobum,quod Chriſtus non meruerit:ergo meruit electionem ſub ratione electionis. Probo hanc conſequentiam: quia Chriſtus Dominus, antequam haberet merita,& ea offerret,præſciebat,omnes homines eſſe macula peccati originalis conſperſos.Item præſciebat fore, vt ſi ab ipſo ſua merita Patri offerrentur indifferẽter pro omnibus hominibus, Pater eligeret hos prædeſtinatos ad gloriam, cuiuſuis naturæ ſit hæc electio:ergo,cum voluit offerre indifferenter, & de facto obtulit,voluit etiam virtualiter his præ alijs conferre benedictionem ſpecialẽ prędeſtinationis. Probo conſequentiam; quia cũ ſua oblatione indifferenti cõnexionem habebat infallibilem prædeſtinatio Patris: ergo in oblatione illa ſaltem indirecte voluit ipſam prædeſtinationem: ergo etiam voluit ſaltem indirecte his præ alijs conferri dona, quibus conſequuturi erant vitam æternam: ergo non ſolum voluit dilectionem ſpecialem, vt dilectio eſt,ſed etiam,vt electio eſt.Quod vero anima Chriſti perſpectum habebat,& omnes homines iacere in peccato originali; & fore,vt,ſi indifferenter offerrentur merita ab ipſo Patri; ille eligeret hos prædeſtinatos: ſumo ex 3.p.q.9.& 10.vbi de ſcientia animæ Chriſti,in qua oſtendo,animam Chriſti præditã eſſe ſciẽtia conditionali.

23 Dices,etiam ſuppoſita præſcientia,& oblatione indifferenti,liberum erat Patri, aut nullos,aut omnes,aut hos potius,quam illos præ eligere efficaciter: ergo ex oblatione illa indifferenti non fit,Chriſtum Dominũ meruiſſe electionem ſub ratione electionis.Probo cõſequentiam: quia non ſufficit voluntas cauſæ indifferentis, vt effectus ſit volũtarius indirecte. Reſpondeo dupliciter; cauſam indifferentem adhiberi poſſe;primo,ſine præſcientia conditionata euentus,ſi cauſa adhibeatur: ſecundo, cũm præſcientia, & cum ſpeciali complacentia in effectu, qui prænoſcitur ſub conditione cauſæ futurus.Concedo,voluntatem cauſę non eſſe voluntatem indirectam effectus primo modo.Nego vero,ſecundo modo voluntatem cauſæ non eſſe voluntatem indirectam, imo & directam effectus;vt declaraui diſp.23.cap. 13. Nec obſtat,ſemper libere Deum eligere hos potius, quam illos; nam etiam ſi Chriſtus prębabuerit ſpecialem illam applicationem ſolum meritorũ erga prædeſtinatos, quã adſtruit ſecunda ſententia;libere nihilominus abſolute eos eligit Deus. At electio, vt electio, adſcribitur Chriſto in ea opinione: ergo libertas Dei in eligendis hominibus non obſtat merito electionis,vt electio eſt. Ego vero arbitror ſecundo illo modo, vt minimum, ſe geſsiſſe Chriſtum in oblatione ſuorum meritorum; vt mox explano. An vero ſpecialiter ſua merita applicuerit pro prædeſtinatis, definio.n.26.

Nõ nego,prædeſtinatos multum debere liberalitatis electioni Patris,dũ ipſe libere, atq; ſine obligatione cogẽte hos potius deſignat ad beatitudinem præ alijs; nam licet præuiderit animã Chriſti Domini ſpecialiter cõplacuiſſe in ea cõnexione, quam præuidebat habere ſuam oblationẽ indifferẽtẽ cum electione Patris erga hos homines:at,cum illa non ſit efficax,& abſoluta ex natura ſua, non inducebat obliga-

Digitized by Google

obligationem in Patrem ad illam acceptandã: nam ſicut voluntas Dei conditionata de aliquo obiecto non inducit obligationem, licet Deo gratum faciamus, cum eam adimplemus; ita nec Pater tenebatur acquieſcere cuicumq; Chriſti petitioni, atq; orationi, niſi eis, quæ procedunt ex volũtate abſoluta; licet dum acquieſcit, gratũ Chriſto faciat. Quo fit, Deum ex vna parte liberalem eſſe erga prædeſtinatos in deſignãdis certis hominibus ad beatitudinẽ, & ex alia Chriſto gratũ facere, dum ſe ſe accommodat ſpeciali complacentiæ animæ eius.

24 *Diſcrimẽ inter rem noſtrã, & exẽplũ P. Suar.* Ex hoc cernes diſcrimen inter rem noſtrã, & exemplum, quod protulit P. Suarez n. 19. nam cum teſtator ille præſcribit centum determinatas Virgines, quæ nuptijs dentur ex vna ciuitate, inducit obligationem in hæredem, quia Virgines illæ ex deſignatione comparant ius ad rem in quantitatem dotis: at complacentia illa ſpecialis Chriſti in electionem Patris, quam præſciebat futuram, & ſi ipſi indifferenter offerret ſua merita, nullam inferebat in Patre obligationem, vt dixi. Stat ergo ex vna parte Chriſtum Dominum ſpecialiter complacere in certis hominibus prædeſtinatis, & ex alia parte illos Deum liberaliter eligere.

Non ſunt connexæ duæ cõtrouerſiæ. Ex his colligo, nihil obſtante oblatione indifferenti Chriſti Domini ſuorum meritorum, poſſe nihilominus tribui voluntati Chriſti Domini electionem ſub ratione electionis, adhibita ea ſpeciali complacentia ſuæ voluntatis, quam explicui num. 23. atq; adeo vtramq; illam partem controuerſiæ propoſitæ non eſſe inter ſe connexam, vt putauit P. Suarez, & vt ego animaduerti in principio huius capitis. Vnde illa maior, in qua dicitur, vt proprie electio ſecundum rationem electionis facta ſit ex meritis Chriſti, ſpecialiter præapplicari debere à Chriſto ſua merita pro certis hominibus, negari debet propter rationem à nobis explicatam ſupra; quæ etiam roboratur ex dictis à nobis cap. 1. num. 3. Ex quibus certum videtur, Chriſtum Dominum meruiſſe prædeſtinatis propriam ipſorum electionem; quæ propoſitio intelligenda eſt in ſenſu formali, cũ nihil ſit, quod ipſam reſtringere poſsit ad ſenſum materialem, ſeu ſpecificatiuum: ergo certum eſſe debet, Chriſtum Dominum meruiſſe electionem ſub ratione electionis. At non habet eamdem certitudinem alia pars; nimirum ſpecialiter, atq; inæqualiter direxiſſe ſua merita pro prædeſtinatis, vt conſtabit ex dicendis num. 26. Ergo ea propoſitio de merito electionis formaliter defendi debet independenter ab alia parte de ſpeciali applicatione meritorum.

25 *P. Vazq.* Hinc etiam noto; P. Vazquez in eo cap. 3. num. 18. non bene affirmare, vt aliquid ſit cauſa eligendi vnum ex multis, non oportere eſſe cauſam, vt vnus potius, quam alius liberetur; ſed ſatis eſſe, ſi ipſe pro omnibus indifferẽter oret, & Iudex precibus inclinatus, vnum, aut alterum concedat, quem alioquin à morte nõ liberaret. Nam cum electio, vt diſtinguitur à dilectione ſecundum propriam rationem formalem, contineat comparationem, & prælationem vnius præ alijs; & voluntatem, aut expreſſam, aut interpretatiuam non dandi alijs illud ſpeciale bonum; licet tota electio, & quidquid boni per illam confertur à Deo, processerit à meritis Chriſti; ac proinde omnis diſcretio inter prædeſtinatum, & reprobum, at ſi oblatio eſt omnino indifferens pro omnibus, cum in illa nulla contineatur comparatio, nec prælatio, non poteſt dici meruiſſe Chriſtum electionem ſub ratione electionis; ſed tantum ſpecificatiue, & materialiter. Vnde electio formaliter, vt ſic, liberalitati Dei tribuenda erit; vt bene probat ratio formata à P. Suarez, quam propoſui num. 19. Eodem modo ſe res habet in exemplo, quo vtitur P. Vazquez: nam is, qui vniuerſalibus precibus orat, licet iudex inclinatus vnum, aut alterum liberet, meretur quidem omnem libertatem, non tamen electionem ſub ratione electionis, quæ arbitrio iudicis tribuenda erit. At poſita illa noſtra ſpeciali complacentia in electionem Dei præcognitam futuram, iam Chriſtus habet ſpecialem complacentiam erga prædeſtinatos, licet ex alia parte ex æquo redemptionem ſuam pro omnibus offerat Patri, ac ſubinde propter hanc inæqualitatem ipſi Chriſti voluntati electio Dei tribui poterit; quando, vt ei gratum faceret, prædeſtinatos ſuos ſic elegit.

Dico ſecundo: probabilius mihi eſt etiam Chriſtum Dominũ ſpecialiter applicuiſſe ſua merita pro prædeſtinatis. Vt probem concluſionem hanc; ſupponendum eſt, Chriſtum Dominum ante vllum meritum, ac proinde ante vllam Dei electionem prædeſtinatorum præditum fuiſſe ſcientia conditionali, per quam nouerat omnes homines ex Adamo deſcendẽtes ſecundum naturalem rerum curſum habituros exiſtẽtiã in rerũ natura certo tempore, & loco à certis parentibus; nouerat etiam vocationes cõgruas pro omnibus ſecundum varias rerum circumſtantias, & etiam nõ congruas. Poſt verò habita ſua merita ea applicuiſſe exiſtimo, atq; ſpecialiter obtuliſſe Patri; vt his hominibus, qui prædeſtinati ſunt, conferret illas eaſdem vocationes in his tẽporibus, locis, & opportunitatibus, in quibus nouit forè congruas vſq; ad vltimã perſeuerantiam in gratia. Item applicuiſſe pro reprobis ſua merita, vt Deus eis conferret eaſdem vocationes, quas nouit 26 *Chriſtus D. ſpecialiter applicuit merita pro prædeſtinatis.*

Eee tantum

Digitized by Google

tantum fore ſufficientes; quibus, quia ipſi noluerunt conſentire,in peccato tandē decedent, atq; damnabuntur. Concluſionem hanc probāt primo omnia,quæ diximus cap. 2.& 3.pro merito Chriſti in ordine ad prædeſtinationem, in quantum eſt prælectio:nam licet per illam ſpecialem complacentiam, quam explicui cōcluſione prima, aliqua ratione ſaluetur meritum electionis, vt eſt electio:at ſi Chriſtus Dominus applicuit ſpecialiter ſua merita,vt dicimus in hac ſecunda concluſione; manifeſtum eſt, meritum electionis formaliter perfectius intelligi: ergo ſi in hoc modo merendi nulla eſt imperfectio, nullum incommodum,Chriſto Domino tribuendus erit.

Ioan.13. *Probatio ex ſacra Scriptura*

27 Secundo probo ex illis verbis Ioannis,cap. 13.*ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus;& quia à Deo exiuit,& ad Deū vadit: ſurgit à cœna,& ponit veſtimēta ſua,&c.*Quaſi diceret:voluit Chriſtus diſcipulorum lauare pedes; quia hoc humilitatis ſingulare exemplum magnopere ad eorum ſalutem, eruditionemq; pertinere iudicauit. Vnde illud,*quia omnia dedit ei Pater in manus*, intelligēdum eſt de omnibus, quæ ad ſalutem hominum pertinent, quia hæc ſciebat ſibi eſſe à Patre tradita,atq; commiſſa. Ita Chryſoſtomus, atq; Theophilactus. (Chryſoſt. Theophil.) Ergo negotium prædeſtinationis hominum Chriſto Domino cōmiſſum fuit: ergo electio, vt electio.In hunc locū circa illam difficilē cauſalem, *& quia a Deo exiuit, & ad Patrē vadit*,magna eſt controuerſia de cohærentia eius; ſed quæ ad nos non ſpectat.Vide Maldonatum. (Maldon.)

Matth.11. Ioan.6.

Confirmo hoc ipſum ex Matthæo cap. 11. in illis verbis:*ita Pater,quoniam ſic placitū fuit ante te, omnia mihi tradita ſunt à Patre meo*: iunctis verbis Ioānis cap.6.*omne,quod dat mihi Pater,ad me veniet,& eum,qui venit ad me,nō eijciā foras;quia deſcēdi de cœlo,nō vt faciā volūtatē meā,ſed voluntatem eius,qui miſsit me;hæc eſt autem voluntas eius, qui miſsit me Patris,vt omne,quod dedit mihi,nō perdā ex eo.*Circa locū Matthæi,illud *omnia*,Hieronymus,& Beda (Hieronym. Beda.) interpretantur *omnes homines*, qui veniunt ad Patrem,hoc eſt prædeſtinatos;de quibus nullū perdidit;vt dixit idē Chriſtus Ioannis 18. (Ioan.18.) *quos dediſti mihi,nō perdidi ex eis quemquā.*Hanc interpretationem confirmat textus ipſe, qui ait, omnia tradita ſibi eſſe à Patre;hoc eſt, reuelata, quæ ad fidem pertinent,myſteria, & cōmiſſas collationes gratiarū, quibus mandata Dei perficimus,& labores, atq; ærumnas huius vitæ perferimus; quoniam ſic placitum fuit ante Patrem. Vnde adiecit Chriſtus Dominus;*nemo nouit filiū,niſi Pater,neq; Patrem quis nouit,niſi filius, & cui voluerit filius reuelare: venite ad me omnes, qui laboratis,& onerati eſtis, & ego reficiam vos.*Quaſi diceret,mihi a Patre tradita eſt diſtributio donorum,quibus diuina fidei myſteria cōparari, atq; præcepta adimpleri, atq; iuſtificatio,&gloria obtineri poſsint:accedite ergo o homines ad me, ego ſuauitate, & delectatione harum gratiarum onera veſtra leuabo.Quid verò ſibi velit,cum cap.6.Ioannis (Ioan.6.) dixit,ſe deſcendiſſe,vt faceret Patris voluntatē, non propriam, explico in diſcurſu, quo probanda eſt noſtra concluſio.

Mat.28.

Confirmo ſecundo ex Matthæo cap.28 ibi: *data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra: euntes ergo docete omnes gentes.* In quæ verba nota, Arianos contra diuinitatē ex hoc loco obieciſſe;quia ſi Deus eſſet,nō diceret poteſtatem datā;ſed ſibi innatā.Sed Patres Eccleſiæ,vt Cyrilus,Athanaſius,Gregorius Niſſenus,& alij (Cyrilus. Athanaſ. Gregor.) reſpondent,Chriſtum accepiſſe poteſtatem, vt homo,quam vt Deus naturaliter habebat.Loqui verò Chriſtum de poteſtate in ordine ad dona gratiæ, quā habebat, vt redēptor omniū hominū; dubitari nō poteſt:tū ꝓpter cōmunē Patrū ſententiā: tū ex cōtextu, in quo addidit:*euntes ergo docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine Patris,&c.*Ac ſi diceret:quandoquidē ad me miſsi eſtis,cui data eſt omnis poteſtas in cœlo,& in terra, a me vobis communicata:tute ergo poteritis homines docere nō humanā ſapientiā,qua nihil eſt regno meo magis aduerſum;ſed diuinam, quæ apud homines ſtultitia eſt:docete crucem meam,&c.Quod ſi omnis poteſtas diſtribuēdi dona gratiæ in cœlo,& in terra data eſt Chriſto homini à Patre, ad illū ſpectabat applicare merita ſua efficaciter certis hominibus:nā ſi ante Chriſti ſpecialē applicationem a Patre id prædefinitum fuiſſet; nō poſſet dicere,datā ipſi eſſe omnem poteſtatem, ſed merā exequutionē eorū, quæ a Patre decreta ſunt.Sicut ſi Princeps apud ſe ſtatuiſſet officia Regni determinatis hominibus tradere,& id cōmitteret expreſſo ſcripto exequēdū alicui gubernatori;nihil ille poſſet mutare, ſed tātū præſcriptum Principis exequi:ac propterea dicere nō poſſet,datā ſibi eſſe omnē poteſtatē in eo Regno,aut Prouincia,ſed ſolā exequutionē.Ergo cū Chriſtus Dominus affirmet,traditā ſibi eſſe omnē poteſtatē diſtribuēdi dona ſupernaturalia,cōſtituendi hunc hominem Apoſtolū,alium Prophetā,alium Doctorē,aliū Martyrē,alium Cōfeſſorem,&c.& cōferendi præmia horum munerum in cœlo;dicendum nō eſt ad ipſum tantum pertinuiſſe merā exequutionem,ſed primam etiam electionem. Id etiam ſignificat Dauid Pſal.2. (Pſal.2.) *Dabo tibi gētes hæreditatē tuam, & poſſeſsionē tuam terminos terræ.* Et Iſaias cap.49. (Iſai.49.) *Ecce dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ.* Et infra. *Hæc dicit Dominus: in tempore placito exaudiui te,& in die ſalutis auxiliatus ſum*

Digitized by Google

ſum tui, & ſeruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt ſuſcitares terram, & poſsideres hæreditates diſsipatas; vt diceres his, qui vincti ſunt, exite: & his, qui in tenebris, reuelamini. Hanc eamdem poteſtatem confirmat Daniel cap. 7. vbi loquens de filio hominis ait: *dedit ei poteſtatē, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ſeruient ei: poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur; vnde in nomine Ieſu omne genu flectitur.*

Daniel 7.

28 Tertio probatur ex verbis Chriſti Domini Ioannis 15. vbi agens cum ſuis Apoſtolis, vt ſuum erga ipſos amorem oſtenderet, & argumento confirmaret, dixit: *non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos.* Circa quæ verba eſt diuerſitas ſententiarum: nam Auguſtinus lib. de prædeſt. ſanctorū, cap. 17. & Proſper lib. contra Collatorē, & in cōmentario in Pſal. 131. ea de prædeſtinatione interpretantur. Verū in eis nō agi de prædeſtinatione, ſed de electione ad officiū Apoſtolorum, bene probat Maldonatus in hunc locū, & ex contextu videtur perſpicuum: nam addit, *& poſui vos, vt eatis, & fructū afferatis:* in quibus agit de electione, per quā miſsi ſunt in orbem terrarum Apoſtoli. Id etiam probat cap. 6. Ioannis, ibi. *non ne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus Diabolus eſt?* ergo non agit de electione prædeſtinationis: nam qui prædeſtinatus eſt, Diabolus fieri nequit. Et ita ſentiunt Chryſoſtomus, Cyrilus, Leontius, Theophilactus, Eutymius, & alij plures. At ſi verba hæc probant, Chriſtū Dominū per applicationē ſuorū meritorū fuiſſe primū Apoſtolorū electorē, & voluntatē Patris in eo cōformatā fuiſſe volūtati Chriſti: quare id ipſum non affirmetur de alijs prædeſtinatis, qui ſalutē conſequuti ſunt miniſterio, & prædicatione Apoſtolorum, & ſucceſſorum illorum?

Ioan. 15. Auguſt. Proſper. P. Maldonatus. Ioan. 6. Chryſoſt. Cyrilus. Leontius. Theophilactus. Eutymius.

29 *Probatio ex ratione.* Quarto cōcluſionē probo, & declaro ratione, in qua aperio mentē propriā circa modum, quo ſe geſſerunt volūtas Dei ex vna parte, & Chriſti ex alia; & quo pacto ſe ſe mutuo cōformauerint in negotio prædeſtinationis hominū. Pro quo obſerua primo; ex parte Dei præceſſiſſe ſcientiā cōditionaliū, qua prænouit fore, vt ſi produceret Chriſti humanitatē, & eā cumularet dono vnionis diuinæ, gratiæ habitualis pene infinitæ, lumine gloriæ, viſione, atq; amore beato, & ſua adeſſet omnipotētia pro omnibus actibus liberis, quæ de facto habuit toto decurſu vitæ; fore, inquā, vt ab hac humanitate ijs beneficijs donata perſolueretur pretiū redēptionis noſtræ, & cōſtitueretur meritū omnis prædeſtinationis, atq; donorū. Etiā nouit per ſcientiam cōditionatā, fore, vt habito hoc merito, & pretio ſoluto, eoq; ab ipſa præuiſo exiſtēte in propria mēſura tēporis, ab illa volūtate humana ſpecialiter applicarētur ſua merita (quorū Dominus erat) pro certis hominibus, pro his nimirū, qui de facto prædeſtinati ſunt. Ex hoc duplici actu præſcientiæ cōditionatæ in mēte diuina exiſtente, duplicem actū cōplacentiæ in voluntate Dei conſiderare poſſumus. Primum; quo complacuit in futuritione cōditionata meritorum Chriſti: ſecundū; quo in futuritione cōditionata ſpecialis applicationis. Deum autem complacere libere in exiſtentijs conditionatis rerum, docui, diſp. 23. c. 13.

Poſt hanc præſcientiā, & cōplacentiā immediate habuit decretū efficax mittēdi Chriſtū, & eū donādi vnione ad Verbū, gratia habituali, lumine gloriæ, viſione, & amore, atq; aſsiſtētia ſuæ omnipotētiæ. Ex hoc decreto, ſeu in ipſo præſuppoſita præſcientia cōditionali dicta, immediate prænouit futura abſolute omnia merita Chriſti: futuram quoq; ſpecialē applicationem meritorum ex parte eius, hoc diſcurſu virtuali. Ego ſcio cōditionate futura eſſe merita ex hac humanitate, ſi illā cumulauero beneficijs iam enarratis; & modo ſcio me decreuiſſe eam ita cumulare. ergo erunt abſolute merita, eritq; ſpecialis illa applicatio. De hac re egi tractatu de ſcientia Dei diſp. 6. cap. 4. n. 38.

Antequā procedamus ad reliquos actus voluntatis diuinæ; videamus, quid tunc agebatur in intellectu, & voluntate humana Chriſti. Ipſe ergo exiſtens iam ex hoc Dei decreto, tū ſcientia beata, tum ſcietia infuſa cognoſcebat, & actus illos ſcietiæ cōditionatæ Dei, & cōplacentias erga obiecta illa cōditionata. Videbat quoq; tū ex decreto efficaci Dei, tum in obiectiua veritate ipſorū meritorū ea eſſe iam abſolute futura, & exequutioni mādata in propria menſura tēporis. Deinde immediate ipſorū valorē meritorū, atque ſatisfactoriū, ſpeciali voluntate applicuit pro prædeſtinatis, quos etiā nouerat per ſuam ſcientiā conditionatā eo modo, vt notaui num. 26. Ad hanc autem applicationē; imo & ad ipſa merita exiſtentia, ſolū præſupponebatur ex parte Dei complacentia illa voluntatis ſuæ in futuritione conditionata, tum meritorum, tum ſpecialis applicationis. Ideo verò Chriſtus Dominus ſpecialiter applicuit ſua merita pro prædeſtinatis, quia prænouit Deū in ſtatu conditionato complacuiſſe in futuritione cōditionata iuſtificationis, perſeuerātiæ, & cōſequutionis gloriæ prædeſtinatorū; nō verò cōplacuiſſe in ſimili futuritione cōditionata, quā præuidit ex parte reproborū, ſi eis largiretur alias gratias, in alio rerū ordine. Itaq;, quia nouit Chriſtus Dominus propter hanc complacentiam circa hos prædeſtinatos, gratum fore Patri ſuo, ſi ſpecialiter, atq; efficaciter, hoc eſt, cū effectu eis ſua merita applicaret, ideo re vera ſic accōmodauit. Hāc volūtatē

Digitized by Google

mihi videtur explicuiſſe Chriſtus Dominus, cum dixit Ioannis 6. *omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet*: hoc eſt, ego faciam, vt cum effectu ad me veniat per ſpecialem applicationem meorum meritorum omnis homo, in quo ſcio ſpecialiter complacuiſſe voluntatem Patris: nam ideo deſcendi de cælo, vt faciam voluntatem eius, qui miſsit me, non ſolum in producẽdis meis meritis, ſed etiam in eis ſpecialiter offerendis; atque adeo non perdam quemquam ex his, quos dedit mihi Pater. Id etiam ſignificat, cum dixit Ioannis 17. *manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo, clarificans te ſuper terram*. Et cũ dixit: *ego pro eis rogo; non pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi*. Pro eis; hoc eſt, pro prędeſtinatis rogo petitione efficaci, non tãtũ ſufficienti. Et cum addit, *quia tui ſunt, & mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt*; mire declarat mutuum complexum vtriuſq; volũtatis, ſic dicens. Exaudi orationem meã, O Summe Pater, quia non oro pro mundo; hoc eſt, pro hominibus ſceleratis, incredulis, reprobis, indignis hoc tanto beneficio; ſed pro his, qui tui ſunt, quia tu ſpecialiter, atq; liberaliter cõplacuiſti in eis: quique credent, & ſermonem tuum ſeruabunt, & tecum perpetuo viuent: quiq; mei ſunt, quia ego illos pretio mei ſanguinis redemi, & mea ſpeciali voluntate elegi. Vnde, *& omnia mea tua ſunt, & tua mea ſunt*. Hinc Deus exaudiuit Chriſtum pro ſua reuerentia, atq; elegit prædeſtinatos omnes indiuiſibili quodã actu voluntatis ſuæ, eligens ipſos ad gloriã, vt connexam cum illis medijs gratiæ, quæ præuiderat fore congrua in hoc ſtatuto rerum ordine. Hanc electionem ſpecialẽ fuſe explicui diſp.23.cap.13. poſt hanc verò a Chriſto Domino comparatam ſuis meritis, atq; præuiſam, dixiſſe mihi videtur apud Ioannem in eo cap. 17. *quos dediſti mihi, cuſtodiui, & nemo ex eis perijt*. Quæ verba immediate ſubijciũtur poſt Chriſti orationem, in qua continetur ſpecialis meritorum ſuorum applicatio: nam, impetrata ſpeciali ea electione propria prædeſtinatorum, immediate vidit, infallibiliter futurũ eſſe, vt ipſi conſequantur gloriam: ac ſubinde cum omni ſecuritate dicere potuit, neminem perijſſe ex his, quos dedit ei Pater ſeruandos, & cuſtodiendos in hoc mundo: dedit verò propter ſpecialem illam complacentiam in futuritione conditionata explicata; Chriſtus autem ſeruauit efficaciter propter eam ſpecialem applicationem: vel etiam dedit, quia in genere cauſæ efficientis Deus in prædeſtinatis produxit, quidquid habent tum naturale, tum ſupernaturale.

Ioan. 6. *Ioan.17.* *Ioan.17.*

30 Ecce ergo quo pacto tota prædeſtinationis œconomia gubernata fuerit: & qua ratione ſe ſe mutuo voluntates, humana Chriſti, & diuina Dei reſpexerint, & inter ſe ſe conformauerint: nam ex vna parte Chriſtus Dominus non ſolũ merita ſua protulit liberaliter pro omnibus hominibus, ſed etiam ſpecialiter obtulit pro prædeſtinatis. Nam, licet ad hanc oblationem ſpecialem inclinatus fuerit à diuina cõplacentia præuiſa in futuritione cõditionata eius applicationis; vt explicui numero ſuperiori: at enim nullã ea complacentia inducere potuit obligationẽ in humanam Chriſti voluntatem; quia ſolũ fuit ſimplex affectus in ſtatu cõditionato eius ſpecialis applicationis; ideo igitur ea à Chriſto Domino omnino liberaliter exhibita fuit: nõ tamen ita ſe res haberet, ſi ad eam applicationem, ſeu orationẽ pro prædeſtinatis præſupponeretur in Deo decretum efficax, abſolutaq; prælectio: nam ea proculdubio inferret obligationem in Chriſtum ſe illi conformandi; ac ſubinde non foret primus liberalis elector, ſed obligatus exequutor rigidi Patris decreti, quod non bene conſonat cum munere perfectiſsimo Redemptoris noſtri, cũ gloria, & honore Chriſti Domini. Ex alia verò iam voluntatem ſuam humanam accommodabat priori aliquali Patris voluntati.

Quo pacto ſe geſſerint volũtas Dei, & humana Chriſti in negotio prædeſtinationis.

Ex parte verò Dei præuiſis tum Chriſti meritis cum omni ſuo valore meritorio, atq; ſatisfactorio, vt materia præſuppoſita, propter quam poſtulabat à Patre pro prædeſtinatis gloriam, & omnem ſeriem gratiarum congruarum; tum etiam præuiſa hac ſpeciali, atq; efficaci oratione, ſe accommodans cum hac Chriſti voluntate humana, habuit ſpecialem electionem propriam prædeſtinatorum, per quam indiuiſibiliter eis voluit gloriam, & ſeriem gratiarum congruarum. Is actus eligendi ſimul eſt efficax, & inefficax comparatione diuerſorum; efficax quidem antecedenter, in quantum confert dona, quæ non pendent a libera cooperatione voluntatis: inefficax vero conſequenter in conferendis donis, quæ pendent: at poſt præuiſam liberi arbitrij cooperationem tranſit in abſolutum; vt ſæpe explicui in hoc tractatu, ac nominatim diſp. 23. cap. 13. Voluntatem diuinam ita ſe accommodaſſe humanæ Chriſti volũtati, probant, quæ produxi pro ſecunda concluſione roboranda. Nec in hoc modo ſe conformandi video incommodum alicuius momenti: nã quemadmodum nullum hominum peccatum condonauit Deus, niſi prius præſuppoſita Chriſti Domini ſatisfactione oblata à Chriſto Patri, & in eo voluntas Dei ſe accommodauit humanæ volũtati Chriſti; ita ſine incommodo dicere poſſumus, nullum ex hominibus poſt peccatum Originale elegiſſe ad gloriam; nulli gratias congruas præparaſſe, niſi prius

præſuppo-

Digitized by Google

præſuppoſito merito Chriſti, eoq; ſpecialiter applicato pro tali electione. Id, quod maniſeſtius fiet, cum fundamenta P. Suarez diluamus, & alias obiectiones explanemus.

31 *Obiectio prima.* Sed contra primo; ex noſtro diſcurſu ſequitur, hanc eſſe optimam cauſalem: *ideo prædeſtinati à Deo ſpecialiter electi ſunt, atque acceperunt gratias congruas; quia Chriſtus Dominus pro eis tantum eas meruit, & ſua merita pro eis tantum ſpecialiter applicuit: & reprobi ideo non electi ſunt ſpeciali electione, nec gratias congruas acceperunt, quia nō meruit eas pro eis, nec ſpecialiter applicuit.* Hæc autem cauſalis dura videtur, & deuoratu difficilis: etenim ex ea fieri videtur, reprobationem hominum referendam tandem eſſe, vt in primam cauſam radicalem, in defectum eius ſpecialis applicationis Chriſti; hoc autem videtur abſurdum: nam prima reprobationis cauſa eſt peccatum reprobi, non defectus orationis Chriſti; vt doceo in ſecunda parte tractatus diſp. 33. cap. 3. Quod verò ex ea cauſali ſequi videatur, primam radicem reprobationis reuocari ad defectum ſpecialis applicationis, probo ſic: nam ſi Chriſtus ſua merita dirigeret, vt non electi à Patre ſpecialiter eligerentur, ipſiſq; conferret gratias, quas prænouit congruas fore; proculdubio Pater exaudiret preces Chriſti, & impetratis eis auxilijs, conſequerentur vitam æternam: ergo ideo non electi non ſaluantur; quia Chriſtus non direxit merita ſua ad obtinendas gratias congruas pro non electis.

Obiectio 2. Contra ſecundo; nullum finem honeſtum huius inæqualis applicationis habere potuit humana Chriſti voluntas: nam quis ille erit? An ne, quia præuidit, prædeſtinatos maiores acturos gratias pro beneficio, quam non prædeſtinatos, ſi prædeſtinarentur? Minime ſane. An, quia ex parte ſubiectorum aliquod habuit ſpeciale motiuum? Nequaquam. Quapropter illi ſpeciali electioni ſubeſſe videtur vitium, ſeu vmbra acceptionis perſonarum. Si dicas, motiuum fuiſſe eam ſpecialem complacentiam præuiſam in Patre: in voluntatem Patris idem inſtituitur argumentum. Nam quare ſpecialiter complacuit in futuritione conditionata prædeſtinatorum, & non in alia ſimili reproborum, quam prænouit? quemnā propoſuit honeſtum ſibi finem? cum tanta gloria Deus ipſe, atq; Chriſtus afficiēdi forent, ſi alios prædeſtinaſſent.

32 *Nō eſt diſcrimē Phyſicū inter auxilium efficax, & ſufficiens.* Prima obiectio male vrget authores, qui phyſicum diſcrimen cōſtituunt inter auxilium efficax, & ſufficiens in actu primo: nam nō electi, quibus ſolum meruit Chriſtus gratiam ſufficientem, ſaltem ad decedendum in gratia, iuſtam videntur habere querelam in Chriſtum Dominum, quatenus ſolum eis meruit auxilium, cum quo propter eius naturam, in quantum ſufficiens, negatio adimpletionis præcepti obligantis adeò eſſentialiter coniuncta eſt, ſecundum horum authorum ſententiam, vt nec de potentia abſoluta voluntas ipſorum cū ſolo auxilio ſufficienti coniugere poſsit obſeruationem vltimi præcepti. Sed de hoc alias. At in ſententia, quam tueor, & ex profeſſo declaraui in tractatu de Auxilijs, quæ nullum cōſtituit diſcrimen phyſicum in natura auxilij ſufficientis, & efficacis; imo ſæpe auxilium ſufficiens vberius eſt, & magis habet de entitate grātiæ, facilis eſt obiectio dilutu: nam Chriſtus Dominus meruit, atq; petiuit pro ſingulis hominibus eadem auxilia, quæ habuerunt, habent, ac habituri ſunt. Vnde affirmare poſſumus, pro omnibus meruiſſe auxilia cum ea virtute efficiendi proxima, vt voluntas immediate cooperari poſsit, quin aliquid virtutis deſideretur in ipſo auxilio. Quod verò hæc in prædeſtinatis congrua, atq; efficacia fuerint; ex bono vſu liberi arbitrij adiuti gratia, tamquam à prima radice, petendum eſt, tum in ſtatu conditionato, tum in ſtatu abſoluto; vt fusè explicui in prædicto tractatu. Nō ergo reprobis meruit auxilia non congrua, aut inefficacia formaliter vt ſic reduplicatiue; ſed ſufficiencia, ideſt ex ſe indifferentia ad congruitatem, & nō cōgruitatē; ad efficaciā, & inefficaciā. Quapropter Chriſtus Dominus nō direxit ſuā orationē, vt Deus reprobis cōferret auxilia inefficacia, & nō cōgrua vt ſic; nec ex Chriſti oratione originem duxit, eis diſtribui gratias nō congruas; ſed ex negata cooperatione libera ab ipſorū arbitrio. Cuius ratio à priori eſt: quia auxiliū inefficax, ſeu non congruum, vt ſic ſecundum rationem, quam addit ad ſufficiens, & per quā diſtinguitur ab efficaci, ſolū inuoluit in ſubiecto rationē negatiuā, nō virtutis efficiēdi in ipſo auxilio ſufficiēti; nā hanc ſæpe æqualē, aut maiorem habet, quam efficax, ſed cooperationis liberæ: atqui, vt per ſe conſtat, Chriſtus Dominus nō direxit ſua merita, atq; orationē, vt reprobus nō reſpōdeat vocāti Deo; nō acquieſcat annuenti; aut vt non eligatur ſpecialiter à Deo: imo quantū eſt in ſe, ardēter cupiebat, vt reprobi omnes Deo ſe obediētes exhiberent vſq; ad perſeuerantiā in gratia, & ab ipſo gloria donarentur: ergo conferri reprobis gratias inefficaces nō eſt adſcribendū orationi Chriſti Domini, ſed libero arbitrio. *Satisfactio ad primam obiectionem.*

At obijciat aliquis; Chriſtus direxit ſua merita, vt Deus largiretur non electis ea numero auxilia, quæ largitus eſt. Sumo vltimum: illud auxilium numero habet adiunctam negationē congruitatis, & efficacitatis: ergo ſaltē indirecte Chriſtus Dominus, dū voluit, vt cōferretur 33 *Replica.*

Digitized by Google

hoc numero auxilium, voluit, vt reprobus in vltima occaſione non reſponderet. Probo cõſequentiam: etenim illud indiuiduale auxilium eſt ſaltem diſtinctum numero ab alio, quod præcognitum fuit, fore efficax in illa vltima occaſione: ergo qui meruit, atq; orauit pro hoc numero auxilio, indirecte voluit negationem alterius numero auxilij efficacis: ergo etiã indirecte voluit, vt homo ille non reſponderet in vltima occaſione.

Enodatio. Reſpondeo, diſtinguendo minorem obiectionis: *illud numero auxilium habet adiunctam negationem congruitatis ex malo vſu liberi arbitrij*; cõcedo. *Vt eſt à Chriſto Domino, tamquam à cauſa meritoria*; nego. Nam, vt ſic, tantum eſt auxilium ſufficiens ſecundum rationem indifferentẽ ad efficax, & non efficax; ad congruum, & incongruum, vt dixi. Conſequentiam verò abſolutè nego. Ad probationem concedo antecedens, & primam conſequentiam: nego autem ſecundam. Vt verò intelligas rationẽ, quare nego ſecundam hanc conſequentiam; diligenter obſerua, in eo numero auxilio, quod eſt ſufficiens, duplicem negationem conſiderari oportere. Prima negatio eſt alterius numero auxilij quoad indiuiduationem, quod ſi daretur, foret opportunum. Secũda negatio eſt boni vſus. Prima illa negatio neceſſario connexa eſt cum entitate auxilij ſufficientis ſecundum indiuiduationem eius. Secunda vero non tantum accidentario, ſed etiam contingenter adeſt, & abeſt; vt ſatis explicui. Ac propterea verum eſt, Chriſtum Dominum, qui obtinuit à Patre, vt non electo daretur hoc numero auxilium in hac vltima occaſione, indirecte neceſſario voluiſſe negationem alterius numero quoad entitatem: non autem verum eſt, aut directe, aut indirecte obtinuiſſe, aut voluiſſe ſecundam negationem boni vſus; quia hæc ſolum contingenter coniungitur cum eo auxilio. V. g. ſumo Petrum, vt eſt hoc indiuiduum neceſſario ſequitur ad eius entitatem negatio Pauli, vt eſt etiam tale indiuiduum. Sumo item vtrorumq; voluntates: ad eas neceſſario ſequitur mutua negatio: at ſi Petrus amat Deum, non Paulus; ad Pauli voluntatis entitatem non ſequitur neceſſario carentia amoris, ſed contingenter. Nec qui impetrauit produci Paulum cum ea voluntate; ei priuatio amoris voluntaria eſt; quia ad voluntarium indirectum non eſt ſufficiens voluntas cauſæ indifferentis, ſed determinatæ, aut à natura, aut ab obligatione morali ex officio, aut alia deputatione. Pari igitur ratione Chriſto Domino merenti auxilium ſufficiens reprobi, vt eſt cauſa indifferens, nec directe, nec indirecte voluntaria eſt negatio reſponſionis.

In auxilio ſufficienti duplex negatio.

34 Placet modo ex hac doctrina euoluere cauſales illas obiectas; quia latet ſub illis obſcura æquiuocatio. *Ideo prædeſtinati ſunt à Deo ſpecialiter electi; quia Chriſtus Dominus eis meruit gratias congruas.* Hæc cauſalis legitima eſt; at adhibetur particula excluſiua *tantum*; in qua & continetur pars affirmans, meruiſſe pro prædeſtinatis gratias congruas; & negans, meruiſſe gratias congruas pro non prædeſtinatis: iam dixi, ſecundum partem affirmantem, legitimam eſſe. Pars verò negans ſic diſtinguenda eſt: *non meruit pro reprobis gratias congruas, quia tantum meruit gratias indifferentes ad congruitatem, & negationem congruitatis*; concedo: *quia direxit ſua merita ad ipſam negationem congruitatis*; nego. Nam, licet optime perſpectum habuerit, eis numero gratijs adeſſe negationem congruitatis; non tamen illam intendit, aut directe, aut indirecte: imo potius, ſi à Chriſto Domino petamus, vnde nouerit, eis gratijs coniunctam eſſe negationem congruitatis, reſpondebit; quia liberum arbitrium, cum poſſet coniungere cõgruitatem, ſubtraxit bonum vſum. Propter quam etiam rationem meritum, ſeu applicatio Chriſti cadit ſupra eas gratias, quæ ideo non ſunt congruæ, quia liberum arbitrium, cohibendo cooperationem, fecit non cõgruas, hoc eſt, opere vacuas. Vnde in ipſum refertur prima radix non congruitatis.

Explicantur cauſales obiectionis.

Secundum hanc doctrinam, illa alia cauſalis, *ideo reprobi non ſunt electi ſpeciali electione, nec acceperunt gratias congruas; quia Chriſtus non orauit, vt ipſa conferrentur à Deo*, aut abſolute neganda eſt, nam cauſa referenda eſt in negationem boni vſus liberi arbitrij: aut diſtinguenda eſt; vt dixi. Ex quo etiam ſatis conſtat, reprobationem, ac maxime poſitiuam, referendam eſſe in peccatum reprobi.

An vero negatiua, hoc eſt, non electio ſpecialis, aut referenda ſit in Deum, aut in Chriſtum Dominum, aut etiam aliqua ratione in ipſum reprobum? diſp. 33. cap. 3. differo. Hoc tantum pro nunc obſeruatum velim, voluntatem dandi gratiam, & gloriam reprobis, & prædeſtinatis ex parte obiecti eſſe actus in diuina voluntate veluti numero diſtinctos: nam, licet vnis velit gratias congruas, alijs nõ congruas; at hæ gratiæ ſolo numero differunt; vt dixi: ergo ex parte obiecti voluntates illæ tantum quaſi numero diſtinguendæ: imo, & ex parte modi tendendi, quia vtraque voluntas, & inefficax eſt antecedenter in ordine ad gloriam, & efficax in ordine ad gratias modo cõgruas, modo non cõgruas, tum in prædeſtinato, tum in reprobo. Ad hæc; quemadmodum gratiæ ſufficienti accidentario, & contingenter aduenit negatio cõgruitatis; vt dixi: ita voluntati illi Dei, qua vult reprobo

Voluntates Dei dãdi gratiã cõgruam, & non congruã, quaſi numero diſtinguũtur.

Digitized by Google

reprobo gloriam, & gratias ſufficientes; quaſi contingenter aduenit, non eſſe ſpecialem electionem prædeſtinatorum, vt illa terminatur ad ſolam entitatem gloriæ, & gratiarum. Vnde, licet ad illam voluntatem neceſſario ſequatur quaſi negatio electionis ſpecialis, quæ de facto eſt, huius prædeſtinati, ſicut diximus: & ad hoc numero auxilium ſufficiens neceſſario ſequatur negatio alterius numero auxilij, quod congruum eſt; at ei voluntati non eſſe ſpecialem electionem quaſi contingenter accedit; ſicut auxilio ſufficienti nõ eſſe congruũ. Dixi vero, *vt terminatur ad entitatem auxiliorum, & ſecundum modum tendendi;* nam, in quantum dependet ab alia complacentia priori conditionata, à qua proceſsit; & in quãtum terminatur ad ipſam congruitatem exiſtentem ex propria ratione; alia vero reproborum ad ſolam poſsibilem; forte ſortitur diuerſam rationem; de qua re tractaui diſp. 23. c. 13. Ad probationem illius cauſalis concedo antecedens: quia ſi Chriſtus Dominus ſpecialiter oraſſet, vt Deus conferret reprobis alias numero gratias, quas prænouit congruas fore, ſine dubio exaudiretur; & hi, qui modo reprobi ſunt, forent prædeſtinati. Nego vero conſequentiam; quia non ideo non ſaluantur modo hi per has gratias, quas acceperunt; quia voluit Chriſtus, aut impetrauit, vt eis darentur non congruæ, vt ſic. Solum ergo probat, potuiſſe Chriſtum mereri, & Deum conferre non prædeſtinatis gratias congruas: noluiſſe tamen propter rationes ſibi ſoli notas, quas nos veneramur exclamantes: *O altidudo ſapiẽtiæ; & ſcientiæ Dei.* Hoc vero nullum eſt incõmodum; nam nullus Catholicus id inficiari audebit; vt etiam attingo in ſolutione obiectionis ſecundæ.

35 *Satisfactio ad ſecũdam obiectionem.* Secunda obiectio facilior eſt: primo petitur in ea, quemnam finem honeſtum habuerit Chriſtus in ſpeciali illa applicatione. Reſpondeo, id nobis notiſsimum eſſe, nullam ſubeſſe inhoneſtatem ei electioni: etenim ſi Princeps liberaliter ſubuenit quibuſdam in miſeria cõſtitutis, non alijs miſericordiam præſtans; licet non tam vniuerſalem, quam ſi omnes liberaret. Licet ergo cuicumq; de ſuo facere, vt vult: nec quia nos nequam ſumus, quia inuidia alienæ felicis ſortis tangimur; ideo Deus bonus non eſt. Non vero eſſe veſtigium vitij acceptionis perſonarum, conſtat ex cõmuni doctrina Theologorum cum S. Thoma 2. 2. q. 63. ar. 1. nam ad hoc vitiũ requiruntur hæc inter alia. Primũ, quod communitas aliquod ius acquiſiuerit ad bona diſtribuenda. Secundum, quod diſtributor nõ attendat ad perſonæ dignitatẽ, vt illam efficiat digniorem pluribus. At enim cum vniuerſitas hominum nullum comparare potuerit ius ad auxilia diuina, ſed eorum plenum dominium ſit apud Deum, & Chriſtum: &, cũ in eorum perſonis nulla ſit dignitas, quæ conducat, ſed per peccata indignitas: nulla poteſt ſubeſſe vmbra huius vitij; dum Chriſtus impetrat vnis vberiora auxilia, alijs rariora. Ita que ſpecialis illa applicatio honeſta fuit ex obiecto; liberalior quidẽ comparatione prædeſtinatorum; liberalis etiam cõparatione reproborum. Neq; ei accedit aliqua inhoneſtas ex inæquali liberalitate vt conſtat. An vero etiam intenderit complacere Patri, dum ſe cõformauit ſpeciali complacentiæ in futuritionẽ cõditionata prædeſtinatorum, quam explicui num. 29? & an maiores gratias ſperauerit à prædeſtinatis, quam à reprobis pro maiori beneficio? nihil refert; quia, vt notatur in argumento, locum habet in voluntate Dei. Licet ergo finis honeſtus particularis nobis ignotus ſit, ſufficit in ea applicatione ſpeciali eſſe honeſtatem ſine inhoneſtate. Nota vero, hoc idem locum habere in contraria ſentẽtia, quæ dat voluntati diuinæ principium eligendi, & ei etiam incumbere his ſatisfacere obiectionibus.

De fine honeſto, quem habuit Chriſtus in applicatione meritorum pro ſpeciali electione.

S. Thom.

36 *Reſponſio ad argumenta in oppoſitũ.* Ad argumenta P. Suarez fere in diſcurſu ſatisfactum eſt. Ad primum negandum eſt, ideo Chriſtum ſolum pro prædeſtinatis oraſſe in tẽpore, vt executioni mãdet Deus, quæ præelegerat, ſed etiã vt Pater ſpecialiter eligerit: hoc autem non obſtante, accommodauit ſuam voluntatem voluntati Patris, in quantum præceſſit complacentia illa in futuritione conditionata, quam explicui in probatione ſecũdæ cõcluſionis a ratione. Quod vero negotiũ, profundumq; myſteriũ prædeſtinationis eo modo, vt dixi, voluntati humanæ Chriſti Domini commiſſum fuerit, non ſolum nihil habet abſurdi; ſed etiam valde fuit conuenientiſsimum vt homini, & Deo, in quo ſunt abſcõditi theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei; qui, cum Deus eſſet, ſe tradidit morti ignominioſiſsimæ in natura humana aſſumpta: quod tanti maioris momenti eſt; quantum vita Chriſti pluris æſtimanda eſt, quã ſalus omniũ hominum. Cõuenientiſsimũ ergo fuit, vt huic daretur nõ ſolum nuda, atq; limitata exequendi facultas; ſed plena gubernãdi poteſtas in cælo, & in terra: ſicut ipſe magis expedire ad gloriã Dei iudicabat. Illud vero, quod adducit ex Paulo ad Epheſ. cap. 1. nõ videtur ad rem: nãm in eo cap. Paulus duplici loco vtitur ea phraſi. Primo verſu 5. *qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ.* Secundo verſu 11. ibi: *in quo etiam, & nos ſorte vocati ſumus prædeſtinati, ſecundũ propoſitum eius, qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* Et in prioribus verbis eleganter Paulus omnes cauſas noſtræ prædeſtina-

Explicatus Paul.

deſtinationis complexus eſt; Deum vt efficiẽtem, cum ait, *qui prædeſtinauit*; Chriſtum meritoriam, cum ait, *per Chriſtum*; materialem, cũ ait, *nos*; exemplarem, cum ait, *in ipſum*, ſcilicet Chriſtum; vt ipſi Chriſto quaſi capiti, & exemplari conformemur: finalem, cum ait verſu ſequenti *in laudem gloriæ gratiæ ſuæ*: formalem quaſi extrinſecam, cum ait, *ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ*; hoc eſt, iuxta decretum liberale voluntatis Dei, ſeu ſpecialem electionem, in qua conſiſtit prædeſtinatio noſtra, ſaltem ex parte; vt docui diſp. 22. cap. 7. At ibi Paulus non negat, ad illam Dei ſpecialem electionem ex parte Chriſti præceſsiſſe merita, atque ſpecialem eorum applicationem; imo id innuit, prius cauſam meritoriam aſsignans. Eodem modo intellige verba verſus 11. nam ſolum ſignificat, Deum non procedere in negotio noſtræ prædeſtinationis modo caſuali, ſed prudenti propoſito decreto, atque inito conſilio cum Chriſti humana voluntate.

Ad confirmationem concedo, illam ſpecialem applicationem proceſsiſſe in Chriſto Domino ex aliqua motione cõgrua Spiritus ſancti, à Patre in voluntatem Chriſti infuſa: cæterũ, vt bene animaduertit Leſsius diſp. de prædeſt. Chriſti ſect. 3. num. 39. putandũ non eſt, Chriſtum Dominum, vt reliquos homines, habuiſſe tranſitorias præuias motiones, atque pulſationes; cum ex ſcientia beata, & amore beatifico permanenter, ſublimiori modo aſsiſtẽte omnipotentia Dei, beatiſsima illa Chriſti Domini anima diuinitus regeretur. Vnde non indigebat impulſu tranſeunte illuſtrante, atque inſpirante: & licet hunc etiam daremus Patri Suarez, non efficitur, illam motionem proceſſiſſe ex decreto Dei ſaluandi hos determinate homines; ſed ex ſpeciali complacentia in futuritione conditionata ſalutis eorum, & applicationis ſpecialis Chriſti Domini, vt iam dictũ eſt. Hi vero affectus non ſunt effectus noſtræ prædeſtinationis, ſed cauſa; ſicut Chriſtus Dominus eſt cauſa, non effectus; licet ipſius exiſtentia mediate in nobis fructificauerit in vitam æternam, vt tetigi cap. 2. num. 12. Et fuſius explico diſp. ſequenti cap. 5. Denique teſtimonia, quæ affert ex Ioanne, iam explicui, in noſtram ſententiam ea inducens ſupra num. 29.

P. Leſsius.

37 Doctrinam de applicatione ſpeciali meritorum Chriſti Domini pro prædeſtinatis limitãt P. Vazq. & Leſsius ſupra, vt ſolum intelligatur de hominibus Chriſto coexiſtentibus, aut de prædeſtinatis poſt ipſum futuris; quia arbitrãtur, in præteritis locum habere non poſſe eam ſpecialem applicationem per orationem. Verum, ne caput hoc longius procedat, tum hoc, tum alia, quæ noſter diſcurſus ſupponit in capitibus ſuperioribus, remitto definienda in cap. ſequenti. P. Vazq. P. Leſsius.

Caput IIII. *Qua ratione Chriſtus exiſtens, atque merens independẽter a progenitoribus præuiſus fuerit.*

38 QVI, quæ ſtatuimus in ſuperioribus capitibus, attenta mente cõſiderauerit, perſpiciet ſemper à nobis ſupponi, Chriſtum ita præuideri exiſtentem, vt poſsit mereri omnibus hominibus gratias omnes, quas acceperunt poſt peccatũ Adæ: perſpiciet etiã in cap. 3. ita nos ſtabiliuiſſe, Chriſtum Dominum ſpecialiter ſelegiſſe prædeſtinatos, vt ſine differentia ſupra omnes ceciderit ea electio, omneſque indiſcriminatim comprehenderit. Nam teſtimonia ſacræ Scripturæ, quæ adduximus num. 27. & 28. vniuerſaliter loquuntur; & ſi probant de quibuſdam, de omnibus probãt; vel ſi non de omnibus, nec de quibuſdam. Vt vero hæc vera ſint: atque defendi poſsint, duo neceſſaria videntur. Primum; vt Chriſtus Dominus aliqua ratione habeat exiſtentiã ſufficiẽtem ad meritum independenter à progenitoribus. Secundum, quod parẽtes eius, & Patres veteris teſtamẽti nõ ſint vita functi ante Chriſti preces ſpeciales præuiſas. Quod autem primum horum neceſſarium ſit, ſic probatur,

Punctus difficultatis.

ſumpto aliquo Chriſti Progenitore, & ſpecialiter Beatiſsima Virgine Maria: nam omne ipſius meritum traxit originẽ ex meritis Chriſti, tamquam ex radice meritoria: ergo etiam meritum illud, quo meruit de congruo maternitatem Dei: ergo meritum generationis Chriſti proceſsit ex meritis Chriſti. Nam maternitatẽ Dei ex generatione Chriſti Dei, atq; hominis cõparauit: atq; adeo, ſi Chriſtus Dominus ex alio capite non habuit exiſtentiam independenter à matre ſua, ipſe fuit cauſa meritoria actionis, per quam primo extitit: atq; adeo cauſa ſui: & principium meriti; ſcilicet Chriſti Domini exiſtentia cadit ſub meritum, contra doctrinam communem Theologorum, & ſatis demõſtratam à nobis diſp. 28. cap. 2. n. 8. Hoc idem argumentum procedit in Beato Ioachimo, & Ana, atque in alijs aſcendentibus; quia tam implicat eſſe cauſam ſui mediatam, quàm immediatam: nam vt ad cauſam immediatam non ſupponitur exiſtẽtia Chriſti; ita nec ad mediatam: & vt ad exiſtẽntiam Chriſti ſupponuntur cauſæ immediatæ per ſe neceſſa-

neceſſariæ; ita ad exiſtentiam harum cauſarum ſupponuntur priores cauſæ, quæ in eas exiſtentias influxerunt; vt per ſe conſtat: ergo quemadmodum, ſi Chriſtus Dominus non habuit exiſtentiam aliqua ratione independentem à Beata Virgine, non potuit ipſi mereri meritum maternitatis, hoc eſt, vt Chriſtum gigneret; ita nec mereri potuit, vt Ioachimus, & Ana gignerent Virginem Mariam, & ſic de cæteris.

39 Quod etiam ſecundum ſit neceſſarium; ita probo: nam ſpecialis illa oblatio ſuorum meritorum pro prædeſtinatis eſt quædam oratio ad Patrem directa, vt conſtat; ſed oratio nō eſt de conceſsis, & comparatis: qua ratione ſolet dici orationem non eſſe de præteritis: ergo ſi Chriſti progenitores, & Patres veteris teſtamēti ante præuiſas preces Chriſti vita functi ſunt; & dum vixerunt, acceperunt ſuas gratias congruas, & in gratia animam exhalarunt; non potuit Chriſtus Dominus pro Patribus illis ſpecialem illam applicationem efficere.

Qua ratione Chriſt. D. viſus eſt exiſtens independenter a progenitoribus.

Non eſt animus ex profeſſo diſcutere, quæ circa hæc a Theologis referri, atque refelli ſolent: verum non poſſum non indicare mentem propriam. Moueor ad non prætermittendam; quia ex ea pēdet omnis noſtra doctrina in tribus primis cap. tradita. Moueor ad non exornandā, quia propriā ſedē habent 3. p. q. 2. art. 11. aut q. 19. ar. 3. Et primo videamus, quo pacto Chriſtus Dominus extiterit independenter à progenitoribus, ita, vt ipſis mereri poſsit. Ex quo ſecūdum inferemus, qua ratione pro omnibus prædeſtinatis; nullo excepto, ſpeciales fuderit preces. Et primo miſſam facio ſingularem ſententiam Magiſtri Lorcæ contra phraſim Patrum, & communem ſcholaſticorū Theologorum negantem, Beatam Virginem meruiſſe de congruo dignitatem Matris. Ita opinatur 3. p. q. 2. ar. 11. diſp. 22. num. 9. Nam hic auctor difficultate oppreſſus, ei ſuccubuit.

Lorca. Lorcæ ſingularis ſētentia cōtra Patres.

40 P. Suar. recurrit, vt ſolet, ad ſuos ordines intentionis, & executionis: & ait, Chriſtum Dominum in ordine intentionis extitiſſe indepēdenter à progenitoribus, & præuiſum exiſtentem in eo ordine meruiſſe omnes gratias Patribus, & omnes actiones cauſarum ipſius. Verum hoc meritum ratione exiſtentię per ſolū ordinem intentionis à nobis efficaciter refutatum eſt diſp 23. cap. 11. & 12. & diſp. 17. cap. 4.

P. Suar. Nō occurritur per ordinē intentionis, & executionis.

41 Secundo magiſtri quidā recentiores in manuſcriptis dixerunt, humanitatem Chriſti duplici actione adæquata productā fuiſſe in eodem temporis momēto: prima proceſsit à ſolo Deo, & ex hac præuiſus eſt exiſtens, & merens independenter à progenitoribus. Secunda proceſsit à Deo per generalem concurſum, & à Beata Virgine: hæc eſt poſterior *natura* priori, quia per primam meruit Patribus, & Beatæ Virgini gratiam, vt poſtea ſcribantur in Chriſti progenitores, & quod influxū habuerint, ſiue mediatū, ſiue immediatum in Chriſti Domini exiſtentiam.

Recentiores. Modus nouus dicendi.

Is modus dicendi diſplicet quibuſdam: quia ex eo ſequitur, eumdem terminum pro eodē inſtanti reali eſſe cauſam ſui ipſius aut phyſicā, aut moralem; nam licet poſsit effectus conſeruare cauſam ſui in ſecundo inſtanti; vt cum habitus charitatis actum conſeruat in ſecundo inſtanti, qui in primo fuit cauſa diſpoſitiua, & moralis per meritum de congruo eiuſdem habitus: at concipi non poteſt, quod eadē Chriſti exiſtentia ſit cauſa ſui in primo inſtanti.

Diſplicet quibuſdā.

Sed hæc impugnatio frigida eſt, & leuis; nā verum non eſt, eumdem terminum eſſe cauſam ſui ipſius ex eo, quod ſit cauſa ſuæ ſecundæ actionis; ſicut verum nō eſt, antiquos Patres meruiſſe Incarnationē ex eo, quod meruerint de congruo eius accelerationē: nam ſi meruerunt accelerationem, meruerunt Chriſtum produci toto illo tempore, in quo non foret producēdus, niſi ipſi ſua merita interpoſuiſſent; atque adeo meruerunt Chriſti Incarnationem, & actionem productiuam exiſtentem in certo tēpore, in quo foret negatio eius. Nihilominus quia decreta fuit tota Chriſti exiſtentia independenter à precibus parentum; ideo dicunt abſolute Theologi non meruiſſe Chriſti exiſtentiam ſimpliciter. Ergo pari ratione, quia in hoc modo dicendi tota Chriſti exiſtentia præſupponebatur prius *natura* ex vi actionis independētis à progenitoribus; licet Chriſtus meruerit, vt ſic exiſtens, aliam nouam actionē ex progenitoribus, non meruit exiſtentiam, ſed nouam viam ad exiſtentiam. Neq; enim ſemper qui meretur viam ad terminum, meretur terminum, & ſi inter ſe connexa ſint; ſed tunc ſolum, cum terminus nō ſupponitur iā poſſeſſus, & acquiſitus: nam cum ſupponitur, non poteſt cadere ſub meritum. Ratio à priori eſt; quia meritum mouet remuneratorem, vt libere conferat ex gratitudine premium. Vnde res, quæ neceſſario præſupponitur ad meritū, aut cōſequitur ad illud, nō poteſt eſſe præmiū: ideo dignitas laudis non poteſt eſſe præmium actus boni; quia cum eo eſt inſeparabiliter cōnexa. Et quemadmodum, cum Chriſtus Dominus exiſtens in hac vita, & nobiſcum degens meruit, vt in pluribus locis ſimul collocaretur Sacramentali præſentia; non meruit ſui exiſtētiam, ſed nouum modum præſentiæ, licet is cū exiſtentia connexus ſit. Ita in noſtro caſu merens nouam illam actionem, non meruit exiſtētiam, ſed nouam viam ad ipſam. Quod addit de eodem reali inſtanti, aut diuerſis, nihil refert ad rationem cauſæ meritoriæ: nam hæc, & cauſa

Frigida impugnatio.

Digitized by Google

cauſa eſſe poteſt præmij,& tempore antecedẽti,& coexiſtenti,& ſubſequẽti; vt notaui diſp. 28. cap.2.nu.9.In quo conſtitui diſcrimen inter cauſas phyſicas,& morales; licet vtriq; apprime realis exiſtentia in aliqua menſura neceſſaria ſit; ſolum ergo refert diuerſitas inſtãtium naturæ ad hoc genus cauſæ: nã dum cauſa ſit exiſtẽs prius *natura*, quam effectus,ab ea poteſt procedere,in quacumque tẽporis duratione effectus ſit.Atqui opinio hæc libẽter fatetur,Chriſtum Dominum exiſtentẽ per priorẽ actionẽ,atq; merentẽ,prius *natura* præcedere ſecundã actionẽ ex cauſis ſecũdis:ergo nihil obſtat impugnatio hæc illi modo dicendi.

Non ſequitur auctor eum modũ dicendi ob aliã rationem.

Nihilominus eum abſolute non amplector, nõ propter duas actiones adæquatas, quas admittit mihi melior Phyloſophia:non propter incommoda in mutua cauſalitate : ſed quia inſufficiens mihi videtur,niſi quædam alia ei apponamus.Etenim ego ſemper verum putaui, Chriſtum Dominũ de facto conſummaſſe ſuũ meritum per omnes actiones,quas exercuit in decurſu vitæ,ac maxime per ieiunium ſacrum, per paſsiones ærumnarum , atq, laborum ; demum per mortis in Cruce holocauſtum : quia id ſignificauit Paulus ad Hebr.cap.10.ibi: *vna enim oblatione cõſummauit in æternum ſanctificatus*:nã,licet propter infinitũ meritũ inhærẽs cuicumque actioni Chriſti Domini à dignitate Verbi diuini,quæcumq; ſufficientẽ habeat valorẽ ad omnẽ noſtrã redẽptionẽ: at de facto noluit meritũ cõſummare vſq; ad Crucis vnicã oblationẽ,de qua ibi loquitur Paulus ſecũdum omnes interpretes.Quod etiã ſignificaſſe videtur Tridẽtinum ſeſſ.22.cap.1.ibi: *is igitur Deus, & Dominus noſter, & ſemel ſeipſum in ara Crucis,morte intercedẽte,Deo Patri oblaturus erat,vt æternam illic redemptionẽ operaretur*:ergo dicẽdum eſt,de facto meruiſſe Chriſtũ ſuis progenitoribus per oblationẽ, & mortẽ Crucis,omnes actiones honeſtas ſupernaturales, à quibus ipſe pẽdebat in ſua exiſtẽtia, aut mediate,aut immediate:ac proinde ex merito Chriſti non ſolum in primo illo inſtanti; ſed etiã in Cruce proceſsiſſe actus illos ſupernaturales; quotieſcũq; ita ſe applicuerũt procreãdæ proli.At vero ſentẽtia hæc nõ ponit duas cõſeruationes tẽpore vitæ,ſicut ponit duas actiones in primo inſtãti,ſed vnicam, & hãc debitã actioni , qua primo ex cauſis ſecũdis productus:ac proinde depẽdẽtẽ ab illa:ergo nõ poteſt tueri a Chriſto Domino in Cruce pẽdente proceſsiſſe omnes actus ſupernaturales : quod mihi,vt tetigi,incommodum eſt.

AdHeb.10.

Tridentin.

42 *Aliorum modus dicendi nouus.*

Alij recentiores aliã viã excogitarunt,& dicunt, Chriſtum præuiſum exiſtẽtem tempore paſsionis,cum ſecundum cauſarũ exigentiã illi non debebatur conſeruatio exiſtentiæ acceptæ primo à Beata Virgine,V.g.cum dixit *triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem*; quorũ ſenſus eſt ſecundũ P.Salmeronem in eo loco:triſtitia mea ad tantũ peruenit gradũ, vt ſufficiẽs ſit ad mortem inducendam,vel tempore ieiunij per quadraginta dies cõtinuos, in quo miraculoſe vita conſeruata fuit:tunc ergo Chriſtus præuiſus eſt habens exiſtentiã, atq; meritũ ex cauſa ſuperiori,non naturali:ergo propter hoc meritum,vt ab hac exiſtẽtia mereri potuit,vt Patres , & Beata Virgo adſcribantur in numero progenitorũ Chriſti pro primo inſtãti, & pro toto tẽpore vitæ,vſq; ad ſtatum,in quo nõ debebatur Chriſto naturaliter exiſtentia.

Nõ placet authori 1.

Sed nec placet modus iſte;primo, quia videtur expreſſe cõtra Auguſtinũ lib.de prædeſt. ſãctor. cap.15.nã ex eo ſequitur,Chriſtũ Dominũ accepiſſe primã ſui exiſtẽtiã, & durationem per tempus infantiæ,atque adoleſcentiæ vſque ad prædictum ſtatũ ex merito proprio. Contrarium docet expreſſe Auguſtinus ſæpe in eo capite;primo ibi: *reſpondeat, quæſo,ille homo,vt à Verbo Patri coæterno in vnitatẽ perſonæ aſſũptus filius Dei vnigenitus eſſet,vnde hoc meruit? Quod eius bonũ qualecumq; præceſsit? Quid egit ante? Quid credidit? quod petiuit, vt ad hanc ineffabilem excellentiam perueniret*?In his verbis,& ſi cõtra Neſtoriũ expreſſe loquatur de merito tẽpore præcedẽti; at ita adſtruit eã ſententiam,vt omne meritũ etiã *natura* præcedens, vt à Verbo aſſumatur in vnitatẽ perſonæ,excludat:nã ſecũdũ hanc ſententiã, quam impugnamus,reſpõdere poteramus Auguſtino, cũ interrogat, *vnde hoc meruit*? meruiſſe ex ſtatu independẽtiæ à progenitoribus, & tunc præceſsiſſe bona opera,atque petiuiſſe, vt ad hãc ineffabilẽ excellẽtiã perueniret:ergo ſecũdũ Auguſtinũ dãda eſt Chriſto prima exiſtẽtia indepẽdenter à meritis Chriſti.Deinde habet hæc verba notanda. *Ea gratia fit ab initio fidei ſuæ homo quicumq; Chriſtianus; qua gratia homo ille ab initio ſuo factus eſt Chriſtus de ipſo ſpiritu,& hic renatus,de quo eſt ille natus: eodẽ ſpiritu fit in nobis remiſsio peccatorũ, quo ſpiritu factũ eſt,vt nullũ haberet ille peccatũ*.In his verbis Auguſtinus proponit nobis illuſtre exemplum noſtræ prædeſtinationis in capite noſtro Chriſto Domino : nã,vt ille ab initio ſuo factus eſt Chriſtus omnino gratioſe,ſine vllo merito proprio.Ita quicumq; Chriſtianus initialẽ accipit fidẽ,ſine vllo merito proprio: ergo, vt nullus dicat hominẽ fidem primam ſibi meruiſſe ex operibus à gratia procedentibus, in aliquo tempore ſubſequẽti ad primam collationẽ;vt fuſe oſtendi diſp.28.cap.2.concluſ.1. atq; 2. Ita ſecundum mentem Auguſtini dici nõ poteſt,Chriſtum Dominum ab initio, hoc eſt,primam Incarnationis exiſtentiam ex meritis

Auguſtin.

Digitized by Google

ritis proprijs,ab ipſa Incarnatione procedentibus,in tempore ſubſequenti accepiſſe.

2. Diſplicet propter aliud incommodum.

Diſplicet ſecundo:quia ſecundum hanc etiã ſententiam, neq; in primo inſtanti, nec toto tẽpore infantiæ,& adoleſcentiæ meruit Chriſtus gratiã ad omnes illos actus ſupernaturales, quibus progenitores Chriſti ſe applicuerunt ad gignẽdum fœtum.Id quod mihi etiam incõmodũ eſt: quia exiſtimo,à primo Incarnationis inſtãte incepiſſe Chriſtũ Dominũ mereri omnes gratias, quæ de facto collatæ ſunt;atq; ita a diuina prouidentia curſum vitæ Chriſti Domini diſpoſitũ eſſe,vt,nulla temporis particula excepta,negotiũ meriti,atq; prædeſtinationis noſtræ peregerit. Quod vero in primo inſtãti cœperit vniuerſale meritũ iuxta præuiſam Patris volũtatem;ſignificat Paulus ad Heb. 10.ibi:*holocauſtomata pro peccato nõ tibi placuerũt,tũc dixi,ecce venio:in capite libri ſcriptũ eſt de me,vt faciã Deus volũtatẽ tuã*:hoc eſt, cum primũ Incarnatus cognoui holocauſta boum, hircoſq; pro peccato nõ tibi placere,me obtuli,vt faciã volũtatẽ tuã,O Deus: nimirũ circa hominum redemptiuã prædeſtinationẽ. Illud vero *tunc*,ſignificat primũ punctũ Incarnationis,teſte D.Thoma,atq; Anſelmo,qui hoc loco probãt Chriſtũ in puncto vſum fuiſſe ratione, atq; cognouiſſe Deũ,atq; ſtatum hominũ; & voluntate ſua ſe obedientiæ,laboribus,ærũnijs,morti in pretium pro noſtris peccatis obtuliſſe,atq; ea voluntate homines fuiſſe ſanctificatos,vt per cauſam meritoriam;teſte Paulo verſu 10.ibi: *in qua volũtate ſanctificati ſumus per oblationẽ corporis Ieſu Chriſti ſemel.* Quod vero toto hoc tempore mereri non potuerit gratiam ad illos actus,fatentur auctores huius doctrinæ,& negari nõ poteſt;quia cũ toto hoc tempore extiterit dependenter a progenitoribus,ſi in eo meretur influxum eorum in ſuã exiſtentiã,principium meriti caderet ſub meritum:& effectus,vt eſt effectus,eſſet cauſa ſuæ cauſæ,quod implicare omnes conſentimus.

Ad Heb.10.

D.Thom. Anſelmus.

3. Diſplicet.

Tertio diſplicet; quia,cũ cõſeruatur Chriſtus præter exigẽtiã cauſarũ ſecundarũ,aut mutatur actio cõſeruatiua,quã ſecundũ exigentiã habebat,vel nõ? Si nõ mutatur:ergo eadẽ cõſeruatio eſt depẽdẽs à progenitoribus,& nõ depẽdẽs,quod implicat.Nõ eſſe depẽdentẽ ipſi fatẽtur.Eſſe depẽdentẽ ſic probo;quia ideo cõſeruatio ſuccedit primæ productioni in alijs rebus naturaliter cõſeruatis; quia primo productæ fuerũt:ergo depẽdẽter a prima productione conſeruantur.Pariter in Chriſto Domino,qui non miraculoſe, ſed naturaliter conſeruabatur toto tempore,quo cauſæ ſecundæ exigebant conſeruationem, dicendum eſt cõſeruari dependenter à prima productione.

Effugium præcluditur.

Dices, conſeruationem, vt durãtem præter cauſarũ ſecundarũ exigentiã,nõ eſſe dependẽtem.Sed cõtra:nã per te hæc cõſeruatio,vt ſic, nulla ratione eſt mutata,nec addit aliquid reale ad cõſeruationem iuxta cauſarum ſecundarũ exigẽtiã: ergo eadẽ numero cõſeruatio eſt depẽdẽs,& nõ depẽdẽns.Quare niſi dicas, durationem termini,atq;actionis cõſeruatiuæ eſſe modũ diſtinctũ,& fluentẽ ad temporis elapſum, difficulter ſatisfacies huic argumento.Si dicas actionem mutari.Cõtra primo:quia eodem principio,& termino manente, à quibus actio ſumit ſuam naturã,nõ eſt, cur mutetur. Quemadmodũ materia prima,quæ primo per creationem producta fuit,durãte ipſa creatione cõſeruabitur,etiã ſine formis, ſi Deus perſiſtit in cõtinuãda illa ipſa actione. Cõtra ſecũdo;& ſi poſsit mutari actio, cũ res cõſeruatur preter exigentiã curſus naturalis rerum,nemo dixerit,nõ poſſe etiam nõ mutari:nã cur implicet,Deum permanere in cõſeruãda illa actione,atq; termino,etiã cum natura peteret non conſeruari. Quod ſi Deus poteſt permanere in conſeruatione eius actionis; cur tu affirmas mutari actionem? Quo fundamento multiplicas actiones,cum natura horreat ſuperflua, niſi,vt argumentum eludas?

P.Vazq.to.1.in 3.p.diſp.23.cap.4.dixit,dig- 43
nitatem Matris nõ pertinere per ſe;ſed comitãter ad myſteriũ Incarnationis,quod eſt principiũ meritorũ; quia licet hæc numero humanitas cum hac anima, & corpore in Verbo ſit principium per ſe meriti:at bene intelligi poteſt ſine concurſu ipſius tãquam Matris ; quia illa materia eadem omnino eſſet,etiam ſi Virgo munus matris non ſubiſſet,neq; in ea prius fuiſſet. Nã in quauis alia re prius extitiſſet,ex ea deſumi , atq; eadem numero humanitas formari poſſet:ergo dignitas matris,& munus fouendi fœtum in vtero, per ſe non ſpectant ad principium meritorium;atq; adeo etiam ſi Chriſtus eam dignitatem mereretur præuiſus exiſtens in ea numero humanitate,principium meriti per ſe non caderet ſub meritum.

P.Vazq. *Modus dicendi P. Vazq.*

Nõ placet authori.

Sed nec placet iſte modus dicendi. Primo: quia licet verum ſit,eãdem numero humanitatem Chriſti Domini à pluribus cauſis, pluribuſq;actionibus produci poſſe:at Chriſtus mereri non poteſt,vt producatur ab aliqua cauſa aliqua actione:ergo nec etiam de facto mereri poteſt,vt producatur ab hac cauſa per miniſtrationẽ huius materiæ per hãc actionem.Probo hanc cõſequentiã:nã de facto nõ producitur à cauſa indeterminate, & vage per actionem indeterminatam,& vagam, ſed ab hac cauſa per hanc numero actionem;maxime cum determinatio cauſæ,& actionis facta fuerit decreto efficaci Dei, quod eſſe non poteſt de obiecto indeterminato,&cõfuſo;vt docui diſp.23.c.13.§ *verũ iterũ rogabit aliquis.* Ergo nũquam fuit præuiſus exiſtens Chriſtus ex vi alicuius cauſę, & alicu-

Digitized by Google

& alicuius actionis, ſed huius miniſtrantis hāc materiam,agenris hoc influxu: ergo de facto hæc omnia per ſe pertinuerunt ad principium meriti.

Secūdo; quia licet gratiæ,quæ fuerunt principium meritorum Patrum per accidens conferantur intuitu meritorum Chriſti: eædem enim numero liberaliter conferri potuerunt a Deo;at quia de facto proceſſerūt à Chriſto Incarnato,non potuerunt eſſe principia merēdi Incarnationem:ergo pari ratione licet eadem numero humanitas Chriſti Domini ab alia cauſa effici potuerit; quia vero de facto ab hac matre per huius materiæ adminiſtrationē ab hac actione genita fuit; non potuit ipſa cadere ſub meritū Chriſti;quia de facto principium meriti caderet ſub meritum.

44 Quapropter ego exiſtimo dicendum primo,Chriſti Domini exiſtentiam in primo inſtanti à duplici Dei decreto proceſsiſſe,vtroq; efficaci;ſed altero totali, altero partiali. Per primum ſubiuit munus cauſæ primæ,& ſecundæ:per ſecundum tantum cauſæ primæ, & ſinebat,Matrem Virginem, quæ erat cauſa ſecunda,influere in ſuum filium.

Sententia authoris.

Duplici decreto Chriſtus habuit exiſtētiam primam.

Obſerua; me ponere duas cauſas totales, duaſq; actiones: at non eſt opus ponere duos modos intrinſecos; quia probabile eſt in hac parte,actionem primæ cauſæ eſſe in Deo actiue;maxime cum totaliter per creationē operatur,iuxta doctrinam S. Thomæ q. 3. de potentia art.3.& art.15. vbi ait,volitionem diuinam eſſe eius actionem, per quam res producit. Et in corpore articuli ita ſcribit: *per hoc igitur Deus agit,quidquid extra ſe agit, quod intelligit,& vult.* Et art.17.ad 12.ait, Dei actionem eſſe æternam,quia eſt eius ſubſtātia,& ratione effectus incipere de nouo agere.Idem repetit ad 26.Itaque decretum hoc erit actio virtualiter tranſiens, & formaliter immanens. Vt ergo P. Suarez relatus in principio poſuit duplex decretum erga exiſtentiam Chriſti, vtrumque efficax:alterum in ordine intentionis; alterum in ordine exequutionis: ita nos ponimus duplex decretum, vtrumq; vero exequutiuum.Neq; enim eius ſententia, & ſecunda aliorum Recentiorū diſplicuit nobis propter duplicitatem decreti,& actionis;ſed propter ſpeciales rationes militantes contra eos ordines. Quapropter Recentiorum ſententiam,quam retuli ſupra num.41. amplector in hac parte de duplici actione totali;ideoq; ipſam vēdicaui ab impugnatione cōtra duas actiones. Ex hoc autē fit,in primo inſtāti habuiſſe eſſe indepēdens a progenitoribus,atq; adeo ipſis omnia dona gratiæ mereri potuiſſe.

D.Thom.

45 Dicendum exiſtimo ſecundo:in ſecūdo inſtanti, & reliquis ſuccedentibus in toto tempore vitæ Chriſti Domini cōſeruatū fuiſſe nō ſolū,quia cauſa ſecūda,à qua etiā accepit primū eſſe,exigebat cōſeruationē;ſed etiā ex eodē decreto indepēdēti protracto in cōſeruādo ſine actione trāſeunte vſq; ad vltimū halitū vitæ. Quapropter in eis tēporibus, in quibus nō cōſeruaretur Chriſti Domini humanitas ſecundū exigentiā cauſarū naturaliū, vt in ſacro quadraginta dierū Ieiunio,in illa prægrādi triſtitia vſq; ad mortem,& in alijs paſsionis laboribus,atq; doloribus,cōſeruatū Chriſtum fuiſſe ex vi eius decreti, nulla habita ratione primę productionis à cauſis ſecūdis,ſed ſolius primæ. Itaq; cōſeruatio illa alligata non fuit conditionibus,atque legibus cauſarum ſecundarum;ſed omnino ab his abſoluta, atq; independens.Ex quo fit,licet cōſeruationes hominum pendeant à prima productione ex cauſis ſecundis:at conſeruationem, vt eſt ab illo primo decreto totali,non pendere. Vt ergo ipſe duplicē habuit primā productionē;ita ex quacumq; illarum debebatur conſeruatio toto tēpore ſuæ vitæ;& quia Deus voluit ipſum conſeruare de facto, non ſolum quatenus primo productus fuit a cauſa ſecunda;ſed etiam quatenus à ſe ipſo: hinc eſt,& primo extitiſſe, & conſeruatum fuiſſe omni vitæ ſpatio indepēdentem à progenitoribus: ac ſubinde à primo inſtanti vſque ad vltimum omnibus meruiſſe, & ſanguine paſsionis, & morte Crucis merita omnium hominum compleuiſſe. Aliquibus videbitur inconueniens, duas has actiones admittere, & conſeruationem per ſe independentem in ordine ad meritum à prima productione cauſarum ſecundarum.Sed ij expendant,precor, quodnam ſit maioris momenti. An duas has actiones fateri?An ſolum meruiſſe,vel in primo inſtanti dignitatem Matris,vel certis quibuſdam temporibus?Si attente legerit, quæ dixi, facile perſpiciet hoc ſecundum eſſe maioris incōmodi: nō tamē admitto duas cōſeruationes,ſicut admiſi duas productiones primas;ſed vnā per ſe pendentē a decreto totali in ordine ad principiū per ſe merendi:non nego tamen hāc eādem debitā eſſe primæ productioni cauſæ ſecūdæ:atq; adeo propter hanc exigentiā Chriſtū fuiſſe a Deo cōſeruatum ſub diſtinctis tamen legibus, & conditionibus, vt dixi.Ideo vero non eſt duplex conſeruatio,vti fuit duplex prima productio; quia,cum Chriſti humanitas non ſit ex his effectibus, qui non tantum in fieri, ſed etiam in conſeruari pendent a perenni influxu cauſæ ſecundæ; vt lumen a ſole, & ſpecies intentionalis ſenſuum internorum à ſuis obiectis: ideo in ſecundo inſtanti à ſolo Deo conſeruatus fuit; nimirum per primum illud decretum totale protractum: quod licet in primo ſui eſſe indepen-

Conſeruatus vero fuit vno decreto independēti a Patribus.

independenter Chriſtum produxerit à cauſa ſecunda: at in ſubſequentibus durationibus, & Chriſtum conſeruat ſecundum exigentiam primæ productionis à cauſis ſecundis, & ſecundum exigentiam ipſius decreti. Ex his euacuata eſt prima difficultas propoſita numero 38. nam damus argumento ibi efformato, quod intendit; nimirum Christum Dominum habere debere exiſtentiam aliquam independentem à ſuis progenitoribus.

46 Pro ſecūda difficultate exiſtimo tertio dicendū, Chriſtū Dominū nō ſolū erga aliquos, ſed etiā erga omnes Patres veteris teſtamenti fuiſſe primū, ſpecialēq; electorē. Hæc cōcluſio cōſentaneè ad doctrinā, atq; fundamenta, quæ ieci cap. 3. n. 22. & n. 26. defendenda eſt: nā cum doctrina illa vniuerſalis ſit, ex æquo probat, omnes elegiſſe; & quemadmodū Chriſtus Dominus æqualiter eſt cōſtitutus omniū hominū caput morale, ſatisfactor pro peccatis, Iudex, Redēptor, mediator, &c. Ita etiā elector cōſtituendus eſt. Nō dubito, quin, ſi Patri Vazquez, Patri Leſsio, atq; Cornelio occurriſſet via, qua cōmode Chriſtum electorē vniuerſalē cōſtituere poſſent, id forent aſſerturi. Ego hanc aggredior. Iam dixi, ChriſtūDominum in primo inſtāti, quo extitit per decretū, præuidiſſe omnia ſua merita abſolute futura vſq; ad finem vitæ. Lege n. 29. Dixi etiā, ſpecialem applicationem meritorū nihil aliud eſſe, quam orationē ſpecialē pro prædeſtinatis. Conſidero ergo, hanc Chriſtū Dominū in primo illo inſtanti fudiſſe orationē. Noui, O ſumme Deus, per ſcientiam cōditionatorum, qua tu humanitatē meā donaſti, ſi tu hos futuros homines ſecundum naturalē curſum cauſarum in hoc ordine rerum, ſtatis tēporibus his, hoc loco, & tempore frequentibus vocationibus corda ipſorū pulſaueris; ita ipſos tuis diuinis reſpōſuros vocationibus; vt demum in gratia vitā finiant; atq; cōſequātur æternā. Noui etiam, te ſpecialiter complacuiſſe in hac eadem futuritione cōditionata reſpōſionis, perſeuerantiæ, atq; cōſequutionis gloriæ horū hominū, ac propterea tibi gratū fore, ſi omnia mea merita, quæ iā præuideo futura abſolute, ſpecialiter pro eiſdē obtulero. Submiſſe ergo, atq; ſuppliciter peto, vt hanc meā orationē exaudias, & hæc omnia eiſdē hominibus largiaris intuitu eorū meritorū, quæ pro hac re impetrāda lubēs offero. Pater verò annuens huic orationi, ipſos ſpecialiter eligat, licet oratio hæc extiterit in propria menſura tempore præterito comparatione durationis, in qua prædeſtinati veteris teſtamēti extiterūt; nihilominus prius præuideri potuit à Deo, quā præuiſa ſint collata dona gratiæ per hanc orationem impetrata valore meritorum: ac per conſequens oratio hæc non eſt de cōceſsis, aut præteritis in ordine naturæ; ſed de futuris à Deo impetratis efficacia orationis.

Chriſt. elegit ſpecialiter etiā homines antiquos.

Orare potuit pro antiquis Patribus.

Dices; cū exiſtit oratio Chriſti, iā Patres vita functi erant: ergo iā nō erat locus orationi pro impetrāda illis ſpecialiter gratia. Sed cōtra primo, hoc etiā probat cōtra meritū Chriſti in ordine ad gratiā Patrū veteris teſtamēti: nā cum exiſtebat Chriſti meritum, iā Patres illi erant mortui: ergo ſi obiectio aliquid probat, probat etiā, illis Chriſtū mereri nō potuiſſe auxilia gratiæ, quibus in via indiguerūt, atq; vſi ſunt. Contra ſecūdo: licet oratio extiterit tēpore poſteriori, ac Patres; ſimul tamē potuerūt à Deo præuideri exiſtētiæ orationis, & Patrū: neq; enim ea eſt poſterior præuiſio ratione noſtra, quæ terminatur ad obiectū duratione poſterius; nā dum inter ipſa obiecta nō ſit ordo cauſæ, & effectus aut dependētia, nō eſt in præuiſione prioritas, aut poſterioritas rationis: cū ergo preces illæ Chriſti nō pendeant ab exiſtentia Patrum; vt dixi; neq; etiā ipſa Patrū exiſtentia, in quantum præciſe naturalis eſt, à precibus Chriſti, ſimul præuidentur à Deo, licet diſtinctis tēporibus extiterint. Quod ſi aliqua Patrum exiſtentia, vt aliqui docent de Beata Virgine, precibus Chriſti impetrata fuit; tunc oratio Chriſti eſt prior in præuiſione exiſtentia Patrum, ſicut eſt prior, quam collatio gratiarum, quæ à precibus Chriſti fluxerunt. Ex his eſt etiam ſecunda difficultas euacuata: & ſatis conſtat, vniuerſalem illam ſpecialem Chriſti orationem ſuper omnes prædeſtinatos ex æquo cecidiſſe, nec propter præteritionem Patrum, in tempore illam eſſe de præteritis, atq; conceſsis in præuiſione, & in cauſalitate.

Obiectio prima.

Satisfactio.

Cōtra omnia, quæ diximus, obijciat aliquis. Si Deus definiuit primam Chriſti productionem decreto ſuo abſoluto independēter à progenitoribus: ergo ipſi accelerationē Incarnationis mereri nō potuerunt. Reſpōdeo, hanc obiectionem ab omnibus ſoluēdam eſſe, & dicendū, accelerationē Incarnationis ſupponere ipſam eius ſubſtantiam decretam, & addere durationē eius in hoc tempore; ſicut collocatio Chriſti Incarnati ſupponit ſubſtantiam eius exiſtentem, & addit præſentiam ad certū ſpatium: & vt hæc numero humanitas Chriſti in Verbo, vt eſt indifferens ad omne vbi, & prius *natura* illo, eſt per ſe tantum principiū, & hoc, aut illud determinatum vbi per accidens ſe habet: ita hæc, aut illa duratio Chriſti Incarnati, ſeu exiſtere illum in hoc, aut illo tempore. Vnde fieri potuit, vt Deus decreto ſuo exiſtentē faceret omnino liberaliter, & ſic præuideret merētē; & poſtea per merita Patrū, fluentia à meritis Chriſti, determinaret ipſi conferre exiſtētiā in hoc, aut illo tēpore. Hoc melius intelliges, ſi durationē diſtinguas ab exiſtētia rei.

Acceleratione Patres meruerunt in ſententia authoris.

Fff Caput

Digitized by Google

Caput V. De cauſa prædeſtinationis per meritum hominis puri.

47 P. Vazq. P. Suar. IN hac etiam difficultate præcipua controuerſia verſatur inter P. Vazquez,& inter P.Suarez:nã ille 1.p. diſp.94.c.5.affirmat,hominẽ purũ iuſtum cauſam eſſe poſſe & omnium effectum, & prædeſtinationis alterius. Is vero 1.p.lib.2. de cauſa prædeſt. cap.24.partẽ ſequitur negantem,& ſententiam oppoſitã nouam,& ſingularem cõpellat. P. Arrub.diſp.80. c.2.duplici cõcluſione rem definit,in aliquo fauẽs vtriq; parti,vt in diſcurſu explico. Vtriuſq; præſidia breuiter referamus,ac noſtrum etiã in hac re iudicium proferamus.

P. Arrubal.

1.Fund. *Sententia affirmans.* Mouetur igitur primo P.Vazquez; quia omnis effectus prædeſtinationis incipit à prima interna gratiã vocationis: ſed poteſt vnus iuſtus alteri mereri de cõgruo illam, atq; deinde cæteras,cæteroſq; effectus,de quibus nõ eſt dubium:ergo mereri poteſt omnes effectus prædeſtinationis,ac proinde ipſam quoq; prædeſtinationẽ.Etenim ipſe cõſequentiam hanc ſoli dũ putat;vt dixi n.16.Quam etiã ego probaui in meis principijs n.17.Maiorẽ huius argumenti probat ex Auguſtino cõtendẽte cũ Maſsilienſibus; qui ideo cõſtãter docuit,non poſſe vnumquemq; ſibi mereri ſuã prædeſtinationẽ; quia nõ poterat mereri ſibi primã gratiæ vocationẽ: ergo Auguſtino eadem erat ratio demerito primæ gratiæ vocationis,quã ſupponebat eſſe primum effectum,ac de merito ipſius prædeſtinationis:ergo ſi homo purus iuſtus alteri de cõgruo mereri poteſt primum auxiliũ gratiæ,etiam poterit mereri ipſam prædeſtinationem. Allegat ex Auguſtino in lib. de prædeſtinat. Sanctorum,cap.17.vbi affirmat,electionem Dei eſſe cauſam, vt qui eliguntur, credant, & prædeſtinatos electos eſſe de mũdo ea vocatione, qua Deus id, quod prædeſtinauit, impleuit.Ex quo infert,qui meretur primã vocationem procedentem ex electione, mereri quoq; ipſam electionem iuxta Auguſtinum.

Auguſt.

2. Fund. Secundo probat; quia cũ homo iuſtus orat pro prima vocatione alterius, ea oratio nõ eſt effectus prædeſtinationis eius,pro quo orat:ergo à ſancta prima vocatione interna incipit primus effectus prædeſtinationis.Antecedens probat;quia alias ſequeretur,preces etiam Chriſti Domini pro aliquo homine ſpeciali fuſas eſſe effectus prædeſtinationis eius: ac proinde etiã principiũ ex parte Chriſti ad ita orandum eſſe effectũ prædeſtinationis eius, pro quo orauit: ex hoc autẽ fieret,Chriſtũ Dominũ nõ meruiſſe omnes effectus prædeſtinationis, quia nõ meruit ſibi principium eius orationis,vt conſtat: hoc autem cõſequens abſurdum eſt, & contra definita cap.1.Hæc ſunt, quæ allegat P.Vazquez ad compendium redacta.

P.Suarez cõtrariã ſententiã apertam ait eſſe D.Thomæ in hoc art.8.& cõmunem interpretum.Probat primo ex Gregorio lib.1. dialog. c.8. vbi affirmat,prædeſtinationẽ in tantũ ſolũ iuuari precibus Sanctorũ,quia eſt ab omnipotẽte diſpoſita,vt ad hoc electi pio labore perueniant,quatenus poſtulãdo mereãtur accipere, quod eis Deus ante ſæcula dare diſpoſuit. 48 *Sententia negans.* Gregorius. 1. Fund.

Secundo probat ex Proſpero lib.2.de vocatione gentium cap.vltimo alias penultimo;vbi propoſita obiectione quorumdam, qui dicebant fruſtra laborari orationibus, atq; bonis meritis,ſi ex incõmutabili Dei propoſito electio prædeſtinati ſubſiſtit. Huic obiectioni reſpondet, electionem non excludere merita; at ſine meritis ipſos electos fuiſſe; imo ex electione merita oriri: ergo ſentit,prædeſtinationem non cadere ſub meritum alterius. Proſper. 2.Fund.

Tertio probat ex Auguſtino lib.de dono perſeuerant.c.22.vbi, *ſiqui ſunt*,ait,*nondũ vocati,pro eis,vt vocẽtur,oremus:fortaſſe enim ſic prædeſtinati ſunt, vt noſtris orationibus concedãtur:* ergo ſentit prædeſtinationẽ priorẽ eſſe orationibus iuſtorum:imo ex ea orationes proficiſci. Hunc textũ explico n.71.Quarto probat;quia teſtimonia ſacræ Scripturæ, quæ ſolẽt allegari pro gratuita prædeſtinatione reſpectu prædeſtinati, probant etiã gratuitã eſſe cõparatione cuiuſcũq; hominis(Chriſto Domino excepto) ergo dicẽdũ eſt,prædeſtinationẽ nõ cadere ſub precibus hominis puri, & ibi allegat teſtimonia quædã ex Paulo ad Epheſ. 1. quæ ego ſatis declaraui n.3.& n.22.Quinto probat pluribus incõmodis, quæ infert. Primũ, Patres vetuſtos meruiſſe Incarnationẽ.Secundũ,parentes Virginis meruiſſe electionẽ ad maternitatẽ. Tertiũ, Stephanum Paulo meruiſſe electionem ad Apoſtolatum.Quartum,vnumquemq;,ſibi mereri electionẽ ad dignitatem, & ad alia bona, quæ ſequuntur ad bonum prius per orationes ſibi impetratũ.Quod verò hæc ſequãtur,colligit ex duplici propoſitione admiſſa ab oppoſita ſententia.Prima,quotieſcumq; quis alteri impetrat donũ Dei,impetrat prædeſtinationẽ ad illud.Secũda;quia ideo iuſtus orationibus ſuis meretur prædeſtinationem ei, pro quo orat, quia illi meretur primã gratiã internam, licet hæc prima vocatio ſupponat aliã gratiã in orante, quæ quidem eſt prima reſpectu vocati, ſecũda verò reſpectu orãtis.At hæc vtraq; propoſitio locum habet in exemplis adductis: 3. Fund. Auguſt. 4. Fund. 5.Fund.

nam

Digitized by Google

nam primo Patres vetuſti ſuis orationibus impetrarunt plura media neceſſaria, atq; antecedentia ad Incarnationem Chriſti; vt ſi impetrarunt generationes progenitorum Chriſti, & Virginis Mariæ Conceptionē: ergo & meruerunt Incarnationem, & dignitatē Matris: quia gratia aliqua antecedente meruerunt donum exiſtentiæ progenitorum Chriſti, atq; Beatæ Virginis; quod neceſſarium erat tum ad Incarnationem, tum ad dignitatem Matris. Imo ob hanc eamdem rationem Beata Virgo Maria ſibi meruit prædeſtinationem ad dignitatem Matris; quia illa dignitas ſupponit gratiam in Virgine, quæ eſt prima reſpectu dignitatis, ſicut dignitas eſt ſecunda. Pariter in Stephano reſpectu Pauli quoad electionem ad Apoſtolatum.

6. Fund. a ratione.

Deniq; probat ratione à priori: nam oratio Stephani pro Paulo fuſa, eſt effectus prædeſtinationis Pauli: ergo per illam orationem non meruit omnes effectus, nec ipſam Pauli prædeſtinationē. Cōſequentia conſpicua eſt. Antecedens verò probatur dupliciter: primo; quia vti Stephanus pro Paulo orauit ex affectu ſalutis ipſius; ita inſpiratio à Deo infuſa Stephano, vt pro Paulo oraret, proceſsit ex affectu ſpeciali ſalutis Pauli: ergo tum gratia congrua ad orationem, tum ipſa oratio ſupponebat prædeſtinationem Pauli tamquam cauſam. Secundo; quia oratio illa, licet Paulo extrinſeca, eſt beneficium ſupernaturale conducens reipſa in ſalutem Pauli: ergo eſt effectus prædeſtinationis eius. Probo hanc conſequentiam; quia eſſe extrinſecum non obſtat, vt ſit effectus, vt ſatis conſtabit ex ſequenti diſputatione. Ad hæc reducuntur, quæ pro ſe allegat P. Suarez.

49 *Iudicium authoris.*

Vt hanc litem cōponam, & ex proprijs principijs propriam pronuntiem ſententiam; noto primo, meritum hominis puri pro prima vocatione cōgrua prædeſtinati ſolum eſſe de cōgruo, & ſine lege infallibili Dei. Ex quo duplex diſcrimen obſeruo inter meritū Chriſti Domini, & puri hominis iuſti in ordine ad alterius prædeſtinationē. Primū, quod Chriſti meritū eſt de cōdigno, & ſuperabundans. Secundum, quod ex lege diuina infallibili effectū habet.

Meritum pro prima vocatione tantum de congruo.

Noto ſecundo; inter omnes admitti, hominem iuſtū ex gratia mereri poſſe omnes effectus prædeſtinationis à prima gratia cōgrua intrinſeca ad fidem vſq; ad glorificationem. De gratia intrinſeca ad fidem optime intulit Auguſtinus lib. de dono perſeuerantiæ cap. 22. ex Paulo, qui orabat pro conuerſione Iudæorum; non auem oraſſet, niſi intelligeret vim aliquam impetratoriam, & meritoriam habere ſuam orationem. De dono perſeuerantiæ expreſſe id docuit Auguſtinus in eodem libro cap. 6. & 7. atq; D. Thomas 1.2.q.114. art. 8. Imo Paulus ſecunda Epiſtola ad Corinth. cap. 13. ibi: *oramus autem, vt nihil mali faciatis*. Ex quo loco colligitur ipſum dirigere orationem, vt tentationibus reſiſterent, & à peccatis præſeruentur, & illæſi euadant mundi, & carnis illecebras: hoc autem eſt perſeuerare, hoc eſt, nullum peccatum facere. Ex quo fit, purum hominem iuſtum alteri mereri poſſe actus illos liberos, qui ſunt in diuina prædeſtinatione, è quibus immediate conferuntur omnes gratiæ à prima intrinſeca vſq; ad glorificationem; & hanc eſſe ſolum differentiam inter ipſum hominem iuſtum, & alterum orantem: quod ille ſibi mereri non poteſt primam gratiam vocantem; poteſt verò alter ſimul etiam cæteras gratias externas, vt prædicationem, Dæmonis cōpreſſionem, occaſiones bonarum operationum, & alia id genus. Demum ex hoc fit, controuerſiam omnem reuocari ad ipſas preces: an ne ſint effectus prædeſtinationis eius, pro quo funditur oratio; ita, vt proceſſerint ab ſpeciali dilectione Dei erga prædeſtinatum? An è conuerſo ſe res habeat, ita, vt ſint cauſæ, quare Deus ſimul cum Chriſti meritis elegerit hunc hominem ea ſpeciali electione, quæ eſt propria prædeſtinatorum?

Homo purus alteri mereri poteſt omnes effectus prædeſtinationis. Auguſt. D. Thom. Ad Corin. 13.

His poſitis, diſtinguendā cenſeo quæſtionē de facto, à quæſtione de poſsibili. Ad quæſtionē de facto dico primo; nullum purū hominē alteri meruiſſe omnes effectus ſuæ prædeſtinationis: ac proinde, nec ipſam prædeſtinationē. Moueor primo auctoritate S. Thomæ in hoc art. 8. in corp. nā ibi diſtinguit prædeſtinationē ab effectibus, & de prædeſtinatione ita ait; *nullo modo iuuari precibus Sanctorū: nō enim precibus Sāctorū fit, quod aliquis prædeſtinetur à Deo.* In his verbis plane ſignificat, prædeſtinationē præceſsiſſe preces Sanctorū, & independenter ab eis præhabitā, licet quidā effectus iuuentur precibus. Itē in argumento *ſed cōtra* rem confirmat exēplo Iacobi prædeſtinati; qui, licet ſine precibus fuerit prædeſtinatus, cōceptus tamen fuit à Rebecca propter orationes Abrahami; vt conſtat ex cap. 25. Geneſ. Moueor ſecundo ex ijs, quæ allegaui n. 48. ex P. Suarez, & licet quædam non multum vrgeant, iuuant tamen pro amplectenda hac concluſione. 50

Diſtinguitur quæſtio de facto a quæſtione de poſsibili. S. Thom. *Purus homo alteri de facto nō meruit omnes effectus.* Geneſ. 25.

Moueor tertio ex diſcurſu, quē ſæpe indicaui, ac maxime cap. 3. n. 29. ex quo cōſtat, Deum præuidiſſe omnia merita Chriſti abſolute futura immediate poſt originale cōmiſſum antecedenter ad omnia purorū hominū merita, quæ erant effectus meritorū Chriſti: ergo Deus ante præuiſa merita hominū habebat ſufficiēs motiuum eligendi prædeſtinatos in ſolis meritis Chriſti ad gloriā, medijs gratijs cōgruis, quin opus ei eſſet reſpicere ad merita hominum. Accedit, Chriſtum Dominū in primo inſtanti con-

Digitized by Google

cõceptionis ante omne meritum hominis puri oratione ſpeciali applicuiſſe ſua merita pro prædeſtinatis omnibus indifferenter; vt docui cap.8.ad finem:ergo dicendũ eſt,de facto electionem ſpecialem ad gloriam per aliquam primam gratiam cõgruam factã eſſe ex ſolis meritis Chriſti.Dico *per aliquam gratiam congruã*, tum quia negari non debet,plures gratias congruas prædeſtinatis collatas eſſe non ſolum propter Chriſti merita, ſed etiam purorum hominum: tum etiam,quia, vt præſcindam à gratia congrua intrinſeca, & extrinſeca; nam ipſæ preces ſancti, quæ impetrant gratiam cõgruam intrinſecam, ſunt gratia congrua extrinſeca, quatenus effectum habent conuerſionis:tunc ergo dicendum eſt,ipſas eſſe effectus ſpecialis electionis, quam Deus habuit ex ſolis meritis Chriſti, eamq; ſpecialem electionem fuiſſe efficacem ad infundendum oranti gratiam congruam ad preces. Probo illam cõſequentiam: nam oratio illa ſpecialis Chriſti efficax fuit:ergo obtinuit ſpecialem electionem ad gloriam alligatam alicui gratiæ congruæ.Et hac ratione ſoli Chriſto Domino tãquam cauſę primę meritoriæ, atq; proximæ omnium hominum prædeſtinatio ex æquo adſcribenda erit,quod dubio procul cedit in ſpecialem quãdam Chriſti excellentiam.Ideo dixi *tamquam cauſæ proximæ*: quia cũ omnia Sanctorum merita à Chriſto capite originem duxerint, & propter hoc ſemper tribuenda ſit omnium hominum prædeſtinatio, tamquam cauſæ radicali, & originarię,Chriſto Domino: at ſi Deus quoſdam proxime elegiſſet, etiam propter aliorum purorum hominum merita, admitteret Chriſtus Dominus aliam quaſi con cauſam meritoriam prædeſtinationis quorũdam hominum; & homines ſic prædeſtinati, agnita propria prædeſtinatione, non deberent referre in ſolum Chriſtum propriam prædeſtinationem,tamquam in cauſam proximam,& immediatam; ſed etiam in alium hominem purum, licet diuerſo modo: nam in hunc, vt in meritorem de congruo ſine lege infallibili;& in Chriſtum,vt de condigno cum lege infallibili,vt notaui ſupra num.49. Quod tamen neſcio,quid habet abſurditatis,& negabit nemo, ſi Deus indiuiſibili actu immediate poſt præuiſa merita Chriſti, atq; ſpecialem applicationem in eodem ſigno, hoc eſt, ſine dependẽtia vnius ab alio omnes homines ſpecialiter elegit, hoc eſſe decentius,& neſcio quid excellentiæ Chriſto Domino allaturum in hac cauſa: & cum ex alia parte ſententia hæc nitatur maiori auctoritatis fundamento, cui multum tribuendum eſt in hac controuerſia, quæ pertinet ad quæſtionem de facto,alteri procul dubio præferenda eſt.

Quod ſi ita prædeſtinatio hominum peracta fuit,hoc eſt ante præuiſionem omnis meriti puri hominis,preces fuſæ à puro homine pro prædeſtinato non poſſunt nõ eſſe effectus prædeſtinationis hominis,pro quo fundũtur; quia illæ ſunt prima gratia congrua comparatione prædeſtinati, licet ſit extrinſeca; comparatione vero orantis poſſunt eſſe ſecunda, aut tertia.

Hoc loco obſerua; ſi orator meruit prædeſtinato de congruo primam vocationẽ internã, atq; cæteras vſq;ad perſeuerantiam,vt poteſt, & Deus intuitu eius meriti eas cõtulit,duplex decretũ in Deo diſtinguendum eſſe: primum, quo voluit dare eaſdẽ gratias congruas intuitu meritorũ cõdignorum Chriſti Domini:ſecundum,quo ipſas voluit dare intuitu meritorum cõgruorum puri hominis. Hæc autem decreta inter ſe diſtincta eſſe manifeſte cõſtat.nam primũ,aut pertinet ad iuſtitiam propriam, aut ad fidelitatẽ,quippe quod ſoluit æquale pretium cum obligatione ex promiſsione; ſecundũ verò ad gratitudinem,in quo multũ eſt liberalitatis;quippe dat præmium ſuperabundans,& ſine obligatione ex lege: hæc vero decreta non ſunt cõtraria;quia bene poteſt eadem res deberi vni ex iuſtitia, alteri ex gratitudine, vt ſatis conſtat; & cum vterq; creditor ſolum vult, vt res illa eidem detur tamquam præmium ſuorũ meritorum,vnica largitione vtriq; ſatisfacit. 51 *Duplex decretum in Deo,ſiquis homo purus alteri mereretur omnes effectus.*

Sed contra hanc concluſionem obijci poteſt ex P.Petro de Arrubal in hac materia diſp.79. cap.2. vbi probat auctoritate Auguſtini de dono perſeuerantiæ cap. 22. prædeſtinationem quorũdam hominum conceſſam eſſe orationibus Sanctorum. Verba Auguſtini hæc ſunt. *Et ſi qui ſunt nondum vocati,pro eis,vt vocẽtur,oremus:fortaſsis enim ſic prædeſtinati ſunt, vt noſtris orationibus concedantur, & accipiant eãdẽ gratiã,qua velint,atq; efficiantur electi.* 52 P.Arrub. *Obiectio ex P.Arrub.* Auguſt.

Verum Auguſtinus in hoc loco ſolũ adſtruit vocationẽ vnius impetrari poſſe oratione alterius:cũ verò dicit, *ſic eſſe prædeſtinatos, vt noſtris orationibus cõcedãtur*, loquitur de cõpleta prædeſtinatione,prout cõtinet omnes effectus, & hanc bene ait pendere à noſtris orationibus, quia,vt notaui,plures effectus pendent; nõ autem ait prædeſtinationem ipſam,vt eſt ſpecialis electio ante omnia merita,noſtris orationibus cõceſſam eſſe, ſed ſolũ quaſdã vocationes. *Satiſfactio.*

Quoad quæſtionem de poſsibili dico ſecũdo, eo modo diſponi res potuiſſe à diuina prouidẽtia,vt purus homo cauſa eſſe poſsit per meritũ de congruo prædeſtinationis alterius:exempli gratia; ſi poſt præuiſum Chriſti meritum, atque orationem Deus ſolum quoſdam ex primis hominibus eligeret ſpeciali electione, non verò omnes in eo ſigno rationis, ſed quia præſcie- 53

præſciebat fore, vt ſi illi primi homines à Deo pulſarentur, atq; inſpirarentur certa vocatione, fore, vt pro alijs orarent: potuit quidē Deus ſpecialem ſuam electionem, vt terminatur ad hos poſteriores homines, differre ad poſterius ſignum rationis dependens ab oratione iuſtorum hominum. Quod verò ſic res diſponi potuerint à diuina prouidentia, probatur; quia merita Chriſti præſuppoſita, & ſi ſufficientem, & ſuperabundantem valorem habeant ad vniuerſalem omnium hominum prædeſtinationem, vt conſtat; potuit tamen Deus non ſe obligare verbo ſuo ad eligendos omnes homines in eodem ſigno rationis, cum primū præuiſa ſunt Chriſti merita; ſed velle differre quorumdam electionem in poſterius ſignum, & cum aliqua dependentia ab oratione iuſti hominis puri: nam in his nulla eſt implicatio: tunc verò preces illæ conducerent quidem de facto ad prædeſtinationem illorum hominum, non tamen, vt effectus prædeſtinationis, ſed vt cauſæ. Quemadmodum Chriſti merita conducunt, vt ſatis conſtat.

54 Sed dicat aliquis contingere poſſe, quod oratio pro prædeſtinato, nec ſit effectus prædeſtinationis eius, nec cauſa: exempli gratia, cū iuſtus per actum fidei ſibi meretur principiū, ſeu gratiā cōgruam ad aliam bonam operationem, puta ad opus ſpiritualis miſericordiæ; ita docente Auguſtino Epiſt. 106. tunc verò Deus infundit illam gratiam congruam ex ſpeciali electione iuſti orantis, & augmenti gratiæ iuſtificantis. Vnde tum gratia congrua, tum oratio, tum augmētum iuſtitiæ, ſunt effectus prædeſtinationis iuſti orantis; nō tamen eius, pro quo orauit; quia, vt ſubſumo, potuit ea vocatio cōgrua dari ad orandum ex ſola ſpeciali electione orantis. Et ex alia parte potuit hic prædeſtinatus, pro quo oratur, eſſe ſpecialiter electus propter ſola merita Chriſti ante has preces, & omnes alias cuiuſcumq; hominis puri: ergo in hoc caſu, nec preces ſunt cauſa, nec effectus prædeſtinationis alterius. Tūc ſic: hinc videtur effici, hunc hominem purum per has preces mereri prædeſtinato primum effectum prædeſtinationis, & in radice omnes, non tamen ipſam prædeſtinationem, contra noſtram doctrinam num. 17. vbi docui hanc conſequentiā, *meruit omnes effectus: ergo meruit prædeſtinationem*, ſubſiſtentem eſſe.

Implicat orationem pro prædeſtinato nō eſſe effectū, aut cauſam prædeſtinationis.

Reſpondeo, implicari in caſu ſimul cū conſequenti illato: nam ex vna parte obijciens ſumit orantē mereri, atq; impetrare cōgruam vocationem ei, pro quo orat: & ex alia ſubſumit, eam primam vocationē eſſe primū effectū prædeſtinationis eius. Nam ait, preces illas tantum eſſe effectus prædeſtinationis orātis: ergo meruit primū effectum cōgruum gratiæ, atq; adeo ſpecialē electionē ad gloriam alligatam primo effectui cōgruo, ex quo tāquam radice annectitur tota ſeries gratiarū cōgruarū vſq; ad deceſſum in gratia: hoc autem, & nihil aliud eſt mereri de cōgruo prædeſtinationem: quia ante ſpecialem electionem, a qua originē trahit tota prædeſtinatio, præuiſa ſunt a Deo nō tantum merita Chriſti, ſed etiam huius hominis puri. Atq; adeo propter vtriuſq; merita ſpecialiter electus fuit cum diſcrimine notato ſupra n. 51.

Hoc loco obſerua, in caſu obijciētis potuiſſe orationē illam eſſe effectū prædeſtinationis vtriuſq;, in quantū vtriq; prodeſt, & orantis, vt dictū eſt; quia proficiſcitur ex ſpeciali electione ipſius; & eius, pro quo funditur: nam, ſi ille propter merita Chriſti ante præuiſa prædeſtinatus fuit; optime potuit Deus infundere gratiam cōgruam ad opus miſericordiæ ſpiritualis, tum quia orans eam meruerat, tum quia Chriſtus Dominus de cōdigno eādē pro altero prædeſtinato meruerat: atq; adeo proficiſci etiā potuit ex electione prædeſtinatiua eius, pro quo funduntur preces: tunc igitur erunt effectus prædeſtinationis vtriuſq; hoc diſcrimine; quod oranti datur gratia congrua ad orandum, tum propter meritum proprium ex cōgruo; tum propter meritum condignū Chriſti: alteri verò ſolum propter Chriſti meritum; tunc verò falſum eſt, preces illas non eſſe effectum prædeſtinationis alterius.

Modo ad argumenta P. Vazquez, in quantum noſtræ doctrinæ obſtare poſſunt, reſpōdendum. Ad primū nego maiorem. Ad probationem ex Auguſtino contendente cum Maſsilienſibus dico, ideo Auguſtinum ex negatione meriti proprij ad primam gratiam intuliſſe negationem meriti ad prædeſtinationem; & ex affirmatione ad primam gratiam internam affirmationem ad prædeſtinationem; quia loquebatur in ipſo prædeſtinato, in quo ante primā gratiā tantū eſt nudum arbitriū; atq; adeo ſi per arbitriū primam gratiam mereretur in radice, mereretur ſanè effectus omnes prædeſtinationis; ac ſubinde ipſam quoq; formalem, atq; totalem prædeſtinationem ſecundū noſtram ſententiam: at in alia perſona à prædeſtinato, de qua non erat Auguſtino controuerſia cum Maſsilienſibus; vt ſatis in ſe perſpicuum eſt, & conſtat, ex diſp. 25. ex cap. 3. vſq; ad 6. eſt gratia aliqua prior ipſa interna vocatione, quæ quidem ſecūda eſt, ſi cōferatur cum orationibus, quæ, vt proſunt prædeſtinato, pro quo oratur, ſunt gratia cōgrua extrinſeca eius, vt notatum eſt: ergo ex eo, quod dicamus orationē illam eſſe effectū prædeſtinationis eius, longe diſtamus ab intento Auguſtini contra Maſſilienſes, vt manifeſtum eſt. Neq; ad rē eſt teſtimoniū Auguſtini, quod allegat: 55

Reſponſio ad argumenta.

Digitized by Google

nam ibi ſolum ſignificat,ex electione proficiſci gratias,quibus homines credunt, & merentem gratiam mereri aliquam electionem ex parte Dei,vt terminatam ad illã;quod ab omnibus conceditur:nõ tamen ibi affirmat,vnum hominẽ purum mereri prædeſtinationem alterius.

56 Ad ſecundum; aliqui meritum Chriſti dupliciter conſiderant.Primo;vt in vniuerſali in primo inſtãti ſuæ Incarnationis,pro ſalute omnium hominum orauit,ſe ſeq;obtulit.Secũdo, in quantum in particulari inter nos couerſans pro occaſione oblata, pro aliquo homine determinato orabat,vt pro S.Petro,ne eius fides deficeret:dicũtq; meritum Chriſti primo modo conſideratum non eſſe effectum, ſed cauſam prædeſtinationis hominum; ſecundo modo conſideratum eſſe effectum prædeſtinationis eius hominis, pro quo orauit efficaciter. Negant etiam,Chriſtum non meruiſſe gratiam illam congruam ad ſic orandum pro particulari homine; quia per merita antecedentia ipſam ſibi comparauit, vt alia: exempli gratia, vt gloriam corporis, exaltationem hominis, Reſurrectionem,atque Aſcenſionem: de quibus valde probabile reputat de facto meruiſſe P.Suarez tom.1.in 3 part.diſp.29.ſect.2.

Ad 2.ſolutio ex P. Suar.

P.Suar. *Non acquieſco.*

Sed non placet hæc ſolutio; primo: quia Chriſtus Dominus in primo inſtanti ſuæ conceptionis nõ orauit pro omnibus hominibus vniuerſaliter,& in confuſo; nec ita ſe ſe obtulit;ſed pro ſingulis determinate,nullo excepto,quorum exiſtentias,atq; durationes,particulareſque circũſtantias,& gratias,quibus vocandi erãt,tum ſpecie, tum numero diſtinctas perſpectas habebat, tum ſcientia beata, tum infuſa:atq; adeo eius oratio,atq; oblatio,quæ præuiſa fuit a Deo ante collationem harum gratiarum, facta fuit pro ſingulis hominibus diſtincte, & ſigillatim,non in vniuerſali, & in confuſo: nam is modus ſe ſe offerẽdi proprius eſt noſtri intellectus, qui in confuſo hæc cognoſcit;non Dei,aut Chriſti, qui diſtincte,& ſigillatim.Hoc iam explicui ſæpe cap.3.&4.Secundo nõ placet;quia ego exiſtimo, Chriſtum Dominum per omnia ſua merita cauſam fuiſſe completam,atque conſummatam prædeſtinationis hominum; atque adeo omnia opera Chriſti Domini prius *natura* cum abſoluta futuritione præuiſa, quam prædeſtinatio fieret alicuius hominis.Id notaui cap.4.nu. 41.Tertio diſplicet;quia ſupponit,Chriſtum Dominum ad orandum indiguiſſe vocationibus cõgruis trãſeuntibus,ſicut alios puros homines. Contrarium docui num. 36. quia ſcientia, & amor beatificus hoc munus obibant in Chriſto eminentiori modo.

Chriſt. Domin. nõ orauit pro hominibus in cõfuſo.

Quare ſecundi argumenti nego primum antecedens.Nego etiam,preces Chriſti pro particulari homine eſſe effectus prædeſtinationis eius, & multo minus principium earum precum. Inter preces autem Chriſti, & iuſti puri hoc eſt diſcrimen;quod licet potuerint res ita diſponi à diuina prouidentia, vt ambæ preces forent cauſa,aut etiam forent effectus,vt conſtat ex diſcurſu noſtro in ſecunda concluſione; at ita diſpoſitæ ſunt, vt omnis Chriſti oratio etiam pro homine particulari ſit cauſa; iuſti vero ſit effectus; vt conſtat ex diſcurſu in prima concluſione. Hic aduerte diſcrimen aliud, quod preces Chriſti etiam fuſæ pro particulari homine ſemper continent vniuerſale meritum pro omnibus hominibus; quippe ſunt infiniti valoris, vt procedunt ab homine Deo omnium hominum capite: preces vero iuſti puri pro particulari homine tantum continẽt meritum de condigno pro augmento gratiæ propriæ,& meritum de congruo pro vocatione interna eius,pro quo orat. 57

Multa adducit P. Suarez in confirmationẽ ſuæ ſentẽtiæ,quæ indigent diſcuſſione. Sed cum ad alias pertineant materias, & cum nihil obſtet opinioni, quam elegimus, ea non debent nos immorari.

DISPVTATIO TRIGESIMA
DE
EFFECTIBVS PRAEDESTINATIONIS.

Diſtincta capitibus ſex.

Caput 1. Quatuor conditiones omnis effectus prædeſtinationis.

Caput 2. Quænam præuenientes gratiæ ex congruis, aut non congruis ſint, aut non ſint effectus prædeſtinationis.

Caput

Caput 3. Quinam actus ſupernaturales ſint,aut non ſint effectus prædeſtinationis.

Caput 4. Infuſio gratiæ iuſtificantis,etiam prima,cum per peccatum interrũpitur,& glorificatio ſunt effectus prædeſtinationis.

Caput 5. Quo pacto res naturales ſint,aut non ſint effectus prædeſtinationis.

Caput 6. Permiſsio peccati an ſit effectus prædeſtinationis?

ARTIC. II. S. THOMÆ.

VTRVM PRAEDESTINATIO ALIQVID PONAT IN PRAEDESTINATO?

DIſtinxit S. Thomas prædeſtinationem in ſe ab eius executione, ſicut in prouidentia diſtinxerat prouidentiam in ſe ab eius gubernatione. Et reſpondet duplici concluſione.

PRima concluſio S. Thomæ; prædeſtinatio in ſe, quia eſt pars prouidentiæ, & eſt ratio ordinationis hominum in vitam æternam,nihil ponit intrinſecum in prædeſtinato.

SEcunda concluſio:executio prædeſtinationis, quia eſt gubernatio paſsiua ſupernaturalis,aliqua ponit in prædeſtinato.

S. Thomas in hoc art.ſupponit,prædeſtinationem habere proprios effectus. Tota ergo noſtra diſputatio verſabitur in eis diiudicandis.

Caput I. *Quatuor conditiones omnis effectus prædeſtinationis.*

1 VT conditiones, quæ concurrere debent ad hoc, vt aliqua res ſit effectus prædeſtinationis,perſpectas habeamus;ante oculos nobis proponenda eſt ipſa prædeſtinationis natura, atq; definitio. Celebriores retuli diſp. 21.cap. 7. num. 54. Mihi verò hanc ſelegi ſic compoſitam: *prædeſtinatio hominum eſt prouidentia Dei;qua certi homines ex maſſa perditionis miſericorditer ſelecti per infallibilia media gratiæ in vitam diriguntur æternam.* Singula huius definitionis verba, atq; actus omnes in diuina mente,& voluntate exiſtentes,ſpectantes ad compoſitionem eſſentiæ prædeſtinationis,in eo loco explanaui. Ex quo,& ex noſtra doctrina diſp.23.cap.13.& alibi ſæpe,conſtat,primum actum voluntatis diuinæ, conſtituentem eſſentiam prædeſtinationis, eſſe ſpecialem illam electionem, per quam elegit hominem ad gloriam, vt habentem connexionẽ cum medijs congruis futuris.

1. Conditio effectus prædeſtinationis. Ex quo prima conditio redditur perſpicua; nimirum,vt aliquid ſit effectus prædeſtinationis, non ſolum procedere debere a Deo, vt a cauſa efficiente; ſed etiam ab ipſo ex ſpeciali illa electione applicante ſuam omnipotentiam. Quidam Recentiores aduerſantur huic doctrinæ affirmantes, vt aliquid ſit effectus prædeſtinationis, ſatis eſſe, quod procedat ex communi prouidentia, & electione gloriæ: nã in poteſtate prædeſtinati eſt, quod ſic vocatus per illam vocationem mereatur vberiorẽ gratiam,& iuſtificationem, & perſeuerantiam: ergo in poteſtate prædeſtinati eſt efficere, vt illa prior vocatio,procedens ex communi prouidentia,ſit effectus prædeſtinationis: ergo vt aliquid ſit effectus prædeſtinationis, neceſſarium non eſt,ipſum procedere ex ſpeciali electione.

In his non tantũ doctrinæ noſtræ, ſed etiam Patri Suarez aduerſatur: nam,vt nos tenemus, effectum prædeſtinationis procedere debere ex noſtra ſpeciali electione; ita ille ex ſua efficaci prælectione: hoc docuit lib.3.de prædeſtinationis effectibus cap. 2. num. 7. Ego verò contra doctrinam horum Recentiorum egi ſ..tis diſp.28. cap. 4. Non negamus ita a Deo leges ſuæ prædeſtinationis diſponi poſſe, vt vocationes eædem, quæ modo conferuntur, atq; congruæ ſunt, forent effectus prædeſtinationis,cum ſolum procederent ex communi prouidentia. At cum ſpeciali electione antecedente gratioſa Deus de facto diſcreuerit præ-

deſtinatum à reprobo, vt oſtendi ex Paulo, & Auguſtino diſp. 23. cap. 4. & 6. non poteſt non de facto omnis effectus prædeſtinationis ab ea ſpeciali electione ducere originem.

2 Secunda conditio eſt, eſſe aliquo modo ſupernaturalem. Dico *aliquo modo*; quia ſupernaturale diuiditur in ſupernaturale quoad ſubſtãtiam, & quoad modum, vt omnibus notum eſt. Eſſe vero ſecundam conditionem effectus prędeſtinationis, vt aliquo modo ſit ſupernaturalis, cõſtat primo ex definitione propoſita in illa particula *per media gratiæ*. Conſtat ſecundo ex omnibus definitionibus, quas retuli diſp. 22. cap. 7. ac maxime Auguſtini lib. de prædeſtinatione Sanctorum cap. 14. Vbi prædeſtinationem appellat præparationẽ gratiæ. Conſtat tertio ex fine prædeſtinationis, qui totus ſupernaturalis eſt; nimirum viſio Dei: ergo media, quæ conducunt ad conſequutionem huius finis non poſſunt non aliquã habere ſupernaturalitatem. Prædeſtinatio vero circa hæc media verſatur: ergo vt aliquid ſit prædeſtinationis effectus, ſupernaturalitatem aliquam induere debet.

2. Cõditio.

3 Tertia conditio eſt, vt cum effectu conducat in conſequutionem vitæ æternæ. Hæc probatur primo ex definitione propoſita in illa particula, *per infallibilia media gratiæ*. Secundo ex definitione Auguſtini in illa particula; *certiſsime liberantur, quicumque liberantur*: ergo quidquid gratiæ a prædeſtinatione procedit, cum effectu conferre debet ad conſequutionem vitæ æternæ. Hic obſerua cum P. Suarez lib. 3. de prædeſt. effectibus cap. 2. num. 9. prædeſtinationis effectum non debere eſſe in ſe perpetuum; nam gratiæ congruæ, & actus illarum ſunt in prædeſtinato effectus prædeſtinationis, vt doceo cap. 2. & 3. at non ſemper durant: omnis vero effectus prædeſtinationis habere debet effectum perpetuum: nam ſi de facto conducit in vitam æternam, habet vt effectum vitam æternam: habet ergo effectum perpetuum.

3. Conditio.

P. Suar.

Quarta cõditio eſt, quod ſicut effectus prædeſtinationis habet Deum cauſam efficientem, agentem per ſpecialem electionem; ita habet Chriſtum Dominum primam cauſam meritoriam agentem per meritum ſanguinis, & mortis. P. Suarez lib. 3. cap. 2. num. 5. aduerſatur huic conditioni; nam licet concedat effectum prædeſtinationis pendere à Chriſto Domino, vt a cauſa meritoria, negat tamen pendere ab ipſo, vt exiſtente in carne paſsibili per redemptionem ſanguinis, & mortis. Qua ratione exiſtimat, primam primi hominis gratiam, atq; Angelorum prædeſtinationem eſſe effectus Chriſti merentis, abſtrahentis à carne paſsibili, licet non redimentis. 4

4. Cõditio.

Verum hæc dicuntur à P. Suarez conſentanee ad ſua principia; non tamen cũ noſtris cõſonant; qui neque admittimus Chriſtum prædeſtinatum ante peccatum, nec meritum abſtrahens a carne paſsibili, & impaſsibili; nec primi hominis primam gratiam, aut Angelorum prædeſtinationẽ fluxiſſe à meritis Chriſti; vt ſatis conſtat ex dictis diſp. 29. Quapropter licet prædeſtinatio vt ſic, nec petat merita Chriſti Domini, nec merita redẽptionis; at hęc, quã de facto ſtatuit, prouidentia Dei cõtenta non eſt, niſi meritis Chriſti Redemptoris. Ex his quatuor conditionibus, breuiter ſic deſcriptis, pendent vt à norma, quæ in diſcurſu huius diſputationis de effectibus prædeſtinationis à nobis tradenda ſunt.

Caput II. *Quænam præuenientes gratiæ ex congruis, aut non congruis ſint, aut non ſint effectus prædeſtinationis.*

5 BENEFICIA, quæ plus habent de ſupernaturalitate, primum locum obtinent inter effectus prædeſtinationis, & ideo exordium ſumimus a gratijs præuenientibus. Hæ vero diuiduntur in congruas, & non congruas. Nõ poſſum diſcrimen inter has gratias ex profeſſo explicare. Nec etiam poſſum non leui calamo aliquam differentiam explanare. Gratia ergo congrua 1. cõſiderari poteſt in ſe ipſa, præſcindendo ab actibus diuinis, per quos infunditur. Conſiderari etiam poteſt in duplici ſtatu; primo in ſtatu conditionato: ſecundo in ſtatu abſoluto; in vtroque differt a gratia non congrua per hoc, quod affert, ſeu connotat actum ſecundum; non congrua vero connotat negationem eius in vtroq; ſtatu. Secundo cõſiderari poteſt, vt ſubeſt actibus ſciẽtiæ, & decretis voluntatis, quibus confertur; nam, vt ſubeſt praſcientiæ, tum conditionatæ de conſenſu ſub conditione futuro, tum viſionis de exiſtentia gratiæ congruæ in voluntate, prius *ratione* logice loquẽdo, quã habeat cõſenſum, cũ ipſo habet infallibilẽ connexionẽ; propterea quod intellectui diuino duplex pręmiſſa præcedit, ex qua euidenter, & neceſſario ſequitur cõſenſum fore pro poſteriori rationis; altera præmiſſa eſt hoc iudicium: *ſi ego hũc hominem ſic vocauero, ipſe reſpondebit.* Altera hoc: *iam præuideo hic, & nunc exiſtentẽ hãc vocationem in facultatibus eius*: ex ijs, quæ logice præcedunt, infertur neceſsitate conſequentiæ hæc

Quid gratia congrua, & non congrua.

Digitized by Google

hæc concluſio: *ergo erit conſenſus*: vt ſubeſt etiam actibus voluntatis, ſemper in prædeſtinato procedit ex ſpeciali noſtra intētione gloriæ alligata medijs cōgruis, de qua ex profeſſo ſermonē habuimus diſp.23.cap.13. Itaq; gratia congrua pluribus nominibus inſignitur ab Auguſtino: modo appellat congruam, lib. de dono perſeuerāt.cap.14. quia cōgruit fini gloriæ a Deo ſpecialiter præintēto, quia etiā cōgruit ipſi volūtati; quatenus per eā vocantem ſequitur, & cōſequitur vitā æternā: modo appellat ſecretā, & altam, vt Epiſt.107. quia ſoli Deo notum eſt ipſam habituram effectum, & laturā fructum vitæ ęternæ; iam appellat vocationem ſecundū propoſitū, & ſine pœnitētia; vt lib. de prędeſt. Sanct. cap.3. & 19. & de corrept. & gratia cap.7. & alibi, quia eſt acommodata præſcientiæ, & electioni Dei, & de facto fert infallibilem fructum vitæ æternæ: iam etiā appellat certam ſcientiam, vt lib.2. de peccatorum meritis cap.19. & tunc eam conſiderat, vt ſubeſt certo præſcientiæ Dei; iam demum victricem delectationem, & ſuauitatem, vt in eodem lib.2. cap.27. & tunc eam conſiderat, vt hominem ducit ad conſenſum, & de facto trahit. Itaq; in his differūt gratia cōgrua, & nō cōgrua; in quo autē ex his connotatis formaliſsime cōſiſtat congruitas, aut efficacia, an in aliquo præcedente *natura*, aut *ratione* ſaltē logice; an per ipſum conſenſum cōpleatur, & in quo conſiſtat maioritas gratiæ, & beneficij? ex profeſſo tractaui in materia de auxilijs diuinæ gratiæ, a qua modo abſtinendum.

Aug. varys nominibus illuſtrat gratiam congruam.

Reprobi habent aliquādo gratiam congruam.

Hoc loco obſerua, etiam reprobos aliquando habere vocationes congruas, quibus cōſequuntur gratiā iuſtificantē; at eas non habent ex ſpeciali illa electione, quæ eſt primus actus eſſentiæ prædeſtinationis ex ijs, qui pertinent ad voluntatē Dei; ſed aut ex communi prouidentia, vel ex ſpeciali complacentia in eo actu bono, quem habet reprobus media illa gratia congrua.

6 *Gratia congrua in prædeſtinato eſt effectus prædeſtinationis.* **Ad Rom 8.**

His prænotatis dicendū primo; omnis gratia cōgrua in prædeſtinato eſt effectus prędeſtinationis. Hęc cōcluſio eſt in ſe prorſus certa, & fere ſine controuerſia. Probatur primo ex pluribus Pauli locis maxime ad Rom. cap. 8. ibi: *quos prædeſtinauit, hos & vocauit*: vbi vocationem congruam ſignificat eſſe effectum prædeſtinationis. Eam etiam Auguſtinus illuſtrat nominibus, quæ obſeruaui num. 5. & appellat propriam prędeſtinatorum; & eam magis explico cap. 3. vbi de actibus, qui ſunt effectus. Secūdo probatur, quia huic vocationi cōpetunt omnes quatuor illæ conditiones effectus prædeſtinatonis, quas deſcripſi c.1. Prima, quod procedit à Deo per ſpecialem electionem prædeſtinantem. Secunda, quod ſit ſupernaturalis: nam omnis vocatio congrua etiā prima omnium in meā ſententia ſupernaturalis eſt quoad ſubſtantiā, & in omnium ſententia ſaltem quoadmodum. Tertia, quod cōferat cum effectu in gloriam: nam licet ipſa in ſe perpetuo non duret, durat in effectu æternum; vt notaui num.3. Quarta demum, quod Chriſtum Dominum habet cauſam meritoriam per redemptionem.

Dubitabit quiſpiam, an vocatio cōgrua reprobi ſit aliqua ratione effectus prædeſtinationis? Reſpondeo breuiter non eſſe; primo: quia cōparatione reprobi nō procedit ex electione prædeſtinante, ſed ex cōmuni prouidētia ſupernaturali. Secundo, quia non fert fructū vitę æternę. Vnde propter defectum primæ, & tertiæ conditionis excluditur à ratione effectus.

An reprobi vocatio cōgrua ſit effectus. Non eſſe.

An eadem cōparatione alterius eſſe poſsit effectus.

Sed dubitabis iterum, an hæc eadem vocatio congrua reprobi comparatione prędeſtinati alicuius, cum ipſe capit fructum ſpiritualem vitæ æternæ ex bona operatione reprobi ſibi in exēplum propoſita, ſit ne effectus prædeſtinationis prædeſtinati? Reſpondeo certum eſſe, eſſe poſſe; & probabilius eſſe: nam nihil impediente, quod prædeſtinato extrinſeca ſit, poteſt habere rationem gratiæ congruæ comparatione eius. At, vt dixi in prima concluſione, omnis gratia congrua prædeſtinati eſt effectus prædeſtinationis eius: ergo etiam illa.

7 *An in prædeſtinato gratia non cōgrua ſit effectus.* P. Suar. *ſētētia affirmans.*

Quia vero cōtingit, prędeſtinatū non ſemel vocari gratia nō cōgrua, dubitari ſolet, an hęc etiā ſit in illo effectus prędeſtinationis eius? P. Suarez lib.3. de effectibus prędeſtinat. cap. 6. num.5. affirmat. Mouetur primo, quia illa etiā procedit ex intentione efficaci dandi gloriam: nam ſępe contingit Deum vocare prędeſtinatum, vt non cadat, non abſolute, ſed quaſi ſub conditione, vel diſiunctim, vt non cadat, vel ſi ceciderit, reſurgat: ergo tunc licet non ſit efficax ad non cadendum, datur tamen a Deo ex intentione vltimi finis, & animo tollendi impedimentum ab homine poſitum.

Cōfirmat exēplo petito ex humana prouidētia, vt cum ex intentione efficaci ſalutis ſumo medicinā, ſi forte proſit: & licet non proſit, at ſumptio eſt effectus intētionis efficacis: ergo pariter, licet vocatio non congrua non habeat effectum, nihilominus proceſsit a Deo ex intentione efficacis ſalutis.

Mouetur ſecūdo; quia, licet ea vocatio non habeat effectū in actu proximo, pro quo datur; at cū prædeſtinatus reſpōdet alteri vocationi congruę, & in memoriam reuocat vocationem, cui non reſpondit, prodeſt ſæpe ea memoria ad aliquem fructū ſpiritualem, vt ad agēdas gratias pro frequētia vocationū, ad ſe corā Deo abijciēdum propter negatum cōſenſum: ergo

Digitized by Google

ergo potuit Deus eam vocationem non congruam infundere ex ſpeciali complacentia in actu bono, pro quo vtilis fuit præſcius eius vtilitatis: ergo, licet ſit non congrua comparatione actus proximi, habet tamen ſecundum hanc conſiderationem ſuam congruitatem, & efficaciam media memoria comparatione aliorũ actuũ, quos diximus; ergo vt ſic eſt effectus prędeſtinationis. Probo hanc conſequentiã; quia vt ſic reuocatur ad vocationes congruas; omnis autem vocatio congrua in prædeſtinato eſt effectus prædeſtinationis: ergo &c.

8 *Sententia negans.* A contraria parte hæc faciunt; primum, quod nullibi Auguſtinus agnouit, vocationem nõ congruã vt ſic eſſe effectum prædeſtinationis. Ego ſane nullum legi locum, in quo id ſignificauerit; imo nec Doctorẽ ſcholaſticũ, qui eã vocationem inter effectus annumerauerit.

Multa cõferũt, quæ nõ ſunt effectus. Facit ſecundo; quod licet ea vocatio poſtea in memoria verſata vtilis ſit eo modo, quo expendebat P. Suarez in ſecunda ratione; at ex eo non fit neceſſario eſſe effectũ, vt inferebat P. Suarez: neque enim omne, quod vtile eſt, & confert ad prædeſtinationem, effectus eius eſt; nam, vt ſit effectus, debet procedere ex ſpeciali dilectione iuxta primam conditionem num. 1. Multa vero conferunt, quæ non proceſſerunt ex ſpeciali illa dilectione; vt patet in Chriſto, in Sacramentis, in ipſa ſubſtantia prædeſtinati, quæ conferunt, & non ſunt effectus prædeſtinationis. *1. Con. Iudiciũ authoris.* Id etiam declaro hoc exemplo in prouidentia domeſtica, cuius finis eſt verſari circa media, quibus comparantur neceſſaria ad victum, & veſtitum familiæ: ad hunc vero finem ſæpe vtitur arte aliqua, aut induſtria; cum tamen neque ars, neque induſtria ſint effectus prouidentiæ. Pariter licet prædeſtinatio vtatur aliquando ea gratia non congrua memorata ad ſuum finem, ita vt reuera conferat ad illum: non tamen ex hoc fit neceſſario eſſe effectum eiuſdem prædeſtinationis. Qua doctrina eneruari videtur ſecunda ratio P. Suarez, quam ipſe cenſuit efficacem pro intento.

9 *2. Con.* Dicẽdum ſecũdo, quæ vtrinque allata ſunt, probare, ita res à diuina prouidentia diſponi poſſe, vt ea vocatio, ſecundum quod poſtea prodeſt, ſit effectus, & non ſit effectus. Sic probo concluſionem hanc ex dictis; nam certum eſt eſſe medium conducens ſecundum eam cõſiderationem: at ratio medij conducentis indifferens eſt, vt ſit formaliter effectus, aut medium; & vt ſit tantum materialiter medium, vt probaui num. 8. ergo ita poterat Deus diſponere res, vt ea gratia non congrua, in quantum prodeſt ad ſalutem, ſit ſimul effectus, & medium, aut ſit purum medium, & non effectus.

10 Dicendum eſt tertio; vt proxime cõparatur ad actum, pro quo data fuit, ſeu ſecundũ virtutem efficiẽtem non eſt effectus prædeſtinationis. *3. Con.* Hanc concluſionem probat primo auctoritas negatiua Auguſtini. Probat ſecũdo, quod vt ſic nihil cõducit in cõſequutionẽ vitæ æternæ; ac proinde non proceſsit ex ſpeciali electione; ergo ex defectu primæ, & tertiæ conditionis excluditur a ratione effectus.

11 *4. Con.* Dicendum eſt quarto; vt vero ea vocatio eſt obiectũ, & verſata in memoria confert ad alios actus ſupernaturales iam numeratos; probabilius eſt, eſſe de facto effectum prædeſtinationis. Concluſio hæc conſentanea eſt eis, quæ diximus ſupra num. 6. in quo vidimus vocationes congruas reprobi comparatione prædeſtinati eſſe effectus prædeſtinationis eius, nihil impediente, quod ſit gratia extrinſeca; quia illa fert in prædeſtinato fructum vitæ ęternæ. Qua ratione dicunt Theologi alias extrinſecas gratias, prædicationem, Sacramentorum applicationem, opportunitatem bene agendi eſſe effectus prædeſtinationis. Ergo pari ratione gratia non congrua, non vt ſic, ſed vt induit rationem congruæ, in quantum obiectiue verſata in mente prodeſt ad vitam æternã, dici debet eſſe effectum prædeſtinationis, atque proceſsiſſe ex ſpeciali electione, quæ præſuppo nit præſcientiam vtilitatis eius: nam hoc pertinere videtur ad perfectiorem prouidentiã. Neq; obſtat Auguſtinus: quia quoties non agnoſcit gratiam non congruam vt effectum, intelligendus eſt de ea, vt eſt non congrua in genere efficientis; non autem de ea, vt obiectiue induit aliquam congruitatem.

12 *Diſiunctũ non eſt obiectũ electionis efficacis Dei.* His cõcluſionibus nulla ex rationibus vtrinque productis obſtat. Verum non poſſum non notare in primo argumento P. Suarez, primo nullã eſſe electionẽ efficacem illius diſiuncti; nimirum, vel quod non cadat, vel quod ſi ceciderit, reſurgat: nam diſiunctum illud poteſt quidem verſari in mente noſtra confuſa: vt cum dicimus; alter oculus requiritur ad vidẽdum: at non poteſt exiſtere à parte rei, vt mẽte attingitur tale obiectum. Quo fit, electionem Dei efficacem, quæ ſecum affert obiectũ neceſſario non poſſe terminari ad diſiunctum illud; nam vt non poteſt Deus efficaciter velle, vt exiſtat animal vt ſic, vt a mente noſtra confuſa attingitur, quia repugnat illud vt ſic exiſtere: ita non poteſt illud diſiunctum efficaciter eligere. Secundo noto, in quantum vocatio illa datur a Deo, vt non cadat, non poſſe procedere ab intentione efficaci gloriæ antecedente, cuius oppoſitum ſubſumit P. Suarez, cuius ratio eſt; quia Deus certo cognoſcit, medium illud eſſe inefficax, vt non cadat; intentio autem efficax non determinat ad medium, quod fore inefficax certo cognoſcit intendens;

Digitized by Google

tendens; ſed ad mediũ, quod aut certò ſcit fore efficax, aut ſaltem ſperat habiturum efficaciam. Qua ratione ſumimus medicinam prouidentia humana ex intentione efficaci ſanitatis; quia, licet non conſtet nobis certo efficacẽ futuram: at ſpem habemus de effectu per illã; quod ſi nulla eſſet ſpes ex præſcientia inefficacitatis, vt non eſt in Deo, eligi non pòteſt ex intentione efficaci finis. Itaque licet intentio inefficax finis inclinet intẽdentem ad medium efficax, vt explicui diſp. 23. cap. 14. in ſecunda obiectione: at intentio efficax imperare non poteſt electionem medij inefficacis, cognita inefficacia.

Caput III. *Quinam actus ſupernaturales ſint, aut non ſint effectus prædeſtinationis.*

13 HVIVS capitis materia multum pendet ex dictis capite ſuperiori. Et primo diſtinguendi ſunt actus ſupernaturales reprobi ab actibus ſupernaturalibus prædeſtinati. De illis idem dicendum eſt comparatione prædeſtinati, quod diximus de gratia congrua reprobi num. 6. atq; propter eamdẽ rationem, vt conſtat.

Deinde diſtinguẽdi ſunt in prædeſtinato actus ſupernaturales: nã alios efficit in ſtatu gratiæ; alios extra hunc ſtatũ; alij ſunt diſpoſitiones, aut remotæ, aut proximæ iuſtificationis: alij aliquid de facto impetrant, atq; merentur ſaltem de congruo; alij non, vt declaro magis in 2. concluſione.

Prædeſtinatio reſtricte quid? Porro in præſenti agimus de prædeſtinatione nõ tãtũ reſtricte, vt eſt cauſa iuſtificationis, aut glorificationis, quo pacto eam vſurparunt aliqui Theologi, atq; dixerunt, iuſtificationem eſſe primũ effectum prædeſtinationis, & ideo conceſſerunt cauſam aliquam ipſius ex actibus procedentibus a gratia, vt ſæpe fecimus mentionem: ſed agimus de prædeſtinatione phraſi Auguſtiniana, deprompta ex Paulo, prout cõplectitur omnes effectus gratiæ per Chriſtum a prima vocatione cum vniuerſa ſerie, & progreſſu prædeſtinati vſque ad perſeuerantiam, atque glorificationem.

Actus ſupernaturales prædeſtinati ſunt effectus. His notatis dicendũ primo, omnes actus ſupernaturales prædeſtinati, qui de facto ferunt fructum ſpirituale vitæ æternæ, aut per meritũ condignum, aut congruum, aut ſunt diſpoſitiones proximæ, aut remotæ, numerantur inter effectus prædeſtinationis. Hæc concluſio eodem modo probanda eſt, ac prima capitis ſuperioris num. 6. ex qua conſtat, omnem gratiam congruam in prædeſtinato eſſe effectum prædeſtinationis: ergo multo melius actus ſupernaturalis, propter quẽ infuſa fuit, erit prædeſtinationis effectus. Patet conſequentia; nam huic actui ſupernaturali competunt quatuor illæ conditiones cap. primi, quibus diiudicatur effectus prædeſtinationis a non effectu; vt applicanti facile conſtabit.

14 Dico ſecundo; actus ſupernaturales effecti extra ſtatum gratiæ, qui nec de facto diſponũt ad vlteriorem gratiam, nec acceptatur a Deo eorum meritum de congruo, non ſunt effectus prædeſtinationis. *Quid de actibus factis extra ſtatũ gratiæ.* Pro probatione concluſionis nota, aliud eſſe actum ſupernatutalẽ eſſe, quantũ eſt in ſe, meritorium de congruo; aliud de facto mereri, & acceptari a Deo: nã primũ ſolum dicit meritum in actu primo, hoc eſt, ex ſe eſſe aptum, vt mereatur: ſecũdum vero dicit actum ſecundum merendi. Cum vero Deus nõ promiſſerit lege infallibili acceptare meritum de congruo, vt de facto non promiſit his actibus, qui exercentur extra ſtatum gratiæ, aut ſunt diſpoſitiones remotæ: ſtat actum eſſe meritorium, & de facto non acceptari, nec propter illud conferri aliquod præmium.

Ex hoc notato manifeſte probatur cõcluſio: nã actus hi ex defectu tertiæ conditionis, quia nimirũ nihil cũ effectu conducunt in vitã æternam, remouentur à ratione effectus, & eodem modo prorſus ſe habẽt, ſicut gratia nõ cõgrua in eodem prædeſtinato cõparatione actus proximi, pro quo dabatur a Deo; de qua vt ſic propter ſimilem rationẽ diximus, non eſſe effectum prædeſtinationis numero 10.

Verum in actibus ſupernaturalibus de quibus diximus in prima cõcluſione eſſe effectus prædeſtinationis, eſt non nulla dubitatio; an quatenus procedunt præciſe a libero arbitrio, hoc eſt, vt habent cauſam partialem naturalẽ, induant rationẽ effectus? 15 *An quatenus procedunt a libero arbitrio, ſint effectus.* Nã partem negantem docuit Enricus quodlib. 4. q. 19. & quod lib. 8. q. 5. fauet P. Molina 1. p. q. 23. ar. 4. & 5. diſp. 1. mem. 8. nõ longe à fine, ſicut calor (ait) producitur ab igne in genere cauſæ efficiẽtis, vt a cauſa particulari, vt ab vniuerſali vero a Deo, vt a cauſa materiali a ſubiecto; vt vero habet eſſe ab igne, & a ſubiecto, non eſt effectus cauſæ vniuerſalis, nec vt a Deo procedit, eſt effectus cauſæ ſecundæ: ergo pariter actus ſupernaturalis, qui eſt immediate, tum a Deo auctore ſupernaturali, tũ a gratia auxilij excitantis, tum etiam a libero arbitrio noſtro; vt eſt a libero arbitrio, nõ eſt à gratia, neque a Deo auctore ſupernaturali, ſed a cauſa partiali naturali: ergo vt ſic non eſt effectus prædeſtinationis, *P. Molina. Enricus. Sententia negans.*

nis,ſecundum hanc declarationem P. Molinæ. Probo hanc conſequentiam, quia omnis effectus prædeſtinationis eſt a gratia; ſed vt ſic non eſt a gratia:ergo vt ſic non eſt effectus prædeſtinationis.Lege ipſum memb.9.ad finẽ quartæ concluſionis,& memb.10.§. *hinc efficitur*,vbi idem ſignificat.

16 P.Suarez. P.Valent. *Sententia affirmans eligitur, & declaratur.* Oppoſitã ſententiã defendit P. Suar. lib.3. de effectib.prædeſt.cap.5.concluſ.2.& P. Valẽtia in præſenti pũct.4.§.3.in refutatione ſeptimæ ſentẽtiæ,quæ eſt Hẽrici; quibus ego etiã ſubſcribo.At declaro in hũc modũ,nã forte cõtrouerſia hęc inter hos doctores, ac præcipue cũ P.Molin.ad quæſtionẽ de voce ſpectat. Sumo ex mihi certa phyloſophia, influxum gratiæ,& liberi arbitrij,quo producitur actus ſupernaturalis, ſolum diſtingui ratione inadæquata non præſcindente, quatenus eumdem prorſus influxum modo concipimus inadæquate per ordinem ad vnum principium connotatum;modo per ordinem ad aliud:licet ergo in ſe principia diuerſa ſint, atq; diſtincta,nõ influunt diſtincto influxu, vt influunt cauſæ totales,& adæquatę,ſed eodẽ, qui egreditur à duplici partiali principio. Ex quo efficitur, quidquid in actu ſupernaturali agit liberũ arbitriũ,id ipſum agere gratiã; nã ſi agunt eodẽ influxu,& nõ aliter;non poſſunt non idẽ in effectu attingere;ergo ſi influxus ille, vt a gratia excitante,eſt effectus prædeſtinationis, etiam eſt effectus,vt a libero arbitrio.

Vrgeo rationem; ſicut liberum arbitrium efficit, quod influat gratia determinando ipſum exercitium operis, ita vt per rationẽ noſtram ei directe,& primario tribuatur exiſtentia influxus,& actus;ita etiã gratia efficit formaliſsime,quod liberum arbitrium eliciat actum ſupernaturalem: nam ipſum poteſt quidem ſine gratia influere in actus virtutum moralium, non vero in actus virtutum infuſarum. Vnde gratia facit, vt faciat ſupernaturaliter non prædeterminãdo ad opus,ſed cooperando per cooperationem eleuantẽ. Id ſignificauit Ezech.cap.36. cum dixit:*faciam, vt in*

Ezech.36. *præceptis meis ambuletis*, vtique per gratiam meam;hoc eſt, vt præcepta mea ſupernaturaliter adimpleatis: ergo influxus ille liberi arbitrij eſt donum Dei, quippe in ipſo vt ſic Deus ſpecialiter complacet: ſimul enim vult, & gratiam influere, & liberum arbitrium; & propter vtrumque elargitur præmia; vt ele-

Auguſt. ganter dixit Auguſtinus lib. de prædeſtinat. Sanct. cap. 20. vbi expendit dona Dei remunerare Deum, cum noſtris operibus confert præmia:ergo opera noſtra appellat dona Dei. Quis autem dicat in noſtris operibus pijs non ſignificari influxum liberi arbitrij, cum nec influxus gratiæ ſine influxu liberi arbitrij, nec is ſine influxu gratiæ digni ſint præmio? ergo cum ait Auguſtinus, dona ipſa Dei, quæ ſunt opera noſtra,remunerari præmio, complectitur influxum liberi arbitrij: & cum de facto vt ſic etiam conducat in vitam æternam actus ille ſupernaturalis,vt conſtat manifeſte; efficitur etiam,influxum liberi arbitrij,vt ſic,annumerandum eſſe inter effectus prædeſtinationis.

Eodem modo dicendum eſt in ipſo exemplo, quo ſuam ſententiam P. Molina confirmabat, & declarabat: nam calefactio ſecundum omnia, quæ habet in ſe, vt eſt ab igne cauſa particulari, eſt a Deo cauſa vniuerſali: neque enim calefactio illa accipit vnum prædicatum a Deo,aliud aut realiter,aut virtute ſecundum diſtinctionem intrinſecam virtualem à cauſa ſecunda: ſed quodcumque prædicatum intrinſecum eius,cum reduplicantur prędicata ipſi eſſentialia,& eſt a Deo, & eſt ſimul à cauſa ſecunda. Vnde ex parte calefactionis, ſeu ſignificati directi, vt eſt a Deo,eſt a cauſa ſecunda. Quod ſi illa reduplicatiua *vt* non ſolum cadat ſupra eſſentialia actioni,ſed etiam inuoluat,atque includat ipſa principia, & efficiat complexum quoddam ex ipſa actione,& principio;verum erit,vt actio eſt à Deo, non eſſe a cauſa ſecunda: tunc autem diligenter animaduertẽdum eſt,ſenſum eius reduplicationis hunc eſſe,complexum illud ex actione,& principio cauſæ primæ diſtinctum eſſe à complexo ex actione,& principio cauſæ ſecũdæ: tunc vero non erit quæſtio de ipſa cooperatione liberi arbitrij, quæ egreditur ab ipſo,& a gratia, an ſit effectus prædeſtinationis? ſed an ipſum complexum,vt conſtat ex actione,& principio,ſiue cauſæ primæ, ſiue cauſæ ſecundæ,ſit effectus prædeſtinationis? ideſt, an omnipotentia Dei, quæ eſt principium cauſæ primæ,& liberum arbitrium, quod eſt principium cauſæ ſecundæ,ingrediantur inter effectus prædeſtinationis? Cum ergo diuerſitas in hoc ſenſu locum non habeat,ſed ſolum quæſtio ſit de ipſa actione,vt condiſtincta à principiis,& vt ea excludens;dicendum eſt,ipſum influxum vt a libero arbitrio eſſe donum Dei, atque effectum prædeſtinationis, quin obſtet exemplum P.Molinæ.

Caput

Digitized by Google

Caput IIII. Infuſio gratiæ iuſtificantis etiam prima, cum per peccatum interrumpitur, atq; glorificatio ſunt effectus prædeſtinationis.

17 DE gratia habituali, atq; virtutibus infuſis, quę ipſam comitãtur, quę q; in prædeſtinato durant vſq; ad finem vitæ, eſſe effectus prædeſtinationis, nemini dubium. Id quod expreſſe docuit Paulus ad Rom. 8. ibi: *quos vocauit, hos iuſtificauit.* Nec hoc alia indiget probatione, nam gratia illa immediate cum gloria cõnectitur. Cum vero mortale ſuperueniens eã in prædeſtinato deſtruit, merito ſcholaſtici Doctores dubitant, an prima eius productio ſit prædeſtinationis effectus? An verò illa proceſſerit à cõmuni prouidentia; ita vt effectus proprij prædeſtinationis incipiant à reparatione?

Ad Rom. 8.

Illud certum omnibus eſſe debet in hoc caſu, per pœnitentiam recuperari non ſolũ, quod reſpondet merito de congruo pœnitentiæ, ſed vltra totam intenſionem gratiæ deperditæ, ſiue ea, aut pars conferatur ex liberalitate, ſiue ex vi meritorum, quæ per peccatum mortificata iacebant. Videri poſſunt de hac re S. Thomas 3. p. q. 89. art. 5. vbi docte P. Vazquez tom. 4. dub. 12. & 1. 2. tom. 2. de gratia diſp. 221. cap. 6. Item P. Suarez in opuſculis relectione de reuiuiſcentia meritorum. Ex quo etiam euidenter fit, ſecũdã eius gratię productionem, ſiue eadem numero reproducatur à Deo, ſiue alia tantæ intenſionis, eſſe effectum prædeſtinationis: nam illa coniungitur cũ gloria, & propter illam intenſiori gloria donatur: ergo in dubium vocari non debet eſſe prædeſtinationis effectum.

Quantum gratiæ recuperetur per pœnitentiam.

D. Thom. P. Vazq.

P. Suarez.

Gratia ſecundo reproducta eſt effectus.

18 Tota ergo dubitatio ſita eſt in prima eius gratiæ productione, quæ (vt video) ſolũ accuratè diſcuſſa ab ſcriptoribus noſtris. At enim mutuo ſe ſe impetunt Patres Suarez, & Vazquez: is negat eſſe effectum 1. p. diſp. 93. cap. 3. vt ſibi manifeſtum; imo numer. 19. affirmat, etiam in ſententia P. Suarez, qui adſtruxit electionem efficacem ad gloriam ante præuiſa merita, partem negantem conuenientius defendi: ille verò lib. 3. de effectib. prædeſtinationis cap. 4. affirmat, primam illam productionem eſſe effectum. Sequitur Pater Valentia hic diſp. 1. punct. 3. & fauet huic ſententiæ Pater Arrubal diſp. 83. cap. 1. Fundamenta Patris Vazquez ad finem refero; fundamenta partis affirmantis diſcutio proferens propriũ iudicium, quod libet ſtatim proferre, ſimul ſtatum controuerſiæ apprime explicans, & rem definiens.

Vtraq; ſententia negans, & affirmans de prima gratia productã.

P. Valentia. P. Arrubal.

Notandũ. Vt res aliqua ſupernaturalis ſit effectus prædeſtinationis, ſufficit, quod illa re vera de facto pariat effectum gloriæ, ſi ei competunt aliæ tres conditiones effectus: prima, procedere ex ſpeciali electione: ſecunda, eſſe ſupernaturalem: tertia, eſſe ex meritis Chriſti Redemptoris, licet in ea conducentia pendeat ab aliquo ſe poſteriori, quod niſi conſtitueretur in natura, illud prius non eſſet effectus prædeſtinationis: at de facto eſt effectus, quia de facto poſterius conſtituendum eſt. Declaro exemplo congruæ vocationis prædeſtinati vltimæ, atque neceſſariæ, vt ille vitam in gratia finiat; quæ ſane non eſſet prædeſtinationis effectus, ſi liberum arbitrium, vt poteſt, ei reſiſteret cohibendo cooperationem: at poſita cooperatione, quæ poſterior eſt infuſione gratiæ congruæ, illa eſt effectus, quia ſaltem mediate conducit ad gloriam, & in ea perpetuum effectum habet. Ex hac doctrina, quæ admittitur à P. Vazquez ſupra, ego ſic infero, primam gratiæ iuſtificantis infuſionẽ in noſtro caſu eſſe effectũ prædeſtinationis. Etenim peccatum mortale ſuperueniens eam non extinguit, ſed mortificat, aut conſopit. Merita item priora non fuerunt extincta, ſed conſopita; & ita manſerunt in diuina acceptatione; vt vim habeant reuiuiſcendi, ſi impedimentum peccati remoueatur. Ergo remoto illo impedimento per pœnitentiam, prima illa collatio, atq; merita præcedentia effectum habent in gloriam ſpecialem, cum non haberent, niſi prima collatio, atq; merita præceſſiſſent: etenim tunc ſolum conferretur gratia ad menſurã pœnitentiæ: modo verò propter primam iuſtificationem, atq; priora merita vberior gratia datur, vt notaui num. 17.

Infuſio prima gratiæ eſt effectus.

Nec obſtat in hoc effectu pendere illam primam collationem ab aliquo poſteriori ſe; nimirum, à remotione impedimenti per pœnitentiam; & an, ſi prædeſtinatus non præſtaret illam primam vocationem, non foret effectus? Etenim hanc difficultatem ſuperauimus in gratia congrua, vt antecedit operationem; quam tamen vt ſic fatentur omnes eſſe effectum prædeſtinationis: ergo ſimiliter dicendum in prima gratiæ iuſtificantis infuſione.

Hæc eſt ratio fundamentalis pro parte affirmante, & ex ea obiecta P. Vazquez diſſoluenda: quæ dum diluo, rem adhuc magis explano. Prima obiectio: prima illa collatio ante ſtatum peccati eſt effectus cõmunis prouidentiæ: ergo non prædeſtinationis. Antecedens negandum eſt, quod non video vrgenter probari à P. Vazquez. Quare enim Deus præſcius permiſsionis peccati, & futuræ pœnitẽtiæ, atq; repara- 19

Enodatio obiectionũ.

Digitized by Google

reparationis, non poterat producere in prædeſtinato primo gratiam iuſtificantem ex ſpeciali electione eius ad gloriam, non quidem efficaci antecedente ante peccati permiſsionem, & præuiſionem. Nam ſi Deus præfiniret recuperationem gratiæ, & pœnitentiam ante peccati permiſsionem, & præuiſionem voluntate antecedenti, ſaltem implicite vellet ipſum peccatum, vt tracto cap.6.num.31. ſed ſpeciali noſtra dilectione, pro quodam priori rationis terminata tantum ad primam gratiæ productionem ex præſcientia; quod illa poſt reparationẽ profutura ſit prædeſtinato, ad augmentum gloriæ.

Præoccupatio obiectionis. Dices; voluntatem illam antecedentem, ex qua prima iuſtificatio producitur, non poſſe eſſe prædeſtinatiuam, quia non eſt continuanda cum alijs effectibus. Sed contra: vnde probatur, ad rationem effectus neceſſarium eſſe, vt non interrumpatur per aliquid non ſpectans ad prædeſtinationem. Neque hoc video ſolide ſtatui, imo oppoſitum videtur verius: nam ſi primæ illi productioni competunt quatuor conditiones omnis effectus prædeſtinationis, quas deſcripſimus capite primo, non eſt, cur excludatur à ratione effectus; eas verò competere manifeſtum eſt. Itaque licet ſpecialis electio noſtra non cadat immediate in omnes gratias congruas continuas, atque inter ſe connexas, quibus immediate perducitur homo ad gloriam; at potuit ſpecialiter complacere in gloria prædeſtinati per primam illam productionem gratiæ prius *ratione*, & ibi ſiſtere, & poſtea permiſſo, atque præuiſo peccato ex illa ſpeciali electione alium effectum prædeſtinationis, nimirum, vocationem congruam ad pœnitentiam infundere, & ſic in alijs euentibus.

Imo in ſententia P. Vazquez, qui, cum neget ſpecialem electionem gloriæ antecedentem, dicere cogitur, ad effectum prædeſtinationis neceſſarium non eſſe, quod procedat ex ſpeciali voluntate, ſed ſufficere, quod procedat ex ſimplici deſiderio gloriæ; conuenientius mihi dici videtur, illam primam collationem gratiæ eſſe effectum prædeſtinationis, nec pertinere ad communem prouidentiam prædeſtinato, & reprobo: nam negare non poteſt de facto conducere, cum reuiuiſcit, ad plures gradus gloriæ: atq; adeo cauſalitatem habere perpetuam in gloriam; imo, & coniungi cum alijs effectibus cauſalitatem, remoto impedimento: ergo ſi alij effectus, cum ex ſimplici complacentia procedant, quia tamen, ita à Deo ſunt, vt de facto conducant, & ſupernaturales ſunt ex merito Chriſti redemptoris, numerantur ab ipſo inter effectus prædeſtinationis; etiam hanc primam collationem numerare debuiſſet. Hinc in ipſum retorquemus idem, quod in aliam ſententiam de ſpeciali electione obiecerat numer.18.

Secunda obiectio; prima collatio gratiæ Adami in ſtatu innocentiæ non eſt effectus prædeſtinationis, quippe non proceſsit à meritis Chriſti redemptoris, & ſecundum nos omnis effectus prædeſtinationis ab eis manat: ergo pari ratione prima productio gratiæ per peccatum interruptæ non eſt effectus prædeſtinationis. Probo hanc conſequentiam; nam poſt reparationem peccati Adami per pœnitentiam tota illa prima gratia in integrum reſtituta fuit, atq; adeo coniuncta cum gloria: ergo ſi non obſtante hac ratione, non eſt effectus prædeſtinationis, neq; erit prima productio gratiæ interrumpendæ. 20 *An prima collatio gratiæ Adami ſit effectus.*

Non eſſe. Reſpondeo, in ipſo argumento contineri ſolutionem, atq; diſcrimen inter primam collationem gratiæ Adami in ſtatu innocentiæ, & inter hanc. Itaq; illa propterea tantum non eſt effectus prædeſtinationis; quia deficit quarta illa conditio de Chriſto cauſa meritoria per redemptionem: & cum prima productio gratiæ interrumpendæ in alijs hominibus habeat Chriſtum cauſam meritoriam per redemptionem, diſcrimen manifeſtum eſt. Si quis verò hæc duo defenderet; primũ, Chriſtum fuiſſe cauſam meritoriam gratiæ Adami in ſtatu innocentiæ: ſecundum, ad effectum prædeſtinationis, etiam in hac prouidentia neceſſarium non eſſe, habere Chriſtum cauſam meritoriam per redemptionem; annumerare vtique poſſet Adami gratiam in ſtatu innocentiæ inter prædeſtinationis effectus. At cum neutrum eorum ſit conſentaneum principijs, quæ veriora putamus; negandum nobis eſt, illam gratiam Adami in ſtatu innocentiæ eſſe prædeſtinationis effectum, quin id obſtet noſtræ reſolutioni in prima infuſione gratiæ interrumpendæ per peccatum in alijs hominibus.

Reſtat de glorificatione, an ſit effectus? Reſpondeo breuiter effectum eſſe. Diſp. 22. cap.7. docui, voluntatem glorificandi pertinere intrinſece ad eſſentiam prædeſtinationis. In hoc doceo, ipſam glorificationem eſſe effectum, doctrina conſonante. Id probatur ex Paulo ad Rom.8. ibi: *quos prædeſtinauit, hos & glorificauit*: ergo vt vocatio, iuſtificatio, & alia ſunt ex Paulo effectus prædeſtinationis; ita etiam glorificatio. Non me latet, quoſdam illud *glorificauit* intelligere *magnificauit*, hoc eſt, *illuſtrauit* celebritate nominis glorioſi. Verum expoſitio eſt contraria communi Patrum ſententiæ; vt bene oſtendit P. Suarez lib.3. cap.3. ac maxime Auguſtino lib. de prædeſt. 21 *Gloria an ſit effectus. Eſſe.* Ad Rom.8. P. Suar. Auguſt.

prædeſt.Sanct.cap.17.ibi: *glorificauit, illo vtique fine, qui non habet finem.* Et contextus ipſe Pauli id etiam perſuadet: nam vt per *vocauit, & iuſtificauit* intelligit vocationes congruas, & iuſtificationem à prædeſtinatione procedentem; ita & per *glorificauit*; vt quid enim ibi de celebritate magni nominis in hac vita? Et pone adultum repente conuerſum iuſtificatum, & mortuum: de hoc verum eſt, quem prædeſtinauit Deus, vocaſſe, iuſtificaſſe, & glorificaſſe: at verum non eſt, claritate nominis illuſtratum: ergo per *glorificauit* conuenientius intelligitur gloria vitæ futuræ. Suffragantur interpretes moderni eius loci, atq; ſcholaſtici communiter; opus tamen non eſt eos nominatim referre.

Durandus. *Durand. negat.* Solus Durandus in primo diſt. 41. q. 2. ſignificat, gloriam eſſe vltimum finem, & quaſi effectum extrinſecum prædeſtinationis. Cæterum nihil affert momenti ad id confirmandum: nam licet gloria ſit finis comparatione cæterorum effectuum; at comparatione ipſius prædeſtinationis eſt effectus ab illa procedens, & præcipue à Deo intentus, eiq;, vt ſic, competunt quatuor conditiones effectus prædeſtinationis: nam licet non conducat ad gloriam, vt cauſa efficiens gloriæ, vt alij præcedentes effectus, conducit ſeipſa, vt cauſa formalis: ergo, &c.

22 Percurrimus gratias intrinſecas, gratum facientes in tribus proxime capitibus; nimirum, auxilia præuenientia, actus ſupernaturales, gratiam iuſtificantem interruptam, & glorificationem. Vt complectamur omnia ſupernaturalia, duo dona reſtare videntur. Primum de gratijs gratis datis, quæ per ſe ordinantur ad ſalutem aliorum. Secundum de gratijs extrinſecis, vt de Euangelij prædicatione, de Dæmonum compreſſione, de opportunitate bonarum operationum. De primis donis ita cenſeo: quando ita ſunt in prædeſtinato, vt non ſolum aliorum ſaluti vtilia ſint; verum in ipſo producunt fructum ſpiritualem; dicendum exiſtimo, ipſas gratias gratis datas eſſe prædeſtinationis effectus eius, atque manaſſe ex ſpeciali dilectione per Chriſtum. Quando verò nihil proſunt prædeſtinato, cenſeo non eſſe effectus. Quod ſi in prædeſtinato, vel reprobo ita ſunt, vt licet ipſis non proſint, alijs tamen prædeſtinatis conducant ad profectum ſpiritualem, cenſeo eſſe effectus prædeſtinationis horum, quibus conducunt, non illorum, qui eis præditi ſunt. Aſſertum hoc coniunctum eſt in doctrina cum eis, quæ dixi cap. 2. de gratia congrua, atq; non congrua, modo in prædeſtinato, modo in reprobo: & eodem modo confirmandum. *Gratia gratis data ſunt effectus.*

In ſecundo genere pariter dico, cum gratiæ illæ extrinſecæ effectum ſortiuntur in prædeſtinato, ſuam quoque habent congruitatem, & propter eam effectus ſunt: cum verò non ſortiuntur effectum in ordine ad actum proximum, pro quo dabantur, incongruæ ſunt: & vt ſic non ſunt effectus, niſi cum in memoriam reuocata, & obiectiue poſtea etiam effectum habent, & vt ſic effectus eſſe poſſunt. Recognoſce, quæ dixi de gratia non congrua num. 11. *Gratiæ extrinſecæ ſunt effectus.*

Caput V. *Quo pacto res naturales ſint, aut non ſint effectus prædeſtinationis.*

23 *Res naturales de quibus eſt dubitatio.* RES naturales, in quibus locum habet materia huius capitis quinti, ad has reuocantur. Primum, ipſa prædeſtinati exiſtentia cũ omnibus facultatibus, quæ ad illam ex natura rei ſequuntur, inter quas annumerare debes concurſum Dei vt auctoris naturæ præſto aſsiſtentem. Secundum, temperamentum corporis, & ingenium accõmodatum ad actus virtutum. Tertium, natiuitatis locus, & tempus cum progreſſu durationis vſque ad finem vitæ. Quartum, conſuetudo perſonarum, & occurſus aliarum circumſtantiarum, quæ in prædeſtinato bonos affectus excitare poſſunt. Quintum, actus ipſi morales naturales virtutum, quos exiſtimo ſine gratia per Chriſtum naturam exercere poſſe, ſaltem breui tempore, & cum ſuperanda non eſt vehemens tentatio.

De his omnibus hanc ſtatuo primam generalem concluſionem. Quoties hæc per cauſas naturales ita contingunt, vt ſine ſpeciali Dei prouidentia eueniant, nullatenus eſſe effectus prædeſtinationis. Concluſionem hanc vt ſic defendit Pater Vazquez 1. p. diſp. 93. cap. 4. & Pater Arrubal diſp. 81. cap. 2. ad ſtipulatur Sotus lib. 1. de natura, & gratia cap. 10. quatenus docet de bonis operibus moralibus habitis ſine gratia per Chriſtum, non eſſe effectus prædeſtinationis. Nec aliquis Theologus diſſentire poteſt, vt reor: nam doctrina hæc altas habet radices in Auguſtino, Cœleſtino Papa, in Patribus Africanis, in Concilio Mileuitano contra Pelagium, & reliquias: qui propter Pelagii fraudes, quibus doloſe fefellit Patres Paleſtinos, *Non ſunt effect⁹, cũ fiunt ſine ſpeciali prouidentia.* P. Vazq. P. Arrub. Sotus. Auguſtinus Cœleſtinus Concil. Mileuitanum.

Digitized by Google

nos, confundens dona creationis à donis gratiæ, quæ habemus per Chriſtum, accuratè diſtinxerunt inter hæc dona. De hac diſtinctione habes eximia teſtimonia in Auguſtino epiſt. 95. ante medium, & epiſtola 105. & ſerm. 11. de Verbis Apoſtoli à cap. 4. vſque ad 12. & in lib. de prædeſt. Sanctor. cap. 10. & 14. in quibus ait, prædeſtinationem in bono eſſe gratiæ præparationem, vt hoc nomen gratiæ phraſi Eccleſiaſtica ſignificat dona, naturam eleuantia. Id magis expreſsiſſe videtur in duobus teſtimonijs, quæ placet referre. Primum in epiſt. 90. vbi ſic ait. *Et ſi enim quadam non improbanda ratione dicitur gratia Dei, qua creati ſumus, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, ſed gratuita Dei bonitate donata eſt: alia eſt tamen, qua prædeſtinati vocamur, iuſtificamur, glorificamur, vt dicere poſsimus, ſi Deus pro nobis, quis cõtra nos?* In his verbis Auguſtinus expreſſe excludit dona creationis à donis, quæ per prædeſtinationem conferuntur. Alterum ſumo ex lib. Auguſtini de geſtis cõtra Pelagium in Concilio Paleſtino nouiter excuſſo, de quo iam ſupra feci mentionem; qui habetur in tom. 1. de gratia P. Franciſci Suarez prolog. 6. & in cap. 7. hæc habet pulchra verba, vt diſtinguat naturam à gratia Dei per Ieſum Chriſtum. *Non ergo natura, quæ ſub peccato venumdata, & vitio ſauciata Redemptorẽ, Saluatoremq; deſiderat; nec legis ſcientia, per quam fit concupiſcentiæ cognitio è vitio, liberat à corpore mortis huius; ſed gratia Domini per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: iſta eſt non natura moriens; nec littera occidens; ſed ſpiritus viuificans.* In his verbis non tantum diſtinguit naturam, ſed etiam legem extrinſecam à gratia Chriſti, quæ liberet hominem. Deinde ait, *hanc itaque gratiam, quam in Catholica Eccleſia notiſsimam nouerant Epiſcopi* (loquitur de Patribus Paleſtinis) *crediderunt, Pelagium confiteri, cum audirent eum dicere, hominem à peccatis conuerſum proprio labore, & Dei gratia poſſe eſſe ſine peccato.* Ecce detegit fraudes Pelagij, qui, vt falleret Paleſtinos Patres, confundit gratiam Chriſti in Eccleſia notiſsimam cum gratia, ſeu dono creationis. Auguſtinus verò propter quemdam librum Pelagij, in quo aduerſus gratiam Dei apertiſsime loquebatur, ſemper fuit de ambiguitate horum verborum ſolicitus; *ne forte*, inquit poſt pauca, *quid in ea lateat, atq; ſe hoc dixiſſe ſine præiudicio ſui dogmatis exponat, poſtea ſuis diſcipulis ita diſſerens: dixi quidem, proprio labore, & Dei gratia poſſe hominem eſſe ſine peccato, ſed quam dicam gratiam, optime noſtis, & legendo recolere poteſtis, ſit, quod ea natura ſit, in qua creati ſumus à Deo cum libero arbitrio. Atq; ita dum eum credunt Epiſcopi, eam dixiſſe gratiam, non qua homines creati ſunt, ſed qua in nouam creaturam adoptati, hanc enim apertiſsime gratiam diuina Scriptura commendat, ignorantes hæreticum tamquam catholicum abſoluerint.* Ecce gratiam per Chriſtum, & collatam nobis per prædeſtinationem diſtinguit ex ſacra pagina à natura; & cum ex alia parte Auguſtino alte inſitum ſit aliud principium; nimirum Apoſtolum *non iſtam gratiam commendare, qua creati ſumus, vt homines eſſemus, ſed qua iuſtificati ſumus, vt homines iuſti eſſemus: iſta eſt enim gratia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: etenim Chriſtus non pro nullis, vt homines conderentur, ſed pro impijs mortuus eſt, vt iuſtificarentur.* Verba ſunt Auguſtini epiſt. 105. ergo dona hæc naturæ ſupra à nobis enarrata, vt à cauſis naturalibus fluunt, nulla interueniente ſpeciali diuina prouidentia, nequaquam eſſe poſſunt prædeſtinationis effectus, ne gratiam per Chriſtum cum natura, ſeu gratia Pelagij confundamus; quippe natura vt ſic neq; eſt ex merito Chriſti, nec medium gratiæ. Vnde ex defectu harum conditionum remouenda eſt ab effectu prædeſtinationis; licet vt eleuata conducat ad vitam æternam.

Auguſtinus Concil. Paleſtinum. P. Suar.

Ex Aug. diſtinguitur gratia à natura.

Secunda generalis concluſio: hæc ipſa omnia, cum induunt aliquam rationem ſuper- 24
naturalitatis, ſaltem quoad modum, & cum effectu conducunt in vitam æternam, ſunt effectus prædeſtinationis. Concluſionem hanc docte defendit P. Suarez lib. 3. de effectibus prædeſt. cap. 7. ei fauet P. Arrubal diſp. illa 81. cap. 3. Addit verò, neceſſe eſſe, vt ſint effectus prædeſtinationis, vt producantur ſupra exigentiam, & nexum cauſarum naturalium; quod an verum ſit, noto infra. Ea etiam eſt conſentanea doctrinæ S. Thomæ ad Rom. 8. exponens illa verba *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Et in art. 8. huius quæſtionis, vbi omnia, quæ promouent prædeſtinatum ad ſalutem, ſi alias aliquam habent ſupernaturalitatem, ait eſſe effectus. Et quidem puto eam, vt à nobis defenditur, ab omnibus Theologis admitti debere. Probo primo ex cap. 25. Geneſ. vbi Iſaacus rogauit Deũ, vt daret fœtum Rebeccæ vxori ſuæ, deditque Iacobum; ex quo ſic colligo; ipſa procreatio Iacobi fuit effectus orationum Iſaac, & ſatis veriſimile eſt ſecundum dicta à nobis diſp. 29. cap. 5. numer. 50. illas preces Iſaac eſſe effectus prædeſtinationis Iacob: atque adeo ipſam procreationem Iacob eſſe ſecundum effectum prædeſtinationis procedẽtem ex ſpeciali intentione eum glorificandi, ex qua elegit Deus primo gratiam congruam Iſaaco, vt oraret pro generatione Iacobi, deinde ipſam eius procreationem: ergo productio ſubſtantiæ

Res naturales quãdo ſint effectus. P. Suar. P. Arrub.

Ad Rom. 8.

Geneſ. 25.

Procreatio Iacobi fuit effectus ipſius prædeſtinationis.

Digitized by Google

tantiæ prædeſtinati, cum procedit ex meritis Chriſti, eſſe poteſt effectus prædeſtinationis.

Obiectio ex P. Arrubal. Obijciat aliquis ex P. Arrubal diſp. illa 81. cap.2.num. 6. qui affirmat, productiones ſubſtantiarum tantum eſſe effectus prædeſtinationis comparatione aliorum, ſi ad eorum ſalutem deſeruiant; non tamen comparatione prædeſtinati: quia effectus hi in prædeſtinato debent eſſe res additæ ſupra exigentiam ordinis naturalis. *Satisfactio* Verum licet regulariter prædeſtinatio cauſet effectum ſuperadditum ſubſtantiæ; at ei non repugnat continere voluntatem producendi ipſam ſubſtantiam, cum hæc procedit ex meritis Chriſti: ideo autẽ regulariter effectus prædeſtinationis eſt gratia addita ſubſtantiæ, quia gratia per Chriſtum ſupponit naturam, & diſtinguitur ab illa: at cum ipſa natura induit rationem gratiæ per Chriſum; quia data eſt orationibus ex meritis Chriſti procedentibus, nihil repugnat, naturam ipſam eſſe effectum prædeſtinationis eiuſdem.

25 Secundo probo hac ratione, quod effectus hi naturales, licet ad ordinem naturalem ſpectent, produci a Deo poſſint ex prouidentia ſpeciali ſupernaturali, atq; dirigi in finem ſupernaturalem vitæ æternæ, in eumq; conducere per hanc ſupernaturalitatem quoadmodum, indubitatum eſt. Quod verò de facto ex hac electione producti fuerint, ipſe euentus probat à poſteriori: nam ſi videmus aliquem hominem, aut produci, aut mori miraculoſè; ita tamen, vt vita, aut mors conducant, aut ad pie viuendum, aut in gratia decedendum; cur non dicemus, eam productionem, aut mortem eſſe effectum prædeſtinationis? Porrò cũ quis miraculoſe liberatur à morte naturaliter proxime imminente, cum eſt in ſtatu peccati mortalis; poſtea verò ſuperſtes, in meliorem frugem ſe recipiens, ſancte, & pie viuit; cur negemus, eam ſanitatem eſſe effectum prædeſtinationis? Item cum viſus cæco reſtituitur, & auditus ſurdo cum prouentu ſpirituali, exiſtimare debemus hæc naturalia conceſſa miraculoſe ex prouidentia ſupernaturali, & ſi prædeſtinatus eſt ex prouidentia prædeſtinatiua.

26 *Etſi res naturalis fiat naturaliter, poteſt eſſe effectus.* Quædam aduertenda. Primum, neceſſarium non eſſe, vt aliquid naturale ſit effectus prædeſtinationis, quod non ſit producendum ſecundum cauſarum naturalium exigentiam; vt ſignificauit P. Arrubal notatus ſupra num. 24. nam licet non omne, quod deſeruit ad prædeſtinationem, ſit neceſſario eius effectus: nam ipſa prædeſtinatio vti poteſt ad ſuum finem conſequendum aliqua re à ſe non producta. Qua ratione purum medium prædeſtinationis diſtinguere licet à medio, qui ſimul eſt effectus; ut notaui diſp. 29. cap. 3. At verò ſi id ipſum, quod ex naturali prouidentia ſecundum curſum cauſarum naturalium producendum erat, de facto producatur per prædeſtinationem, & illi conueniant quatuor conditiones, quas ſtatui cap.1. erit ſane effectus prædeſtinationis: non ergo eſt de ratione effectus, quod non ſit producendus ſecundum ordinẽ cauſarum naturalium; ſed quod ſiue ſit producendus, ſiue non, producatur de facto ex ſupernaturali prouidentia prædeſtinante.

Aduerto ſecundo; ex hoc, quod bona indoles, aut opera moraliter bona ſint effectus prædeſtinationis, non inferri dari à Deo primam vocationem gratiæ congruam propter bonam indolem, aut opera moralia tanquam propter cauſam, vel phyſicam, vel moralem. Id eleganter docuit Auguſtinus 1.lib. ad Simplicianum q.2. circa finem his verbis. *Nõ enim habeo, quod intuear in eligẽdis hominibus ad gratiam ſalutarẽ, ſi ad examen huius electionis aliqua cogitatione præmittor, niſi, vel maius ingeniũ, vel minora peccata, vel vtrũq; agamus etiã (ſi placet) honeſtas, vtileſq; doctrinas.* Et poſt pauca. *Sed cum hoc ſtatuero, ita me ridebit ille, qui infirma mundi elegit, ut cõfundat fortia, & ſtulta mundi, vt confundat ſapientes.* Ergo licet habeant quidam in ipſo ingenio diuinum naturaliter munus intelligentiæ, quo moueantur ad fidem, ſi congrua ſuis meritis, vel audiant verba, vel ſigna conſpiciant, vt ait Auguſtinus lib. de dono perſeu. cap. 14. & hæc ex prædeſtinatione proceſſerint. At non propter hæc prædeſtinati ſunt, licet ita conducant ad conſequutionem finis, vt reuera niſi homo ille præditus eſſet bona indole, non reſponderet. Quemadmodum licet ad viſionem ſenſibilem neceſſaria ſint lumen, & ſpecies intentionalis; non tamen, aut lumen datur propter ſpecies, aut ſpecies propter lumẽ. Ita prorſus licet vocationes huic homini immiſſæ congruæ nõ forent, niſi ille bonã indolem ſortitus eſſet, nõ tamẽ datur vocatio propter bonã indolẽ. Pari ratione, licet homini bene operanti ex libero arbitrio, & facienti, quãtũ eſt ex ſe; ac proinde melius diſpoſito phyſicè ſecũdum ea, quæ dixi ex propria ſentẽtia diſp. 27.c.5. defendens axioma antiquorũ calculo firmatũ *de faciente, quod eſt in ſe,* conferatur vocatio, & in illo ſit congrua, quæ aliàs non foret, niſi ita eſſet diſpoſitus; non tamen confertur; quia diſpoſitus eſt, vt ibidem notabam.

27 *Bona indoles eſt effectus, non vero datur gratia propter illam. Auguſt.*

28 *Cum ſubſtantia præ deſtinati eſt effect⁹, diſtinguẽnda duo Dei decreta.* Aduerto tertio: cum docui in ſecunda cõcluſione, aliquando in caſu ſpeciali ipſam ſubſtantiam prædeſtinati eſſe poſſe effectum prædeſtinationis eius; imo ſecundum effectum; duo decreta in Deo conſtituẽda eſſe circa ipſam ſubſtantiam, alterũ ex meritis Chriſti præuiſis ante omne meritum puri hominis, propter quæ

non ſolum Deus voluit in eo caſu gloriā conferre illi homini, atq; gratias congruas; verum etiam ipſam naturalem exiſtentiam: nā ſi hanc purus homo per preces conſequutus fuit ex merito de congruo; non potuit eſſe antea decreta ex liberalitate. Etenim duo decreta; alterum liberale; alterum remuneratorium, ſeu ex gratitudine eamdem procreationem hominis imperare non poſſunt; vt fuſe diſſerui diſp.23. cap.10. Porro cum Deus non poſsit velle conferre gloriam, & gratias cōgruas alicui homini; niſi aut eius exiſtentia prædecreta ſupponatur, aut ſimul decernatur cum gloria per modum vnius obiecti: hinc fit in priori illo decreto ex meritis Chriſti Domini, decretam quoq; fuiſſe exiſtentiam eius prædeſtinati: nā nec ante merita Chriſti Domini prædiffiniri potuit; ſicut diximus de meritis puri hominis. Ergo cū ſecundum doctrinam noſtram, quā docui diſp. 29. cap.5 de facto nullus purus homo meruerit prædeſtinationem alterius; fit manifeſte ante preces illas, quibus Iſaac rogauit Deum, vt daret fœtum Rebeccæ vxori ſuæ, & propter eas dedit Iacobo eius exiſtentiam, propter ſola Chriſti merita condigna fuiſſe prædefinitam à Deo; poſtea verò alio nouo decreto poſt præuiſas preces Iſaac, ſecundo etiā decerni. Quod verò hæc duo decreta; alterū producendi exiſtentiam Iacob ex meritis Chriſti ſuper abundantibus: alterū ex meritis cōgruis Iſaac inter ſe nō pugnent; cum vterq; merens eamdē rem impetrat, animaduerti eo cap.5. num.51.

Caput VI. De permiſsione peccati, an ſit effectus prædeſtinationis?

29 *Peccatum non eſt effectus.*

DE peccato ipſo tum ſecundū ſuam phyſicam entitatem, tum ſecundū moralem malitiam, effectū nequaquam eſſe prædeſtinationis, apud Theologos indubitatum eſt: nam, licet ad peccati entitatem concurrat Deus, nō tamen per prædeſtinationem, nec Chriſtus per ſuum meritum. Malitiæ vero moralis nullatenus Deus cauſa eſſe poteſt. Ergo vt certum, & ſine controuerſia relinquamus, peccatum nec ſecundum entitatem, nec ſecundum malitiam eſſe effectum prædeſtinationis.

Permiſsio peccati quid?

Quando incidit dubitatio de permiſsione peccati accuratè nobis explanandum eſt, quid ſit permiſsio, quoſq; actus in diuina ſcientia, atq; volūtate cōplectatur? Et primo permiſsio peccati eſt actus voluntatis diuinæ, qui habet obiectum directum negationē auxilij efficacis in prædeſtinato; quæ negatio, quia intrinſece mala non eſt, ſed indifferens, directè à Deo poteſt amari, & de facto amatur appoſito bono fine, quo actus honeſtatē recipiat, quia in Deo eſſe nequit actus voluntatis indifferens: ac ſubinde quoties amat obiecta indifferētia, ſemper amat ex fine honeſto. Porro cum ſecundū doctrinam noſtram auxilium efficax nō diſtinguatur à ſufficiēte in actu primo per phyſicam entitatem ipſi intrinſecam; ſed aut per cōnotationem actus ſecundi futuri, ſiue in ſtatu conditionato, ſiue in abſoluto, aut per ordinem ad actus ſcientiæ, & voluntatis diuinæ; vt notaui num.5 voluntas hæc, quæ vult negationem auxilij efficacis, hoc eſt, eius *numero*, cum quo præuidit de facto connecti negationem futuritionis conſenſus, neceſſario dirigi per ſe debet à ſcientia conditionata: etenim hæc ſola ſcientia cognoſcit, tum futuritionem conditionatam actus boni, tum futuritionem conditionatam negationis eius. Obſerua verò hoc loco, ad voluntatem hanc permittentem neceſſarium non eſſe, quod præter negationem auxilij efficacis, velit etiam negationem actus boni, aut eius omiſsionem; imo ſæpe eam velle non poterit; nimirum, quando omiſsio eius culpabilis eſt, & in ea reperitur malitia peccati: ergo permiſsio peccati ſolum habet pro obiecto in hac voluntate negationem auxilij, quod efficax fore præuiſum eſt; non verò negationem auxilij efficacis reduplicatiue, vt efficax eſt: nam ſic vellet ipſam omiſsionem actus boni, in qua ſæpe eſt malitia.

Obſerua etiam, me conſulto dixiſſe ad hunc actum voluntatis neceſſario præcedere ſcientiam conditionalem Dei, non quidem, vt eueniat negatio actus boni: nam, & ſi non præſciret, eueniret, conſtante ea voluntate, & infundente auxilium, quod non eſt efficax; ſed propter rationem perfectiſsimæ prouidentiæ, ad quam ſpectat præſcire ante euentum, quidnam futurum ſit ex medio a ſe adhibito, & quam habiturum efficaciam in effectum.

Quia verò actus hi diuini ſunt permiſsio peccati, & peccatum eſſe nequeat, niſi à principio libero, & proxime indifferēti; hinc efficitur in permiſsione peccati, aut ſupponi, aut includi voluntatē aliā dandi prędeſtinato, in quo peccatū permittit, auxiliū ſufficiens ad bonam operationē libere omittendā. Itē voluntatem dandi concurſum generalem ad malam libere cōmittēdam. Exempli gratia, ſi peccatū, quod Deus permittit, eſt omiſsio amoris ipſius, vrgēte præcepto, duplex in Deo conſtituēda volūtas eſt: alia terminata ad negationē auxiliorum præuenientium, quæ efficacia futura prænoſcūtur: alia terminata ad auxilium determinatum præueniens ſufficiens, hoc eſt, præuiſum nō fore efficax. Porro voluntas generalis concurrē- 30 *Voluntas concurſus generalis vt pertineat ad permiſsionē peccati.*

di

di etiā præſens intelligendi eſt. Pariter ſi peccatum, quod permittitur, eſt cōmiſsionis in ſpecie iniuſtitiæ; duplex quoq; voluntas cōſiderari poteſt: vna terminatur ad negationem eorum auxiliorum præuenientium, quibuſcū præuiſum fuerat furtum vitandum fore: altera, quæ terminetur ad præſtādā aſsiſtentiā cōcurſus generalis, qua ſola furtum committendum erat. Dubitabit aliquis; an vtraq; hæc volūtas, quæ neceſſario intercedit in quacumq; peccati permiſsione, ſit de eſſentia eius? An vna tantum; & quænā illa ſit? Reſpondeo, hoc non eſſe magni momenti, & vnumquemq; facile poſſe, vel affirmare vtramq; eſſe de eſſentia, vel negare. Id è re eſt, vtrāq; ſemper inueniri. Mihi ſane videtur, volūtatē illā terminatā ad negationē auxiliorū efficacium formalius, atq; eſſentialius permiſsionē ipſam conſtituere; aliā vero, ſeu alias minus principaliter, aut ſecundario: vel (ſi placet) præſuppoſitiue ſe habere.

Pœnitentia eſſe nō poteſt finis honeſtus permiſsionis.

31 Natura permiſsionis ſic expoſita, iam ſit in hac dubitatione prima noſtra aſſertio; cū ſemper permiſsio peccati ſit a Deo volita propter aliquē finem honeſtū, is nō eſt, nec eſſe poteſt pœnitētia prædeſtinati de peccato permiſſo. Hæc aſſertio duas habet partes. Prima de ſe manifeſta eſt, & eā attigi ſupra: etenim omnis actus voluntatis diuinæ eſſe debet honeſtus, & terminari demum in gloriā Dei: ergo cū volūtas negādi auxilia efficacia non habeat obiectum in ſe intrinſece honeſtū, ſed indifferēs, ex fine honeſto a Deo intēto honeſtari debet. Secunda pars admittitur ab omnibus ſcriptoribus Societatis; quos legi. Legi poteſt P. Suar. in opuſculis lib. 2. de cōcurſu Dei cap. 5. ad 4. obiectionē. Et 1. p. lib. 3. de effectib. prædeſt. c. 8. num. 13. Et P. Vazq. 1. p. diſp. 93. cap. 2. & P. Arrub. diſp. 82. cap. 2. Mitto alios, quia maiori auctoritate opus non eſt. Ea autem dupliciter probari poteſt; primo generali probatione, qua oſtēdimus, abſolutā, & efficacem prędefinitionem actus pœnitentię antecedentē pugnare cum libertate eiuſdē actus. Recognoſce, quę dixi diſp. 23. c. 9. Omiſſa vero pro nūc hac generali probatione, ſecūdo eadem pars, nimirū, ex fine honeſto pœnitētię permitti a Deo non poſſe peccatū, ſic probatur ſpeciali ratione, quæ ortum habet ex malitia peccati, quam Deus ex ſe voluntate antecedente, cuiuſuis naturæ ea voluntas ſit, ſiue efficax, ſiue inefficax, velle non poteſt affectu proſequutionis, ſed tantū permittere eo modo, quo explicui num. 30. Vt vrgeā hanc probationem, ſumo doctrinam S. Thomæ 1. 2. q. 12. ar. 4. ab omnibus receptam, & in ſe conſpicuam; nempe intēdētem finem eodem volūtatis motu, ſiue formaliter, ſiue virtualiter velle omnia media per ſe neceſſaria, hoc eſt, vnice ad talem finem cōſequendum: ergo ſi Deus prædeſtinato intenderet volūtate antecedenti præuiſionem peccati, actum præcipuū pœnitentiæ, nimirū dolorē de peccato proprio, tamquā finē; neceſſario Deus eodem voluntatis affectu ex ſe, atq; antecedēter vellet omnia, quæ per ſe, atq; vnice neceſſaria ſunt ad eum finem, nimirum ad dolorem de peccato proprio: atqui peccatum propriū prædeſtinati neceſſarium eſt per ſe vnice, atq; eſſentialiter ad eum actum pœnitentiæ: ergo ſi Deus in prædeſtinato voluntate antecedēti intendit pœnitentiam, & propter eum finem eligit peccati permiſsionem, tāquam mediū, vult ſimul ipſum peccatum. Minor huius ſyllogiſmi eſt euidentiſsima: nā licet peccatum ipſum non ſit obiectum formale pœnitentiæ, ſed cōpenſatio, quanta ab homine puro fieri poteſt Deo; at compenſatio proprij peccati, ſeu dolor de proprio peccato eſſentialiter ſubincludit ipſum peccatum, tāquam materiam, circa quam verſatur: & quemadmodum non poteſt Deus intendere in prędeſtinato cultū religioſum, quin ſimul velit, vt habeat materiam aptam ad cultum; & vt non poteſt volūtate antecedenti Deus velle, quod panis conuertatur in corpus Chriſti, niſi velit præſupponi materiam conuertendam, nimirum ſubſtantiam panis: ita nō poteſt velle voluntate antecedenti, fieri actum doloris de proprio peccato à prædeſtinato, niſi velit eſſe peccatum deſtruendū per compenſationem pœnitentiæ: & vt ſi, nulla præexiſtente ſubſtantia panis, prædecerneret conuerſionem eius in corpus Chriſti, ex vi eius decreti cogeretur producere panis ſubſtātiā, quia conuerſio præfinita dicit eſſentialem ordinem ad illam, tāquam ad terminum *à quo*: ita ſi non præexiſtente peccato, pœnitentiam præfinit, ex vi eius intentionis cogitur producere peccatū; quia pœnitentia de peccato proprio dicit eſſentialem ordinem ad illud, tamquam ad termininum *a quo* fugæ, ſeu cōuerſionis ad Deum. Hac ratione Theologi cōmuniter docent, Deum non poſſe ex ſe voluntate antecedenti prædefinire pœnam, vt pœnā; quia nimirum in voluntate pœnæ, cū non præſupponitur peccatum, incluſa eſt volūtas peccati eſſentialiter: ergo eodem prorſus modo non poteſt Deus ex fine pœnitentiæ permittere peccatū.

P. Suar.

P. Vazq.
P. Arrubal.

S. Thom.

Intendens finem vt velit etiā media.

Declaro hoc amplius; nam permiſsio peccati in ſe mala non eſt, quippe continet actus ſcientiæ, & voluntatis diuinæ: ergo vt condiſtincta a peccato, quod ad eā logice ſequitur, non eſt materia pœnitentiæ: ergo Deus intendens pœnitentiam, nō tantum vult permiſsionem, ſed etiam ipſum peccatum voluntate antecedenti, aut formaliter, aut virtualiter, vt dixi. Dixi *logice* ſequi peccatum ad permiſsionem; propterea quod permiſsio non eſt cauſa

Digitized by Google

peccati: at ex ea fit infallibilis conſequentia ad peccatum futurum. Nã ſi Deus prænouit peccatũ fore, ſi permittat, & ſuam permiſsionem intuetur iã poſitã, euidenter infert fore peccatum; hanc ergo appellaui ſequellam logicam.

32 *Reſpõſum præoccupatur.*

Dicat aliquis, Deum ex præſcientia conditionata peccati futuri, ſi permittat illud, intendere poſſe pœnitentiam, quin velit peccatum voluntate antecedenti: etenim iam prænoſcit, qua via futurum ſit ex volũtate permiſſa peccare; ac ſubinde ratione eius præexiſtẽtiæ, quã habet ab alia cauſa, in intentione pœnitentiæ nec formaliter, nec virtualiter eſſe volitũ peccatum.

Sed contra primo; quia ante intẽtionẽ pœnitentiæ ſolum erat peccatum futurum ſub cõditione; poſt vero pœnitentiam a Deo intentam eſt iam abſolute futurum: ergo in voluntate pœnitentiæ continetur eſſentialiter voluntas peccati abſolute futuri. Conſequentia hæc eſt euidens: nam ſi ante intentionem pœnitentiæ tantum habebat peccatum futuritionem conditionatã, & illa poſita, circũſcripto omni alio, transfertur peccatum ex ſtatu conditionate futuro ad ſtatum abſolutũ, ex vi eius trãſfertur: ergo in intentione illa continetur voluntas antecedens peccati. Antecedens vero, quoad illam partem; nimirum, quod poſt intentam pœnitentiam incipiat peccatum eſſe abſolute futurum, manifeſte probatur: nã per intentionem pœnitentiæ, ipſa eſt futura abſolute, quantum eſt ex parte Dei, ſed non eſt futura, quantum eſt ex parte Dei de peccato ſolum ſub conditione futuro; quia peccatum in hoc ſtatu eſt malitia ficta nullius demeriti, atque offenſionis: ergo non eſt capax doloris: ergo ſi per intentionem pœnitentiæ ipſa eſt futura abſolute, quantum eſt ex parte Dei; pari modo peccatum delendum per pœnitentiam eſt abſolute futurum, quantũ eſt ex parte Dei. Neq; enim Deus vult ex parte ſua, quod pœnitentia abſolute futura deleat peccatum non abſolute futurum; ſicut non vult, quod conuerſio panis in corpus Chriſti fiat ex pane non exiſtente, ſed tantum futuro ſub conditione.

Contra ſecundo: prædefinitio pœnitentiæ poſt peccatum præuiſum eſt voluntas, aut formalis, aut virtualis deſtruendi peccatũ, & prædefinitio pœnitentiæ ante futurum, atq; præuiſum peccatum eſt virtualis voluntas, vt fiat ipſum peccatum; vt oſtendi: ergo implicat in ſe ipſa voluntas prædefiniens pœnitẽtiam ante præuiſum peccatum. Probo, & declaro hanc conſequentiam; nam, in quantum eſt prædefinitio pœnitentiæ, eſt voluntas deſtruendi peccatum; in quantum prædefinitio hæc præcedit futuritionem peccati, ſibi annectit voluntatẽ, vt peccatum fiat, ſine quo pœnitentia præfinita eſſe non poteſt: ergo voluntas illa ſimul eſt voluntas deſtruendi, atque efficiendi peccatũ: ergo ſecum ipſa repugnat.

33 *Aliud reſpõſum præoccupatur*

Reſpondebis; voluntatem eligentem permiſsionem peccati ex præintenta pœnitentia, ſolum obligare Deum per ſe ad procurãda auxilia ad pœnitentiam, non tamen cõtinere voluntatem peccati, ſed præſcito iã peccato ſub conditione ex humana voluntate, per præparationem medij ad pœnitentiam ſufficienter ſatisfieri ei intentioni pœnitentiæ.

Sed contra: Deus non poteſt præfinire pœnitentiam, niſi ex vi eius voluntatis velit formaliter, aut virtualiter præparare ex parte principij auxilium neceſſarium ad illam; ita vt ex vi prædefinitionis pœnitẽtiæ incipiat eſſe abſolute futurũ ipſum auxilium: ergo pari ratione ex vi prædefinitionis pœnitẽtiæ vult Deus, vt actus ille habeat obiectum, ſeu materiam, a qua eſſentialiter pẽdet pœnitentia præfinita: etenim actus voluntatis, vt eſt pœnitentiæ virtutis, tam eſſentialiter requirit obiectũ, quam principium; quippe ab vtroq; ſumit ſuam ſpeciem eſſentialem, & vtrumq; eſſentialiter reſpicit: atqui tã eſſentiale eſt actui pœnitentiæ ſupernaturali verſari circa peccatum commiſſum, & nõ tantum circa poſsibile, aut futurum ſub conditione, quam eſt procedere ab auxilio gratiæ, non tantum poſsibili, aut futuro ſub conditione, ſed exiſtente: ergo quemadmodum intentio pœnitentiæ confert, ſiue virtualiter, ſiue formaliter eſſe exiſtentiæ auxilio per ſe neceſſario ad illam: ita etiam confert peccato eſſe exiſtentiæ abſolutæ; ac ſubinde, ſicut voluntas pœnitentiæ continet voluntatẽ auxilij, cum illud non præuideatur collatum; ita continet voluntatem peccati, cum illud nõ præuideatur commiſſum.

34 *Nõ poteſt Deus volũtate antecedenti inefficaci velle lapſum.*

Antequam ad ſecundam accedam aſſertionem, ſciſcitabitur aliquis; quare Deus voluntate antecedenti maxime inefficaci velle non poſsit, ſiue formaliter, ſiue virtualiter, vt homo labatur in aliquod peccatum, appoſito honeſto fine? nimirum vt Deus ex commiſſo peccato deducat plures fructus ſpirituales, ſibi notos.

Reſpondeo, de hac re nobis diſſerendum eſſe in ſecunda parte tractatus noſtri de reprobatione diſp. 34. Breuiter pro nunc dico, rationem radicalem eſſe, quod ſequeretur, eam Dei voluntatem fore inhoneſtã, quippe vellet per ſe, & ex ſe obiectum intrinſece malum, a quo non poſſet non aliquam malitiam haurire: voluntas vero, quæ ex obiecto intrinſeco, atque primario malitiam accipit ſibi eſſentialem, ex appoſito fine honeſto intento ab operante nõ rectificatur, propterea quod nõ ſunt facienda voluntarie mala, vt bona veniant. Nec malitiã abſtergit

Digitized by Google

abſtergit ab ea voluntate, quod vel efficax non ſit, vel quod virtualiter tantum malitiam amplectatur; nam, vt actus ſumat malitiam, atque inhoneſtatem ab obiecto turpi, ſufficit eius amplexus ineficax, & virtualis, id quod conſtat ex principijs 1.2. Ad hæc ea voluntas, vt homo peccatum committeret, pugnantiã habet cum alijs diuinis decretis, quæ Deus ex propria cõcepit bonitate; etenim ex ſe ſe ipſo vehementer deſiderat, hominem in ſingulis actibus honeſte, & ſecundum rectam rationẽ procedere; ideoque præcepta bonorum operum homini præſcripſit; conſilijs eum inſtruxit; pręmijs propoſitis allicit ad bona opera: pœnis arcet a malis: atqui Deus ex ſe ſe nõ poteſt ſimul velle, quod peccatum committatur, & quod fugiatur; nam licet non repugnet verſari duas voluntates circa obiecta oppoſita, vt cum negotiator in tempeſtate conſtitutus ſimul vult conſeruare merces, atque eas in mare proijcere ex amore vitæ, vt fugiat naufragium; nihilominus altera earum volũtas, ea videlicet, qua merces proijcit, quaſi violẽter extorta eſſe debet a cauſa extrinſeca contra voluntatem eius contingente: qua etiã ratione Deus ſimul vult, homines omnes, quantum eſt ex ſe, beatitudine donare, & ſimul vult reprobos poſt vltima peccata præuiſa æternis ſupplicijs mancipare: at volũtas hæc ſecũda fuit quaſi extorta a peccatis hominis illius, quæ contra voluntatẽ Dei commiſſa fuere: ſicut autem non poteſt negotiator ille ſimul velle ex ſe ſine interuẽtu cauſæ extrinſecæ, & merces conſeruare, & perdere; ita Deus non poteſt ex ſe ſimul velle, actũ bonum præſtari, & peccatũ: beatitudine donare, & ignibus æternis addicere. Vnde optime di-
S. Thom. xit S.Thom.1.p.q.19.art.9. *malum culpæ, quod priuat hominem ordine ad bonum diuinũ, Deus nullo modo vult.* Idem repetit in reſponſione ad primum.

35 *Permiſsio peccati nota ante peccatum poteſt eſſe effectus.* P. Suarez. P. Molin.

Modo fit ſecunda aſſertio. Permiſsio peccati, ſi innoteſcat prædeſtinato ante peccatum, apta eſt, vt ei conueniant omnes conditiones effectus prædeſtinationis. Hæc cõcluſio eſt cõformis ſententiæ Patris Suarez lib. illo 3.c.8. & Patris Molinæ art.2.diſp.3. nec (vt opinor) aliquis Theologus poterit ei refragari, vt a nobis explicanda erit. Primo namque permiſsio illa accõmodata eſt, vt ex ea innoteſcẽte prædeſtinato, poſsit ſibi varios ſpirituales fructus elicere; nam ſicut Deus ipſe ideo peccata permittit, vt ex ea permiſsione eliciat fructum gloriæ ſuæ, aliorum emendationem, oſtenſionem diuitiarum gratiæ ſuæ, hominis labentis hu-
Damaſcen. militatem; videri poteſt Damaſcenus lib.2. de fide cap. 29. vbi elegantiſsime proſequitur fines omnes, propter quos Deus peccata per-
Auguſt. mittit, & Auguſtinus lib. de Gratia, & libero arbitrio cap.20. Ambroſ. ſerm.47. de fide Pe- Ambroſ.
tri: ita prędeſtinatus ipſe poterit ſibi elicere hos, & ſimiles ſpirituales fructus ex permiſsione ſibi nota ante peccatum.

Id ipſum probo ex inſigni loco Pauli ad Ad Rom. 9.
Rom.9. ibi: *quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuã, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ aptata in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.* In quæ verba nota primo, per vaſa iræ, & miſericordiæ non ſignificari, vtcumq; bonos, aut malos; ſed reprobos, & prædeſtinatos, quos antea ſignificauerat per vaſa in honorem, & vaſa in contumeliam. *Paulus accurate explicatus.* P. Iuſtin.
Ita Iuſtinianus, qui etiam aduertit per vaſa ſignificari in profanis auctoribus omnem domeſticam ſuppellectilem; quod tamen huic loco non quadrat, in quo ſolum eſt ſermo Paulinus de vaſis figuli aptis ad accipiendum licorem. Nota ſecundo, hæc verba protuliſſe Paulũ, vt perfecte ſatisfaceret querellæ, quã propoſuerat verſ.19. Videlicet; ſi Deus homines indurat, cur queritur, & induratos punit? ac proinde cũ ait, *quod ſi Deus ſuſtinuit vaſa iræ*, hoc eſt, ſi patienter peccare permiſit; ſupplendum eſt *quid ad te? Vel tu quis es, qui reſpondeas Deo?* His notatis Apoſtolus ait, duplici de cauſa Deum patienter tollerare reproborũ ſcelera, differens æterna ſupplicia. Prima; vt poſtea in die iræ oſtẽdat furorem, aut magnitudinem potẽtiæ puniẽdi, nec ob impotẽtiam diſtuliſſe ſupplicia, vt putabat Pharao: atq; ideo ipſum cum toto exercitu ſummerſit in mari; & exercuit fortitudinem potentiæ ſuæ, ne ipſe patiẽtiam Dei impotentiam eſſe diceret, vt adno- P. Cornel.
tant interpretes, Cornelius, Toletus, & alij. Se- Card. Toletus.
cunda; vt prædeſtinatis oſtendat virtutem ſuæ gratiæ, quam ipſis miſericorditer, atque liberaliter largitus eſt. Ergo conſtat ex hoc loco, Deum peccata permittere ex varijs honeſtis finibus; ac ſubinde ipſum quoque prædeſtinatum non ſolum ex peccatis commiſsis, ſed etiã ex permiſsione ipſa ante peccatum, ſi ei, aut ex reuelatione, aut alio medio efficiatur manifeſta, deducere poſſe fructus vitæ æternæ, vtique amoris Dei, gratitudinis ob munificentiã, quam cum ipſo exercuit, timoris, reuerentiæ, & humilitatis ob dependentiam a gratia, & alia huius generis. Ergo permiſsio apta eſt, vt ex ea, tamquã ex effectu prædeſtinationis fructus ſpiritualis prouenire queat.

Obijcies primo: permiſsio peccati eſt obiec- 36
tiue carentia gratiæ efficacis: ergo non eſt gra- *Obiectio.*
tia per Chriſtum: ergo inepta eſt, vt ſit prædeſtinationis effectus. Probo hanc conſequentiam; nam omnis prędeſtinationis effectus eſt gratia per Chriſtum.

Reſpondeo animaduertendo primum, op- *Satisfactio.*
time

Digitized by Google

time poſſe priuationem eſſe effectum prædeſtinationis,quin aliquid obſtet per eam remoueri poſitiuam entitatem; nam ſecũdum omnes remotio poſitiuæ occaſionis peccandi priuatio eſt; ſimul tamen eſt prædeſtinationis effectus:ergo priuationi optime competere poteſt ratio effectus.Hac ſuppoſita notatione,nego,permiſſionem illam obiectiuam non eſſe gratiam per Chriſtum;in quãtum ex ipſa procedere poteſt ſpiritualis fructus;etenim optime poterat Chriſtus Dominus offerre merita Patri ſuo, vt hominibus peccata permitteret ſciens ex permiſſione ante peccatum prædeſtinato innoteſcente,& capi poſſe, & capiẽdos eſſe vberes ſpirituales fructus: vt namq; Deus ipſe ſumma cũ laude amat in ſe permiſſionem ob plures fines honeſtos iam notatos numero ſuperiori; ita quidem Chriſtus Dominus eam potuit impetrare per merita ſua ſumma cum laude ob eoſdem fines,& tunc eſſet ſine dubio permiſſio gratia per Chriſtum.

Priuatio poteſt eſſe effectus.

37 Verum dicat aliquis:ergo ſimili ratione alij iuſti homines poterunt Deo ſua merita offerre;& orationibus impetrare; vt quam plurima permittat peccata in hominibus,ſi tamen apponant fines honeſtos. Conſequentia hæc videtur legitime illata ex paritate rationis; nam cur inhoneſtum ſit comparatione puri hominis, quod inhoneſtum non eſt comparatione voluntatis Dei,& Chriſti? Conſequens vero illatum durum eſſe deuoratu per ſe ſe liquet.

Replica difficilis.

Quidam Recentiores reformidãt concedere conſequentiam propter abſurditatem cõſequentis,& nituntur conſtituere diſcrimẽ hoc inter Deum ex vna parte,& hominem iuſtum purum,orationibus permiſſionem impetrantem,ex alia;nam quia Deus eſt cauſa vniuerſalis non obligatur ex ſua prouidẽtia vitare peccata, quæ ſequi videt conſequentia logica ex ſua permiſſione,& cum obiectum immediatũ, & directum ipſius permiſſionis in ſe non ſit honeſtum,nec inhoneſtum,ſed indifferens,neceſſario ipſam permiſſionem ordinare debet in alium extrinſecum finem honeſtum, quia omnis actus liber Dei neceſſario eſt honeſtus, & ſpectans ad aliquam virtutem; & cum ex obiecto immediato honeſtatem haurire nequeat,ex appoſito fine honeſtari debet: at vero homo purus,quia eſt cauſa particularis,tenetur facere, quãtum cõmode poteſt, vt omnia peccata vitentur: ac præcipue, cum omnis fructus ſpiritualis,quem elicere cupit ex permiſſione peccati,prouenire per alia media,atque comparari poſſit.

Recentior. Aliorũ ſatisfactio.

Confirmant a ſimili, vt licet poſſimus conſulere minus malum in cõſpectu maioris,quãdo ita vrget,vt alia via vitari non poſſit;abſolute tamen nullum licet conſulere malum: ita liceret quidem impetrare orationibus permiſſionem peccati caſu,quo impediretur maius malum,& fructus ſpiritualis, qui prouenit ex permiſſione,alia via non poſſet comparari: non vero, quando & aliter fructus ille cõſequi poteſt,& nullum maius malum impeditur.

38 Cæterum nec eſt, quid reformidẽt,nec diſcrimen ſolidum eſt.Primum conſtat;etenim ſi homo iuſtus intendit finem honeſtum, & eligit permiſſionem eo modo, quo Deus ipſe; item ſi eo modo, quo Chriſtus Dominus per merita ſua, impetrat purus homo permiſſionẽ,nequaquam poteſt comparatione voluntatis hominis puri eſſe indecorum, aut difforme rationi, quod comparatione voluntatis ſanctiſsimæ Dei, atque Chriſti honeſtum, & conforme rationi eſt. Porro id declaro ratione a priori: nam ipſa permiſſio peccati in ſe ante peccatum commiſſum nihil habet malitiæ,nec illam amplectens directe, aut indirecte amat peccati malitiã;imo,appoſito bono fine fructus ſpiritualis,accedit ipſi honeſtas ſecundum finis qualitatem:ergo vt ſic amari poteſt a quacumque voluntate abſque periculo inhoneſtatis:ergo & impetrari per merita.Probo cõſequentiam hanc,quia merita offerri poſſunt pro quocumque fine honeſto conſequendo,& pro adhibendis medijs, in quibus non ſolum nulla eſt malitia, verum honeſtas deriuata ex fine.Antecedẽs etiam probatur; tum quia permiſſio non eſt in ſe mala, ſed indifferens, vt notaui n.37. tum quia illa ex ſe non habet cõnexionem neceſſariam cum peccato, ſed tantum contingentem antecedenter ad ipſum cõſenſum voluntatis; imo nec eſt cauſa peccati: ergo volens permiſſionem,nec directe vult in ſe malitiam peccati, nec indirecte,hoc eſt,in cauſa determinate connexa cum malitia peccati: & cum aliunde induat honeſtatem ex fine,non eſt, cur non poſſit iuſtus pro ea preces fundere,& merita ſua offerre cum limitatione concluſionis? videlicet, ſi cognoſceretur ante peccatũ,& independenter ab ipſo fructus ſpirituales decerperentur.

Nõplacet.

Poteſt homo iuſtus precibus impetrare permiſſionem.

Quæ etiã eſt ratio a priori, quare Deus immunis ab omni periculo inhoneſtatis ipſam poſſit intẽdere; etenim ſi peccatum cum permiſſione haberet connexionem, tamquam cũ cauſa determinata,eam intendere non poſſet, licet ſit cauſa prima,atque vniuerſalis;nã peccatum Deus nec indirecte velle poteſt. Quod ſi permiſſio eſſet eius per ſe cauſa determinata,intendens ipſam,indirecte vellet peccatum, & non tantum permitteret.Non etiam obſtat, quod fructus ille ſpiritualis aliunde capi poſſit:etenim ſi hoc medium abſoluitur ab omni malitia (vt monſtraui) & ſi aliud reſtet, quo

Et Deus intẽdere eã.

poſſimus

Digitized by Google

poſsimus vti in ordine ad eumdem finem; inde non efficitur, illud medium malum eſſe, & eius vſum illicitum. Ideo demum vrgentibus duobus malis, quorum vnum neceſſario patrandum eſt; licet conſulere, quod minus eſt, quia conſilium illud per ſe non dirigitur ad malitiam, quæ eſt in minori malo; ſed ad fugiẽdam maiorem malitiam, ſeu ad priuationem maioris malitiæ, quæ eſt in grauiori malo. Nec quidquam refert quoad rem noſtram, quod Deus ſit cauſa vniuerſalis, & homo iuſtus cauſa particularis. Primo, quia actus eligens permiſsioné, nõ liberatur a malitia, quia ſubiectum eligens ſit cauſa vniuerſalis, aut particularis, ſed quia in ipſa permiſsione volita, nec directe, nec indirecte malitia volita eſt, vt explicui. Secundo, quia hæc ratio cauſæ vniuerſalis locum non habet in Chiſto Domino cõparatione voluntatis humanæ: at Chriſtus Dominus per voluntatem ſuam humanam fundere poteſt preces pro exſequenda permiſsione a Deo ex honeſto fine intento: ergo &c. Hoc loco animaduerto de facto, & ſecundum legem ordinariam, non licere homini iuſto fundere preces pro permiſsione, quia nec ea cognoſcitur, niſi per peccatum; nec ea non cognita prodeſſe poteſt ad fructum ſpiritualem, vt declaro in tertia aſſertione. Ac propterea, qui intenderet finem honeſtum ex permiſsione, vt cognita ſecundum legem ordinariã, vellet ſaltem virtualiter eſſe peccatum, quod tamen nõ licet.

39 *Permiſsio habet rationẽ gratiæ.* Habemus ex dictis, permiſsionem peccati, nihil obſtante, quod ipſa in ſe ex parte obiecti ſit priuatio gratiæ efficacis, eam habere rationem gratiæ, quæ ſufficit, vt ex ipſa commodum ſpirituale capi poſsit: ex hoc autem efficitur conducere illam poſſe in gloriæ conſequutionem, quippe omne emolumentum ſpirituale fert fructum vitæ æternæ. Efficitur etiã hunc finem emolumenti a Deo ſpeciali illa noſtra complacentia præintendi poſſe. Deniq; ex eo fine præintento eligere permiſsionem. Ergo in caſu noſtræ aſſertionis ſecunda permiſsio procedere ſuo modo poteſt ex ſpeciali amore Dei erga prædeſtinatũ comparatione beatitudinis; nulla igitur in ea deſideratur cõditio, vt inter effectus prædeſtinationis annumerari poſsit. Probo hanc conſequentiam: quia primo procedit ex ſpeciali amore; ſecundo eſt gratia; tertio fert fructum vitæ æternæ; quarto eſſe poteſt fructus meritorum Chriſti, vt cõſtat ex dictis in noſtro diſcurſu: atqui hæ ſunt quatuor cõditiones effectus prædeſtinationis, vt conſtat ex capite primo; ergo nulla conditio deſideratur in permiſsione in caſu poſito, vt ſit effectus prædeſtinationis.

40 Sed obijciat aliquis ex Patre Arrubal 1. p. diſp. 82. c. 2. in hunc modum. Deus non poteſt ex ſpeciali præintentione beatitudinis eligere permiſsionem vt medium, niſi etiam intendat pœnitentiam: at impoſsibile eſt, quod Deus intendat per permiſsionem pœnitentiam, quia ſaltem virtualiter vellet peccatum; vt demonſtraui in prima aſſertione; ergo non poteſt permiſsio peccati procedere ex ſpeciali amore donandi prædeſtinatum beatitudine: ac ſubinde ex defectu huius conditionis nequaquã poterit permiſsio eſſe effectus prædeſtinationis. Maior, in qua conſiſtit tota difficultas, ſic probatur: nam in volente finem, & media, directo ordine, & accommodato ipſis obiectis, vt prius ratione noſtra vult finẽ, quã explicite eligat media; ita etiam in ipſo ordine prius vult ratione noſtra medium, quod eſt fini propinquius, quam quod eſt remotius; ſed ad hoc, quod Deus præparet prædeſtinato permiſsionem peccati ex ſpeciali cõplacẽtia in beatitudine ipſi donanda, prius *ratione* velle debet pœnitentiã peccati permiſſi, quam ipſam permiſsionem; eo quod pœnitentia comparatione finis intenti, nimirum beatitudinis, eſt medium neceſſarium, & propinquius, quã permiſsio: ergo non poteſt Deus velle beatitudinem ſpeciali amore prædeſtinato per permiſsionem, niſi prius ratione noſtra velit ei pœnitentiam, atque adeo niſi ſimul velit peccatum: nam, vt fuſe oſtendi in prima aſſertione, in voluntate pœnitentiæ antecedẽte continetur voluntas peccati, tamquam materia per ſe, & eſſentialiter neceſſaria ad pœnitentiam; quippe pœnitentia non eſt de permiſsione peccati, ſed de peccato commiſſo. *P. Arrubal. Obiectio ex P. Arrubal.*

Vrgeo obiectionem: voluntas permittens peccatum, eſt ante ipſum vt futurum abſolute; nam ante permiſsionem non erat abſolute futurum, poſita permiſsione incipit eſſe abſolute futurum; in quantum in ea includitur concurſus generalis neceſſarius ad peccatum, & ſupponitur ex parte Dei præſcientia conditionalis de futuritione eius, ſi praſto adſit concurſus generalis paratus in certa rerum circumſtãtia: ergo hoc ipſo, quod Deus habet praſto paratum concurſum generalem, iam peccatum ipſum poſita permiſsione incipit eſſe abſolute futurum. Vide, quæ dixi ſupra n. 30. Igitur cum Deus neceſſario velle debeat pœnitentiã prius *ratione*, quam permiſsionem peccati, ſi hanc eligit ex intẽtione ſpeciali beatitudinis, fit in voluntate ipſa pœnitẽtiæ prius velle peccatum, quam ipſum ſit, atque præſciat abſolute futurum. Probo hanc conſequentiam: quia non eſt abſolute futurum, niſi poſita permiſſione, & voluntas pœnitentiæ eſt prior *ratione* voluntate permiſsionis, & in ea cõtinetur voluntas peccati: ergo Deus vult, & præſcit peccatum

Digitized by Google

catum,antequam ipſum ſit abſolute futurũ, ſi eligit permiſsionem ex intentione ſpeciali beatitudinis.

41 *Obiectio facit pro tertia aſſertione, nec pugnat cum 2.*
Obiectio hæc optima eſt pro confirmanda noſtra tertia aſſertione,quã iam ſubijcio. Nõ tamen pugnat cum ſecunda,nec directe ipſam impugnat;etenim in ea loquimur de permiſsione,vt eſt peccato prior, & cognoſcitur a prędeſtinato independenter omnino a peccato, & vt in eo ſtatu antecedenti ſibi applicata per cognitionem depromit ſibi ex ipſa in ſe fructum ſpiritualem; in hoc vero ſtatu pœnitentia,quæ eſt poſt peccatum,non eſt mediũ proximius fini intento:imo nec medium, nam ex permiſsione ſic cognita in eo ſtatu ante pœnitentiam capere poteſt fructus omnes ſpirituales,quos enarraui ſupra n. 35. & ex eis mereri augmentum gratiæ,& gloriæ.

42 *Permiſsio peccati de facto non eſt effectus.*
Tertia aſſertio. Permiſsio peccati de facto numquam eſt effectus prædeſtinationis.Conuenio in hac concluſione cum Patre Arrubal vbi ſupra, & cum Patre Vazquez allegato in principio;non tamen eodem nitor fundamento.Meum ſic procedit. Conueniunt vtriuſque factionis doctores,permiſsionem peccati non fore effectum prædeſtinationis,ſi ad hoc,vt ex ipſa proueniat fructus ſpiritualis, peccatũ per ſe neceſſarium ſit. Quod quia Pater Vazquez verum arbitratur,ſequutus eſt partem negantem,permiſsionem peccati eſſe effectum prædeſtinationis.Pater vero Suarez, qui oppoſitã amplectitur, aciem ſuæ diſputationis in hũc finem inſtruit,vt monſtret,peccatum per ſe neceſſarium non eſſe ad hoc, vt ex ipſa peccati permiſsione capi poſsit fruct⁹ ſpiritualis.Quapropter tota rei difficultas in hoc punctum reuocatur;an videlicet peccatum per ſe neceſſarium ſit ad hoc,vt prædeſtinatus ex permiſſione ſibi depromat ſpiritualem fructum, an non? Ego vero per ſe neceſſarium eſſe ſecundum prouidentiam ordinariam, non interueniẽte aliquo caſu miraculoſo,ſic oſtendo.Prędeſtinatus non capit fructum ex permiſsione, niſi ſibi cognita:ſed in hac vita non poteſt prędeſtinatus cognoſcere permiſsionẽ circumſcripto miraculo,niſi per peccatum:ergo ſecũdum prouidentiam ordinariam peccatum per ſe neceſſarium eſt prædeſtinato, vt ex permiſſione capiat emolumentum ſpirituale. Maior huius ſyllogiſmi euidens eſt;nam tunc permiſſio fert fructum ſpiritualem prædeſtinato,cum ex illa elicit actus virtutum, aut amoris erga Deũ,aut gratitudinis,aut humilitatis,&c. Sed ad omnes actus voluntatis præcedit cognitio obiecti, circa quod verſantur.Ergo niſi fuerit cognita permiſsio peccati,quæ eſt obiectum, non poteſt ex illa capere ſpiritualem fructum. In minori ſita eſt difficultas; eam autẽ ſic probo. Primũ,cũ permiſsio peccati includat actũ liberũ voluntatis diuinæ,non poteſt ea a priori cognoſci,quia nihil eſt in Deo, quod neceſſariam habeat connexionem cum actu libero. Præterea priuatio auxilij afficacis,quæ eſt obiectum permiſsionis,ſolum poteſt cognoſci a priori per cognitionem actus liberi Dei, quo vult non infundere gratiam illam,quam nouit fore efficacem. Imo addo, licet prædeſtinatus cognoſceret in ſe negationem auxilij eius quo ad entitatẽ,quod eſt efficax,ex ea non cognoſceret peccatũ,niſi aliunde prædeſtinatus ſciẽtiam haberet conditionatam de futuritione illius peccati,ſi negetur tale auxilium ſecundum entitatem; nam cum in principijs noſtris,nec auxiliorum efficacia, nec ſufficientia conſiſtat in naturis phyſicis eorum : imo potius quodcumque auxilium ſecundum naturam phyſicã indifferens eſt ad hoc,vt ei homo reſpondeat, aut non reſpondeat,ex cognitione entitatum in voluntate deducere nullus poteſt cognitione infallibili,an illa ſit bene vſurus,an non? an peccatum committẽdum ſit,an non?Vnde, vt prædeſtinatus cognoſcere poſſet in negatione auxilij illius,quod foret efficax, actum eſſe futurum,aut nõ, indigeret ſcientia cõditionata: ergo cum prædeſtinatus, nec cognoſcat in ſe actũ liberum Dei, quo negatur auxilium efficax,nec a priori ex Deo; nec negationem auxilij efficacis in ſe;nec denique habeat ſcientiã conditionatam:euidenter efficitur,duplicẽ ſolum ei ſuppetere viam cognoſcendi permiſſionem; aliam extrinſecam per diuinam reuelationẽ,& hæc eſt extraordinaria,& miraculoſa;aliam a poſteriori per peccatum ipſum, ex quo bene colligitur permiſsio:nam vt ait Au- Auguſt.
guſtinus in Inchiridio ad Laurẽtium c.96.*nihil fit,niſi omnipotens fieri velit, vel ipſe faciendo, vel ſinendo, vt fiat.* Ergo cum peccatum non fiat a Deo, ab ipſo permittitur:ac ſubinde ex peccato optime colligitur permiſsio.

Quapropter,licet permiſsio peccati per accidens cum eo coniungatur, in ordine tamen 43
ad deducẽdum ex eo commodum ſpirituale à prædeſtinato ſecundum prouidentiam ordinariã per ſe cũ illo coniungitur; ergo qui vellet permiſsionem peccati,vt prædeſtinatus ex ea deduceret fructum conducentem in vitã ęternam ſecundũ regulas in ſua prouidentia præſcriptas a Deo, per ſe vellet peccatum.Quo fit regulariter loquendo de facto numquam eſſe effectum,licet ex natura rei,ſeu per ordinem ad potentiam abſolutam non repugnet eſſe.

Verum obijciet aliquis in hunc modũ: optime poſſet Deus ſic ſe gerere in ſua prouidẽ- 44
tia,vt prius vellet ex amore ſpeciali beatitu- *Obiectio.*
dinis prædeſtinati eligere permiſsionem, vt cognitã tamquam medium : deinde in poſteriori

Digitized by Google

riori rationis poſt præuiſum peccatum abſolute futurum decernere modum ſpecialem cognoſcēdi per peccatum: nam ſi quid obſtaret, maximè interruptio illa, quæ efficitur inter effectus ratione peccati interpoſiti inter permiſsionem, quæ eſſet effectus, & actus bonos prædeſtinati ex permiſsione habitos, qui etiā ſunt effectus. Verum hoc non obſtare vidimus cap. 4. num. 19. vbi defendebam primæ gratiæ infuſionem intertumpendam per peccatū mortale eſſe effectum prædeſtinationis, nihil impediēte interruptione; quia de ratione effectus nō eſt, vt continuetur cū alijs effectibus, hæc enim cōtinuatio nō eſt aliqua ex quatuor cōditionibus effectus prædeſtinationis: ergo pari ratione permiſsio ipſa electa, vt cognita propriori rationis ſine determinatione medij cognoſcendi, poteſt eſſe effectus prædeſtinationis, & ſi facta interruptione per peccatū poſt ipſū præuiſum illud eligatur in particulari, vt mediū cognoſcendi.

Satisfactio 1. Deus non poteſt efficaciter velle obiectum cōfuſum.

Reſpondeo primo, hunc modum eligendi non eſſe conſentaneum voluntati diuinæ; etenim ea, vt efficax eſt, terminari non poteſt ad obiectum confuſum, vt ſæpe docui; at ſi Deus ex complacentia ſpeciali beatitudinis prædeſtinati eligeret permiſsionem, vt cognitam, nō determinans mediū cognoſcendi pro illo priori, haberet obiectū cōfuſum: etenim illa electio, ſiue virtualiter, ſiue formaliter efficax eſt: vt dixi diſp. 23. cap. 2. & 13. atqui omnino repugnat voluntati diuinæ efficaci obiectū indeterminatum habere, atque adeo, &c.

2. Satisfactio.

Reſpondeo ſecundo, licet ille modus decernendi mediū, vt cognitū ex modo cognoſcendi indeterminato non repugnaret diuinæ voluntati ex confuſione obiecti; at foret extraordinarius, & perfectioni diuinæ prouidentiæ minus conſentaneus; nam vt melior Theologia numquam cōſtituit obiectū cōfuſum, & indeterminatum diuinæ ſcientiæ, tum ob ſummam eius perfectionē: tum quia, quantū fieri poteſt, id fugiendum eſt, ſiue implicet, ſiue nō implicet; ita nec voluntati diuinæ aſsignari debent talia obiecta confuſa, & indeterminata iuxta modum ordinarium ſuæ perfectiſsimæ prouidentiæ, ſiue implicent, ſiue non.

45 Obſeruandū hoc loco eſt, diſcrimē manifeſtum eſſe inter primā infuſionē gratiæ interrūpendæ per peccatū, & inter permiſsionē eius, quoad rationē medij prædeſtinationis: nā prima infuſio, atque gratia primo infuſa ex ſua intrinſeca natura, quæ eſt iuſtitia animæ, habet eſſentialē ordinē ad gloriā & ſublato impedimēto peccati per ſe ſe ipſam, ſi cōiungatur cū reliquis gradibus, perpetuū habet effectū vitam æternā, vt mediū determinatū, & indepēdens a noſtris actibus. Permiſsio autē ex ſe nō eſt gratia; ſed obiectū indifferens ad rationē gratiæ, & negationem eius; vnde niſi volita ſit a Deo, vt cognita à prædeſtinato, & amata ex fine honeſto, nō eſt effectus prædeſtinationis, quippe nō fert fructū vitæ æternæ; ac proinde nō eligitur a Deo, vt effectus prædeſtinationis, niſi eligatur, vt cognita, & amata; ergo ſi pro illo priori rationis, in quo erat ſermo obijcietis, Deus ſimul nō præeligit permiſsionē cōiunctā cū determinata cognitione honeſta, & actibus bōnis prædeſtinati, nō poteſt habere rationē effectus, ſicut primæ gratiæ infuſio habet ex ſe ſe independenter ab vllo poſteriori. Et cū, vt diximus in prima, & ſecūda ſolutione, aut repugnet diuinæ voluntati, aut non, ſit conſentaneum eligere permiſsionem, vt cognitam, & amatam cognitione, & volitione indeterminatis, efficitur, nec ea ratione, vt obijciēns intendit, eſſe poſſe effectum prædeſtinationis.

Diſcrimē inter primam infuſionē gratiæ interrumpēdæ, & permiſſionem.

Modo cōtra noſtrā tertiā aſſertionē aliquæ obiectiones diluēdæ. Prima ſumitur ex modo loquēdi Auguſtini lib. de natura, & gratia cap. 28. vbi ait, Deū aliquādo nos deſerere, vt diſcamus ſuperbi non eſſe: & Gregorij homilia 12. vbi ait; lapſum Petri fuiſſe a Deo permiſſum, vt ſciret aliorū miſereri, qui aliorū paſtor futurus erat. Alia ſimilia Sāctorū dicta habes apud noſtros ſcriptores, imo is modus loquēdi frequēs eſt in ſacra Scriptura, in qua inter alia teſtimonia eſt celebre illud ex lib. 2. Regū cap 16. vbi volens Abiſai amputare caput Semei; quia maledicebat Dauid, vt impediret intētū Abiſai, ſic ait Dauid: *Dimitte eum, vt maledicat; Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid, & quis eſt, qui audeat dicere quare ſic fecerit?* In his verbis permiſsionē appellat præceptū Dauid, & ait, maledictionē fuiſſe præceptā ex fine præſtādi Dauid miſericordiā; ſic enim dixit in verbis paulo poſt ſequētibus *ſi forte reſpiciat Dominus afflictionē meā, & reddat mihi Dominus bonū pro maledictione hac hodierna*; ergo ex fine honeſto humilitatis poteſt Deus permittere lapſum, vt in caſu Auguſtini, & ex fine honeſto miſericordiæ, vt in caſu Gregorii, & ſacræ Scripturæ. 46

Obiectiones contra tertiam aſſertionē. Auguſtin. Greg. 2. Reg. 16.

Reſpōdeo primo, hæc, niſi probe intelligātur probare nō ſolū permiſsionem, ſed etiā ipſum peccatū eligi poſſe ex fine honeſto. Nā maledictio illa Semei nō ſolū permiſsio eſt; ſed etiā peccatū; pariter negatio Petri. Diximus autē n. 29. peccatū ipſum, nec ſecūdū entitatē, nec ſecūdū malitiā eſſe poſſe effectū prædeſtinationis ex cōcordi Theologorū doctrina. Quare reſpōdeo ſecūdo, Patres hos, atq; alios ſe ſe accōmodantes ad vulgarē modū loquēdi occaſionē boni, quā Deus ex ſua bonitate ſumit ex ipſo peccato patrato, declaraſſe per cauſalitatē finalē, cū tamē ipſum peccatum, nec ſit motiuum, nec cauſa, nec aliqua ratione influat in bonū, quod Deus ex ſua miſericordia præſtat.

Digitized by Google

47 *2. Obiectio.* Alia obiectio ſumitur ex redemptione noſtra: eam enim Deus prius intendit, quam peccata Iudæorum, & aliorum hominum, quæ in paſsione Chriſti Domini patrata ſunt, permiſſerit: ſed materia redemptionis Chriſti non fuit ſola permiſsio peccatorum; ſed etiam ipſa peccata contra ipſum ex ardenti odio, & contemptu ineffabili perſonæ ipſius commiſſa: ergo pari ratione poteſt Deus permittere prædeſtinato peccatum ex ſpeciali complacentia in beatitudine eius, tãquam ex fine; licet fructus ſpiritualis ab ipſo deducendus eſſet medio peccato.

Satisfactio. Reſpondeo, negandũ omnino eſſe, ante præuiſionem peccati Chriſtum Dominum prædeſtinatum fuiſſe, vt redemptorem in carne paſsibili; nec enim aliquem actum honeſtum Chriſti Domini ex his, quos exercuit in ſua glorioſa paſsione, dum prodebatur, ligabatur, colaphis cædebatur, conſpuebatur, flagellabatur, coronabatur, crucifigebatur, prædiffiniuit Deus ante præuiſsionem peccatorũ, quæ contra perſonam Chriſti à Iudæis commiſſa ſunt: *Christ. Dom. non fuit prædeſtinatus in carne paſsibili ante præuiſionem peccati.* Etenim cum actus honeſtiſsimi Chriſti Domini eſſentialiter ſupponerent, tamquam materiam, grauiſsima peccata illorum hominum, quibus ordinatæ, & exequutioni mandatæ fuerunt Chriſti Domini perpeſsiones, in prædiffinitione actuum bonorum Chriſti neceſſario continebatur voluntas aliqua Dei, vt ea peccata patrarentur. Omnis autem voluntas antecedens peccati Deo repugnat, vt late explicui aſſertione prima; in qua monſtraui ex fine pœnitentiæ eligi permiſsionem peccati non poſſe propter hanc eamdem rationem. Idem ergo conſtanter dicendum eſt in redemptione Chriſti Domini, in qua ſolum mutatur materia, non vero ratio reſolutionis. Itaq; in quocumque actu honeſto Chriſti Domini Deus ſpecialiter complacuit, non voluntate antecedenti efficaci propter oppoſitionem cum libertate, vt explicui diſp.23 cap. 9. at diuerſo modo ſe gerere potuit voluntas Dei circa actus honeſtos Chriſti; nam eos, qui non ſupponebant eſſentialiter peccatum, prædiffinire potuit antecedenter illa noſtra ſpeciali prædiffinitione non abſoluta, & efficaci formaliter: ſed virtualiter, & æquiualenter, quam explicui, & defendi diſp 23. cap. 13. & 14 Circa actus vero honeſtos, qui eſſentialiter ſupponebant peccatum, neque hæc noſtra potuit præcedere prædiffinitio, vt ſatis explicatum eſt. Pater Leonardus Leſſius diſput. de prædeſtinatione, & reprobatione Angelorum, & hominum ſectione 2. numer. 19. luculenter tractat rem hanc de prædefinitione redemptionis Chriſti, & ad quædam loca ſacræ Scripturæ quę ipſam ſignificare videntur, erudite, & ſufficienter reſpondet. Dicta ſufficiãt pro noſtra materia. *P. Leſſius.*

DISPVTATIO TRIGESIMA PRIMA.

DE CONCORDIA PRÆDESTINATIONIS cum libertate, & certo numero prædeſtinatorum.

Diſtincta duobus capitibus.

In primo, concordia prædeſtinationis cum libertate.
In ſecundo, de certo numero prædeſtinatorum.

ARTICVLVS SEXTVS S. THOMÆ.

VTRVM PRAEDESTINATIO SIT CERTA?

Reſpondet ſanctus Tho. prædeſtinationem certam eſſe; non tamen imponere prædeſtinatis neceſsitatem, ſed infallibilitatem conſequendi gloriam cum abſoluta contingentia.

ARTICVLVS SEPTIMVS S. THO.

VTRVM NVMERVS PRÆDESTINATORVM SIT CERTVS?

Tria

TRIA reſpondit S. Tho. primum certum eſſe numerum, non tantum formaliter,ſed etiam materialiter: exempli gratia;non tantum hominum millia millium ſaluandos eſſe, ſed etiam quinam determinati homines ſecundum eorum rationes indiuiduas beatitudine donandi ſint.Secundo reſpondet,numerum hunc non tantum eſſe certum præſcientia, & præuiſione, ſed aliqua etiam voluntatis prædiffinitione. Reſpondet tertio,numerũ electorum locandum in æterna felicitate ſoli Deo certum eſſe.

Caput I. *Concordia prædeſtinationis cum libertate.*

1 *Quibus actibus intellectus cõſtet prædeſtinatio.* PRAEDESTINATIONEM conſtare actibus intellectus, & voluntatis diuinæ docui diſputatione 22. in qua capite ſecundo dixi, ſcientiam naturalem, & liberam Dei neceſſariam eſſe ad prouidentiam, & prædeſtinationem:in cap.tertio ſcientiam conditionalium:capite ſeptimo ſelegi actus intellectus, & voluntatis,qui eam conſtituunt, & concinnata prius diffinitione, quæ mihi melius naturam prædeſtinationis explicare viſa eſt Dixi præſcientiam, quæ eſt de eſſentia prædeſtinationis, eſſe conditionalem: deinde numero 59. attingere ipſam non ſolum media gratiæ, quæ in hac vita conferuntur, ſed etiam gloriam: ita vt iudicium hoc conditionale, quo Deus cognoſcit fore, vt prædeſtinatus gloriã conſequatur, ſi cooperetur vltimæ vocationi, eſſe de eſſentia prædeſtinationis.Quoad ſcientiam viſionis cap.ſecundo num. 8. dixi etiam ſcientiam viſionis priorum effectuum ingredi eſſentiam prædeſtinationis.

2 *Quibus voluntatis.* Quoad actus voluntatis,prior,& quaſi radicalis inter eos, quibus componitur eſſentia prædeſtinationis, eſt ſpecialis illa noſtra electio prædeſtinatorum ante præuiſa merita, cuius naturam declaraui diſp. illa 23. cap. 13. Deinde ad ipſam etiam pertinent omnes ſeries voluntatum, quibus Deus infundit prædeſtinatis vocationes congruas a prima vſque ad vltimam: omnes etiam ſpeciales prædiffinitiones actuum bonorum;omnes,quibus infunduntur gratiæ iuſtificantes, & efficiuntur cæteri prædeſtinationis effectus vſque ad glorificationem.

3 Ex his conſtat, ſi quid eſt in prædeſtinatione, quod pugnet cum libertate prædeſtinati, id eſſe debere, aut præſcientiam Dei, aut aliquod decretum liberum ex parte voluntatis, aut demum ipſam gratiã efficacẽ intrinſece in prædeſtinato receptam,quæ ordinatur,& efficitur ab ipſa prædeſtinatione. Quapropter, ne actum agamus,ſolum in præſenti indicanda ſunt loca,in quibus, tum in hoc tractatu, tum in primo de ſcientia Dei actus diuinæ præſcientiæ,& voluntatis cum libertate noſtra compoſuimus.

Atque primum, quoad præſcientiam difficultas nulla eſt in componenda ſcientia ſimplicis intelligentiæ, & conditionali cum libertate noſtra. Etenim hæ ſcientiæ nullam habent connexionem cum exiſtentia actus liberi, & indifferenter ſe habent ad exiſtentiam, & negationem eius. *Concordia prædeſtinationis, vt continet ſcientiam.*

De ſcientia viſionis,ſeu libera eſt grauis difficultas in componenda ea cum libertate, ſi, vt moderni Thomiſtæ opinantur, ea foret cauſa rerum:at ſi non eſt,vt ex ſanctis Patribus, ex illuſtribus ſcholaſticis,ex antiquis etiam Thomiſtis, ex ratione manifeſta deprompta ex ſancto Thoma prima parte q. 14. art. 8. & q. 22.art.2.in corpore,manifeſte monſtraui tractatu primo diſput.10. capite primo,difficultas nulla eſt,vt in eo loco oſtendi.Quo fit,prædeſtinationem, qua parte conſtat actibus diuini intellectus, non pugnare cum noſtro libero arbitrio:in alia vero, quæ vult ſcientiam viſionis eſſe cauſam rerum, inſuperabilis difficultas eſt. S.Thom.

Quoad actus voluntatis, in primis nulla eſt difficultas in his, qui terminantur ad effectus prædeſtinationis poſt exercitium actuum liberorum: vt in eo actu, qui infundit glorificationem,& in alijs, qui gratiam iuſtificantem tum primam poſt ſupernaturalem diſpoſitionem liberam, tum alios gradus intenſionis, quibus iuſtificatio recipit incrementa,nam cũ voluntates hæ ſupponant omne exercitium liberum voluntatis, non poſſunt ei obeſſe. Solum ergo reſtat difficultas, primò in actu illo ſpecialis electionis ante præuiſa merita,quem defendi propter ſacræ Scripturæ teſtimonia, quæ allegaui in diſp.23.cap. 4. & propter Auguſtinum relatum cap. 6. Verum præſentiens difficultatem hanc,& eam vrgens cap. 9. conſtanter tuitus ſum, ſi ea voluntas foret omnino efficax, & abſoluta, pugnatum iri cum libertate prædeſtinati acquirendi,& amittendi gloriam; atque ideo cap. 13. & 14. naturam eius voluntatis explanans, dixi nequaquam eſſe ex natura ſua abſolutam, & efficacem, ſed conditionalem,& inefficacem,& virtualiter tantum, ſeu æquiualenter efficacem:quo modo dicendi compoſui cap.14.preſſè difficultatem vrgens, libertatem prædeſtinati cum ea. Ergo ſuperata iam eſt difficultas,libertatem noſtram cum hac prima voluntate in concordiam reducendi. Secunda voluntas eſt ea, per quam Deus 4 *Concordia eiuſdem quoad actus voluntatis.*

Digitized by Google

infundit prædeſtinato auxilia efficacia. In hac ſolum eſſe poteſt difficultas, ſi efficaciam gratiæ conſtituas in natura phyſica auxilij, phyſice diſtincta a ſufficienti, & prius *natura* determinante: verum ſi hac exploſa ſententia, efficaciam gratiæ conſtituas in vocatione congrua, ſiue reſpectu præſcientiæ conditionatæ, per quam præuiſa eſt habitura effectum, ſiue in ordine ad ipſum effectum, vt breui calamo explicui diſ. ſuperiori cap. 2. num. 5. & fuſo in tractatu de auxilijs, nulla eſt difficultas componendi libertatem prædeſtinati cum hac voluntate infundente has vocationes congruas. Denique vltra has moueri poteſt difficultas circa voluntatem, per quam Deus cooperatur concurſu generali ſupernaturali cum libero arbitrio prædeſtinati ad pias operationes. Et quidem non eſt parui momenti, nec facile declaratu hoc decretum. Verum tractatu primo diſput. 6. de ſcientia Dei cap. 3. naturam eius accurate explicuimus, & libertatem noſtram in concordiam redegimus cum eo decreto, dicentes non eſſe determinatiuum, ſed tantum cooperatiuum: dupliciter enim cauſa ſecunda a prima adiuuari poteſt: primo, non ſolum cooperando, ſed etiam determinando principium; ſecundo cooperando ſolum, ſicut vna cauſa ſecunda aliam dupliciter adiuuat, & cooperando tantum; & cooperando, & determinando. Hoc ſecũdo modo adiuuat phyſica illa prædeterminatio, non ſemel reprobata; illo primo modo adiuuant habitus: ita decreta illa diuina dupliciter cooperari poſſunt. Dixi loco allegato non cooperari determinando, ſed tantum adiuuando, & ex hoc compoſui libertatem cum eo decreto: animaduerti etiam non eſſe decretum illud efficax, & abſolutum antecedenter, ſed conditionale; non tamen ex conditionibus, quæ præcedunt operationem, ſed ex comitantibus, ac propterea non eſt explicandum hoc modo: *ſi voluntas operari voluerit, ego concurram*; ſed hoc modo: *cum voluntas operatur, ego cooperor*. Itaquè eſt conditionale de conditione comitante. Igitur, licet maior ſit difficultas in componenda prædeſtinatione cum libertate noſtra, qua parte prædeſtinatio continet actus voluntatis, quam qua parte continet actus ſcientiæ, quatenus actus voluntatis cauſa ſunt perducendi prædeſtinatum ad vitam æternam: at vero noſtra Theologizandi ratione in locis allegatis, tota huius rei difficultas euacuata videtur.

5 *S. Thom.* Ex quibus etiam intelliges, eleganter dixiſſe ſanctum Thomam in hoc art. 6. certitudinem prædeſtinationis cum gloria in ratione cauſæ non imponere prædeſtinato neceſsitatem, ſed infallibilitatem conſequendi gloriam cum abſoluta contingentia. Pro declaratione nota, prædeſtinationem, vt cauſam, connecti infallibiliter cum gloria, eſſe quid commune ad connexionem eſſentialem, ſeu neceſſariam; & ad connexionem contingentem, ſeu liberam: verbi gratia, ſol connexionem habet infallibilem cum ſplendore, & ſimul eſſentialem, atque neceſſariam. Phyſica vero prædeterminatio aduerſariorum, ſeu auxilium efficax in omni ſententia connexionem habet infallibilem cum bona operatione, non tamen neceſſariam, ſed contingentem. Vult igitur ſanctus Thomas ordinem certum cauſæ prædeſtinationis cum gloria explicandum non eſſe per connexionem infallibilem neceſſariam; ſed per connexionem infallibilem contingẽtem: quod præceptoris Angelici dictum optime conſonat cum noſtris principijs, atque doctrina. Etenim fallere, & falli eſt proprium mentis, ita infallibilis connexio per ordinem ad præſcientiam Dei ſumenda eſt; prædeſtinatio vero à nobis explicata certum ordinem cauſæ habet, non ex natura ipſorum actuum diuinorum, aut auxiliorum, quæ infunduntur; ſed ex præſcientia conditionali ſimul cum præuiſione auxilij exiſtentis, atque conſtituti in mente prædeſtinati, vt fuſe ſæpe a nobis explicatum eſt, maxime tractatu de ſcientia diſp. 7. cap. 8. & in præſenti tractatu diſp. 23. cap. 13. & 14.

S. Thom. elegã teſtimonium

Connexio infallibilis, & neceſſaria differunt.

6 *Caietanus.* Hinc intelliges, in chymæram abijſſe Caietanum, cum quæſtione 22. art. 4. explicare conatur certitudinem prædeſtinationis diuinæ in ordine ad effectum gloriæ per quamdam connexionem, nec euitabilem, nec ineuitabilem; ſed ineffabilem. Hæc connexio chymærica eſt; quia ſicut inter poſsibile, & impoſsibile non eſt medium, eo quod opponantur contradictorie: ita nec inter euitabile, & ineuitabile. Quare ineffabilis quidem erit Caietano hæc connexio, cui numquam in mentem venit concordia libertatis prædeſtinati cum prædeſtinatione cum infallibili connexione beneficio præſcientiæ conditionalium. At poſtquam hæc ſcientia è tenebris, in quibus diu iacuit, eruta eſt vigilijs, & labore noſtrorum ſcriptorum, iam connexio hæc non eſt ineffabilis, ſed perſpicua, & in ſcholis trita. Nec verum eſt, quod Caietanus ait, Auguſtinum inſcrutabilem ſæpe appellaſſe hanc connexionem ex Paulo ad Rom. 11. vt bene animaduertit Pater Arrubal diſp. 86. cap. 2. alia namque eſt mens Auguſtini, quam ego etiam enucleaui diſput. 23. cap. 6.

Connexio nec euitabilis, nec ineuitabilis chymærica contra Caiet.

Rom. 11. P. Arrub.

Caput

Digitized by Google

Caput II. *De certo numero prædeſtinatorum.*

7 *P. Vazq.* *Numerus prædeſtinatorũ nõ tantum deſignatus in præſciẽtia.*

PATER Vazquez diſputatione 101. cap. 2. cõtendit, certum numerum eſſe prædeſtinatorum non electione, aut definitione ante præuiſa merita; conſentaneè quidem ad ſua principia, quibus negat electionem ſpecialem prædeſtinatorum ante præuiſa merita, & ſolum conſtituit voluntatem communem, & vniuerſalem, per quam vult Deus omnes homines ſaluos efficere. Verũ ſententia hæc procedit ex non ſolido principio, vt abunde conſtat ex dictis à nobis diſp. 23 ex cap. 3. vſque ad 14. Præterea expreſſe aduerſatur Diuo Thomæ in hoc art. 7. in corpore ibi: *Sed aduertendum eſt, quod numerus prædeſtinatorum certus Deo dicitur, non ſolum ratione cognitionis, quia ſcilicet ſcit, quot ſunt ſaluandi: ſic enim Deo certus eſt etiam numerus guttarum pluuiæ, & arenæ maris, ſed etiam ratione electionis, & diffinitionis cuiuſdam.* Id quod poſtea probat longo diſcurſu. Nec ſatisfacit duplex ſolutio, quam ſignificat Pater Vazquez cap. 2. altera, ipſum non eſſe loquutum de electione efficaci; altera loqui de electione, & diffinitione vocandi congruè: prima, inquam, non ſatisfacit, nam, licet verum ſit non eſſe verbum in ſancto Thoma, quod electionem efficacem antecedentem ſignificet, ex hoc vero non efficitur, nullam aliam eſſe ſpecialem præcedentem merita, & diſcernentem prædeſtinatum a nõ prædeſtinato, non ſolum terminatam ad vocationes congruas; ſed etiam ad ipſam gloriam, vt connexam cum ſerie vocationum congruarum; de qua re ex inſtituto tractaui diſp. illa 23. cap. 13. quia vero Pater Vazquez aliam voluntatem non habuit exploratam; ideo ex negatione abſolutæ, & efficacis intulit, negandam eſſe certitudinem prædeſtinatorum in electione, & diffinitione. Nec ſecunda, nam vt ex littera ſancti Thomæ conſtat, ipſum loqui non ſolum de voluntate eligente media, ſed de intendente finem conuenientem toti vniuerſo, & ciuitati illi ſanctæ Hieruſalem, quæ conſtruetur ex viuis lapidibus prædeſtinatorum.

D.Thom

8 Catherinus

In hoc etiam loco ſententia Ambroſij Catherini lib. primo de prædeſtinatione cap. vltimo affirmantis aliter eſſe certum numerum prædeſtinatorum, quam ſaluandorum, referri, & refelli ſolet, quod diſtinxerit prædeſtinatos a ſaluandis, & dixerit, prædeſtinatorum numerum eſſe certum electione efficaci: ſaluandorum vero, ſolum præſcientia. Ego de hac re tractaui ex inſtituto diſp. 24. cap. 3. vbi explanaui, quid ſit eſſe aliquem eximie prædeſtinatum, ſeu confirmatum in gratia, & dixi, valde probabile eſſe confirmationem in gratia, ſeu eximiam prædeſtinationem quorumdam ſitam eſſe in decreto efficaci Dei, neceſsitatem inducente ad non peccandum mortaliter, vt in Beata Virgine, atque Apoſtolis, & alijs viris illuſtribus eximiæ ſanctitatis. In hac ſententia, licet omnes ſint prædeſtinati, qui vitam æternam conſequentur; at diſtinctus ordo prædeſtinatorum diſtingui poterit; alter per electionem efficacem inducentem neceſsitatem, non peccandi mortaliter, & non amittendi vitam æternam; horum numerus certus erit in prædiffinitione efficaci: alter ordo eſt communium prædeſtinatorum, quos inepte Catherinus, & contra communem vſum ſcholaſticorum, appellauit ſaluandos, non prædeſtinatos, & ordo is certus erit in electione non efficaci, ſpeciali tamen, de qua ſæpe feci mentionem.

In ſecunda parte articuli ſanctus Thomas refert varias ſententias circa numerum omnium prædeſtinatorum; dixerunt enim alij tot ex hominibus ſaluos fore, quot Angeli ceciderunt: alij tot, quot remanſerunt: alij tot, quot fuerunt creati Angeli. Proprium vero iudicium his verbis pronuntiat: *Sed melius dicitur, quod ſoli Deo eſt cognitus numerus electorum in ſuperna felicitate locandus.* Dubitant etiam ſcholaſtici, an maior ſit reproborum numerus, quam prædeſtinatorum? & definiunt, abſolute maiorem eſſe numerum reproborum propter plura teſtimonia ſacræ Scripturæ, ac maxime Matthæi 7. *Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per eam.* Porro de fidelibus ſimilis dubitatio moueri ſolet, an maior eorum pars damnetur? & definiunt damnari propter verba Matthæi cap. 22. ibi: *multi ſunt vocati; pauci vero electi*, vbi per multos vocatos ſignificare videtur fideles. Hoc idem ſignificant aliqui ex ſanctis Patribus. Verum ego concludo ſententia, & verbis ſancti Thomæ; nimirum *ſoli Deo eſſe cognitum numerum electorum in ſuperna felicitate locandum.* Vide P. Suar. 1. p. lib. 6. de comparatione prædeſtin. & reprobat. c. 3. Concludo etiam noſtrum laborem circa primam partem noſtri tractatus. Cedat vtinam in gloriam Dei, & vt collocemur in æterna felicitate.

9 *Opiniones Theologorum de numero prædeſtinatorum.*

An plures reprobi, quam prædeſtinati?

Matth. 7.

An etiam inter fideles?

Matth. 22.

Digitized by Google

SECVNDA PARS TRACTATVS NOSTRI:

DISPVTATIO TRIGESIMA SECVNDA.

DE EXISTENTIA, ET NATVRA REprobationis.

Diſtincta duobus capitibus.

Cap. 1. De fide certũ eſt, eſſe in Deo reprobationem ſine defectu in prouidentia
Cap. 2. Explicatio naturæ reprobationis.

S. THOMÆ ARTICVLVS TERTIVS.

VTRVM DEVS ALIQVEM HOMINEM REPROBET.

RESpondet Sanctus Thomas, ad diuinam prouidentiam pertinere permittere, vt aliqui a gratia, & conſequutione gloriæ deficiant, atque adeo Deum quoſdam reprobare.

Cap. I. *De fide certum eſt, eſſe in* Deo *reprobationem ſine defectu prouidentia.*

1 *Quid reprobus ſignificet.*

VT filus doctrinæ noſtræ ducatur enodatior in hac vltima parte tractatus noſtri, ſequor methodũ prioris. Atque in primis circa voces *reprobus*, *reprobare*, *reprobatio*, obſeruandum eſt, inueniri in ſacra Scriptura, & Patribus. In ſacra Scriptura Eccleſiaſtici 9. *Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti ſunt.* Et primæ ad Corinthios 9. ibi: *ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* Et ſecundæ ad Timotheum 3. *Et hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente reprobi circa fidem.* In his vero locis, vt bene adnotauit Pater Vazquez diſp. 95 c. 4. non ſignificat *reprobus* eiectum a gratia, & excluſum a Regno, ſed hominem improbum in materijs, quæ attinguntur in locis. Scholaſtici vero Doctores per reprobationem intelligunt prouidentiam Dei, per quam poſt peccata permiſſa, & commiſſa homines excluduntur a Regno, & iuſtiſſimis, atque æternis mancipantur cruciatibus.

(Eccleſ. 9. — 1. Ad Cor. 9. — 2. Ad Timot. 3. — P. Vazq.)

Obſeruandũ deinde, vt nomen *probatio* dici-
2 tur proprie cõparatione obiecti boni, aut veri, quem aut mente, aut voluntate probamus; ita nomen *reprobatio* pariter de obiectis propriè dici poſſe. Scholaſtici vero tranſtulerunt ſignificationem ad ſubiecta hominum, qui per diuinam præſcientiam, atque prouidentiam miſere condemnandi ſunt.

His obſeruatis, eſſe in Deo reprobationem,
vt nomen ſignificat excluſionem aliquorum à 3
regno cœlorum, & deputationem ad ignes æternos, fide diuina ſanctum eſt ex Matthæo cap. 25. ibi: *Ite maledicti in ignem æternum*; hos enim reprobos appellat Paulus *vaſa iræ*, ad Romanos 9. denotans in ſe habere peccata, propter quę Deus in eos iraſcitur, atque deſpicit: vnde dicuntur ad Timotheum ſecundo *vaſa in contumeliam.* Hoc ipſum profitetur concilium Valentinum ſub Lothario cap. 3. *Fatemur*, ait, *prædeſtinationem electorũ ad vitã, & perditionẽ impiorum ad mortẽ.* A poſteriori id cõſtat, quia quoſdã periſſe, atque damnatos eſſe, fides docet; alios etiã perituros, & damnandos nõ dubiũ; nullus autẽ periit, aut peribit ſine Dei reprobatione, vt nullus felicitatẽ æternam cõſequitur ſine Dei prædeſtinatione, & approbatione; ergo de fide diuina eſt, eſſe reprobationẽ in Deo.

(*De fide eſt eſſe reprobationem.* — Mat. 25. — Ad Rom. 9. — Ad Tim. 2.)

Sanctus Thomas in hoc articulo tertio hac 4
vtitur ratione; nam de ratione generalis prouidẽtiæ eſt quãtumuis perfectiſsimæ, quod quaſdã cauſas ſecundas defectibiles patiatur Deus deficere a conſequutione ſui finis; ergo pariter

(S. Thom. — *Ratio S. Tho. diſcutitur.*)

ter de ratione prouidentiæ ſupernaturalis eſt, quod aliquas ex creaturis rationalibus, circa quas ea verſatur, permittat non cõſequi finẽ ſupernaturalẽ. Verum operæpretiũ erit, rationẽ hanc altius examinare, & ex ea venari, vt ſine imperfectione in prouidentia Dei contingat reprobatio: nã petere poſſumus a ſancto Thoma, quare declinatio a conſequutione finis ſit de ratione perfectæ prouidentiæ? etenim videtur, eam fore perfectiorem prouidentiam, cuius directione, atq; virtute perducerẽtur ſubiecta ad finem a prouidentia præintẽtũ ſine vllius caſu. Vrgeo difficultatem: omnis ſupernaturalis prouidentia eſt tranſmiſſio creaturæ rationalis in vitam æternam, & prædeſtinatio eſt tranſmiſſio efficax, vt docuit ſanctus Thomas in articulo primo huius quæſtionis, id explanans exemplo ſagittarij ſtrenue dirigentis ſagittam in ſcopum, vt igitur iaculator ille magis eſſet ſtrenuus, qui omnem ſagittã proiectã ita dirigeret, vt efficaciter pertingeret ſcopum, quam is, qui quaſdam ab ſcopo aberrare faceret: ita videtur in prouidentia Dei perfectiorem eam fore, quæ cum effectu omnes creaturas rationales ita dirigeret in finem, vt ſcopum attingerent vitæ æternæ.

Ad hoc argumentum reſponderi poteſt ex doctrina eiuſdem Sancti Thomæ quæſtione vigeſima ſecunda, articulo ſecundo ad ſecundum: vbi diſtinguit duas prouidentias, aliam propriam prouiſoris vniuerſalis, aliam particularis; & concedit nõ ſine imperfectione prouiſorem particularem permittere defectus in finis cõſequutione; etenim ad eius munus ſpectat, omnem, quãtum fieri poteſt, vitare defectum ab eo, qui eius curæ ſubditur: in prouiſore autem vniuerſali negat, imperfectionem eſſe in prouidẽtia permittere quoſdam defectus in partibus propter bonum totius vniuerſi: nam ſæpe defectus in membro conducit ad totius conſeruationẽ. Caietanus in cõmentario huius loci ſancti Thomæ dixit, Deũ permittere peccata Tyrannorũ propter Martyrũ patientiam.

Caietanus.

Caietani explicatio refutata.

5 Cæterum huic Caietani commento obſtat, quod fuſe docuimus in diſp. 30. cap. 6. n. 3 nimirum numquam Deum velle peccatum volũtate antecedenti propter aliquem honeſtum finem, qui eſſentialiter ſupponit ipſum peccatum tamquam materiam; quod ſi ante præuiſa, & commiſſa peccata Tyrannorum Deus intẽderet patientiam Martyrum, cum eius patientiæ materia ſint ipſa peccata, quæ in inflictionẽ pœnarũ Martyris committuntur; nõ poſſet nõ Deus ex ſe, & volũtate antecedenti aliqua ratione velle ipſa peccata. Recognoſce, quæ diximus citato loco, in quo demõſtrauimus, nequaquam poſſe Deum ex fine honeſto pœnitentiæ eligere peccati permiſſionem.

Nec ea fuit mens S. Thomæ, quam putauit Caietanus; ſed alia ſatis diſtans, quam poſſumus haurire ex luculenti declaratione eiuſdẽ S. Thomæ 3. contra Gentes cap. 71. in quo ſeptem rationibus monſtrat, diuinam prouidentiã ſine imperfectione nõ excludere malũ totaliter a rebus. Et prætermiſſis alijs, ea mihi magni momenti eſt, quod ad perfectionem prouiſoris vniuerſalis ſpectat, ſinere cauſas particulares operari ſecundum modum ſuæ naturæ. Ita ad munus Prętoris ſpectat, ſinere artifices reipublicæ ſua munera, atq; officia exercere ſecundum modũ ſuæ artis. Hoc autẽ ipſo, quod ſinat cauſas liberas Deus operari iuxta modũ ſuæ naturæ, ac maxime homines, qui vehementi appetitu, accedente ignoratione rerum ſpiritualium, feruntur in corporeas delectationes præſentis vitæ obruti obliuione futuræ; ex quo ſequuntur peccata, & deffectus ſine termino in numero, & qualitate, ſine imperfectione in prouidentia, vt experimẽto ſatis ſuperq; conſtat: hinc tot ſunt reprobi; imo & plures forent, niſi Deus noſtri miſertus ad cõmunem prouidẽtiam adijceret ſpecialem, & extraordinariam, virtute cuius in prædeſtinatis elucet energia, & gloria gratiæ diuinæ, per quam homo eleuatur ad ſpiritualia, ita vt ſpretis corporeis, & ſenſibilibus, efferatur amore ſupernorũ: quod ſane in natura noſtra corporeis immerſa, & quaſi contrarijs compoſita appetitibus, fieri nequaquam poſſet, niſi efficacia gratiæ, & robore extraordinariæ prouidẽtiæ, quæ maxime ſplẽdet in his hominibus, qui ad ſingularem ſanctitatis gradum euecti ſunt. Ergo & prouidentia Dei ſupernaturalis erga homines, & communem habet, & ordinarium modum in pluribus, & extraordinariũ in quibuſdam, quo nihil impediente, tot ſunt lapſus peccatorum; tanta eſt reproborum multitudo. At de ratione perfectiſſimæ prouidentiæ eſt habere communiter communẽ modum prouidendi, & extraordinarium in caſu extraordinario, vt ſatis de ſe perſpicuum eſt: ergo ſine vllo defectu in prouidentia eſt in Deo tot hominum reprobatio.

Mẽs S. Th. ab authore.

Quia vero de hac re vidi plures fideliũ animos anxie ſolicitos, & pene deſperatos; in eorum ſolatium operęprecium erit, doctrinam hanc, quæ maxime rationi conſentanea eſt, applicare prouidentiæ particulari, quã Deus erga omnes homines ſtatuit. Conſtituto primo homine poſt peccatum originale in hoc mũdo, tamquã in loco cõmuni, prępiderat Deus, ſi res humanas ſuo naturali decurſu relinqueret, extituros eſſe tot homines in toto temporis ſpatio viæ, & vnumquemque hominem acturum vitam ſuam in certo loco, ac tẽpore conuerſando cum his, & illis hominibus. Item 6

Deſcribitur ratio, & ordo ſtatutæ prouidentiæ.

varia ei offerendas occaſiones exercendi hos, & illos actus internos,& externos , vitamque cuiuſcumque protrahendam eſſe vſque ad determinatum numerum, aut dierum, aut menſium , aut annorum, circumſpectis cauſis omnibus intrinſecis,& extrinſecis vitæ, & interitus.

Porro præuiderat hos eoſdē homines eleuatos ad ſupernaturalem ordinem ex meritis Chriſti,qui immediate poſt originale prædeſtinatus fuit,vt modo ſuppono ; atque inſtitutis pro eis Sacramētorum remedijs,& fide diuina infuſa pro tollenda ignorãtia ſpiritualiū, atque mente perfundenda diuinis myſterijs, itē gratia , & charitate,cæteriſq; virtutibus infuſis pro voluntate inflāmanda in amorem ſupernaturalium , & comprimenda ab affectu inhoneſtorum: præuiderat,inquam,hos eoſdē homines hac ſupernaturali prouidentia munitos,atq; inſtructos ordinarijs auxilijs opportunis pro oblatis occaſionibus , nihilominus paucisſimos fore his tam potentibus medijs bene vſuros,& niſi adijceret extraordinariam, maioremq; prouidentiam,omnem fere hominum turbam damnatam iri:ea eſt naturæ noſtræ imbecillitas : ea ad inhoneſta procliuitas; ea ad diuina,atq; ſpiritualia hæbetudo agreſtis,vt fere nullus cōmuni ſolum ſupernaturali prouidentiæ datus, finem ſuum conſequeretur: ex hoc vero non fieret in ea ipſa prouidētia aliquam futuram imperfectionem.

Vltra hæc vero communia in ſupernaturali prouidentia adhibuit bonitas Dei ſingularē, & miraculoſam protectionem circa quoſdam homines,quos Theologi appellāt eximie prædeſtinatos, de quib⁹ multa loquuti ſumus diſput. 24. quibus contulit gratias exuberantes largiſsime.tum pro ipſorum ſalute ; tum pro aliorum fidelium.His hominibus medijs veluti quibuſdam inſtrumentis generalibus potētiæ Dei curſum rerum naturalium mutauit,retardauit,imo & euertit. Ex his quoſdam prouidit pro ſingulis ſæculis,atque prouincijs , vt conſtat ex hiſtoria ſacræ Paginæ veteris , & nouæ,Conſtat precipue in Apoſtolis, qui dati nobis ſunt , vt expleant diuinam prædeſtinationem erga homines.Cōſtat in fundatoribus Religionum., & in alijs viris illuſtribus ſanctitate, doctrina, prædicatione , qui omni retro tempore floruerunt. Ecce qua ratione nō ſolū Deus prouidit neceſſaria in ordine ſupernaturali,ſed etiam ſuperabundantia.Igitur tanta reproborum multitudo non eſt tribuenda defectui prouidētiæ Dei,ſed libero arbitrio noſtro deficienti.

Quod ſi pro beneplacito voluntatis diuinæ plures,pauciores ve eſſent reprobi,aut prædeſtinati; adhuc inueſtigandæ eſſent rationes pro defendenda perfectione prouidentiæ Dei:nam vt egregie docuit Auguſtinus lib. tertio de libero arbitrio capite 5.*quidquid tibi vera ratione melius occurrerit ſcias feciſſe Deum, tamquā bonorum omniū conditorem*:quod ſi nullus affirmet Deū in neceſſarijs ad vitæ corporalis ſuſtentationem abundantiſsime non prouidiſſe ; etiam abundantius prouidit neceſſaria ad vitam ſpiritualem , vt iam diximus , & ſecunda hac parte dicemus amplius;cōſtat ergo nulli reproborum defuiſſe prouidentiam Dei. Ideo vero,cum nullus fere ex ciborum defectu pereat vita corporali , tot pereunt ſecunda morte,quia rapiuntur ſenſibilibus vehementiſsime , & pro libertate ſpiritualia contemnunt. *Defenditur perfectio prouidētiæ Dei.* Auguſtin.

Caput II. Explicatio naturæ reprobationis.

7. PRIMVM explicandi actus mentis diuinæ , qui intercedunt in reprobatione, deinde actus volūtatis , & ex vtriſq; eligendi hi, qui naturā reprobationis cōſtituunt, vt ſimili methodo proceſsimus in explananda prædeſtinationis natura diſp. 22.

Quid reprobatio in ſcientia Dei? Reprobatio Dei verſatur circa malum culpæ,& pœnæ:primum cognoſcit Deus culpā,& pœnam eſſe poſsibilem per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ;deinde cognoſcit vtrorumq; conditionatam futuritionem ex certis conditionibus ſibi notis per ſcientiam conditionalem,tertio demum cognoſcit abſolutam exiſtentiam culpæ,& pœnæ per ſcientiam viſionis. Hæc in ſe perſpicua ſunt , & ſtudioſo noſtræ doctrinæ manifeſta erunt inſtantia rationis, in quibus,& poſsibilia,& conditionate futura,& abſolute futura erunt conſtituenda,tū ex tractatu de ſcietia Dei diſp.7.c.1.& diſp.9.c.2.tum ex dictis in prima parte huius tractatus.

Quid in volūtate? Rurſus in volūtate diuina tres actus diſtinguere oportet. Primus eſt voluntas permittendi peccata reprobi huius effectus,& obiectum eſt externa permiſsio, videlicet carentia eorum auxiliorum, quæ,ſi conferrētur, peccata impedirētur, vt explicui diſp. 30. cap. 6. in principio. Secūdus actus voluntatis eſt is, quo vult, permiſsionem aliquam protrahi vſq; ad finem vitæ. In hac permiſsione diſtinguenda eſt duratio,ſeu perſeuerantia in peccato vſque ad finem vitæ a duratione carentiæ auxilij , quod efficax eſt. Deus enim non vult durare,ſeu cōſeruari peccatā in homine : nam vt alienū eſt a diuina ſanctitate., velle peccatum in primo fieri, ita & velle conſeruationem voluntariam eius

Digitized by Google

eius, quia vtrumque in ſe æque malum eſt: tã-tum ergo vult non condonare, non tamen hominem in peccato voluntarie perſeuerare; imo ardenter deſiderat, vt transferatur ex ſtatu peccatoris ad ſtatũ non peccatoris; & vt homo reſurgat, atq; reſipiſcat. Vult vero nõ cõferre auxiliũ efficax, quo homo ille a peccato reſurgeret, non ſolum pro primo inſtãti, in quo negauit, ſed etiam pro toto tempore vſque ad terminũ viæ eius hominis: etenim in hoc obiecto nulla eſt inhoneſtas. Quodnam vero ſit obiectum voluntatis non condonandi, non eſt facile explicatu, ſed eſt abs re noſtra.

Tertius actus volũtatis eſt, quo poſt præuiſam peccatorũ cõſeruationem vſq; ad vltimũ vitæ halitũ, & pronuntiatũ iudicium de reprobi hominis illius indignitate ad Regnũ cælorũ, atq; dignitate ad æterna ſupplicia ſecundũ qualitatẽ, atq; quantitatẽ peccatorum, in quibus moritur, vult Deus efficaci, & irrefragabili decreto hunc hominem carere in æternum feliciſsima illa viſione Dei, amore, atq; fruitione ſui conditoris, atq, alijs actibus, qui ad viſionem cõſequuntur. Præterea eum addicit æternis cruciatibus, taxans voluntate ſua modũ, atque intenſionem cruciatuum reſpondentem grauitati criminum ſecundum normam a diuina iuſtitia præſcriptam.

8 *Duplex quæſtio.* Duplex modo quæſtiũcula moueri poteſt, neutra, vt opinor, magni momẽti. Prima eſt, an reprobatio in ſolo actu intellectus, an in ſolo actu voluntatis, an in vtroque conſiſtat? Secunda eſt: quinam actus ex enarratis componant eſſentiam reprobationis?

Eſſentia reprobationis continet actũ intellectus, & voluntatis. *S.Thom.* Ad primam reſpondeo ſimili reſponſione, qua naturam prædeſtinationis declaraui in prima parte huius tractatus diſp.22.cap.7. atque affirmo eſſentiam reprobationis continere vtrumque actum, tum intellectus, tum voluntatis. Pro cõcluſione induco S. Thomam in hoc articulo 3. ibi *Sicut enim prædeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam: ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.* In his verbis plane admittit actum voluntatis inferentem, damnationis pœnã contineri in eſſentia reprobationis. Idẽ docet q.6. de veritate art.2. ad vltimum; quatenus *reprobare*, ait, ex vi nominis pertinere magis ad voluntatem. Id eſt difficile in verbis relatis ex art. 3. qua ratione verum ſit, voluntatem permittentem culpam pertinere ad eſſentiam reprobationis poſitiuæ? de quo tracto ex inſtituto diſp. ſequenti. Quod vero in reprobatione contineatur etiam actus intellectus diuini manifeſte docet ſanctus Thom. in hoc eodem art.3. dicens: *ſicut prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ reſpectu eorum, qui diuinitus ordinantur in æternam ſalutem: ita reprobatio eſt pars prouidentiæ reſpectu illorum, qui ab hoc fine decidunt.* Omnibus vero conſpicuum eſt, ſanctum Thomam quæſt.22. art. 1. conſtituiſſe prouidentiam in actu mentis diuinæ, allegans Boetium 4. de cõſolatione proſa 6. paulo a principio, dicentem prouidentiam eſſe diuinam ipſam rationem in ſummo omnium principe conſtitutam; ergo, cum reprobatio ſecundum ſanctum Thomam ſit pars ſubiecti, ita prouidentiæ; & cum hæc ſecũdum eumdem contineat in ſua eſſentia actum intellectus, manifeſte efficitur, aliquem actum mentis diuinæ ex enarratis, ad eſſentiam reprobationis pertinere. Pro concluſione etiam allego Caietanum in hoc eodem art. 3. quatenus ad finem eius concludens ait; *ex his autem facile colligitur, quid eſt reprobatio, quod ſcilicet eſt præſcientia cum voluntate permittendi culpam, & damnandi propter culpam.* Pro hac etiam videri poſſunt Pater Molina circa hunc articulum 3. & Pater Suarez 1. part. lib. 5. de reprobatione cap. 4. num. 11. & P. Valentia ibidem puncto primo, & P. Arrubal diſput.88. cap. 5. in quo expreſſe docet, reprobationem poſitam eſſe in Dei voluntate excludendi aliquem a Regno cæleſti, & illum puniendi: & licet de parte, quæ ſpectat ad intellectum, non tam expreſſe loquatur, at ſemper inuoluit in reprobatione iudicium quoddam, quo Deus reprobum iudicat non idoneum ad finem vitæ æternæ, & dignum, qui ab eo excludatur, atque puniatur in æternum. *Caietan.* *P.Molina.* *P.Suarez.* *P.Valentia.* *P.Arrubal.*

Ratione ſic probo ſententiam noſtram: nã non eſt dubium, vtrumque actum intercedere in reprobatione, nec etiã verbum *reprobare* vtrumque admittere in propria ſuã ſignificatione; optime enim dicimus reprobare ſententiam, quam vt falſam reijcimus: item reprobare malum, quod odio habemus; ergo non eſt, cur potius dicamus, actum intellectus, quã actum volũtatis ad eſſentiam reprobationis pertinere. Probo hanc conſequẽtiam; quia vterq; æquè neceſſarius eſt, & vterq; in propria verbi *reprobo* ſignificatione ex æquo importatur: ergo vterque admittendus eſt, vt pars intrinſece componens eſſentiam reprobationis. Vide, quæ dixi in prima parte huius tractatus diſput.22. cap.7. in quo verius cenſui in prædeſtinatione etiam contineri vtroſque actus: quæ etiam ſimilem hanc reſolutionem noſtram iuuant in reprobatione propter conſonantiam in doctrina. 9

Quos eſſentialiter actus contineat reprobatio? Quoad ſecundam quæſtiunculam iudico primo, eſſentiam reprobationis totam contineri in iudicio illo indignitatis reprobi propter peccata, in quibus moritur, & voluntate

voluntate deputante ipſum ad carentiam viſionis, & ad ignes æternos. Ita cenſent ex auctoribus numero ſuperiori relatis, Molina, Suarez, Valentia, Arrubal. An vero præter hos actus etiam voluntas permittendi peccatum ingrediatur eſſentiam reprobationis? controuerſum eſt. Thomiſtæ recentiores, tum propter ſanctum Thomam; tum propter non bene explicatam prouidentiam Dei in reprobatione, de quo diſput. ſequenti, partem affirmantem tuentur; etenim vt in prædeſtinatione primus actus fuit ſpecialis illa electio dandi gloriam prædeſtinato ante merita: ita autumant, in reprobatione primum actu fuiſſe voluntarem poſitiuam excludendi reprobos a Regno cælorum ante præuiſa demerita, & ex ea intentione quaſi Deũ inueſtigare media, atque eligere permiſsionem peccati, vt ſatis idoneum medium: ideo vero inquiunt, Deũ habuiſſe primum illum actum excludendi, vt oſtentaret potentiam iuſtitiæ ſuæ in punitione reproborum; quemadmodum habuit primum actum eligendi in prædeſtinatione, vt oſtenderet diuitias gratiæ, & miſericordiæ in prædeſtinatis.

P. Molina. P. Suar. P. Valent. P. Arrubal.

An voluntas permittendi peccatum ſit de eſſentia reprobationis?

10 Multiplex eſt peccati permiſsio: alia, quæ permittit primum reprobi peccatum, quod poſtea per pœnitentiam delendũ eſt: alia, quæ permittit cætera peccata, quæ durabunt vſque ad terminum vitæ. Ex quo varie quæſtio hæc tractari, atque reſolui poteſt. Primo an prima peccati permiſsio ſit effectus reprobationis? Et an voluntas primum peccatum permittens ingrediatur naturam reprobationis? Secundo, an aliqua ex cæteris permiſsionibus ſit reprobationis effectus, & voluntas permittens ingrediatur eſſentiam? Vterque is ſenſus in ſequentibus definiendus. Pro præſenti inſtituto iudico ſecundo permiſsionem primi peccati non contineri in eſſentia reprobationis. Id probo hac ratione: nam primi peccati permiſsio non eſt a Deo propter aliquam ſubiecti indignitatem, ob quam indignus ſit, cui peccatum illud permittatur; etenim ante primum peccatum in nulla creatura rationali præcedit indignitas; at reprobatio eſt propter præſuppoſitam indignitatem; incipit enim a iudicio Dei, quo reprobus iudicatur dignus, qui reijciatur a Regno cælorum; ergo permiſsio primi peccati non pertinet ad eſſentiam reprobationis; ſed ſupponitur tamquam aliquid extrinſecum, licet neceſſario præſuppoſitum, vt magis declaro in ſequentibus. Atque ideo ſanctus Thom. quæſt. 6. de veritate artic. 1. ad vltimum, poſtquam dixerat, reprobationem ex ratione ſui nominis magis pertinere ad voluntatem, ſic ſcripſit: *niſi forte dicatur reprobare idem, quod iudicare indignum, quod admittatur: ſed pro tanto reprobatio ad præſcientiam in Deo dicitur pertinere.* Ergo reprobatio ſecundum ſanctum Thom. incipit a iudicio indignitatis reprobi, & ex parte voluntatis affert actum efficacem excludentem a Regno, & mancipantem æternis cruciatibus. Id etiam conſtat: quia reprobatio, vt pertinet ad voluntatem Dei, non eſt reſpectu mali culpæ, vt dixit ſanctus Thom. in ea reſponſione ad vltimum, ſed eſt reſpectu pœnæ; nam, vt ait, ſanctus Thom. ibi; *reprobatio etiam dicitur præparatio, quantum ad pœnam, quam etiam Deus vult voluntate conſequenti, ſed non antecedenti.* Atqui nulla poteſt eſſe voluntas in Deo, quæ non pertineat ad aliquam virtutem, vt conſtat: ergo actus reprobandi voluntatis diuinæ, qui præparat pœnam, ad iuſtitiam vindicatiuam, ſiue communem, propriam tamen, ſiue ſpecialem pertineat, neceſſe eſt. Probo hanc conſequentiam: quia ad nullam aliam poteſt pertinere.

Permiſsio primi peccati non ingreditur eſſentiam.

D. Thom.

Nec verum eſt, quod ſubſumunt aduerſarij, nimirum reprobationem hanc directe opponi prædeſtinationi, in quantum hæc continet ſpecialem electionem prædeſtinatorũ ante merita, a qua originem ducunt omnes aliæ voluntates, atque prædeſtinationis effectus, qui continentur in ſerie prædeſtinationis, vt fuſius declaro diſp. ſequenti cap. 2. Pro nunc ſufficiat, id expreſſe docuiſſe ſanctum Thomam in ea reſponſione ad vltimum per hæc verba. *Ad vltimum etiam poſſet dici, quod reprobatio directe non opponitur prædeſtinationi, ſed electioni; quia, qui eligit, alterum accipit, & alterum reijcit, quod dicitur reprobare.* Illis verbis ſanctus Thomas per electionem intelligit actum efficacem, quo poſt merita præuiſa confert gloriam taxatam ad menſuram meritorum, qui actus optime explicatur per approbationem; vnde approbatio, & reprobatio directe opponuntur, vt bene notauit etiam hic Pater Molina. P. Molina.

11 *Reprobatio nõ opponitur directe prædeſtinationi.*

Dices: ſi reprobatio tantum opponitur approbationi, non vero prædeſtinationi oppoſitione directa: ergo alium actum aſsignare debemus ex parte voluntatis Dei directe oppoſitum prædeſtinationi, vt incipit ab illa ſpeciali electione: is autem non poteſt non pertinere ad ſeriem prouidentiæ reprobantis; ſicut prædeſtinatio, & approbatio ſpectant ad ſeriem prouidentiæ prædeſtinantis; atq; adeo aliquem actum debemus concedere in voluntate diuina ante peccata præuiſa, a quo ducat originem prouidentia reprobatiua.

12 *Obiectio.*

Reſpondeo, nullum eſſe actum in voluntate diuina, qui contrarie, & directe opponatur ei ſpeciali electioni, quæ caput eſt prædeſtinatiuæ prouidentiæ, nam illa vult prædeſtinato gloriam

Non eſt in Deo actus directè oppoſitus ſpeciali electioni.

Digitized by Google

gloriam, vt connexam cum ſerie gratiarum cō gruarū, & actibus meritorijs, quos prædeſtinatus in vita exercet; idq; voluntate antecedenti: nullus vero actus eſſe poteſt in voluntate diuina, qui velit reprobo cruciatus æternos gloriæ oppoſitos voluntate antecedenti ad præuiſionem peccatorum, vt connexos cum peccatis, & cum concurſibus generalibus, quibus ea patrantur, vt ex ſe conſtat. Eſſe vero actum, qui contradictorie opponitur ei electioni: is actus vere *non prædeſtinatio* dici poteſt, vel voluntas nō prædeſtinandi. Nā dupliciter declarari poteſt, vel pure omiſsiue per ſuſpenſionem illius ſpecialis electionis; vel poſitiue per modum obiecti volentis ipſam omiſsionem ſpecialis electionis; quemadmodum dupliciter ſe gerere poteſt voluntas noſtra in ordine ad ſacri auditionem, vel pure omiſsiue per meram ſuſpenſionem actus voluntatis circa ſacri auditionem; vel poſitiue volens non audire ſacrum: & quemadmodū vterque modus is ſe gerendi noſtræ voluntatis contradictoriè opponitur volitioni audiendi ſacrū; pure omiſsiuus formaliter, & immediate; poſitiuus virtualiter: ita in voluntate diuina, quoquo modo ſe gerat, eſſe quidem poteſt actus contradictorie oppoſitus prædeſtinationi, vt dicit ſpecialem electionem, non vero contrarie oppoſitus. Aduerte, communem ſententiā affirmare Dei voluntatem nūquā ſe gerere pure omiſsiue, ſed ipſas quoq; omiſsiones, atq; priuationes directe, & expreſſe velle; eo quod voluntarium directum, & expreſſum perfectius eſt voluntario indirecto, & interpretatiuo: de qua re diſſerui in tractatu de voluntate; ea vero ad rem noſtram parum refert. De permiſsionibus vero aliorum peccatorum a primo, cum coniunguntur cum peccato finali, maior dubitatio eſt, an pertineāt ad eſſentiam reprobationis? atq; an eſſe poſsint eius effectus, & quodnā iudiciū in mēte diuina præcedere debeat ad has voluntarias permiſsiones? De qua re tracto ex inſtituto diſputatione vltima huius ſecundæ partis cap. 3.

DISPVTATIO TRIGESIMA TERTIA.

DE CAVSIS REPROBAtionis.

Diſtincta octo capitibus.

Caput 1. Sententia Recentiorum Thomiſtarum, & fundamenta ex M. Aluarez.

Cap. 2. Duplex reprobatio ex Scoto declaratur.

Cap. 3. In adultis reprobis eſt cauſa poſitiuæ reprobationis.

Cap. 4. Quid de reprobatione paruulorum ſentiendum ſit?

Cap. 5. Mens S. Thomæ, & quidam Theologi ab impoſtura vindicati.

Cap. 6. Satisfactio ad fundamenta M. Aluarez.

Cap. 7. Satisfactio ad alia difficiliora fundamenta.

Cap. 8. Quid ſit induratio, & an Deus eius cauſa aliqua ratione dici poſsit?

Caput

Digitized by Google

Caput I. *Sententia* Recentiorum *Thomiſtarum, & fundamenta ex Magiſtro* Aluarez.

1 *Non eſt de cauſa Phyſica, ſed de morali.*

OBSERVA primo, diſputationẽ de cauſa reprobationis non procedere de cauſa Phyſica, quia cum actus reprobantes Dei ſint immanentes, & æterni, cauſam phyſicam nequeunt habere; ſed procedere de cauſa morali, ſeu demeritoria: an ſcilicet ex parte reprobi ſit aliquod motiuum, quo Deus inducatur ad ipſum reijciendum.

2 Secundo aduerte, cauſam reprobationis in reprobo dupliciter conſiderari poſſe: primo, in quantum affert rationem ſufficientem, quare Deus velit excludere aliquem a Regno cælorum: ſecundo, in quantum non ſolum affert rationem ſufficientem communem cum omnibus hominibus, ſed etiam ſpecialem, vnde inducatur Deus ad excludendum reprobum, & ad admittendum prædeſtinatum: quia non attulit illam cauſam; itaque cauſa hæc dicitur comparatiue ad prædeſtinatos.

3 Aduerte tertio, aut ſermonem inſtitui poſſe de cauſa reprobationis hominum ſecundũ ſe ante peccati orginalis maculam, vt reprobatio Angelorum peracta fuit: aut poſt peccatũ originale ab Adamo capite commiſſum, & in mẽbra transfuſum, nã cõtrouerſia de cauſa reprobationis in ſubiectis originali culpa obnoxijs diuerſum ſtatum habet, vt conſtabit ex infra dicendis.

4 *Sententia Thomiſtarum negãs cauſam ex parte reprobi.* Bañez. Zumel. Aluarez.

His animaduerſis Recẽtiores Thomiſtæ noſtro ſæculo defendunt ante præuiſionem vllius peccati Deum ex ſe voluntate antecedẽti abſoluta decreuiſſe excludere reprobos a Regno cælorum in oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ. Ita Magiſter Bañez prima parte ſupra hunc articulũ tertium, & Magiſter Zumel ibidẽ diſputatione quarta, & Magiſter Aluarez de auxilijs diſputatione 110. a quibus referuntur alij Theologi. Cæterum quia arbitror aliorum Theologorum mentem ſcrutari in hac graui controuerſia rem eſſe magni momenti, ideo ex inſtituto de ea tracto cap. 5. Quia vero Magiſter Aluarez ſupra omnium congeſſit doctrinã, atque fundamẽta; decreui cum eo in hac cõtrouerſia manus conſerere. Quinq; cõcluſionibus ſententiam ſuam expreſsit, & rem definiuit. In prima ſtatuit, volũtatẽ nõ dãdi aliquibus vitã æternã, & ex ea permittẽdi peccata, quã Deus habuit ante præſciẽtiã, & præuiſionẽ demeritorũ reprobi, & ante perſeuerãtiã in peccato vſq; ad finẽ vitæ, eſſe poſitiuã, & abſolutã. In ſecũda, in Angelis, qui ceciderũt, nullã fuiſſe cauſam reprobationis ex parte ipſorũ, quãtũ ad integrũ effectum illius; hoc adiecit, quia exiſtimat permiſsionẽ primi peccati Angelorũ eſſe effectũ antecedẽtis voluntatis reprobatiuæ. Secundã hanc concluſionẽ probat primo ex Auguſtino, qui loquẽs de reprobatione hominum dixit, peccatũ originale eſſe cauſam obdurationis: ergo cũ in Angelis nõ fuerit peccatũ originale, nulla fuit cauſa reprobationis. Secũdo probat ex Paulo ad Rom. nono ibi: *nõ ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt: Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui.* Et poſt pauca: *an non habet figulus poteſtatẽ ex eadẽ maſſa facere, aliud quidẽ vas in honorẽ? aliud vero in contumeliã?* Ex his verbis colligitur, peccatum actuale nõ eſſe cauſam reprobationis, quãtũ ad primum illius effectũ, hoc eſt, quãtũ ad permiſsionẽ primi peccati; ergo etiã in Angelorum reprobatione id locum habet. Tertiã adijcit probationem, ſed nullius momẽti eſt. In tertia cõcluſione agit de cauſa reprobationis paruulorum, qui decedũt cum ſolo peccato originali, de qua materia ego inſtituo caput 4. Ad Rom. 9.

Probationes pro 4. concluſione.

In quarta concluſione ſtatuit doctrinam generalem, videlicet nõ ſolum comparatiue, ſed etiam abſolute loquendo nullam eſſe cauſam reprobationis: itaq; neque peccatũ actuale, neque originale, neq; vtrumq; ſimul præuiſum a Deo, fuit de facto cauſa meritoria, vel motiua reprobationis, quantum ad omnes illius effectus. Quia circa doctrinam huius concluſionis totus cardo cõtrouerſiæ deuoluitur, eam multipliciter probat. Primum ex Sancto Thoma in hoc articulo tertio in verbis, quæ retuli diſputatione ſuperiori num. 8 Secundo ex articulo 5. ad tertium: vbi hæc verba. *Quare hos eligat ad gloriam, & illos reprobet, non habet rationem, niſi diuinam voluntatem.* Tertio ex quæſtione 6. artic. 2. ad 9. vbi cum aſsignaſſet duplicem cauſam reprobationis in hominibus, alteram peccatum originale ſecundum Auguſtinum: alteram voluntatem diuinam; at cum in hoc articulo tertio ex profeſſo ageret de hac materia primam cauſam ſubticuit, & ſecundam ſolum aſsignauit; ergo ſignum eſt, Sanctum Thomam cauſam reprobationis in ſolam voluntatem Dei tandẽ retuliſſe. S.Thom.

Secũdo probat ratione; quia permiſsio primi peccati eſt primus effectus reprobationis; ſed eius nulla datur cauſa; ergo &c. Maiorẽ probat; quia quod neceſſariũ eſt, vt ſequatur vltimus effectus reprobationis, ſi in eo culpa non eſt, eſt effectus reprobationis; ſed talis eſt illa permiſsio: ergo, &c. Cõfirmat argumẽtũ exẽplo petito ab Angelis, in quibus perſpicuũ putat 5

tat

Digitized by Google

tat, permiſsionem peccati fuiſſe effectũ reprobationis, & ex his ducit argumẽtum ad homines.

Tertio: probat, quia peccatum originale remiſſum in reprobis nõ eſt cauſa reprobationis; ergo ſaltem in his hominibus peccatũ originale non eſt cauſa reprobationis. Hoc argumentum putat efficax, ei vero quinque adiungit ſolutiones, & refellit: nos eius efficaciam excutiemus cap. 2. & 4.

Quarto: probat ex verbis Apoſtoli ad Romanos 9. quæ allegaui n. 4. ex quibus ex ſancto Auguſtino, & Diuo Thoma probare cõtendit, Apoſtolũ loquutũ de abſoluta electione, atq; reprobatione hominũ pro ſuo beneplacito ſine reſpectu ad merita, vel demerita præuiſa. De hoc teſtimonio ex profeſſo tracto infra cap. 6.

Quinto probat: nam, ſi prædeſtinatio, & reprobatio abſoluta non eſt in Deo ante præuiſionẽ meritorũ, vel demeritorũ, nõ eſſet in ſcrutabile myſteriũ prædeſtinationis, & reprobationis, quod videtur eſſe contra Paulũ ad Romanos 9. cũ ait: *O homo tu quis es, qui reſpõdeas Deo? numquid dicit figmentũ ei, qui ſe finxit: quid me feciſti ſic?* Neque opportuiſſet recurrere ad illã admirationẽ Pauli ad Romanos 11. *O altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ, & ſciẽtiæ Dei, &c.* Atque rueret illa trita Auguſtini ſentẽtia lib. de dono perſeuerãtiæ c. 8. *Quare hunc trahat, illũ non trahat: noli velle diiudicare, ſi non vis errare.* Allegat alia ex Epiſtola Auguſtini 105. ad Sixtum, in quibus expendit illum locum Pauli ad Romanos 9. & excludere videtur omnem cauſam reprobationis; at, ſi peccatum originale, vel actuale eſſet cauſa reprobationis, non eſſet inueſtigabile myſterium hoc.

Ad Rom. 9. — Auguſt. — Ad Rom. 9.

6 Demum, in quinta concluſione ſtatuit reprobationem, quantum ad vltimum eius effectum, nimirum, quantum ad excluſionem a Regno, & punitionẽ, habere cauſam præſuppoſitã, aut peccatũ originale, aut actuale pro ſigno rationis præſcitum, ita vt, non ſolum in exequutione; ſed etiam in intentione efficaci, non habuerit Deus voluntatem puniendi aliquos pœna æterna, niſi propter culpam præuiſam.

7 In hac concluſione nulla erit nobis cum ipſo diſſentio. Obſerua autem in ea, & ſibi videri contrarium, ſi ipſam conferas cum quarta, & prima eiuſdem Auctoris: & plane conſtituere in Deo decreta inter ſe pugnantia. Vt vtrumque declarem, conſidero adultum reprobum, de quo in quarta concluſione dixit, poſt præuiſam adultam ætatem ante præuiſa demerita decreuiſſe Deum illum excludere à cœleſti gloria in oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, idque voluntate abſoluta iuxta primam concluſionem: decretum hoc reijciendi hunc hominem neceſſario ſpectat ad virtutem iuſtitiæ; nam licet obiectum immediatum, & intrinſecum, nimirum excluſionem à Regno indifferens ſit, at ea voluntas neceſſario honeſtari debet ex appoſito honeſto fine; quia in Deo manere non poteſt actus indifferens, vt ſæpe monui. Is verò honeſtus finis per aduerſarium eſt oſtenſio iuſtitiæ, neque alius commode eſſe poteſt; ergo decretum illud excludendi à Regno hunc adultum reprobum ante præuiſa demerita eſt actus iuſtitiæ non remuneratiuæ, vt de ſe conſtat; ergo punitiuæ, ſeu vindicatiuæ, ac proinde Deus in decreto illo vult aliqua ratione, ſiue formaliter, ſiue virtualiter ante peccatum commiſſum, hominem punire, & infligere pœnam ante culpam; atque ex vi eius decreti prius erit Deus noſtri vltor, quam nos ſimus peccatores. Quæ omnia abſurda ſunt, atque falſa, prætermiſſa vero pro nunc, vſque ad caput tertium eius doctrinæ abſurditate, atque falſitate: ſolum expendo ipſam pugnare cum quinta concluſione, in qua auctor negat, Deum non ſolum in exequutione; ſed etiam intentione efficaci velle punire aliquem ante præuiſum peccatum, ſiue originale: ſiue actuale. Atqui demonſtratum a nobis eſt, decretum illud abſolutum, quod ſtabiliuit in quarta concluſione, non poſſe non ſpectare ad punitiuam iuſtitiam; ergo quarta, & quinta concluſio huius auctoris continent doctrinam ſecum pugnantem.

Aluarez ſibi cõtrarius in 5. concluſione.

Idem magis declaro demonſtrans ſecundum; nimirum, hunc auctorem in Deo conſtituere decreta inter ſe pugnantia: etenim decreuit Deus, nullum ex adultis excludere a Regno iure dominantis, quo ipſi licet vti quacumque creatura, vt re ſua, pro libito, etiam vſque ad eius deſtructionem; ſed tantum propter demerita grauium peccatorum. Hæc lex adeo firmiter a Deo ſtatuta eſt, vt in nullo adultorum, quem nouerimus exceptionem paſſa ſit. Porro etiam ſtatuit Deus, nullum adultum a felicitate æterna reijcere, qui ſimul nõ ſit mancipandus æternis cruciatibus; etenim omnis adultus reprobus propter peccatum mortale actuale excluditur a felicitate æterna. Omne autẽ peccatum mortale actuale eſt ſimul auerſio a Deo & cõuerſio ad creaturam; ac proinde non ſolũ puniendum pœna damni, ſeu priuatione viſionis Beatæ: ſed etiam pœna ſenſus, hoc eſt poſitiua inflictione tormentorum; ergo ſi Deus decreuit, reprobum hominem adultum excludere à Regno voluntate antecedenti abſolu- 8

Decreta conſtituit inter ſe pugnãtia.

Iii ta

Digitized by Google

ta ſine reſpectu ad demerita; vt affirmat is auctor in prima, & quarta concluſione: etiam conſequenter, & neceſſario decreuit eum addicere æternis cruciatibus, atque punire non præuiſa culpa. Probo hanc conſequentiam: quia in reprobo adulto, qui cum mortali actuali decedit non permittit ſtatum medium prouidentia a Deo præſcripta, qua Deus gubernat homines in negotio ſuæ prædeſtinationis, & reprobationis, vt omnes ſupponimus; ergo dum auctor is in quarta concluſione conſtituit decretum abſolutum antecedens ad demerita excludendi reprobum adultum a Regno, & in quinta affirmat, nec in exequutione, nec in intentione efficaci Deum voluiſſe aliquem punire, niſi poſt præuiſa peccata, decreta inter ſe pugnantia conſtituit. Quaſi vero excluſio a Regno huius reprobi, & addictio eiuſdem ignibus æternis non ſit punitio.

Caput II. *Duplex reprobatio ex Scoto declaratur.*

Scotus.

9 SCOTVS in primo diſtinctione 41. q. vnica §. *contra iſtud*, & §. *poteſt aliter*, diſtinxit acute ordinem prædeſtinationis, & ordinem reprobationis in mēte diuina: eius doctrinam poſtea explicarunt, & locupletarunt ſcriptores noſtri. Pater Suarez 1. p. libro 5. de reprobatione cap. 4. & 5. & Pater Vazquez 1. p. diſp. 95. c. 2. & Bellarm. lib. 2. de Gratia, & libero arbitrio c 16. Corduba lib. 1. q. 56. opin. 5. Eius etiam facit mentionem Pater Arrubal diſp. 88 c. 1. allegās alios ex antiquis: ex Thomiſtis etiam, quia cogitatione Scoti rigor ſuæ ſententiæ temperatur, eam grato animo exceperunt, Ferrarienſis 3. contra gentes c. 161. & Adamus in caput 9 Epiſtolæ ad Romanos. & Magiſter Sotus in commentarijs ſuper hoc caput: nec in fine libri quarti ſententiarum, nec in ſuis retractationibus eam mutauit, vt exiſtimat Magiſter Aluarez de Auxilijs diſp. 110. Scotus ergo conſiderauit Deū prædeſtinantem in primo quodam ſigno rationis, hoc eſt, ex ſe, ſuaque bonitate eligentem prædeſtinatos omnes ſpeciali illa electione prædeſtinatorum propria ad certum gradum gloriæ per certum etiam numerum, & quantitatē gratiarum congruarum, quas in toto vitæ progreſſu largitus eſt ſuis prædeſtinatis. Hanc ſpecialem electionē iuxta propria principia ego explanaui diſp. 23. capite decimo tertio. Circa reprobos vero conſiderauit Deum in hoc primo ſigno rationis pure negatiue ſe habentē, hoc eſt, nec prædeſtinantem poſitiue, nec reprobantē poſitiue, ſed tantum non reprobantem. Hic animaduerte, hanc non prædeſtinationem non eſſe intelligendam per meram actus ſuſpenſionem, quia in Deo non eſt is modus voluntarij inductus, & interpretatiuus propter minorem eius perfectionem; ſed per poſitiuam voluntatem, qua voluit non eligere ſpeciali illa electione, quotquot homines damnandi ſunt.

P. Suarez. P. Vazq. Card. Bellar. Corduba P. Arrub. Ferrara. Adamus. Sotus. Aluarez.

Quid non prædeſtinatio?

10 Hinc præfati auctores diſtinxerunt duplicē reprobationem: aliā appellarunt negatiuā, videlicet hanc volitionē non eligendi: aliam poſitiuam, quam explicui in hac ſecunda parte diſput. 31. cap. 2. & dixi conſiſtere in iudicio indignitatis reprobi, qui admittatur in Regnum cœlorum; & dignitatis, qui æternum crucietur, & voluntate reijciente a felicitate æterna, & conijciente in perpetua ſupplicia. Non opus eſt, vt memoretur is modus loquendi tam celebris in ſcholis, nec tamen eum omnino probare poſſum; nam cum actus ille, quo Deus vult non eligere reprobos, ea ſpeciali electione, poſitiuus ſit: non videtur apte ſignificari per reprobationem negatiuam; quapropter melius dicetur reprobatio formalis, & immediata à gratijs congruis, & virtualis ſaltim logice a gloria. Dicitur *reprobatio formalis, & immediata à gratijs congruis*; quia, cum Deus videret quam plurimas, quibus, ſi largiretur, compararet ſibi vitam æternam homo ille; noluit nihilominus Deus eas illi homini conferre, ſed tantum ſufficientes, & incongruas; ergo voluntas illa non eligendi gratias congruas pro hoc homine eſt reprobatio formalis, & immediata a gratijs congruis, ſeu electione ad illas; eſt virtualis reprobatio a gloria, ſaltem logice, in quantum ex ea volitione non prædeſtinandi, nec congrue vocandi, ſuppoſita præſcientia lapſus, & perſeuerantiæ finalis in peccato, infertur infallibili conſequentia reprobatio poſitiua a gloria. Ideo vero dico eſſe ſolum *logice virtualem reprobationem*; quia ea non eſt cauſa peccatorum, quæ neceſſaria ſunt ad poſitiuam reprobationem; ſed quia ea voluntas non prædeſtinandi cognita, adhibita præſcientia conditionali, ſufficiens medium eſt, vt reprobationem poſitiuam colligat Deus per conſequutionem euidentem. Diſtincto ergo modo ſpecialis illa electio prædeſtinationis eſt virtualis approbatio, ſeu electio efficax poſt præuiſa merita; quam hæc reprobatio logice virtualis eſt reprobatio poſitiua

Reprobatio negatiua, & poſitiua quid?

Iudicium authoris.

Virtualis logicè reprobatio quid?

Digitized by Google

poſitiua poſt præuiſa demerita: nam illa vere, & proprie eſt cauſa poſitiua omnium mediorum, quæ neceſſaria ſunt, vt Deus approbet, ſeu eligat hominem; vnde virtualiter phyſice continet approbationem, tanquam cauſa cooperans, non prædeterminans: illa vero non eſt cauſa Phyſica omnium mediorum, quæ neceſſaria ſunt, vt Deus hominem poſitiue reprobet in manifeſtationem ſuæ iuſtitiæ; quippe non eſt cauſa peccatorum. Ideo ergo appellaui illam *logice virtualem reprobationem*; quo nomine non dubito aptius ſignificari, quam nomine reprobationis negatiuæ.

11 *Reprobationis negatiuæ nulla cauſa.* His notatis, aſſero modo, nullam eſſe cauſam ex parte reprobi, vt Deus habeat eam voluntatem non prædeſtinandi, ſeu virtualem reprobationem. Aſſertio hæc manifeſte probatur hac ratione: ante primum peccatum præuiſum nulla eſt cauſa demeritoria ex parte non prædeſtinati, ſeu virtualiter logice reprobi: ſed Deus habuit voluntatem non prædeſtinandi modo explicato ante primum peccatum creaturæ rationalis; ergo hæc voluntas non prædeſtinandi nullam habet cauſam ex parte ſubiecti non prædeſtinati. Minor huius argumenti perſpicua eſt in Angelis reprobis, & etiam in primis hominibus comparatione gratiæ congruæ, per quam præceptum a Deo impoſitum circa eſum ligni vitæ violarunt; nam, nulla præcedente culpa ipſorum, non ſunt electi ad gratias congruas, quibus in peccatum originale non prolaberentur. Porrò ſicut Angelorum reprobatio, in quibus non fuit peccatum originale, ſic peracta fuit abſque cauſa ex parte ipſorum: ita hominum reprobatio peragi potuit, ſi immunes a peccato originali exiſterẽt. Ergo hæc non prædeſtinatio, ſeu reprobatio virtualis logice nullam petit cauſam ex parte ſubiecti nõ prædeſtinati.

Ratio a priori. Huius rei ratio a priori eſt; quod Deus eſt abſolutus, atque excellentiſsimus Dominus ſuarum gratiarum, & gloriæ, tum congruarum, tum non congruarum, nullius debitor aliquo titulo; poteſt ergo abſque iniuria concedere, & negare ea, cui voluerit; non igitur facit iniuriam, cui negat gratiam congruam, & concedit non congruam; imo, ſi vtramque negaret, nec etiam faceret iniuriam. Id maxime verum eſt in hominibus, in quibus cauſa negandi ſupponitur, ſcilicet ipſum peccatum originale. Id quod eleganter docuit Auguſtin. *Auguſt.* lib. de prædeſtinatione Sanctorum cap. 9. ibi: *Omnes, quos docet, miſericordia docet: quos autem non docet, iudicio non docet.* Et in ipſis hominibus pari peccato originali obſtrictis nullã ait eſſe cauſam, quare in hoc incipiat ſeries effectuum prædeſtinationis per voluntatem congrue vocandi, non in illo? ſic ſcribens lib. de dono perſeuerantiæ cap. 11. *Cur autẽ potius illis, quã illis detur? Quis cognouit ſenſum Domini?* Et cap. 12. *Sed quare illos potius, quã illos* (intellige *liberat*) *iterum atque iterũ dicimus? O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo?* Ergo poteſt Deus habere voluntatẽ illam nõ prædeſtinandi ſine reſpectu ad aliquã cauſam. Per hanc doctrinam, quæ a nullo Theologo negari poteſt, explanabimus Sanctum Thomã, & alios Theologos cap. 4. huius diſputationis.

12 *An poſt originale fuerit cauſa nõ prædeſtinandi* Verum petat aliquis, an in hominibus, de quibus eſt præcipuus ſermo noſter, poſt ſtatum peccati originalis, in quo capit ordo prædeſtinationis, & reprobationis, fuerit aliqua cauſa huius voluntatis non prædeſtinandi? Nã quæ in confirmationem aſſertionis producta ſunt; probant quidem, potuiſſe Deum nõ prædeſtinare omnes nulla cauſa ſpectata ex parte illorũ; non vero de facto ſine cauſa nõ prædeſtinaſſe, ſeu voluiſſe negare vocationes cõgruas, maxime cũ peccato originali maculari ſupponantur, quod ſufficiens cauſa eſt, vt propter ipſum omnes homines nõ prædeſtinaret: & ita factũ eſſe indicant plura Auguſtini teſtimonia, maxime illud, quod referebamus modo ex lib. de prædeſtinatione Sanctorũ c. 9. dicens: *quos nõ docuit*; hoc eſt, quibus negauit illuminationẽ mẽtis efficacẽ, quã ipſe appellat certã ſcientiam, *iudicio nõ docuiſſe*: ergo propter cauſam, vtique peccatũ originale. Id cõfirmari poteſt ex Fulgentio de Incarnatione, & gratia Ieſu Chriſti cap. 12. in principio, vbi affirmat, genus humanum per peccatum originale cõtractũ propaginis obligatione perdidiſſe omnem ſanctam, atque piam cogitationẽ; ergo originale peccatũ ſufficiens cauſa eſt ex parte hominũ reproborũ eos non prædeſtinãdi. Idẽ affirmat c. 13. his verbis, quibus capiti dat initium: *peccans itaque ille, qui ſine peccandi neceſſitate creatus eſt in eo, quod animæ ſanitatẽ delinquendo perdidit, etiam illa cogitandi, quæ ad Deum pertinet, amiſsit protinus facultatem.* In his verbis, vt minimũ ſignificat amiſiſſe facultatem congrue cogitandi per peccatum originale. Dixi *vt minimum*, quia omne initium bonæ voluntatis comprehendiſſe videtur. *Fulgentius*

13 Id etiam probo hac ratione: etenim, ſi homo propter originale contractum dignus eſt, qui priuetur iuſtitia originali, & gloria in perpetuum, potiori ratione dignus erit, qui non eligatur ſpeciali electione ad gloriam, & ad gratias congruas.

14 Hæc quidem ſatis veroſimiliter probant in reprobis, quibus originale numquam condonatum eſt, voluntatem non eligendi habuiſſe cauſam ipſum originale peccatum; hæc vero nõ eſt cauſa comparatiue ad alios, quia omnes

 homines

homines ex æquo originali peccato maculati ſunt (ſemper excipio Beatam Virginem, cuius priuilegia omnem modum ſuperant.) In his autem reprobis, quibus originale ſemel condonatum eſt, exiſtimo non fuiſſe ſufficientem cauſam, vt non eligantur; nam licet peccatum remiſſum pœna temporali puniatur, vt corporea afflictione, & ægritudine, & alijs pœnis: at non exiſtimo, illam voluntatem non eligendi, atque priuationem gratiarum congruarum, vt pœnam a Deo eligi poſſe pro peccato originali remiſſo; etenim hæc non electio virtute ſaltem logice continet reprobationem poſitiuam, vt declaraui in principio huius capitis; atque adeo pœnam æternam: ergo ea voluntas non eligendi, & priuandi gratijs congruis, non eſt iuſta pœna in ordine ad peccatum remiſſum. Non me latet viros doctos aliter ſentire: ſed non acquieſco propter dictam rationem.

Pater Suarez.

15 *Voluntas non prædeſtinandi in quibus ſpectet ad iuſtitiam, in quibus non?*

Hinc infero diſcrimen inter non prædeſtinationem, ſeu virtualem logice reprobationem eorum, qui cum originali moriuntur, & eorum, quibus originale ſemel condonatum eſt; quod voluntas non eligendi priores homines ſpectat ad iuſtitiam vindicatiuam; etenim ſupponit originale contractum, atque præuiſum; ergo, cum in pœnam eius Deus vult non eligere illum hominem, intēdit Deus punire malitiā originalis peccati. Probo hanc conſequentiā: nam, quoties in obiecto eſt honeſtas voluntati diuinæ, quæ circa tale obiectū verſatur, tribuere debemus tendentiam directam in omnem honeſtatem obiectiuā, quæ non dedecet diuinam ſanctitatem, quippe honeſtiſsimo, atque perfectiſsimo modo excogitabili tendit in ſua obiecta. Quemadmodū ſcientia Dei, non ſolum penetrat cognitione res omnes cognoſcibiles, ſed etiam tendit ad ipſas ſecundum omnem modum cognoſcibilitatis. Ita voluntas diuina non ſolum amplectitur omnia honeſta; ſed etiam ad ea tendit ſecundum omnem honeſtatem obiectiuam; ergo cum in reprobo, cui nunquam condonatum eſt originale, ſit honeſtas obiectiua iuſtitiæ vindicatiuæ, vt monſtrauimus, cum Deus vult non eligere ipſum, dicendum eſt, de facto velle non eligere in pœnam peccati originalis: nam tunc adſcribimus voluntati diuinæ actum honeſtum ſatis congruentem iuſtitiæ ſuæ, & aſſerimus, voluntatem Dei non ſolum attingere obiectum, quod honeſtum eſt, ſed etiam honeſte omnimodo. De hac re iterum redibit ſermo cap. 4. vbi de reprobatione paruulorum, in quo etiam conſtabit doctrinam hanc conformem eſſe menti Auguſtini, & aliorum Patrum. In reprobis vero, quibus peccatum originale ſemel condonatum eſt, actus non prædeſtinandi nequaquā eſſe poteſt iuſtitiæ vindicatiuæ ſecundum a me dicta num. 14.

Remiſſo originali per Baptiſmum volūtas nō prædeſtinādi non ſpectat ad iuſtitiam.

Hoc loco obſerua, cū originale peccatum, & alia actualia remittuntur adulto reprobo per Sacramentum Baptiſmi, tunc prorſus certum eſſe, illum actum non prædeſtinandi non eſſe propter originale tamquam propter cauſam; eo quod virtute Baptiſmi liberatur, non tantum ab omni culpa, ſed etiam ab omni pœna; ergo iam Deus non poteſt per vindicatiuam iuſtitiā illum non eligere ratione peccati originalis, nec propter culpam, nec propter reatum pœnæ.

Caput III. *In adultis reprobis eſt cauſa poſitiua reprobationis.*

16 *In adultis eſſe cauſam reprobationis poſitiuæ certiſsimū eſſe debet.*

CONCLVSIO titulo præfixa tam certa eſt, me iudice, vt nulli iam Doctorum Catholicorū oppoſitam defendere permittēdum foret. Eam ſcriptores noſtri pro virili defendunt allegantes graues antiquos Theologos, & producentes grauiſsima Patrum teſtimonia. Nobis loca noſtrorum Theologorum indicare ſufficiet, atque ſeligere ea, quæ ſolidius, atque vrgentius noſtram concluſionem probabunt. Ergo lege pro tutamine eius Bellarminum lib. 2. de Gratia, & libero arbitrio cap. 16. §. *iam vero:* & lib. 2. de amiſsione gratiæ cap. 12. Patrem Suarez prima parte lib. 5. de reprobatione cap. 3. concluſione prima, & cap. 6 num. 8. & Patrem Vazquez diſp. 95. cap. 5. Molinam in concordia ſupra articulum quintum huius quæſt. diſp. 3. Valentiam de reprobatione puncto 3. Leſsium de reprob. ſect. 6. aſſer. 6. Demum P. Arrub. diſp. 88 cap. 2. Non omittam quaſdam grauium Theologorum cenſuras aduerſus oppoſitam ſententiam annotare. Catherinus lib. 2. de prædeſtinatione, oppoſitam dicit eſſe *horribilem, & piorum aures verberare, ipſumque Auguſtinum eam deteſtari, vt impiam lib. 6. Hypognoſticon.* Orātius tertio locorum Catholicorum oppoſitam opinionē, *quæ eſt,* inquit, *Caluini, & Bezæ, & aliorū hæreticorum noſtri temporiſ, Deum confingere atrocē, & ferocē.* Stapletonius in caput 9. ad Rom. verſ. 30. ait, *hunc fuiſſe exſecrabilem ſenſum Caluini Deum iniquitatis, & iniuſtitiæ arguentis.* Ioannes Viguerius in inſtructionibus Theolo-

Card. Bellar. — P. Suarez. — P. Vazq. — P. Molina. — P. Valentia. — P. Leſsius. — P. Arrubal. — Catherinus — Orantius. — Stapleton. — Viguerius.

Digitized by Google

Theologicis cap. 10. verſ. 2. ait, ſententiam oppoſitam *repugnare cum diuina iuſtitia.* Ad hæc Pater Iacobus Gaulterius in Chronologia ſæculo 17. anno Domini 1600. cap. 7. quod eſt vltimum, refert ex Vuortio dogmata Siruandi Litberti hæretici, quorum primum eſt: *Deum præordinaſſe homines pleroſque ad ineuitabilem, ac ſempiternum cruciatum ex abſoluto ſuo beneplacito.* Hoc dogma a ſententia oppoſita videtur neceſſario admittendum eſſe, nam ſi Deus abſoluto decreto reprobos adultos excluſit à Regno cœlorum ante omnem reſpectum ad demerita, ſicut elegit prædeſtinatos, eos ſane ex mero beneplacito ſuo deuouit ineuitabiliter ad æternos ignes: nam vt expendebam cap. primo num 8. nullus reproborum excluditur a Regno cœlorum ex prouidentia irrefragabili a Deo ſtatuta, qui ſimul mancipandus non ſit æternis ignibus. Secundũ dogma huius hæretici erat: *Deum præordinaſſe homines ad ipſum peccatum, & peccandi neceſsitatem.* Hoc etiam contineri videtur in doctrina cõtraria: nam ſi Deus abſoluto decreto excluſit adultum à Regno cœlorum ante præuiſa demerita; iam illi ex tali decreto inducta eſt neceſsitas non adeundi Regnum cœlorum; & cum excluſio illa neceſſariam connexionem habeat cum æternis cruciatibus ex alia irrefragabili prouidentia; & cum nullus cruciandus ſit, niſi propter peccata, quæ ipſe commiſsit; in illo primo beneplacito excludendi videtur contineri neceſsitas peccandi. Quintum dogma erat: *Deum nequidem velle eos omnes ſaluos fieri, quibus Euangelium prædicatur.* Hoc etiam contineri videtur in doctrina aduerſaria; nam ſi Deus reprobos adultos, quibus Euangelium prædicatur, voluit excludere efficaci decreto à Regno cœlorum ante præuiſa demerita, & peccata, quomodo potuit velle ex ſe eos ſaluos efficere ſeria voluntate? nam, licet non repugnent duæ voluntates circa oppoſita obiecta, ſi altera ſit conditionata, & altera abſoluta: at ſemper vna earum ab aliqua cauſa extrinſeca quaſi violenter extorta eſſe debet, vt notabam ſupra diſput. 23. cap. 10. & iterum dicam in hoc cap. Sextum dogma erat: *Deum nolle his reprobis ſufficientem, ac neceſſariam gratiam largiri.* Hoc etiam contineri videtur in aduerſaria doctrina; nam ſi Deus abſoluto decreto antecedenti vult excludere reprobum adultum à Regno cœlorum, non poteſt ſimul velle ei dare ſufficientes gratias, vt conſequatur vitam æternam; etenim comparatione eius, vt ſubeſt abſoluto decreto, non ſolùm non erit futura conſequutio gloriæ, ſed etiam eſt impoſsibilis; nam impoſsibile eſt fieri contra decretum abſolutum Dei; quod ſi ex alia parte vellet eis largiri gratias ſufficientes, poſsibilis etiam ei eſſet conſequutio gloriæ; foret ergo ſimul poſsibilis, & impoſsibilis, quod repugnat, vt expẽdebam diſp. 23. c. 9. §. *ſed petes*; ergo in cõtraria doctrina videtur dogma illud ſextum contineri. Lege etiam P. Martinum Becanum primo tomo ſummæ poſt tractatum de prædeſtinatione, & reprobatione cap. 16. quæſtione 1. in qua quatuor concluſionibus complectitur ſententiam Caluiniſtarum de prædeſtinatione, quas hic inſero; propterea quod ipſam aduerſariam ſententiam continent. Prima ſic ſe habet: *vtraque prædeſtinatio tam ad vitam, quam ad mortem in æterno Dei conſilio prior, ſeu anterior eſt præuiſione peccati originalis, & cuiuſcumque alterius, ſiue boni, ſiue mali operis.* 17

P. Gaulterius. *Qui errores videãtur contineri in doctrina contraria.* *P. Becanus.*

Secunda: *vtraque facta eſt mero Dei arbitrio citra vllum meritum, aut culpam ex parte hominis.*

Tertia: *circa eos, quos ab æterno prædeſtinat ad vitam, tria præſtat Deus in tempore; primo largitur illis fidem iuſtificantem, quã amittere non poſſunt: ſecundo dat illis gratiam actualem, quæ libertatẽ arbitrij tollit: tertio peccata illorum quantumuis grauia non imputat, &c.*

Quarta: *circa alios, quos ad mortem, & damnationem prædeſtinauit, etiam tria præſtat; primo negat illis fidem, & omnem gratiam: ſecundo impellit, & neceſsitat illos ad peccandum: tertio miſerè illos decipit, ac illudit, & in æterna ſupplicia illuſos præcipitat.* Expendat lector, quam ſit affinis hæc doctrina ei, quam nos contineri oſtendimus in aduerſaria noſtræ concluſioni, expendentes Siruãdi Litberti hæretici dogmata. Præterea Hieronymus Sancius Caluinianus lib. 5. de natura Dei cap. 2. *fuit hoc,* ait, *primum, quod de reprobis conſtituit Deus ab æterno, nempe quorumdam hominum ad exitium ſempiternum deſtinatio.* Hæc vero nihil aliud eſſe poteſt, quam primum illud decretum abſolutum ante præuiſum omne peccatum, quod aduerſaria ſententia ponit excludendi reprobum adultum à Regno cœlorum. Legat etiam lector, ſi placet, eumdem Patrem Martinum Becanum tom. primo Opuſculorum Theologicorum in principio, vbi ſeptem propoſitionibus comprehendit deſperatam prædeſtinationem Caluiniſtarum, & per diſtincta ſeptem capita eas erudite refutat: ex hoc enim viro ſtrenue, diuque verſato in refutandis his erroribus deprehendet, quam ſit fugienda doctrina oppoſita propter nimiam cõſonantiam cum Caluini erroribus.

Sancius.

Vt probem primò concluſionẽ noſtrã pro- 18

Digitized by Google

Deus vult omnes ſaluos fieri poſt originale.

pono ob oculos teſtimonia ſacræ Scripturæ, in quibus Deus ex bonitate ſua, etiã poſt lapſum omnium hominũ in originale, voluit omnes, nullo excepto, ſaluos efficere. Huius veritatis fidelis teſtis eſt Paulus primæ ad Thimotheum 2. dicens: *Deus vult, omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Quem locum fuſè explicui diſp. 17. cap. 3. vbi probaui, Paulum locutum de ſtatu hominum poſt originale commiſſum, atque voluntatem illam generalem Christum Dominum per merita ſua comparaſſe. Hinc ad Rom. 2. *Benignitas Dei omnes peccatores inuitat ad pœnitentiam.* Hinc Ezechielis 18. *mors impij non eſt voluntatis Dei.* Et Oseæ 13. *perditio noſtra ex nobis eſt.* Itaque propoſitis ſibi Deus omnibus hominibus in maſſa perditionis conſtitutis, non tantùm paucisſimos ex ſe comparatione reproborum elegit ad gloriam, hoc enim dedecebat eius bonitatem, & alios quam plurimos voluit excludere; ſed omnibus hominibus, nullo excepto, ardentisſimè gloriam deſiderauit: ex quo deſiderio remedia prouidit ſufficientisſima abundanter, mittens filium ſuum redemptorem, qui Sacramenta inſtitueret pro reparanda humana natura; qui Apoſtolos eligeret, atque deputaret; & deinde Apoſtolicos viros eorum ſucceſſores, vt ex his veluti fontibus gratiæ haurirent gratiam ſalientem in vitam æternam. Hæc autem non conſtãt, ſi Deus ex ſe decreto abſoluto innumerabilem fere hominum multitudinem ante vllum peccatũ actuale præuiſum ad interitum deſtinaret. Quis hoc credat de diuina bonitate? nimirum tot hominum perditionem irrefragabili Dei decreto adſcribendam ipſi eſſe, vt primariæ radici, licet poſtea nõ ſine peccatis hominum exſequutioni mandetur illa præordinatio. Hinc puto manaſſe tot piorũ hominum notas, atque cenſuras in oppoſitam ſententiam, quarum aliquas indicaui num. 16.

1. Ad Timot. 2.

Ad Rom. 2.

Ezechiel. 18.

Oseas 13.

Probatio a ratione.

Vrgeo hoc ipſum ratione Phyloſophica: nam licet vna voluntas duplici affectu, altero efficaci, altero inefficaci ferri poſsit ſimul in obiecta oppoſita; vt cum tempeſtate oppreſſus ſimul vult efficaciter proijcere merces in mare, & ipſas conſeruare ſub conditione, ſi nõ vrgeret tempeſtas: at, vt vna voluntas hos diuerſos affectus ſimul habere poſsit, ad alterum quaſi coacte fertur, & contra primariam eius intentionem propter aliquod extrinſecum non conſtitutum in eius voluntate, vel propter aliquam conditionem contingentem ex cauſis naturalibus, quas aut non poteſt, aut non vult mutare; cum vero voluntas ſibi relinquitur, nec ab aliena extrinſeca conditione cogitur, non poteſt primario hos duos affectus exercere circa obiecta oppoſita: vt homo ille a tempeſtate liber, & abſolutus non poteſt velle ſimul proijcere merces, & eas conſeruare. Sicut etiam non poteſt iudex ſimul velle ex ſe aliquem liberare a morte, & capite dãmnare, licet poſsit velle ex ſe liberare, & propter delicta damnare, vlciſcendo peccata. Ita cum Deus, vt probant ſacræ Scripturæ teſtimonia, velit ex ſe affectu ſerio proſequutionis omnes homines ſaluos efficere, non poteſt ſimul velle ex ſe affectu efficaci excludere à Regno, nulla ex parte hominum poſita culpa, & cauſa: nam, vt inquit Sapiens cap. 12. alloquens Deũ: *ipſum quoque, qui nõ debet puniri, cõdemnas, & cæterum æſtimas à tua virtute.* Vt legunt Biblia caſtigatæ.

Sapient. 12.

19 *Ratio à priori.*

Placet hoc ipſum ratione à priori vrgere magis; nam voluntas illa, qua Deus vult ſibi adſciſcere omnes homines in Regno cœlorum co ardore voluntatis, vt efficaciter præparet media ſufficientia adultis omnibus, quibus id conſequi poſsint: vult etiam ex vi eius voluntatis, vt habeant merita vitæ æternæ, cum ea ſimpliciter neceſſaria ſint pro fine à Deo ipſis praſtituto. At è contrario decretum illud abſolutum expellendi reprobos adultos à Regno vult ſanè ſaltem virtualiter, & efficaciter, quod habeant demerita; nam non tantùm permiſsio demeritorum, ſed etiam ipſa demerita ſunt medium neceſſarium ad finem ſibi propoſitum expulſionis. Repugnat vero, Deum ex ſe ſe ſimul velle reprobum illum habere merita vitæ æternæ, & demerita eiuſdem vitæ æternæ, in eodem tempore viæ: cuius adhuc fundamentalis ratio eſt, quod affectus ille præparandi media gratiæ, virtute continet affectum efficacem meritorum caſu, quo liberum arbitrium reprobi cooperari gratiæ voluerit: ideò verò affectus ille impeditur, ne tranſeat in abſolutum, quia Deus vult iura libertatis illæſa cuſtodire, non autem cuſtodiret, ſi decreto abſoluto efficaci præueniret liberam cooperationem: quemadmodum in caſu tempeſtatis affectus conſeruandi merces, licet conditionatus ſit, virtute continet abſolutum, & ceſſante tempeſtate in eum prorumperet voluntas: pariter in diuinã, poſita in re cooperatione voluntatis, prorumpit in gaudium abſolutum de merito habito; ergo ſolum detinetur affectus ille, ne abſolutus ſit, vel in abſolutum tranſeat, à conditione extrinſeca; ergo licet duæ illæ voluntates non repugnent ex ratione efficacis, & inefficacis in caſu, quo voluntas ab extrinſeca conditione cogitur: at cum abſoluitur ab omni extrinſeca conditione, nõ poteſt ea oppoſita obiecta velle; nam vellet efficaciter cõtradictoria ſaltẽ virtute, vt probatum eſt ex eo, quod in affectu illo inefficaci virtute continetur efficax, & is neceſſario prorumpit in voluntate nõ retardata

tardata

Digitized by Google

tardata,aut impedita à conditione extrinſeca. Vnde etiam efficeretur, duos affectus efficaces formaliter,atque immediate verſari circa obiecta contradictoria.

20 *Teſtimonia pro cõcluſione.* Ad Rom.9.

Secundo propono,& expendo alia teſtimonia,in quibus per aduerſarios agitur de reprobatione poſitiua,vt in Paulo ad Rom.9.vbi reprobationem nominat odium Eſau,& iram,& vindictam,& indurationem ibi: *cuius vult miſeretur:& quem vult indurat.* Et ex eis formo argumentum ad hominem: nam neque odium eſt niſi mali,& in eo loco non alterius,niſi culpæ,vt dixit Auguſtinus (Auguſt.) ſecundo libro ad Simplicianũ; *non igitur Deus Eſau hominem odit,ſed odit Deus Eſau peccatorem;* ergo hoc odiũ ſupponit culpam tamquam cauſam ſui. Porro ira, & vindicta ſupponit etiam iniquitatem, vt dixit Fulgentius (Fulgent.) lib.1.ad Monimum: *notũ namq; eſt,iram Dei dici non poſſe,niſi vbi creditur iniquitas hominis præceſsiſſe.* In hunc locum obſerua ex ſancto Thoma (S. Thom. *Ira nõ proprie in Deo.*) 1. p.quæſt.20.art.1.ad 4. iram non proprie dici de Deo, quatenus ſupponit,& proficiſcitur ex triſtitia ſecundũ Ariſtotelem (Ariſt.) lib. 2. Rethoricorum cap. 4. *qui iraſcitur, dolet.* Licet Lactantius (Lactantius.) lib. de ira Dei ex profeſſo contendat,Deum habere veram,& propriam iram in peccatores,quatenus ſolum importat appetitum vindictæ ob iniuriã peccatorum ab hominibus illatã. Sed communis modus loquendi nobis ſeruandus eſt,licet non negemus hunc affectum, ſi ipſum præſcindamus ab ordine ad dolorem, & triſtitiam,tamquam ad principium ſui. Denique induratio, quo etiam nomine reprobatio poſitiua ſignificatur, peccata ſupponit,in quibus homo dicitur indurari, vt magis explico infra cap. 7. Ergo his eiſdem locis,quibus vtuntur aduerſarij pro ſua ſententia, illis probamus,reprobationem poſitiuam habere cauſam ex parte adultorum. Quid vero ſibi voluerit Paulus, cũ in hoc loco dixit, *Eſau odio habui* accurate explico cap.8.

21 *Probatio a Cõcilijs.* Concil. Valentinum.

Tertio ex Cõcilijs duo produco teſtimonia: primum ex Valentino ſub Lothario cap.3.vbi, poſtquam dixit ſe profiteri prædeſtinationem electorum ad vitam, & prædeſtinationem impiorum ad mortem,de hac ita ſcribit: *in damnatione vero periturorum meritum malum præcedere iuſtum iudicium Dei.* Hoc autem iuſtũ iudicium Dei eſt reprobatio poſitiua,vt conſtat ex dictis diſp.32.cap.2.ergo hæc ſupponit meritum malum,quod præcedit.

Trident. Secundo adduco Tridentinum ſeſſ.6.cano. 17.vbi definit, nullũ poteſtate diuina prædeſtinatum ad malum, confirmans canonem vigeſimum tertiũ Arauſicani (Arauſic.) ſecundi: at ſi Deus ſuo beneplacito ante præuiſa demerita quoſdam decreto irrefragabili expelleret a felicitate æterna, hi eſſent prædeſtinati ad malum poteſtate diuina,non iuſtitia; quippe ſine cauſa ex demeritis repulſam a Regno paterentur; ergo,&c.

22 *Probatio ex Patribus.* Auguſt.

Quarto licet teſtimonia Patrum a noſtris ſcriptoribus,quos allegaui in principio huius capitis,abunde referantur,quædam expreſsiora breuiter notare operæpretium erit. Auguſtinus lib.de grat.& libero arbitrio cap.21.hæc habet perſpicua verba pro noſtra cõcluſione: *fixũ debet eſſe,& immobile in corde veſtro,quod non eſt iniquitas apud Deum;ac per hoc, cum legitis in litteris veritatis a Deo ſeduci homines, & obdurari corda eorum; nolite dubitare præceſsiſſe mala merita eorum.* In his verbis loquitur de reprobis adultis, & eorum reprobationem ſignificat per *ſeducere, & obdurare*: & affirmat dubitare nõ licere præceſsiſſe mala merita ad eorum ſeductionem, & obdurationem; ergo ponit cauſam reprobationis poſitiuæ. Similia habet cap. 13. & expreſſa Epiſtola 105.ad Sixtum: *quærimus cauſam prædeſtinationis, nec inuenimus: reprobationis autẽ cauſam quærimus, & inuenimus.* Et Epiſt. 106. *quemquem vero immeritum, & nulli obnoxium peccato ſi Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur.* Loquitur de damnatione iuxta regulas ſuę prouidentiæ præſcriptas: nã Deus ſine aliqua iniquitate poſſet hominem iure dominij detrudere in æterna ſupplicia. Lege etiam ipſum libro de dono perſeuerantiæ cap.6.8.& 11.& de correptione, & gratia. cap.11.& lib.1.ad Simplicianũ quæſt.2.& alibi paſſim. Sanctus etiam Fulgentius (Fulgent.) lib. 1. ad Monimum cap.13.diſtinguens prædeſtinationem quorumdam ad gloriam,& quorumdam ad pœnam: *iuſte enim,* ait, *deſeritur a Deo, qui deſerit Deum:& quia homo deſerens Deum,peccat; deſerens peccatorem Deus iuſtitiam ſeruat.* Ecce ponit cauſam deſertionis, quæ eſt in reprobatione. Et poſt pauca: *iniquos autem cõdemnabit pro impietate, vel iniuſtitia, quam in eis ipſe non fecit. In illis enim opera ſua glorificat,in iſtis autem opera non ſua condemnat.* In his verbis expreſſe cauſam condemnationis, ſeu reprobationis ponit impietatem, quam fecit homo,non Deus. Et proſequens idem argumentum confirmat ſatis apte ex Ioanne (Ioan.3.) capite tertio ibi: *qui incredulus eſt filio,non videbit vitam,ſed ira Dei manet ſuper eum.* Et poſtea expendit Phariſæos,& Saducæos,reprobos quidem obiurgatos hac ira, quos Lucas (Luc 3.) cap.3. appellat *genimina viperarum,quis vobis oſtendit fugere a futura ira?* Ecce loquitur de ira reprobante;& ideo ad finem capitis hanc iram, ait, *eſſe punitionem, quæ parata eſt malis*; ergo Fulgentius manifeſte ponit cauſam reprobationis. Pariter & Proſper (Proſper.) Aquitanicus Epiſ-

Digitized by Google

copus Regienſis in reſpõſionibus ad Capitula Gallorum cap.3.cũm ſibi obiectum eſſet, non prædeſtinatos ad vitam tamdiu reſeruari, donec ruant, & pereant, nec ante ex hac vita auferri.Reſpondet,non ex eo neceſsitatẽ pereũdi habere,quia prædeſtinati non ſunt: *ſed ideo, ait,prædeſtinati non ſunt,quia tales futuri ex voluntaria præuaricatione præſciti ſunt*. Obſerua in his verbis *non prædeſtinationem* appellare poſitiuam reprobationem formalem, non eã negatiuam prædeſtinationem,ſeu reprobationem virtualem logice, quam ex Scoto explicui cap.2.Ergo Proſper cauſam reprobationis poſitiuæ ponit eſſe voluntariam præuaricationem præſcitam.

23 In cõfirmationem huius rei adduci poſſunt omnes Patres Græci,& alij ſcriptores, quos allegaui diſp.23.cap.3.& 7.qui vnanimi cõſenſu docuerunt,electionem ad gloriã eſſe poſt præuiſa merita;cuius ſententiæ non contemnendũ fundamẽtum eſt,neceſſario defendi debere reprobationem eſſe poſt præuiſa demerita, cui doctrinę magis conſentanea videtur,quæ idem affirmat in prouidentia prædeſtinante: ergo omnes etiam hi Doctores a nobis ſunt.

24 *S.Thom. Probatio ex S.Tho.* Quinto allego Sanctum Thomam quæſt.6. de veritate art.1.ad vltimum in vltimis verbis ibi: *& tamen reprobatio etiam dicitur præparatio,quantum ad pœnam, quam etiam Deus vult voluntate conſequente,ſed non antecedẽte*.In his verbis ponit reprobationem poſitiuam poſteriorem præuiſione peccatorũ:in quibus etiã nota pro enucleãda eius mẽte, de qua capite 5.aliam inſinuare etiam reprobationem, quã ponit ſine cauſa, & ex voluntate antecedente; nam,cum ait,*& tamẽ reprobatio etiam dicitur*, ſupponit, alio etiam modo reprobationẽ dici;quod,quia non aduerterũt recẽtiores Thomiſtæ, eum inducere in ſuam ſententiam, non ſine iniuria ſancti Thomæ, conati ſunt.Et articulo 2. in reſponſione ad 9. Vbi diſtinguit inter electionem, & reprobationem, & ait: *Nec tamen oportet, quod ratio electionis ſit meritum,ſed in ipſa electione ratio eſt diuina bonitas:ratio autem reprobationis eſt in hominibus peccatum originale, vt dicit Auguſtinus*: vtiq; tomo 3.in Enchyridio cap.108. Ecce ſemper ſollicitus eſt de cauſa reprobationis,& eam refert in peccatum originale in maculatis ipſo, & cum eadem proportione in actuale in adultis.Denique induco ſanctum Thomam in caput 9. ad Romanos lect.3.vbi explicans illa verba, *dicit enim Scriptura Pharaoni, quia in hoc ipſum excitaui te*: intelligit Diuus Thom. *poſui te*: ſcilicet ordinaui malitiam tuam ad gloriam meam:*Deus enim*, ait, *malitiam ordinat,ſed nõ cauſat*.Hũc textũ ſic induco:ſi Deus poſitiuẽ excluderet adultum a Regno cœlorũ ante præuiſam indignitatem eius per peccata, non poſſet non in ea voluntate antecedẽti velle ſaltẽ virtualiter peccata, vt mediũ per ſe neceſſariũ ad finẽ ſibi propoſitũ excludẽdi, vt ex pendebam ſupra num.18. ergo numquam fuit mentis ſancti Thomæ ponere reprobationem poſitiuam antecedentem, quæ aliqua ratione contineret voluntatem,& cauſam peccatorũ.

Sexto vnica ratione probo concluſionem: tametſi Deus vtens iure dominantis potuerit creaturas addicere æternis cruciatibus, nullo præſuppoſito peccato, de quo nõ eſt controuerſia modo: at certiſsimum eſt quotquot ex creaturis æternis cruciatibus addixit,id feciſſe ex motiuo iuſtitiæ,non iure dominij abſoluti: ergo ſi Deus in reprobis adultis ante vllũ cõmiſſum, & præuiſum peccatũ decreto abſoluto voluit exercere,atq; oſtẽdere iuſtitiã ſuam; atq; ideo eos a Regno expulit; voluit etiã ex ſe ſe ipſo omne medium ad hunc finẽ neceſſariũ: atqui ſola permiſsio peccati nõ eſt mediũ ſufficiẽs;quippe ipſa in ſe mala nõ eſt,nec digna pœna,nec enim Deus aliquẽ excludit a Regno,quia Deus ipſi permittit peccatum,ſed vltra permiſsionẽ ipſum peccatũ neceſſariũ mediũ eſt:ergo oppoſita ſententia, quæ affirmat, Deum intendiſſe expellere à felicitate æterna reprobos adultos ante omne peccatum, vt gloriam ſuæ iuſtitiæ manifeſtaret, Deum videtur facere voluntarium auctorem peccati; hoc autem abſurdum omnibus Catholicis eſt. 25 *Ratio pro concluſione.*

Cap. IIII. *Quid de cauſa reprobationis paruulorum ſentiendum ſit?*

26 *Sententiæ diſsidẽtes PP. Vazq. & Suarij.* NON nulla diximus capite ſecundo n.12.quæ conducunt ad verã ſententiam in hoc capite eligendam, in quo video inter ſe diſsidentes Patrem Vazquez ex vna parte, & Patrem Suarez ex alia; nam, licet vterq; conſentiat,peccatum originale eſſe cauſam reprobationis poſitiuæ paruulorum;Pater Vazquez diſput.95.cap.6. & Pater Suarez lib.5. de reprobatione cap. etiam 6. à n.6. at Pater Vazquez adiecit quamdam limitationem,in qua eſt diſsidium: diuidit enim paruulos reprobos in duas claſſes.Prima eſt eorum, qui ita contraxerunt originale peccatum, vt tamen diligentia,atq; induſtria humana eis applicari potuerit remedium a Deo prouiſum pro originali, & incuria hominium applicatum non fuerit. Secunda eorum, quibus diligẽtia humana applicari non potuit id remedium, Deo ita res diſponente: & de his diuerſo modo Theologizatur, *P.Vazq. P.Suarez.*

Digitized by Google

gizatur, quã de prioribus. Diſtinguit enim tria ſigna rationis: in primo immediate poſt præuiſum actuale peccatum capitis, in quo etiam omnes peccauerunt, habuit diſplicentiam inefficacem reſpectu gloriæ eorum, & voluntatẽ etiam inefficacem puniendi eos expulſione a Regno cæleſti: in ſecundo ſigno permiſsit ipſos in proprijs perſonis contrahere maculam habitualem: in tertio voluit efficaciter eos excludere a Regno. Ex hoc infert, permiſsionem illam labendi in originale eſſe effectum reprobationis horum paruulorum, quia procedit ex affectu inefficaci eos puniendi, tametſi in adultis reprobis permiſsio labendi in actuale non ſit effectus reprobationis eorum; vtique, quia non procedit ex affectu puniendi eos.

27 Duplici ratione mouetur ad non ponendã intentionem efficacem excludendi hos paruulos a gloria immediate poſt præuiſum peccatum eorum actuale in capite ante contractionem habitualis. Prior: quia ea intentio ad implenda foret in omni euentu, nec Deus in aliquo caſu poſſet adhibere remedium. Hoc autem ipſe iudicat abſurdum. Poſterior; quia ſi Deus efficaciter decreuiſſet excludere a Regno eos paruulos propter actuale originale ante contractam maculam habitualem; poſtea in tẽpore non poſſet eos excludere propter habituale peccatum originale, & priuationẽ gratiæ. Hanc limitationẽ adhibuit, quia conſentaneum putat doctrinæ ſuæ diſput. 89. quæ negat electionem efficacem ad gloriam ante præuiſa merita. In alijs vero paruulis, quibus remedium adhiberi potuit humana induſtria, exiſtimat, cauſam reprobationis eſſe peccatũ originale habituale paruulorum, durans vſque ad mortem, nec permiſsionem labendi in illud poſt præuiſum actuale originale eſſe effectum reprobationis.

28 Limitatio hæc non probatur Patri Suarez ſupra n.7. pro ea reprobanda vtitur hac ratione: quia donec Deus vidit paruulum in peccato originali decedentem, non habuit voluntatem poſitiuam eum reijciẽdi à gloria. Etenim nec Deus voluit, vt paruulus ille perſeueraret in eo peccato originali, quia proculdubio vellet malitiã eius, quantaquanta, & quidquid illa ſit: nec etiam Deus voluit ita res diſponere, vt non poſsit applicari paruulis remedium. Ergo dicendum non eſt immediate poſt præuiſum actuale originale, habuiſſe diſplicentiã illam admittendi ad Regnum, & permiſsionẽ habitualis peccati eſſe effectum reprobationis poſitiuæ, ſed in omnibus paruulis vniuerſaliter eadem opinandi ratio tenenda eſt.

29 *Iudiciũ authoris.* Difficilis mihi imponitur Prouincia inter tantos viros proprium proferendi iudiciũ, ſed ſi muneri proprio ſatiſfaciendum, non poſſum ab eo abſtinere: curabo non tranſilire limites debitæ reuerentiæ. Atque in primis cenſeo, reſolutionem huius partis multum pendere ab illa difficultate: an Deus paruulis omnibus prouiderit ſufficiens remedium ad originale? In qua re animaduertendum eſt, non ſufficere ad hoc, vt dicamus prouidiſſe ſufficiens remediũ pro omnibus paruulis, inſtituiſſe Sacramentũ ex ſe ſufficiens ad mundandos illos a macula originali, ſed vltra neceſſarium eſſe res humanas ita ordinare, vt applicatio eius nõ ſit impoſsibilis, nam ſi in aliquo caſu eſt, vt ſupponit Pater Vazquez, de qua re nos diſputaturi ſumus diſput. ſequenti cap. 2. paruulis in eo euentu naſcentibus non fuit prouiſum ſufficiẽs remediũ. Quod ſi omnibus ita prouiſum fuit; vt applicatio non fuerit impoſsibilis, vel in ſe, vel in cauſa: ea diuiſio Patris Vazquez paruulorum in duas claſſes non ſubſiſtit; nec vllus datur locus eius limitationi.

Si remedij applicatio eſt impoſsibilis, nõ eſt paruulis ſufficiẽter prouiſum.

30 Eſt præterea animaduertendum, ſi his paruulis, de quibus agit limitatio, Deus non prouidit ſufficiens remedium propter impoſsibilem applicationem, nec etiam potuiſſe erga ipſos poſt commiſſum peccatum originale habere voluntatem proſequutiuam eos glorificandi. Appello *voluntatem proſequutiuam glorificandi* eam, quæ infert voluntatem efficacẽ circa media ſufficientia, cuius oppoſitum ſupponit Pater Vazquez ſupra. Non nego potuiſſe habere ſimplicem quamdam complacentiã in gloria ipſorum vacuam omni efficacia, etiã virtuali, ſimilem ei, quam Theologi dicunt habere in gloria hominum poſsibilium, quamq; neceſſariam eſſe non liberam frequẽter Theologi ferũt, de qua re egi tractatu 2. diſp. 18. c. 1.

31 *Quid probeat rationes P. Vazquez?* Sentio ſecundo, rationes, quibus mouetur Pater Vazquez ad negandum in ſuis principijs, intentionem illam excludendi a Regno eſſe efficacem, in his eiſdem paruulis intentum non concludere. Non prima; quia in puncto controuerſiæ ponimus nullam adhiberi poſſe talẽ humanam diligentiam, quæ ſufficiat ad applicandum remedium a Deo inſtitutum. Quo fit, independenter ab omni cauſa ſecunda libera res ita præordinatas a Deo eſſe, vt applicatio fieri nulla ratione queat, niſi inuertatur curſus naturalis rerum; ac propterea decretis diuinis efficacibus ita ſunt conſtitutę. Quidquid namque neceſſario euenit in rebus, decreto Dei efficaci præordinatum eſt; ac propterea iam eſt impoſsibile non ita contingere; tum comparatione curſus cauſarum ſecundarum: tum comparatione cauſę primæ immutabilis, & decreto efficaci prædeterminatæ. Quod autem ita efficitur per cauſas neceſſarias, vt oppoſitum impoſsibile ſit, optime poteſt decerni à Deo decreto abſoluto, & irreſtragabili. Appoſitum exemplum

Digitized by Google

exemplum eſt in adulto decedente in peccato mortali,poſt cuius præuiſionem Deus abſolute decernit ipſum reijcere à Regno, & conijcere in æternũ carcerem.Huic autem efficaci decreto nihil obſtat illũ hominem etiam excludendum, & ſi contingeret non decedere in mortali,quia iam id contingere non poteſt ex ſuppoſitione præuiſionis, & decreti, quæ ſunt ſuppoſitiones conſequentes.Et quidem ſi id ita contingeret, nec etiam Deus decreuiſſet,vt decreuit.Pari ratione poſt præuiſum paruulum illum peccantem in Adamo, & conſtitutum in debito proximo contrahendi maculam, & iam impoſsibilem eſſe applicationẽ remedij propter præordinationem diuinam, res ita diſponentem,vt nulla humana induſtria remedium poſsit adhiberi, ſine vllo incommodo poſſet Deus propter actuale originale in Adamo commiſſum ante contractam maculam,immediate efficaciter decernere expulſionem eius paruuli a Regno; maxime cum tota malitia originalis in actuali ſita ſit:quippe habituale actuali præſuppoſito, neceſſarium eſt, nec nouam affert malitiam.

Nec conditionalis illa,nimirum, excludendum eſſe,ſuppoſito illo decreto, in omni rerũ euentu,etiam in quo remedium applicaretur, quidquam impedit; tum quia eſt de conditione impoſsibili ſine aliqua contingentia,vt dixi,& in hoc caſu nihil obſtat prædiffinitio abſoluta antecedens: tum quia ſi applicatio remedij ſubeſſet alicui contingentiæ, Deus etiã ſe abſtinuiſſet a decreto efficaci.

32 *Obiectio.* Dices:ideo non poteſt antecedere prælectio abſoluta gloriæ in prædeſtinatis,quia ex vi eius conferenda ipſis eſſet,& ſi in peccatis vita finiretur; ergo ſimili ratione ideo non poterit Deus efficaciter decernere excludere paruulũ a Regno immediate propter actuale originale, quia ſequeretur,eum excludendum ex vi eius decreti, etiam caſu, quo applicaretur remedium.

Diſcrimen notãdum. Reſpondeo.Concedo antecedens,tum quo ad opinionem,quam continet; tum quoad rationem: de qua re ſatis prolixam habui diſputationem 23.& nego conſequentiam. Diſcrimen in hoc conſiſtit; quod inter decretum efficax dandi gloriam prædeſtinato adulto ante præuiſa merita, & ipſam exſequutionem conferentem in tempore, intercedunt actus meritorij liberi, e quibus pendeat ipſa gloriæ exequutio. Etenim ſi prædeſtinatus ille,vt poteſt,in peccatis moreretur,nequaquam cõferretur illi gloria ſecundum prouidentiã a Deo præſcriptam;ac ſubinde, vt in exercitio actuũ liberorum eſt contingentia:ita eadem eſſe debet in conſequutione gloriæ. Hæc vero contingentia pugnat cum abſoluto illo prædecreto determinante gloriæ collationem ante liberum exercitium, & independenter ab illo; ipſa namque gloriæ conſequutio foret cõtingens,& non cõtingens. In noſtro vero caſu inter peccatum capitis, quo paruuli illi peccauerunt, & reprobationem efficacem poſitiuã poſt permiſsionem habitualis originalis nihil intercedit liberum,contingens nihil; nam ponimus,applicationẽ humana induſtria eſſe impoſsibilem;ac proinde reprobatio illa per affectum efficacem excludendi a Regno immediate poſt actuale originale, nullam ſubiret contingentiam;ergo diuerſa ratio eſt in antecedente,quæ in conſequente.

Venio ad diſcutiendam ſecundam rationẽ. 33 *Diſcuſsio ſecũdæ rationis.* Eius conſequentiam non probo; propterea quod non repugnet, Deum efficaciter decernere excludere paruulum a Regno,& propter actuale originale,& propter habituale & priuationem gratiæ, ſi in his etiam inſit ſufficiens ratio culpæ,vt cõdiſtinguũtur ab actuali,propter quam noua pœna mulctandus ſit. Appoſitum exemplum eſt in reprobo adulto,qui expellitur,atq; torquetur propter quatuor peccata mortalia,in quibus miſere animam euomuit.Pone in eo,ſecundum mortale originem duxiſſe a primo,& tertium a ſecundo,& quartum a tertio:non ne Deus hunc hominem efficaciter excluſit a felicitate æterna immediate, poſteaquam vidit eum decedendum in primo peccato mortali, & ſimul propter ſecundum, & propter tertium,& quartũ, poſt quam etiã peccata finalia eſſe præuiſa ſunt pro aliquo poſteriori, quatenus ex primo traxerunt originem?Voluit ergo ita excludere Deus propter omnia illa peccata, vt etiam propter ſingula, ſeu propter quoduis eorum, vt condiſtinctum ab alio,tamquã propter cauſam adæquatam voluerit excludere; nam licet vna fuerit excluſio in executione,habuit tamen quatuor cauſas adæquatas morales & veluti quatuor decreta ratione noſtra in voluntate Dei, vel vnum actum efficacem æquiualentem quatuor decretis. Bene aduerto in hoc caſu pœnã ſenſus creſcere propter numerum quaternarium peccatorum.Sed exemplum non adduco quoad pœnam ſenſus, ſed quoad pœnã damni,in qua non eſt incrementum præciſſe,quatenus eſt priuatio gloriæ ſine certa menſura in intentione. Pari ergo ratione in caſu controuerſiæ poſſet Deus, & excludere paruulum a Regno efficaciter propter actuale originale tamquam propter primum mortuũ, & propter habituale tamquam propter ſecundum, ſi in eo eſſet noua malitia diſtincta a malitia actualis.Ego puto nõ eſſe,vt notaui numero ſuperiori. 34 *Diſcutiuntur rationes P. Suarez.*

Quæ diximus excutientes limitationẽ Patris

tris Vazquez, probant nec ſententiam eius ſolidam eſſe, nec rationes efficaces. Modo diſcutienda efficacia rationis, qua confutatur a Patre Suarez. Cenſeo ergo tertio, rationem eius non eſſe efficacem. Et primo negandũ eſt, Deũ noluiſſe, vt remedium originalis paruulo illi applicari nõ potuerit: etenim in caſu illo ſupponimus induſtria humana applicari non potuiſſe: idque non caſu ita contigiſſe comparatione prouidentiæ diuinæ, ſed Deo ita ordinante, dubitari non poteſt; maxime cũ id iuſtiſsime velle potuerit in pœnam actualis originalis paruulo voluntarij. Nec ex eo, quod Deus voluerit ita res ordinare, vt remedium applicari non poſsit, efficitur, ipſum voluiſſe perſeuerantiam malitiæ originalis in paruulo; vt ſubſumere videtur Pater Suarez. Nam diſtinguenda eſt voluntas impoſsibilis applicationis a voluntate perſeuerantiæ peccati originalis: nam in obiecto primæ voluntatis nulla eſt malitia, & poſſet illum Deus velle in pœnã actualis originalis voluntarij: & licet ex eo obiecto volito ſequatur perſeuerantia in malitia; non tamen adſcribitur Deo, qui tantum intendit punire peccatum cõmune præuiſum iu⁻o ſupplicio, ſed voluntati peccanti originaliter, & vt eſt voluntas capitis: in obiecto vero ſecundæ voluntatis eſt malitia. Declaro hoc exẽplo appoſito in adulto mortaliter peccante: poſſet enim Deus ei negare auxiliũ ſufficiens ad pœnitendum in pœnam peccati, licet negato auxilio ſufficiente reſurgere non poſſet: at velle non poſſet perſeuerantiam in eo peccato, quia in hoc obiecto cõtinetur malitia, non in primo. Ergo pari ratione abſq; vlla indecentia, & incommodo poſſet Deus velle impoſsibilitatem applicationis remedij paruulo in pœnam actualis originalis, quin ex eo vellet perſeuerare originale in ipſo. In damnatis etiam habemus exemplum euidens, quibus negat Deus auxilium ſufficiens ad dolendum de peccatis; non tamen ideo vult, vt in peccatis perſeuerent. Ratio a priori eſt: quia apud Deum ius eſt propter offenſam ei irrogatam ad peccata punienda non ſolum negatione auxilij, cum quo ſatisfacerent, ſed etiam negatione omnis auxilij; & licet videat ſequi permanentiam perpetuam ex tali negatione; non tamen, vt dixi, ei adſcribitur permanẽtia, quæ comparatione Dei per accidens ſe habet: nam peccans contrahit debitum carendi omni auxilio ad pœnitendum, & Deus adquirit ius ad negandum omne auxilium: ergo permanentia in peccato Deo neganti, nec indirecte volunta ria eſt.

35 Ex hinc inde diſputatis colligo propriam reſolutionem, & cenſeo quarto, nulli ex paruulis impoſsibilem eſſe applicationem remedij, vel ratione ſui, vel ratione parentum, vt declaro diſputat. ſequenti cap. 2. quo fit, paruulos omnes vna generali lege regulandos; atque dicendum poſt commiſſum originale, & contractum, & coniunctum cum morte in ipſo, a Deo fuiſſe poſitiue reprobatos conſentanee ad ea, quæ diximus capite ſuperiori de reprobatione adultorum. Non nego potuiſſe Deum paruulum, cui numquam applicandum eſſe remediũ præuidit, immediate poſt actuale originale reprobare, non quidem efficaci reprobatione, ne reddat impoſsibilem applicationem; ſed inefficaci, & ſpeciali, & tunc permiſsionem contractionis maculæ fore effectum reprobationis; atque hoc aſſerentem facile ſe tueri poſſe. Verum non video fundamentum ad hoc aſſerendum, nec ſtatim defendendum eſt, quod euidenter conuinci non poteſt. Quare ſatius eſt, generalem doctrinam ſtatuere in negotio reprobationis, & eam conſtituere in decreto efficaci excludendi a Regno poſt præuiſum finale peccatum cum morte coniũctum. Hæc quia prædeſtinatio incipiat ab ſpeciali electione inefficaci, ideo reprobatio etiam in paruulis incipit a ſimili diſplicentia.

Nulli paruulorũ eſt impoſsibilis applicatio remedij.

Caput V. *Mens Sancti Thomæ, & quidam Theologi ab impoſtura vindicati.*

36 CAPITE primo n. 4. retulimus dua teſtimonia Diui Thomæ, quæ ſententiæ recentiorum Thomiſtarũ fauere videntur. Ea declaro capite ſequenti. In hoc contendo explicare difficilius eiuſdem teſtimonium ex articulo quinto huius quæſtionis in reſponſione ad tertium, vbi hæc habet verba: *voluit igitur Deus in hominibus tantum ad aliquos, quos prædeſtinat, ſuam repræſentare bonitatem per modum miſericordiæ parcendo, & quantum ad aliquos, quos reprobat, per modum iuſtitiæ puniendo: & hæc eſt ratio, quare Deus quoſdã eligit, & quoſdam reprobat*. In his verbis, vt æquiparatio apte fluat, ſicut in prædeſtinatis nullum inuenit Deus motiuum ex parte illorum, ſed tantum ex parte Dei miſericordiæ manifeſtatio: ita in reprobis nulla ſupponitur cauſa ex parte ipſorum; ſed tantum ex parte Dei, vtique iuſtitiæ manifeſtatio: ergo conſtituitur a Sancto Thoma reprobatio ante præuiſa demerita: nam ſi in hoc locum habeat æquiparantia, non bene

D. Thom. D. Th. explicatus in difficili teſtimonio

benedixiſſet S. Thom. hâc eſſe rationē, quare Deus quoſdā eligit, & quoſdā reprobat, cū ratio reprobādi ſit opus peccaminoſum liberi arbitrij, prædeſtinādi vero non ſit bonū opus eiuſdem. Hæc inductio vrgetur magis ex alijs verbis in eadem reſponſione ad tertium: *ſed quare hos elegit in gloriam, & illos reprobauit; non habet rationem niſi diuinam voluntatem*: vbi per particulas: *non habet rationem niſi*: excludere videtur omnem aliam cauſam. Id confirmat exemplo materiæ primæ, quæ cum tota vniformis, & homogenea ſit, nulla ſubeſt ratio, quare Deus hanc partem potius, quam illā in igne leui, quam in terra graui collocauerit: ergo mens Diui Thomæ eſt excludere omnem cauſam reprobationis. Verū, niſi fallor, iniquè impingitur Diuo Thomæ ea tam dura ſententia, quam confutaui cap. 3. & ſi mentem eius inſpiciamus, non obſcure videbimus, alienam eſſe ab ipſa: atque in primis Sanctus Thomas loquitur de hominibus futuris in ſtatu, quem habebant poſt lapſum generalem in Adamo, propter quem in ſe cauſam habebant alicuius reprobationis, ſaltem excluſionis a Regno, vt conſtat ex dictis cap. 4. Poſitis igitur his hominibus omnino æqualibus in ordine ad prædeſtinationem, & reprobationem: ait Sāctus Thomas, ſine ſpeciali cauſa comparatiue ad prædeſtinatos quoſdam reprobaſſe, & prædeſtinatos miſericorditer liberaſſe. Quod vero Diuus Thomas tractet de hominibus in hoc ſtatu, conſtat primo; ex tertio argumento, quod probare contendebat iniquum eſſe æqualibus in æqualia dona conferre, affirmans, homines omnes eſſe æquales, & ſecundum naturam, & ſecundum peccatum originale. Ex hoc autem inferre volebat, non inæqualia præparare Deū hominibus prædeſtinando, & reprobando, niſi propter differentium meritorum præſcientiā: ergo loquitur de reprobis comparatione prędeſtinatorum æquali peccato originali obſtrictis. Secundo: conſtat ex alio ſimili portionis materiæ, quod retuli ex ipſo ſancto Thoma, ex quo infero, in eo loco non agere de reprobatione propter peccata actualia, in quibus eſt inæqualitas; ſed propter originale cōmune naturæ in his hominibus, quibus numquam condonatum eſt, imitatus in hoc modo loquendi phraſim Auguſtini tractatu 26. in Ioannē non remote a principio in celebri illo dicto: *quare hunc trahat, & illum non trahat: noli velle diiudicare, ſi non vis errare*. Quo etiam Diuus Thomas ſuam mentem confirmat. In his vero optime ait; Deum quoſdam prædeſtinare ex miſericordia, & alios reprobare ex iuſtitia: nam cum in omnibus macula, atq; miſeria peccati ſupponatur in omnibus eſt materia miſericordiæ, & materia iuſtitiæ; quod ſi culpa non ſupponeretur non eſſet materia punitionis, & iuſtitiæ, & tunc optime quadrāt illa verba: non eſſe rationem niſi diuinam voluntatem, quare ex æqualibus illos eligat; hos reijciat. Et appoſitum eſt exemplum ex materia prima. Et hanc exiſtimo, eſſe germanam Sancti Thomæ interpretationem. Scio, quoſdam vniuerſali magis doctrina ipſum intellexiſſe de non prædeſtinatione, ſeu de reprobatione virtuali logice, quam explicui capite ſecundo, atque de ipſa aſſeruiſſe, nullam ſubfuiſſe Deo rationem reprobandi Angelos, & homines in quocumque ſtatu, hoc eſt, non prædeſtinandi. Doctrina quidem vera eſt; ſed quæ non quadrat huic loco.

Vindicatur a dura ſententia.

Auguſt.

Driedo etiam tractatu de concordia liberi arbitrij parte prima cap. 3. inducitur in eam ſententiam, quia ſequutus videtur phraſim ſancti Thomæ addens, vt dixit Paulus ad Rom. 9. *non eſt volentis, neque currentis: ſed Dei miſerentis*, reſpectu prædeſtinati. Ita in omni rigore poſſe dici reſpectu reprobi, *non eſt volētis, neque currentis; ſed Dei indurantis*, quia vt Deus cuius vult miſeretur; ita quem vult indurat: ergo ſicut miſericordia prædeſtinationis eſt ſine cauſa: ita indurationis reprobatio.

Driedo. *Ad Rom. 9.*

Verum: licet Driedo in his verbis excedat, & caute legenda ſint, at in bono ſenſu ab ipſo dicta, eſſe ipſe ibi ſatis explicat. Atq; in primis per indurationem non intelligit cauſationem aliquam Dei in peccatum, aut in obſtinationē; ſed, vt ille ait, *id quidem ſi intelligatur Deus indurare non malitiam voluntati impartiendo, ſed deſerendo, & miſericordiam, aut gratiam non apponendo*. Ex quibus verbis cōtra ipſum colligo, non potuiſſe eo rigore dicere Paulum: *nō eſt volentis, neque currentis; ſed Dei indurantis*, vt dixit *miſerentis*; tum; quia Deus in homine, cuius miſeretur, producit gratiam præuenientem, excitantem, & adiuuantem, & demum opus pium; in homine autem, quem indurat nihil poſitiuum producit impellens ad malum: tum; quia per verba illa: *non eſt volentis, neque currentis*, excludit Paulus opera legis per vires naturæ habita, ſignificans eam nihil conducere ad gratiam primam præuenientem, vt ſæpe explicui in hac materia. Induratio vero ſemper ſupponit ex parte voluntatis aſſuefactionem in prauis actibus, vt declaro capite 7. Ergo potius dici deberet, indurationem eſſe volentis, & currentis per vitam licētioſam, & peccatis plenam, propter quę homo induratur, vt explico eo cap. 7.

Driedo notatus.

Nō poteſt dici, eſſe Dei indurantis, ſicut dicitur miſerētis.

Præterea; allegantur Durādus in primo diſtinctione 41. quæſtione ſecunda n. 7. & 8. & 14. & Ferrarienſis tertio contra gentes ad caput 161. Durandus: quia docet, dari quidem poſſe cauſam prædeſtinationis, & reprobationis in communi, 37

Durandus. *Ferrar.*

Digitized by Google

communi, quatenus ſpectat ad perfectionem diuinæ prouidentiæ diuerſitas ſtatuum; & ſicut in magna domo quædam vaſa ſunt aurea: alia argentea, alia vero lignea, & fictilia: ita in domo Dei, quæ vniuerſum continet, alij ſunt prædeſtinati, alij reprobi. At vero in particulari aſſerit, nullam eſſe cauſam; quare is potius, quam ille prædeſtinetur, aut reprobetur.

Durand. & Ferrar. vindicantur a dura ſententia. Cæterum non eſt difficile, hos etiam Doctores ab ea crudeli ſententia vindicare, & vt exiſtimo ſolo nomine à vera ſententia diſsident; atque in primis Ferrarienſis, qui cum Aureolo manus conſerit, ſæpe affirmat, reprobationis in quantum hæc conſiſtit in voluntate reijciente à Regno, & conijciente in pœnam æternam, cauſam eſſe peccata reprobi ex æternitate præuiſa, licet Deus in tali punitione velit etiam oſtendere perfectionem ſuæ iuſtitiæ. Cum ergo negat cauſam reprobationis, aut loquitur de voluntate non prædeſtinandi, aut de voluntate permittendi aliquod peccatum, quod præſcitur coniungendum cum morte. Quia arbitratur, hanc permiſsionem eſſe effectum reprobationis, de qua re diſſerendum nobis eſt diſput. ſequenti cap. 3. Id verum eſt, cum agunt de cauſa prædeſtinationis, & reprobationis in communi, eam referre quoad prædeſtinationem in bonitatem repræſentatam per modum miſericordiæ, & quoad reprobationem per modum iuſtitiæ; atque ideò quoſdam fuiſſe reprobatos, vt reluceat diuina iuſtitia, in quo plane cauendi ſunt, quia ſenſim admittunt voluntatem puniendi ante præuiſum peccatum. Etenim quemadmodum in prædeſtinatis hoc ipſo, quod ante præuiſum meritum Deus vult diuitias ſuæ miſericordiæ oſtendere, vult etiam eſſe merita, & conferre præmia voluntate generali, atque in communi: ita, ſi vult in quibuſdam reprobis in generali ante præuiſum demeritum oſtendere diuitias ſuæ iuſtitiæ punitiuæ, vult quidem ex ſe infligere aliquam pœnam, atque eſſe aliquod peccatum; nam aliter reſplendere non poteſt hæc iuſtitia, quia, vt inflictio pœnæ in particulari ſupponit peccatum in particulari: ita inflictio pœnæ in communi peccatum in communi, quod abſurdum eſt. Nec enim abſurditas voluntatis antecedentis circa peccatum oritur ex hac, aut illa peccati determinata malitia ſolum; ſed ex quacumque ratione malitiæ ſecundum ſe, vt conſtat. Hæc præter morem annotare libuit pro horum doctorum vindicatione ab ea ſententia propter eius grauē abſurditatem.

Caput VI. *Satisfactio ad fundamenta Magiſtri Aluarez.*

38 CAPITE primo propoſui ſententiam Magiſtri Aluarez quinque concluſionibus digeſtam: verum ad quartam reuocatur controuerſia, & in eius probatione iecit fundamenta, quæ nobis diluenda. Nam, licet ſecundam etiam probauerit ex teſtimonio Auguſtini, & Pauli ad Romanos 9. Has eaſdem probationes infringimus diſcutiendo fundamenta quartæ concluſionis.

Reſp. ad 1. Ad primum, quod eſt ex ſancto Thoma in hoc articulo tertio, quatenus ait. *Sicut prædeſtinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam: ita reprobationem includere voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.* In his verbis offenderunt Thomiſtæ, & ex eis intulerunt, primum actum reprobationis eſſe voluntatem excludendi à Regno in oſtēſionem iuſtitiæ, & ex ea proceſsiſſe primam peccati permiſsionem, tamquam medium primum in exequutione; quippe remotius fini. *Specialis explicatio S. Tho.* Verum aliena eſt ab hoc aſſerto mens ſancti Thomæ, & explananda ex duplici illa reprobatione, quam capite ſecundo ex Scoto deduximus. Etenim in verbis ſancti Thomæ vtraque comprehenſa videtur voluntas non prædeſtinandi, ſeu virtualis reprobatio logicè, in illis verbis. *Reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpā.* Quæ neceſſario antecedens eſt ad culpam, quam permittit, voluntas vero, quæ eſt formalis reprobatio poſitiua in illis verbis, *& inferendi damnationis pœnā pro culpa.* Hæc enim neceſſario ſupponit culpā; quia nō eſt damnatio, ſeu punitio pro culpa, niſi ea præſuppoſita, & præuiſa: cū nullus ex Thomiſtis etiā magis addictis auſit affirmare, reprobationē hāc ſecūdā poſitiuā, quæ eſt volūtas puniēdi nō habere cauſam peccatū, ſiue originale ſiue actuale coniunctū cū morte, nec ad hoc eſt aliquod patrociniū apud ſanctū Thomā, nec eſſe poteſt apud vllū probatū auctorē. Hic magnopere obſeruandū eſt, hanc volūtatē non prædeſtinādi, ſeu permittēdi peccata eſſe quidem prouidentiam circa reprobos, nō autē eſſe ipſam eſſentiā reprobationis, quę ſemper habet cauſam ęx parte reprobi; ſed aliquid neceſſario prærequiſitū ad illā, extrinſecū tamen eſſentiæ. *Voluntas non prædeſtinandi non eſt reprobationis eſſentia.* Nec verum eſt voluntatem non prædeſtinandi habuiſſe Deū ex fine oſtendēdi

Digitized by Google

ſuam iuſtitiam: imo nec habere poteſt. Nam in eo fine includitur voluntas puniendi, & in hac voluntas peccatorum, vt ſæpe monui; alios ergo fines honeſtos habet Deus, cum vult non prædeſtinare; nimirum, vt oſtendat diuitias gratiæ ſuæ in vaſis miſericordiæ, & vt prædeſtinati agnoſcentes felicem ſuam ſortẽ, & ineffabile prædeſtinationis beneficium, illud reuerentor ſuſpiciant, & immortales Deo gratias agant.

39 *Altera explicatio.* Poteſt, & aliter explicari ſanctus Thomas in hoc loco ſecundum aliam meam doctrinam, quam doceo diſputatione ſequenti cap. 3. Videlicet, permiſsionem eius peccati, quod coniungendum eſt cum morte, & ante quod præceſsit aliud, eſſe poſſe effectum reprobationis; ita, quod reprobatio incipiat ante vltimum peccatum finale. Nam ex hac doctrina fit, reprobationem habere cauſam peccatum præcedens nunquam delendum per pœnitentiam. Cum ergo ſanctus Thomas in textu, quẽ explanamus, non loquatur de permiſsione primi peccati, quod numquam poteſt eſſe effectus reprobationis, vt oſtendo diſp. ſequenti cap. 3. num. 9 ſed de permiſsione alicuius culpæ indefinitè, vt conſtat ex illis verbis. *Voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam:* commodè ipſum intelligimus de voluntate permittendi poſt peccatum præcedens, quod numquam pœnitentia delẽdum eſt: hæc autem voluntas includitur in eſſentia prædeſtinationis intrinſecè ſecundum noſtram doctrinam, quo pacto in omni rigore verum erit, reprobationem includere voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam.

Alia verba, quæ refert ex art. 5. in reſponſione ad 3. iam explicui in hac diſputatione cap. 5. num. 36. Demum, quod allegat ex quæſtione 6. de veritate articulo ſecundo ad 9. nullius momenti eſt. Primo; quia ex Auguſtino ponit cauſam reprobationis in hominibus peccatũ originale. Secundo, quia licet ponat etiam voluntatem diuinam, loquitur de cauſa prædeſtinationis comparatiue ad reprobos in ſtatu peccati originalis, quod, cũ in omnibus æquale ſit, ſolum referendum eſt in voluntatem diuinam cauſa prælectionis prædeſtinatorum, vt expendebam cap. 5. num. 36.

40 *Reſp. ad 2.* Ad ſecundam probationem ex ratione, neganda eſt maior; nimirũ, permiſsionem primi peccati eſſe effectum reprobationis. Ad probationẽ maioris negandũ etiã eſt; omne, quod neceſſariũ eſt, vt ſequatur vltimus effectus reprobationis, eſſe effectum eius, licet in eo non ſit culpa.

Ad confirmationẽ ex reprobatione Angelorũ negandum eſt, permiſsionem primi peccati fuiſſe effectum reprobationis poſitiuæ; nã tantum fuit effectus voluntatis non prædeſtinandi, quæ non ingreditur intrinſecè eſſentiam reprobationis, vt dixi.

41 *Reſp. ad 3.* Tertia probatio minoris momenti eſt: nam fatemur, peccatum originale ſemel condonatũ in nullo homine eſſe cauſam reprobationis, vt conſtat ex noſtro c. 4. At in his hominibus reprobis, qui neceſſario adulti ſunt, ſi reprobi ſunt, peccata actualia, quæ poſtea propria voluntate admiſſerunt, ſunt cauſa reprobationis poſitiuæ.

Ad Rom. 9. ad 4. Quarta probatio maioris momenti eſt, & ſumitur ex verbis Pauli ad Romanos 9. *Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* Hunc locum ex inſtituto tractaui diſput. 23. cap. 4. in 5. teſtimonio, vbi oſtendi contra Patrem Vazquez, Leſsium, Ioannem a Bononia, & Camerarium; Pauli Scopum ibi eſſe agere de ſpirituali hæreditate, cõtinerique myſterium electionis populi Gentilici, qui eſt Iſrael ſpiritualis, & reiectionis Iudaici figurati per Eſau, qui etiã ſignificat ſpiritualem populũ Idumeorũ, ac denique de prædeſtinatis Gentilibus ad gratiam, & gloriam, & de reprobatis Iudæis a gratia, & à gloria intellectum Pauli eſſe. Secundo, ſubſumo ex a me diſputatis loco allegato, Paulum in hoc teſtimonio excludere non tantum opera legis; ſed etiam profecta ex gratia per Chriſtum. Et non ſolum facta; ſed etiã præuiſa. Ex his ſuppoſitis, ſic formo argumentum vrgentius (niſi fallor) quam ab aduerſarijs formatur. Dilectio Iacob eſt ea voluntas poſitiua ſpecialis prædeſtinatorum, per quã Deus cõplacuit in gloria ipſorum, vt connexa per media gratiæ congrua ante omnia præuiſa merita; ergo etiam odium Eſau eſt voluntas, qua voluit Deus excludere reprobos ab hæreditate ſpirituali Paterna Regni cœleſtis. Probo hanc conſequentiam: nam de vtriſque in plurali dicit. *Cũ nondũ nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali non ex operibus, &c.* Ergo odium hoc Eſau eſt reprobatio poſitiua ante demerita.

Paulus ad Rom. 9. explanatus. Quia teſtimonium hoc celebre eſt in hac materia, opportet ipſum radicitus explanare. Dixi loco ſupra citato per odium ſignificari minorem amorem, qui etiam inuenitur in voluntate non prædeſtinandi, quatenus continet voluntatem largiendi auxilia ſufficientia. Id confirmaui pluribus ſacræ paginæ teſtimonijs, in quibus ſine vlla improprietate minor dilectio eſt ſignificata per odium, & in noſtro propoſito hoc proprius poteſt intelligi: nam illa voluntas non prædeſtinãdi eſt virtualis reprobatio logica, vt explicui c. 2. Ac ſubinde eſt etiã logice virtuale odiũ; quatenus ex

Digitized by Google

ex eo ſequitur logice omni infallibilitate poſitiua reprobatio, quæ eſt odium formale peccatoris. Id ipſum modo confirmo ex contextu teſtimonij, cuius verba Paulus produxit ex cap. 1. Malachiæ Prophetæ, qui in litterali ſenſu loquutus eſt de temporali hæreditate Paulus vero parum curans de cortice rerum temporalium, ex eis aſcendit ad ſpiritualem hæreditatem, qui ſenſus in Malachia fuit ſpiritualis, & myſticus: in Paulo vero hiſtoricus, & literalis, vt annotauit Pater Ribera in primum caput Malachiæ, & Paulus Burgenſis in additione prima. Modo ſic expendo: licet Eſau Paterna hæreditate, atque iure primogenituræ priuatus fuerit diuina electione, & Iacob in eam aſcitus, nihilominus ipſe Eſau accepit hæreditatem aliquam in terra Canaam licet non ita feracem, & copioſam: hoc autem non potuit, non fieri ex dilectione aliqua Dei, licet minori, per quam minus bonum largitus eſt. Vt igitur in temporali hæreditate, de qua hiſtoricè loquitur Malachias, intercedit diſcrimen hoc inter Iacob, & Eſau, quod ille magis dilectus fuit, quando accepit hæreditatem paternam diuitem, & copioſam: is vero minus dilectus cum acceperit terram montuoſam, & ſaxoſam, non vero ita ſterilem, vt eius fructibus vitam non poſſent ſuſtentare ecce ergo malachias minorem illam dilectionem Eſau in temporali hæreditate appellat odium comparatione maioris; ita prorſus in ſpirituali hæreditate, de qua hiſtorice Paulus, minorem dilectionem reproborum, qui ſignificantur per Eſau, appellat odium comparatione maioris. Fauet S. Tho. in hoc art. 3 ad 1. ibi. *In quantum igitur quibuſdam non vult hoc bonū, quod eſt vita æterna, dicitur, eos habere odio, vel reprobare.* In his minor dilectio appellatur a S. Tho. odium. Nec dubitari licet, reprobos Deum ex ſe diligere ante præuiſa peccata eorum, cum omnibus voluerit conferre gloriam, & de facto conferat auxilia ſufficientia, quibus vitam ſpiritualem conſeruare poſſit.

P. Ribera. Paulus Burgenſis. S. Thom.

43 Aliter etiam teſtimonium hoc poſſumus intelligere de poſitiua reprobatione damnandorum, qui ſignificantur in perſona Eſau. Vbi nota, Paulum non affirmare ipſum Eſau fuiſſe damnatum, cum veroſimile ſit, ſaluatum eſſe, & multos filios ex eo oriundos, vt Iobum, de quo cenſet Auguſtinus, Origenes, Chryſoſtomus, Ambroſius, Gregorius, Sedulius, Abulenſis, fuiſſe prognatum ex Eſau. Vide Patrem Pinedam in caput primum Iob verſ. 1. num. 32. Itaque docet Paulus, reprobatos à Deo poſitiuo odio habitos, non tamen ante præuiſa demerita. Pro quo aduerte hæc verba: *quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*: quæ habentur verſu 13. Non eſſe referenda ad illa verba: *cum enim non dum nati fuiſſent, &c.* quæ habentur verſu 11. Cuius ſignum eſt, quod Malachias, quem refert Paulus, cum dicit *ſicut ſcriptum eſt*, non dum ſcripſerat: *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*; quia prius Rebecca ex vno concubitu genuerat hos duos filios, quam Malachias ſcriberet. Hoc annotauit Pater Cornelius a Lapide in hoc caput 9 Pauli num. 55. & ſequentibus. Verum prior expoſitio videtur planior; quippe continet doctrinam, quæ non poteſt negari. Vnde ipſe Cornelius num. 61. in priorem videtur recidere interpretationem explicans illa verba: *Eſau autem odio habui.* Per amorem Iacobi in Liam, quæ non eſt odio habita; ſed minus dilecta comparatione Rachelis: & ex Luca cap. 14. Vbi iubemur odio habere parentes, hoc eſt minus diligere, & eos poſtponere amore Chriſti; cum ergo dixit *Eſau odio habui*, id eſt non elegi in populum, & Eccleſiam meam Idumæos: hoc eſt, reprobatos, ſicut elegi prædeſtinatos.

Altera eiuſdē teſtimonij explicatio. August. Origenes. Chryſoſt. Ambroſ. Gregorius. Sedulius. Abulenſis. P. Pineda. P. Cornel. Luc. 14.

Sed obijciet aliquis nobis Auguſtinum Epiſtola 105. & 106. & lib. 1. ad Simplicianum quæſtione ſecunda, & alibi paſsim affirmantem, cauſam odij Eſau fuiſſe eius peccatum originale, quæ cauſa, cum vtrique fratrum communis fuerit ex ipſa ſpecialem dilectionem Iacob infert. Reſpondeo, dici non poſſe perſonam Eſau reiectam a Regno cœleſti propter peccatum originale: tum; quia veroſimilius eſt, vt notabam num. 43. cum ſaluatum fuiſſe: tum; quia certum eſt per circumciſionem remiſſum fuiſſe; nam præceptum circumciſionis fuit datum Abrahamo, & primo adimpletum in Iſaco, qui cum fuerit vir iuſtus, & in lege Dei verſatiſsimus, iuſsit proculdubio filios Iacob, & Eſau octauo die circūcidere ſeruans recens præceptū tanti momēti. Nec Aug. alicubi aſſeruit ex ſexcentis locis ſuorū operū, quibus rem hanc tractauit, Eſau propter peccatum originale punitum expulſione à cœleſti Regno: ſed tantum potuiſſe iuſtiſsime Deum, tam Eſau, quam reliquos homines propter commune peccatum in maſſa perditionis relinquere, atque odio proſequi, vt inde colligat nullam irrogari iniuriam, nec querelæ occaſionem ei, qui relinquitur: cum tamen maxima conferatur miſericordia, & gratia ei qui liberatur; & licet ſæpe Auguſtinus referat cauſam odij reproborum in peccatum originale; non tamen ſibi vult propter originale omnes damnari: cum certum ſit, nec Auguſtino ignotū hos reprobos, quibus originale condonatum eſt, non propter ipſum damnari. Ideo vero recurrit ad originale tamquam ad cauſam, quia ea eſt omnibus communis,

44 Auguſt.

Digitized by Google

munis, & nota, & radix peccatorum actualium.

45 Reſp. ad 5. Quintum denique argumentũ non eſt magni momenti: nam inſcrutabilitas myſterij prædeſtinationis, & reprobationis conſiſtit in eo, quod cum homines æquales ſint in natura, & in indignitate gratiæ propter peccatum originale, quoſdam Deus eligat, alios derelinquat. Et qua ratione Iudæos, apud quos erat notitia veri Dei, lex, & teſtamentum, ſacrifitia, Sacramẽta, & promiſſiones, dereliquerit, & Gentiles aſciuerit. Et ad hoc propoſitum exclamat Paulus ad Rom 9. *O homo tu, quis es, qui reſpondeas Deo? & nunquid dixit figmentum ei, qui ſe finxit: quid me feciſti ſic?* & Diuus Auguſtinus cum ait. *Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle diiudicare, ſi non vis errare.* Itaque arcanum conſiſtit in prædeſtinatione comparatione ad reprobos æquales in cauſa, ſiue comparatio fiat inter duos paruulos, ſiue inter duos adultos, ſiue inter duos ætate grandæuos, quorum alter reprobetur; quia remedium originalis non accepit: cum alter ſaluetur; quia accepit, vel quia donum perſeuerantiæ non accepit, & alter accepit, cum æqualem non accipiendi cauſam habeat; non vero in reprobatione poſitiua comparatione cauſæ, quam præſupponit.

Ad Rom. 9.

Caput VII. *Satisfactio ad alia difficiliora fundamenta.*

46 Ad Rom. 9 *Paulus ad Rom. 9. explicatur.* EX eodem cap. 9. Epiſtolæ Pauli ad Romanos verſu 17. peti poteſt alia obiectio contra noſtrã doctrinam de cauſa reprobationis. Verba Paulina hæc ſunt: *dicit enim ſcriptura Pharaoni; quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutẽ meam, & vt annuncietur nomen tuum in vniuerſa terra.* Vt cohærentia ſententiæ intelligatur, notare opportet productis à Paulo, Iacob, & Eſau illum dilectum, hunc inuiſum, confirmaſſe miſericordiam erga Iacob ex teſtimonio deprompto à ſacra Scriptura, & authoritate Moyſis roborato: id confirmauit ex Moyſe; quia apud illos, quibus cum agebat magnæ erat auctoritatis; & ex ſacra Scriptura: quia illam admittebant; quippe fideles erant; teſtimonium habetur cap. 33. Exodi ibi: *miſerebor, cuius miſerebor, & miſericordiam præſtabo, cui miſerebor: igitur non valentis, neque currentis, &c.* In his verbis alludit ad diligentem Iacobi curſum, cum attulit cibos Patri de venatione, accepitque ab eo benedictionem, præcurrens Eſau. Senſus Pauli eſt, licet præcucurrerit Iacob; non tamen accepit benedictionem diuinam (intellige prædeſtinationis) quia præcucurrit; ſed ex diuino beneplacito liberali, & miſericordi. Poſt confirmatam dilectionem Iacobi pergit ad aliam partem iuſtitiæ erga Eſau, eamque confirmat ex alio eiuſdem Moyſis teſtimonio petito ex capite nono Exodi in verbis relatis a Paulo, ad quod ipſe ſe refert cum ait: *dicit enim ſcriptura Pharaoni, &c.* Verborum ergo, ex quibus formatur obiectio, is ſenſus eſt ſecundum Toletum. In hunc finem, eaque de cauſa ego volui, vt eſſes, & in Regnum eueheres, teque permiſsi in populum meum inſurgere, vt eſſes occaſio mihi manifeſtandi potentiam, ac fortitudinem.

Formatur obiectio.

Exod 33.

Similiter Pater Cornelius illud *excitaui te*; intelligit ſuſtinui, Regem conſtitui, conſeruaui, atque permiſsi, vt in populum meum tyrannus inſurgeres. His poſitis; ſic formo argumẽtum. Finis quare Deus Pharaonem procreauit, Regẽ conſtituit, conſeruauit, in peccata labi permiſsit, fuit, vt in eo oſtenderet Deus ſuã virtutem punitiuam; ergo ante peccata præuiſa Pharaonis Deus ipſum reprobauit excluſione à Regno, vt iuſtitiæ ſuæ ſeueritatẽ manifeſtaret. P. Cornel.

Satisfactio. Ad hoc argumentum reſpondendum eſt negando antecedens; quare non placet ſenſus Toleti, vt explicatur per illa verba: *in hunc finem ea que de cauſa.* Quia communiter interpretes docent, reprobationem poſitiuam hic contineri poſt peccata præuiſa Pharaonis, a quibus ortum habuit eius induratio, & reprobatio.

Sed addendum nobis eſt, vtramque reprobationem forſitan in verbis propoſitis contineri, & virtualem logice, & formalem, atque poſitiuam, vtrãque explicui cap. ſecundo. Moueor ad opinandum, reprobationem illam negatiuam, ſeu voluntatem non prædeſtinandi contineri in Paulino teſtimonio; quia ipſum producit, vt quod de odio Eſau dixerat verſu 13. confirmet; & vt probet non eſſe iniquitatem apud Deum, adijcit verſu 15. *Moyſi enim dicit: miſerebor cuius miſereor, &c.* In quibus particula *enim* oſtendit, probationem eſſe præcedentis propoſitionis, & poſt illatam ab ipſo conſequentiam ibi. *Igitur non volentis, neque currentis, &c.* Adhibet aliam probationem exemplo Pharaonis verſu 17. quem verſamus: eſſe vero probationem ſecundam, conſtat ex ipſa particula *enim*; cum ait: *dicit enim ſcriptura Pharaoni.* Atqui odium Eſau ſolum ſignificat ex communi ſententia minorem dilectionem, ſeu voluntatem non 47 *Vtraq; reprobatio in Pauli teſtimonio*

Digitized by Google

non prædeſtinandi, vt conſtat ex dictis capite ſuperiori num. 42. Ergo, vt hæc ſecunda probatio intentum Pauli confirmet, continere debet voluntatem non prædeſtinandi, quæ ſignificatur per odium.

Vrgeo argumentum. Si ſola reprobatio poſitiua ſignificatur in verbis relatis, & ad eam ſupponuntur peccata præſcita Pharaonis, & odium Eſau fuit ante peccata, vt ſignificauit Paulus ex illis verbis: *cum nihil boni egiſſent, aut mali.* Atque adeò ſolum voluntas non prædeſtinandi eſſe poterat, extra rem Paulus adduceret odium Pharaonis, nec eius exemplo poſſet honeſtare odium Dei erga Eſau. Iudæi etenim patentem habebant ſolutionem dicentes, diuerſam eſſe rationem de odio Pharaonis, ac de odio Eſau: nam illud iuſtiſsimum erat propter peccata, non hoc, quia ante peccatum conceptum fuerat. Tertio, idem confirmo ex
Exod. 9. Hæbreo in cap. illo 9. Exodi, in qua lingua illud, *excitaui te*, eſt Latinè, *feci, vt exiſteres*, ſeu *exiſtere te feci*. Quod ſi ſignificatur per hæc verba voluntas diuina, ex qua Pharao procreatus fuerit, neceſſario ſignificanda eſt voluntas non prædeſtinandi, quæ ſolum coniungi poteſt voluntati procreandi, non autem reprobatio poſitiua.

48 Reprobationem etiam poſitiuam contineri in illis verbis, probant primo, illa verba Pauli verſu 18. *Ergo, cuius vult miſeretur, & quem vult, indurat.* Quæ a Paulo prolata ſunt in propria perſona, vti docet communior, & verior ſententia. Ita Toletus, Iuſtinianus, atque Cornelius, & alij. Obſerua partem illam: *quem vult indurat*, ſignificare voluntatem non emoliendi cor, aut non miſerendi per gratiam efficacem, vt abunde explico capite ſequẽti. At hæc voluntas non emoliendi, ſeu non miſerendi ſupponit peccatum, in quo dicitur indurari, atque excæcari. Atque adeò cum Diuus Paulus loquitur de Pharaonis induratione, vt eſt à voluntate Dei, loquitur de reprobatione poſitiua habita à Deo poſt præuiſum à Deo ſtatum deprauatũ, & perditũ in peccatis, in quorum pœnã negare decreuit in toto decurſu vitæ auxilia efficacia. Hanc vero voluntatẽ pertinere ad eſſentialem rationem reprobationis poſitiuæ, oſtendo diſput. ſequenti cap. 3.

Anſelm. Probat ſecundo, interpretatio Anſelmi, &
Ambroſ. Ambroſij illius verbi *excitaui te*, hoc eſt *non te feci malum, ſed cum malus eſſes, ſignis meis, atque prodigijs excitaui te, quaſi ſopitum.* Etenim cum Pharao pœne iam mortuus eſſet coram Deo ob grauiſsima ſcelera, & incredibilẽ immanitatem in Iudæos, dum eum patienter ſuſtinuit, atque vindictam diſtulit, eſt quaſi ad vitam reuocatus, in qua conceditur locus pœnitentiæ; ergo etiam continetur reprobatio poſitiua poſt commiſſa peccata, per quam Deus poſt certum cumulum ipſorum puniens Pharaonem illuſtrem reddit iuſtitiam ſuam.

Ex his patet reſponſio. Nam vel his verbis intelligitur reprobatio illa negatiua; & tunc nulla cauſa ſubneceſſaria eſt ex parte Pharaonis, atque adeo non probatur intentum. Vel ſignificatur etiam reprobatio poſitiua, & tunc ſupponuntur peccata ex parte Pharaonis, vt probauimus; ergo in nullo ſenſu probatur contra noſtram doctrinam. Qua etiam ratione intellige alia Pauli verba in eodem capite verſu 22. ibi. *Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potẽtiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum*: quaſi dicat malos, & iniquos ira dignos, ac propter ſcelera aptatos in vltimum interitum, Deus pertulit patienter differens damnationis pœnam vſque ad vltimum diem huius vitæ. Poſtea vero eos puniens manifeſtat potentiam ſuam, vt in Pharaone ſubmerſo in mari manifeſtauit, nec illi exiſtiment, quod Pharao, impotentiam eſſe tolerantiam, per quam Deus diſtulit punitionem.

Denique quoad particulam: *vt oſtendam in te, &c.* Licet frequenter ſignificet cauſam 49
finalem; at etiam non infrequenter ſignificat ſolùm euentum, & rerum conſequutionem, vt annotarunt Doctores, Theodoretus, Theodorus, Cyrillus, Euthymius, Chryſoſtomus, Theophilactus, Damaſcenus, quos refert, & ſequitur P. Maldonatus in caput 9. Ioannis ſuper illa verba: *in iudicium ego in hunc mundum veni.* Vbi etiam Toletus, & Cornelius in hunc locum Pauli, & Suarez lib. 5. de reprobatione cap. 4. Cuius rei multa ſunt exempla in ſacra Scriptura. Ex multis vnum profero ex eo cap. 9. Ioannis ibi: *in iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* In his verbis loquebatur cum Phariſæis, & adſtantibus, vt notauit Maldonatus. Per *iudicium* intelligunt quidam condemnationem. Hoc probabile iudicat Maldonatus. Minus probabile Toletus. Eo quod iudicium tale commune eſt vtrique parti, & videnti cum cæcus eſſet, & excæcato cum videret. Significat ergo diſcretionem à Deo factam, & per Chriſti aduentum exequutioni mandatam; ac ſi diceret: meo in mundum aduentu hoc conſequutum eſt iudicium, & hæc facta diſcretio in partes contrarias; nimirum, quod illi, qui non videbant, id eſt, ſimplices, & idiotæ erant, viſum mentis receperint, fide illuminati. Qui vero ſe videre præſumebant, quia ſcientiam legis, & ſcripturarũ profitebantur, cæci facti ſunt per

Aliquãdo particula vt ſignificat euentum in ſacra Scriptura.

Theodor. Theodorus. Cyrillus. Euthym. Chryſoſt. Theophil. Damaſcen.

P. Maldon. P. Cornel. Card. Tolet. P. Suar. Ioan. 9.

Digitized by Google

incredulitatem in Chriſtum; ergo particula *vt* ſolum euentum ſignificat in hoc teſtimonio. Accipe regulam generalem, vt diſcernas: quando euentum, atque conſequutionem: quando cauſam finalem ſignificet. Cũ res talis eſt, quæ ex primaria, & antecedenti voluntate decenter à Deo amari poteſt, particula *vt* denotat cauſam finalem. Cum vero non eſt talis, ſolum denotat euentum, & conſequutionem. Exempla huius rei ſunt in punitione, & pœnitentia.

50 Præterea; à ratione formari poteſt hoc argumentum contra noſtram doctrinam. Si reprobatio poſitiua ſupponit peccatum, tamquam cauſam ex libero reprobi arbitrio; ergo in poteſtate hominis eſt reprobari, & nõ reprobari. Conſequẽtia hæc videtur manifeſta; quia ſi ponit homo peccatum finale, reprobatur, ſi non ponit, nõ reprobatur: ergo cũ poſſit ponere, & nõ ponere, propter indifferentiam ad vtrumlibet, in poteſtate eius eſt reprobari, & nõ reprobari. Tunc ſic: ergo pari ratione in poteſtate eiuſdẽ hominis erit prædeſtinari. Hoc vltimũ conſequens abſurdum eſt; quia nõ datur cauſa prædeſtinationis ex libero arbitrio ſecundum omnes. Illud vero ſequi, ſic oſtẽdo: quia omnis nõ reprobus eſt prædeſtinatus ſecundum prouidentiam à Deo ſtatutam in negotio prædeſtinationis hominũ, per quam omnis homo, aut eſt prædeſtinatus, aut reprobus; quippe nõ eſt ſtatus medius nõ reprobi, aut non prædeſtinati; ſed in poteſtate cuiuſcumq; adulti reprobi eſt, nõ eſſe reprobum: ergo etiam eſt in poteſtate eiuſdem eſſe prædeſtinatum.

Obiectio.

Hoc argumentum æquiuocatione implicatum eſt. Et concedendum eſt, reprobationem poſitiuam eſſe in poteſtate prædeſtinati tamquam in cauſa libera, & morali. Concedendum etiam eſt, non eſſe ſtatum medium, vt bene probatur in argumento. Semper vero conſequentia vltima neganda eſt, & ratio negationis petenda eſt ex eo, quod, nec electio ſpecialis, a qua ducit originem tota ſeries prædeſtinationis, nec voluntas non prædeſtinandi, ſeu reprobatio, quam dicunt negatiuam ſunt in poteſtate reprobi: quippe præueniunt omnia merita, & demerita, vt ſæpe docui. Hinc efficitur, quod etiam ſi non reprobatio, quæ contradictorie opponitur approbationi, quæque dicit negationem conſequutam ad electionem prædeſtinati poſt merita, ſit in poteſtate prædeſtinati: at reprobatio negatiua, ſeu voluntas non prædeſtinandi, ſeu reprobatio virtualis logicè ſecundum a me dicta capite ſecundo, non eſt in poteſtate reprobi. Hic aduerte, cum dicimus, reprobationem poſitiuam eſſe in poteſtate hominis, intelligendum eſſe in ſenſu diuiſo, non in ſenſu compoſito, hoc eſt pro quodam priori rationis, pro quo intelligimus libertatem reprobi indifferentem ad peccandum, & non peccandum. Nam: ſi peccat, ponitur reprobatio poſitiua: ſi non peccat, non ponitur. At ſemel poſito decreto abſoluto, ſeu ex ſuppoſitione conſequenti, nõ eſt in poteſtate reprobi, non reprobari; nã cum Deus immutabilis ſit; non poteſt deſiſtere ab eo, quod ſemel abſolute decreuit. Ratio a priori eſt; quia ex hoc, quod aliquid poſterius, ſeu dependens ab hominis libertate ſit in poteſtate prædeſtinati, aut reprobi, non ſit, id, quod eſt antecedens, & independens a libertate hominis, eſſe in eius poteſtate. Licet; vero ſtatus ille medius non prædeſtinati, aut non reprobi, nõ pugnet cum natura hominis; poſſet enim Deus hominem relinquere abſque hac prædeſtinatione, & reprobatione, vt ſi eum in pura natura nudum gratia prætermitteret, vel ſi concurſum ſubtraheret ad omnem operationem. At, vt dixi, ſtatus ille medius pugnat cũ homine, vt ſubeſt huic prouidentiæ, qua gubernamur. Vnde; licet conſequentia illa: *eſt non reprobus; ergo eſt prædeſtinatus.* Semper teneat, non tamen tenet ex vi non reprobationis; ſed adiuncta prouidentia à Deo ſtatuta, in qua nõ eſt ſtatus medius.

Satisfactio.

Qua ratione reprobatio poſitiua ſit in poteſtate hominis.

Obijcies; voluntas non prædeſtinandi non eſt in hominis poteſtate per nos: ergo non eſt in poteſtate hominis non ita prædeſtinati conſequi gloriam. Probo hanc conſequentiã: quia non prædeſtinatus ex ſuppoſitione non prædeſtinationis, non poteſt conſequi gloriam, ſicut prædeſtinatus ex ſuppoſitione prædeſtinationis non poteſt eam amittere, ſed non eſt in poteſtate hominis voluntas non prædeſtinandi: ergo non eſt in poteſtate non prædeſtinati conſequi gloriam.

Replica.

Reſpondeo diſtinguẽdo primũ cõſequens; *non eſt in hominis nõ prædeſtinati poteſtate cõſequi gloriam, propter voluntatem non prædeſtinandi, quæ eſt antecedens ad vſum liberũ*, nego: *non eſt in poteſtate hominis non prædeſtinati conſequi gloriam, propter ſcientiam Dei, per quã affirmat ex æternitate nõ prædeſtinatũ damnandum fore*, concedo. Propterea, quod ſcientia Dei falſa eſſe non poteſt, ſuppoſitio vero ſcientiæ ſemper eſt conſequens, nec obſtat libertati, vt conſtat ex ſæpe dictis in tractatu de ſcientia Dei, ac præcipue diſp. 10. cap. 1. Ideo vero voluntas non prædeſtinandi, quæ eſt antecedens non tollit reprobo poteſtatem conſequendi gloriam; quia Deus ex alia parte voluntatem habet efficaciſsimam dandi omnia ſufficientia auxilia gratiæ, quibus gloriam cõparare poſsit.

Satisfactio.

Obijcies, in poteſtate hominis eſſe auxiliũ ſufficiens reddere efficax, atque adeo, quod eliciat

Altera replica.

Digitized by Google

eliciat contritionē, & decedat in gratia; ergo etiam, quod pertineat ad ordinem prędeſtinatorum. Antecedens probo; quia ſi non eſſet in poteſtate prædeſtinati auxilium ſufficiēs reddere efficax; ergo non eſſet in poteſtate eius bona operatio, ac proinde auxilium illud non eſſet ſufficiciens. Cōcedo antecedens, & nego conſequentiam; quia licet bona operatio, & efficacia completa gratiæ, quatenus deſumitur ab actu ſecundo, ſit in poteſtate prædeſtinati, at non eſt eum pertinere ad prouidentiā prædeſtinatiuam; quia hæc ducit originem ab ſpeciali electione antecedenti prædeſtinatorum propria; licet ergo operari, & non operari, operari male, aut bene; ſit in poteſtati hominis inſtructi auxilio ſufficienti; & adiuti concurſu generali; at non eſt in poteſtate eius, quod Deus eligat auxilium illud, quod cōgruū eſſe præuidit, ſine quo adultus infallibiliter nō ſaluabitur.

Satisfactio.

Altera.

Dices: ſi homo ille non ſpecialiter electus inſtructus auxilio ſufficienti ad contritionem eam eliceret, vt poteſt, proculdubio iuſtificaretur, ac per conſequens morte intercedente conſequeretur vitam æternam; ergo in eo euentu, qui poſsibilis eſt, non prædeſtinatus ſaluaretur; hoc autem abſurdum eſſe cōſtat ex his, quæ diſputauimus contra Catherinū diſput. 24. cap. 1.

Satisfactio.

Reſpondeo, concedendo, hominem illum in eo euentu conſequuturum vitam æternam, negando non fore prædeſtinatum alia prædeſtinatione ab hac, quam credimus ſtatutam eſſe, quæ initium habet ab ſpeciali illa electione ante merita, cuius naturam explicuimus diſp. 23. cap. 13. Foret ergo prædeſtinatus ea prædeſtinatione, quam conſtituunt modo, qui negant omnem ſpecialem electionem antecedentem merita. Aduerte vero, argumentum tantum probare poſſe quidem, illum hominem auxilio ſufficienti inſtructum cōſequi vitam æternam, quod nullus negat: non autem probare, eam conſequuturum, maxime cum præſcita iam a Deo ſit negatio conſequutionis

51 Demum: quoad prædeſtinatum ex ſuppoſitione prædeſtinationis eodem modo vitandus eſt lapſus in verbis; nam, licet Deum componamus cum ea ſpeciali electione, quæ diſcernit eum a reprobo, & cum voluntatibus largientibus ſeriem gratiarum congruarum; at quoniam ea ſpecialis electio non eſt ex natura ſua efficax, & abſoluta; ſed æquiualenter expectans ſemper ex parte obiecti conditionem liberæ cooperationis; condemnari tamen poteſt nihil impediente hac ſuppoſitione ſpecialis electionis. At vero ex ſuppoſitione præſcientiæ diuinæ, quæ affirmat, illum eſſe glorificandum, condemnari non poteſt. Hæc autem ſuppoſitio, vt dixi n. ſuperiori eſt conſequens. Vnde prædeſtinatus ex ſuppoſitione prædeſtinationis ſecundum omnia, quæ in illa antecedunt libertatem, poteſt condemnari, non autem ſecundum aliqua, quæ ſunt in prædeſtinatione, & ſunt ſequētia, ſeu ſuppoſitiones ſequentes: hoc vero nihil obſtat.

An prædeſtinatus ex ſuppoſitione prædeſtinationis poſsit condemnari?

Caput VIII. *Quid ſit induratio, & an Deus eius cauſa.*

52 CALVINUS ex verbis Pauli Epiſtolę ad Romanos cap. 9. verſu 18. ibi: *ergo, cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* Impie deduxit horrendum ſuū dogma; nimirum, reprobos ante omnem præuiſionē operū, & demeritorum deſtinaſſe ad pœnas æternas tanquam ad finem, atque ex hoc fine manaſſe lapſus omnes, atque peccata, atque obdurationem, & excæcationem, indeque blaſfema impietate Deum fecit auctorem peccatorum, atque obdurationis. Is error damnatur in Trident. ſeſſ. 6. can. 6. & in Arauſicano ſecūdo can. 23. & in Valentino ſub Lothario cap. 3. quem etiam bene refutat Pater Cornelius à Lapide in hunc locum Pauli. Qui etiam fuit articulus Auguſtino falſo impoſitus, vt notauit Pater Vazquez diſp. 95. cap. 10. Ego abſtineo ab impugnatione huius erroris, quia Deum non eſſe auctorem peccati, atque obdurationis, in hoc ſenſu demoſtrare ſolent Theologi prima ſecundæ q. 79. art. 1. Qua autem ratione verū ſit, Deum eſſe cauſam indurationis multipliciter explico inſequentibus. Non omittam aduertere, fugiendam omnino eſſe ſententiam adſtruentem phyſicam prædeterminationem ad materiale peccati, vel hoc ſolo nomine, quod Deum facit potentia ſua obdurantem, & impellentem ad peccatum, plus iuſto dans Caluino: ac prę̨cipue, quia qui ita opinantur, etiam dicunt, Deum ex decreto excludendi a Regno reprobum ante præuiſa peccata, intendens finem excluſionis, eligere ferreā prædeterminationem adigentem voluntatem ad actum malum, cum quo eſſentialiter cōnexa eſt malitia. ecce eſt cauſa obdurationis, (quid enim magis adamantinum phyſica prædeſtinatione) & hoc ex deſtinatione irrefragabilli Dei reprobi ad ignes æternos. Ego non aſſequor in quanam ratione differat is modus reprobandi, ab eo, quod omnes catholici impugnant noſtrō ſeculo, quia Deus impellet ad peccatum propter deſtinationem reprobi ad æterna ſupplicia ante vlla demerita. Hæc ergo ſententia

Error Caluini Ad Rom. 9.

Damnatus. Concil. Trident.

Valentin.

P. Cornel.

P. Vazq.

Prædeterminatio ad materiale peccati nimiū fauet huic errori.

Digitized by Google

tentia ab omni pio Theologo reijcienda.

53 P. Vazq. *Quid induratio.* Pater Vazquez cap. illo 10. docte declarat indurationem, & ait, bifariam ſumi. Primũ pro peccato, quo reſiſtitur cuiuis vocationi Dei, aut pro eo peccato, quo diu, multumque vocãti repugnamus. Secũdo pro permiſſione, qua aliquis labi permittitur in primum peccatũ, aut qua per multum tempus in eo peccato ſinitur perſeuerare. Obdurationis hoc poſteriori modo, ait, Deum eſſe cauſam; non vero priori modo. Tum pro hac diuiſione obdurationis, tũ pro aſſertione allegat Scholaſticos, qui ſequuntur (Alexand. S. Thom. S. Bonauẽt.) Alexandrum prima parte q. 29. membro 4. & quinto, ſanctum Thomam prima ſecundæ quæſt. 79. art. 3. Bonauenturam in primum diſtinctione 40. art. 3. quæſtione prima, & ſecunda, (Sotus.) Sotum lib. 1. de natura, & gratia cap. 18. & in quartum diſtinct. 15. quæſt. 1. art. 1. (Canus. Roffenſis. Driedo.) Canum ſecundo de locis cap. 4. & ſeptimo, Roffenſem art. 36. contra Lutherũ, Driedonem de concordia lib. arbitrij cap. 1. & vltimo ad quartum.

Nec primum peccatum nec permiſſio eius, eſt induratio. Antequam iudicium meum proferam de aſſertione. Noto primo, in diuiſione illa indurationis: nec primum peccatum, quo reſiſtimus vocanti Deo, nec permiſſionem lapſus in primum peccatum obdurationem vlla ratione dici poſſe. Et, licet auctores allegati a Patre Vazquez duas tradiderint obdurationes; aliam voluntariam, obſtinatamque permanentiã in malo, diuturno tempore comparatam frequentia malorum actuum, & intenſione habituum vicioſorum: aliam, quæ conſiſtit in negatione auxiliorũ efficacium a Deo, vt iam declaro. At quod primũ peccatum, quo repugnamus vocanti, & permiſſio primi peccati ſint induratio, nec auctores hi, quos attente legi, docuerunt, imo oppoſitum, nec defendi poteſt, e quibus Sotus expreſſe loquitur, & ſic ait: *veruntamen ſubdiderim, nec abs re forte, quod latius patet permittere quam induratio, ita vt omnis induratio ſit permiſſio, non tamen conuertatur; permittitur enim homo cadere in primum peccatum; at non ita proprie dicitur indurari.* Porro, Sanctus Thomas quoties de hac re loquitur, ſemper ſupponit, indurationem eſſe pœnam. Lege ipſum vbi a Patre Vazquez in corpore, & in ſolutione ad primum. Præterea, in caput 9. Epiſtolæ Pauli ad Romanos lect. 3. Vbi ſic concludit: *& quem vult indurat per ſuam iuſtitiam; quia illi, quos indurat hoc merentur, vt indurentur ab ipſo.* Porro, Bonauentura in rẽſolutione primę illius quæſt. poſt diuiſam obdurationem in pœnam, & in culpam, ex qua diuiſione manifeſte fit, primam peccati permiſſionem nequaquam dici poſſe indurationem, ſic ſcribit. *Obduratio, vt dicit inhabilitatem ad impreſſionem gratiæ, pœna eſt culpam inſequens: vt vero dicit ſtabilitatem in peccato diſpoſitio eſt peccati præcedentis.* Idem docet in reſolutione ſecundæ quæſtionis. Alexander etiam in membro quarto pariter diuidit excæcationem in culpam, & pœnam, & ſubſumit, vt eſt pœna eſſe a Deo iuſtiſſime propter culpas prę cedentes: ergo permiſſio primi peccati non eſt obduratio ſecundum Alexandrum. Driedo etiam de captiuitate, & redemptione generis humani tract. 5. cap. 4. Hæc habet verba in Epilogo. *Supra eos, qui differunt conuerti de die in diem, ita impendit ſui regiminis moderamina, vt quia ſæpius vocati venire contemnunt, inolita conſuetudine putreſcentes in ſcelere nõ corrigũtur in fine.* Ecce ponit obdurationẽ vltimam, quam vocat non correctionem poſt dilatã pœnitentiam, & aliquã in peccatis permanentiã, & in c. illo 1. de concordia lib. arb. oppoſitum plane ſupponit ei, quod aſſeruit P. Vazq. pariterque in vlt. cap. in reſponſione ad 4. Vbi totus eſt indefendenda libertate induratorum, vt in Pharaone, de qua re agimus nos diſp. ſequenti cap. 4. Eamdem doctrinam docent Canus, atque Roffenſis, & ea quidem eſt expreſſa Sãcti Auguſtini ſermone 88. de Pharaone. Vbi (August.) elegantiſſime diſputat, atque ſuam ſententiam de obduratione quid ſit, expreſſe pronunciat his verbis, quæ nobis ad dicenda nõ modicam afferũt lucem. *Quoties audimus; fratres, chariſſimi legi cor Pharaonis induratum eſſe a Deo non ſolum laicis; ſed etiam clericis ſolet ſcrupulus generari. Dicunt enim aliqui intra ſe cur iniquitas illa imputatur Pharaoni, cum Dominus cor eius induraſſe referatur. De hac quoque re immũdiſſimi Manichæi ſacrilego furore ſcripturas veteris teſtamenti reprehendere ſolent. Rogo itaque vos, fratres chariſſimi, vt diligenter attendatis; nam breuiter volumus oſtendere qualiter obdurationem illam debeatis accipere. Ac primo, quidem firmiter credẽdum eſt, quod numquam Deus hominem deſerit, niſi prius ab eo deſeratur, quin etiam diu expectat peccatorem, vt conuertatur, & viuat. Cum vero in peccatis ſuis permanet, ex multitudine peccatorum naſcitur deſperatio: ex deſperatione autẽ obduratio generatur. Primũ, enim homines deſpiciunt peccata ſua, quæ parua videntur, creſcentibus minutis peccatis adduntur crimina, & cumulum faciunt & demergunt, quod vbi factum eſt impletur, quod dictũ eſt Prouerbiorum 18. peccator cũ venerit in profundũ malorum contemnit. Obduratio itaque non Dei potentia compellente efficitur, ſed Dei remiſſione vel indulgentia generatur; & ita Pharaonem non diuina potentia, ſed diuina patientia, credẽda eſt obduraſſe; quoties igitur Dominus dixit: ego indurabo cor Pharaonis, non aliud intelligi voluit, niſi ego ſuſpẽdam plagas meas, & flagella; vnde eum per indulgentiam meam obdurari per-*

Digitized by Google

permittam. Sed forte aliqui dicāt: cur Deus parcendo illi fecit eum indurari: & cur ab eo flagella ſua remouit? His ego ſecurus reſpondeo: propterea id eſſe factum; quia Pharao pro ingēti cumulo peccatorum ſuorum, non tamquam filius ad emendationem debuit corripi; ſed tamquā hoſtis permiſſus eſt indurari; hæc Auguſtinus. Spero, non fore moleſtum lectori hæc legiſſe, quæ non tam tranſcripſi, vt oſtendam, quod ſæpe affirmat Auguſtinus, permiſsionem primi peccati non eſſe indurationem, quam vt expreſſam Auguſtini mentem ob oculos nobis proponamus, quæ nobis ducatum præſtet in infra dicendis. Huius etiam rei optima cōfirmatio ſumitur ex Paulo ad Romanos primo verſu 25. ibi: *commutauerunt veritatem Dei in mendaciū, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius, quā creatori: propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ*. Hæc verba ſcribit Paulus deſcribens peccata gentium, quæ idola vana, vmbratica & mēdacia, vt Deos coluerūt. Qua propter Deus illos indurauit tradens in libidines pudendas, & contra naturam, & ibi etiā *propter quod tradidit illos Deus in reprobum ſenſum*: hoc eſt, in cæcam, & peruerſam mentem, quæ probat non probanda, & improbat probāda. His Paulus non antea affirmat, a Deo traditos in paſsiones ignominiæ, & deſideria cordis peruerſi (quibus ſignificatur excæcatio, & obduratio eorum) quam ipſi enormia peccata cōmiſiſſent, ex quibus ortum habuit, vt Deum non ſicut Deum colerent, & mutarent gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis volucrum, quadrupedum, & ſerpentum. Id cōfirmant exempla Pharaonis, & aliorum obduratorum, de quibus mentio fit in ſacra Scriptura, vt late proſequor diſp. ſequenti cap. 4. Qui nūquam dicūtur obdurati propter permiſsionem, aut cōmiſsionem priorum peccatorum; ſed poſt ingentem quātitatem, & grauitatem eorum patratam. Vnde Pater Molina prima parte articulo 4. & quinto optime ait; obdurationem eſſe poſt commiſſa peccata, & præuiſa, & confirmat ex Paulo ad Rom. 2. ibi: *ſecundum duritiem tuam, & impœnitens cor*. Et ex hoc infert, non dici peccatorem obdurari, cum primo peccat, & licet poſt primum lapſum immediate decederet aliquis de vita, eum non mori induratum. Et, vt verum fatear, nec in Scriptura, nec in Patribus, nec in Doctoribus Scholaſticis eſt, vel leue fundamentum ad aſſerendum permiſsionem, & cōmiſsionem primi peccati indurationē eſſe: imo omnes vno ore vel ex ipſo nomine indurationis oppoſitum ſemper ſubſumunt. Quapropter neſcio, qua ratione Pater Vazquez indurationem extenderit ad primam peccati permiſsionem, & cōmiſsionem.

Ad Rom. 1. *Explanatus Paul' ad Rom. 1. verſu 25.*

Ad Rom. 2.

Nec Patres, nec ſcholaſtici indurationem intelligūt propter primū peccatū.

Sed obijcies verba illa Pauli. *Deus, cuius vult miſeretur, & quem vult indurat*. Ergo ſicut ad diuinam illam miſericordiam nihil ſupponitur, niſi miſeria, & indigentia ex parte hominis: ita ad indurationem. Ergo hæc incipiet a prima peccati permiſsione, & commiſsione. Et hanc fuiſſe mentem Pauli, confirmare videtur exemplum figuli, quo vtitur. Nam; vt figulus ex vna maſſa vniformiter diſpoſita, vaſa vna efingit in vſus honeſtos, alia in contumelioſos, ex ſola artificis voluntate: ita ſola voluntas diuina in vna hominum maſſa, aliorum miſeretur, eos deſtinans ad gloriam; alios indurat, eos deſtinans ad pœnas. 54 *Obiectio.* *Confirmatio.*

Reſpondeo capite ſeptimo n. 47. & 48 Iam a me explicatum eſſe hunc locum, in quo indurare eſt non miſereri. Nam a Paulo hic vſurpantur indurari, & miſereri, vt inter ſe oppoſita; miſereri autem, & non miſereri opponūtur. Porro, iam dixi, reprobationem poſitiuam contineri in his verbis ſecundum communem ſententiam: at reprobatio poſitiua ſupponit peccata, vt conſtat ex capite 3. Demum hæc verba vera ſunt comparatione duorum hominum, qui æqualia peccata commiſerunt. Exēplum eſt in Pharaone, & Nabuchodonoſore, quos conſiderat Auguſtinus lib. de prædeſtinatione, & gratia cap. 15. in eodem gradu malitiæ. Cum ergo Nabuchodonoſor cōuerſus fuerit ad Deum per pœnitentiam, & Pharao induratus, interierit optime dicitur de his: *Deus, cuius vult miſeretur, & quem vult indurat*, ſine cauſa ex parte eius, cuius miſeretur, niſi ipſa miſeria, non ſine cauſa ex parte eius, quem indurat. Nā habet peccata, quæ ſunt cauſa meritoria: at ſine peculiari cauſa comparatiue ad eum, cuius miſeretur. *Satisfactio.* Auguſt.

Ad confirmationem ex figuli exemplo, cōponentis argillam in varios vſus, reſpōdeo eodem modo; nam Paulus ſupponit homines in varia peccata propria ſponte prolapſos. Et, licet eis non neget auxilia omnia, negat tamen ea, quibus prænouerat conuertendos, reprobis induratis propter peccata, ibi enim ait; Deum ſuſtinuiſſe in multa patientia vaſa iræ apta in interitum. *Vaſa iræ* appellantur homines pleni peccatis, quos Deus expectat, vt cōuertantur, nec vero analogia, qua Paulus Deum per figulum ſignificat, & homines per lutum, innuit, homines peccato mundatos Deum efficere vaſa in contumeliam per indurationem: imo illa comparatio cum luto immunditiam peccatorum nobis ſignificat. Ait ergo Paulus, vt artifex ſine vlla occaſione querimoniæ ex argilla efingit quædam vaſa in honorē, & quędam in contumeliam: ita Deus ex hominibus, vt ex maſſa conſperſa peccato originali, & alijs actualibus format vaſa quædam in honorem *Ad confirmat.*

per

Digitized by Google

per miſericordem auxiliorum efficacium elargitionem: alia incontumeliam per eorumdem iuſtiſsimam denegationem ſine alicuius iniuria. Maneat igitur ſtatutum, indurationem in quocumque membro, quo ipſam diuiſimus in principio huius capitis eſſentialiter ſupponere peccata multa.

55 *Qua ratione Deus cauſa obdurationis.* Solum reſtat ſecunda pars declaranda; nimirum qua ratiône Deus dici poſsit cauſa obdurationis. Atque in primis quidam Theologi præter indurationem, quæ conſiſtit in negatione auxiliorum efficacium, cuius Deus eſt cauſa priuatiua aiunt; aliã eſſe, quæ addit ad hãc negationem reuelationem alicui factam de decreto Dei negante ea auxilia; quemadmodum confirmatio in gratia ad continuam elargitionem auxiliorum efficacium addit promiſsionẽ eorumdem reuelatam a Deo. Verum non probatur mihi hæc ratio indurationis, ſicut nec probata fuit illa ratio confirmationis in gratia diſp.24.cap.3.in quo rẽ tractaui ſatis prolixe; propterea, quod ſine firmo fundamento affirmari vidimus, confirmationem in gratia ſitam eſſe in ea reuelatione. Multo ergo debilius fundari poterit, obdurationem cõſiſtere in reuelatione, negandi auxilia efficacia.

56 *Ipſum peccatum eſt durities.* Pro rei declaratione obſerua, duritiẽ eſſe ipſum peccatũ, quo reſiſtimus Deo vocanti. Obdurationem vero eſſe cauſam peccati, ſiue ea concipiatur per modum principij influentis, ſeu per modum viæ, & influxus. Ex quo fit, proprie loquendo, vt liberum arbitrium eſt cauſa per ſe, & directa peccati ab ipſo eſſe duritiem, tamquam a principio proprio: non vero a Deo, qui vt non eſt cauſa peccati: ita non eſt obdurans. Hoc ſignificatur in ſacra Scriptura, cum ingrauatio cordis magis tribuitur libero arbitrio obdurati, quã Deo. Ita habetur Exodi cap.5.verſ.15. *Videns*, ait, *Pharao, quod data eſſet requies ingrauauit cor ſuum.* Ecce obduratio directe tribuitur operationi Pharaonis. Et cap.9.verſu 34. *Videns*, inquit, *Pharao; quod ceſſaſſet pluuia, auxit peccatũ, & ingrauatũ eſt cor eius*, id eſt, vt habetur in Hebræo *aggrauauit ipſe cor ſuũ*, quod cõſonat cũ eo, quod dixerat, *auxit peccatum:* cauſa vero augmẽti peccatorũ liberum arbitrium eſt. Vnde quoties noſter interpres in Exodo vertit *ingrauatum eſt cor:* tu intellige, *voluntas Pharaonis ingrauauit ſe cor.* Hoc notat Pater Cornelius in caput 9. Epiſtolæ ad Romanos verſu 18. n. 87. Vnde cum Chriſtus Dominus apud Ioannem c. 12. dixiſſet: *excæca cor populi huius, & aures eius aggraua*, & Iſai. c. 6. cõtinuo ſubiũgit *oculos ſuos clauſerunt.* Vt denotaret illam cordis excæcationem, & aurium aggrauationem eſſe opus liberi arbitrij: ita etiam docuit eleganter Auguſtinus lib. de Gratia, & libero arbitrio cap.

Exod. 5. & 9.

P. Cornel.

Ioan. 12.

Auguſt.

23. his verbis: *nec ideo auferatis à Pharaone liberum arbitrium; quia multis locis dicit Deus, ego indurabi Pharaonem, vel indurabo cor Pharaonis: non enim propterea ipſe Pharao non indurauit cor ſuum; nam, & hoc de illo legitur quãdo ablata eſt ab Ægyptijs Synomia dicente Scriptura ſacra; & ingrauauit Pharao cor ſuũ, & in iſto tempore noluit dimittere populũ, ac per hoc, & Deus indurauit per iuſtum iudicium, & ipſe Pharao per liberum arbitriũ.* Ergo cauſa propria, & poſitiua indurationis, ſeu durici ei liberum arbitrium obdurati eſt, non Deus.

57 *Deus obdurat permiſsiue.* Obſerua ſecundo: Deum ſolũ negatiue, ſeu permiſsiue dici obdurare per negationem auxiliorum efficacium, propterea quod, licet logice infallibiliter ſequatur peccatum ex ea negatione: at Deus non eſt cauſa poſitiua peccati per ipſam. Imo ſi rem attente conſideres, tũc etiam, cum negat auxilia efficacia, proprie, & poſitiue dicitur Deus emoliens cor durũ; quãdo tunc etiam infundit illuſtrationes intellectus ſufficientes oppoſitas excæcationi, & pias affectiones voluntatis oppoſitas obdurationi cordis. Nihilominus ea negatio auxilij efficacis appellatur in ſacra Scriptura obduratio a Deo facta. Duplici cauſa. Prima; quia, cũ Deus poſſet eligere auxilium efficax, quo cor emoliretur, ſciens, & prudens eligit ſufficiens, quo numquam emolitur; ac propterea ſecundum communẽ hominum æſtimationẽ, & loquutionem, cui ſe accomodat ſacra Scriptura, perinde ſe habet, ac ſi potentia ſua, atque poſitiue hominem induraret. Itaque voluntas negandi auxilium, quod eſt efficax præciſſe ſumpta nõ eſt induratio permiſsiua, ſed adiuncta præſciẽtia conditionata, qua, cum cognoſcat Deus auxilium illud fore efficax ad emoliendum, non tamen eligit in pœnam peccatorum præcedẽtium. Secunda; quia ipſum auxilium efficax cõplectitur illuſtrationem tenentem ſe ex parte intellectus, & piam inſpirationẽ tenentem ſe ex parte volũtatis, quod varijs nominibus nũcupatur ab Auguſtino ſecreta, & alta vocatio in Epiſtola 107. certa ſcientia lib. 2. de peccatorum meritis cap. 19. Victrix delectatio, & ſuauitas cap. 27. Viſorum ſuaſio lib. de ſpiritu, & littera cap. 4. lib. de gratia Chriſti cap. 14. doctrina, quã audimus, & diſcimus a Patre. Mitto alia, quia ſunt extra rem noſtram. Vnde etiã obduratio, quæ eſt oppoſita auxilio efficaci varijs nominibus ſignificatur in ſacra Scriptura: alijs ſpectantibus ad intellectum, vt excæcatio, quæ opponitur viſui: aggrauatio aurium: quæ auditui. Vt Iſaiæ 6. & Zachariæ 7. quæ ſignificat obdurationem, vt pertinet ad intellectum; quia his duabus potentijs fungimur, cum doctrinam comparamus. Appellatur etiam reprobus ſenſus, error, &c. Vt vidimus n. 53. &

Auguſt.

Iſai 6. Zachar. 7.

obduratio

obduratio cordis, quæ ad voluntatem pertinet, in quantum ſignificat obſtinatum affectum in peccatum, propter quem Deo vocanti repugnamus. Quia ergo Deus volũtarie nõ immittit ſecretam, & altam vocationem, dicitur aggrauare aures, ne audiatur; quia non infundit certam ſcientiam, atque doctrinam, quam audimus, & diſcimus a Patre. Nec viſorum ſuaſionem dicitur excæcare oculos, vt non videant, quæ agenda ſunt. Demum; quia non infundit voluntati victricem delectationem, & ſuauitatem, dicitur, illam obdurare in obſtinato affectu. Ecce, qua ratione negatio auxilij efficacis dicitur obduratio permiſsiua.

58 *Deus an poſitiue obduret.* Obſerua tertio: etiam dici poſitiue obdurare, & excæcare, cum Deus præbet peccatoribus opportunas occaſiones peccandi, non eo fine, vt peccent: imo, vt tentationi oblatæ reſiſtant, ſciens tamen peccatores ſua malitia eis abuſuros in malum. Hoc ſignificauit Paul ad Roman. 10. *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem inſipientem, in irã vos mittã.* Quod ſolum occaſionaliter accipiendũ eſt: nam loquitur ad Iudæos, qui ex miſericordia gentibus collata arſerunt inuidia. Cum tamen illud opus eximiæ miſericordiæ affectus bonos excitet, alludit Paul. ad dictum Moyſis. c. 32. Deuteronomij. *Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis, & ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo eos*, hoc eſt, vt Iudæi adhæſerunt non Deo; nimirum vanis idolis, qua cauſa me irritauerunt, vt ego etiam adhærerem non populo, hoc eſt gentibus deditis idolatriæ, vt ergo me derelinquendo verum Deum prouocauerunt ad iram. Ita, cum ego eos relinquam, & nõ populum, populum meũ faciã, quẽ ipſi ſtultũ putãt excipiendo gẽtes barbaras, vitijs cæcas, inſipientes; quia me ignorant prouocabo eos ad irã, & inuidiã, quo ſenſu dixit Sapiens c. 14. *Quoniam creaturæ Dei odium factæ ſunt, & in tentationẽ animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.*

Ad Rom. 10. — *Deuter. 32. Sap. 14.*

Quarto obſerua, etiam dici Deum obdurare, cum Deus ſubtrahit, & ſuſpendit flagella, atque ſupplicia, quæ Pharaonem molliebant; quia his ceſſantibus ipſe mox ad priſtinam duritiem redijt: nam ranis ebullientibus vexatus Pharao ingemiſcẽs dixit ad Moyſem, & Aarõ. Orate Dominum, vt auferat ranas a me, & a populo meo, & dimmittã populum. Deinde ranis ad preces Moyſis ſublatis, ait, Scriptura capite illo 8. Exodi. *Videns, quod data eſſet requies, ingrauauit cor ſuum, & non dimmiſsit populũ, ſicut præceperat ei Dominus.* Inſuper afflictus Cyniphis, muſciſque importunis Pharao ad Moyſen dixit: rogate Dominum pro me, vt recedãt Ciniphes, & muſcæ? At vero eis ſublatis rurſus, inquit, Scriptura, *Auxit ſibi peccatũ, & ingrauatũ eſt cor eius, vt non dimmitteret populũ.* Idem contingit, cũ poſtea ea percuſſus fuit peſtibus, tonitruis, & grandinibus: nam, cũ ceſſarunt, ingrauauit ſibi cor. Hunc etiam modum indurandi expreſsit Auguſtinus in duobus teſtimonijs a me relatis: altero ex ſermone 88. altero ex libro de Gratia, & libero arbitrio cap. 23. Et omnes Theologi, quos ego legi, & ſupra allegaui, id notarunt. *Exod. 8.*

Quinto obſerua; poſitiue etiam Deum indurare cor per ipſa flagella, ſicut puer peruicax dicitur flagellis obdurari, & magis peruicacẽ effici; quia per flagella, quibus molliri deberet, magis obſtinate perſiſtit in praua conſuetudine. Hoc etiã videtur expreſſum in Exodo cap. 7. Nam poſtquam Dominus dixit: ego indurabo cor Pharaonis, adiecit continuo modum indurationis: *multiplicabo, ait, ſigna, & portenta mea in terra Egyptij, & non audiet vos: ſcio, quod non dimmittet vos Pharao, vt eatis, niſi per manũ validam.* Inſuper plagis percuſſus, aquis videlicet mutatis in ſanguinẽ, *auertit ſe Pharao, nec appoſuit cor ſuũ ad ea, quæ Moyſes prædicabat.* Ecce habes quinq; modos, quibus obduratio in catholico, & vero ſenſu Deo tribuitur, quatuor poſitiuos: vnum permiſsiuum, ſeu negatiuum. 59 *Exod 7.* *Quinq; modi quibus, obduratio Deo tribuitur.*

DISPVTATIO TRIGESIMA QVARTA.

DE EFFECTIBVS REPROBATIONIS.

Diſtincta capitibus 8.

Caput 1. Quatuor conditiones omnis effectus reprobationis.

Caput 2. Mors in ſtatu peccati aliqudo eſt effectus reprobationis, aliquãdo nõ.

Caput

Digitized by Google

Caput 3. Permiſsio primi peccati non eſt effectus reprobationis;aliæ autē permiſsiones a prima effectus eſſe poſſunt.

Caput 4. Nulli adulto reprobo,quantumuis indurato negat Deus auxilium ſufficiens.

Caput 5. Non confertur auxilium ſufficiens ſingulis momentis.

Caput 6. Semper adeſt auxilium ſufficiens, cum vrget tentatio, cum præceptum,cum neceſſarium eſt ad vitandum nouum peccatum.

Caput 7. De mente Auguſtini; & Proſperi in quæſtione;an obduratis adultis negetur auxilium ſufficiens.

Caput 8. Obiecta,quæ reſtant diluo,& quid ſit peccatum ad mortem.

Caput I. *Quatuor conditiones omnis effectus reprobationis.*

Quatuor conditiones effectus reprobationis.

1 VT aliquid ſit effectus reprobationis, quatuor conditiones habere debet proportionatas eis, quas habent omnes effectus prædeſtinationis, de quibus diſput. 30. cap. 1. Prima, quod ſit effectus procedēs a Deo per prouidentiam reprobatiuam. Itaque ad hanc conditionem non ſufficit, quod Deum habeat, vt cumque cauſam, aut per prouidentiam cōmunem prædeſtinationi, & reprobationi; ſed per ſpecialem reprobantem. Secunda conditio; quod cōiungatur infallibiliter cum vltimo effectu reprobationis, videlicet cum damnatione: ſecundum hanc conditionem dicemus cap. 2. Mortem in ſtatu peccati mortalis aliquando eſſe effectum, & cap. 3. permiſsionem vltimi peccati mortalis eſſe poſſe effectū. Tertia cōditio eſt: quod reſpiciat ipſum reprobū, vt cauſam demeritoriam, vti diximus diſp. ſuperiori cap. 2. & tertio. Sicut ergo omnis prædeſtinationis effectus reſpicit Chriſtum, vt primam cauſam meritoriam ſecundum dicta a nobis diſp. 29. cap. 1. & diſp. 30. cap. etiam primo: ita omnis reprobationis effectus reſpicit ipſum reprobatum, vt cauſam demeritoriam. Quarta denique; quod procedat ex affectu puniendi hominem, idque in gloriam diuinæ iuſtitiæ vindicatiuæ. Hæc quarta conditio in rigore in prima continetur; ſed expreſsioris doctrinæ gratia a nobis traditur. Hæc etiam conditio ſimilis eſt ei, quæ competit effectibus prædeſtinationis: nimirum quod procedant ex ſpeciali electione gloriæ prædeſtinatorum propria, cuius naturā explicui diſp. 23. cap. 13.

Quatuor hæ conditiones, vt norma dicendorum in hac diſput. ante oculos habendæ. Ex 2
his ſit primo, peccatum non eſſe reprobationis effectum; quia nō habet Deum cauſam, nec etiam permanentiam voluntariam in peccato propter eandem rationem. Ita Theologi omnes ſine controuerſia cum Magiſtro in primo diſtinctione 4 & cum Sancto Thoma in hoc articul. 3. Ex quo nota diſcrimen inter prædeſtinationem, & reprobationem, quod illa quoad primum effectum nullam habet cauſam ex parte prædeſtinati; hæc habet.

Peccatum non eſt effectus reprobationis.

Magiſter. D. Thom.

Fit ſecundo, peccatum condonatum, atq; 3
omnino per gratiam extinctum, ſiue originale, ſiue actuale ſit, non eſſe cauſam reprobationis: nam & ſi illud Deus pœna temporali poſſit punire, quando omnis remiſſa non eſt; non tamen æterna eo, quod peccatum non reuiuiſcit, & ſi iterū homo in ſimilia labatur, imo diſp. ſuperiore cap. 3. docui, permiſsionem ſecundi peccati non poſſe eſſe pœnam primi iam condonati contra aliquos recentiores Theologos, inter quos eſt Pater Suarez 1. p. lib. 5. de reprobatione cap. 3.

Peccatum condonatū nō eſt cauſa reprobationis.

P. Suar.

Fit tertio, excluſionem paruulorum a glo- 4
ria, & mancipationem adultorum ad æterna ſupplicia, eſſe effectum reprobationis: pariter, vt conſequutio gloriæ in prædeſtinatis eſt effectus prædeſtinationis, vt docui diſp. 30. cap. 4. Hæc ſine controuerſia ſunt, procedamus ad controuerſa.

Excluſio a gloria, & mancipatio ad æterna ſupplicia effectus.

Caput

Caput II. *Mors in ſtatu peccati aliquando eſt effectus reprobationis, aliquando non.*

5 *Mors in mortali eſſe poteſt, & aliquādo eſt effectus.*

DE morte in ſtatu peccati mortalis cenſeo primo, & eſſe poſſe effectum reprobationis, & aliquando eſſe; nam ſi Deus propter vltimum peccatum mortale cōmiſſum ferre vult ſentētiam vltimæ damnationis, & ex intentione hominem puniendi in æternum incipit infligere pœnam priuatione vitæ corporalis, atque vindictam ſumere: non dubito tunc eam mortē fore reprobationis effectum. Id conſtat ex quatuor cōditionibus, quas cap. 1. explanauimus. Imo rem ita contigiſſe multis peccatoribus, conſtat ex pluribus exēplis in ſacra Scriptura. *Numer. 16* Vnum habes Numerorū cap. 16. *Vbi diruta eſt terra ſub pedibus Datan, & Abiron, & Core, & aperiens os ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum, deſcenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis.* Duas etiam alias mortes habes a Deo inflictas in actis Apoſtolorum cap. 5. *Actuum 5.* alterā Ananiæ, alterā Saphiræ, propterea quod mentiti ſunt Spirituiſancto, & fraudauerunt de pretio agri. Mitto alias, quæ frequentiſsimæ ſunt in hiſtorijs. Quando vero Deus morte temporali punit reprobū exiſtentem in peccato mortali, ſolet eū tradere Dæmonibus, vt miniſtris ſuæ iuſtitiæ, & occiditur homo violenter morte præueniente cauſas naturales, ergo in his euentibus veroſimile eſt mortē temporalē eſſe reprobationis effectū. Nec obſtat eum hominē in ſpatio vitæ, quod reſtabat poſt peccatū cōmiſſum, poſſe pænitere: primo; quia ſi Deus nouit eum nō acturū pœnitentiā, poteſt incipere vindictā ab hac vita a momento a ſe præordinato. Secundo, quia, & ſi ei reprobo reſtarent aliquot anni viuendi relicto naturaliū cauſarū curſu: at poteſt Deus ad breues dies ſpatium vitæ eius redigere, & de facto ſæpe ita feciſſe credo, atq; incipere punitionem.

6 *Regulariter non eſt effectus.*

Cenſeo ſecundo, regulariter loquendo mortem in peccato mortali, nō eſſe effectū reprobationis; quoniam iudiciū illud, quod in eſſentia reprobationis diximus inueniri diſp. 32. c. 2. quo Deus iudicat hominē dignum reiectione Regni cœleſtis, & ignibus æternis, ſupponit ex parte hominis nō tantū mortale cōmiſſum, ſed etiā coniunctionē eius cū morte tāquā conditionē, ſine qua nō ſecundū ordinariā prouidentiā; propterea nāque iudicat Deus hunc hominem dignum eſſe, qui non admittatur in gloriam, & ſupplicijs mancipetur æternis; quia peccauit mortaliter, & in eo peccato decedit: ergo mors præſupponi debet nō vt motiuum puniendi, quando ipſa non eſt peccatū, ſed vt conditio præſuppoſita neceſſario ad ferendū illud iudicium. Cum ergo mors contingit ex cauſis naturalibus, & ordinarijs, crediderim, nō eſſe reprobationis effectum; nam vt prædeſtinationis effectus originem trahere debet ex ſpeciali, & gratioſa voluntate prædeſtinatum gloria afficiēdi: ita effectus reprobationis procedere debet ex æquali affectu puniendi hominem damnatione æterna. Nec enim quæcūque pœna homini inflicta a Deo eſt reprobationis effectus: imo ſæpe eſſe ſolet prædeſtinationis, vt cum procedit ex illo ſpeciali affectu gloria donandi. Et quemadmodum dona naturalia; vt mentis perſpicacia, orationis venuſtas, & partium corporis, & robuſta valetudo, atque diuitiæ, ſolent eſſe principia peccatorū ſuperbiæ, & intēperantiæ, & aliorum, quæ demum ſunt cauſa reprobationis: non tamen dona illa ſunt effectus; quia non proceſſerunt ex affectu puniendi: ita pariter plura mala pœnæ, vt mors de qua loquimur, coniuncta cū peccato mortali, non eſt effectus reprobationis, licet ſit conditio ſine qua non; quia Deus ſecundum ordinariam prouidentiam non fert iudicium illud, nec habet decretum puniendi vſque præuideat peccatum coniunctum cum morte.

Confirmo hoc; quia pœna inflicta ex affectu communi ſaluandi, & conuertendi ipſum reprobum, nec eſt effectus prædeſtinationis, nec reprobationis: ſed communis prouidentiæ. Ergo ad hoc, vt mors peccatoris ſit effectus reprobationis, procedere debet ex affectu eum æterne puniendi. Quando vero ante hunc affectum contingit mors, & per ipſam completur ratio peccati finalis, quæ requiritur ad iudicium reprobatiuum, non eſt reprobationis effectus. Et hoc modo credo contingere mortes ordinarias à cauſis naturalibus, & etiam a violentis caſualibus, niſi cum ſignum aliquod ſpeciale intercedit, quod nobis ſignificet ſpecialem aliquam prouidentiam.

Sed obijciat aliquis, mortem illam naturalem imminentem à Deo præuiſam, vt non 7 impeditam per gratiam eſſe quidem reprobationis effectum, ſicut diximus diſp. 30. cap. 5. impedimentum mortis prædeſtinati in peccato mortali imminentis eſſe effectū prædeſtinationis. *Obiectio.* Reſpondeo, obiectionem tantū probare, eam mortem etiam procedentē ex cauſis naturalibus eſſe poſſe effectum reprobationis; ſi namque Deus ex affectu puniendi peccato- *Satisfactio.*

Digitized by Google

rem omittat impedimentum mortis, quam præuidit coniungendam eum peccato mortali eo cooperetur cum cauſis naturalibus ex eodem affectu directis in interitum; erit ſane tunc mors effectus. Non tamen conuincit obiectio de facto ſemper eſſe effectum, quoniam nihil eſt in Deo, quod ipſum cogat ad omittendum impedimentum ex affectu puniendi, cum ob alios plures fines poſſit non apponere impedimentum; exempli gratia, ne inuertat rerum naturalium curſum, & etiam vt aliquis prædeſtinatus erigatur ab ſtatu peccati, propter mortem illius amici. Tunc ergo ea mors non erit effectus; quia non procedit ex affectu puniendi.

Demum aduerte, id, quod ſupra inſinuaui: nimirum mortem reprobi dupliciter contingere poſſe: primo: ita vt ipſa ſit peccatum morientis, vt ſi animaduertens mortem eſſe proximam, & ſe teneri ad expellendum peccatum, aut contritione, aut Sacramento pœnitentiæ, ſi commode poteſt ſuſcipere, nihilominus omittit, tunc ipſa mors cõſummat peccatum grauiſſimum impœnitentiæ finalis. Secundo, cum reprobus ille caſu occiditur in mortali de repente, quin ei detur locus pœnitentiæ, cũ hoc ſecundo modo contingit mors, ſolum eſt conditio, ſine qua non reprobationis: cum primo eſt etiam cauſa demeritoria cum reliquis peccatis. 8 *Dupliciter contingit mors prædeſtinati.*

Caput III. *Permiſſio primi peccati non eſt effectus reprobationis alia autem permiſſiones a prima, effectus eſſe poſſunt.*

9 *Permiſſio primi peccati nõ eſt effectus.* HVCVSQVE loquuti ſumus de iudicio, & volũtate Dei reprobante à gloria. In hoc capite de voluntate reprobante à gratia, atque ipſa gratiæ priuatione, quæ inueniuntur in permiſſione peccati, in qua re nobis indubitatum eſſe debet, nullam permiſſionem primi peccati eſſe effectum reprobationis: id quod ſatis conſtat ex dictis diſp. ſuperiori fere per totam, ac maximè capite ſecundo, & tertio, cuius ratio generalis eſt; quia permiſſio primi peccati non poteſt procedere ex affectu puniendi in oſtenſionem iuſtitiæ; quia ante primum peccatum non eſt materia iuſtitiæ in homine, nec dignitas pœnæ; atqui omnis effectus reprobationis procedere debet ex affectu puniendi, vt apud omnes in confeſſo eſt. Ergo ſecundum noſtram doctrinam manifeſtum eſt, permiſſionem primi peccati nequaquam eſſe poſſe effectum reprobationis.

10 *Aliæ permiſſiones an ſint effectus.* De aliijs autem permiſſionibus à prima maior dubitatio eſt, an nè eſſe poſſint effectus reprobationis poſitiuæ, in qua ſolum locum habet; nã eſſe effectus reprobationis, quã vocant negatiuam extra dubiũ, & cõtrouerſiã eſt. Aduerte in primis, nec in Angelis, nec in paruulis reprobis locum eſſe huic dubitationi; quia in vtriſq, vnica fuit permiſſio, peccatũ vnicũ. *P. Suar. Sententia negans.* Pater Suarez prima parte lib.5. de reprobatione capite ſeptimo, ſequitur partem negantẽ. Mouetur, quia permiſſio ſecundæ culpæ nõ poteſt eſſe ex intentione damnãdi. Ergo nõ eſt effectus reprobationis, conſequentia bona eſt, antecedens probat; quia intentio damnãdi eſt poſt iudiciũ vltimi peccati præſciti, & dignitatis reprobi vt cõdemnetur: ſed hoc iudicium fertur a Deo poſt permiſſionem ſecundæ culpæ, nimirũ poſt commiſſum vltimum peccatũ, atq; coniunctum cum morte. Ergo permiſſio ſecũdæ culpæ non eſt ex intentione damnandi.

Confirmat, nã ad hoc, vt Deus habeat iudiciũ illud peccati finalis, atque dignitatis propter illud, & alia, vt reprobus excludatur à Regno, & adigatur æternis ſupplicijs: nõ ſufficit præuideri a Deo ipſam permiſſionem ſecũdi peccati, in qua nõ eſt culpa, nec etiã præuideri primũ peccatũ cõmiſſum, niſi ſimul per ſcientiã abſolutã videat, tale peccatũ nõ eſſe delendũ per pœnitentiã, ſed vel illud ſolum, vel cum alijs cõiungendum cũ vltimo vitæ termino. Ergo cũ prius præuideatur a Deo permiſſio ſecundi peccati, quã finis reprobi, in primo peccato, vel cũ alijs, vel ſine illis: nulla ratione permiſſio, quæ eſt antecedens ad illum ſtatum, in quo Deus pronuntiare poteſt vltimam ſententiam, eſt effectus reprobationis.

Nihilominus contraria ſententia mihi probabilior eſt cum certis monitis, quæ animaduerto in ſequentibus: ea vero innititur duobus principijs. Primũ in doctrina Patrum, qui plane docent permiſſionem poſteriorũ peccatorũ proficiſci ex affectu iuſtitiæ in pœnam priorum. Secundum principium eſt; ad hoc vt aliquid ſit effectus reprobationis, neceſſarium non eſſe, vt procedat ex decreto efficaci puniendi. Hoc principium in noſtra doctrina negari non poteſt; quoniam in effectibus prædeſtinationis ſemper tuemur neceſſarium non eſſe, vt procedant ex electione efficaci ante merita: imo nec ex ea procedere poſſe, nec huiuſmodi electionem efficacem eſſe fuſe docui diſput. 23. per totam ac præcipue cap. 9. & 10. Vt ergo ad hoc, vt aliquid ſit prædeſtinationis effectus neceſſarium non eſt, vt procedat ex efficaci decreto, ſed ſufficit II *Sententia affirmans probabilior.*

pro-

Digitized by Google

procedere ex ſpeciali electione: ita etiam ad hoc, vt aliquid ſit reprobationis effectus neceſſarium non eſt, vt procedat ex decreto efficaci damnandi; ſed ſufficit procedere ex affectu ſpeciali iuſtitiæ vindicatiuæ, licet inefficaci.

12 *Permiſsionem poſteriorũ peccatorũ ex iuſtitia à Deo proficiſci docet Aug.* Auguſt.

Ad probandum primum principium plura poſſem depromere ſanctorum Patrum teſtimonia, ac præcipuè ex Auguſtino, ex quo ſolum peto duo; ſed expreſſa. Primum ex lib. de prædeſtinatione Sanctorum cap. 14. vbi ait: *gratia datur ei, cui datur: iuſto autem iudicio non datur ei, cui non datur.* In his verbis expende primo, Auguſtinum vniuerſaliter loqui de omni ſubiecto, cui negatur gratia ex iuſto Dei iudicio. Expende ſecundo, neceſſario loqui de homine peccatore; nam, qui omni peccato liber eſt, dignus non eſt, cui negetur gratia ex iuſto iudicio. Tunc ſic: permiſsio peccati eſſentialiter continet negationẽ gratiæ efficacis; ſed quotieſcumq; negatur gratia per Auguſtinum, negatur ex iuſto iudicio; ergo permiſsio ſecundi peccati, atque cæterorum, cum primum condonatum nõ eſt, proceſsit ex affectu iuſtitiæ punitiuæ, iuxta hoc Auguſtini aſſertum. Secundum eſt de dono perſeuerantiæ cap. 8. Vbi proponit Auguſtinus: ſi Deus gratiam ſuam confert non ſecundum merita noſtra, ſed ſecundum miſericordiam ſuam: quare non omnibus confert? reſpondet: *Quoniam Deus iudex iuſtus eſt, ac per hoc, & gratis ab eo datur gratia, & iuſto eius in alijs iudicio demonſtratur quid eis, quibus datur, conferat gratia.* Et poſt pauca. *Qui ergo liberatur, gratiam diligat, qui non liberatur, debitum agnoſcat.* In his etiam verbis tam euidenter docet Auguſtinus, negationem gratiæ efficacis homini peccato maculato procedere ex iuſtitia, vt de mente eius in hac parte dubitare fas non ſit. Hoc vero admiſſo: nimirum ex affectu iuſtitiæ vindicatiuæ Deum negare gratiam congruam in peccato exiſtenti; ſtatim inducemus, ipſam negare ex affectu excludendi à Regno, & vt ſplendeat diuina iuſtitia.

Auguſt.

13 *Idem Proſper.* Proſper.

Proſper fidelis Auguſtini diſcipulus in reſponſione ad capitula Gallorum cap. 3. ſic ſcribit. *Sed ideo prædeſtinati non ſunt, quia tales futuri ex voluntaria præuaricatione præſciti ſunt.* Pro intelligentia horum verborum obſerua illud *non prædeſtinati* dupliciter intelligi poſſe. Primo, pro voluntate poſitiua reprobandi. Secundo, & forte proprius ſecũdum phraſim Auguſtini pro voluntate non congrue vocandi; nam, vt prædeſtinatio eſt præparatio mediorum, quibus prædeſtinatus liberatur ex Auguſtino; ita non prædeſtinatio, ſeu voluntas nõ prædeſtinandi verſatur circa media. Ergo ſecũdum hanc ſecundã mentem horum verborum voluntas negans auxilia efficacia, quæ eſt permiſsio peccati, eſt propter præuaricationẽ voluntariam ante præſcitam. Et cap. 7. *Non eſt calumniandũ Deo: quare iſtis non dederit, quod alijs dedit; ſed confitendum eſt, & miſericorditer eum dediſſe, quod dedit, & iuſte non dediſſe, quod non dedit.* Ergo cum peccatori negat auxilium efficax ad fidem, ſpem, & dilectionem, & ad perſeuerantiam in eis negat propter peccata.

Præterea ſic etiam intelligo difficilia, alias verba ſancti Thomæ, quæ ſæpe euolui in hoc capite tertio, vbi conferens prædeſtinationẽ cum reprobatione ait. *Reprobationem includere voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.* Hæc ſententia ſancti Thomæ in hac noſtra appoſitũ habet intellectum. Nam ſi permiſsio poſteriorum peccatorum eſt effectus reprobationis; non ſolum in eſſentia reprobationis includetur voluntas inferendi pœnam damnationis pro culpa; ſed etiam voluntas permittendi poſteriora peccata; atq; adeo tota ſentẽtia ſancti Thomæ verũ ſenſum habet. In his verbis offenderunt eius diſcipuli, & propter non penetratam mentem magiſtri defendunt illam tam duram ſententiam de reprobatione poſitiua, ſine cauſa ex parte reprobi, quam ſeuere impugnaui diſp. ſuperiori cap. 3. Vt etiã notaui c. 6. n. 38. & 39. Eſt etiam aliud clarum teſtimonium pro hac ſententia, quod varie diſcipulorum gloſulæ obſcurarunt eiuſdem ſancti Thomæ in caput 9. Epiſtolæ ad Romanos lect. 3. vbi hæc ſcripſit verba: *cum enim omnes homines propter peccatum primi parentis damnationi naſcantur obnoxij, quos Deus per ſuam gratiam liberat ſola miſericordia liberat, & ſic quibuſdam eſt miſericors, quos liberat, quibuſdam autem iuſtus, quos non liberat, neutris autem iniquus.* Ecce in pœnam peccati originalis non condonati aſſerit, aut paruulis decedentibus negari efficacem applicationem remedij, aut viris, cum peccato originali adoleſcentibus, auxilia efficacia ad illud delendum: & ne quis dicat, hanc partem de hominibus adultis prætermiſſam fuiſſe a ſancto Thoma; ad calcẽ eius lectionis mouens dubitationem: an obduratio diuinæ voluntati tribui poſsit, ita concludit: *quem vult indurat per ſuam iuſtitiam, quia illi, quos indurat hoc merentur, vt indurentur ab ipſo.* Tunc ſic, induratio, quæ eſt a Deo, & vt eſt ab ipſo, ſupponit peccata cõmiſſa, & conſiſtit in voluntate non emoliendi per auxilia efficacia, vt diſput. ſuperiori cap. 8. præcipue n. 57. viſum eſt: ergo ſanctus Thomas expreſſe affirmat, in reprobo obdurato negationẽ auxiliorũ efficaciũ eſſe ex affectu iuſtitiæ vindicatiuæ, propter priora peccata, ſed neq; hoc neceſſariũ

Difficilis S.Th. mens explicata. S.Thom.

Digitized by Google

erat, vt mentem ſancti Thomæ haberemus per ſpectam: nam ſi paruulo in pœnam originalis negatur efficax applicatio remedij ex iuſtitia, vt dixit in prioribus verbis, potiori iure ſentit adulto in peccatis actualibus exiſtēti negari propter illa auxilia efficacia; quippe propter hæc, quia actualia ſunt, adultus ea committens, indignior eſt, cui dentur efficaces gratiæ.

14 Reſtat demonſtrare, Deum huic reprobo, non ſolū permiſiſſe poſteriora peccata in pœnam priorum; ſed etiam ex affectu illum puniendi æterno ſupplicio. Hoc oſtendo hac ratione. Sumo Iudam reprobum maculatū prioribus peccatis: Deus per ſcientiam cōditionatā cognoſcit immediate poſt cognitionē priorum peccatorū, ſi eū reprobum per totū decurſum ſuæ vitæ præueniat certis auxilijs ſufficientibus pro ſtatis a Deo temporibus diſtributis eum repugnaturum; atque peccata, quæ iam habet duratura vſque ad finē vitæ; atq; propterea eum repellendum à Regno cœleſti, & cruciandum æterne; ac proinde ante decreta abſoluta dandi ea auxilia ſufficientia, præfuit in Deo ea ſcientia. Ergo in eo homine poſt priora peccata commiſſa præexiſtente in Deo hac ſcientia conditionali, proponitur voluntati diuinæ honeſtas iuſtitiæ vindicatiuæ; non ſolum permittendi peccata poſteriora; ſed etiam propter priora, quæ præſcit duratura ſub ea conditione inferendi pœnam damnationis æternæ. Probo hanc conſequentiam, quia licet ante peccatum commiſſum, quod eſt materia eſſentialiter requiſita, non poſſit Deus velle punire; at ante mortem præuiſam exiſtentem bene poteſt velle punire peccatum exiſtens, ſi præuideatur mors futura ſub conditione; quia hæc eſt tantum conditio neceſſaria, vt ei obiecto inſit honeſtas iuſtitiæ vindicatiuæ; ad hoc autem vt Deus affectu honeſto iuſtitiæ tendere poſſit in honeſtatem obiectiuam, neceſſarium non eſt, vt hæc exiſtat, aut abſolute futura ſit: ſed ſufficit, vt iam exiſtente peccato, vt poſſibilis, ſeu vt futura ſub conditione obijciatur menti diuinæ vt conſtat, tum in noſtris actibus virtutum, tum in diuinis, tum in ſcientia, quæ hoc ipſo, quod obiectum cognoſcibile ſit actu, cognoſcit: ita voluntas actu appetit hoc ipſo; quod obiectum honeſte appetibile ſit; quippe tam perfecta eſt honeſtas voluntatis diuinæ, quā ſcientia mentis.

Idem probatur ratione optima.

Hoc autem conceſſo negari non poterit, eam permiſſionem eſſe proprijſſime reprobationis effectum. Etenim ei competunt quatuor omnes conditiones explicatæ cap. primo. Prima; quod eſt effectus procedens à Deo per prouidentiam reprobatiuam. Secunda, quod coniungatur infallibiliter cum vltimo effectu reprobationis: videlicet cum damnatione æterna. Tertia, quod reſpiciat ipſum reprobum, vt cauſam moralem demeritoriam. Quarta, denique: quod procedat ex affectu puniendi hominem in gloriam iuſtitiæ vindicatiuæ.

Permiſſio poſteriorū peccatorū effectus reprobationis.

Hoc bene explicatur à ſimili in vocatione congrua prædeſtinati, quæ, cum perſeuerantia eius in gratia coniungitur, eam diximus eſſe effectum prædeſtinationis diſp.30.cap.2. Quia procedit ex ſpeciali electione gloriæ; quia cum hac infallibiliter coniungitur; quia ſupernaturalis eſt aliqua ratione; quia deniq; Chriſtum habet cauſam meritoriam. Ergo ſimili ratione ea permiſſio in caſu noſtræ ſententiæ eſt effectus reprobationis.

Sed dicat aliquis, ſi Deus reprobo poſt aliqua peccata commiſſa, permiſit poſteriora ex affectu puniendi: ergo permittit ex deſiderio, vt cum morte coniungantur. Ergo homo ille ante commiſſa poſteriora peccata eſt extra ſtatum ſalutis. Probo hanc conſequentiā: quia ante commiſſa poſteriora peccata definita eſt cauſa ſuæ damnationis, & res iudicata. *Obiectio.*

Reſpondeo, concedendo antecedens, & primam conſequentiam, negando vero, illum hominem; dum viuit, eſſe extra ſtatum ſalutis; nam cum affectus ille puniendi, non ſit efficax; ſicut, nec eſt ſpecialis electio gloriæ in cauſa prædeſtinationis, ſemper reſpicit, & quaſi expectat conditionem ex parte obiecti: nimirum, ſi reprobus reſiſtat auxilijs ſufficientibus. Deus vero prius ratione, quam decernat conferre ea, ſcit conditionate, eum reſtiturum, ſi dentur, in quo ſtatu loquimur. Et vt affectus ille puniendi, qua conditionatus eſt, non impedit quominus ei homini conferantur auxilia ſufficientia; atque ideo non eſt ſubiectū eiectū ab ſtatu ſalutis. Si affectus foret omnino efficax, & abſolutus in meis principijs, nec reprobus ille haberet poteſtatem ad comparandam gloriam, nec Deus ei conferre poſſet auxilia ſufficientia, ac ſubinde conſtitueretur extra ſtatum ſalutis. Propter quas rationes negaui in negotio prædeſtinationis electionem ad gloriam ante præuiſa merita diſp.23.cap.9.& 10. Ad id vero, quod dicebatur in obiectione: Deum deſiderare coniungi peccata cum morte abſolute negandum eſt: nam, licet mortem ipſam corporalem, vt pœnam poſſit intendere voluntate antecedente: at non poteſt coniunctionem peccati cum morte; nam, qui cupit coniungi extrema, cupit etiam eſſe extrema, atque adeo Deus vellet perſeuerare peccatum voluntate antecedente. *Satisfactio*

Cū vero dicimus, Deū habere hunc affectū puniendi poſt præuiſa prima peccata: intellige

Digitized by Google

lige ſecundum punitionem reſpondenté peccatis prioribus. Etenim poſt præuiſa peccata poſteriora coniuncta cum morte, alia etiam voluntas ratione poſterior conſtituenda eſt, per quam taxatur maior pœna ſecundum quã titatem, & qualitatem peccatorum, quæ cumulantur.

15 *Obiectio altera.* Dices, hoc diſcurſu probari poſſe, ſe Deum ita gerere cum reprobo, vt ea permiſsio peccati, ſit effectus reprobationis, non vero probari de facto, ita ſe geſsiſſe: atque præfatam permiſsionem eſſe effectum. Reſpondeo concedendo, vtroque modo ſe Deum gerere poſſe. Etenim ea prouidentia Dei libera eſt, & vtrouis modo æquiſsima: verum de facto, ita ſe geſſiſſe, vt noſtra defendit ſententia. Suadent primo, teſtimonia Auguſtini, Proſperi, & ſancti Thomæ, quæ propoſuimus. Suadet ſecundo, hæc ratio, quod vt diuino intellectui propter infinitudinis perfectionem, in ſcientia non ſolum tribuimus cognitionem vniuerſarum rerum omnium; ſed etiam omnem modum eas cognoſcendi, dum in eo nulla implicetur imperfectio: ita diuinæ voluntati propter ſimilem infinitudinem perfectionis in honeſtate morali, non ſolum tribuere debemus amorem omnis obiecti honeſti, verumetiam cuiuſuis honeſtatis obiectiuæ ſecundum omnem modum, quo honeſte amabilis eſt abſque imperfectione. Et cum monſtratum a nobis ſit in eo reprobo poſt commiſſa priora peccata, & præſcientiam conditionalem de coniunctione eorum cum morte ineſſe obiectiuam honeſtatem iuſtitiæ vindicatiuæ, ita vt poſsit permittere poſteriora peccata ex affectu explicato puniendi, affirmandum eſt nõ carere voluntaté diuinã honeſtate eius affectus.

16 *Limitatio ſententiæ de peccatis numquam condonatis.* Sed enim obſeruanda eſt conditio limitãs, ſub qua defendimus prædictam ſententiam: nimirum permiſsionem poſteriorum peccatorum eſſe effectum reprobationis, cum reprobus poſt priora peccata non conſequitur remiſsionem eorum, nec per gratiam iuſtificantem interrumpẽdus eſt ſtatus peccati. Etenim ego arbitror permiſsionem peccati non eſſe iuſtam pœnam pro temporali, quæ relinqui ſolet poſt mortale remiſſum; quia, cum peccatum extinctum fuerit per gratiam vltra condignum, videtur puniri noui peccati permiſſione; nam ex ea logice ſequitur peccatum mortale, & dignitas pœnæ æternæ. Vnde continet virtute ſaltem logice maius malũ, quam debitum pœnæ temporalis, quæ reſtabat in iuſto. Si veram exiſtimarem ſententiam Patris Suarez huic contrariam lib. 5. de reprobatione cap. 3. Non eſſet neceſſaria hæc limitatio: quoniam illa interruptio nihil obſtaret, vt diximus de prima gratia iuſtificante, etiam, cum per peccatum interrumpitur eſſe effectum prædeſtinationis diſp. 30. cap. 4. At ſæpe dixi eam ſententiam nimis rigoroſam eſſe: quapropter doctrina noſtra procedit in permiſsionibus poſteriorum peccatorum, cum priora numquam condonantur, & coniunguntur cum termino vitæ. *P. Suar.*

17 *Reſponſio ad obiecta.* Ex his non eſt difficile ſatisfacere rationi Patris Suarez, quam propoſuimus n. 10. cuius antecedens negandum eſt: videlicet permiſsionem ſecundæ culpæ nequaquam eſſe poſſe ex intentione damnandi. Ad probationem diſtinguenda eſt maior propoſitio. Intentio damnãdi eſt poſt iudicium vltimi peccati præſciti: ſi eſt intentio efficax, & iudicium abſolutum, cõcedo: ſi eſt intentio inefficax, nego. Pariter minor diſtinguenda eſt: hoc iudicium fertur a Deo poſt permiſsionem ſecũdæ culpæ, & poſt commiſſum vltimum peccatum, diſtinguo minorem: iudiciũ abſolutum, concedo: iudicium cõditionale, nego. Hoc conſtat ex dictis n. 14.

Ad confirmationem negandum eſt antecedens: nã ſufficit præuideri a Deo priora peccata cõmiſſa, & ea ſciẽtia cõditionali cõiungẽda eſſe infallibiliter cum morte, vt Deus habere poſsit intẽtionẽ illã inefficacẽ puniẽdi explicatã in diſcurſu capitis, & vt permiſſio poſteriorũ peccatorũ eſſe poſsit effectꝰ reprobationis.

Caput IIII. *Nulli adulto reprobo quantumuis indurato negat Deus auxilium ſufficiens.*

18 SI cui adulto obdurato negaret Deus auxilium ſufficiens, dubium non eſſet, eam negationẽ fore effectum reprobationis eorum, atque ideo in diſputatione de effectibus reprobationis locum habet hæc difficultas; an induratio vſque ad negationem auxilij ſufficientis ſit effectus reprobationis?

Obſerua vero, hos adultos reprobos in duplici ſtatu cõſiderari ànobis poſſe. Primo, poſt cõmiſſum, & cõtractũ originale, antequã actualia cõmittãt per proprias voluntates. Secũdo, poſt multa actualia cõmiſſa in proceſſu vitæ. De prioribus nullus, quẽ nouerim, auſus eſt negare, cõcedi à Deo ipſis actualia auxilia ſufficiẽtia. Id expreſſe docuit ſanctus Thomas q. 14. de veritate art. 11. ad primũ. Vbi affirmat, certiſsimè tenendũ eſſe in ſiluis nutrito, & ſequẽte ductũ rationis in appetitu boni, & fuga mali, Deũ ei reuelaturũ, quæ neceſſaria ſunt ad credẽdũ, ergo ſecludit omnẽ dubitationẽ in eo adulto in prima cõſideratione. Hic obſerua nõ *S. Thom.*

Digitized by Google

affirmare ſanctum Thomam, poſſe aliquē deſtitutū auxilio gratiæ, diu ſequi ductū rationis, atq; ſine peccato viuere; nā Angelicus Doctor conditionali vſus eſt loquutione, quæ nihil ponit in eſſe: *ſi aliquis nutritus, &c.* quaſi diceret: ſiquis id, quod naturali virtute poteſt facere, faceret, illuminaretur à Deo. Eandē iterū docuit ſententiā prima ſecūdæ quæſt. 89 art. vltimo dicens. *Si homo, cū peruenit ad vſum rationis, ſeipſum ordinauerit ad debitum finem ſecundū quod in illa ætate eſt capax diſcretionis, conſequetur per gratiam remiſſionem peccati originalis.*

19 *Nulli adulto quātumuis obdurato negat Deus auxilium ſufficiens.* Card. Bellar. P. Suarez. P. Vazq. P. Molina. P. Valentia. P. Leſsius. Alenſ. Albertus. Bonauent. Scot. Adrian. Ferrar. Roffenſis. Driedo. Taperus. Sotus. Bañes. Zumel. Aluarez. Vega. Aragon.

De adultis ergo in poſteriori conſideratione ſtatuo hanc concluſionem. Nulli ex adultis reprobis, quantumuis obdurato negat Deus in hac vita auxilium gratiæ, revera ſufficiens ad conſequendam felicitatem æternam. In hanc concluſionem conſpirant antiqui, & recentes Theologi. Ego peritiores refero Bellarminū lib. 2. de Gratia, & libero arbitrio cap 1. 5. 6. & 7. Patrem Suarez lib. 4. de prouidentia Dei circa reprobos cap. 1. 2. & 3. & tomo 4. in 3. partem diſp. 8. ſect. 2. Patrē Vazquez 1. parte diſp 97. cap. 3. P. Molinā in concordia in quæſtionem 14. art. 13. diſp. 10 & alibi ſæpe P. Valentiā prima ſecundæ diſp. 8. quæſt 3. puncto 4. & ſecunda ſecundæ quæſt. 2. puncto 2. Patre Leſsium de prædeſtinat. & reprobat. Angelorū & hominum ſect. 6. aſſertione 1. & 2. P. Arrubal diſp. 90. cap. 2. apud hos habes antiquiores & controuertiſtas: vt Alenſem, Albertum: Bonauenturam: Scotum: Adrianum Papam: Ferrarienſem: Ioannem Roffenſem, Driedonē: atque Taperum Recentiores etiam Thomiſtæ accedunt in cōfirmationem. Sotus lib. 1. de natura & gratia c. 15. & 18. Bañes in præſenti art. 3. dub. 3. & 2. 2. quæſt. 2. art 8. dub. 1. ſolut. ad 2. Zumel in hoc art. 3. quæſt 3. 4. & 5. Aluarez de Auxilijs diſp 112. Aduerte, hos Thomiſtas nō eodēmodo cōcedere auxiliū ſufficiens, vt in progreſſu cōſtabit. Porro eandē ſententiā tradit Andreas à Vega lib. 13. ſuper Tridentinū c. 13. & Aragō 2. 2. quæſt. 1. art. 5. in reſpōſione ad primū, & quæſt. 24. art. 3. cōcluſione 3.

P. Iuſtiniā. P. Cornel. P. Magallā. P. Maldon. Card. Tolet.

Demū, fere omnes interpretes ſacræ Scripturæ cōcluſionē amplectūtur. Ita P. Benedictus Iuſtinianus, P. Cornelius a Lapide, P. Coſma à Magallanes, omnes in Paulū 1. Epiſt. ad Thymotheum cap 2. & P. Maldonatus: atq; Card. Toletus in cap. 1. Ioannis, qui ſentiunt, verba illa: *erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundū:* non ſolum intelligenda de lumine naturali ſolis, ſed de ſupernaturali procedente à verbo Incarnato ſole ſupernaturaliter irradiāte in omnes homines venientes in hunc mūdum, hoc eſt, peregrinantes in hoc ſæculo, in quo non habent ciuitatem permanentem. Denique, eandem concluſionem erudite tradit Pererius in cap. 11. Exodi per decem diſputationes, ac præcipue in ſeptima. P. Pareira.

20 *Probatio ex ſacra Scriptura.*

Probatur primo, teſtimonijs ſacræ Scripturæ 1. ex Paulo 1. ad Thymotheum 2. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri.* Quod teſtimonium explicui diſp. 17. cap. 3. Vbi oſtendi loquutionē illam vniuerſalem, omnes homines diſtributione perfecta eſſe intelligendā nullo excepto, etiam ex paruulis de quo iterū redibit ſermo diſp. ſequenti cap 2. ne dū ex adultis. Ergo de quocūq; adulto, quātūuis obdurato, in quocūque tēporis ſpatio ſuæ vitæ, verū eſt, Deū velle ipſum ſaluum fieri. Ergo etiam verum eſt prouideri ſaluti ipſius per auxilium ſufficiens.

Secundo, probo ex cap. 1. prouerb. Vbi dicitur, ſapientiā Dei ita prædicare omnibus generaliter in foribus portarū, vt à nemine non audiatur, & cōcludens ſic ſcribitur: *conuertimini ad correptionem meam, en proferam vobis ſpiritum meum, & oſtendam vobis verba mea; quia vocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret.* Hæc verba, quippe, quæ ita generaliter prolata ſunt à ſapientia Dei, nō poſſunt nō de quocumque peccatore vera eſſe. Igitur ſapiētia Dei cuicumque peccatori prædicat, quod conuertatur ad ſuam correptionē: quod ſtat ad hoſtium eius, & pulſat: quod porrigit manum gratiæ, vt ipſum eleuet a ſtatu terreno peccati, in quo iacet. Prouerb. 1.

Tertio, eſt optimus locus, & ſi communis Ezechielis c. 33. Vbi cū in perſona peccatorū diceretur, ſe eſſe pōdere peccatorū grauatos, iniquitates, atq; peccata ſuper illos eſſe atque in ipſis tabeſcere, reſpōdit Deus. *Dic ad eos: viuo ego: dicit Dominus, nolo mortē impij, ſed vt cōuertatur impius à via ſua, & viuat: cōuertimini, cōuertimini, & quare moriemini.* Ex his verbis manifeſte deducitur, Deū velle cōuerti quemcūq; peccatorē, quātus quantus ſit, idque in quocumq; vitæ momento; alias eſſet aliquis in hac vita, cui poſſemus dicere, Deū nolle ipſius cōuerſionē, quod pugnat cū ſacra Scriptura dicēte, Deū nolle mortē impij; ſed vt cōuertatur. Ezechiel 33.

Huc facit ſecunda Epiſtola Petri c. 3. ibi: *nō tardat Dominus promiſsionem ſuā, vt quidā exiſtimant, ſed patienter agit nolens aliquos perire, ſed omnes ad pænitentiam reuerti.* Ergo omnes nullo indurato excepto, excitat ad pœnitētiā. Quod ſi negaret alicui auxiliū ſufficiens, irriſorie, & fuccate excitaret, atq; diceret, ſe nolle aliquos perire, cum ei ſit iam impoſsibilis vita ſpiritualis per voluntatem Dei. Petr. ep. 2. 3.

Quarto, probatur ex Matthæi 11. cap. ibi. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* In quibus verbis nota, immediate antea Chriſtū dixiſſe, omnia ſibi eſſe traddita à Patre, atq; per illud, *omnia*, iuxta veriorē intelligētiā ſignificari omnem poteſtatē Matth. 11.

homines

homines gubernandi, atque conſeruãdi in negotio ſalutis: vt etiã cap.28. ſignificauerat ibi: *data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Quandò ergo Chriſtus Dominus exclamat dicens. *Venite ad me omnes, &c.* Siue loquatur in quantum homo, ſiue in quantum Deus, de quo non curo, iubet ad ſe venire homines peccatis oneratos, & grauatos, tamquam ad potentem eos exonerare auxilijs frequentibus, & fortibus. Ergo, cum negari non poſsit, cuicumque ex peccatoribus, dũ hac luce fruitur, & hoc aëre reſpirat, dictũ a Chriſto fuiſſe, atque mandatum, vt ad ſe veniat, negandum eſt ab eo ablatũ fuiſſe principium veniendi gratia interna inſtruente potentias. *Matth.28.*

21 Quinto, probatur concluſio argumento petito ab obduratis, de quibus in ſacra Scriptura. Nam ſi de his conſtat non eſſe negatum auxilium ſufficiens, idem de alijs dicendum erit. Atq; primo propono Pharaonem, qui, vt exẽplar obduratorum proponitur in Exodi cap. 7. Deinde ſumo etiam Nabucho donoſorem Regem, de quo cap.3. Danielis dicitur, fuiſſe ſuperbiſsimum, crudeliſsimum, atque impijſsimum omnium ſui temporis, ita, vt Auguſtinus lib. de prędeſtinatione, & gratiæ cap.15. in eodem gradu malitiæ conſtituat hos duos homines. Tertio produco Manaſſem Regem Iudæ, de quo in lib. poſteriori Paralipomenon cap. 35. conſtat, incredibilem fuiſſe ipſius ſcelerum grauitatem, immanitatem, atq; multitudinẽ. Denique expendo etiã duritiã cordis Iudæorum erga Chriſtum Dominum, de quibus dixit Iſaias cap.6. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanẽ eũ.* Hæc verba grauiſsime demonſtrant obſtinatiſsimam, atque peruerſiſsimam Iudæorũ obdurationem. Quod ſi de his obduratis inſignibus in ſacra Scriptura monſtrauero ex ipſa, nõ fuiſſe negata auxilia ſufficientia, de alijs omnibus idem dicendum eſſe, liquido conſtabit. *Obdurati de quibus in Sacra Scriptura habuerũt auxilium ſufficiens. Exod. 7. Daniel 3. Vlt. Paral. 35. Iſai. 6.*

22 Pharao, qui eſt primus obduratorum poſt primum ſignum virgæ in colubrum verſæ dixit Deus. *Indurabo cor eius, & multiplicabo ſigna, & oſtenta mea.* Poſtea vero alia etiam comminatur flagella; quia non dimiſsit, & vt dimittat populum Dei. Ergo poſt induratũ cor Pharaonis ad populum non dimittendum, adhuc punitur a Deo propter nõ dimiſsionem, & ipſis pœnis vrgetur, vt dimittat. Ergo voluntas Pharaonis in ſtatu obdurationis indifferens erat ad dimittendum, & non dimittendum, atq; habebat ex parte principij quidquid erat illi neceſſarium, vt vellet dimittere, & retinere. Deinde cap.9. Moyſes criminatur cõtra Pharaonẽ dicẽs. *Adhuc retines populũ meũ, & non vis eum dimittere:* Et idem Pharao dixit. *peccaui etiam nunc Dominus iuſtus, & ego, & populus meus impij: orate Dominum, vt deficiãt tonitrua Dei, &c.* Porro ceſſantibus tonitruis, & fulguribus ait, ſacer textus, auxiſſe peccatũ. Ergo poſt induratum cor peccauit. Præterea, cap.10. dicitur in perſona Dei Pharaoni. *Vſque quo nõ vis ſubijci mihi? Dimitte populum meũ, ſin autem reſiſtis, & non vis dimittere, &c.* Ergo poterat obedire, non reſiſtere atq; ſubijci Deo; conſtat ergo hunc obduratum ſufficiẽti auxilio præditum fuiſſe. *Exod.9. Exod 10.*

Dicat aliquis, aut ex his non effici, poſt vltimam obdurationem habuiſſe auxilium ſufficiens; ſed poſt aliquas ex prioribus, aut habuiſſe auxilium ſupernaturale, ſed concurſum naturalem ad dimittendum populum? 23 *Obiectio.*

Sed hæc ſolum dici poſſunt ab obdurato in oppoſita ſententia: nam, cum poſt primam, ſecundam, tertiam, & alias plures obdurationes tandem populum dimiſerit, vt conſtat ex ſacro Textu; ſine vllo fundamento dicitur, non poſſe poſt alias. *Satisfactio.*

Rurſus quo ad alteram partem obiectam. Vel Pharao habebat concurſum generalem ad dimittendum populum Dei actu bono moraliter ex omnibus circunſtantijs; vel non? Si dicas hoc ſecundum? Tollis ab eo potentiam ad non peccandum: nam ſine auxilio naturali ſufficienti ad actum bonum non eſt indifferentia ad peccandum, & non peccandum; ſed ſolum ad peccandum hoc, aut illo peccato; quod in omni ſententia abſurdum eſt, ac maxime in veriori, quæ docet, poſſe hominem per vires naturæ elicere actum moraliter bonum; quippe peccatum non lædit arbitrium, nec deſtruit vires naturæ in hac vita. Si autẽ dicas primũ? Ergo Pharaoni conanti dimittere populum Dei ex affectu obedientiæ, vel doloris de peccatis prioribus, aderit gratia Dei, vt eliciat eũ actum pie, & vt opportet, vt deinceps vberiora recipiat auxilia. Vide dicta a nobis diſp.33. cap.1.4. & 5. ergo in caſu Pharaonis omni effugio præcluſo manet probata concluſio.

Nabuchodonoſor, & Manaſſes Reges conſtituti ſunt nobis a Deo ſingulare exemplar pœnitentiæ, eadem ab vtroque ſic ducitur argumentandi ratio. Hi duo Reges poſt grauiora peccata quam ſint alia obduratorum, pœnitẽtiam fructuoſam egerunt. Ergo nõ negat Deus obduratis in hac vita auxilium ad pœnitendum. 24

Dicat aliquis: in ſacra Scriptura hos Reges non appellari obduratos. Sed argumentum nõ procedit ex obduratione reprobi, ſed ex cauſa ſufficienti ad obdurationẽ, videlicet ex immanibus peccatis, in quibus prolapſi, & relapſi ſunt. Iam diximus ex Auguſtino ſcelera *Probatio ex pænitentia Nabuchodonoſoris, & Manaſſes.*

Digitized by Google

Pharaonis grauiora non fuiſſe; ergo ex parte Nabuchodonoſoris tanta fuit cauſa negandi auxilia ſufficientia, ac ex parte Pharaonis. Ergo, vt illi non ſolũ non fuerunt negata ſufficiẽtia, ſed etiã collata efficacia: ita alijs obduratis.

25 *Probatio ex Iudæis excæcatis* Deniq., ex Iudæis excæcatis ita formo argumẽtũ. Conſtat, illos poſt excæcationẽ peccaſſe peccato infidelitatis in Chriſtũ. Primo ex pœna a Deo eis inflicta in hac vita propter ſcelera cõtra Chriſtũ. Secundo ex pœna alterius vitæ ex Matth. c.11. ibi. *Verũtamẽ dico vobis Tyro, & Sydoni remiſſius erit in die iudicij, quã vobis.* Et ita Paulus ad Rom. 10. de his Iudæis exponit illud Eſaiæ cap. 65. *Tota die expandi manus meas:* tum elargitate beneficiorum, tum luce doctrinæ. *Ad populum non credentem; ſed contradicentem mihi.* Huc facit illud Matthæi 23. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* Ex his conſtat primum, poſt cor obduratum peccaſſe Iudæos infidelitate: deinde habuiſſe auxilia parata ad credendum in Chriſtum, quæ proculdubio ſupernaturalia erant. Ergo Iudæi obdurati non fuerunt priuati auxilijs ſufficientibus. Ecce concluſio probata in obduratis ſacræ Scripturæ; ergo pariter dicendum in alijs.

Matt.11. Ad Rom.10. Iſai. 65. Matth.23. *Probatio ex Patribus.*

26 Accedant Patres Eccleſiæ, qui eam elegantiſsime confirmant. Dionyſius de Cæleſti Hierarchia cap.9. Hilarius lib.1. de Trinitate ante medium, Ambroſius ſermone 8. in Pſalm. 118. Chryſoſtomus hom.7. in Ioãnem, Cyrillus lib. 1. in Ioãnem cap.11. & alij: verba referre opus non eſt; ea habes apud noſtros ſcriptores, ac maxime apud Bellarminum vbi n.19. Deniq; S.Thom.3.p.q.86.ar.1. oppoſitam ſententiam vt cenſura dignam notauit dicens. *Vnde dicere, quod aliquod peccatum ſit in hac vita, de quo quis pænitere non poſſit; erroneum eſt.* De Auguſtino, & Proſpero maior eſt dubitatio quidnam cenſuerint in hoc articulo; atq; ideo eos ſuſcipio diſcutiendos infra cap.7.

Dionyſius. Hilarius. Ambroſ. Chryſoſt. Cyrillus. S.Thom.

27 *Probatur ratione Theologica.* Denuum, ratione Theologica ſic confirmo cõcluſionem noſtram. Tempus huius vitæ datum hominibus a Deo, tamquam via breuis, vt ad æternam perueniamus: ergo in hoc tempore, ſicut ſemper obligatur homo præceptis ſub mortali; ita vtiliter de eis dolere poteſt, & aliquem gradum facere in vitam æternam; ergo de nullius hominis ſalute deſperandum eſt in hac vita. Et quemadmodum e conuerſo homo iuſtus, quantũuis in ſanctitate, & perfectione altas egerit radices, cum timore, & tremore operari debet ſuam ſalutem, cum ſemper concurſum generalem habeat ad peccandum, & aliquod ſubeat periculum, etiam conſummatis in gratia ſecundũ varias, & communes ſatis ſententias, de quibus diſp. 24. cap. 1. & ſecundo: ita quantumuis homo licentioſe vixerit, & efrænate ſe delicijs ingurgitauerit, vt tamen non eſt extra ſtatum viæ, ita nec vitæ; maxime cum in articulo mortis quicumque homo teneatur præcepto pœnitentiæ: ergo nõ poteſt non habere auxilium ad illam habendã eo modo, quo conducit ad vitam æternam. Ita teſtante Tridentino ſeſſ. 6. cap. 11. Non enim Deus iubet impoſſibilia, ſed iubendo monet, & facere, quod poſſis, & petere, quod nõ poſſis, & adiuuat, vt poſſis, quæ vera non eſſent, ſi in eo articulo mortis, Deus non adiuuaret omnem hominẽ, vt poſſit facere opus præceptũ. Trident.

28 Hæc in genere dicta omnino certa eſſe debent cuicumque Theologo pio; at difficile eſt explicare in particulari modum, quo opportune Deus pulſat ad oſtium, & præuenit ſuo auxilio ſufficienti, ex cuius explicatione petenda erit ſolutio argumentorũ, quæ militant cõtra cõcluſionẽ ſtatutam, de quibus cap. vltimo. Pro explicando vero hoc modo inſtituo c.5.

Caput V. *Non confertur auxilium ſufficiens ſingulis momentis.*

29 *Probatio ex ſacra Scriptura* CONCLVSIONEM præfixam docent omnes noſtri Doctores relati cap. ſuperiori in principio, & aliqui ex alienis, maxime ex controuertiſtis, qui etiam ab ipſis referuntur.

Eccleſ 7. Probatur primo, ex illo Eccleſiaſtici 7. *Cõſidera opera Dei, quod nemo poteſt corrigere, quem ille deſpexerit.* Adiunge locum Ioannis cap.12. ibi: *Propterea nõ poterant credere: quia iterum dixit Eſaias excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum.* In primo ex his duobus teſtimonijs ſupponitur, quoſdam a Deo ita deſpici, vt non poſſint corrigi. In ſecundo etiam, quoſdam ita indurari, & excæcari, vt non poſſint credere, licet intelligi poſſint de impotentia conſequente, quatenus; quia Deus præuiderat, eos non credituros, atque prædixerat, & non poſſunt reddere falſam præſcientiam, & prædictionem Dei: at nemo dubitabit, magis proprie ea intelligi, ſi eis negetur ipſa potentia antecedens ad credẽdum, ſaltim aliquo tempore; eo nimirum, quo homo ille actu non pulſatur; vel quia non aduertit ad diuina diſtractus temporalibus non pertinentibus ad animam; nam non ſemper affulget diuinum lumen, non ſemper emicat in voluntate ſcintilla diuinorum: tunc vero non poteſt

Ioan 12.

Digitized by Google

poteſt credere, nec pœnitere; quia gratia præueniens in nobis recepta eſt comprincipium partiale in voluntate ad credendum, & pœnitendum. Quod vero ſemper non adſit auxiliũ præueniens, experientia magiſtra docet. Vide ſanctum Thomam 2.2. quæſt. 2. art. 5. ad primũ, vbi profert ſententiam depromptam ex Auguſtino lib. de correctione, & gratia cap. 5. & 6. & alibi ſæpe; videlicet gratiam, ſine qua homo non poteſt diligere, quibuſdam miſericorditer dari, quibuſdam iuſte negari. At non negatur omni tempore ea gratia, vt conſtat ex c. 4. Ergo negatur aliquo tẽpore; at vero loquitur de gratia ſufficienti; ſine qua non poteſt homo diligere, & pœnitere.

S. Thom. S. Auguſt.

Dormienti nõ adeſt auxilium ſufficiens. Porro, tempore ſomni non adeſſe auxilium ſufficiẽs receptum in noſtris facultatibus, nulli dubium eſſe poteſt; ergo non datur auxilium ſufficiens ſingulis momentis reprobo adulto.

30 *Qui dicãt Deum eſſe paratũ ſingulis momentis.* Bañes. Aluarez. Verum recentiores Thomiſtæ, vt Magiſter Bañes in hunc articulum 3. dubio 3. concluſione 8. & Mag. Aluarez diſp. 112. concluſione 3. & 113. in reſponſione ad argumẽta, cũ concedant, non ſingulis momentis recipi auxilium ſufficiens, qua ratione dicunt, non ſingulis momentis dare, quia dare, & recipere correllatiua ſunt: at Deum eſſe paratum dare ſingulis momentis quantum eſt ex parte ſua, ſi homo velit ſe conuertere.

Verum doctrina hæc diſcuſſione, & excuſſione indiget. Pro rei declaratione aduerte; vel nos loqui poſſe de homine in gratia iuſtificãti exiſtente, vel de homine in peccato mortali. Aduerte deinde; vel nos loqui poſſe de homine fideli, vel de infideli. Quid de homine fideli, & in gratia exiſtenti dicendũ ſit, mox definio n. 32. Modo vero quid de reprobo adulto exiſtenti in peccato mortali, de quo mihi perſuadeo, Deum non eſſe paratum voluntate ſua antecedenti ipſi conferre auxilia ſufficientia ſingulis momentis; imo in eis temporum ſpacijs, in quibus ea negat, & peccator non recipit, ea negare ex decreto abſoluto, & efficaci in pœnam peccati commiſſi, in quo iacet. Hoc probant primo, verba Diui Thomæ, quæ retulimus ex ſecunda ſecundæ art. 5. ad 1. Vbi ait, auxilium hoc ſufficiens, ſine quo non poteſt credere, & diligere, Deum ex iuſtitia non dari, quibus non datur in pœnam præcedentis peccati, ſaltem originalis. Id etiam expreſſe docuit Sanctus Auguſtinus in lib. de corre. & gratia cap. 11. Vbi loquẽs de auxilio gratiæ, quo Prothoparens poterat, perſeuerare ſi voluiſſet, ait. *Si autem hoc adiutorium, vel Angelo, vel homini quamprimum facti ſunt, defuiſſet, quoniam non talis natura facta erat, vt ſine diuino adiutorio poſſet manere ſi vellet, non vtique ſua culpa cecidiſſent. Adiutorium quippe defuiſſet, ſine quo manere non poſſent. Nunc autem, quibus deeſt tale adiutorium, iam pœna peccati eſt.* Loqui Auguſtinum de gratia ſufficienti negari nõ poteſt. Deinde in vltimis verbis alludere ad peccatum originale, propterquod arbitratur iuſte negari auxilium ſufficiens, quibus negatur, & temporibus, quibus negatur; ergo potiori iure id ipſum dicet propter actualia peccata, quæ grauiori pœna digna ſunt. Suffragatur iterum Sanctus Thomas 3. contra gentes cap. 159. Vbi explicans verba Apoſtoli prima ad Thymotheum ſecundo, ait. *Sed illi ſoli gratia priuantur, qui in ſeipſos gratiæ impedimentum præſtant; ſicut ſole mundum illuminante in culpam imputatur, ei qui oculos claudit, ſi ex hoc aliquod malum ſequatur, licet videre non poſſit, niſi lumine ſolis præueniatur.* Et, licet peccatum mortale non ſit impedimentum phyſicum, vt ita dicã, gratiæ ſufficienti; quia in eodẽ ſubiecto ſine repugnantia commorantur; at eſt impedimentum morale; quatenus peccato mortali redditur adultus indignus, cui gratia ſufficiens cõferatur: ergo cum Diuus Thomas ſupponat, aliquibus non dari pro aliquantulo tẽpore, atque his non dari, qui impedimentum præſtant; efficitur manifeſte, his nõ dari ex iuſtitia propter impedimentũ peccati iuxta Sãctum Thomam.

Auctor Deum non eſſe paratum ſingulis momentis dare reprobo.

D. Thom.

Auguſt.

Præterea vtor hac ratione; quia Deum eſſe paratum ad conferendum auxilium ſufficiens ſingulis momentis nihil aliud eſt, quam velle voluntatem, quod Omnipotentia ponat in homine auxilium præueniens ſufficiens; ſed Deus in peccatore decreuit, quod eius omnipotentia non poneret in voluntate eius auxilium ſufficiens præueniens ſingulis momentis continuis in pœnam peccatorum: ergo Deus ex parte ſua paratus non eſt, conferre peccatori auxilium præueniens ſufficiens pro ſingulis momentis. Huius ſyllogiſmi maior manifeſta eſt; quia cum Deus ſit agens liberum non poteſt eſſe paratus niſi per voluntatem. Minor probatur, in qua duæ continentur partes: altera decreto efficaci priuare hominem auxilio ſufficienti in ſpatijs temporum, in quibus priuatur: & hæc perſpicua eſt; quia quidquid de facto contingit, ſiue id ſit priuatiuum, ſiue poſitiuum, eſt Deo directe voluntarium, & efficaci decreto, cum obiectum volitum, nec eſt peccatum, nec eſt cooperatio libera arbitrij, ſed priuatio illa auxilij ſufficientis nõ eſt peccatum, nec eſt cooperatio liberi arbitrij creati. Ergo eſt Deo voluntaria decreto efficaci. Secundam partem probo, quia in negatione auxilij ſufficientis homini peccatori eſt honeſtas obiectiua iuſtitiæ; ſed voluntas Dei, quatenus eſt ſimpliciter infinita in perfectione honeſtatis moralis, fertur in omne amabile honeſte *Probatio a ratione.*

Digitized by Google

neſte omnimodo quo honeſte amabile eſt, vt explicui cap.3.n.14. cum in obiecto honeſto non eſt aliqua imperfectio dedecens Deum. Ergo dicendum eſt, Deũ peccatori negare auxilia ſufficientia, dum negat in pœnam peccati ex affectu iuſtitiæ. Aduerte, me non affirmare Deum neceſſario ferri voluntate in omne honeſte amabile moraliter; nã hoc ipſo, quod neceſſario ferretur, non amaretur honeſte moraliter propter defectum libertatis: ſed noſtrũ eſſe tribuere Deo omnem actum liberum honeſtum, quem poſſe habere cogitamus ſine aliquo incommodo; maxime cum ex Sanctorum dictis accepimus, illum actum exiſtere in voluntate diuina, vt in noſtra re: ergo cum adultus peccator caret actuali pulſatione auxilij ſufficiẽtis non tantum tempore ſomni, aut diſtractionis in culpabilis; ſed etiam alijs temporibus ea caret in pœnam ſui peccati.

31 *Diſcrimen inter concurſum generalẽ, & auxilia.* Ex quo elicio diſcrimen valde notandum inter exhibitionem concurſus naturalis generalis, & auxiliorum gratiæ, quod generalis cõcurſus; quia conſequitur ipſam naturam, ſemper præſto ad eſt nobis ex diuina voluntate, applicante ſuam omnipotentiã ad cooperãdũ inſtar habitus in potentia exiſtentis; ita, quod non operari facultates noſtras non ſit ex defectu concurſus, & licet potuerit Deus iuſtiſſime illud nobis ſubducere propter peccata: at ex miſericordia non ſubduxit; quia eſt naturæ debitus: at auxilia gratiæ; quia, nec ad naturam conſequuntur, nec ei debentur, & quia eis ſumus indigni propter peccata, non ita continuo ad ſũt nobis; ſed ſolum ſtatis a Deo temporibus, & momentis, qui quando vult, pulſat cor, & vbi vult, ſpirat: quando autem non vult, non pulſat, nec ſpirat. Quo fit, forte peccatorem poſſe aliquo temporis ſpatio exercere aliquem actum naturalem virtutis, in quo non poſsit ſupernaturalem ſaltem proxime. Non loquor de illis actibus, de quibus dixi diſp. 27.cap.5. Faciẽti, quod in ſe eſt per naturam, Deum numquam denegare gratiã; ſed de alijs minus perfectis.

32 *Obiectio.* At dicat aliquis: quemadmodum Deus erga naturales actus habet generalem quamdam voluntatem, qua applicat ſuam omnipotentiam, vt voluntas ea vtatur, prout libuerit in operatione actionum naturalium: ita in natura eleuata habere ſimilem quamdam voluntatem generalem applicantem ſuam omnipotentiam, vt voluntas noſtra ea vtatur, prout libuerit in ordine ad operandas actiones ſupernaturales: & ſicut ratione huius applicationis generalis recte dicimus, per Deum non ſtare; quominus habeat homo naturales actiones bonas: ita etiam optime dicemus per ſimilem applicationem ſupernaturalem, per Deum nõ ſtare, quominus homo eleuatus, eliciat actiones ſupernaturales neceſſarias ad ſuam ſalutẽ. Nec hanc applicationem generalem pugnare cum decreto efficaci negãdi peccatori auxiliũ ſufficiẽns pro certis temporibus in pœnã peccatorum, ex eo conſtat: quod etiam Deus ſimile decretum habet negandi præuenientes cogitationes naturales, quæ etiam neceſſariæ ſunt ad actus bonos deliberatos intra ordinem naturæ homini, dum eſt diſtractus, ſeu ſomno impeditus. Et ratio a priori eſt; quia non pugnãt in Deo decretum abſolutum negandi auxiliũ ſufficiens, propter peccatum; & decretũ conditionatum antecedens dandi, quantum eſt ex ſe ſingulis momentis, niſi impedimentum obſit: quemadmodum Deus habet voluntatem antecedentem dandi gloriam reprobo, & ſimul decretũ abſolutum nagandi propter peccata.

Hanc propoſui obiectionem, vt declarem diſcrimen inter hominem exiſtentem in gratia, & inmortali in ordine ad voluntatem Dei exhibentem vtriſque auxilia. Obiectio quidẽ probat, non repugnare ita ſe Deum gerere in ſua prouidentia, vt illa proponit: non autem probat ita ſe gerere. Quapropter exiſtimo, vero ſimilius dici, cum modum generalis applicationis Deum habere in homine gratiam iuſtificantem conſeruante ad omnes actus virtutum, & in homine fidem, & ſpem conſeruante in ordine ad actus fidei, & ſpei; non tamen in homine; quia a ſe expulit gratiam iuſtificantẽ, & etiam fidem, & ſpem; nam: ſicut naturæ exiſtenti concurſus generalis connaturalis eſt, & cõtinuo debitus aliqua ratione: ita gratiæ iuſtificanti exiſtenti, quæ eſt veluti ſecunda natura, & vita ſupernaturalis concurſus generalis in ordine gratiæ debitus eſt. & vt illi nõ negatur a Deo; ſed offertur, dum natura conſeruatur: ita ſatis vero ſimiliter, & congrue dicimus huic non negari. Et quemadmodum naturæ extinctæ non datur concurſus generalis: ita, nec etiam extincta gratia per peccatũ credendum eſt non dari a Deo concurſus generalis in ordine gratiæ, cum ea generali applicatione; ſed cũ aliqua maiori limitatione. Adeo, vt inter alia diſcrimina, quæ conſtituuntur in recipiendis diuinis auxilijs inter hominem iuſtum, & peccatorem; hoc ſit vnum, atque præcipuum. Deus ergo decreuit intra ſe homini iuſto ad eſſe gratia ſua pro ſingulis momentis, dum ipſe non ponit impedimentum naturale ſomni, & diſtractionis in culpabilis: at comparatione hominis peccatoris ſubducit hanc applicationem generalem; ſed ex miſericordia ſua prout libet, aut rarius, aut frequentius pulſat, & excitat cor eius, aut pulſatione efficaci, aut ſufficienti. *Satisfactio.* *Quẽ Deus habeat modum prouidẽtia in iuſto.*

Sed

Digitized by Google

An omnibus iuſtis æqualia det auxilia, & iniuſtis æqualia neget incertum nobis.

33 Sed petat aliquis, an omnibus iuſtis æqualem menſuram auxiliorum prouiderit? Vel an etiam omnibus iniuſtis æqualia negat, aut concedat auxilia ſufficientia? reſpondeo rem hanc nobis prorſus incertam eſſe, & ſolum ratione quadam generali poſſe definiri. Cū iuſti æquales ſunt in gratia, & in ſtatu vitæ cæteris paribus regulariter diſpēſantur a Deo æquales gratiæ tum efficaces, tum inefficaces; non tamen hoc tollit quin Deus, ex ſua liberalitate vni conferat vberiores, & extraordinarias gratias, & non alteri. Dixi in eodem ſtatu vitæ, nā ſi alter ſæcularis eſt, alter Eccleſiaſticus, alter coniugatus alter religioſus; credo diuerſas recepturos gratias: nam Deus illas diſtribuit opportune ſecundum circunſtantias, & occaſiones virtutum exercendarum, & vitiorū profligandorum. Quapropter coniugato conferet gratias ad iura matrimonij illæſa ſeruanda: religioſo ad vota non violanda, præcepta atque regulas ſui inſtituti obſeruāda. Dixi etiam cæteris paribus; nam, ſi pro altero fundant preces ſanctiſsimi viri, & offerant ſacrificia Sacerdotes, ex congruo impetrabunt plures gratias pro eo. Item ſi altèri occurrant plura præcepta, quæ obligant ſub peccato, & tentationes ſuperādæ, quia verſatur in aliquo ſpirituali bello, is etiam plures gratias accipiet; nam, vt dico cap. ſequenti, quoties præceptum, aut tentatio vrget, & ad conſeruandā gratiam neceſſarium eſt auxilium, præſto adeſt.

Traditur regula generalis.

In hominibus iniuſtis hac eadē regula generali vtendum eſt proportionate, quam facile quiſquē applicare poteſt.

Auxilia præparata finita.

34 Ex dictis infero, auxilia præuenientia proxima pro quocumque homine a Deo præparata, atque collata eſſe finita, & in determinato numero: ac proinde habere vltimū, poſt quod aliud non dabitur. Vnde cum contingit eum hominem poſt vltimam collationem adhuc ſuperſtitem eſſe revera eſt ſine potentia proxima ad gloriam conſequendam, atque ſi cognouiſſet ſuum ſtatum ſperare ſalutem nō poſſet per potentiam proximam; Deus ergo qui cognoſcit eum ſtatum iure deſperat de eius ſalute; quippe perſpicuum habet fere actum eſſe de illo homine. At nos, qui ignoramus talem ſtatum, de nullo in particulari deſperare debemus. Cum is vero bene ſtat omnes homines omni tempore huius vitæ habere auxilium ſufficiens, niſi per eos ſteterit. Ratio generalis eſt; tum quia cum adultus iuſtificatur vel contritione, vel Sacramento, tunc Deus generali illa applicatione voluit ſuam omnipotentiam eſſe paratam pro omni tempore ad infundendas gratias excitantes neceſſarias pro captu hominis, & pro opportunitate rerū occurrētium: & cum homo peccans voluntarie gratiā iuſtificantem a ſe expulerit, licet in eo ſtatu peccati mortalis ceſſet illa applicatio generalis, & rariores gratiæ cōferātur, vt dixi n.32. Iā per hominem ſtat, quominus pro omni tempore habeat iuge auxilium gratiæ per Chriſtum. Præterea Deus confert adulto poſteriora gratiæ auxilia in poſtremo ſpatio vitæ cum dependentia a bono, vel malo vſu priorum. Loquor ſecundum legem ordinariam, & circunſcribo prouidentias extraordinarias, quibus Deus liberaliter direxit ſanctum Latronem, Paulum, Magdalenam, alioſque innumerabiles inſigniter peccatores. Inde efficitur alios ad finem vitæ crebrioribus frui auxilijs: alios pauciora accipere, prout bene vel male prioribus vſi ſunt, vnde in eo tempore, quod ſuper eſt illi homini poſt collatum vltimum auxilium per ipſum ſtat, quominus plura ille accipiat auxilia.

Vt veræ locutiones Scripturæ & cōciliorum. Apocal. 30. Concil Senonenſe.

Hinc etiam veræ ſunt loquutiones Sacræ Scripturæ, in quibus ſignificatur Deum continuo ſtare ad oſtium, & pulſare, vt homo aperiat cordis ianuas, & Deus introeat, & cæna æterna fruantur Apocalyp. cap. 30. Item Deum conſtituiſſe hominem in manu conſilij ſui, ne dicere poſsit per Deum abeſt. Hinc etiam verum habet, quod dixit Senonenſe decreto fidei 15. neceſsitatem tantæ gratiæ Dei libero non præiudicare arbitrio: *Cum illa ſemper ſit in promptu nec momentum quidē prætereat, in quo Deus non ſtet ad oſtium, & pulſet*, & aliæ ſimiles.

Caput VI. *Semper adeſt auxilium ſufficiens, cum vrget tentatio, cum præceptum, cum neceſſarium eſt ad vitandum nouum peccatum.*

35 VT declarem, & confirmem concluſionem præfixam aduerto præceptum obligans, tentatio vrgēs, peccatum imminens verſari poſſe circa materiam ſupernaturalem virtutum Theologicarum, atque infuſarum: & etiam circa materiam præceptorum naturaliū. Cum verſantur circa priorem materiam, manifeſtum videtur hominem inſtrui debere auxilio ſupernaturali præueniente ſufficiente ex parte principij; nam ad hoc, vt quis hæc præcepta violet, debet regulariter eſſe inſtructus princi-

Digitized by Google

principio indifferenti ad extrema contraria, & contradictoria. Videlicet ad obſeruandum, & violandum: ad obſeruandum, & non obſeruandum: ad violandum, & non violandum; ſed voluntas non præuenta auxilio gratiæ excitantis non habet principium indifferens; quippe quæ non poteſt elicere actus fidei diuinæ atque charitatis, quibus præcepta illa ſeruantur: Ergo occurrentibus eis præceptis, atque tentationibus circa illas materias, præſto adeſt Deus ſuo auxilio ſufficienti: alias iuberet impoſsibilia. Obijciat aliquis ex P. Molina in concordia quæſt.14.art.13.diſp.11. dicente poſſe aliquem læthaliter peccare peccato infidelitatis, & ſi non præueniatur auxilio Dei ad credendum, ſi tamen non præuenitur ex ſua nequitia; hoc, ſi verũ eſt, videtur obſtare noſtræ doctrinæ.

P. Molina.

Reſpondeo, id verum eſſe de auxilio immediato, ſeu proximo ad credendum. Etenim ſi gentili homini legitime prædicatur Euangelium Chriſti, ita vt prudenter credere poſſet: tunc vrget præceptum credendi, & peccat infidelitate nõ credendo, licet nõ receperit immediatam vocationem ad fidem, ſi reſpuit doctrinam Euangelij propoſitam; ille tamen non caret auxilio remoto, & mediato ad credendum: nimirum ad expendenda myſteria, atque diiudicandam manifeſtam eorum credibilitatem. Quod ſi eis auxilijs remotioribus bene vtatur, & ſincere applicet animum, vt tenetur, recipiet ſane vberiora auxilia, & proximiora actui fidei. Pariter in caſu P. Molinæ: ille, qui ex ſua nequitia non præuenitur auxilio immediato, peccat, quia habet remotum, & eo abutitur.

Obiectio. Sed dices: pone illum hominem ita nõ præueniri ex ſua nequitia, vt in tempore vitæ nullum reſtet illi conferendum auxilium; quia iã vltimum acceperat: is homo habet concurſum generalem ad actum virtutum, & vitiorũ; quia ille conſequitur naturam conſeruatam: ergo peccat non credendo ſaltem, vt poteſt actu naturali obiecto improportionato; atqui nõ habet principium indifferens ad credendum diuinè, & non credendum; nam, vt ſupponimus, nullum reſtat accipiendum auxilium ſupernaturale, nec proximum, nec remotum. Ergo ad committendum peccatum in materia ſupernaturali neceſſarium nõ eſt principium indifferens.

Satisfactio. Reſpondeo concedẽdo hunc hominẽ etiam in hoc euẽtu peccaturũ, vt bene probat obiectio. At peccatum illud non habebit eam malitiam, quam haberet ſi auxilio gratiæ inſtitueretur, ſed aliam inferiorem; nam licet verſetur circa materiam ſupernaturalem, tantum circa eam verſatur naturaliter, cum homo ille ſit conſtitutus in ſtatu impotentiæ in ordine ad gratiam. Adijcio doctrinam Sancti Thomæ 3. contra gentes cap.160. vbi ſic ait: *Quamuis illi; qui in peccato ſunt, vitare non poſsint per propriam poteſtatẽ, quin impedimentum gratiæ præſtent vel ponant, niſi auxilio gratiæ præueniantur, nihilominus hoc eis imputatur ad culpã; quia hic defectus ex culpa præcedente in eis relinquitur: ſicut ebrius ab homicidio non excuſatur, quod per ebrietatem committit, quã ſua culpa incurrit.* Ex hac eleganti doctrina colligo poſſe aliquem hominem peccare contra præceptum ſupernaturale formaliter etiam in ſtatu, quo deſtituitur omni auxilio ſupernaturali propter nequitiã propriam, ſi cum repugnabat auxilio Dei, animaduertebat, & iure timebat illum deſtituendũm vel omni, vel fere omni auxilio gratiæ; nam infidelitas, quæ cõmittitur poſtea in ſtatu, quo eſt impotens credere diuina fide fuit in cauſa indirectè voluntaria, ſicut in exemplo de ebrio hominem interimente in ſtatu ebrietatis. Loquor de infidelitate reſpõdente fidei diuinæ, nõ de ea, quę reſpondet fidei naturali. Et hac ratione verum eſt potuiſſe hunc hominem cõnſtitutũ in hoc ſtatu in cauſa adimplere præceptum ſupernaturale, quo etiam forte vrgeri poteſt. Nihilominus ego verum puto, res a diuina prouidẽtia ita eſſe diſpoſitas in hac materia, vt nullum hominem vrgeat præceptum ſupernaturale, quin ipſi ſemper adſit ſupernaturale etiam auxilium ad illud adimplendum; vel proximum, vel remotum.

S. Thom.

Cõtra præceptum ſupernaturale peccare poteſt deſtitutus auxilio ſupernaturali.

Aduerte ex Sancto Thoma ſecunda ſecundæ quæſt.10.art.1. & eſſe hominẽ infidelẽ contrarie, de quo loquuti ſumus num. ſuperiori, & eſſe infidelem negatiue, nimirum ille, qui nõ habet fidem ſine peccato tamen, quia nulla via in mentem eius myſteria fidei peruenerunt. Hi non credunt ex ignorantia inuincibili, de quibus, ait Apoſtolus ad Romanos 10. *Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient: ſine prædicante?* de his autem negandum adhuc non eſt caruiſſe auxilio ſufficienti ad credendum ſaltem remoto; nam ſi ductum rationis ſequerentur, vt poſſent per naturæ vires, a Deo illuminarentur, non propter bonum vſum naturæ, ſed alia ratione, vt fuſe tractaui diſp.27. in explicatione eius axiomatis: *facienti quod eſt in ſe, &c.* 36

Infidelis contrarie, & negatiue quid.

S. Thom.

Ad Rom. 10

Cum vero in materia morali vrget præceptum, & tentatio, & peccatum vitandum eſt, cẽſeo diſtinguendum, vel homo eſt prorſus ignarus rerum noſtræ fidei: vel ei iam doctrina Euãgelij affulſit. Et tracto in primis, cuius horum hominum dãdum eſſe ex parte principij, quid quid opus habet, ad præceptum implendum, ad ſuperandam tentationem, ad peccatum vitandum, 37

Quid cum in materia morali vrget præceptum.

Digitized by Google

tandum; quapropter ſi ſufficit naturale auxiliũ, ſiue generale, ſiue ſpeciale in eo ordine ſecundum grauitatem, & durationem tentationis obiectæ, & præcepti obligantis illud, proculdubio aderit, vt minimum: ſi non ſufficit, aderit auxilium gratiæ. Quando vero ſufficiat, quando nõ; pendet ex materia de gratia. Quod vero omnes ſimpliciter poſsint, elegantiſsime expreſsit Chryſoſtomus hom. 16. in Epiſt. ad Hebræos ſic ſcribens. *Non poteſt dicere non poſſumus, nec accuſare conditorem; ſi enim impotentes nos fecit, deinde imperat; culpa eius eſt. Quomodo ergo inquis, multi non poſſunt? quomodo ergo multi nolunt? ſi enim voluerint, omnes poterunt; habemus quippe cooperatorem, & adiutorem Deum; tantum velimus, tantum opere accedamus ad rem ipſam.* In his verbis Chryſoſtomi nota illud, *tantum velimus*, non eſſe intelligendum ex nudo arbitrio, ſed cum gratia excitante, & cooperante, quam neceſſariam eſſe dixit in verbis immediate antecedentibus. Eſt & aliud inſigne Auguſtini teſtimonium initio tractatus Pſalm. 56. vbi ait. *Non imperaret hoc Deus, vt faceremus, ſi impoſsibile iudicaret, vt hoc ab homine fieret. ſi conſiderans infirmitatem tuam, deficis ſub præcepto confortare in exemplo, ſed etiam exemplum multum eſt ad te. Adeſt ille, qui præbuit exemplum, vt præbeat auxilium.* Moneo lectorẽ, doctrinã noſtram in his duobus capitibus traditã breuiter, maximam accipere lucem, & confirmationem ex cap. ſequenti, vbi de mente Auguſtini, & Proſperi circa modum, quo Deus præbet ſufficientia auxilia adultis obduratis.

Chryſoſt.

Auguſt.

Caput VII. *De mente Auguſtini, & Proſperi in quæſtione; an obduratis adultis negetur auxilium ſufficiens?*

38 Auguſt. P. Vazq. *P. Vazq. cenſuit, Aug. negaſſe obduratos habere auxiliũ ſufficiens.*

AVCTORITAS Auguſtini in re Theologica ſuſpicienda ſemper, & in hac omnino ſequenda; quapropter operepretium erit eam accurate indagare. P. Vazq. 1. par. diſp. 97. cap. 2. defendit, in ea fuiſſe ſentẽtia Auguſtinum, vt tenuerit, quoſdam obduratos ita a Deo deſeri, vt in hac vita omni ſufficienti auxilio gratiæ priuauerit propter peccata. Atq; prætermiſsis locis communibus, quibus arbitratur fieri poſſe ſatis, adducit ipſe alia teſtimonia (adeo erat in Auguſtino eruditus) propter quæ in eam fuit inductus ſententiam. Ea reuocat ad duas claſſes: in prima conſtituit eos locos, in quibus affirmat, neminem ex hominibus a Deo deſeri, niſi prius Deus ab homine deſeratur. Id affirmat in lib. ad articulos falſos ſibi impoſitos art. 7. Verba refert Proſper in reſpõſionibus ad obiectiones Vicentianas reſponſione 7. Eamdem etiam ſententiã habes apud Fulgentiũ cap. 13. imo Trident. ſeſſ. 6. c. 11. ab Auguſtino Phraſim hanc videtur mutuaſſe, ſic ſcribens. *Deus namq; ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur.* Et c. 13. vbi de dono perſeuerantiæ: *Deus enim niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle, & perficere.* Ex his ergo ſic conſtituit neruos argumenti in particula *niſi*; ea enim vim habet exceptiuæ, & affirmat, aut negat totũ id, quod in altera orationis parte affirmatur, aut negatur, vt in hac oratione: *nullus diſputat, niſi Petrus*: quæ ſic exponitur, *Petrus diſputat*, & nullus alius diſputat: pariter ergo modus ille loquendi nullum deſerit Deus, niſi eum, qui prius gratiæ diuinæ defuerit: ita exponitur Deus deſerit eum, qui deeſt gratiæ Dei, & nullum aliũ. Ergo obduratos deſtituit gratia ſufficienti.

Proſper.

Fulgent. Trident.

Vrget hoc idem argumentum ex alijs verbis in articulo 15. nemini autem Deus correctionis adimit viam, nec quemquam boni poſsibilitate diſpoliat; quia, qui ſe a Deo auertit ipſe, & velle, quod bonum eſt, & poſſe ſibi ſuſtulit. Verba habes apud Proſperum ſuprà reſp. 15. in his vero expreſſe affirmat, hominem per peccata auferre ſibi non ſolũ velle, ſed & poſſe diſpolians ſe poſsibilitate.

39 *Vindicatur Aug. ab ea ſententia.* S. Thom.

Verum, cum illa ſententia, quæ impingitur Auguſtino, hodie non bene audiat, atq; de ea ſanctus Thom. 3. p. quæſt. 86. art. 1. erroneã eſſe pronunciauerit: non poſſum mihi perſuadere, aliam non eſſe mentem Auguſtini. Atq; in primis teſtimonia, quæ adferentur in hac prima claſſe non eſſe Auguſtini, ſed Proſperi, qui cõpoſuit librum illum reſponſionum ad articulos falſo Auguſtino impoſitos, probabilior ſententia fert; eam docuit Bellarminus in libello aureo de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, coniicit ex eo, quod liber ille inter opera Proſperi inuenitur, quæ ſententia habet hoc cõmodum magni momenti, quod liberat Auguſtinũ ab abſurdo.

Card. Bellar.

Et Proſper. Proſper.

Præterea, etiam Proſper ipſe vindicãdus eſt; quippe in plurimis ſuorum operum locis oppoſitum expreſſe docet. Seligo expreſsiores. In ſecundo lib. de vocatione gentium cap. 14. ſic ſcribit. *Nec ab hoc excuſabiles ſunt nationes, quæ alienatæ a conuerſione Iſrael ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo ſub ignorantiæ tenebris perierunt; quia hac abundantia gratiæ, quæ nunc vniuerſum mundum rigat, pari antea largitate non fluxit.*

Ecce affirmat, rorem gratiæ irrigaſſe nationes

Digitized by Google

tiones barbaras vitijs ſcatentes, quæ ſine Deo viuere videbantur. Ergo nullum ſubducit, nullum priuat auxilio ſufficienti, cuius aſſerti hanc reddit rationem. *Adhibita enim ſemper eſt vniuerſis hominibus quadam ſuperna menſura doctrina, quæ & ſi partioris, occultioriſque gratiæ fuit, ſufficit tamen, ſicut Dominus indicauit quibuſdam ad remedium, omnibus ad teſtimonium.* Nihil clarius Proſper dicere potuit pro adſtruenda ſufficienti gratia pro vniuerſis hominibus; cum vero ait; *quibuſdam ad remedium*, loquitur de efficacibus gratijs: cum vero *omnibus ad teſtimonium*, loquitur de ſufficientibus; nam cum Deus omnibus exhibuerit auxilia ſufficientia, cum reprobos damnat ipſa exhibitione auxiliorum cauſam iuſtam damnationis reddit. Et cap. 26. poſt deſcriptos modos, quibus Deus accurrit gratia ſua, ſic ſcribit: *quæ opitulatio per innumeros modos, ſiue occultos, ſiue manifeſtos omnibus adhibetur, & quod a multis reſutatur, ipſorum eſt nequitia.* Cũ ergo ſanctus Proſper hiſce locis expreſsiſsimè docuerit ſententiam oppoſitam, aliũ procuIdubio habent intellectum loca producta à Patre Vazquez, quæ iam declaro num. 41.

40 *Teſtimonia Tridentini extra rem afferri.*

Teſtimonia Tridentini omnino abs re adferunt; etenim capite illo 11. expreſſe loquitur de deſertione in gratia iuſtificationis ſemel accepta; id quod, vel verba ipſa præſeferunt: *Deus namque*, ait, *ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit.* Et qui totum illud caput inſpexerit, inueniet agere de homine iuſtificato; nam primo, definitur, nullum, quantumuis iuſtificatum eſſe liberũ ab obſeruatione mandatorum: ſecundo, homini iuſtificato, non eſſe impoſsibilia ad obſeruandum mãdata Dei: tertio, iuſtos eo magis eſſe obligatos ad mandatorum obſeruationem, quo liberati a peccato ſerui Dei facti in iuſtitia per gratiam proficere debent, & poſſunt; particula ergo, *niſi*, quæ vim habet exceptiuæ, & affirmandi, quod antea negatum erat, hunc reddit ſenſum. Deus deſerit gratia iuſtificationis omnes ipſum per peccatũ deſerentes, nõ aliũ. In capite etiã 13. hanc eãdem habere mentem euidenter conſtat ex contextu; nam toto illo capite agit de homine iuſto in ordine ad donum perſeuerantiæ, atque definit, nulli illud auferri a Deo, niſi prius ipſe eius gratiæ defuerit. Ex quo fit, duas alias expoſitiones, quas innuit Pater Vazquez ſupra cap. 6. non eſſe ad mentem Cõcilij: nam in prima particulam *niſi* nõ ſumit in vi exceptiuæ, ſed conditionalis. Et in ſecunda ait, Concilium loquutum de gratia cooperante.

41 *Proſper explicatus*

Vt Proſperi teſtimonia explanem, moneo prius, Tridentinam expoſitionem Proſpero accõmodari non poſſe; adſtruebat enim neceſsitatem gratiæ contra Pelagium; ergo non ſtringebat ſermonem ad gratiam iuſtificantem; ſed erat de auxiliante; vnde cum affirmat, deſertorẽ Dei ab ipſo deſeri per ſubſtractionem gratiæ, de auxiliante loquitur: vel ergo dicendum eſt, loqui de deſertione gratiæ congruæ, aut ſufficientis in eo temporis interuallo, quo Deus reprobũ gratia priuat in pœnam peccatorum ſecundum dicta a nobis c. 5. num. 30. & 31. Sed videndum in particulari de qua gratia loquatur in ipſis teſtimonijs, atque in primo, cenſeo ſufficienter explicari de ſubſtractione gratiæ congruæ: in ſecundo vero maior dubitatio eſt, quatenus affirmat, peccatorẽ ipſe ſibi eã poſſe ſubtollere. Nihilominus duplicem habet interpretationem; prima, tantum auferre ſibi poſſe non pro omni tempore viæ ita, vt abſolute deſtituatur auxilio ſufficienti, ſed pro eo temporis interuallo, pro quo a Deo non vocatur in pœnam peccati. Hanc expoſitionem ſignificat in illis verbis, *quia qui ſe a Deo auertit ipſe, & velle quod bonum eſt, & poſſe ſibi ſuſtulit*: vbi expendenda eſt particula illa cauſalis, *quia*, quatenus eſt cauſa peccatum commiſſum, non ſolum vt auxilio congruo, quo vellet, priuetur, ſed etiam ſufficienti, quo poſſet velle.

Secunda, vt non loquatur de poſsibilitate methaphyſicè, ſed de morali, quatenus res difficilis impoſsibilis dici ſolet. Quia vero diu obduratus, & in peccatis aſſuefactus difficilime ſeſe ad Deum conuertit, ideo dixit Proſper, deſertorem Dei per peccata ſe diſpoliari poſsibilitate vtique morali. Si lector attente inſpiciat illam reſponſionem, is plane comperiet, non fuiſſe mentis Proſperi ſufficiens auxilium negare in eis verbis: nam in principio loquens de his, qui exciderunt a ſanctitate, & affirmans ſua voluntate excidiſſe, & non ſurgere, ſic adiecit. *Si autem captiuitatem ſuam gemunt, & iudicantes ſemetipſos ad miſericordiam Dei toto corde confugiunt, non ſine ſpiritu diuinæ viſitationis hæc faciunt*; ergo lapſis concedit auxilium ad reſurgendum; quis ergo dicat in verbis, quę immediate ſequuntur, ipſum negaſſe?

In ſecunda claſſe duo affert teſtimonia, atque difficiliora: primum habetur in expoſitione quarumdam propoſitionum in Epiſtolam ad Romanos capite ſexageſimo ſecundo, vbi de Pharaone ita ait: *non ergo hoc illi imputatur, quod tunc non obtemperauit, quamdoquidem obdurato corde obtemperare non poterat: ſed quia talem ſe præbuit, cui cor obduraretur.* Ergo Auguſtinus fatetur, Pharaonem Deo obedire non potuiſſe, & ideo ei non imputari ad culpam. At ſi haberet auxilium ſufficiens, & potuiſſet obtẽperare, & culpa adſcriberetur 42 *Obiectio ex Aug.*

Digitized by Google

beretur non obtemperare. Ergo Auguſtinus negauit Pharaoni auxilium ſufficiens ad obediendum. Secundum, eſt ex libro de correp. & gratia cap. 11. Vbi agens de auxilio ſufficienti primo homini, & Angelo collato; ait, quibuſdam deeſſe tale adiutorium in pœnā peccati. Verba retuli cap. 5. num. 30.

43 *Satisfactio.* Verum cum alia habeamus expreſsiora parentis Auguſtini pro aduerſa parte, intelligere debemus, aliam etiam in his teſtimonijs eſſe ipſius mentem, atque in primis explicans verba Ioannis Epiſtola prima Canonica cap. 5. Vbi agit de peccato ad mortē, de quo ego cap. ſequenti, lib. 1. de ſermone Domini in monte adiunctis alijs verbis, quæ adhibuit lib. 1. retractationum cap. 19. quæ ego ſtatim expendo; ait, peccatum hoc eſſe, poſt agnitam veritatem oppugnare fraternitatem, & poſt ipſam gratiam, qua reconciliatus eſt, ſi vitam finierit ſcelerata mentis peruerſitate admittens noua peccata, ſic ait. *Nam de quocumque peſſimo in hac vita conſtituto non eſt vtique deſperandum, neque pro illo imprudenter oratur, de quo non deſperatur.* Quod ſi aliquis peccator a Deo deſtitueretur auxilio ſufficienti in hac vita, liceret ſane de illo deſperare.

Aug. a nobis eſt.

Porro ſermone vndecimo de Verbis Domini loquens de blaſphemia in Spiritum ſanctum. *De nullo,* ſcribit, *deſperandum eſt, quandiu ad pænitentiam pacientia Dei adducit. Paganus eſt hodie: Iudæus eſt hodie: hæreticus eſt hodie: ſchiſmaticus eſt hodie: quid ſi cras amplectatur catholicam fidem, & ſequatur catholicam veritatem? quid ſi iſti, quos tanquam deſperatiſſimos damnas, antequam finiant iſtam vitam, agant pænitentiam, & inueniant veram requiem, & vitam in futuro; nolite ergo ante tempus iudicare.* Admittit ergo Auguſtinus, quemcumque degentem in hac vita poſſe pœnitentiam agere. Vnde Eccleſia orat pro remiſſione omnium peccatorum, & omnia relaxat in hac vita, accepta diuinitus abſoluendi poteſtate. Ergo ſupponit, omnes habere pœnitendi poteſtatem; ergo nullum abſolute priuari auxilio ſufficienti.

Denique, egregia ſunt verba, quæ Auguſtinus ſcripſit de Pharaone ſerm. 88. vbi non obſtante eius obduratione, ſupponit, non caruiſſe auxilio ſufficienti, cum affirmet ipſum peccaſſe poſt obdurationem, & plagas. Verba retuli ſupra diſp. præcedenti cap. 8. num. 53. Hoc vero teſtimonium maximi momenti eſt; quia primum ſecundæ claſsis, quod ex aduerſa parte affertur, negare videbatur Pharaonem habuiſſe auxilium ſufficiens ad obediendum Deo.

Ad primum ergo dixerunt quidam, Auguſtinum ſententiam mutaſſe, ſed hi reipſa ſuccumbunt difficultati; maxime, cum non inueniatur in Auguſtino huius ſententiæ retractatio. Dico ergo, non negari inobedientiam Pharaonis fuiſſe peccatum; cum oppoſitum affirmauerit loco proxime citato, ſed quod non obtemperauerit, non imputari ei, vt cauſam obdurationis; nam peccata alia idololatriæ, & iniuſtitiæ contra Iudæos fuerunt cauſa obdurationis. Hanc explicandi rationem elicio ex ipſo Auguſtino in eo loco ibi. *Quod ergo Pharao non obtemperabat præceptis Dei, cum de ſupplicio veniebat.* Et ibi: *non autem quiſquam poteſt dicere, obdurationem illam cordis immerito accidiſſe Pharaoni, ſed iudicio Dei retribuentis incredulitati eius debitam pænam.* Ergo ſenſus eſt, non imputari vt cauſam obdurationis. 44 *Reſponſio ad teſtimonia ex Auguſt.*

Illa autem verba: *quando quidem obdurato corde obtemperare non poterat*, habent duplicem illam explicationem, quam adhibuimus verbis Proſperi num. 41. Prima, de eo temporis interuallo, in quo in pœnam peccatorum fuit priuatus gratia ſufficienti, in quo reuera proximè non poterat; & eſſe priuatum ea gratia, ſolum imputatur ei in quantum cauſa fuit per peccata, vt priuaretur, vt dicit Auguſt. ibi: *ſed quia dignum ſe præbuit, cui cor obduraretur priori infidelitate.* Secunda de impotentia morali propter maximam rei difficultatem, quæ licet non liberet a culpa, at, quatenus conſuetudo peccandi minuit voluntarium, minuit etiam illam, ita vt imputari cum tanta grauitate non poſsit.

Ad ſecundum teſtimoniū ex ſecunda claſſe iam dixi ſupra cap. 5. num. 30. Auguſtinum loqui in his verbis de his temporum interuallis, in quibus peccatores in pœnam ſuorum delictorum priuantur à Deo proximis auxilijs ſufficientibus; eis vero carere in hoc ſtatu, non eſt culpa noua, ſed pœna; quia ſolum fuit voluntaria in cauſa, quatenus homo grauiter delinquens, non ſemel, ſed peccata repetens, aut animaduertit aut tenetur animaduertere, ſe priuandum auxilijs iure optimo in decurſu poſteriori vitæ, & forte imminente morte rariora accepturum. Vnde ea priuatio in cauſa fuit indirecte voluntaria.

Digitized by Google

Caput VIII. *Obiecta, quæ reſtant diluo, & quid ſit peccatum ad mortem.*

45 *1. Obiectio.* CONTRA dicta in diſcurſu huius diſputationis ac præcipue ex cap. 4. quædam reſtant obiecta: dico reſtant; quia præcipua, hoc eſt, quæ ſumuntur ex Auguſtino, diluimus, tum cap. ſuperiori tum in 5. & 6. Iſidorus. Primo ergo obijci poſſunt verba Iſidori lib. ſecundo de ſummo bono cap. 15. tremenda peccatori: *nonnulli*, ait, *ita deſpiciuntur a Deo, vt non poſſint mala plangere, etiam ſi velint.*

Reſponſio. Reſpondeo, aut Iſidorum loqui de his temporum interuallis, in quibus priuantur auxilijs proxime ſufficientibus propter peccata præterita, vt ſæpe dixi, vel de impotentia conſequente poſt præuiſionem, & prædictionem impœnitentiæ alicuius peccatoris vel demum de impotentia morali, quæ etiam impoſsibilitas moraliter dici ſolet.

46 *2. Obiectio. 1. Ep Io. 5.* Secundo obijci ſolent verba Ioannis ex prima Epiſtola cap. 5. vbi ait: *eſſe peccatum ad mortem non pro illo dico, vt roget quis.* Ex hac ſententia videtur fieri, tam graue peccatum patrari in hac vita, vt patrator maneat ſine ſpe veniæ, quando pro eo orandum non eſt. Ergo is non habet auxilium ſufficiens, atque ita intulit Armacanus lib. 9. de quæſtionibus Armacanus Armenorum cap. 27.

Peccatum ad mortē quid. P. Vazq. Quid ſit peccatum ad mortem varie cenſuerunt Patres, quos erudite refert Pater Vazquez prima parte diſp 97. cap. 1. ipſe vero arbitratur, quodcumque peccatū graue in quacumque materia eſſe peccatum ad mortem, ac præſertim cum cōmititur obfirmato animo in malum, de quo difficulter ſperatur venia.

Diſcutitur ſententia P. Vazquez. Cæterum ſi P. Vazquez loquitur de quocumque peccato mortali nō videtur probāda eius ſententia, atque expoſitio; quoniam ex ea ſequitur per peccatum non ad mortem ſolum veniale eſſe intelligendum; hoc autem contra ſacrum Textum eſt ibi. *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem: petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* Ergo frater ille amiſsit vitā per peccatum nō ad mortem; nam ſi non amiſsit vitam, quomodo detur ei virtute precum? ergo peccatum non ad mortem, non eſt ſolum veniale; quippe adimit vitam ſpiritualem; nec enim ibi loquitur textus de vita corporali, vt conſtat.

Sententia authoris. Quapropter dicendum cenſeo, cum vtrumque peccatum ſit mortale, hoc eſſe diſcrimen inter illa, quod peccatum ad mortem ſuapte natura ex malitia ſpeciali ita tendit in mortem æternam, vt cum principijs vitæ ſpiritualis ex propria ratione directe pugnet, non autem peccatum, non ad mortem; quemadmodum in morbis corporalibus quidam ſunt, licet graues adhibita tamen conuenienti diligentia medica arte curantur. Si vero contemnuntur, ægrum interimunt. Alij vero inſanabiles ex ſua natura, atque deſperatæ ſalutis, vt ethica, hydropiſis, læthalia vulnera, & alia id genus: ita inter peccata mortalia, licet omnia machinentur mortem ſecundam, & æternam: quædam vero adhibita conuenienti diligentia remiſsionem conſequuntur, vt peccata mortalia commiſſa ex humanæ carnis fragilitate, ex ignorantia: quædam ſunt, quæ pugnant cum principio vitæ ſpiritualis, quorum remedium perdifficile, & directe hominem trahunt in mortem æternam. De hoc genere videtur eſſe peccatū in Spiritum ſanctum, de quo Matthæus cap. 12. ait: *qui dixerit verbum contra* Matth. 12. *Spiritum ſanctum, non remittetur ei, nec in hoc ſæculo, nec in futuro.* Hoc vero peccatum directe deſtruit principium vitæ ſpiritualis; nam Spiritui ſancto ob bonitatem relucentem in amore diuino producto adſcribuntur omnia dona gratiæ, vt proprio principio ex notionali excellentia. Peccatum etiam graue malicioſe commiſſum videtur peccatum ad mortem, quatenus diuinam miſericordiam a ſe videtur alienare, & repellere, vt notauit Maldonatus in locum Matthæi. P. Maldonatus. Item peccatum graue ingratitudinis in Deum eximie benefactorem. Ita Paulus ad Hebræos 6. ait: *impoſsibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſ-* Ad Heb. 6. *tauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pænitentiam.* Et prætermiſſa modo quorumdam Patrum expoſitione de renouatione per baptiſmum iteratum, quæ impoſsibilis eſt, congruentior videtur Anſelmi, qui per impoſsibile ſolum intelligit difficile, eo quod, qui ſemel guſtauerunt ſuauitatem ſpiritus diuini, & perfectionem chriſtianam profeſsi ſunt, poſtea retro tracti ſpreuerunt dulcedinem ſpiritualis cibi, & carnalibus, obſcæniſq; delicijs ſe dediderūt, rariſsime ad pœnitentiā redeunt, atque reſipiſcunt. *De peccatoribus, qui aliquandiu perfectus fuit.* Ita etiam intelligendus eſt Petrus act. cap. 8. cum ait: *pæcunia* Actuum 8. *tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.* Ecce peccatum illud directe tendebat in perditionē æternam; nihilominus ibidem ſignificat Petrus pænitentia deleri poſſe dicens: *pænitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deū ſi forte remitta-*

remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Dixit forte propter difficilem remiſsionem; itaque peccata, quæ non ſunt ad mortem, & facilius remittuntur, & non pugnant cum principio vitæ ſpiritualis. Hoc ſignificari videtur primo Regum ſecundo. *Si peccauerit vir in virum placcari ei poteſt Deus, ſi autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo*? quaſi dicat, cum quis ira ſuccenſus peccat in alium ſe prouocantem facilis venia eſt; quia peccat ex paſſione; cum vero peccat ex malitia in Deum, qui nullum prouocat, difficilis eſt venia. Qua etiam ratione Lucæ 23. Chriſtus rogauit Patrem in cruce pro his, qui neſciebant quid facerent, quia ex ignorantia peccabant, tacite prætereiens eos, qui ſcienter; quia ex malitia. Pulchre dixit Bernardus lib. de præcepto, & diſpenſatione: *Ideo ignoſco illis, quia non agnoſcor ab illis, ſi enim cognouiſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Sunt quibus nõ ignoſco, quos non ignoro, & vidiſſe, & odiſſe, & me, & Patrem meum.* Itaque Ioannes non prohibet orare pro peccante peccato ad mortem, ſed ſignificat, difficilem eſſe veniam dicens: non roget quis, hoc eſt, non quicumque de populo vulgaris vitæ, ſed ſacerdos vir eximie ſanctus difficilem veniam a Deo extorqueat oratione. Ex hoc autem potius infertur, nullius peccati veniam eſſe in hac vita impoſſibilem.

Luc. 23.

Bernardus.

47 Demum, obijci ſolent quidam infideles adeo barbari, & agreſtes, vt nec eis myſteria fidei in mentem venerint, quia nec legerunt, nec extrinſecum adepti ſunt prædicatorem: ergo, cum hi in hoc ſtatu claudunt, diem ſuum ſine auxilio ſufficienti videntur decedere.

Pater Suarez lib. quarto capite tertio varios refert modos dicendi. Ego rem tractaui ex inſtituto diſp. 27. differens mentem eius axiomatis: *facienti quod in ſe eſt*. Breuiter ita ſentio. Quicumque infidelis, quantumuis barbarus pollet libertate, atque ex parte intellectus lumine rationis ad diſcernendum in obiectis propoſitis bonum, & malum morale. Ergo, cum etiam ex parte voluntatis adſit ei concurſus indifferens a Deo oblatus; qua propter in vno quoque obiecto verſari poteſt bona, vel mala operatione, ſi mala verſetur, admittit culpam, atque in pœnam eius Deus poteſt negare myſteria fidei extrinſece proponentem, atque auxilijs intrinſecis proxime ſufficientibus: ſi vero habeat bonam, & tempus, quo poteſt auxilio naturali, aut ſpeciali intra ordinem naturæ perſeuerat in bonis actibus naturalibus; proculdubio aderit ei prouidentia ſupernaturalis, & vel hominum, vel Angelorum miniſterio accipiet notitiam myſteriorum fidei, atque Sacramenta, quibus mundetur a peccato originali, & alijs actualibus, quæ commiſit. In gratiam huius rei placet, referre mirabilem hiſtoriam, quæ accidit ſanctiſsimo viro miraculis, atque lumine Prophetico inſigni Ioſepho Anchieta Societatis Ieſu, præſidi Prouintiali in Braſilia, quam Sebaſtianus Veretarius ex eadem Societate his verbis libro ſecundo eius vitæ eleganter enarrat. Ex multis, quæ inde Ioſephus animarum lucra retulit vnum admiratione dignum, & cuius haud facile ſimile reperias, exemplum non præteribo: ex quo diuinæ bonitati laudes reddantur, quæ admirãda plane ratione, ethnicum hominem ad ſuæ prædeſtinationis finem adduxit. Obibat Ioſephus de more ſuam hanc Prouinciam, cum a comitibus digreſſus ſolus in ſiluas penitus intrauit nullo certo conſilio, nulla ei ſubito rei nouæ oborta cogitatione, ſed quaſi alterius manu duceretur in ſenem incidit Braſilum, humi abiectum, atque arbori applicitum. Is Patrem ad ſe adeuntem his vocibus cõpellat: perge huc, adire iam diu enim hic tibi præſtolor. Quærit ex eo Pater, quinam ſit, quaque ex terra vicoue eo venerit? reſpondit ſenex patriam ſuam mari imminere: aliaq; adiecit, ex quibus Pater intellexit ipſum, neque ex Ittanienſibus, neque e Vicentianis finibus, neque ex tota ora Braſiliæ, in qua verſantur Luſitani, ſed ex remotioribus terris fortaſſe circa flumen argenteum, alijſue Auſtralibus partibus infra Tropicum (nam Braſilico loquebatur idiomate) vel miniſterio ſupra quam humano eo tranſlatum, vel diuino aliquo monitore, ac duce ſuis greſsibus veniſſe, ex quo labore, & ætate fractum ibi quieuiſſe, diuini promiſsi fidem expectantem. Quæſiuit rurſus Pater, quid eo veniſſet, & quid ſibi quæreret? reſpondit, vt rectam vitam percipiam. Hoc loquendi modo diuinam legem, & iter ad ſalutem intelligunt Braſili. Cum multa de eo exquiſiſſet, accurateque vitæ genus per omnes ætatis partes perſcrutatus, omnia illius facta, cogitataque excuſsiſſet: cognouit ipſum nunquam plus vnam coniugem habuiſſe, nunquam bellum, aut arma, niſi ſui defendendi cauſa ſuſcepiſſe. Denique omnibus ſubtiliter, minutatimque perpenſis, ſtatuit apud animum ſuum Pater, hominem illum nulla vnquam lethali culpa naturæ legem violaſſe, vt veriſsimum illud eſſe credamus, quod de id genus hominibus integerrima vitæ innocentia in infidelitate viuentibus, ſacræ nos docent interpretes doctrinæ. Comperit præterea hominem naturæ bono magna præditum cognitione rerum pertinentium ad animum, æqui præſertim, & iniqui, tum etiam ipſius naturæ auctoris, & cum multa de veræ Religionis Myſ-

P. Suarez.

Hiſtoria mirabilis in Braſilia, quæ P. ſanctiſsimo Ioſepho Anchietæ accidit.

P. Veretarius.

Myſterijs illi Pater exponeret, ſubijciebat idétidem ſe intra animum ſuum ita ſenſiſſe, ſed ex promere neſcijſſe. Ergo ſatis inſtructum labore, & ærumnis itinerum ætateque confectum, quoniam ſolutio inſtabat, aqua pluuia ex carduo collecta (nulla enim alia in arenis illis ſubpetebat) baptizauit, Adamumque illi nomen dedit, qui tam diuino affectus beneficio, operante intus virtute Sacramenti diuinæ in ſe gratiæ ſentiens chariſmata, oculis, manibuſque in cœlum ſublatis, læto vultu diuinæ bonitati primum, tum etiam Patri gratias agit, & quaſi expetiti voti compos cum ſupereſſet nihil eorum quorum illuc cauſa diuino ductu venerat, omni ſolutus cura, animam ſacro lauacro expiatam in ipſo primo ſuæ regenerationis veſtigio Deo reddidit. Corpus exanime Pater ſacris adiunctis precibus ſabulo ſepeliuit. Hæc Veretarius, quæ egregie confirmant, quæ Theologi docent in hac re. In hac hiſtoria illud obſerua: ſi homo ille peccatum lætale in vita non commiſſit, id praſtitum fuiſſe auxilijs gratiæ per Chriſtum.

DISPVTATIO TRIGESIMA QVINTA.

DE REMEDIO SVFFICIENTI PARuulorum.

Diſtincta tribus capitibus.

Caput 1. Sententia negans, omnes paruulos habuiſſe remedium ſufficiens.

Caput 2. Eligitur ſententia affirmans.

Caput 3. Obiectionum ex Auguſtino ſolutio.

Caput I. *Sententia negans, omnes paruulos habuiſſe auxilium ſufficiens.*

1 DE hac materia acris controuerſia ſuborta eſt inter Patrem Vazquez ex vna parte, & inter Patrē Suarez ex alia, poſtea a Magiſtris eſt agitata, & loculpletata. Pater Vazquez 1. p. diſp. 96. cap. 2. conſtanter negat omnibus paruulis reprobis prouiſum fuiſſe remedium ſufficiens, nam cum quidam moriantur, quin induſtria humana remedium pro originali potuerit applicari, de his affirmat reprobatos fuiſſe poſt originale, ſine prouidentia remedij ſufficientis. Allegat in præſidium plures ex ſcholaſticis, ſed non ad fidem: imo aliqui eorum, vt ſtatim excutio, oppoſitam doctrinam expreſſe affirmarunt. Allegatur Gabriel in 4. diſt. 4. q. 2. art. 3. dub. 2. ibi vero expreſſe docet oppoſitum, nam agitat an infans in vtero materno poſſit baptizari? & poſt ſumptam reſolutionem negantem, diſquirit præterea, quodnam illis remedium pro originali prouiſum fuerit, atque relata ſententia Alex. & S.Tho. qui vt putat Gabriel dixerunt nullum pro his paruulis eſſe remedium, non ex defectu diuinæ miſericordiæ; ſed quia in eis non eſt capacitas, vt queant baptizari. Noluit Gabr. acquieſcere huic ſententiæ, dicens aliud occultum remedium in Eccleſia ſua prouidiſſe; quia miſericordiæ diuinæ conſentaneum non erat, hos infantulos ſine remedio relinquere. *Quare* inquit *licet paruulus baptizari non poſſit, ſanctificari poterit*. Et licet in hoc alienus ſit Gabr. a veritate, & contra communem ſententiam id affirmare auſus fuerit, nihilominus ſemper fuit eius mentis defendere, omnes paruulos non fuiſſe relictos ſine ſufficienti remedio. Deinde adducit P. Vazq. S. Tho. in 4. diſt. 6. q. 1. art. 1. ad 1. qui licet aliquā tulū ſuffragetur in eo quod Gabr. retulerat ex S.Tho. at adiecit poſtea, poſſe Deū velle quātū eſt ex ſe vt hi paruuli, qui in vtero materno moriuntur capaces ſint baptiſmi, & in ea voluntate præparaſſe eis remedium ſufficiens, vt explico

P.Suar. P.Vazq. Gabriel. *Gabriel vindicatur.* S. Thom. *S.Tho. non ſuffragatur.*

Digitized by Google

explico cap. 2. id quod ſatis ſignificauit S. Thom. cum dixit, non id euenire ex defectum miſericordiæ, quæ quantum eſt ex parte Dei, etiam ſe extēdit ad hos paruulos, quia impedimentum cauſarū ſecundarum ſemper obſtat contra aliquam Dei voluntatem. Alle-
Sotus. *Nec Sotus* gat etiam Sotum lib.2.de natura,& gratia cap. 10.ad finem;ſed neque is author fauet, vt legenti conſtabit.Ecce fracta fere omnis authoritas Scholaſticorum quam in præſidium adducit P. Vazq. quapropter videtur exceſsiſſe dum affirmauit conſtanter, ſuam ſententiam eſſe communem ſcholaſticorū, & inter ſcriptores, qui prælo mandarunt ſua ſcripta nullam eſſe de hac re diſſenſionem.Fateor fauere
Gregor. Driedo. Gregorium in 1.diſtinct.49.q.1.poſt medium arbitratus eſſe ſententiam Auguſtini, & Driedonem de captiuit. & redēpt. generis humani tractatu 5.cap.3.5.concluſione. Sed author is etiam in adultis poſt menſuram determinatam peccatorum, ſatis ſignificauit,negari auxilium ſufficiens, & ſicut non eſt audiendus in hoc,ita neque in paruulis.

2 Auguſt. *Probatio ſententiæ negantis.* Probat ex S.Auguſt.pluribus in locis lib.de dono perſeuer.cap.12.& de gratia, & de libero arbitrio cap.12.& de natura, & gratia cap. 8.& Epiſtola 105.poſt medium.& 107.etiam poſt medium, quatenus Auguſt.his in locis fatetur hos paruulos ſine culpa parentum remedio caruiſſe: ergo neque in propria voluntate, neque in voluntate parentum illud potuerunt habere:ergo eo ſunt deſtituti. Hæc teſtimonia ego declaro cap.3.

Proſper. Secūdo probat ex Proſpero lib. de ingratis cap.20.& 21.

Tertio vtitur hac ratione:certum eſt plures ex his infantibus,tum intra vterum, tum extra decedere in peccato originali, quin aliqua humanorum adultorum induſtria baptiſmus applicari eis poſsit. Ergo hi caruerunt remedio ſufficienti:probant hanc conſequentiam;nam, nullibi illud habuerunt,non in propria voluntate,qua non pollent,non in adultorum, nam, vt ſubſumimus, caſus mortis ita contigit, vt non fuerit ſubiectus prouidentiæ humanæ,nec ab ea potuerit præueniri. Atqui non ſufficit a Deo inſtitutum eſſe remedium de ſe ſufficiēs; nam,ſi applicatio eius eſt impoſsibilis, caruerunt ſane remedio ſufficienti, non ex defectu valoris remedij,ſed ex applicatione impoſsibili,quemadmodum licet merita Chriſti Domini de ſe non ſolum ſufficientiſsima,ſed etiā ſuperabundantiſsima fuerint pro reparandis dæmonibus:non tamen ideo dicimus,remediū ſufficiens eis prouiſum fuiſſe; quia noluit ea Chriſtus Dæmonibus applicare:ergo ſimili ratione de paruulis dicendum eſt,non fuiſſe prouiſum eis remedium ſufficiens,quando his applicatio remedij, in quo continebatur virtus ad delendum originale,fuit impoſsibilis ex diuina voluntate.Quod vero ſint aliqui caſus, in quibus fuerit per prouidentiam humanam applicatio impoſsibilis conſtat. Primo quando infans perijt in vtero propter naturalem matris debilitatem,quæ non valuit fœtum maturare,& edere,nam tunc nulla humana induſtria potuit mors impediri ante natiuitatem. Secundo cum Patribus Chriſtianis,& pijs procurantibus, & a Deo enixe poſtulantibus, vt fœtus ita in lucem prodeat,vt viuens baptizari poſsit,nihilominus naſcitur, vbi aut nō eſt aqua,aut tā breui aſportari non poteſt,vt opus eſt,aut abeſt miniſter, quia dū feſtināter a quā quærebat,infans moritur.Tertio cū parētes inculpate fidem bapſtiſmi ignorarunt, & infans interijt tempore ignorantiæ inuincibilis.

Caput II. *Eligitur ſententia affirmans.*

3 P.Suarez. Card. Bell. P.Valent. P.Leſsius. P.Arrubal. Vega. PATER Suar.lib.4.c.4.in oppoſita eſt ſententia, & Bellar. lib. 2. de Gratia,& libero arbitrio c.5.Valentia 1.2.diſp.8.q.3.punct.4.P. Leſsius de prædeſt. & reprobat. ſectione 6.aſſertione 1.P.Arrubal 1.p.diſp.91. cap.3. Andreas a Vega lib.4.in Trident. circa finem.Ego his etiam ſubſcribo,non nego ſatis difficile eſſe, eam veroſimiliter declarare: at conabimur duas agredi vias,quibus veritas huius ſententiæ defendi poſsit.

1.Ad Tim.2. *Probatio ex Paulo.* Præcipuum fundamentū ſumitur ex Paulo 1. ad Timot. 2. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire, & cætera.* vbi Paulus monet pro omnium ſalute ad Deum preces fundendas eſſe, & ad id mouet duplici ratione.Prima,quod Deus eſt vnus, ex quā infert ipſi eſſe curam de omnibus; nam ſi plures eſſent Dij, non vni omnium eſſet cura, & prouidentia, ſed quorumdam alteri, alteri aliorū, preces ergo vniuerſales pro omnibus Deo, qui ex propria voluntate inclinatur ad elargiendum bona liberaliter hominibus gratiſsimæ ſunt. Secunda depromitur ex Chriſti redēptione, quæ etiam vniuerſalis fuit pro omnibus,&ſingulis,nullo excepto,oblata,nam vt omnes in Adam 1. peccauerunt, nullo excepto(non loquor de beatiſsima Virgine Maria, quia ipſius priuilegia omnem naturalem curſum ſuperant) ita Deus omnes hos, quos Chriſtus redemit,quiq; in primo Adamo lapſi ſunt,voluit ſaluos efficere propter Chriſti merita:nec enim peccatum Adami plures maculauit, & infecit,quam ſanguis Chriſti Domini mun-

Digitized by Google

mundandi,atque lauandi virtutem habeat per Dei voluntatem applicatam, & per Chriſti oblatam,vt dixit Ioan.Epiſt.1.canoni.c.2. ibi. *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum,ſed etiam pro totius mundi.* Et Paul.2.adCorinth.c.5. *Erat Deus in Chriſto mundum reconcilians ſibi.* Et ad Rom.5. *Sicut per vnius delictum in omnes homines in cōdemnationem,ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ.* Hæc verba ſunt expreſsiſsima ad rem noſtram. Præterea, ibi, *ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit.* Quæ verba ſecundum hanc latinam verſionem ſignificant Redemptionem Chriſti ad plures ſe extendiſſe,quam Adami infectionem, & licet aliqui verba hæc referant ad ſolam doni maioritatem; at etiam referri poſſunt ad perſonarum pluralitatem in ſententia pijſsima ab Eccleſia ſæculo noſtro magna lætitia recepta, a viris doctiſsimis confirmata, & locupletata: & quod caput eſt a Domino noſtro Papa Paulo Quinto,ita approbata,vt licet probabilitati oppoſitæ nihil lædere voluerit, at inter dixit,ſeuere ſub grauibus pœnis,ne publice deffenderetur.Demum a SS.D.N.Greg.15. cautum eſt, ne etiam priuatim de oppoſita ſententia defendenda agatur, & vt in Breuiarijs ſub nomine Conceptionis feſtum celebretur oblitterato nomine ſanctificationis. Ea vero eſt de puriſsima Conceptione ſanctiſsimæ Virginis Mariæ ſine macula peccati originalis. Et ita Pater Salmeron. tom. 13. ſuorum operum in hunc locum de pluralitate perſonarum intelligit verba Pauli,& licet P.Toletus,& Iuſtinianus per vocem ; *plures*; intelligant *omnes* iuxta verſionem græcā: at ſi animaduertiſſent, in magis propria ſignificatione defendi poſſe, plures comprehendiſſe Chriſti Redemptionem: propter hāc ſententiam,quam infecerit Adamus peccato originali, hanc etiam retinuiſſent ſignificationem.Ex his fit,propoſitionem affirmantem,hos paruulos aliqua ratione fuiſſe a Chriſto Redemptos,& pro eis ſanguinem fudiſſe, atque voluiſſe, vt eis etiam mors ſua prodeſſet,negari minime poſſe, nec enim ſolum verum eſt exſoluiſſe ſufficiens pretium pro peccato originali horum paruulorum; nā, etiam ſufficiens pretium habuit pro peccatis Dæmonum,quos tamen nō redemit,ſed etiam paruulos hos fuiſſe obiectum volūtatis Chriſti Domini offerentis pro eis ſua merita, atque volentis,hos etiam ſaluare propter Chriſti merita: alias dicere quis poſſet, magis copioſam fuiſſe Adami infectionem, ſeu venditionem, quam fuerit Chriſti Redemptio,ſaltem extenſiue,quod abſurdum eſt. Auguſt.lib.4. contra Iulian.cap.8. tractans fuſe hunc Pauli locum, ait de paruulis. *Numquid homines non ſunt, vt non pertineant ad id,quod dictum eſt,Deus vult omnes homines, & cætera?* Nec verba illa, *ad agnitionem veritatis venire*; reſtringunt ſententiā Pauli ad adultos, vt putauit P.Vazq.nā duplici ratione veniunt etiam paruuli ad agnitionem veritatis.Prima,quia in hac vita recipiunt fidem diuinam.Secunda, quia in alia donantur beatitudine.in fide autem,& beatitudine omnis veritatis agnitio conſiſtit.

1.Ep.Ioā.2. — 2.AdCor.5. — Ad Rom.5. — Paulo V. — P.Salmerō — Card.Tol. — P.Iuſtian. — Auguſt.

Ex hoc fundamento firmiſsimo efficitur,tū Deum,tum Chriſtum voluiſſe atque intendiſſe affectu proſecutionis, omnes etiā paruulos ſaluos efficere;dico affectu proſecutionis, vt diſtinguam eum a ſimplici complacentia, qua etiam gaudet Deus in gloria omnium hominum poſsibilium;imo, & Dæmonū,quatenus in eo obiecto eſt bonitas per ſe honeſte amabilis:ergo voluerunt,vt etiam eis poſsibilis eſſet conſecutio gloriæ,probo hanc conſequentiam; nam, intentio illa inefficax proſecutiua finis eſt virtualiter efficax mediorum:ergo non potuit non prouidere remedium ſufficiens; quia omnis voluntas Dei efficax,ſiue formaliter,ſiue virtualiter effectū habet. At ſi impoſſibilis eſſet applicatio remedij, non eſſet eis prouiſum remedium ſufficiens, vt bene probat ratio P.Vazq.cap.1.n.2.Ergo ne dicamus, aut non intendiſſe eis gloriam affectu proſecutionis,aut voluntatem efficacē Dei ſine effectu relictam, affirmare debemus,his etiam paruulis poſsibilem fuiſſe applicationem remedij,atque attenta mente inquirere,& cogitare,quo pacto id verum eſſe poſsit. 4

Affectu proſecutionis diſtincto a ſimplici complacētia vult, Deus omnes paruulos conſequi gloriā.

Ego duplicem aggredior viam,in prima,cōcedo in caſibus illis expreſsis proponens rationem contrariæ partis, non potuiſſe applicari paruulis remedium: nego vero, abſolute ipſos caruiſſe remedio ſufficienti. Cum vero inquiritur; vbinam remedium hoc ſufficiens prouiſum fuerit.Reſpondeo in his voluntatibus, quibus Deus per diuinam, & Chriſtus per humanam voluerunt eis paruulis conferre gloriam, item media ſufficientia,ſiue formaliter, ſiue virtualiter. Quia vero voluntates illæ inefficaces fuerunt,& conditionatæ ex natura ſua, opus non fuit primum,vt de facto fieret applicatio medij ſufficientis: deinde nec, quod ea applicatio poſsibilis fuerit, etenim hoc ipſo, quod illa de facto poneret,aut applicationem, aut poſsibilitatem,applicationis foret formaliter efficax, aut comparatione applicationis actualis,aut comparatione applicationis poſsibilis;ſicut voluntas ſaluandi reprobos adultos, licet inefficax ſit comparatione gloriæ,eſt efficax comparatione auxiliorum ſufficientium,hoc ipſo,quod ea infundit voluntatibus 5

Duplex modus defendēdi authoris.

eorum

Digitized by Google

eorum. Vide dicta diſp. 17. vt videas quo pacto procedere debeas ſecundum noſtram doctrinam de libertate Dei. Ad hæc, vt Deus quantum eſt ex ſe prouiderit remedium ſufficiens his adultis, ſatis eſt quod ex ſe ipſo præſto ſit ad excitandum illos ſingulis momentis, etiam ſi de facto non excitet, nec ſæpe poſsit excitare, ſuppoſita ex parte ipſorum incapacitate, aut ratione ſomni, aut amétiæ, aut diſtractionis. Ita pariter, vt Deus his paruulis dicatur prouidiſſe ex ſe remediũ ſufficiẽs, ſatis eſt, ſi non ſolum de facto id conſtituerit; ſed etiam vere deſideret eis applicari, & ſi alias videat, nec eſſe applicanda, nec applicari poſſe, ſi ipſe ſinat cauſas naturales ſuos peragere curſus, nec eos inuertat, cum ad id etiam obligetur, vt author, & gubernator naturæ, ergo licet impedimentum hoc ex cauſis naturalibus procedat ex diuina prouidentia, ita res diſponente; at etiam res ipſæ ſecundum naturam ſuam exigunt hanc directionem, gubernationem, & cauſæ primæ cooperationem, ex qua accident euentus, qui de facto fiunt. Rurſus, vt dicere ſolemus Deum nolle ex ſe punire aliquẽ voluntate antecedẽti; ſed ſuppoſito peccato, ita Deus ex vi voluntatis, qua vult eis paruulis applicari remedium ſufficiens, nollet has cauſas naturales ita gubernare, vt fieret impoſsibilis applicatio, imo vult voluntate antecedente ita res euenire, vt quicumque paruulus liberetur a peccato originali remedio baptiſmi, & diſplicet in oppoſito euentu, & ex hac voluntate fit, vt ponatur in rerum natura quidquid pendet a ſolo Deo, & conducere poteſt ad ſalutem eorum. Hinc baptiſmus inſtitutus in lege gratiæ, & circumciſsio in lege ſcripta, & remedium, quod habuit lex naturę, quia eorum inſtitutio a ſolo Deo pendet. At in his, quæ pendent a cauſarum concurſu, vt in applicatione, ſimul poteſt Deus velle non inuertere eum curſum, nec naturis inferre violentiam, nec patrare miracula, vt baptiſmus applicetur, vnde comparatione huius voluntatis non applicatio voluntaria eſt; inuoluntaria vero comparatione eius voluntatis, qua vult quantum eſt ex ſe voluntate antecedenti applicari, atque diſplicet in non applicatione: quod vero volũtates hæ inter ſe non pugnent, ſæpe docui, & manifeſtum eſt; quia prior eſt antecedens, concepta ex bonitate miſericordię Dei. Secunda conſequens, & præſupponit naturalem rerum ordinem, in quo eſt applicatio impoſsibilis, & ex alia parte vult ipſum non euertere; quia iudicat ita expedire tum ob munus authoris naturæ, tum ob alios fines ſibi notos. Quemadmodum proijciens merces in mare, ſimul procurat media ad eam proiectionem, atque ipſam exſequitur, & ſimul quantum eſt ex ſe vult, eas conſeruare, atque diſplicet de periculo, quatenus eſt ei impedimentũ, vt conſeruet, & adhibeat media ad conſeruandum; ita in noſtro propoſito, vt facile quiſque applicare poteſt.

Sed dicat aliquis, ergo mors infantis in euẽtu, de quo eſt ſermo, non contingit Deo ita ordinante, & poſitiue volente, ſed ſolum Deo permittente, conſequens abſurdum eſt; nam quidquid fit in rebus (excipe peccatum) fit Deo ordinante, & authore, ſed ea mors non eſt peccatũ, quippe nõ eſt ex libertate, ſed ex cauſis neceſſarijs: ergo fit Deo ordinãte, & authore. Sequella vero principalis probatur; quia ideo peccatum tantum permittitur, non tamen efficitur, quoniam Deo nolente a volente admittitur, ſed mors illa ſine applicatione Deo nolente a cauſis neceſſarijs procedit: ergo ad eam tantum permiſsiue concurrit Deus. 26 *Obiectio.*

Reſpondeo, negãdo primam ſequellam. Ad paritatem ex permiſsione peccati. Dico manifeſtum eſſe diſcrimen; quia malitia nulla ratione Deo voluntaria eſt, nec directe, nec indirecte; nam licet Deus concurrat, vt cauſa ad peccati entitatem: at ſolum offert indifferentem concurſum, nolens peccatum committi a voluntate, effectus vero cauſæ indeterminatæ nec directe, nec indirecte voluntarius eſt Deo cooperatori, vt conſtat ex principijs 1. 2. At negatio applicationis actualis, & poſsibilis Deo voluntaria eſt, tum indirecte in cauſis neceſſarijs determinatis, tum directe comparatione eius voluntatis, per quam ſinit, cauſas naturales exſequi ſuos effectus, nec eorum ordinem inuertit; vnde mors infantis ſine baptiſmi applicatione ex ſuppoſitione ordinis naturalis rerum Deo ordinante, & authore contingit, licet comparatione alterius voluntatis antecedentis, qua vult, eos etiam conſequi gloriam, & ijs applicare remedium originalis quo ad fieri poteſt ſine incommodo inuerſionis ordinis naturæ inuoluntaria ſit. Hæc eſt prima via. *Satisfactio.*

Secunda vero negat antecedẽs rationi propoſitæ a P. Vazq. cap. 1. atque adeo conatur declarare, numquam fuiſſe impoſsibilem applicationem remedij, ad hoc vero neceſſario recurrendum eſt ad inſpirationes internas factas vel parentibus, vel alijs adultis, quos Deus eligebat, vt media ſuæ prouidentiæ ex intentione gloriæ horũ paruulorum, quoniam cum ipſi non gaudeant propria libertate, id ad ipſos referri non poteſt. Ad hanc rem maxime faciunt verba Proſperi lib. 2. de vocatione gẽtium cap. 20. *Iſti* ait, *paucorum dierum homines ad illam pertinent gratiæ partem, quæ ſemper impenſa eſt vniuerſis rationibus, qua vtique ſi bene vterentur eorum parentes, & ipſi per eoſdem* 27 *Secundus modus defendendi.*

dem iuuarentur. In his verbis admitto gloſam P.Vazq. qua parte monet Proſperum loqui de infantibus,qui iam ab vtero in lucem editi ſine lauacro regenerationis moriuntur, nam dum latent in vtero non habent proprium diem, atque diei non poſſunt paucorum dierum homines: qua parte vero adſcribit Proſpero diſtinctionem illam de his, qui moriuntur ſine baptiſmo ex defectu diligentiæ humanæ,& ſine vllo defectu non cõſentio,nec Proſper inter eos diſtinxit,nam vniuerſaliter locutus eſt de omnibus paucorum dierum hominibus abſq; vlla diſtinctione; atq; affirmat,affirmari iuuari poſſe ab eorum parẽtibus,quia pertinent etiam ad eam partem gratiæ, quæ ſemper impenſa eſt vniuerſis nationibus, *qua vtique*,ait,*ſi bene viuerentur eorum parentes,& ipſi per eoſdem iuuarentur*. Ergo, qui poſtquam nati vixerunt aliquantulo tempore,atque parentum, aut aliorum diligentia baptizari potuerunt, & incuria eorũ deceſſerunt ſine baptiſmo, iam habuerunt ſufficiens remedium, vt conſtat, de filijs autem priorum Chriſtianorum,de quibus erat altera probatio cum humana induſtria applicari remedium non potuit,dicendum eſt, eos ſemper aliquam accepiſſe inſpirationem, aut orandi, aut ſacrificia offerendi pro incolumitate fœti, aut ſe conferendi ad certum locum, in quo ad manum erat aqua naturalis, quibus ſi reſpondiſſent, non ſolum poſſet puer baptizari, ſed etiam baptizaretur ſuppoſita eorum pietate, & diligentia; & licet dicant ſe toto animi affectu ſummis precibus a Deo poſtulaſſe baptiſmũ pro infanti, nihilominus credimus, aliquam proculdubio inſpirationem neglexiſſe,vel aliquam operationem piam omiſiſſe, ex quo pendebat,aut puerum baptizari,aut baptizari poſſe.

8 De filijs vero gentilium,qui laborabant ignorantia inculpabili baptiſmi, pariter dicendum eſt,eos, & neglexiſſe diuinam aliquam inſpirationem: imo, & peccato repugnaſſe, cui ſi annuerent, notitiam baptiſmi compararent,atque filij,aut baptizarentur,aut baptizari poſſent. Ideo autem Gentiles hi dicuntur, baptiſmum inculpate ignorare, licet libere impedimentum ſcientiæ poſuerint, quia ignorarunt, ſe baptiſmo impedimentum ponere.

Quid de filijs gentilium?

9 Vltima denique probatio erat de infantibus,qui in vtero moriuntur,hi vero ſunt in multiplici differentia:nam alij oppreſsione extinguntur,alij violenta agitatione, alij immoderato ciborum vſu,alij medicamento,& alijs de cauſis;in his nulla eſt difficultas; quia perſpicuum eſt,media actione libera interire,& mortem in cauſa, humana induſtria præcaueri poſſe.

De infantibus, qui in vtero moriũtur quid?

Difficultas ergo tota reuocari videtur ad eos, qui in vtero moriuntur propter naturæ matris debilitatem, quæ virtutem non habet edendi fœtum, & tunc etiam dici poteſt,eam procedere ex humorum intemperie, atque ægritudine orta ex pluribus actibus liberis in vſu ciborum immoderato,& in alijs corporalibus exercitationibus,nam a natura ipſa inſitum eſt,fœminam,quæ potens fuit ad concipiendum,potentem etiam eſſe ad dandum fœtum, atque adeo nunquam contingere ægritudinem poſt fœtum conceptum,ſeu debilitatem euenire independenter ab actibus liberis. Ergo in his, vt in cauſa vitari potuit impedimentum,quod obſtitit,ne remedium originalis potuerit applicari. Ad hæc,licet in aliquo euentu concederemus debilitatem illam proceſsiſſe omnino independenter ab actione libera,neque tunc cogimur fateri,eum paruulum caruiſſe auxilio ſufficienti,non ſolũ propter modum dicendi explicatum n.5.ſed etiam, quia Deus proculdubio ex intentione glorificandi eum paruulum infudit parentibus, vel alijs perſonis,quæ poterant prodeſſe pias inſpirationes ad aliquid præſtandum, quo imbecillitas illa roboraretur ſufficienter ad hoc, vt poſſet fœtus erumpere, & baptiſmo ei accurri, vt ſi inſpiratum fuit, vt adirent hominem aliquem excellentis ſanctitatis, aut peritum artis medicæ,aut piam peregrinationem, aut ſe ſe deuouerent alicui ſancto Patrono in hac materia,&c.

Qui res humanas attente conſiderauerit, & quanta ſit parentũ incuria in procurãda eductione fœtus medijs ordinatis, & vtilibus, vt baptiſmus poſsit applicari, hæc ita contingere veroſimiliter ſatis ſibi perſuadebit; cum ergo habeamus firmiſsima fundamẽta ad affirmandum,nulli ex paruulis negatum ſimpliciter fuiſſe auxilium ſufficiens poſt commiſſum originale,vt monſtrauimus in hoc cap.& cum ex duplici hoc modo dicendi probabiliſsime fiat ſatis argumento oppoſito a ratione petito proculdubio pars, quæ affirmat ad omnes homines nullo excepto perueniſſe gratiam auxilij ſufficientis per Chriſtum,amplectẽda eſt. Siquid nos poſſet retardare,eſſet authoritas Auguſt.ex aduerſo,verũ Auguſtinum,non eſſe nobis contrarium cap.ſequenti perſpicuũ fiet.

Caput

Digitized by Google

Caput III. *Solutio obiectionum ex Auguſtino.*

10 Auguſt.

AVGVSTINVS in locis allegatis a P. Vazq. vrgebat Pelagiũ, vt paruulorum exemplo probaret, gratiam nobis non dari ſecũdum noſtra merita; nam Deus ſubuenit paruulis remedio baptiſmi ſine proprio merito: & is eſt ſcopus Auguſtini in lib. de bono perſeuerantiæ cap. illo 12. Deinde, vt etiam ex eis oſtẽdat peccatum originale, quod a Pelag. negatur, adſtruit, quibuſdam negari baptiſmum iuſto Dei iudicio. Verba Auguſtini hæc ſunt. *Nec enim fato cogitur Deus illis infantibus ſubuenire, illis autem non ſubuenire, cũ ſit vtriuſque cauſa communis.* Ecce agnoſcit in quibuſdam liberalem Dei miſericordiam, in alijs iuſtum iudicium. Ne vero Pelag. reſponderet id tribuens diligentiæ, aut negligentiæ, meritis, aut demeritis parentum, adiecit. *Per hunc enim feſtinantibus parentibus, & paratis miniſtris, vt baptiſmus paruulo detur, Deo tamen nolente, nõ datur, quia eum paululum in hac vita non tenuit, vt daretur.* Et in verbis proxime antecedentibus. *Quid dicam,* ait, *quod paruulus aliquando antequam illi per miniſterium baptizantis ſuccurri poſſit, expirat?* Agit ergo, vt probet, eſſe peccatum originale, & propter illud ſine acceptione perſonarũ quibuſdã negari remedium iuſto Dei iudicio, alijs autem miſericorditer concedi circumſcriptis omnibus meritis, aut demeritis, etiam parentum. Vnde ita concludit. *Vbi certe oſtẽditur, quod perſonarum apud Deum nõ ſit acceptio.* Quo fit, Auguſtinum tunc non curare, an licet proxime ſecundum præſentem cauſarum diſpoſitionem, & occurrentiam non potuerit ſubueniri baptiſmo: potuerit vero remote conſiderata inſpiratione pia, aut facta parenti, aut aliæ perſonæ ex his, quæ prodeſſe poſſent? Nec Auguſtino venit in mentem negare, adhuc ſi reſponderent vocationibus paruulis illis nõ eſſe ſubueniendum baptiſmo Nec obſtat, quod excludere videatur, ſicut meritum, ita & parentum demeritum: nam ſæpe contingit reſiſti vocationi ſine peccato, quoties eſt in materia libera ab obligatione.

Explicatus Aug. Eodem modo intelligendus eſt de gratia, & libero arbitrio cap. illo 22. in quo, vt probet, infantibus gratiam baptiſmi ſine meritis ipſorum dari, expendit. *Eos etiam reluctari, quando baptizantur, & Sacramenta percipiunt, quod eis ad magnum impietatis peccatum imputaretur, ſi iam libero vterentur arbitrio.* Et quando dicit: *aliquando filij infidelium præſtatur hac gratia, cum occulta Dei prouidentia in manus piorum quomodocumque perueniunt: aliquando autem fidelium filij non eam conſequuntur, aliquo impedimento exiſtente, ne poſſit periclitantibus ſubueniri:* ſolum excludit parentum merita; & affirmat, proxime ita rerum naturas diſpoſitas eſſe, vt non potuerit applicari baptiſmus; at non negat, ita diſpoſitum iri, ſi parentes reſponderent omnibus vocationibus, quas a Deo acceperunt circa illam materiam, vt applicari potuerit baptiſmus; quippe de ea re non affirmat.

Eodem modo intellige locum de natura, & gratia cap. 8. cuius verba, quæ difficultatem ingerunt, hæc ſunt. *Ego autem dico, paruulum natum in eo loco, vbi ei non potuit per Chriſti baptiſmum ſubueniri morte præuentum, idcirco talẽ fuiſſe, ideſt, ſine lauacro regenerationis exiſſe, quia aliud eſſe non potuit.* Vtique ſecundum præſentem, atque proximam cauſarum naturalium diſpoſitionem, atque voluntatem diuinam non inuertendi eum rerum ordinem, non tamen conſiderata alia voluntate, qua Deus intendit gloriam huic paruulo, & ex ea intentione inſtituit remedium baptiſmi, vt eum mundaret macula peccati originalis, atque ſanctificaret, & ſecundum electionem inſpirationum, quas Patribus infudit ex eodem fine, quibus ſi ipſi annuerent, fieret, vt baptiſmus de facto perciperetur, aut percipi poſſit.

In Epiſtola etiam 105. poſt medium Pelagium vrget, ſic dicẽs. *Quam, quæſo, allaturi ſunt cauſam, quod alius ſic gubernetur, vt baptizatus hinc exeat; alius infidelium manibus traditus, vel etiam fidelium, prius quam ab eis baptizatur, expiret.* In his verbis ſolum excludit merita, tum paruulorum, tum parentum, propter quæ Pelagiani dicebant, gratiam baptiſmi dari; & cum poſtea ait. *Quid dicam de inopinatis, & repentinis innumerabilibus mortibus, quibus ſæpe etiam Religioſorum Chriſtianorum præueniuntur, & baptiſmo prærripiuntur infantes cum è contrario ſacrilegorũ, & inimicorũ Chriſti aliquo modo in Chriſtianorum manus venientes ex hac vita non ſine Sacramento regenerationis emergunt?* Idem oſtendit alio argumento, quod per ſe clarum eſt; nec, cum loquitur de repentinis mortibus, quæ contingunt filijs religioſorum Chriſtianorũ, negat, illos inſpirationi alicui non reſtitiſſe; nam, & ſi reſtiterint, ſi pie viuunt, & mandata Dei ſeruant, abſolute Chriſtiani Religioſi nuncupari poſſunt. Appellat etiam mortem inopinatam comparatione caſus proximi, non quia in aliqua inſpiratione priori non potuerit præueniri, atque impediri, vt ſæpe dictum eſt.

Denique in Epiſtola 107. magis declarat, ſe tractare de baptiſmo pueri, qui morte vicinus erat, ibi. *Et aliquando cupientibus, feſtinantibuſque*

Digitized by Google

tibuſque parētibus, miniſtris quoque volentibus, ac paratis, Deo nolente, non detur, cum repente antequā detur, expirat. Iam dixi, quid ſibi velit illud *Deo nolente* cap. 2. n. 5. nimirum, in voluntate non inuertendi cauſas naturales neceſſarias, Deum indirecte velle negationem applicationis; item directe in ſe ipſa. Vnde negatio applicationis, vt ab hac voluntate Deo voluntaria eſt; cum tamē comparatione alterius, qua vult Deus hunc etiam paruulum ſaluum efficere, & ei applicare remedium baptiſmi, quantum eſt ex ſe, ipſa applicatio eſt volita & ſi de facto contingeret, foret voluntaria. Vide, quæ dixi n. 5. Ergo nullum eſt in Aug. teſtimonium, quod cogat nos deſerere ſententiam cōſentaneam ſacræ Scripturæ, atque diuinæ bonitati, demum vniuerſali redemptioni Chriſti Domini. Denique Proſper in eo cap. 20. & 21. de ingratis nihil habet, quod pro aduerſa faciat ſententia. Dico dicta in hoc tertio tractatu Deo optimo, maximo. Proſper.

TRACTA-

Digitized by Google

TRACTATVS QVARTVS DE VISIONE DEI.

DISTINCTVS DISPVTATIONIBVS DECEM ET SEX.

VIDEO plures ex Recentioribus nobilibus Theologis nō ſequi methodum S. Th. atq; ordinem articulorum inuertere: nec incommode, attenta rei natura. At, cum agamus ſere perſonam Commentatoris, & Angelicum præceptorem ſuſpiciamus vt ducem, ipſum in methodo, quæ non contemnenda eſt, ſubſequi decreui, proſpiciens lectoris quoq; vtilitati, qui expetit propriam rei diſputationem in loco articuli, vt qui ibi eam quærit, ibi inueniat. Demum de hac materia copioſiſsime a bonis, & non bonis hominibus in re Theologica ſcriptum eſt. Plures legam, quam referam: non boni namq; prætermittendi. Statueram hunc tractatum in ſecundum tomum remittere, & materiem ſic colligare de Viſione Dei, & ipſius primario obiecto; nimirum Deo Trino, & vno: & de potentia Dei, & obiecto principali; nimirum de natura Angelica. Sed amicorum preces vicerunt, atq; coegerunt ipſum adnectere huic primo tomo. Nec incommodum alicuius momenti eſt, ſi vltimum occupet locum. Lectori quid refert illum legere in prima, aut vltima libri parte? mihi vero quam plurimum: inuertendi enim fuiſſent omnes numeri, in quibus me refero, quod homini in alijs diſtento non poteſt non eſſe moleſtum. Sed neq; abs re poſt prædeſtinationem agitur de Dei viſione; quoniam quotquot creaturæ Deum vident; & in æternum videbunt per prædeſtinationem, tamquam per cauſam vident, & videbunt; atqui non eſt alienum a recto ordine doctrinæ ex notitia cauſæ ad cognoſcendum effectum deſcendere.

Digitized by Google

DISPVTATIO TRIGESIMA SEXTA.

DE EXISTENTIA, ET POSSIBILITATE viſionis Dei *per gratiam.*

Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. De fide diuina eſt, exiſtere viſionem Dei per eſſentiam.

In 2. Quid ſenſerit Chryſoſtom?

In 3. Quid ſenſerint alij ex Patribus? In hoc patrum mentes, de quibus eſt controuerſia, accurate diſcutiuntur.

In 4. Non pugnat cum ratione viſio Dei. Iaciuntur in hoc principia magni momenti pro vniuerſa materia.

ART. I. S. THOM.

VTRVM INTELLECTVS CREATVS POSSIT DEVM VIDERE per eſſentiam?

CVM S.Tho. in titulo ar. inquirat de ſola poſsibilitate viſionis; reſpondet tamen per hæc verba. *Vnde ſimpliciter concedendum eſt, quod beati Dei eſſentiam videant.* Id probat duplici ratione, quas diſcutio diſp.37.cap.2.a n.11.

Notatiuncula. OBSERVA ſecundum phraſim S.Tho. & ſcholaſticorum *videri per eſſentiam* ſignificare, ipſum Deum Deitate ipſa immediatè, & proximè terminare intuitionem creaturæ. Nec enim ly *per eſſentiam* ſignificat principium viſionis in hoc loco. Siue ergo principium viſionis ſit ipſa eſſentia immediate; ſiue aliquid aliud, ſolum ſibi vult, terminum formalem intuitionis eſſe ipſam naturam diuinam, non autem quidquam ab ea diſtinctum. Vide ipſum q.93. ar.2.& in 4.diſt.49.q.2.ar.1.& expreſsius in 3.diſt.23. q.1. ar.1. in corpore ait. Videre rem per eſſentiam nihil eſſe aliud, quam videre illam, nõ quoad eius accidentia ſolũ, ſicuti videntur ab oculo ſubſtantiæ corporeæ, ſed quoad propriam ſubſtantiam, & quidditatem intrinſece, ſicut videtur vnus Angelus ab alio.

Alia. NEC etiam loquitur de cognitione quidditatiua abſtractiua, per quam etiam ſubſtantia rei ſæpe euidenter cognoſcitur, ſed de intellectuali intuitione; verbumq; *videre* in hac preſſa ſignificatione accipitur. Vnde cum cap.1. demonſtrauero cum omnibus ſcholaſticis, ita beatos videre Deum per eſſentiam, hoc mihi volo.

Caput

Digitized by Google

Caput I. *De fide diuina eſt exiſtere viſionem* Dei *per eſſentiam.*

1 *Error Armenorum.* PRIMO ab omnibus cõmẽtatoribus S.Th. refertur hic Armenorũ error, qui negat, eſſentiã Dei a beatis viſione immediate attingi; ſed quãdã claritatẽ, ſeu fulgorẽ a Deo manãtẽ, in qua viſione ſupremã cõſiſtere beatitudinẽ aſſerebãt. Ita refert Prateol. in elẽcho verbo *Armeni* errore eorũ 7. qui hunc quoq; errorẽ tribuit P. Abailardo, & ſocio, ſeu diſcipulo Arnaldo in proprijs nominibus horũ authorũ. Et licet P. Vazq. 1. p. diſp. 37. c. 1. coniectet, nec Abailardũ, nec Arnald. in eo fuiſſe errore, quod Bernard nec in epiſt. 190. ad Innocẽtiũ Papam, nec alibi id tribuat ijs ſuis cõtẽporaneis; at nõ eſt ſolida cõiectatio, cũ poſt quoſdã relatos errores ipſorũ, dicat in alijs etiã fuiſſe. Non ergo eſt indiciũ certũ, vt cẽſuit quoq; P. Arrub. 1 p. diſp. 13. c. 1. Præterea, poſt alios accuratè hũc refert errorẽ P. Iacobus Gaulterus in Chronologia, pag. 550 errore 31. & pag. 658. errore 15. & pag. 684. errore 2. Fundamẽtum fuit quædã locutiones ſacræ Scripturæ, non penetratæ, de quibus mox. n. 5. & difficiles Chryſoſt. & aliorũ Patrũ propoſitiones, de quibus c. 2. & 3. & rationes è Philoſophia petitæ, de quibus cap. 4.

Prateol. — *Abail.* — *Arnald.* — *P. Vazq.* — *Bernar.* — *P. Arru.* — *P. Gualt.*

2 Primo ergo concluſionẽ titulo præfixã probant ſacræ Scripturæ expreſſa teſtimonia; vt Matt. 5. ibi. *Beati mũdo corde, quoniã ipſi Deũ videbũt*, & 18. *Angeli eorũ ſemper vidẽt faciẽ Patris mei, qui in cœlis eſt.* Vbi loquitur de Angelis cuſtodibus puerorũ, per quos ſolẽt iuſti ſignificari in ſacra pagina, ex quo fit conſecutio ad homines, qui in cœlo erũt, ſicut Angeli Dei, nec tãtum in carẽtia nuptiarũ, ſed in fruitione beatitudinis, vt intulit Aug. ep. 112. cap. 8. ad finem.

Matth. 5. 18. — *Aug.*

3 *Explicatur locus Ioannis. Ioan. 1. cap. 3.* Verũ mihi alia duo ſunt expreſſiora teſtimonia. Primũ ex 1. epiſt. Ioã. c. 3. ibi. *Cũ apparuerit, ſimiles ei erimus: quia videbimus eũ, ſicuti eſt.* Vt argumẽtũ ducã efficax pro cõcluſione, obſeruãdũ eſt, Ioa. Apoſtol. in eo c. 3. locutũ cũ fratribus, quos arbitrabatur, eſſe filios Dei, & iuſtos, ait enim. *Chariſsimi, nunc filij Dei ſumus, & nondũ apparuit, quid erimus.* Quaſi dicat, licet certũ habeamus pignus, Deũ per gratiã habitare in nobis, atq; diligere, vt amicos, & filios; quia vero hæc gratia eſt veluti ſemẽ, & plãtula cõparatione æternæ gloriæ, vt ſemẽ in terra mortuũ, inberno tẽpore niuib⁹, & aquis ſepultũ. nõdũ exeritur eius virtus, & valor. Ita, licet iuſtus ſpem habeat, ſe eſſe filiũ, & amicũ Dei per gratiã; at in hac vita, in qua iuſti magis vexãtur laboribus, & ærumnis eius, nondum apparet, quid habeant in ſe virtutis, quia gratia eſt ſemẽ abſcõditũ. Sequitur *cũ apparuerit, &c.* hoc eſt, cũ ſemẽ gratiæ creuerit in arborẽ, atq; ediderit fructus æternæ vitæ, tunc *ſimiles ei erimus: ei*, hoc eſt Deo; quia dixerat. *Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis Pater.* Quæ verba de Patre diuino neceſſario dicta, quippe qui ſolus Deus charitatis infuſæ cauſa & licet P. Salmer. to. 16 diſp. 20. velit etiã ad Chriſtũ referri poſſe: at cõtextus id nõ videtur permittere; quid quod, licet ad Chriſtũ referrẽtur, id nihil eleuaret argumenti vim: cũ, tum in gratia in hac mortali vita, tũ in gloria in illa felici iuſti ſunt Chriſto ſimiles, nõ æquales, ac ſubinde in intuitione Dei. Dicit *ſimiles* propter intẽtionalẽ ſimilitudinẽ viſionis cũ obiecto viſo. Id, quod cauſalis egregie cõfirmat. *Quoniã videbimus eũ, ſicuti eſt:* nõ ſicut facit, hoc eſt per effectus; quia hoc iam habemus antequã appareat. Nõ quod eſt, quia hoc etiã per fidẽ in ænigmate ſcimus, ſed ſicuti eſt, modum ipſum ſuæ naturæ, & eſſentiæ in ſeipſa clariſsima viſione eã nobis immediate repræſentãtes, cum apparuerit ſemẽ gloriæ, habebimus intra nos metipſos. Vnde Euariſtus Papa Græcus in 1. epiſt. ad omnes Epiſcopos Africanos, quæ habetur 1. to. Conciliorũ probãs, Patrẽ, & filium inſeparabiliter lucẽ habitare inacceſsibilẽ, *quã nullus hominũ in hoc mortali corpore cõſtitus poteſt* (ait) *aliquatẽnus cõtueri:* addit; *ſed dũ apparuerit, tunc vere illũ videbit, ſicuti eſt, qui eius cõſpectibus fuerit dignus coaptari, & nõ ſicut Moiſes, cæteriq; Prophetæ per ænigma, & figurã, ſed ipſam veraciter in filio, ſecũdũ Apoſtol. cõtuebitur Deitatis imaginem.* Ecce clare affirmat, definitq; Patris, & filij clarã, immediatãq; intuitionẽ, atq; probat ex eodem Ioa. teſtimonio. Cum autem dicit *ſecundum Apoſtol.* allegat etiam Paul. 1. ad Corint. cap. 13.

P. Salm. — *Euariſtus Papa.*

4 *Explicatus Paulus 1. ad Corint. 13. 1. Ad Cor. 13* Quod eſt ſecundum teſtimonium producẽdum, & vrgẽdum pro eadẽ veritate, verba Pauli hæc ſunt. *Videmus nũc per ſpeculũ, & in ænigmate: tũc autẽ facie ad faciẽ, nũc cognoſco ex parte, tũc autẽ cognoſcã, ſicut cognitus ſum.* Cognitionẽ, quã de Deo, diuiniſq; in hac mortali vita habet Paulus, & omnes homines habẽt, cõparat tenui, obſcuræq; & infantili ſciẽtiæ; eã vero, quã beati comparaturi ſunt, ait: eſſe virorum perfectorum, illamq; euacuandam, cum venerit, quod perfectum eſt: mentem Pauli inter alios pulchre ita explicat Theoph. *Proinde ſic nos tenebimus eum, veluti ſiquis inueniens ingenuum infantem expoſitum, forma blandum, & cõſpicuum: ipſe quidem infantem agnoſcens tollat, educationeq; dignetur, ingenuum iſtum alat, ac tandem opibus ſplendidum reddat, & ad regiam introducat, ac puer quandiu infans manſerit, nihil horum ſentiat, neq; tollentis agnoſcat humanitatem: ſimul ac vero adoleuerit, benefactorem agnoſcat, ac dignis eum be-*

Theophil.

Aug. *neficijs proſequatur*, Aug. lib. 15. de Trinit. cap. 9. fuſe verſat hunc Pauli locum, per *ſpeculum* intelligit rerum imagines, atq; videre in ſpeculo rem, eſt videre illam imagine eius interpoſita, ſeu media imagine non in ſe, ſicut res atergo exiſtentes videntur in ſpeculo aparere, cum tamen reflectente ſpecie in ſe videantur; vt explicui tractatu primo; *per ænigma* autem obſcuram allegoriã. Cum ergo Paul. dicit, *tunc autem facie ad faciem*, ſignificat cognitionem expreſsiorẽ, quã ea, quæ in Dei imaginibus, hoc eſt, in effectibus, & creaturis poteſt haberi, quatenus omnis creatura aliqua ratione eſt Dei creatoris veſtigiũ, ipſumq; refert, itẽ quam ſit ea, quæ ex Prophetarũ allegorijs, & ænigmaticis locutionibus poteſt hauriri. Excluſit ergo Paulus eo modo loquẽdi omnẽ mediatã, & in alio Dei cognitionẽ. Nõ quod omnis viſio faciei ad faciẽ in ſacra Scriptura ſignificet intuitionẽ immediatã Deitatis. Quoniã Geneſ. 32. dixit Iacob; *vidi Deũ facie ad faciẽ, & ſalua facta eſt anima mea*. Cũ tamẽ Angelũ Dei viderit, atq; cũ eo nocte fuerit luctatus. *Vidi* ergo *facie ad faciẽ* ſignificat manũ manui cõſerui, pedẽ pedi, latus lateri cõtuli, pugnaui, colluctat⁹ fui. Quo pacto

4. Reg. 4. intelliges quoq; 4. Reg 14. verſ. 8. *veni, & videamus nos*, & verſu 11. *Aſcẽditq; Ioas Rex Iſrael, & viderũt ſe, &c. Percuſſuſq; eſt Iuda*, & 4. Reg.

4. Reg. 23. 23. & 30. *Abyt Ioas Rex in occurſum eius, & occiſus eſt in Mageddo, cũ vidiſſet eũ*: hoc eſt poſtquã cũ eo præliatus eſt. Eſt ergo Phraſis Hebræa ſimilis Hiſpanæ, *Vieroſe barba a barba, llegaron mano amano*. Quod vero, nec de viſione clara corporea terminata ad corpus Angeli aſſumptũ, ſimulacrũ Dei referẽs intelligi debeat illud *vidi*, probatur primo: quoniam nocte & in tenebris fuit illa pugna, & colluctatio. Secundo: quia, cũ ait, *ſalua facta eſt anima mea*, in quibus ſignificatur, ſe cõfortatũ eſſe contra Eſau fratrẽ, illud vero incremẽtũ fortitudinis nõ acceſsit ex viſione corporea, ſed ex lucta cũ Angelo: ait enim textus. *Quoniã ſi cõtra Deũ fortis fuiſti, quãto magis cõtra homines præualebis*. Ad hunc modũ cũ proportione ſecundũ circũſtãtias textus intelligere debes alia loca ſimilia: vt

Deut. 5. Deut. 5. *Deus locutus Hebrais facie ad faciẽ*. Vbi

Num. 12. tamẽ nõ fuit Deus viſus, ſed ſolũ audit⁹, & Num. 12. *Locutus ei Dominus ore ad os, & palã, & nõ per ænigmata*: cũ ergo viſio facialis cõdiſtinguitur ab omni ſpeculari, hoc eſt, in imagine, & ab omni ænigmatica, hoc eſt allegorica, & obſcura notitia, vt diſtinxit Paulus, ſignificatur tantũ intuitio immediata intellectualis ipſius Deitatis in ſe. Vt expreſſe, & luculẽter docuit Anſel-

Anſel. mus in hunc locũ. *Videbimus facie ad faciẽ, ideſt manifeſtatione Dei poſita ad noſtræ mẽtis intẽtionem, vt nihil inter nos, & ipſum interſit*. Nec id minus expreſsit Paul. in vltimis verbis, *tunc autẽ cognoſcã, ſicut cognitus ſum*. Nã vt retuli ex Theophilacto, noſtra cognitio modo infantilis eſt, diuina noſtri clariſsima, & præſentiſsima: ergo tunc noſtra erit ei ſimilis, nõ æqualis, ac ſubinde Deũ in ſe clare intuebimur. Verba Anſelmi optime hoc deſcribũt. *Tunc ad purũ*, ait, *intuebimur eũ, a quo nunc ſubtiliter intuemur, tunc cognoſcã eũ, ſicut ab eo ſum ego cognitus, ideſt, pure cognoſcã eũ, ſicut & ipſe me nouit; quia, tũc nõ per aliud videbimus eũ, ſed manifeſte contẽplabimur in illo ipſo, hoc quod ipſe eſt, ſicut ipſe, hoc quod nos ſumus, perfecte cognoſcit: vel tũc cognoſcã eũ ita ſine ambiguitate in manifeſta viſione, ſicut olim antequã eſſem, cognitus ſum ab eo in prædeſtinatione*. In prædeſtinatione vero Deus cognoſcit hominem prædeſtinatũ ſciẽtia viſionis: quoniã productio, & viſio ſubiecti præſupponitur ad prædeſtinationẽ, vt docui tract. 3. diſp. 22. c. 5. & 6. P. Iuſtinianus in hunc locũ alia pro hac veritate adducit ſacræ Scripturæ teſtimonia, præter ordinarios S. Tho. commentatores, ſed alijs opus non eſt.

Anſel. — P. Iuſtinianus.

5 — *Explicatus Ioa. 1. ep. cap. 4. Deuacantur teſtimonia pro errore Armenorum.*

Hinc intelliges, parui momẽti eſſe teſtimonia, quæ pro errore cõtrario ſolẽt adferri, vt 1. Ioa. c. 4. *Deũ nemo vidit vnquã*. In quibus verbis tacitæ ſimpliciũ obiectioni occurrit, etenim propoſuerat diuinã charitatẽ hominibus imitandã. poterãt autẽ obiicere, quomodo Deum, vt exẽplar imitãdũ nobis poſſumus anteponere, quẽ nũquã vidimus? Cui reſpõdet ſe id nõ ignorare, nõ vero Deũ in ſua natura proponere imitãdũ, ſed in operibus externis, quæ cernũtur in hac vita ſæpe oculis corporis, ſæpe mẽtis. Vnde ſenſus verborũ duplex eſt, vel oculo corporeo inuiſibilẽ eſſe, vel etiã oculo mẽtis in hac vita, ſecũdũ naturalẽ ordinẽ cognoſcendi. Quo ſenſu Exod. 33. dictũ eſt, *nõ videbit me homo, & viuet*. Et 1. ad Thim. 6. *Quẽ nullus hominũ videt, ſed neq; videre poteſt*. An autẽ cuiquã priuilegiũ videndi Deum in corpore non exercente ſenſuum functionem conceſſum fuerit? ar. 11. definit S. Th. ibiq; nos agemus.

Exo. 33. — 1. Ad Tim. 6

6 — *Explicatus Paul. 1. ad Timot. c. 1. Anomæi confutantur.*

Is etiã eſt germanior ſenſus locutionũ Pauli 1. ad Timot. c. 1. cũ Deũ appellat *immortalẽ & inuiſibilẽ*, vtiq; naturali lumine, & viribus proprijs, & c. 6. cũ ait; lucẽ inhabitare (hoc eſt) eſſe inacceſsibilẽ, quã nullus hominũ vidit, ſed neq; videre poteſt, niſi ſupernaturalẽ accipiat oculũ; nimirũ lumẽ gloriæ, in quo videbimus hanc lucẽ, quæ eſt diuina ipſa eſſentia. Quibus teſtimonijs Anomæi cõfutãtur, qui præſumebant, Deum a nobis naturaliter videri poſſe.

7 — *Definitiones Eccleſiæ.*

Eadẽ Catholica veritas probatur definitionibus Eccleſiæ 1. Benedicti 12. non 11. vt falſo putarũt Alfonſ. a Caſtro verbo *Beatitudo* hæreſi 6. & P. Vazq. & aduerterũt nobiles Theologi, ex noſtris P. Mol. hic diſp. 1. & P. Val. pũto 1. & Bellarm. 1. lib. de Beatit. c. 2. & P. Salas 12. q. 3. trac-

Bened 12. — Caſtro. — P. V 179. — P. Mol. — P. Val. — Bellar. — P. Salas.

Digitized by Google

q.3.tractatu 2.diſp.4. ſect. 1. Is ergo Pontifex in extrauaganti quadam, quæ incipit, *Benedictus Deus in ſanctis ſuis*, & verba referunt plures ex ordinarijs,habes in promptu apud P. Mol. ſupra,definit animas iuſtorum , quæ nihil iam habent purgandum poſt Chriſti paſsionem immediate videre diuinam eſſentiam ſe illis bene,clare,& aperte oſtendentem.Huc etiam facit cap. *damnamus* de ſumma Trinit.& fide Catholica ad finẽ,in quo error Almerici reprobatur , & damnatur tãquam peruerſiſsimũ dogma.procedens a Patre mendacij excæcãte mentem in hæreſim , & inſaniam. Almericus vero conſenſit Armenijs.

8 *Concilia.* Ex Cõcilijs vide Florent.ſub Eug.4.in litteris ſanctæ vnionis.Senonẽſe tẽpore Bernar.vbi damnatus Abailardus.Lege Bern.epiſt.187.Frãcoford.in epiſt.ad Epiſcopos Hiſpanos.Nec nõ Trid. ſeſſ. 25.vbi in decreto de inuocatione ſanctorum hæc veritas indicatur.

9 *Patres Eccleſiæ.* Suffragãtur huic veritati Patres,quos ad fidẽ refert inter alios P. Vaz.diſp. 37.c.5. De ijs autẽ,de quorũ ſententia eſt dubitatio,tracto c.2.

10 *Petrus 1. epiſt. cap. 1. explicatus.* Dices;ſi Angeli beati actu Dei viſione potiũtur, quomodo dixit B. Petr. 1. cap. 1. *Spiritu ſancto miſſo de cœlo, in quem deſiderant Angeli proſpicere*.Nã ſi habet proſpectũ Spiritus ſancti,vt quid deſiderant eum?Reſpõdetur primo, imo hoc teſtimoniũ probare poſsibilẽ eſſe Dei viſionẽ:nã niſi poſsibilis eſt , fruſtra eã Angeli beati deſiderarent, & nõ niſi cum anxietate:at Angelis beatis negandũ eſt anxium, & fruſtraneum deſideriũ. Reſpõdetur ſecũdo,poſſe aliqua ratione deſiderare cõſeruationẽ perpetuã viſionis,nihil obſtante,quod habeant certã ſpẽ eius cõſeruationis. Reſpondetur tertio, cũ B. Greg.lib.18.moral.cap.28.deſideriũ ſignificare ſatietatẽ ſine faſtidio.Reſpõdetur quarto,eſſe nõ cõtemnendã expoſitionẽ eius loci,loqui Petrũ in ſenſu litterali de Angelis aſsiſtentibus hoſtiæ cõſecratæ in altari , atq; adeo deſideriũ illud terminari ad Chriſtũ Dominũ Sacramentaliter ſub ſpeciebus cõſecratis cõtentũ.Hanc expoſitionem pleniorem,& planiorẽ appellat P.Salm.to.16.diſp. 2.in hunc locum in ea vero nihil habet difficultatis;non enim eſt ad rem. *P.Salm.*

Caput II. *Quid ſenſerit Chryſoſtomus?*

11 MAGIS ſuffragãtur errori relato c.1. n.1.teſtimonia quorũdã Patrum, ac præcipuè Chryſ. cuius mentem declarandam ſuſcipio in hoc cap. quoniã inter Theologos recẽtiores magna eſt hodie excitata cõtẽtio de illa.

1.Arg.ex Chryſoſt. pro errore Primo ergo hom.14.in c. 1. Ioa.in ea verba *Deũ nemo vidit vnquã* pluries ſignificat,Deum a creatura nequaquã videri poſſe. Poſtquam enim retulit Prophetarum viſiones, in quibus Deũ ſe vidiſſe teſtãtur contra ſonũ verborum Ioãnis,ita ait. *Vt oſtẽdat illa omnia permiſsionis fuiſſe,ſeu demiſsionis,aut cõdeſcenſionis,nõ ipſius puræ ſubſtantiæ*.In his verbis negat,neminẽ Prophetarũ purã Dei ſubſtãtiã vidiſſe.Et cũ aiunt; Deũ ab ipſis viſum,intelligẽdos eſſe cũ limitatione,quæ demittat viſionẽ a Dei ſubſtãtiæ intuitione.Nam id ſignificãt illa verba *Demiſsionis,aut condeſcenſionis*,vt dico num.ſequenti.

Proſequitur,& ita ait.*Nã id,quod eſt Deus,nõ modo Prophetæ non viderunt, ſed neq; Angeli, neq; Archãgeli*.Quæ verba pronũtiat,poſtquã dixerat, Deũ a ſanctis viſum eſſe in carne aſſumpta,& ſe expreſsius declarans paulo inferius ait.*Ergo ex quo carnẽ induit , tunc viſus eſt ab Angelis,antea vero nõ ita videbatur,cũ ipſis quoq; inuiſibilis eſſet ſubſtantia*.Subſtantiã vero Dei,nec ab Angelis,nec ab Archangelis haetenus viſam.Vbi nota,nõ agere de viſione corporea, quippe Chryſ.nõ numeratur inter Patres, qui cẽſuerũt.Angelos corporeos eſſe;vt doceo tractatu ſexto de Angelis,& ipſe ſe explicuit to. 5.hom.4.ad medium ibi.*Haud enim pupillæ,& oculi, & genæ inſunt in virtutibus illis ſupernis, ſed quod viſus in illis eſt,idem in nobis cognitio.* Et addit.*Sed,ſi eos percontaberis, nihil ab eis de Dei ſubſtantia audies, ſed tamen referentes gloria in altiſs.Deo,&c.* Deinde. *Solus autẽ ipſum videt filius,& Spiritus ſanctus.Quod ſi omnis natura creata eſt,quanam ratione increatũ videre poterit*?En ex improportione,& diſtantia inter creaturam, & creatorem colligit,nullam creaturam ad videndum creatorem aſcendere poſſe.Deinde idem confirmat hac ratione.*Nam, ſi incorpoream virtutem,quamuis genitam*.(hoc eſt productam)*non poſſumus manifeſte conſpicari, & hoc ſæpenumero in Angelis oſtenſum eſt, multo minus incorpoream,ingenitamq; ſubſtantiam*.In qua id obſeruandum,eo modo negare videri a noſtra mente poſſe naturã Dei,quo negatur Angelum ab oculo corporeo conſpici poſſe.Nam ex hoc aſſerto ducit argumentũ ad aliud.nõ vero fieret cõſecutio, ſi probare vellet ex inuiſibilitate Angeli ab oculo corporeo incomprehenſibilitatem Dei. Ergo ex hoc teſtimonio fieri videtur , non tantum negaſſe Chryſoſt.Deum comprehendi poſſe; ſed & videri.

12 *2. Arg.* Secundo,ex eodem Chryſoſt.to. 5. homil. 3. de incomprehenſibili Dei natura contra Anomæos, ſic duco argumentum pro eodem errore . Prius aduerte , Anomæos duce Eunomio , & AEtio in eo fuiſſe errore , vt putarent, Deum in ſua ſubſtantia ab homine poſſe comprehendi ; quanam vero ratione comprehenſio eis ſignificauerit , an aliter ac

modo ſcholaſticis dubium eſt, vt mox dico. Hoc notato Chryſoſt. in ea homilia ita contra hos ſcribit, vt negare non ſemel videatur, a nulla creatura Deum poſſe videri. Primo in principio appellans Deum in intellgibilem ait. *Quem, neq; Angeli inueſtigare, non Archangeli indagare, non virtutes, non deniq; aliqua creatura cernere valet.* In his, nec agit de viſione corporea, agit enim de Archangelis, & Angelis, qui ipſi Chryſoſt. incorporei fuerunt, nec de comprehẽſione, ait enim *cernere*, quod minus eſt, quam comprehendere. Deinde in idem ita ait. *Qui eo inſolentiæ deueniſtis, vt quæ virtutes incorporeæ omnes inſpicere nequeunt; hæc vos explorata certaq; habere putetis.* Vbi nota, non dicere *comprehendere.* Quo verbo paulo ante vſus fuerat, *ſed inſpicere*, limitans cognitionem. Porro explicans locum Pauli 1. ad Timot. 1. lucem inhabitare inacceſsibilem expendit, non dixiſſe, eſſe lucem inacceſsibilẽ, ſed domicilium, quod inhabitat, eſſe inacceſsibile, diſtinguit inter inacceſsibile, & incomprehenſibile dicens. *Quapropter, nec lucem incomprehenſibilem habitat, dicit, ſed inacceſsibilem, quod longe plus, quam incomprehẽſibile eſt.* Ergo, cum dicat, lucem diuinam, hoc eſt, deitatem non tantum incomprehenſibilem, ſed etiã inacceſsibilem eſſe, negare videtur Chryſ. vltra comprehenſionem Dei, ipſam etiam viſionem. Vlterius probans ex 6. cap. Iſai. ſuperis etiam virtutibus eſſe Deum incomprehenſibilem propria phraſi ait. *Dic quæſo quamobrem alas prætendunt, & ſuas operiunt facies? Quid aliud dixeris cauſæ, quam ſplendorem procurſantem ve ſolio illo, & fulgur proſiliens ferre nequire? Quamquam non ipſam meram videbant lucẽ, nec ipſam ſincerã ſubſtantiã: ſed quæ videbant condeſcenſus erat, & indulgẽtia.* Cõdeſcenſum ſeu indulgentiã appellat ibi Chryſoſt. vt ipſe ſe explicat, cum Deus, qui in propria ſubſtantia videri non poteſt, ita tamen ſe temperat, vt ſui exhibeat videnti aliquã repræſentationem, & ſimulacrum. Nota, in his verbis pro eodem vſurpari a Chryſoſt. comprehẽdere Deũ, & videre in mera ſubſtantia, & hoc etiam Angelis negaſſe in ſtatu beatitudinis.

Tertio, ex eodẽ Chryſoſt. & to. 5. Homilia 5.
13 *3. Arg.* poſſumus argumẽta producere. Quoniã in ea poſt propoſitũ Ioan. teſtimoniũ *Deũ nemo vidit vnquam*, & poſt oppoſitas plures viſiones Dei, quas Prophetæ habuerũt, ita ſcribit. *Nullũ vidiſſe Deũ; Ioannes inquit, vt exquiſitã illã cõprehenſionẽ, & expreſſam cognitionẽ in nullo cõtigiſſe intelligas*, & licet in ſpecie horum verborum ſolum negaſſe videatur cognitionẽ illã plenã, quã ſcholaſtici noſtri cõprehenſiuã nuncupant: at ſi mẽtem Chryſoſt. introſpicias alia eſſe videtur; addit enim. *Conſtat illa condeſcenſum fuiſſe omnia, neq; vidiſſe quempiã illorũ ſincerã ipſam ſubſtantiã, eo, quod varie quiſq; viderit, Deus enim ſimplex omni concretione abſtũctus nulla forma, aut figura effigiatus eſt.* Vbi numquã cõcedit intuitionẽ Dei quidditatiuã non cõprehenſiuam, ſed cõdeſcenſum. Hocq; deducit ex varijs figuris, ſeu ſimulacris, in quibus Prophetæ Deũ vidiſſe teſtantur, negat vero, expreſſe vidiſſe quempiam ſinceram ipſius ſubſtantiã: ergo pro eodẽ vſurpat cõprehendere, & videre Deũ, & vtrumq; negat, tantũq; fatetur viſionẽ Dei in ſimulacro, & figura; ea vero ſolũ eſt viſio creaturæ. Alia habet Chryſoſt. in ea homilia, quæ faciũt pro errore nõ tamẽ difficilia, ideo decreui præterire. Propter hæc licet nõ tam ex profeſſo ponderata inductus fuit P. Vazq. diſp. 37. c. 2. & 3. vt affirmaret, Chryſoſt. in eo fuiſſe errore, nec admittere expoſitionẽ ſolidam, quam ipſe quærebat pro intelligentia **P. Molina.** Chryſoſt. nec tantũ piã. P. etiã Mol. hic diſp. 1. *Qui iam* poſt relatã expoſitionẽ S. Th. in reſpõſione ad *non longe* primũ de cognitione cõprehenſiua, ſatis ſignifi *abſunt à* cauit, ſe non quieuiſſe dicens. *Quamuis, vt verum fatear multi Græcorum aſſerere videantur,* *P. Vazq.* *Angelos non videre diuinam eſſentiam.* P. Salas **P. Salas.** ſupra in reſpõſione ad 1. ait nõ immerito id ita arbitratum. P. Vazq. nec mirum, quia res nondum erat explorata.

Duo neoterici Complutenſes, & alter Luſitanus hac de cauſa, neſcio quo acti ſpiritu, pe- 14
tunt P. Vazq. tam aculeata verborum acerbitate, vt referri ſine modeſtiæ præiudicio nõ poſſint. Verba ipſa fideliſsimi teſtes non cieri pietate in Chryſoſt. ſed impietate in venerandum Academiæ Complutenſis Magiſtrum. Vir ille eruditiſſ. atq; acris ingenij ſtudio veritatis indagandæ; & ne contra hæreticos, Catholici in Chryſoſtom. nimiũ fiderẽt, eũ ſuſcepit laborẽ, nõ ob fines inhoneſtos temerè ab iis ei obiectos. *Ego ſepoſita diſſenſionis amaritudine, & fraternæ charitatis ſuauitate ſeruata, diligenti, & tranquilla conſideratione, vt dixit Aug. Epiſtola 111, hoc diſquiro, & definio hoc cap. & ſequenti.*

Redeo ad rẽ. Ego ſic exiſtimo. Primo proba 15
biliter iuuãte pia affectione exponi Chryſoſt. de viſione cõprehẽſiua. Moueor primo, authori *Reſolutio Authoris.* tate S. Th. in reſpõſione ad 1. & propter verba, quæ ex Chryſoſt. refert. Nimirũ, *viſionẽ hic dicit certiſsimã Patris cõſiderationẽ, & cõprehẽſionẽ tãtã quãtã Pater habet de filio.* Moueor ſecũdo, propter alia verba Chryſ. Homil 4. de incõprehenſibili Dei natura. *Cũ itaq; dicat (ait) Deum quãuis cõdeſcendentẽ minime ferre illas virtutes potuiſſe, nihil aliud docet, niſi eius cognitionẽ expreſſam, amplã, integrã nõ potuiſſe recipere.* Hinc ſic deduco argumentũ, notũ erat Chryſ. Deum non tantum ſe intueri, ſed etiam comprehendere: nec enim ignorabat diſtinctionem inter notitiam

Digitized by Google

notitiam intuitiuam ſolum, & comprehenſiuam: ergo dicendum eſt, comprehenſiuam voluiſſe ſignificare. Quippe ea nota ipſi, & verba, quibus mentem exprimit in duobus teſtimonijs ipſi ſoli quadrant. Maxime illa *ampla, & integra.* Nam intuitiua ſolum notitia nō eſt *ampla, nec integra Dei*: quia, licet omnia videat, quæ ſunt formaliter in Deo, vt explico diſp. 50. multa tamen latent ex ijs, quæ ſunt eminenter, nec eſt adæquata cognoſcibilitati Dei, nec vniuerſos fines circumſcribit obiecti ſui, vide diſp. 51.

Moueor tertio, quia Anomæi, quos refutat Chryſoſt. non errabant circa viſionem Dei per gratiam, ſed circa comprehenſionem Dei per naturam, in quo duplex error cōtinetur; prior Deum comprehendi poſſe. Poſterior id per vires naturæ: ita docet Prateolus verbo Anomæi, & quotquot referunt eorũ errores: ita Theodor. 4. lib. hæreticarũ Fabul. & Baſil. lib. 1. contra Eunom. poſt medium: ergo, licet Chryſoſt. ingenio, quo pollebat maximo e teſtimonijs contra Anomæos allegatis plures deducat propoſitiones veras, & vtiles; at mens illius præcipua, & directa fuit euertere Anomæos, & teſtimonia vrgere contra eorum errores. Quo fit, fere ſemper loqui in textu de comprehenſione Dei, & licet aliquando ſolum dicat videre, vt cernitur in teſtimonijs a contraria parte allegatis, intelligendus eſt ſecundum materiam ſubiectam, de viſione comprehenſiua, nam intuitiua tantum non erat ad rem Chryſoſt. Ad hæc ſicut cum vndequaque tangimus totum globum, ipſum dicimus tactu comprehendere: ita cum obiectum vndequaque videmus, ac maxime, ſi indiuiſibile eſt, dicimus optime viſione comprehendere. Vnde iure optimo Chryſoſt. illam Anomæorum comprehenſionē viſionem appellauit.

Quarto moueor; quia loquēs de modo, quo filius eſt in ſinu Patris, atq; cognoſcit Patrē ait. *Nam in ſinu Patris eſſe maius quid eſt, quam videre? Qui enim tantum videt non certam habet rei viſæ cognitionem, qui vero in ſinu immoratur, omnia ei perſpicua ſunt, & certa.* In his verbis expendo plane diſtinguere ſolam viſionem, a comprehenſione, ideoque ait, tantum videnti non eſſe omnia certa, quia ex liberis non ſunt omnia nota eo modo, quo explico diſp. 52. Cũ ergo ſoli filio, qui eſt in ſinu Patris tribuit ipſum videre omnino certo patrem, comprehēſionem ei tribuit, & cum eam viſionem Angelis, & Archangelis negat, viſionem filij omnia comprehendentem negat.

Moueor quinto; quia ſuam de hac re mentem videtur expreſſiſſe Epiſt. 5. ad Theodorũ lapſum poſt medium in hæc verba. *Si Petrus, qui videt obſcuram quamdam imaginem futurorum, omnia continuo reiecit ab animo, propter voluptatem inditam animæ a tali aſpectu; quid dicemus, quando rerum veritas aderit, quando regys cubiculis adapertis contueri licebit ipſum Regem non per ænigma, nec per ſpeculum, ſed facie ad faciem non amplius (in quam) per fidē, ſed per ſpeciem.* Cum ergo in his verbis ſuam tradiderit ſentētiam erga beatam Dei viſionem; credendum, ipſam negare voluiſſe in alijs teſtimonijs.

Moueor 6. quia, quæ a P. Vazq. obijciũtur, & quæ ego adieci ex ipſo Chryſoſt argumenta, non conuincunt intentum. Idque ipſorum enodatione fiet manifeſtum, vbi mētem Chryſoſt. amplius enucleare nitemur: conſulto non refero, quæ Lorca pro viſione faciali adducit ex Chryſoſt. teſtimonia: quia leuiſsima ſunt. 16 *Dilutio argumētorũ.*

Ad 1. cum confirmationibus reſpondeo, in priori teſtimonio ſolum ſibi velle Prophetas non vidiſſe Deum in ſe in viſionibus, quas teſtantur; ſed tantum diuinas figuras in re creata formatas per condeſcenſum Dei, vt ibi dicitur; ex quo optime infert contra Anomæos. Nam, ſi Prophetæ cum ſe vidiſſe Deum teſtantur diuina gratia ſpeciali inſtructi, ſolum viderunt ſimulacra Dei, non ipſius puram ſubſtantiam, ne dum credamus, veram eſſe inanē veſtram iactantiam, cum effutitis vos videre, atque cōtrectare ipſius Dei naturā per proprias vires.

Ad 1. confirmationem, cum negat Angelos, & Archangelos videre Deũ, duplicē poteſt habere ſēſũ. Primus per naturæ vires; ſecũdus de viſione comprehenſiua, in vtroq; ſenſu aduerſatur Anomæis; non autem aduerſaretur, ſi negaret, videre per lumen gratiæ. Secundum ſenſum indicat, cum videri Deum affirmat a filio, & Spiritu ſancto, vtique comprehenſiue. Item probatio a ratione ibi adducta. Quoniam ex limitata vi cognoſcendi creaturæ bene infertur, comprehendere Deum non poſſe, non autem infertur eleuari non poſſe per gratiam ad Deum, videndum. Ipſa ergo probatio ne inanis ſit, nos ducit ad hanc intelligentiam.

Ad vltimam dico, ea verba intelligenda etiā eſſe de notitia comprehenſiua; tum, quia immediate ſequuntur in Chryſoſt. ad ea, quæ de comprehenſione explicui in prima confirmatione. Tum quia illud *manifeſte conſpicari.* Magis comprehenſionē, quā intuitionē ſolā videtur ſignificare. Nec verũ puto, loqui Chryſoſt. de viſione corporea comparatione Angeli; ſed de mentali noſtra cognitione. Tum, quia viſio corporea non erat ad rem Chryſoſt. quippe, quæ nihil poteſt comprehendere, ne dum Angelum: ex eo autem, quod humanus intellectus non poſsit naturali virtute Angelum comprehendere, vti docet opinio probabilior, & inuit

nuit Chryſoſt. optime deducit, non poſſe Deũ comprehendere; loquebatur vero etiam virtute propria intellectus noſtri: nam hoc erat ad inſtitutum.

17 *Explicantur teſtimonia 2. argum.* Ad ſecundum argumentum reſpondeo eodem tertio modo: nam illud *cernere*, vt opponitur cognitioni, quã adſtruere nitebantur Anomæi, eſt comprehendere, vt dixi n. 16.

Ad 1. confirmationem dico illud, *inſpicere* non limitare cognitionem, quam antea comprehenſionem appellauerat, ſed alio vſum nomine, quod idem ſignificare iuxta inſtitutum ſermonem apud concertãtes cõpertum erat.

Secunda confirmatio parum habet momẽti, imo pro noſtra parte inſtrui poteſt. Quoniam eo teſtimonio Pauli contendit probare Chryſoſt. Dei ſubſtantiam incomprehenſibilem eſſe, vt non ſemel ibi pronuntiat. Ad hoc vero expendit illud, *lucem inhabitat inacceſſibilem. Vt intelligas* (inquit) *quam ipſe Deus inacceſſibilis ſit, quando domicilium, quod inhabitat, inacceſſibile eſt.* Verum eſt diſtinguere inter inacceſſibile, & incomprehẽſibile: at diſtinctio ibi a Chryſoſt. poſita ad rem non facit. *Quod enim* (inquit) *inquiſitum, inueſtigatumque comprehendi non poteſt, id eſſe incomprehenſibile dicimus: quod autem ne inueſtigandi quidem vllo pacto operam patitur, & ad quod nemo propius accedere poteſt, id inacceſſibile eſt.* Id exẽplo maris declarat, quod, cum fundum attingi non poteſt, vocat incomprehenſibile, inacceſſibile, inquantum nemo illud poteſt metiri. Ergo illa diſtinctio Chryſoſt. inter hæc nõ eſt ad rem, quidquid ſignificare velit per inacceſſibile, & incomprehenſibile. Ego arbitror, voluiſſe ſignificare viribus naturæ mentẽ noſtram, nec inquirere, nec inueſtigare diuina intrinſeca, atque myſteria poſſe ſupernaturalia; at comprehendere Dei ſubſtantiam nulla ratione poſſe, etiam accepta facultate ea inquirendi, & inueſtigandi per lumen gratiæ.

Tertia confirmatio ex dictis explicata eſt. Nam ſenſus eſt, ſi lucem, quæ non eſt Deus, ſed ab eo emanat, oculi Prophetarum videre nequiuerunt, quin cõniuerent: ne dum videre, hoc eſt, comprehendere diuinam ſubſtantiam poterunt Anomæi viribus proprijs. Quod vero idem ſit *videre*, & *comprehendere*, in eo textu iam notaui, & textus tam manifeſte demonſtrat, vt nulla ſit legenti dubitandi ratio. Nec placet interpretatio Lorcæ, nimirum non agere Chryſoſt. de Angelis beatis ſic conſideratis. Nam ij, quos Iſa. viderat, beati erant, & licet beati alas protendebant operientes facies, tum propter inferiorem cognitionem, nimirum finitam, tum propter reuerentiam maximam.

18 Ad 3. confirmationem reſpondeo, imo verba relata ex homilia illa 4. fauere communi interpretationi. Primo, quia eam cognitionem, quam negat, appellat exquiſitam comprehenſionem. Secundo, amplam, & integram, vt dixi ſupra n. 15. in condeſcenſu autem concedit, viſionem cuiuſdam fulgoris habuiſſe Prophetas: at, cum negat viſionem ipſam ſinceræ ſubſtantiæ, negat comprehenſionem. *Explicantur teſtimonia 3. argumẽti.*

19 Quædam diſcutiendæ modo cõiecturæ, quibus P. Vazq. in ſuam ſententiam inductus eſt. Prima, quod non conſtat, Anomæos erraſſe circa comprehẽſionem rigore ſcholaſtico, vt diſtinguitur a viſione. Sed hæc leuis eſt: nam, vt retuli n. 15. a Prateolo, & Theodoro, & ab ipſo Chryſoſt. ita ponitur eorum error, vt voluerint ſe Deum ipſum in hac vita comprehendere. Et, licet hæc maxima fuerit amentia: at vt amentes, & inſanos, & furioſos eos confutat Chryſoſt. Lege etiam Epiph. hæreſi 76. n. ibi pagina 472. paulo poſt medium, vbi ait, eos fuiſſe inani imaginatione deceptos ſupra omnes homines. Non tamen, ait, Epiph. Anomæos ſibi tribuiſſe tam perfectam notitiam Dei, quam ipſe ſui habet, vt ait Lorca; ſed ita Deum cognoſcere, veluti quis cognoſcit omne viſibile, & quod manibus ſuis contrectat: & concludebant, ita ſe noſſe Deum ſicut ſeipſum. Fortaſſe autem hac manuali cognitione comprehenſionem voluerunt ſignificare. Ita etiam Baſil. lib. 1. contra Eunom. poſt medium, inferens ex errore Eunomij, tam perfecte ipſum cognoſcere Deum, quam filius cognoſcit Patrem, & Pater filium contra dictum Chriſt. D. Matt. 11. & alibi ſæpe.

P. Vazq. *Reſponſio ad P. Vazquez coniecturas.* Prateol. Theodor. Epiph. Baſil.

20 Deinde, non loqui Chryſoſt. de comprehenſione, cum negat, Angelos videre Deum, probat: quia ait, homil. 14. in Ioan. *Si eos percontaberis, nihil ab eis de Dei ſubſtantia audies, ſed tantum referentes gloria in excelſis Deo.* Ad hoc autem, vt referrẽt de ſubſtantia Dei, non opus erat eam comprehendere, ſed ſatis erat intuitiue videre: ergo hanc viſionem Angelis negauit. Reſpondeo primo, nec hanc etiam coniecturam cõuincere. Nam ibi non negat, Angelos eos non videre Deum, ſed ſolum homines non audire, nec eis referre, niſi ipſius gloriam: quoniam degentibus hominibus in hac vita mortali eſſentiam Dei, vt in ſe, palam facere non poterant: etenim non ſunt in eo ſtatu, in quo eam percipere poſſent. Ita P. Arrub. ſupra cap. 3. Lorca certe ad hanc nihil reſpondit, cum tamen ſit omnium difficilior, facilius eſt verbis pungere, quam re vera ſatisfacere. Secundo reſpondeo, D. Chryſoſt. in illo loco explanare teſtimonium Ioannis, *Deum nemo vidit vnquã; vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.* Cum ergo ait, ad Angelos non ſpectare enarrare, quid ſit Deus, ſed ad vnigenitum ſignificat

1. Reſpondeo. P. Arrub. *2. Reſpondeo.* Ioan. 1.

Digitized by Google

nificat, primum Doctorem, & Magiſtrum doctrinæ diuinæ eſſe vnigenitũ, non Angelos, quorum propriũ munus eſt, eum laudibus extollere, ipſique miniſtrare. Ita Tol. Ioan. 1 annotatione 53. vbi aduertit illud *nemo* ſolum referri ad homines, non ad Angelos. Licet vero ſatis probabiliter omnia hæc Chryſoſt. excuſent: at negabit nullus, ſi ipſius verba nuda auulſa a perſona, & ſanctitate conſiderentur, magis oppoſitam partem indicare. Ne autem huic renuas propoſitioni, cõſidera Chryſoſt. ſine ſanctitate, & ea auctoritate in Eccleſia, quam merito ſibi cõparauit: vel finge, fuiſſe hæreticum, vel oppoſitam partem certam eſſe de fide; nimirum, Deum videri in eſſentia non poſſe, ſicut nec comprehendi, nihil eius mutatis verbis, quam indubitãter ipſum afferremus, vt patronum, aut refelleremus, vt hæreticum. Hoc præmoneo contra cenſores P. Vazq. ne leuiter inductum arbitretur lector.

Non contemnendũ fundamentũ habuit P. Vazq.

Caput III. *Quid alij e Patribus ſenſerint?*

21 PRAETER Chryſoſt. P. Vazquez alios quoque Patres maximæ authoritatis, ſi ſincere eos velimus intelligere, in ipſius fuiſſe ſentẽtia arbitratus eſt; nimirũ Hieronym. Primas, Iſidor. Ambroſ. Baſil. Epiph. vtrumque Cyrillum, Niſſen. atq; Theodoret. Quia propter hanc etiam rationem male tractatur a citatis Theologis cap. ſuperiori n. 14. non poſſum nõ hoc etiam examinare, vt appareat; an ne P. Vazq. leuiter, an cum probabili fundamento motus fuerit? & in vno quoque meam ſententiam ſincere pronuntiare ſpondeo, ſemper actus a more puro aſſequendæ veritatis.

22 Primus eſt Hieron. citatur a P. Vazq. to 5. lib. 1. in Iſa. ſuper illa verba cap. 1. *audite verbũ.* vbi ait, ob duas cauſas ſecundum Hebræos interfectum Iſa. Altera, quod Domino dicẽte ad Moyſem non poteris videre faciem meam, iſte auſus ſit dicere, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Altera cauſa non eſt ad rem noſtram. In quem locum hæc verba habet Hieron. quæ videntur ſuffragari. *Licet faciem Dei iuxta naturæ ſuæ proprietatem nulla videat creatura, & tunc mente cernatur, cum inuiſibilis creditur.* Et excuſans Iſai. dixit contra Hebræos. *Non conſiderantes; quod faciẽ, & pedes Dei, ſiue ſuos, quia in Hebræo ambigue legitur ſepharim, texerint, & media tantum eius Eſaias vidiſſe ſe ſcribat. Homo igitur Dei faciem videre non poteſt.* Ergo negauit Hieron. videri Deum poſſe.

De Hieronym. quid ſenſerit?

S. Aug.ſt. S. Aug. 2. to. Epiſtola 111. verſat hunc Hieron. locũ, atque duo affirmat. Primum ipſum doctiſſ. virum intelligendum eſſe de oculo corporeo, quantumuis noſter oculus in alia vita coæquetur cũ Angelorũ oculis. Aug. enim in ea Epiſtol. totus eſt in demonſtrando contra Fortunatianum Epiſcopum Siccenſem, qui cũ Anthropromorphitis ſenſit, nos Deum non viſuros oculo corporeo, viſuros vero mente: vnde ea interpretatio Aug. quadrat ipſius inſtituto; neſcio vero, an ita quadret inſtituto Hieronymi, vt mox dico. Secũdo affirmat, Hieronymũ nõ negaſſe viſionẽ beatam allegans ex ipſo in loco, quem elucidamus hæc eius verba. *Homo igitur Dei* (de Iſaia agit) *faciem videre non poteſt, Angeli autem, etiam minimorum in Eccleſia ſemper vident faciem Dei; & nunc in ſpeculo videmus, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, quando de hominibus in Angelos profecerimus, & potuerimus cum Apoſtolo dicere. Nos autem omnes reuelata facie gloriam Dei ſpeculantes, &c.* Licet interpretatio hæc Aug. venerabilis ſit mihi, & principijs ipſius conſentanea; quippe qui Angelos fuiſſe corporeos, licet tenui, & ſubtili corpore, docuit; vt dico tract. 6. atque oculis corporeis, eleuatis maxime præditos eſſe. At Hierony. nunquam tale docuit: ergo cum neget omni creaturæ, in qua, & Angelica continetur videre Deum ſecũdũ naturæ ſuæ proprietatem, non videtur intelligi commode poſſe de ſola viſione corporea.

Aug. interpretatio.

Alij illud iuxtã naturæ ſuæ proprietatem referunt ad propriam creaturæ naturam, vt ſenſus ſit, nullã creaturam per proprias vires Deũ videre poſſe. Nam alias Hierony. ſibi foret cõtrarius. Verũ, ſi is eſſet ſenſus Hierony. nõ ſolũ ambigue fuiſſet locutus, ſed etiam male voces texeret. Nam, cum ait, *faciem Dei iuxta naturæ ſuæ proprietatem nulla videt creatura*, illud *ſuæ* non poteſt referre creaturam, quam non pronuntiarat, ſed faciem Dei; quam præpoſuerat. Hieron. autem (ſi placet huic) recte nouit ſermonem texere. Porro excuſatio Iſa. quam ſubijcit Hieron. manifeſte oſtendit, hanc nõ poſſe eſſe mentẽ Hier. Nã non excuſat ab Hebræis Iſai. quod per vires proprias non viderit Deũ, ſed quod proprie non viderit naturam Dei, nec ſe vidiſſe in his verbis affirmet: ait enim. *Non conſiderantes, &c. media tãtum eius Eſai. ſe vidiſſe ſcribat.* Non faciem, non pedes, quos Seraphim tegebant: atqui vbi Deus videtur cum facie, cum medijs, & pedibus, non videtur iuxta naturæ ſuæ proprietatem; vnde, cum concludit: *homo igitur Dei faciem videre non poteſt:* intelligit iuxta naturæ diuinæ proprietatem. 23

Alia reijcitur. Lorca. Refellitur

24 Ego vero cenſeo in primis cum Aug. non negaſſe

Digitized by Google

Interpretatio authoris. negaſſe Hieron. nos, atque Angelos Deum in alia vita viſuros in ſeipſo immediate. Hoc probant verba Hieron. quæ Aug. refert, & nos ſupra n.22. ex ipſo.

Secũdo, cẽſeo Hieron. negaſſe viſionẽ Dei in ſe Iſaiæ, item omnibus hominibus; imo, & Angelis, dum viatores ſunt. Moueor; quoniã hoc erat magis accõmodatum Hieronymi inſtituto, qui explicans, qua ratione intelligendus ſit Iſai. cum dixit, ſe vidiſſe Dominum ſedentem, &c. loquitur de ſtatu, in quo verſabatur Iſa. licet lumine Prophetico eſſet illuſtratus; atq; adeo de ſtatu viatoris, & in eo negat, homines, aut creaturas aliquas naturam Dei videre poſſe ſecundum naturæ proprietatem. Secundo moueor; quia in teſtimonio, in quo fatetur viſionem Dei, ſemper adijcit verba, quæ indicant, comparationem fieri inter hos ſtatus: nã comparat hominem Dei cum Angelis cuſtodibus minimorum; hominem Dei in hoc ſtatu; Angelos in beatitudine. Deinde ait. *Nũc in ſpeculo videmus, &c.* Ecce vniuerſaliter agit de hominibus in hoc ſtatu. *Tunc autem facie ad faciem, quando de hominibus in Angelos profecerimus.* Hoc eſt, quando in eodem ſtatu, eodemque lumine illuminati: hoc enim eſt *proficere in Angelos.* Non in natura ſed in gratia, & eleuatione. Tertio expendo illa verba, *tunc mente cernatur, cũ inuiſibilis creditur:* in quibus perſpicuum eſt, non loqui de oculis corporeis, vt dicebat Aug. Deinde etiam loqui vniuerſaliter de præſenti ſtatu fidei, per quã credimus, Deum inuiſibilem eſſe, niſi eleuemur. Ergo cũ ait, faciem Dei a nobis videri non poſſe, vtiq; viatoribus fide obſcura progredientibus, quæ pugnat ex propria natura cum beata viſione. Hactenus de Hieronymo.

25 *Cyril. Alexandrinus quid ſenſerit?* Secundo diſcutiamus mentem Cyrilli Alexand. P. Vazq. eum allegat lib. 1. in Ioa. c. 22. vbi explicans illud *Deum nemo vidit vnquam,* ait; *ſoli enim conſubſtantiali filio Pater viſibilis eſt, & nulli præter eum alteri.* Lorca carpit P. Vazq. quod propter hæc motus fuerit, cũ ſtatim ſubiungat Cyrillus: *viſionem autem in his Deo conuenientem ſemper intelligas.* In quibus ſe explicuit dicens, mentis ſuæ fuiſſe tantum negare intuitionem Dei comprehenſiuam, qua ita notus ſit creaturæ, ſicut ipſe ſibi. Hæc Lorcę redargutio in P. Vazq. inanis eſt, atque videtur profecta, aut ex non lecto Cyrillo, aut ſi eum legit, omnem veritatem noluit patefacere: nã in verbis ſequentibus non longe ita ait. *Non enim ipſum, quod natura Dei ſubſtantialiter eſt, vidiſſe contendunt: ſed aperte quomodo viderũt, exponunt; hæc dicentes: eſt viſio ſimilitudinis gloriæ Domini.* In his autem non tantum negat viſionem comprehenſiuam, ſed quamcumque ad ſubſtantiam Dei terminatã, & eam videtur appellare Deo conuenientem, vtique ex parte obiecti, non ex parte ſubiecti. Porro expende verba alia, quæ ſubijcit, in quibus negare plane videtur omni creaturæ viſionem Dei in ſe. *Sed aciem oculorum hominis, tamquam Deus effugiens: quia omnem ſuperat creaturam, idcirco increatus, id eſt, Deus eſſe, & intelligitur, & glorificatur.* En declarat Dei naturam per hoc, quod creatura vlla ipſum intueri non poteſt. Hæc vero verba, quæ difficillima ſunt, exulant a libro Lorcæ, & Luſitani, & ſi magnæ molis. Alia vero, quæ cõgeſsit ex lib. 9. in Ioa. c. 34. & lib. 4. Theſauri in medio legi, non allegãtur a P. Vazq. quia nullam habent difficultatem.

Ego nihilominus affectu feror ad probabilẽ Cyrilli explicationem. Primo, quia lib. 10. in Ioa. c. 14. in illa verba, *manifeſtabo ei me ipſum,* dicitur, tunc manifeſtiſsime in nobis myſterium Dei reuelandum, & mentem noſtram, nõ per ea, quæ audiuit, & credidit, ſed conſummate Dei cognitione perfundẽdam eſſe. Deinde delitias Dei conſiſtere in cognitione Dei perfecta & exquiſita, & Deum aperte, & perfecte nobis manifeſtandum eſſe, & ibidem explicans præſtantiam præmij promiſsi diligentibus Deum; ait, ineffabili ſplendore ad cognitionem Dei mentem noſtram erigendam. Et licet, qui tenaci mente oppoſitam partem vellet tueri, dicere poſſet, per hæc tantum intelligere Cyril. cognitionem quamdam fide præſtantiorem, & clariorem, quæ tamen non terminetur ad Dei naturam in ſe, ſed ad ſimilitudinem quãdam Dei glorioſam: nihilominus, cum verba relata non tantum admittant verũ ſenſum, ſed magis eum indicent, ſatis eſſe debet, vt ei hæreamus. Maxime cum adducta ex aduerſa parte probabilẽ habeant explicatum. 26 *Explicatio authoris.*

In omnibus allegatis ergo teſtimonijs n.25. Cyrill. affirmo loqui de viſione hominis, ſeu creaturæ in hac vita, de omnibus negans, eam fuiſſe aſſecutos. Vnde ita intelligit illud Ioa. 1. *Deum nemo vidit vnquam:* quem locum ibi explanat, & ab interpretibus ſacrę Scripturæ pro ea ſententia allegatur. Ita Tol. annotatione 53. & Maldonat. 27 *Dilutio argumẽtorũ.* Tol. P. Maldon.

Ad primum reſpondeo ideo dixiſſe ſoli filio eſſe viſibilem, quia ſolus filius ſemper eum videt, eamque felicitatem æternam ſine interruptione, aut inceptione, poſt viam appellat viſionem Deo conuenientem.

Ad ſecundum reſpondeo, loqui de propheticis viſionibus in hac vita, quæ ſemper fuerunt per ſimilitudines, & ſimulacra Dei.

Ad tertium reſpõdeo pariter, Deum propter excellentiam ſuã fugere aciẽ oculorum hominis viatoris in hoc ſtatu, dum carne regitur corruptibili, & per ſenſus rerũ haurit ſpecies.

P. Vazq.

Digitized by Google

28 *Quid ſenſerit Iſid.* P. Vazq. ſupra cap.4.etiam numerat Iſidor. inter eos,qui negarũt viſionẽ Dei in ſe,quod in quæſtionibus in Exod.cap.42.hæc verba protulerit. *Quid eſt ergo faciem meã videre non poteris? niſi quamuis vſque ad parilitatem Angelicam humana etiam poſt reſurrectionem natura proficiat, & ad contemplandum Deum indefeſſa conſurgat; videre tamen eius eſſentiam plene non prævalet, quam, neque ipſa perfectio Angelica in toto, vel integre attingit ſcire ſecundũ Apoſtolum, qui ait. Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, vt ſubaudias, & Angelorum. Sola enim ſibi integrẽ nota eſt Trinitas, & humanitati ſuſceptæ, quæ tertia eſt in Trinitate perſona.* Hæc autem verba, nec intelligi poſſunt de homine in via: quia de eo loquitur poſt reſurrectionem, nec eſſe de rigoroſa comprehenſione; nam, vt bene expendit Vazq. ea, nec Chriſti Domini humanitati communicari poteſt; quippe Deum eſſe a creatura incomprehenſibilem eſt certa veritas, vt docui diſp.4. cap 4. ergo neceſſario intelligenda videntur de viſione Dei in ſe.

29 *Lorcæ, & Ægydij explicatio.* Reſpondent Luſitanus, & Lorca, valde deceptum in eo P. Vazq. quod putauerit, idem eſſe Deum videre, ſicuti eſt, ac Deum integre, & plene intueri: cum primum ſolam dicat intuitionem: ſecundum autem comprehenſionẽ. Humanitatẽ autem Chriſti (aiunt) ſecũdum Iſidorum comprehendere poſſe diuinam eſſentiam, & ita ſenſiſſe Bonauent. in 3.diſt.14.ar.1. q.2.

Reijcitur. Egregia ſane Iſidori excuſatio. Vterq; docet de fide diuina eſſe, Deum a creatura incomprehenſibilem eſſe. Lorca diſp.33. Luſitan. Ergo ex vtriuſque ſentẽtia error in fide tribuitur Iſidoro. Veluti ſi quis dextrum erueret oculũ, vt eo ſiniſtrum reſtitueret: ita excuſatur ab his; ne Vazqueſio conſentiant, in abſurdum labuntur. An autem Iſidor. in ea fuerit ſententia de cõprehẽſione? me videro poſtea, leg. diſp.4. c.4. id certũ Bonau. nec ea q.2. nec 3. vbi de Dei incomprehenſibilitate, Iſidor. afferre.

Porro *Deum videre ſicuti eſt, & Deum integre, & plene videre*, locutiones ſunt indifferẽtes, quæ, & comprehenſionem ſignificare poſſunt, & non comprehenſionem: nam viſio cõprehenſiua eſt cognitio Dei, ſicuti eſt, & intuitiua tantum eſt plena, & integra Dei comparatione rationum diuinarum in eo formaliter exiſtentium. Potuit ergo Iſidor, vtroque ſermone ſignificare intuitionem tantum, nec ex diuerſa voce ſolide colligunt ſcriptores ij, ſolam comprehenſionem negaſſe. Videat lector, quo iure valde deceptum P. Vazq. potuerint pronunciare. Luſitanus Veſperarius allegat pro Iſid. duo eiuſdem teſtimonia; alterum ex lib.1. ſententiarum c.12. alterum cap. 29. ſed infeliciter. Poſſem ego dicere aliena fide ea referre; quia nullibi eorum locorum verbum habeat, quod ſuffragetur, & in eo magis deceptum. Verum id tribuo incuriẽ Curſoris. Nõ refero verba, nec explico, quia legenti prima facie conſtabit, non vrgere. Lorca fidelius refert alia ex lib.2. de Eccleſiaſt. officijs cap.24. quæ in Iſidoro ita ſe habent. *Hic videre per ſpeculum in ænigmate: in futuro autem facie ad faciem, cũ ad ſpeciem fuerit perducta per fidem.* Loquitur de Eccleſia illud *facie ad faciem, & per ſpeciem* ſignificare videtur claram Dei, atque immediatam viſionem.

Ego vero, licet perobſcure D. Iſidor. fuerit locutus in verbis, quæ allegantur a Patre Vazquez habere probabilem explicationem, duas propono, eligat lector. Prima eſt agere de perfecta comprehenſione; nam, licet viſio tantum intuitiua dici poſsit plena, & integra cognitio comparatione eorum, quæ formaliter exiſtunt: at ea verba magis innuunt tam perfectam cognitionem Dei, qua eſſe non poſsit perfectior, atque adeo comprehenſionem, & iũctis, quæ allegat Lorca, probabiliter opinari poſſumus, non negaſſe viſionem; ſed ſolam cõprehenſionem. Quod vero ait, *humanitati ſuſceptæ* comprehenſionem etiam competere, non vult humanitati præciſe a ſuppoſito diuino, ſed ſuſceptæ, hoc eſt, vt includit illud. Et hoc, vt explicaret, adiecit, *quæ eſt tertia in Trinitate perſona. Tertia,* hoc eſt vna e tribus non reſpiciens ordinem originum. Humanitas vero præciſſa a ſuppoſito, nulla eſt in Trinitate perſona: ergo loquitur de Chriſto Domino, in quantum includit verbum diuinum, quod appellat tertiam in Trinitate perſonam. Itaq; humanitas ſuſcepta in textu Iſidori idem eſt, ac Chr. Dom. vt Deus. 30 *Sententia authoris.*

Secunda explanatio dat gratis obijcienti loqui de humanitate præciſſa. Illud vero *integre nota eſt*, non intelligit de ſola intuitione Dei, in qua conſiſtit noſtra eſſentialis beatitudo; nec de perfectiſsima comprehenſione, ſed de quadam media cognitione, quæ eſt perfectior intuitiua, nec tamen attingit perfectionem exactæ comprehenſionis. Ea autem eſt, qua diximus, animam Chriſti præditam eſſe 3. p. ad quæſt de ſcientia animæ Chriſti: vbi docui cum grauibus Theologis, ac Patribus, animam Chriſti cognoſcere, quidquid Deus cognoſcit, hoc eſt, omnia, quæ ſunt formaliter, & eminenter in Deo; omnia quoque præterita, præſentia, & futura, tum abſoluta, tum conditionata, nec tamen ideo Deum comprehendere. Ea autem optimo iure appellatur ab Iſidoro integra cognitio Dei; in quantum ſe extẽdit ad omnia, quæ ex Deo, & in Deo poſſunt cognoſci. In qua ratione ſola Trinitas, & humanitas

Digitized by Google

manitas Chriſti conueniunt, habent integram Dei cognitionem, licet increata Dei cognitio ſui creatam humanitatis Chriſti in alijs ſuperet perfectionibus.

31 P. Vazq. numerat etiam Epiphan. Patrem Græcum Hæreſi.70. nō vero refert aliqua eius verba: ſed habet ſatis difficilia, exempli gratia. *Et quidem, quod inuiſibilis eſt Deus, & incomprehenſibilis, hoc manifeſtum eſt, & confeſſum.* Deinde hæc: *inuiſibilis igitur eſt natura, & incomprehenſibilis gloria.* Deinde hæc: *& impoſsibile eſt videre Deum humanam naturam, & non datur, vt viſibile videat inuiſibile.* Hæc retuli, vt videat lector, quantum habuerit fundamentum P. Vazquez annumerandi Epiphanium.

Quid ſenſerit Epiphanius?

32 Nihilominus Lorca, & Luſitanus ille oſcitanter, & non conſiderate lectum Epiphanium a P. Vazq. effutiuerunt: & eum de viſione corporea explicandum cenſuerunt: cum autem addit, *Deum omnipotentia ſua feciſſe, vt viderent,* intelligunt oculo corporeo in humanitate aſſumpta. Verum explicatione hac non quieſcit animus. Quoniam Epiphan. ibi intendit concordare nouum teſtamētum, in quo dicitur, Deum neminem vnquam vidiſſe, cum veteri, in quo dicitur Prophetas, & Apoſtolos Deum vidiſſe: atqui non viderunt Prophetæ oculis corporeis Chriſti Domini humanitatē: ergo, licet Apoſtoli viderint, cum ait, Prophetas, pariterque Apoſtolos Deum vidiſſe, non poteſt loqui de viſione corporea. Deinde explicans mentem ſuam exemplo eius, qui per tenuiſsimum foramen cœlum conſpicaretur, ait, & vere dicere, ſe cœlum vidiſſe, & vere non vidiſſe; quia cœlorum latitudinem, & amplitudinem non vidit. Ita ſcribit. *Si itaque creaturarum res ſic ſe habet apud nos, quanto magis id continget in gratia, quam largitus eſt Deus Prophetis, & Apoſtolis? Viderunt igitur, quod eſt reuera, & non viderunt.* In his verbis per gratiam ait, euectos Prophetas, & Apoſtolos ad videndum id, quod viderunt de Deo; ad videndam autem Chriſti humanitatem oculis corporeis, poſita eius exiſtentia, & lumine, & approximatione gratia neceſſaria non eſt. Ergo agere non poteſt de viſione corporali humanitatis Chriſti Domini. Verba, quæ ſequuntur in Epiphanio, id expreſsius oſtendunt. *Sed viderunt, ſicut natura potuit ferre, & hoc ſecundum gratiam potentiæ, qua potens ille ipſum potentem fecit in omnibus propter amicitiam eiuſdem hominis ſeruientis illi in veritate.* En viſio, de qua loquitur, eſt ſecundum Dei potentiam confortantem naturam, & præmium ſpecialis amicitiæ, atque obſequij Prophetarum erga Deum: ergo non agit de corporea viſione humanitatis. Ex quo etiam manet refutata alia reſponſio Luſitani illius, loqui per vires naturæ: nam tribuit gratiæ viſionem Prophetarum, & Apoſtolorum.

Lorcæ. Egydius. Quorūdā explicatio reiecta.

Quod ſi agit de mētali, in fauorem P. Vazq. formō hoc difficile argumētum. Quoniā dicēs Epiph. Deū feciſſe benignitate ſua, ac potentia, vt a nobis inuiſibile videretur, ſic ait. *Et quod videt inuiſibile, & infinitū, nō veluti habet infinitum, videt ſed veluti natura cōprehendere potuit potēs effecta, vt quod impotens eſſet, ad potens ſe extenderet.* Ex his verbis ſic colligo: ergo non loquitur de viſione immediata Dei. Probo hāc cōſequentiā, nā; licet beata viſio, qua finita cognitio eſt, nō videat Deū infinita cognitione ex parte ſua; at clariſsime, & intuitiue videt infinitatem ex parte Dei, nō aliter ac videt alias diuinas perfectiones, & attributa; ita, vt reddere poſsit optimā rationem infinitatis, eādem, ac omnipotētiæ. Vt ergo optime dicimus, beatū Deū videre, vt Deū, vt omnipotentē; ita dicere poſſumus, Deum videre, vt infinitum ex parte obiecti: at Epiph. negat, videre *veluti habet infinitum.* Ergo non poteſt loqui de beata viſione.

Difficilem ego arbitror Epiphanij mentē in hac parte, vt omnium Græcorum. Nihilominus animaduertens ad ſpeciale inſtitutū huius Patris, apte intelligi poteſt de viſione Dei in hac vita: cum ait, ipſum eſſe inuiſibilem a natura humana: & viſibile, qualis eſt homo, maxime inter nos degēs, nō poſſe videre inuiſibile: atqui per gratiam fieri, vt euehamur ad diuina aliqua ratione videnda, ſicut Apoſtolis & Prophetis conceſſum eſt. Moueor; quia agebat de viſionibus, quas in hac vita habuerunt Prophetæ, & Apoſtoli; ad hocque propoſitum prolata ab ipſo omnia, quæ retulimus: ergo non ſunt extendenda ad viſionem patriæ propriam beatorum. An autem affirmarit, Prophetas, atque Apoſtolos Deum immediate in ſe in hac vita vidiſſe; an negauerit? mihi non ſatis exploratum. Si conſidero exemplum de inſpiciente cœlum per ſtrictum foramen, atque mare ex mōtis cacumine, quo vtitur Epiphan. ducor in affirmantem partem. Si autem conſidero Prophetarum, & Apoſtolorum viſiones, quas ibi tractat, quaſq; ſæpe nō tribuit menti, & cogitationi; ſed oculis: ducor in negātem. Sed hoc extra rem noſtram. Quidquid affirmaueris, non ſiet poſsibilitatem viſionis beatæ negaſſe in patria.

33 *Explicatio authoris. Græcidiſſi culter loquuti in hoc puncto.*

P. Vazq. ſupra etiam numerat Hieroſolimitan. Cyrillum Cathec.6 Sed facile pro vera ſententia, nō tantū explicari, ſed adduci poteſt, vt cōſtat ex verbis, quæ referuntur a Lorca, & Luſitano, quæ non tranſcribo, quia nulla indigēt expenſione. 34

Quid ſenſerit Cyrill. Hieroſolimitan.?

Baſil. etiam legi in lib. 1. aduerſus Eunom. ad me- 35

Digitized by Google

Quid ſenſerit Baſil? ad mediũ. Et licet Deũ inuiſibilẽ rationali creaturæ; intelligens omnẽ creatã ſubſtantiã, dicat aliquoties; at nõ poteſt ex eo efficaciter colligi, negaſſe poſsibilẽ eſſe Dei viſionẽ, ſed tantũ, aut negat cõprehenſionem, quia agebat contra Eunom. aut loquitur per vires naturæ, aut in hac vita etiam per vires gratiæ.

36 *Quid ſenſerit Niſſenus?* Multo obſcurius loquitur Niſſenus lib. de Beatitudinibus oratione 6. adeo vt P. Vazq. ſenſerit, expreſſe negaſſe poſsibilem eſſe viſionem Dei in ſe; licet vero fuſiſsime hoc verſet, placet tamẽ ex ipſo verba decerpere, quæ ſuffragentur menti P. Vazq. vt tandem, quid ſenſerit, ſecurius diiudicemus. Explanat illud Matthæi 5. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*. Cui ſententiæ opponit teſtimonia Ioa. 1. Paul. 1. Tim. 2. & Moiſis Exodi 33. & ait. *Atqui videre Deũ vita ſempiterna eſt. Hoc autem fieri non poſſe, vt Deus videatur, columnæ fidei, Ioannes, & Paulus, & Moiſes affirmant*. Et poſt pauca: *quod Deus videri non poſſit, tum Prophetæ, tum Apoſtoli diuino ſpiritu ducti atteſtantur*. Deinde ponderandum eſt, Niſſen. loqui de præmio iuſtis in alia vita promiſſo: nam ponderans magnitudinem præmij, quod eſt videre Deum, ait. *Promiſsio quidem certe tanta eſt, vt ſuperet extremum terminum beatitudinis*. In ijs vero ſubſumit, videre Deum, ſi voces ſumantur, vt ſonant, ſuperare omnem creaturæ beatitudinem, atq; adeo viſionem Dei a creatura impoſsibilem eſſe. Vt vero declaret: quo pacto verum ſit, quod mundo corde Deum videbunt ait. *Videre in vſu ſcripturæ idem ſignificat, quod habere*. In confirmationem eius ſignificationis allegat duo ſcripturæ teſtimonia. Primum ex Pſal. 127. *Videas bona Hieruſalem, idem, quod inuenias ſignificante verbo*. Secundo, ibi. *Tollatur impius, ne videat gloriam Domini: per non videre non participantem eſſe Propheta ſignificante*. Modo expende, ſi Niſſen. intelligeret, poſsibilem eſſe viſionẽ Dei in Patria, atq; beatis pro proemio cõmunicari, modũ loquẽdi ſcripturæ non detorqueret in has verbi *videre* methaphoricas ſignificationes; quippe peccatũ eſſet in ſcripturã quærere alienas ſignificationes, cũ propria, atq; veriſsima in prõptu eſt. Porro diſquirẽs verũ eius promiſsionis ſenſum ait. *Sed, quoniam demonſtratũ eſt, modum videndi Deũ confici per hoc, quod puro corde extiterit, in hoc rurſum mẽs mea, quaſi vertigine correpta æſtuat ambigẽdo, an ne puritas cordis ſit ex ijs rebus, quæ neq; effici poſſunt, & naturã noſtrã ſuperant, atq; excedunt?* Ecce ſubſumẽs, idem eſſe videre Deum, ac habere cordis puritatem, diſquirit rurſus, an ea ſit poſsibilis hominibus? Quod ſi Niſſ. in mentem veniret, propriam Dei viſionem poſsibilem eſſe, hæc non moueret dubia. Deinde ponens, beatitudinem in puritate cordis conſiſtere, atq; adeo eam viſionem Dei, de qua ibi; ex eo probat, puritatem cordis eſſe poſsibilem, quod alias promitteretur nobis præmiũ impoſsibile, & quod animos audientium angeret, non moueret in ſpem. Porro ne quis cogitaret in diuinæ eſſentiæ viſione immediata. quã comprehenſionẽ appellat, eam beatitudinem conſiſtere; conſtanter, & grauiter affirmat, eam impoſsibilem nobis eſſe, nullamq; vitam, nullum apparatum, nullumq; inſtrumentum ex cogitatum eſſe ad eiuſmodi viſionem. Et nullum eorum, qui vitæ curſum ante confecerunt, aliquod veſtigium, vel ſignum cognitioni Dei impreſsiſſe, quo ſigno excogitaretur, & perciperetur res, quæ ſuperat omnem cognitionem, & in hæc verba concludit. *Talis autem ſecundum naturam; cum ſit is, qui ſuperat omnem naturam, alia ratione, & videtur, & percipitur, qui, & videri, & comprehendi nõ poteſt*. Nimirũ immediate in ſeipſo. Et declarãs, quo pacto Deus percipiatur, & videri dicatur? proponit duos modos. Primũ, per effectus Dei, ſi mentẽ artificis intuemur in artefacto. Secundũ, in hæc verba. *Eodẽ igitur modo propoſitã quoq; orationẽ*. (Loquitur de teſtimonio ex Matt. 5.) *intelligamus quod non cognoſcere aliquid de Deo, Dominus beatum eſſe dicat, ſed in ſe ſe Deũ habere. Non enim mihi videtur quaſi ex aduerſo ſpectandũ Deum proponere ei, qui animæ oculũ habuerit expurgatum*. Ecce, negat, Deum ſe ſe obijcere videndum, etiam animæ puriſsimæ. Deinde, ſic alloquitur homines. *Cum audieritis diuinam maieſtatem ſupra cælos elatam, & exaltatam, & gloriam eius inexplicabilem, pulchritudinem ineffabilem eſſe, naturam percipi, ac comprehendi non poſſe, ne prolabamini ad deſperationem, quaſi non poſitis intueri, quod deſideratis*. Deinde, nihil aliud eſſe pronuntiat videre Deum, quam hominem purum a peccato ſeipſum videre, eo, quod in ſe habeat ipſam Deitatis imaginem, & qui videt rei imaginem, rẽ videre dici poteſt. Accipe verba, quia neceſſaria. *Ergo qui ſe ipſum videt, in ſeipſo, quod deſiderat, intuetur: atq; ita beatus ſit, qui corde puro præditus eſt: quoniam, dum ſuam puritatem intuetur, per imaginem formam principalem animaduertit*. Certe Niſſ. non explicaret hac metaphora, & ambagine viſionẽ Dei in ſe, ſi eam poſsibilẽ exiſtimaret. Deniq; attende ad hæc verba, quibus cõpendio, ſuã exprimit mentem. *Sed, cũ duplex ſit in promiſsione videndi Deũ intellectus; vnus quidẽ cognoſcẽdi naturã, vniuerſitati in ſupernis præſidentẽ; alter vero per puritatem vitæ, cũ Deo, quaſi cõtẽplandi, & coniungendi. Primam quidem contemplationis ſpeciem impeditã eſſe, & confici non poſſe ſanctorũ vox declarat. Secundam vero per præſentem*

doctrinam humanæ naturæ Dominus promittit, cum dicit: beati mũdo corde, &c. Ex his verbis colligo duo. Primũ hoc teſtimoniũ Matth. quo probatur in Eccleſia viſio immediata Dei ſecũdũ cõmunẽ Patrũ expoſitionẽ, aliter fuiſſe intellectũ a Niſſeno, nimirũ de puritate cordis hominis iuſti. Secũdũ videri alienũ fuiſſe Niſſen. a viſione poſsibili immediata Dei. Nã ſi eã poſsibilẽ exiſtimaſſet, ad manũ habebat propriam, & facilem huius teſtimonij intelligentiam.

37 Cuipiã videbitur, me fuſius, quã par erat, hæc proſecutũ: ſed magni facienda in re graui mẽs Niſſ. maxime cũ inter noſtros Theol. tam contẽtioſe agitetur; atq; cõperiet lector ex dictis, abs re eſſe quorũdam expoſitiones Lorca contendit, tantũ negare voluiſſe viſionẽ Dei immediatã in ſe in hac vita. Sed id falſum eſſe cõſtat. Primo, quod nullus hominum, excepto priuilegio ſpeciali beatę Virginis Marię, aſſequi poteſt puritatẽ vitæ, in qua cõſtituit eã beatitudinẽ; quoniã ipſe petit eã puritatẽ, quæ affert ab omni vitioſitate mũditiã, & omnẽ vitiorũ, affectuumq; vacuitatem, & ab omni malo alienationem, &c. hæc autem nõ ſunt in homine viatore. Ad hæc; nõ cõſtituit beatitudinẽ ſolum in horum poſſeſsione, ſed in cognitione & ſciẽtia, quod hæc poſsideãtur. *Cum igitur, ait, ab omni vitioſitate pura ab affectu, ac vitio libera, atq; ab omni inquinatione ſeiuncta in te ratio fuerit, beatus es propter acumen, atq; claritudinem viſus; quoniã id, quod effugit viſum eorum, qui nõ fuerunt purgati, ipſe expurgatus animaduertis, ac materiali caligine, ab oculis animæ dempta, per purã cordis ſerenitatem beatũ ſpectaculum clare cernis.* Ergo cum nemo in hac vita clare cernat; an iuſtus, & purus ſit? an dignus odio, vel amore? non agit de beatitudine huius vitæ. Deniq; quia loquens de beatitudine, quã ipſe explicat ex ſua viſione Dei, ita ait. *Qui Deũ videt, quidquid in bonis inuenitur, per hoc, quod Deũ videt, adeptus eſt vitam ſine fine, æternam, incorruptibilem, immortalem beatitudinem, regnum ſine fine, continentem lætitiam, &c.* Ergo non agit de beatitudine huius vitæ. Ego mihi non perſuadeo, Lorcam hac ſolutione quieuiſſe. Vnde ſe recepit ad vitiatum textum ſecundũ Laurentiũ Syfanum. Bene: ſed dicat, precor, an ex his locis, vt habemus excuſſos, ſincere intellectis colligatur negaſſe viſionem Dei eſſe poſsibilem? An nõ? Si colligitur: ergo interpretatio ipſius non eſt ſolida. Porro, quis dubitet, verſorem in latinum magis penetraſſe de vera mente Niſſ. quã Lorcam, ac maxime P. Frontonus Ducæus è noſtra Societate doctiſsimus vir, cuius ego ſecutus ſum verſionem, quod ſi ipſi verſores nobis textum ita tradiderunt, vt ex eo neganda ſit viſio poſsibilis, ei ſtandum eſt pro mente Niſſeni. Si non colligitur, ſatisfaciat argumentis propoſitis, quod ſane præſtare non poterit.

Lorca confutatus.

P. Fronton. Ducæus.

Luſitanus ille acerbus verbis cõtra P. Vazq. Niſſen. intelligit de beatitudine huius vitæ, & per vires naturæ; nũquam vero negaſſe Niſſen. 38
viſionẽ Dei per vires gratiæ in altera vita, cuius oppoſitũ, inquit, ſine fundamento ſupponit Bellomontanus (ſic P. Vazq. nominat.) Probat primum ex vtroq; modo conciliandi Niſſ. ea teſtimonia; nimirum, aut cognitione Dei cõparata per creaturas, aut cõparata in animi puritate: is autẽ vterq; modus cognoſcẽdi Deum, proprius eſt huius vitæ. Secũdũ, ex eo, quod affirmat, cognitionẽ, de qua agit, ſuperare humanas vires: pro hoc tranſcribit teſtimonia quædam ex Niſſ.

Ægidius confutatus.

Verũ explicatio hæc improbabilior mihi eſt, quippe ex qua infertur abſurdũ magni momẽti. Et prætermiſſa priori parte explicationis, quod ſit iã cõtra Petrũ Lorcitanũ reiecta n. 37. venio ad ſecũdã partẽ; vel Niſſ. ais, negaſſe viſione Dei in ſe in hac vita per vires naturæ, vel ſolũ viſionẽ Dei in vitæ puritate? Nõ hoc ſecũdũ, quia hanc dixit expreſſe poſsibilẽ eſſe, atq; eã vt præmiũ a nobis cõſequibile promitti, vt cõſtat ex verbis ex Niſſ. relatis. Ergo primũ tãtum negat. Cõtra hoc autẽ cõficio hoc efficax argumẽtũ. Quoniã illa ſecũda viſio Dei in imagine Deitatis, ſcilicet in naturæ puritate in hac vita per vires naturæ, tã eſt incõſequibilis, quã viſio immediata Dei in ſe. Etenim mũdare cor ab omnibus affectib⁹ ad peccatũ, nõ ſolũ cõtinet omniũ peccatorũ expulſionẽ; atq; adeo infuſionẽ gratiæ; ſed etiã ordinationẽ affectionũ omniũ; præterea etiã cõtinet cognitionem clarã ſtatus eius animę in amicitia perfecta cũ Deo: cũ ergo alterã, ait, viſionem impoſsibilẽ abſolute eſſe, alterã poſsibilẽ, nõ tantũ intẽdit negare viſionẽ Dei in ſe in hac vita per naturæ vires poſsibilẽ eſſe; ſed omnino, & abſolute eſſe impoſsibilẽ; cũ vtraq; viſio eodẽ modo ſit poſsibilis, & impoſsibilis. Nec eſſet, cur Niſſen. quęreret tã ſollicite poſsibilitatẽ præmij promiſsi, ſi intelligeret, tã eſſe poſsibilẽ per vires gratiæ viſionem Dei in ſe, quã viſionẽ Dei in imagine puritatis vitiorũ. Si hæc ſecunda viſio foret poſsibilis in hac vita per vires naturæ, & altera ſolũ per virtutẽ gratiæ, tollerari aliqua ratione poſſet hæc exponẽdi ratio. At affirmare, eã primã viſionẽ, & beatitudinẽ per vires naturæ in hac vita eſſe poſsibilẽ, eſt affirmare nos munditiam ab omni peccato, atque ordinem omnium affectionũ per vires naturæ conſequi in hac vita poſſe; imo, & claram noſtri ſtatus cognitionem. Quod Pelagianum eſt. Ergo nullam habet probabilitatem ea Luſitani expoſitio. Nec eſt cur miretur, ſi P. Vazq. oppoſitum ſuppoſuerit, quod non ſine fundamento, ſed ex penetrata mente Niſſ. fecit. Dixi in eo caſu tollerari poſſe

Digitized by Google

poſſe eam expoſitionē; quia nec eo gratis dato fieret, Niſſ. affirmaſſe, viſionē Dei in ſe poſsibilē eſſe aliqua virtute eleuātē, ſed nec negaſſe, nec affirmaſſe, ſed ſe geſſiſſe præciſiue; imo magis indicauit partē negātē, cū dixit, nullū apparatum, nullum inſtrumētum excogitatum vnquam fuiſſe ad viſionem Dei in ſe.

39 *Niſſen. negat poſsibilem eſſe viſionem Dei in ſe.*

Hæc propter vt dicam ſincere, quod ſentio, exiſtimo, magis eſſe cōſentaneam mēti Niſſ. ſententiam P. Vazq. Arbitratus ergo eſt, beatitudinem noſtram in altera etiam vita conſiſtere in vera animi puritate, atq; vacuitate ab omnibus vitijs, a nobis metipſis clariſsime cōtemplata, quatenus ea contemplatio nos ducit in Dei cognitionem, vt imago in prototypum.

40 *Quid ſenſerit Theodor?*

De Theod idē ſenſiſſe cōſtāter affirmat, atq; efficaciter probat P. Vazq. In duplici loco id reperio expreſſe affirmatū. Primus 1. epiſt. ad Corint. c. 13. explicās illud Pau. *Videmus nunc per ſpeculū*, hæc ait. *Hic videmus ſimbola Dominici corporis, illic autē ipſum Dominū vocabimus; id enim ſignificat facie ad faciē; videbimus autē eius, nō quæ ſub aſpectū nō cadit, naturam, quæ a nullo cerni poteſt, ſed eā, quæ de nobis deſumpta eſt.* In quibus; quia arbitratur, naturā Dei a creatura videri nō poſſe, *illud facie ad faciē* refert ad humanā Chriſti Domini. Et Diagolo. 1. qui dicitur *immutabilis* paulo ante mediū clariſsime affirmat, nec homines, nec Angelos naturā ipſam Dei poſſe videre, ſed quādā claritatē, & gloriā cōtemperatā cū eorum videndi virtute. Verba Theod. habes apud P. Vazq. ego ea expendo num. 42. quæ ſane ſunt manifeſta, vt Lorca ipſe ſatis inuite fateri cogatur, non admittere explicationem (ſi Deo placet) atq; Sixtus Senenſ. lib. 6. Bibliotecæ annotatione 182.

Lorca. *Sixtus.*

41 *Bellar.* *Ægydius refutatus.*

Verū tenacior Luſitanus refragatur, & cōtēdit, Theodoretū quoq; admittere cōgruā explicationē. Et prætermiſſa primum explicatione Bellar. lib. 1. de ſanctorū Beatitudine c. 4. quam merito refutat ex P. Vazq. atq; deinde prætermiſsis duob' alijs teſtimonijs ex quatuor, quæ cōgeſsit; quia nulla adhibetur difficultas, manifeſte demonſtremus inſufficienter, & contra Theod. mētē ipſum explanare. Primū teſtimoniū intelligit de viſione corporea, quā habebimus nō poſt mortē ante reſurrectionē, ſed poſt illā, per quā faciē Chriſti intuebimur humanā, nō tamē naturā diuinam. Sed cōtra primo, hoc effugiū excogitatū eſt ſine vllo in Theod. fundamēto: vnde nullū profert. Contra ſecundo, ex verbis Theodor. *In ſanctiſſimo, ait, baptiſmo videmus figurā reſurrectionis, tūc autē ipſam videbimus reſurrectionē.* Atqui, licet homo reſurrectus videatur oculis corporeis, nō autē ipſa reſurrectio: ergo nō loquitur de viſione corporali. Cōtra tertio, Paulus ait, euacuādam eſſe prophetiā, ſciētiā deſtruēdā, linguas nō locuturas, quia hæc omnia ſpectāt ad ſtatū paruulorū huius vitæ, quæ videtur a nobis per ſpeculū, & in ænigmate, quaſi per vmbras futurorum; vnde ipſe Theodor. explanās Paul. ait. *Præſentia vmbræ ſunt futurorū.* Cū vero addit. *Tunc autē facie ad faciē.* Opponit cognitionē perfectā, per quā euacuāda eſt imperfecta: ergo Paulus nequaquā agit de viſione corporali poſt reſurrectionē, ea enim nō euacuat omnia, quæ in hac mēte fide illuſtrata, & per diuina eloquia cognoſcuntur a Paulo, Apoſtolis, & Prophetis, vt manifeſtū eſt: equis erit, qui affirmet tā apertā mētē Pauli a Theod. ignoratā? ergo, qui ſic Theodor. excuſat, craſſam impingit ignorationē in penetrādo Paulo, & ex alia parte excuſatio nō ſubſiſtit, vt liquebit magis ex ſolutione ad ſecundum teſtimonium.

Ad ſecundum igitur teſtimonium reſpōdet, quoad homines in eo loco agere de cognitione corporea, quoad Angelos, aut de eadē; quia Theodoret. putauit, Angelos eſſe corporeos: vel de eis cōnaturali modo, ſeu per proprias vires operantibus. Vt futilem demōſtrē eſſe hāc explicationē, aduerte, in eo dialogo diſputari inter Orthodoxū, & Eraniſtē. An ne Deus natura ſit viſibilis, aut inuiſibilis? Eraniſtes dicebat, Deū viſibilē eſſe propter teſtimoniū Baruch. 3. dicēs. *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cū hominib' cōuerſat' eſt:* ſic enim ait. *In his Propheta, nec de carne, nec de humanitate, nec de homine, ſed de ſolo Deo prædixit.* Itaq; cōtēdebat, Deū in ſua natura viſum eſſe a Propheta, non quidem oculo corporeo, ſed lumine Prophetico. Cui reſpōdet Theodoretus agens Orthodoxi perſonam. Diuinam naturam ſub actum cadere non poſſe, propter Paul. Deum nominantē immortalem, & inuiſibilem. Deinde concedens Eraniſtes, diuinam naturam ſub aſpectum cadere non poſſe; adijcit Theodor. hæc verba. *Si ergo ab hominibus, dico etiam ab Angelis videri non poteſt diuina natura, dic quomodo, qui ſub aſpectū nō cadit, ab hominibus viſus eſt?* Deinde reſpōdet Theodor. quia Verbum caro factum eſt, in terra viſum eſſe, & cum hominibus cōuerſatū. Sic enim ait. *Clarū eſt ergo, quod ſub aſpectum non cadit diuina natura, caro autē cadit, & per eam, quæ videri poteſt, quæ videri non poteſt, viſa eſt.* Deinde agens quomodo Angeli quoq; aliqui per illam Deum viderint. *Per illā ipſam viderunt Angelorum quoq; aliqui. Viſus eſt enim, inquit, Angelis. Nobiſcum ergo etiam incorporeæ naturæ, vt hoc donum fruerētur, euenit.* Quæ verba refert ad tempus natiuitatis Dominicæ, quo apparuit humanitas, & benignitas Saluatoris noſtri. In ijs verbis obſerua, Angelos appellare naturas incorporeas. Vnde hauſit Luſitanus, Theodoretum erraſſe in Angelorū ſpiritualitate maxime; cū nec proferat ex Theod. teſtimo-

42 *Confutatur ſecunda explicatio.*

Theodoretus Angelos eſſe incorporeos ſentit.

Digitized by Google

teſtimonium, nec ille numeretur inter aſſertores huius erroris. Rurſus affirmat, numquã naturã Dei ab Angelis viſam, antequam in carne manifeſtatus eſſet. Et cũ Eraniſtes obieciſſet illud Matt. 18. *Angeli eorũ quotidie vident faciẽ Patris veſtri, qui in cœlis eſt.* Reſpõdet, Patrẽ neminẽ vidiſſe, niſi qui eſt a Patre: hoc eſt filius. An ne hic agit de cognitione corporali? nequã quã. Idq; varijs teſtimonijs confirmat. Deinde addit. *Sicut ſolemus intelligere, quæ dicuntur de hominibus, qui Deũ vidiſſe exiſtimati ſunt.* Ita verum eſſe Angelos videre Deum. Hic obſerua primũ, agere de Angelis beatis cuſtodibus paruulorũ. Deinde agere etiã de viſionibus factis Abrahæ, Eſa. 6. Micheæ, Danieli, & Ezechieli, & Moyſij. Deuter. 34. & Num. 12. qui tamen, nec oculis corporeis, nec naturali, ſed ſupernaturali virtute eas habuerũt, nihilominus nõ viderunt naturã diuinã. Ergo etiã Angelos negat videre diuinã naturã, nõ tãtũ oculis corporeis, quos nõ habẽt, nec lumine naturali, ſed etiã ſupernaturali. Probo hanc cõſequẽtiã; quia planiſsime aſſerit, nõ aliter ab Angelis videri, quã ab hominibus viſus eſt. Deinde ſuã ſentẽtiã cõcludens. *Nos autẽ* (ait) *& pijs rationibus vtẽtes, & diuinis ſentẽtijs credẽtes, &c. dicimus, ipſos nõ vidiſſe diuinã naturã, ſed quaſdã viſiones, quæ eorũ facultati cõuenirent, nec eius modum excederent; ita ergo de Angelis intelligamus, audientes quotidie vident faciẽ Patris veſtri. Nõ enim vidẽt diuinam ſubſtãtiã, quæ, nec circũſcribi, nec cõprehẽdi, nec mẽte percipi poteſt, & quæ vniuerſa cõprehendit, ſed quãdã gloriã, quæ eorũ viribus reſpõdeat, ſitq; eis cõmoderata.* Tã ergo de hominibus Prophetis diuino lumine afflatis, quã de Angelis beatis negat videre, aut vidiſſe aliquando, aut potuiſſe videre diuinam naturam: ſed poſtquam in terris apparuit, ab Angelis videri ſub quodã veluti carnis velo, & integumẽto; antea vero in quadam ſimilitudine gloriæ. Iam demonſtraui, in Angelis locum nõ habere corpoream viſionẽ. Inſinuaui quoq; nõ agere de viſione per vires naturæ habita. Id, quod plura probant. Primũ, quod cõparat viſiones Angelorũ cũ viſionibus Prophetarũ: at eæ nõ fuerunt elicitæ per naturæ vires: ergo nec illæ. Secũdũ, quod agit de Angelis beatis, atq; excellẽtiſsima eorũ cognitione, per quam Deũ ipſum cõtẽplantur; nõ autẽ ignorabat Theodor. eam fieri per vires gratiæ quæſt. 3. quia licet neget, naturã Dei ab ipſis videri, affirmat, videri gloriã quamdam repræſentantem Deum ipſum: at qui hæc gloria nõ poteſt non eſſe cõparatione creaturæ cognoſcẽtis obiectum ſupernaturale: ergo neceſſario viſio eius eſſe debet ſupernaturalis, vt conſtat ex ſolidis principijs. Cũ igitur cõcedit Theodor. Angelis viſionẽ hanc gloriæ, non poteſt agere de viſione per vires naturæ.

Nec obſtat dicere, eã gloriã cõuenire eorũ facultati, atq; reſpõdere, nec eorũ modũ excedere; quia, vt probaui, agit de modo, & cõmenſuratione facultatis cognoſcẽdi, etiã eleuatæ: nã, vt vera ſentẽtia docet, Deũ cõprehenſionis obiectũ ſuperare modũ facultatis creatæ, etiã eleuatæ: ita Theodor. exiſtimat, Dei naturam, vt eſt obiectum viſionis immediate, & in ſe ſuperare omnem facultatem creaturæ, quantumuis eleuetur. Maneat igitur, Theodoretum negaſſe viſionem Dei, atq; Luſitanum piam quærens explicationem, falſam inueniſſe.

Reſtat Ambroſij diſcuſſio ex his, quos propoſui. Dico *reſtat*; quia, & ſi nõ me lateat alios quoq; vt Eutymiũ, Primaſium adduci, nõ duco neceſſariũ omniũ ſcrutari placita, ſed grauium. Allegatur a P. Vazq. lib. 1. in cap. 1. Lucæ de Angeli apparitione Quæ pro eo faciunt ibi, hæc ſunt: primo ibi. *Nõ enim ſimiliter ſenſibilia videtur, & is, cuius in volũtate ſitũ eſt videri, & cuius naturæ eſt nõ videri, volũtatis videri.* In his ait, ſpectare ad rationẽ naturæ Dei nõ videri: ergo ſecũdũ Ambroſ. eſt natura inuiſibilis Deus. Nec eneruatur probatio ex eo, quod dicat, videri ſitũ eſt in Dei voluntate, vt aliqui exiſtimãt: nã nõ ait, videri in ſe ſitũ eſſe in eius volũtate: quia, cũ dixerit, id naturæ repugnare, nõ dicere ſitũ eſſe in volũtate: ſed videri media apparitione, quæ in eius volũtate ſita eſt. Vnde proxime declarauerat, quo pacto Deus apparuerit Abrahæ ad ilicẽ Mãbræ. Gen. 18. & ſupra: *apparuit enim Deus Abrahæ, quia voluit; quia noluit, nõ apparuit, &c.* idq; alijs cõfirmat. 2. ibi, *& quid de hominibus loquimur, cũ de ipſis cæleſtibus virtutibus, & poteſtatibus legerimus: quia Deũ nemo vidit vnquam.* In his loquitur de Angelis beatis, vt cõſtat, & ad eos extẽdẽs hoc teſtimoniũ negat, ipſos vnquã, ac proinde in ſtatu beatitudinis videre Deũ, vtiq; mẽte; quia nõ eſt in Angelis viſio corporea. Tertio, loquẽs de Patre, Filio, & Spiritu ſancto in ordine ad cognitionẽ ait. *Si tamẽ eſt Spiritus ſancti viſio, ea ſpecie videri, quã volũtas elegerit, nõ natura formauerit: quoniã ſpiritũ quoq; viſum accepimus in colũba, & ideo Deũ nemo vidit vnquã, quia eã, quæ in Deo habitat plenitudinem diuinitatis, nemo conſpexit, nemo mente, aut oculis comprehendit.* In his expende primo dicere, Spiritum ſanctũ eſſe inuiſibilem a ſua natura, quod ſi aliquãdo viſus eſt, non in ſe, ſed in aliena ſpecie, nempe quando in columba apparuit. Secundo, reddens rationem huius aſſertionis plane affirmat neminem diuinitatem ipſam in ſe conſpexiſſe. Tertio aduerte, ne ad communẽ effugium comprehenſionis te recipias, propterea quod vſus fuerit illis vocibus, *plenitudinem diuinitatis, & comprehendit*; non videri ab Ambro. accipi verbum *comprehendit* ſcholaſtico rigore, quia

43 *Quid ſenſerit Ambroſius?*

Difficultas propter negante

Digitized by Google

quia dixit *oculis comprehendet*, vt condiſtinguntur a mente: atqui nō ignorabat Ambroſ. oculos corporis nihil poſſe cōprehendere, ne dum diuinitatem: ergo per verbum *comprehendere* tantum ſibi voluit, totum obiectum videre, & ſi non exhauriatur tota rei cognoſcibilitas.

44 A contraria parte plane eſt Aug. qui epiſt. 111. to. 2. verſans hunc Ambroſij locum cum aliis Athan. Hieron & Greg. non tantum concedit, Ambroſ. negaſſe Deum mente videri poſſe, verum ipſum pro hac veritate allegat: nam colūna ſecūda. *Magni* (inquit) *viri, & in ſcripturis ſanctis doctiſſimi, qui plurimum Eccleſiā, & bona ſtudia fidelium ſuis litteris adiuuarunt, vbi eis occaſio data eſt, dixerunt, inuiſibilem Deum inuiſibiliter videri, hoc eſt, per eam naturam, quæ in nobis quoq; inuiſibilis eſt munda ſolum mente, vel corde.* Et ſtatim citat Ambroſ. loquentem de Chriſto, vt verbum eſt, atq. affirmantem, nō videri corporalibus, ſed ſpiritualibus oculis. Porro ad probandum, Deum videri oculis cordis allegat Ambroſ. quod dicat: *in ipſa reſurrectione non facile eſſe videre Deum, niſi ijs, qui mundo corde ſunt, & ideo ſcriptum eſſe: Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.* Ergo ſecundū Ambroſ. (cuius verba ſunt,) ab Aug. inductum, poſſunt, & de facto vident Deū mundi corde in reſurrectione.

Ex Aug. probatur, Ambroſiū concedere viſionem Dei.

Addit Aug. ex Ambroſ. *Quantos beatos iam numerauerat, & tamen videndi Deum non promiſſerat facultatem. Deinde adiungit, & dicit: ſi ergo ij, qui mundo ſunt corde, Deum videbunt, vtiq; alij Deum non videbunt. Et ne alios illos acciperemus, de quibus dictum eſt, beati pauperes, Beati mites, &c. continuo ſubiunxit. Neq; enim indigni Deum videbunt, &c.* Hæc verba conſtāt verbis Ambroſ. & Aug. & ex his conſtat, vtrumq; agnouiſſe Dei viſionē, de Aug. nulla eſt dubitatio, de Ambroſio aliqua, ſed quam delet expoſitio Aug. & ipſa verba. In quibus obſerua, cum dicit, *quantos beatos*, non loqui tantū de vere beatis, atq; iuſtis hominibus, ſed de beatis tēporali fælicitate, quos poſtea indignos, & non puros corde appellat. Deniq; epiſt. 112. de vidēdo Deo c. 23. ſupponit, Ambroſ. in Aug. eſſe ſententia in hoc articulo: nec propterea, ait, ipſi placere, quia Ambroſ. ei gratiā baptiſmi ſalutaris indulſit; tāquā multū faueat ſuo plantatori, & rigatori: *ſed quia de hac re, & ipſe hoc dixit, quod pie cogitanti, & recte intelligenti, loquitur etiam ille, qui incrementū dat Deus.*

45 Ergo rationi conſentaneum, quod nos quoq; teneamus Ambroſium in Catholica doctrina fuiſſe, ſi vt hoc nos docet Auguſt. docuiſſet etiam mentem Ambroſ. in verbis ex oppoſita parte inductis, facilis pareret via, atq; aditus; cum tamen non mediocriter difficilis ſit.

Luſitanus ille lector aſsiduus quatuor tentauit explicationes: in nulla iudiciū firmat. Nō refero omnes: de tertia ait, eam euidēter colligere ex eodē Ambr. quæ talis eſt, tātū negare Deū eſſe inuiſibilē naturali virtute, non autē ſupernaturali, in ea cōſenſit Lorcæ. Mouetur Lorca, quod Ambroſ. diuinā voluntatē cōtraponit naturæ; ita, vt quod per naturā eſt impoſsibile, ſit per diuinā voluntatē poſsibile. Luſitanus id cōfirmat ex his Ambroſij verbis. *Nec enim in poteſtate noſtra eſt videre: ſed in poteſtate illius eſt apparere: tamē, & ſi poteſtas non eſt videndi, eſt gratia promerendi, vt videre poſsimus*: ergo nō negat, Deū per gratiam videri poſſe. Cōcludit, hāc explicationē ſatis arguere nō tantū Bellomontani negligentiam, ſed etiam audaciam. 46

Explicatio Aegidy, & Lorcæ.

Sed longe vterq; abeſt a mente Ambroſij. Quoniam, cum in verbis primo loco relatis dixit. *Is, cui in voluntate ſitum eſt videri, & cuius naturæ eſt non videri.* Semper agit de voluntate, & natura Dei, vt conſtabit legenti textum cum mediocri peritia ſermonis latini. Id etiam clariſsime conſtat ex verbis, quæ nos retulimus ibidem n. 43. Itaq; non dicit, naturæ noſtræ eſſe non videre Deum, & voluntate id poſſe promereri; nec in eo naturam contraponit voluntati; ſed Deum natura inuiſibilem, vtcumq; inuiſibilis ſit, fieri viſibilem voluntate ſua, cum in aliqua ſpecie, ſeu forma dignatur apparere. Item, cum poſtea ait. *Ea ſpecie videri, quam voluntas elegerit, non natura formauerit*, non loquitur de ſpecie, aut viſione formata a noſtra natura, ſed de forma apparitionis electa a voluntate Dei, vt Aug. explicat citatis locis, ac maxime epiſt. 112. cap. 7. & 23. at in Ambroſ. nullum eſt aliud verbum, quod contraponat naturam voluntati: ergo perperam fundat in ea contrapoſitione ſuam expoſitionem. 47

Refutatio vtriuſq;.

Nec melior eſt, aut ſolidior Luſitani confirmatio; hæc ſcribo legens Ambroſ. cū admiratione, quod ea verba in cōfirmationē ſcribantur. Quoniā Ambr. fatetur, Prophetas vidiſſe Deū in forma viſibili apparētem, & Zachariæ apparuiſſe Angelū: addit vero, licet in nobis, dum in hoc peregrinamur ſæculo, nō ſit poteſtas vidēdi hæc inuiſibilia, & ſpiritualia obiecta: eſſe tamē in poteſtate Dei apparere, & in noſtra volūtate per gratiā promereri eas apparitiones, quibus factis, poſſumus videre Deū nō in ſe, ſed in ſpecie aſſumpta. Hæc eſt mens tam expreſſa Ambr. vt ſimplici tātū lectione, nec intēſe attēta ſit opus. Nō ergo docet ibi, per gratiā poſſe nos videre Deū in ſe, licet nō poſsimus per naturā. Vt ergo accuſare P. Vazq. ſcriptorē diligētiſsimū in perſcrutandis doctorum placitis in genere moris peccatum fuit, ita hæc adducere in materia doctrinæ.

Digitized by Google

Deniq; quid dicent ad verba, quæ n. 43. retuli ex Ambr. in quibus negat Virtutes, & Poteſtates cœleſtes beatas iam, quia agebat de paruulorum cuſtodibus, videre Deum? an ne illæ operantur per nudam naturam, an lumine gloriæ inſtructæ ſunt?

48 *Explicatio authoris.* Conſiderato ſcopo, & textu Ambroſ. ego cēſeo, ipſum locutū de viſione corporea in hac vita, cum negat Deum in ſe viſibilem eſſe, niſi quando ipſo admonēte, ex hoc inſtituto transfert ſermonē ad viſionem poſt reſurrectionē, vt in declaratione verborū ipſius, quæ obiecta ſunt, obſeruo magis; nō tamē nego, obiter alia docuiſſe, vt iam noto. Moueor primo ex illis verbis Ambr. *Nos copiā non meremur, quia Deū videndi gratiā non habemus. Et quid mirum, ſi in præſenti ſæculo, niſi quando vult Dominus, nō videtur?* Vide Aug. epiſt. 112. c. 10. explicās hæc verba; *ſed dicēdo*, ait, *nos copiam non meremur, &c. de hoc ſæculo ſe loqui ſignificauit.* Moueor ſecundo: quia ſcopus erat declarare Angeli apparitionem Zachariæ factā, qui oculis corporeis ſe exhibuit ſpectandū, ex quo gradum facit ad viſiones Dei in hac vita factas explicandas: non autem erat ad rem Ambroſij, agere de viſione intellectuali per lumen gloriæ. Moueor tertio: quia hæc mens inſinuatur ab Aug. quatenus contra Fortunatianum Epiſcopum Siccenſem, dicentem, Deum oculis corporeis videri poſſe, & Anthomorphitas, qui ruſtica ſimplicitate Deum habere humana membra arbitrabātur; citat Ambr. in ea epiſt. 111. & epiſt. 112; cap. 23. Ergo ſenſit, negaſſe Ambr. videri Deū in hac vita poſſe oculis corporeis, licet non id tantum docuerit.

49 *Explicantur obiecta teſtimonia.* Primū teſtimoniū ex obiectis nō eget explicatione; cū faueat mēti noſtræ. Secūdū difficile eſt, propterea quod negat, Angelos videre Deū. Sed cū Ambr. cū Patribus ſui ſæculi docuerit, Angelos habere ſubtilia quædā corpora, vt ſignificat lib. de Noe, & Arca, c. 4. de qua re nos tractatu 6. facile quoq; intelligitur de viſione Angelorū corporea ſubtiliori humana.

50 Tertiū teſtimonium difficilius adhuc eſt, in quo expreſſe negat, neminē plenitudinē diuinitatis mēte, aut oculis cōprehēdiſſe. Et ne confunderet aliquis mentē cū oculis; adiecit Ambroſ. *Videt enim, ad vtrūq; referēdū eſt.* Quaſi dicat negādū eſſe, & oculis, & etiā mente videri. Nihilominus intelligo Ambr. de cōprehēſione perfecta, doctus ab Aug. epiſt. 112. c. 9. vbi poſt quā cōcludens octauū, dixerat explicās Ambr. *nō quia Dei plenitudinē quiſquā, non ſolū oculis corporis, ſed vel ipſa mēte aliquādo comprehēdit:* proſequitur nonum, quod incipit per illa ab ſcholaſticis ſatis verſata verba. *Aliud eſt enim videre, aliud eſt totū vidēdo comprehēdere, quādo quidē id videtur, quod præſens vtcūq; ſentitur: totū autē comprehēditur vidēdo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntē, &c.* Et poſt hāc celebrē definitionē pronutiatā ait. *Exēpli gratia duo poſui, quorū alterū ad mentis obtutū; alterū ad corporales oculos pertinet.* Itaq; ſecundū Aug. Ambroſ. ibi explanātē oculi etiā corporis ſuā habent, tametſi imperfectā cōprehēſionē; nimirū cū eos nihil latet de obiecto lucido, nulla pars eorum fugit aciem. Vtrāq; ergo negat Ambroſ. comprehenſionem Dei: quoniā reddens rationem, quare nemo plenitudinē diuinitatis conſpexit, ait; *quia nemo mēte, aut oculis Deum comprehendit.* Ergo cum Aug. ita ſentiat, & cū verborum proprietas, quibus vtitur Ambr. non ignarus proprietatis, neq; diſtinctionis inter viſionem mentis, & cōprehenſionem id annuat: nemo negabit, hanc eſſe probabiliſsimā explicationē: per quā etiam diluimus, quæ obiecimus, dum teſtimoniū illud proponebamus. Hactenus de Patrum diſcuſsione.

Caput IIII. *Non pugnat cum ratione Deum videri a creata mente per gratiam.*

51 HAERETICI cap. 1. memorati ratione etiam egerunt ad perſuadendum errorem: quoniā vero a Catholicis ſcholaſticis materia huius capitis fuſius, & accuratius tractata eſt, & ex doctrina, quæ ad eam definiendam neceſſaria eſt, bene intellecta, non pauca pendent: ipſa ex profeſſo tractare decreui.

Punctus difficultatis. Tota vero difficultas deuoluitur ad hoc, an Deus ipſe in ſe, non vt cumq; cognitus, ſed intuitiue, quidditatiuè contineatur aliqua ratione intra ambitum obiecti adæquati noſtri intellectus? Nam, ſi cōtinetur, licet aliquā habeat improportionem cum nuda natura cōparatus, ea per eleuationem poterit ſuperari, ac proinde non repugnabit, Deum a nobis videri: ſicut non repugnat, produci effectum ſupernaturalem ab inſtrumento naturali, ſi ille aliqua ratione continetur intra ambitum obiecti potentiæ productricis eius, ſupplente eleuatione diuina defectum virtutis, ſeu exæquante eam in ratione cauſæ, cum perfectione excellenti effectus. *Declaratur a ſimili.* Quod, ſi non contineretur, repugnaret ſanè: vt conſtat; tum in exēplo adducto de virtute productrice naturali; tū in aliis proximioribus rei noſtræ: ea enim ratione viſio corporea eleuari non poteſt ad videndum Deum, Angelum, aut ſonum, aut ſubſtantiam materialem in ſe: quia, nimirum

Digitized by Google

nimirum res hæc non continetur intra adæquatum obiectum potentiæ corporalis videndi. Nam, ſi aliqua ratione contineretur, vt ſi eſſe poteſt color lucidus ſupernaturalis, cum roborata virtute diuina videre poſſet, vt tracto diſp. 43. cap. 2. Vel etiam puta, potentiam corporalem determinare ſibi in obiectis, quæ dicuntur connaturalia, certam intenſionem, aut in lumine, aut in lucido colore, atque Deum vltra eam intenſionem omnipotentiæ ſuæ adhibere nouos intenſionis gradus; poſſet nihilominus potentia a Deo conforrata eos intueri, propterea quod obiectum illud cōncluſum eſt intra obiecti adæquati latitudinē: ergo ad hoc deuoluenda eſt difficultas; an contineatur, vti dixi, an non? Omnes conueniunt in hac doctrina: eam bene explicat P. Molin. hic diſp. 2. concluſ. 5. Dico vero ad hoc deuolui huius rei difficultatem: nam, licet non repugnantia viſionis etiam probari debeat ex eo, quod non repugnat eam produci a noſtro intellectu, nihil obſtante quod ſupernaturalis ſit; nihilominus, quia non ſufficit eam vtcumque producere, ſed vltra requiratur, quod Deus contineatur intra obiectum adæquatum, ſupponimus modo, produci poſſe; id acturi diſp 45. & 46. & ex parte obiecti ſolum controuertimus.

P. Molin.

52 *Declaratur proportio neceſſaria inter potētiam, & obiectū formale.*

Obſerua deinde, hanc doctrinam ſubſumere, facultates noſtras cognoſcēdi, & appetendi ex natura ſua exigere ſibi in obiectis certam rationem formalem, quam obiectum *quo* formale appellant Philoſophi, propter quam ipſis ſunt ita proportionata, vt ea obiecta percipere, atque appetere poſſint: nō autem poſſint alia obiecta, quibus repugnat inducere, aut inducere ſibi eam rationem formalē. Quo fit, ſemper obiecta harum facultatum determinata eſſe ad certas ſpecies rerum, & ad indiuidua eorum ſpecierum, ita, vt ſe ad alia protendere non queant. Id conſtat in quinque ſenſibus corporeis: item in facultatibus internis materialibus: & bene declaratur per obiecta ſcientiarum, vt ſcientia de animali percipit quidem omnes ſpecies animalium, nihil aliud vltra eas: non loquor de ſcientia animalis, vt animal eſt totum actuale, ſeu pars methaphyſica; ſed vt eſt totum potentiale, & in ſe continet eas ſpecies.

Ratio a priori huius rei depromitur, tum a natura potentiarum, tum a natura obiectorū formalium: etenim hoc ipſo, quod facultas percipere tale obiectum apta nata ſit, coniungitur cum eo obiecto in ratione potētiæ, ipſumque reſpicere dicimus ordine tranſcendentali ad eam, quaſi compoſitionem, & coniunctionem: & vt hæc materia ſit materia huius formæ, & hæc forma ſit forma huius materiæ; neceſſaria eſt inter ipſa certa quædam proportio in naturis ipſarum, ita vt hæc potentia ſit potentia huius obiecti, & vt hoc obiectum ſit obiectum huius potentiæ, ſua quoque reſpondentia, & affinitas in naturis ipſis neceſſaria eſt.

53 *Facultates cognoſcendi, & appetendi non reſpiciūt rationes obiectiuas logice communes*

Hinc plures ex Thomiſtis, & quidam ex noſtris arbitrati ſunt, has facultates reſpicere ſuo tranſcendentali ordine obiecta ſua formalia ſub ratione quadam communi, in qua ipſa conuenire animaduerterunt. Verum, ſi ſentiūt, vt verba ſonant, & diſcipulis faciunt conſentire, decipiuntur. Nec enim putandum eſt, facultatem aliquam reſpicere obiectum ſuum formale in eo ſtatu, & modo eſſendi, in quo repugnat ipſum attingere, hoc eſt circa ipſum actum ſecundum exercere. Quis dicat, omnipotentiam productiuā Dei reſpicere ens creatum vt ſic logice vniuerſale, quod vt ſic producere non poteſt? Ratio a priori eſt: quoniam ordines ij tranſcendentales ſunt ordines reales a parte rei exiſtentes ante omnē operationem intellectus: ratio autē illa cōmunis nō eſt a parte rei ante operationē intellectus, ſed beneficio eius: ergo a facultatibus ratio illa cōmunis, vt ſic nō poteſt reſpici, aliàs etiā ipſæ facultates per ſuū ordinē facerent vniuerſale logicū, ſicut ordo actus intellectus præſcindētis illud conſtituit. Ita etiam in moralibus iuriſdictio ſuperioris non reſpicit ſubditos ſub ratione quadam communi, in qua conueniunt, & nos ſæpe conſideramus, conuenire ſed hunc, & illum determinate. Ita in noſtra re, facultas videndi, verbi gratia, non reſpicit formaliter colorem lucidum in communi, ſed hunc huius ſpeciei. & illū alterius. ita, vt terminetur ad ipſa indiuidua. vt ea in exercitio intuetur: atque adeo obiectum adæquatum eius potentiæ ſunt omnia indiuidua coloris lucidi, ſub hoc genere contenta.

54 *Quo fundamento id affirmauerint Thomiſtæ?*

Verum eſt, omnia ea conuenire, & noſtro intellectui exhibere fundamentum, vt ea omnia ſub ratione communi percipiat, atque conſtituat: aliud tamen eſt, quod noſtra mens confuſe cognoſcens plura, vt conueniunt, percipiat, atque reſpiciat: aliud, quod potentiæ ipſæ ante omnem noſtræ mentis conſiderationem, imo independenter ab ea reſpiciant rationem cōmmunem: occaſio errandi fuit, quod inconſiderate tribuitur potentijs noſtris id, quod tantum competit actui noſtro præſcindēti ex parte modi cognoſcendi, quod magnopere velim animaduerſum pro pluribus extricandis: ideoque nacta opportuna occaſione libuit hoc notare obiter; alibi vero res hæc pro dignitate tractanda. Animaduerte autem diſcrimen inter materiales facultates, & ſpirituales. Quod ex etiam reſpiciunt rationes illas vniuerſales, vt in particularibus includuntur

Diſcrimen inter materiales, & ſpirituales facultates

Deniq; quid dicent ad verba, quæ n.43. retuli ex Ambr. in quibus negat Virtutes, & Poteſtates cœleſtes beatas iam, quia agebat de paruulorum cuſtodibus, videre Deum? an ne illæ operantur per nudam naturam, an lumine gloriæ inſtructæ ſunt?

48 *Explicatio authoris.* Conſiderato ſcopo, & textu Ambroſ. ego cēſeo, ipſum locutū de viſione corporea in hac vita, cum negat, Deum in ſe viſibilem eſſe, niſi quando ipſo admonēte, ex hoc inſtituto transfert ſermonē ad viſionem poſt reſurrectionē, vt in declaratione verborū ipſius, quæ obiecta ſunt, obſeruo magis; nō tamē nego, obiter alia docuiſſe, vt iam noto. Moueor primo ex illis verbis Ambr. *Nos copiā non meremur, quia Deū videndi gratiā non habemus. Et quid mirum, ſi in præſenti ſæculo, niſi quando vult Dominus, nō videtur?* Vnde Aug. epiſt. 112. c. 10. explicās hæc verba; *ſed dicēdo*, ait, *nos copiam non meremur, &c. de hoc ſæculo ſe loqui ſignificauit.* Moueor ſecundo: quia ſcopus erat declarare Angeli apparitionem Zachariæ factā, qui oculis corporeis ſe exhibuit ſpectandū, ex quo gradum facit ad viſiones Dei in hac vita factas explicandas: non autem erat ad rem Ambroſij, agere de viſione intellectuali per lumen gloriæ. Moueor tertio: quia hæc mens inſinuatur ab Aug. quatenus contra Fortunatianum Epiſcopum Siccenſem, dicentem, Deum oculis corporeis videri poſſe, & Anthomorphitas, qui ruſtica ſimplicitate Deum habere humana membra arbitrabātur; citat Ambr. in ea epiſt. 111. & epiſt. 112; cap. 23. Ergo ſenſit, negaſſe Ambr. videri Deū in hac vita poſſe oculis corporeis, licet non id tantum docuerit.

49 *Explicantur obiecta teſtimonia.* Primū teſtimoniū ex obiectis nō eget explicatione; cū faueat mēti noſtræ. Secūdū difficile eſt, proptereaquod negat, Angelos videre Deū. Sed cū Ambr. cū Patribus ſui ſæculi docuerit, Angelos habere ſubtilia quædā corpora, vt ſignificat lib. de Noe, & Arca, c. 4. de qua re nos tractatu 6. facile quoq; intelligitur de viſione Angelorū corporea ſubtiliori humana.

Tertiū teſtimonium difficilius adhuc eſt, in 50
quo expreſſe negat, neminē plenitudinē diuinitatis mēte, aut oculis cōprehēdiſſe. Et ne confunderet aliquis mentē cū oculis; adiecit Ambroſ. *Videt enim, ad vtrūq; referēdū eſt.* Quaſi dicat negādū eſſe, & oculis, & etiā mente videri. Nihilominus intelligo Ambr. de cōprehēſione perfecta, doctus ab Aug. epiſt. 112. c. 9. vbi poſt quā cōcludens octauū, dixerat explicās Ambr. *nō quia Dei plenitudinē quiſquā, non ſolū oculis corporis, ſed vel ipſa mēte aliquādo comprehēdit:* proſequitur nonum, quod incipit per illa ab ſcholaſticis ſatis verſata verba. *Aliud eſt enim videre, aliud eſt totū vidēdo comprehēdere, quādo quidē id videtur, quod præſens vtcūq; ſentitur: totū autē comprehēditur vidēdo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntē, &c.* Et poſt hāc celebrē definitionē pronutiatā ait. *Exēpli gratia duo poſui, quorū alterū ad mentis obtutū; alterū ad corporales oculos pertinet.* Itaq; ſecundū Aug. Ambroſ. ibi explanātē oculi etiā corporis ſuā habent, tametſi imperfectā cōprehēſionē; nimirū cū eos nihil latet de obiecto lucido, nulla pars eorum fugit aciem. Vtrāq; ergo negat Ambroſ. comprehenſionem Dei: quoniā reddens rationem, quare nemo plenitudinē diuinitatis conſpexit, ait; *quia nemo mēte, aut oculis Deum comprehendit.* Ergo cum Aug. ita ſentiat, & cū verborum proprietas, quibus vtitur Ambr. non ignarus proprietatis, neq; diſtinctionis inter viſionem mentis, & cōprehenſionem id annuat: nemo negabit, hanc eſſe probabiliſsimā explicationē: per quā etiam diluimus, quæ obiecimus, dum teſtimoniū illud proponebamus. Hactenus de Patrum diſcuſſione.

Caput IIII. *Non pugnat cum ratione Deum videri a creata mente per gratiam.*

51 HAERETICI cap. 1. memorati ratione etiam egerunt ad perſuadendum errorem: quoniā vero a Catholicis ſcholaſticis materia huius capitis fuſius, & accuratius tractata eſt, & ex doctrina, quæ ad eam definiendam neceſſaria eſt, bene intellecta, non pauca pendent: ipſa ex profeſſo tractare decreui.

Punctus difficultatis. Tota vero difficultas deuoluitur ad hoc, an Deus ipſe in ſe, non vt cumq; cognitus, ſed intuitiue, quidditatiuè contineatur aliqua ratione intra ambitum obiecti adæquati noſtri intellectus? Nam, ſi cōtinetur, licet aliquā habeat improportionem cum nuda natura cōparatus, ea per eleuationem poterit ſuperari, ac proinde non repugnabit, Deum a nobis videri: ſicut non repugnat, produci effectum ſupernaturalem ab inſtrumento naturali, ſi ille aliqua ratione continetur intra ambitum obiecti potentiæ productricis eius, ſupplente eleuatione diuina defectum virtutis, ſeu exæquante eam in ratione cauſæ, cum perfectione excellenti effectus. Quod, ſi non contineretur, repugnaret ſanè: vt *Declaratur a ſimili.* conſtat; tum in exēplo adducto de virtute productrice naturali; tū in aliis proximioribus rei noſtræ: ea enim ratione viſio corporea eleuari non poteſt ad videndum Deum, Angelum, aut ſonum, aut ſubſtantiam materialem in ſe: quia, nimirum

Digitized by Google

nimirum res hæc non continetur intra adæquatum obiectum potentiæ corporalis videndi. Nam, ſi aliqua ratione contineretur, vt ſi eſſe poteſt color lucidus ſupernaturalis, eum roborata virtute diuina videre poſſet, vt tracto diſp.43.cap.2. Vel etiam puta, potentiam corporalem determinare ſibi in obiectis, quæ dicuntur connaturalia, certam intenſionem, aut in lumine, aut in lucido colore, atque Deum vltra eam intenſionem omnipotentiæ ſuæ adhibere nouos intenſionis gradus; poſſet nihilominus potentia a Deo confortata eos intueri, propterea quod obiectum illud conclusum eſt intra obiecti adæquati latitudinẽ: ergo ad hoc deuoluenda eſt difficultas; an contineatur, vti dixi, an non? Omnes conueniunt in hac doctrina: eam bene explicat P. Molin. hic diſp.2. concluſ.5. Dico vero ad hoc deuolui huius rei difficultatem: nam, licet non repugnantia viſionis etiam probari debeat ex eo, quod non repugnat eam produci a noſtro intellectu, nihil obſtante quod ſupernaturalis ſit; nihilominus, quia non ſufficit eam vtcumque producere, ſed vltra requiratur, quod Deus contineatur intra obiectum adæquatum, ſupponimus modo, produci poſſe; id acturi diſp 45. & 46. & ex parte obiecti ſolum controuertimus.

P.Molin.

52 Obſerua deinde, hanc doctrinam ſubſumere, facultates noſtras cognoſcẽdi, & appetendi ex natura ſua exigere ſibi in obiectis certam rationem formalem, quam obiectum *quo* formale appellant Philoſophi, propterquam ipſis ſunt ita proportionata, vt ea obiecta percipere, atque appetere poſſint: nõ autem poſſint alia obiecta, quibus repugnat induere, aut inducere ſibi eam rationem formalẽ. Quo fit, ſemper obiecta harum facultatum determinata eſſe ad certas ſpecies rerum, & ad indiuidua eorum ſpecierum, ita, vt ſe ad alia protendere non queant. Id conſtat in quinque ſenſibus corporeis: item in facultatibus internis materialibus: & bene declaratur per obiecta ſcientiarum, vt ſcientia de animali percipit quidem omnes ſpecies animalium, nihil aliud vltra eas: non loquor de ſcientia animalis, vt animal eſt totum actuale, ſeu pars methaphyſica; ſed vt eſt totum potentiale, & in ſe continet eas ſpecies.

Declaratur proportio neceſſaria inter potẽtiam, & obiectũ formale.

Ratio a priori huius rei depromitur, tum a natura potentiarum, tum a natura obiectorũ formalium: etenim hoc ipſo, quod facultas percipere tale obiectum apta nata ſit, coniungitur cum eo obiecto in ratione potẽtiæ, ipſumque reſpicere dicimus ordine tranſcendentali ad eam, quaſi compoſitionem, & coniuctionem: & vt hæc materia ſit materia huius formæ, & hæc forma ſit forma huius materiæ; neceſſaria eſt inter ipſa certa quædam proportio in naturis ipſarum, ita vt hæc potentia ſit potentia huius obiecti, & vt hoc obiectum ſit obiectum huius potentiæ, ſua quoque reſpondentia, & affinitas in naturis ipſis neceſſaria eſt.

Hinc plures ex Thomiſtis, & quidam ex noſtris arbitrati ſunt, has facultates reſpicere ſuo tranſcendentali ordine obiecta ſua formalia ſub ratione quadam communi, in qua ipſa conuenire animaduerterunt. Verum, ſi ſentiũt, vt verba ſonant, & diſcipulis faciunt conſentire, decipiuntur. Nec enim putandum eſt, facultatem aliquam reſpicere obiectum ſuum formale in eo ſtatu, & modo eſſendi, in quo repugnat ipſum attingere, hoc eſt circa ipſum actum ſecundum exercere. Quis dicat, omnipotentiam productiuã Dei reſpicere ens creatum vt ſic logice vniuerſale, quod vt ſic producere non poteſt? Ratio a priori eſt: quoniam ordines ij tranſcendentales ſunt ordines reales a parte rei exiſtentes ante omnẽ operationem intellectus: ratio autẽ illa cõmunis nõ eſt a parte rei ante operationẽ intellectus, ſed beneficio eius. ergo a facultatibus ratio illa cõmunis, vt ſic nõ poteſt reſpici, aliàs etiã ipſæ facultates per ſuũ ordinẽ facerent vniuerſale logicũ, ſicut ordo actus intellectus præſcindẽtis illud conſtituit. Ita etiam in moralibus iuriſdictio ſuperioris non reſpicit ſubditos ſub ratione quadam communi, in qua conueniunt, & nos ſæpe conſideramus, conuenire ſed hunc, & illum determinate. Ita in noſtra re, facultas videndi, verbi gratia, non reſpicit formaliter colorem lucidum in communi, ſed hunc huius ſpeciei, & illũ alterius. ita, vt terminetur ad ipſa indiuidua. vt ea in exercitio intuetur: atque adeo obiectum adæquatum eius potentiæ ſunt omnia indiuidua coloris lucidi, ſub hoc genere contenta.

53 *Facultates cognoſcendi, & appetendi non reſpiciũt rationes obiectiuas logice communes*

Verum eſt, omnia ea conuenire, & noſtro intellectui exhibere fundamentum, vt ea omnia ſub ratione communi percipiat, atque conſtituat: aliud tamen eſt, quod noſtra mens confuſe cognoſcens plura, vt conueniunt, percipiat, atque reſpiciat: aliud, quod potentiæ ipſæ ante omnem noſtræ mentis conſiderationem, imo independenter ab ea reſpiciant rationem cõmunem: occaſio errandi fuit, quod inconſiderate tribuitur potentijs noſtris id, quod tantum competit actui noſtro præſcindẽti ex parte modi cognoſcendi, quod magnopere velim animaduerſum pro pluribus extricandis: ideoque nacta opportuna occaſione libuit hoc notare obiter; alibi vero res hæc pro dignitate tractanda. Animaduerte autem diſcrimen inter materiales facultates, & ſpirituales. Quod eæ etiam reſpiciunt rationes illas vniuerſales, vt in particularibus includuntur

54 *Quo fundamento id affirmauerint Thomiſtæ?*

Diſcrimen inter materiales, & ſpirituales facultates

 quippe

Digitized by Google

quippe actus ſecundos exercent circa illas, ac ſubinde ſunt earum obiectum formale inadæquatum, non autem illæ; quia ob ſuam materialitatẽ alligatæ ſunt ad rationes indiuiduales.

55 Obſerua demum, vt dicatur aliquid contineri intra obiectum adæquatum, non ſufficere eſſe inferius contentum ſub ea ratione communi, in qua cætera obiecta conſentiunt: quoniam, licet id ſufficiat, vt aliqua ratione, ſeu modo cognitionis ſpectet ad potentiam; at contingit etiam, vt illud obiectum eam petat adæquatam ſui cognitionem, vt in ordine ad illã obiectũ, quod in ordine ad alias eſt intra obiectum adæquatum, ſit extra illud. In comprehenſione Dei habemus huius doctrinæ cõfirmationem, & explanationem. Subſumo, mentem noſtram adeo eſſe vniuerſalem cognoſcendi facultatem, vt attingat rationem entis communiſsimam, atque omnia inferiora contenta ſub ea ratione. Quo fit, Deum, qui eſt præcipuum ex inferioribus, contineri aliqua ratione intra adæquatum obiectum noſtri intellectus: vnde ille verſatur circa Deum Methaphyſica, ſeu Theologia naturali, ex effectibus, ex rerum ſerie, ex earum viciſsitudine, conſonanti varietate, attingit rationem omnipotentiæ, ſcientiæ, atque prouidentiæ diuinæ. Non autem ex hoc efficitur, Deum ipſum in ſe omnimodo poſſe penetrare: etenim cõprehendere non poteſt, & Deus, vt comprehenſibilis, eſt extra adæquatum obiectũ facultatis cognoſcendi creatæ, licet non ſit, vt ex creaturis eſt abſtractiue ſcibilis. Ita etiã poſſet contingere, Deum, vt viſibilem in ſe, & immediate eſſe extra adæquatum obiectum facultatis creatæ. Ex quo colliges, fundamentũ, quod ſumi ſolet ad probandam viſionis Dei poſsibilitatem ex eo, quod Deus claudatur ſub ratione entis, & ens in ſua latitudine ſit obiectum adæquatum intellectus, leue eſſe.

Doctrina notanda.

56 Nec videtur ſatisfacere diſcrimen, quod notauit P. Arrub. inter comprehẽſionem, & cognitionem diſp. 15. cap. 2. n. 7. nimirum comprehenſionem Dei neceſſario eſſe debere actum infinitum; repugnat autẽ a potentia creata produci quidquam infinitum, non autem viſionem; quia reſtat reddenda ratio, quare viſio in ſe obiecti infiniti, quale eſt Deus, eſſe poſsit finita, ſi comprehenſio eſſẽ neceſſario debet infinita? aut quare comprehenſio finita non ſufficit, ſi viſio tantum eſt finita? Eſto ergo doctrina vera ſit, non redditur eius ratio ſufficiens.

Diſcrimen P. Arrubal. inter comprehẽſionẽ, & viſionem diſcutitur.

57 His poſitis, ad probandam partem, quæ negat, poſsibilem eſſe viſionem, quæ aliquam ingerunt difficultatem, hæc ſunt argumenta deſumpta ex obiecto. Primũ dat ipſius infinitas in omni intrinſeca perfectione, ex qua videtur fieri, viſionem ipſius, vt eſt in ſe, quæque illi ſimilis eſt intentionaliter perfectiſsima ſimilitudine, eſſe debere infinitam; qua ratione cõprehenſio Dei ſecundum omnes eſſe debet infinita, ideoq; non eſt poſsibilis; cum tamen tantum ſit ſimilis Deo intentionaliter, & realiter.

1. Argum.

Argumenta in contrariũ ex Dei infinitate.

Hoc argumentum primo vrgetur hac gradatione. Quo eſt ſubſtantia perfectior, eo eſt viſio eius perfectior, idque perfectione determinata: ſi nunc ergo ſubſtantias perfectiores, atque perfectiores in infinitum infra Deum, nonne viſiones earum erunt quoque perfectiores, & perfectiores; ita, vt poſterior ſuperet priorem in gradu determinato perfectionis, vt obiecta ipſa, nimirum ſubſtantiæ ſe ſuperant? Nolo probare tam ſe ſuperare viſiones, quam ſe ſuperant ſubſtantiæ, ſed ſiue tam, ſiue minus ſe ſuperent, ſe tamen ſuperare perfectione determinata. Tunc ſic formo argumentum; ſi diſtantia determinata inter ſubſtantias finitas eſt in cauſa, quod viſio ſubſtantiæ perfectioris ſit determinate perfectior, quam viſio ſubſtantiæ imperfectioris: cur infinita ſubſtantia, non erit in cauſa, quod ad eam videndam neceſſaria ſit in viſione perfectio infinita? Quoniam, vt obiectum ipſum ideo infinitum eſt: quia eſt perfectius ſubſtantijs omnibus inferioribus in infinitum plurificabilibus: ita de viſione Dei videtur Philoſophandum, videlicet, ideo fore infinitam, quia perfectior eſt omnibus viſionibus ſubſtantiarũ in infinitum multiplicabilium. Atqui, vt certum ſubſumimus, creaturam habere non poſſe perfectionem infinitam: ergo, &c. Hæc eſt (niſi fallor) tota huius argumenti non contemnendi vis.

Confirmatio prima.

Vrgetur ſecundo ex doctrina S. Th. tum ar. 8. huius quæſtionis, tũ 3. p. q. 10. ar. 2. & 3. Vbi negat, creaturam aliquam poſſe videre in Deo omnes creaturas poſsibiles; quia videlicet ſunt infinitæ, & ad videnda infinita in verbo neceſſaria eſt cognitio infinita, quæ omni repugnat creaturæ. Et, licet affirmet, talem cognitionem fore comprehenſionem, ideoque negandã eſſe de Deo; at ideo affirmat, fore comprehenſionem, quia exiſtimat, non poſſe non eſſe infinitam. Quoniam ſi arbitraretur, finitam cognitionem omnia poſsibilia poſſe videre in verbo, non affirmaret, eam comprehenſionem Dei eſſe. Ex hac doctrina difficile inſtruitur argumentũ hac ratione: cognitio omnium poſsibiliũ in verbo eſt infinita: ſed non eſt infinita propter numerum, aut perfectionem creaturarũ; ergo eſt infinita propter Dei viſi perfectionem. Probo min. quoad primam partem: nam multitudo obiecti non auget intenſionem per 58

2. Confirmatio. Ex viſionis infinitate.

Vrgens argumentũ.

Digitized by Google

perfectionem cognitionis ratione ſolius multitudinis,ſed tantum extenſiuam, & cum in cognitione intellectuali non ſint partes integrantes, ſolum pertinet perfectio, quæ accreſcit ex multitudine ad indiuidualem perfectionē,quæ infinita eſſe non poteſt,hoc ipſo,quod ſit indiuiduatio ſpeciei finitæ. Vnde cognitio expreſſa Angelica centum hominum ſolum differt indiuiduali diſcrimine a cognitione expreſſa mille hominum:pariter ſi infiniti homines exiſterent,& expreſſe ab Angelo viderentur,tantum ea viſio indiuidualiter differret à viſione mille hominum ob eamdem rationē: ergo ſola multitudo,præſcindendo ab obiecti viſi perfectione, non tribuit viſioni perfectionem intenſiuam. Probo quoad ſecundam partem;quia ſimul collecta,atque librata omnium creaturarum poſsibilium perfectione minus perfecta eſt,infinito interuallo,quā ſolusDeus, vt per ſe manifeſtiſsimum eſt. Quippe, quid aliud ſunt creaturæ,quam particulę diuinarum perfectionum, ſeu vmbræ (vt purius dicā?)ergo ſi per S. Thom. & communem doctrinam exigitur infinitas in viſione,imo & in cognitione abſtractiua propter perfectionem creaturarum poſsibilium, multo potiori ratione neceſſaria erit in Dei intuitione.

59 3. Confirmatio. *Stringitur* Vrgeo hoc amplius.Finge in diuinis tres eſſe Deos æquales in perfectione, vt de facto ſecūdum fidem ſunt tres perſonæ. Si vna ſimplex viſio eos intueretur, eſſet ne infinita in ſe, an non?Primum dici non poteſt, quia ex viſione ſecundæ Deitatis non accreſcit, niſi extenſiua perfectio,vt dicebam n.ſuperiori,nec erit maior intenſiue,quā erat viſio primæ Deitatis: vt ergo illa erat finita, ita hæc: atqui ex duobus prædicatis, quorum vtrumque tantum affert perfectionem finitam,non coaleſcit totum infinitum,vt docet principium Philoſophicum: ergo primum, nimirum fore illam viſionem infinitam,dici non poteſt. Si dicatur ſecundum, etiam erit finita viſio creaturarum poſsibiliū in verbo.Probo hāc cōſequentiā, quia triplex Deus, ſeu tres Dij perfectius obiectū ſunt,quā vnus Deus, & creaturæ poſsibiles; ergo vel ad viſionem harum non eſt neceſſaria infinitas perfectionis in viſione,vel ſi neceſſaria eſt, ad viſionem quoque ſolius Dei neceſſaria erit.

60 Solutio. *Quid aliqui reſpondeant?* Reijcitur. Preſsi ſatis hoc argumento reſpondent aliqui, nec infinitatem in viſione procedere ex Deo infinito viſo,nec ex creaturarum multitudine,& perfectione; ſed ex vtroque dum alterum cognoſcitur in altero,nimirum creaturæ in Deo.

Efficaciter confutatur. Audiui, atque legi non ſemel ſolutionem, nec ſemel in ipſa quieui. Non enim video,qua ratione infinitas emanet in viſione ex eo,quod creaturæ in Deo noſcantur:cum,nec Deus viſus,nec creaturæ in ſe cognitæ poſcant infinitatem.Quænam enim eſt neceſſaria connexio inter infinitatem in viſione, & inter cognitionem vnius in alio? Pręcipue cum neutrum horum in ſe cognitum petat infinitatē in ſui cognitione. Vlterius ratio a priori,quare creaturę in verbo poſſunt videri,eſt;quia in ipſo continentur.Quare ergo videre creaturas in alio,in quo continentur, inducit infinitatem in viſione,quando & continens,& contentum ſine infinitate poſſunt videri?

Denique pone,non videri creaturas a beato in Deo,vt in cauſa,ſeu vt in obiecto primario, ſed vtrumque immediate in ſe, vt docent plures, de quibus infra diſp. 51.An ne ea viſio foret infinita,an non?Certe S. Th. ſecundum ſua principia in locis,vbi n. 58. non negaret, fore infinitam; quippe cognitio illa idem haberet obiectum,ac altera,nec minus perfectum, nec minus multiplicatum, & merito ita reſponderet in proprijs principijs:quoniam infinitas viſionis ex perfectione, atque numero infinito obiecti ſumitur, non ex eo, quod vnum in altero videatur. Quod ſi eſt infinita, quare viſio ſoliusDei,ſeu duorumDeorum,ſi in caſu ficte poſito finita eſſet: viſio autē Dei,& creaturarum infinita ſit? Difficile fiet ſatis huic rationi.Si non foret infinita:ergo nec infinita eſt viſio earumdem creaturarum in Deo. Probo conſequentiam ex dictis.Videri Deum,& omnes creaturas poſsibiles tam perfectum obiectum eſt, tamque multiplicatum, quam videri creaturas in Deo:at perfectio viſionis in ratione finiti, vel infiniti ſumitur a perfectione, & multitudine obiecti,vt conſtat ergo,&c.

Dices; qui videt creaturas in Deo, videre connexionem inter Deum, & creaturas; non autem eum,qui videt Deum,& creaturas. 61 Alia reſponſio.

Sed cōtra nō ſatisfacis. Do,quod aſſumis,nimirū nō viſurum connexionem eam, vt ducit ad cognitionem creaturarum eum, qui non videt creaturas in Deo:ſed ea connexio eſt ne aliquid perfectius,aut diſtinctū a Deo, & creaturis?Non ne eſt Deus ipſe, vt continet creaturas in ſua omnipotentia, & aliquem ad eas habet ordinem?Quare ergo ea connexio videri non poterit viſione non infinita in ſua perfectione,& Deus,& omnes creaturæ poſsibiles videri poterūt finita tantum viſione? Difficulter reddes huius rei ſolidam rationem.

Tertio, ex eadem infinitate Dei ſic ſumitur argumentū ad probandum,ipſum, vt clare viſum, eſſe extra latitudinem obiecti adæquati noſtri intellectus. Quoniam, licet inter facultatem cognoſcendi,& obiectū non ſit æqualitas, aut correſpondentia in perfectione entitatum; at eſt ea proportio, quam explicui numero 52.fundata quidem in naturis rerum 62 *Argumentum ex diſtantia infinita.*

nam

Proportio inter potẽtiam, & obiectũ in ratione potentiæ, eſt proportio in ratione entitatis.

nam, ſi petas; quare potentia videndi percipit colores, & non ſonum? reſpondebis, quia in naturis ipſarum ſecundum entitatem eſt quædam proportio, & reſpondentia, quæ non eſt inter naturam viſus, & ſonum. Aduerte hic affirmare, eſſe proportionem in ratione potentiæ, non autẽ in entitate, vt ſolet vulgus ſcholaſticus, eſſe nimis puerile, & luſum verborum: quaſi vero in ratione potentiæ non eſſet ens reale, & proportio, quæ eſt in ratione potentiæ, non ſit proportio in vera realitate, & entitate. Hoc notato ſic procedo; inter Deum in ſe viſum, & infinitum, & potentiam finitam nõ eſt aliqua proportio in ratione entitatis: ergo nec in ratione potentiæ: obiectum ergo Deus, vt eſt in ſe, eſt extra latitudinem obiecti adæquati. Probo antecedens: quia finitas, & infinitas ſunt termini magis diſtantes in ratione entis, adeo; vt omnes diſtantiæ, quæ ſunt, & excogitari poſſunt inter res finitas, ſint etiam diſtantiæ minores. Ergo cum diſtantia inter res finitas ſufficiat ad hoc, vt res ſit extra adæquatum obiectum facultatis cognoſcendi, vt conſtat in viſu comparatione ſoni, & Angeli, quæ, nec de potentia abſoluta, viſus percipere poteſt: neceſſario diſtantia illa infinita extrahet obiectũ tam diſtans a potẽtia a ſphæra adæquati obiecti.

4. Arg. ex ſupernaturalitate.

63 Quartũ denique argumentum formari poteſt ex ſupernaturalitate Dei, vt eſt in ſe comparatione noſtri intellectus. Dico *comparatione noſtri intellectus*; quia comparatione ſuæ ſcientiæ non eſt ſupernaturalis, & ratio ſupernaturalis reſpectiua eſt, vt doceo diſp. 48. cap. 4. Nullum obiectum ſupernaturale, vt ſic eſt intra latitudinem obiecti adæquati noſtri intellectus: ergo repugnat nobis clara viſio Dei. Probo antecedens; quia omnis potentia ſumit aliquam ſpeciem, ſaltem inadæquate a quocumque ſuo obiecto, quod ipſa poteſt percipere: ſed a Deo, vt eſt obiectum ſupernaturale nullam recipit ſpeciem: ergo Deus clare viſus eſt extra latitudinem obiecti adæquati intellectus creati. Maior conſtat ex dictis n. 53. in quo ſtatutum reliquimus, facultates cognoſcendi, appetendi, & producendi non ſumere ſuas ſpecies ab aliqua ratione communi ex parte obiectorum, atque logice vniuerſali, ſed ex tota collectione obiectorum, ita vt ſingula determinate reſpiciat, tamquam inadæquata obiecta: ergo Deum quoque clare vidẽdum reſpicere noſtrum intellectum dicendum eſt, atque adeo ab ipſo aliquam ſumere ſpeciem: nam ab eo ſumit ſpeciem, quod reſpicit; imo reſpicere ordine tranſcendentali eſt ſumere ſpeciem. Vt ergo facultas noſtra videndi diſtincta eſſet ab ea, quæ modo eſt, ſi non haberet ordinem tranſcendentalem ad album colorem, ita, vt ille nequaquam contineretur intra ambitum obiectorum facultatis videndi Ita, ſi Deus, vt clare in ſe viſibilis non contineretur intra adæquatam latitudinem obiectorum noſtræ mentis, diſtincta eſſet ſpecie ab ea, quæ modo eſt. Quoniam, & in potentia videndi, & in noſtra mente deſideraretur ordo realis trãſcendẽtalis ipſis eſſentialiſsimus. Min. probatur; mens noſtra adæquate ſecundũ omnem ſuam eſſentiam naturalis eſt, non mixta ex naturali, & ſupernaturali: quoniam realitas, atque formalitas in ſe indiuiſibilis non poteſt coaleſcere ex prædicato ſibi eſſentiali naturali, & ex prædicato ſibi eſſentiali ſupernaturali: ſicut componi nequit, ex prædicatis, quorum alterũ materiale ſit, alterũ ſpirituale: ſed Deũ, vt clare viſibilem non reſpicit ordine naturali; nam, vt ipſum actu naturali in ſubſtantia clare videre nõ poteſt, vt modo ex certiori Theologia ſumimus, nimirum viſionem Dei eſſe ſupernaturalem quoad ſubſtantiam: ita nec reſpicere ordine naturali, alias ſi reſpiceret, naturalis ei eſſet viſio Dei: ergo facultas intelligendi noſtra a Deo, vt eſt viſibilis in ſe, ſeu ab ipſo, vt cõparatione eius eſt obiectũ ſupernaturale, nullam ſumit ſpeciem. Plura ſcribunt alij argumenta, ſed ſine neruo. Hæc neruoſa ſatis.

Quid euidens negatiue, & quãdo contingit?

64 Non eſt animus in hoc cap. poſitiua ratione demonſtrare, poſsibilem eſſe viſionẽ Dei, nec ſi eſſet, id forte præſtare poſſemus, de qua re diſp. 39. vbi diſcutio rationes, quibus ad hoc intentum S. Thom. & alij ſcholaſtici vtuntur: ſed tantum ſoluere nitar oppoſitas rationes. Aduerte vero ex hoc, quod vtcumque ſoluãtur, nõ fieri, negatiue euidens eſſe, quantum eſt ex ratione, poſsibilem eſſe viſionem, vt aliqui moderni non bene arbitrati ſunt; nã, aut ſoluitur argumentum probans repugnantiam ſolutione euidenti, attẽto lumine rationis, aut ſolum probabili, eamque probabilem eſſe non conſtat euidenter, ſed probabiliter: cum euidenter ſoluitur, euidens eſt negatiue cum tantum probabiliter, vt dixi, non eſt euidens negatiue. Nam ad hoc, quod aliquid ſit euidẽs negatiue, non ſufficit, quod non ſit euidentia contra illud; ſed quod euidenter conſtet, non eſſe euidentiam, donec autem vel non adhibentur ſolutiones euidentes ad argumenta; vel euidens eſt, ſolutiones probabiles eſſe ex medio rationis, non conſtat nobis euidenter negatiue poſsibilem eſſe viſionem. Vtro vero modo ex his argumenta diluantur? noto, dum diluo.

65 Ad primum negandum eſt primum antecedens, nimirum ad videndum Deum, opus eſſe viſione intrinſece infinita. Cum autẽ vrgemur comprehenſione, omnes ordinarij Theologi

dicunt

dicunt, ex ea nō fieri argumentum ad viſionē, propter maiorem eius perfectionem. Verum, vt notaui n. 56. non redditur ratio huius dicti. Omnes cōcordamus in eo, quod comprehenſio eſt perfectior viſione: omnes quoque concordamus in eo, quod ad Dei cognitionē quācumq; vt ad abſtractiuam ex creaturis, & per media extrinſeca habitam, non ſit neceſſaria infinitas in cognitione; nam nos ita cognoſcimus Dei intrinſeca, & eſſentialia, non vero producimus infinitas cognitiones. At vnde habemus ad attingendum Deum, vt eſt comprehēſibilis, opus eſſe cognitione infinita, non autē ad Deum, vt eſt viſibilis; eſto enim comprehēſio ſit perfectior viſione, optime poſſet vtraq; eſſe infinita, & tamen alteram collocandam eſſe in ſpecie perfectiori; ſicut collocaretur, ſi vtraque eſſet finita. Nam qua ratione, vt generi finito variæ tribuuntur ſpecies; non item tribuātur generi infinito? Imo, ſi vera ſunt, quæ dixi tract. 1. diſp. 4. cap. 4. ad cōprehenſionem Dei non eſt ſufficiens quæcumque infinitas in cognitione; ſed ea neceſſaria eſt tota, quā Dei ſcientia habet; quippe ab ea tantum exhauritur omnis Dei cognoſcibilitas intenſiua, & extēſiua: ea ſola eſt ſibi adæquata; ſicut ſolus amor diuinus bonitatem diuinam plene, & adæquate diligit. Recte cōſonat cum ea doctrina, poſſe peti a Deo, vt viſibili, aliam infinitatem in cognitione ei inferiorem; nempe propriam creaturæ infinitatē, aut in ſpecie, aut intenſione. Doctrinam vero illam arbitror prorſus verā; quippe, quæ ſola apperit viam ad difficultatem de comprehenſione Dei.

Vix ſit ſatis difficultati, quæ depromitur a comprehenſione.

66 Quapropter exiſtimo, a nobis ſolum probabiliter ſtando in ratione dilui hoc argumentum, & noſtrum reſponſum inniti principio fidei, ab eoque ſumere certitudinem, non vero habere euidentiam. Obijciens quidem, nec antecedens, quod ſubſumit; nimirum cognitionē comprehenſiuam eſſe infinitam, probat euidenter, nec id nos cōcedimus; quia euidenter cognoſcimus, ſed quia fide diuina docemur. Nec etiam eo dato, probat conſequentiam: quoniā contendit probare infinitatem, quæ eſt perfectio in viſione, ex infinitate comprehenſionis; cum comprehenſio ex genere ſuo ſit cognitio perfectior. Hæc vero illatio vitioſa eſt; quia non quæ perfectiones requiruntur ad perfectiorem cognitionem, requiruntur etiam ad minus perfectam; vt manifeſtum eſt. Similiter cum ordinarij ſcriptores inſtantiam argumēto inducunt ex abſtractiua cognitione Dei, peccant in inſtantia; quoniam cognitio abſtractiua eſt imperfectior viſione ex genere ſuo; vnde optime ſtat, quod Deus, vt abſtractiue cognoſcibilis non petat infinitatem in cognitione, & eam petat, vt viſibilis.

Nec inſtantia ex comprehenſione, nec ex ſciētia abſtractiua ad rem eſt.

Dico ergo magis ad rem inſtari ex viſione ſubſtantiæ, quam animam rationalem ſeparatam, atque Angelum videre, certum eſt; item viſionem ipſam non eſſe ſubſtantiam: ex hoc autem immediate intelligitur, non eſſe neceſſariam eam perfectionem in viſione rei, quæ eſt in re viſa. Cuius ratio a priori eſt, quod viſio non eſt ſimilis reali ſimilitudine obiecto in perfectionibus realibus; ſed tantum intentionali, quæ eſt veluti a natura depicta. Hoc autem poſito, vt intelligimus, non impediri viſionem ſubſtantiæ ex eo, quod in ea deſideretur perfectio ſubſtantiæ, ita poſſumus intelligere, nō impediri viſionem infiniti Dei, ex eo, quod in ipſa deſideretur perfectio infinitatis. 67

Aptior inſtantia.

Ad primam confirmationem omnes vnō modo reſpondent ex doctrina S. Th. in hoc art. in reſponſione ad primum; vbi diſtinguit duplicem proportionē; aliam ſecundum habitudinem quantitatis; aliam ſecundum quamcumque habitudinem, *qualis*, inquit, *eſt effectus ad cauſam, & potentiæ ad obiectū.* Sed inter omnes melius, & expreſsius (niſallor) loquitur P. Arrub. diſp. 13. cap. 5. Ego qua poſſum breuitate, & claritate ſic argumentum diluo, explicans S. Thom. & addens, quod neceſſarium videbitur. Concedo *cæteris paribus* perfectioris ſubſtantiæ viſionem fore perfectiorem, perfectione quidē in ſe determinata: quoniam, ſi vtraque exiſtit a parte rei, & vna alteram in perfectione ſuperat, determinato exceſſu ſuperare debet. Non tamen exceſſus is tantus eſt, quātus inter ipſa obiecta, ſed ei proportionatus; nec tamen hæc proportio eſt mathematica, vt dicunt, ſed geometrica. Declaro hoc; proportio Mathematica eſt in ordine ad exceſſum determinatum in eadem ſemper quantitate fixa, vnaque immobili mēſura permanente, ſiue ea parua ſit, ſiue magna. Vt vlna, digitus: vnde quantum excedit in ordine ad eam duplum, ſimplum, tantum excedit triplum, duplū, quia menſura ſeparata conſideratur a quantitatibus menſuratis. At in proportione geometrica non eſt fixa menſura, per quam debeat menſurari exceſſus; ſed ſolum conſideratur ordo ad obiectum nobilius in alia ſpecie ſuperiori, ſeu genere collocatū. Vnde proportio mathematica inter quanta verſatur, & auget ſemper quantitatis ſpecies æqualiter; non geometrica; ſed ad eam quicumque exceſſus in ſpecie ſubſtantiali ſufficiens eſt, ſiue ſit maior, ſiue minor, nec auget cum æqualitate. Porro; cum infra ſuperiorem ſpeciem produci a Deo poſsint imperfectiores, & imperfectiores ſpecies ſine vltima, vt modo ſubſumo ex communi omnium Phyloſophorum opinione; hinc fit, eam continentiam inferiorum ſpecierum ſine vltima 68

S. Thom.

P. Arrub.

Perfectioris ſubſtantiæ viſio determinate perfectior viſione imperfectioris.

Quid proportio mathematica, & geometrica?

Digitized by Google

ma, & exceſſum perfectionis cõparatione earũ non probare infinitatem poſitiuam, hoc eſt, intrinſecam perfectionem infinitam, ſed tantum negatiuam, hoc eſt, quæ, licet in ſe non ſit infinita, ſit tamẽ perfectior infinitis ſpeciebus. Ita homo, & Angelus dici poſſunt negatiue infinita, atque viſio Dei ex perfectione, quam deſumit ex ordine ad Deum infinitum. Itaque concedimus, ſe ſuperare eas viſiones perfectione determinata, non tamen ad menſuram mathematicam; ſed ad geometricam.

69 *Eiuſdem obiecti ſũt inæquales in perfectione viſiones.*

Dixi *cæteris paribus*; propterea quod viſionis, ſicut & cuiuſuis cognitionis perfectio non tantum ex obiecto deſumitur, ſed etiam ex ſubiecto, ſeu ex principio. Vnde eiuſdẽ obiecti ſunt inæquales in perfectione viſiones, vt viſio corporea albi imperfectior eſt ſpirituali eiuſdem albi: & naturalis imperfectior ſupernaturali: humana imperfectior Angelica: creata imperfectior diuina. Pariter dicendum eſſet, ſi Deus varia lumina gloriæ ſpecie, ſeu diuerſæ naturæ ſpecies impreſſas poteſt producere; fore quoque erga ipſum Deum viſiones ſpecie diſtinctas ex principijs proximis, vt non ſemel dicemus in progreſſu.

70 *Dilutio argumenti.*

Ex his eneruata iam obiecta ratio. Nã ſubſtantia finita ſuperior in cauſa eſt, quod viſio eius ſit determinate perfectior viſione ſubſtantiæ inferioris, cum proportione ad eas geometrica, non mathematica; non autem inde fit, ſubſtantiæ infinitatẽ fore in cauſa infinitatis in viſione, ſed fore cum proportione geometrica in ea, vt ea viſio ſit tam perfecta, quam eſſe non poteſt viſio cuiuſcumque inferioris ſubſtantiæ. Nec bona eſt cauſalis in argumento poſita, videlicet, ideo Dei ſubſtantiam infinitam eſſe: quia perfectior eſt ſubſtantijs in infinitum plurificabilibus, hoc enim ſolum probat infinitatem negatiuam, quam explicui ſupra n.68. non vero poſitiuam, quã ex ſe habet, quia eſt ens a ſe independenter a comparatione ad creaturas. Petes; an ſubſtantiæ inferioris viſio poſsit ſuperare in perfectione viſionem ſubſtantiæ ſuperioris ratione principij perfectioris? Reſpõdetur poſſe: cum vtraque ſubſtantia creata eſt; vt cum anima ſeparata videt Angelum, & ab eo videtur, viſio Angeli perfectior eſt, cum habeat obiectum minus nobile. Ita etiam, cum viſio inferioris ſubſtantiæ ſupernaturalis eſt, altera autem naturalis: cum autem altera increata eſt, opinor, non poſſe. Primo, quia nõ poteſt intellectus noſter eleuari ad viſionem ſubſtantiæ creatæ, tam perfecto principio, ac eleuatur ad viſionem Dei. Quoniam eæ etiam eleuationes ſunt ad menſuram obiectorum. Secundo, quia, licet principium eleuans eſſe poſſet perfectius, non tamen poſſet viſio ab eo principio ſumere tantam perfectionem, quantã Deus dat viſioni ipſius. Quia, quantumque principium perfectum ſit inter obiecta, quorum alterum creatum eſt, alterum increatum, maior eſt diſtantia in perfectione, quam eſſe poſsit inter principia. Vnde perfectio a principio perfectiori, imperfectior eſt, quam perfectio ab obiecto perfectiori.

Viſio imperfectioris ſubſtantiæ poteſt eſſe perfectior viſione perfectioris inter creatas.

Viſio Dei ſẽper perfectior viſione poſsibili creati obiecti.

71 *Chriſti humanitas videt finita viſione omnia poſsibilia in Deo.*

Ad ſecundũ argumentũ propoſitum n. 58. & ſequentibus nihil habeo, quod ſatisfaciat. Ego eo conuictus in commentarijs, atque diſputationibus in 3. p. ad quæſt. 11. cõceſsi, abſque infinitate in viſione Chriſti Domini humanitati ſanctiſsimæ cognitionem omniũ poſſibiliũ in Deo, quod nec in ſe habet incõueniẽs, vt ibidem monſtraui; & videtur neceſſarium ſatis vrgenter, vt oſtendit argumentum ad defendendum, Deum videri poſſe viſione finita. Quare autem ea comprehenſio non ſit, & quænam ſit hac in parte mens S. Th. dixi tractatu 1. diſp. 4. cap. 4. & magis ex profeſſo dicendum mihi in hoc tractatu diſp. 51. cap. 4.

72 *Quanam ſit proportio inter Deum, & noſtrum intellectum, & qua nõ?*

Ad tertium negandũ eſt non eſſe inter Deũ, & noſtram mentem aliquam proportionem in ipſis entitatibus fundatam, vt bene probatur eo argumento, eſt tamen ea proportio geometrica, & ſolum in ordine ad cognitionẽ: hoc eſt, ad hoc, vt Deus cognoſcatur intuitiue a noſtra potentia; non tamen proportio, quę fundet aliquam æqualitatem in perfectione, aut menſurabilitatem perfectionis Dei a noſtræ mentis perfectione. Probatio autem ſolum oſtendit, inter Deũ, & animam noſtram eſſe maiorem diſtantiam mathematicè, ſeu comparãdo perfectiones vnius extremi cum perfectionibus alterius, quam inter viſum, & ſonum, aut Angelum: non tamen probat, non eſſe aliquam ſpecialem habitudinem inter Deum, & noſtrã mentem, quæ non eſt inter viſum, & ſonum, aut Angelum, quam habitudinem vocamus geometricam, ſeu in ordine ad cognitionem. Vbi nota, hanc nullam eſſe inter viſum, & ſonum, nec in ea comparationem maioris, aut minoris diſtantiæ locum habere, ac proinde non apte dici de ipſa maiorem, aut æqualẽ eſſe inter res illas creatas, quam inter Deum, & noſtram mentem, cum ibi nulla ſit, hic ſit aliqua.

73 *Satisfactio ad arg. formam.*

Quando autem vrgetur argumentum: magis diſtant in ratione entitatis hæc, quam illa. Ita diſtinguendũ eſt: in ratione entitatis in ordine ad menſurandas perfectiones, concedo. In ordine ad cognitionem, nego. Ad replicam, *is ordo, & proportio cum obiecto fundatur in entitate*, licet abſolute propoſitio vera ſit, vt in argumento probatum reliquimus, cum verſamur in hac difficultate, ita diſtingui debet: fundatur in entitate, vt cumque, nego, hoc eſt conſiderata ſecundum perfectionem intrinſecam Phyſicam

Digitized by Google

Phyſicam intẽtionaliter, ſeu in ordine ad obiectũ,cócedo.Quoniã in entitate noſtræ potentiæ intelligẽdi,& vidẽdi fundatur,quod illa habeat tã vniuerſale obiectũ,hoc eſt,omne,quod cótinetur ſub generaliſsima ratione entis: hæc vero tã limitatũ,vt ſolũ ſe protendat ad colorẽ lucidũ; nõ vero in entitate abſolute, & vt in ſe eſt,ſeu Phyſice cóſiderata,ſed ſpectata in ordine ad aliud percipiẽdũ. Quoniam,licet habere vniuerſalius obiectũ,probet minorẽ Phyſicam proportionẽ in potẽtia; nõ tamẽ ſecundũ illã obiectorũ ſphæra,ſeu latitudo, aut coarctatio deſignãda eſt. Imo hoc ipſo,quod cõpertũ ſit,
74 facultatẽ cognoſcendi aliquã pertingere rationem vniuerſalem, aut obiecta,quæ attingit, ſub ea cõtineri,dicere debemus,omnia inferiora poſsibilia ſub illis rationibus,pertinere per ſe ad eã potentiam in ratione obiecti: nec ego aliã huius rei firmiorẽ regulã cogitare potui. Eam explico exẽplis duobus.Primũ in viſu:ſecundũ,in intellectu. Viſus pro obiecto habet coloratũ,& lucidũ; omne poſsibile a Deo coloratũ,& lucidũ ad eã ſpectabit per ſe.Dico *per ſe;* quia per accidens,aut ratione intenſionis, aut ratione eleuationis obiecti,vt ſi Deus lumẽ ſupernaturale,aut coloratũ produceret,aut ratione debilioris organi, impediri poterit viſio:at ſi a Deo eleuaretur,& cõfortaretur organũ potentiæ,prout exigit,obiectum ipſum attingere poſſet, in quocumq; gradu perfectionis eſſet conſtitutum:vt ſi Deus producere poſſet ſupernaturalem colorem infinite intenſum. Pariter in intellectu: hoc ipſo quod facultas ſpiritualis eſt, habet pro obiecto omne ens,nõ tamen eam rationem abſtractiſsimam,ſed omne inferius ſub ea contentum, vt docemur experientia propria. Ex hoc fit primo,ſe protendere in ratione potentiæ ad res magis diſtantes cũ ipſa in perfectione,quam potentiæ corporales,ſi quidem Deus ipſe ſub ea ratione continetur. Fit ſecundo,omne inferius contentum ſub ea ratione per ſe loquendo ſpectare in ratione obiecti ad noſtram mentem, etiam ſi ſupernaturale ſit,etiam ſi infinitum ſit:quoniam eſſe ſupernaturale,non probat,non eſſe obiectum, vt non probat,non eſſe ens,ſed indigere potentiã eleuatione ſupernaturali ad eius intuitionem, ſeu proportionatam cognitionem,propter obiecti ſupernaturalitatem.Nec eſſe infinitũ,probat,non eſſe obiectum, vt non probat,non eſſe ens,ſed etiam indigere potentiã fortiori eleuatione.Si infinitum videri nõ poſſet niſi viſione infinita; & viſio infinita eſt impoſsibilis noſtræ potentiæ,illud ens infinitum ab infinitate impediretur per ſe,ne poſſet eſſe obiectum; non quia non contineretur tale obiectũ intra ſphæram obiectorum huius potentiæ;ſed quia cum ipſa finita ſit, limitata eſt ad finitas cognitiones, & ad cognoſcibilia finito modo ex parte potentiæ:at cum non probetur,infinitum Deũ finita cognitione videri nõ poſſe,vt dixi n 67. & ſequentibus ex diſtantia infinita in genere entis,non fit diſtantia vſq; ad extractionem ab ambitu adæquato obiectorum.

Inferiora omnia rationis cõmunis obiectiuæ ſpectãt in ratione obiecti ad potentiam.

Confirmatur dupliciexẽplo.

75 Ad quartũ varie reſpõdetur.Modernus quidã Dominicanus affirmat, intellectũ noſtrum, nec Deum clare viſibilẽ reſpicere,vt obiectum naturale,nec vt ſupernaturale,ſed tantũ præciſe,vt eſt intelligibile vt ſic,& ſecundũ hanc rationẽ abſtractã a naturali, & ſupernaturali eſſe Deũ ſpecificatiuum potẽtiæ.Addit ex eo,quod ſit ſpecificatiuũ hac ratione, nõ ſequi naturaliter inclinari ad Deũ clare viſibilẽ;quia nõ inclinatur ad omne ſpecificatiuũ, ſed tãtum ad ſuũ obiectum ſub ratione cõmuni, aut ad obiectũ proportionatum ſub ratione particulari.

Albelda. Reſponſio moderni Dominicani.

76 Verum,ſolutio hæc multoties peccat. Primum,quod ſupponit potẽtias ipſas reſpicere ſuo ordine tranſcendentali rationes cõmunes vniuerſales logice ex parte obiectorũ,ac propterea eſſe ordinem præſcindentem,quod a nobis reiectum eſt n.53.Deinde aut cõcedit,Deũ ſolum,vt intelligibilem,quæ eſt ratio communis omni enti,eſſe intra obiectum adæquatum intellectus,nõ autẽ ſecundũ alias rationes particulares,& inferiores Dei?Aut cõcedit ſecundũ rationes has particulares in ordine ad viſionẽ eſſe intra latitudinem obiecti adęquati Dei?Si primũ:ergo,nec per potentiã abſolutã eleuari poterit ad videndũ rationes proprias Dei,ſed ſolũ ad rationes cõmunes.Hanc cõſequentiam probãt dicta in principio n.51. Quoniã nulla potẽtia eleuari poteſt,vt feratur extra adæquatũ ſuũ obiectũ. Qua ratione noſter intellectus eleuari nõ poteſt ad cõprehẽſionẽ; quia rationes Dei in ordine ad cõprehenſionẽ ſunt extra adæquatum obiectum. Qua etiam ratione ſcientia de ente in cõmuni protẽdi nõ poteſt ad intelligẽdum hominẽ.Si ſecundum:ergo Deus non tãtũ,vt intelligibilis,ſed etiã ſecundum rationes particulares eſt ſpecificatiuus in ordine ad viſionẽ. Et declarãdum ipſi reſtat, quanã ratione obiectũ ſupernaturale ſpecificet,quãq; ſpeciẽ intellectui potẽtiæ prorſus naturali poſsit tribuere? Deniq; obijcio, quoniam diſtinguit inter obiectum ſpecificatiuum, & obiectum, in quod naturaliter inclinatur potentia, quod difficile intelligitur; & nõ explicat,quomodo intelligẽdum ſit,nã obiectum ſpecificatuum eſt id,ad quod potẽtia habet ordinẽ trãſcẽdẽtalẽ adeo eſſentialem,vt ſi obiectum nõ eſſet poſsibile,deſideraretur in potẽtia ille ordo trãſcẽdẽtalis.imo nec ipſa natura potẽtię deſtrueretur: inclinari autẽ ad obiectum,eſt tẽdere ad ipſum per eũ ordinẽ;etenim ille ordo eſt ipſa inclinatio,ſeu appetitus innatus potẽtiæ,per quẽ na-

Arg 1. Refutatur efficaciter

Secundum.

Tertium.

Digitized by Google

turali ter exoptat cōiungi cum obiecto medio actu. Ergo ſi Deus clare viſibilis eſt obiectū ſpecificatiuum, vt videtur fateri, eſt etiā obiectū, ad quod naturaliter inclinatur.

77 *P. Arrub. Alia ſolutio P. Arrub.*

P. Arrub. diſp. 13. cap. 4 n. 19. concedit, Deū clarè viſibilem eſſe intra latitudinem obiecti connaturalis noſtri intellectus, eo, quod ſit inferius contentum ſub ratione entis, ad quam ſe naturaliter extendit noſtra mens, nihil impediente, quod Deus clare viſus ſit obiectum ſupernaturale; vnde non negat indigere eleuatione ad Deum clare videndum.

78 *Deus clare viſus nō eſt obiectū connaturale.*

Verum, nec placet modus loquēdi P. Arrub. dico *modus loquendi*; quia in re non eſt alienus a vera doctrina, non tamē (me iudice) rē explicat. Primū probo; quoniā ſicut eſſe poteſt ſub ratione entis aliquod inferius, quod ſit extra latitudinem obiecti adæquati, ita eſſe poteſt aliquod enti inferius, quod ſit extra obiectū connaturale intellectui noſtro ſecundū ſe, hoc eſt, ſpectato ſine eleuatione. Antecedēs cōſtat in ipſo Deo, vt cōprehēſibili, qui vt ſic eſt extra obiectū adæquatū, cū cōtineatur ſub generali ratione entis, ad quā pertingit creatus intellectus. Ita, cū ea ratio entis determinatur per ſupernaturales inferiores differētias, obiectū vt ſic cōſtitutū extrahitur a ratione cōnaturalis, licet abſolute non extrahatur a ratione obiecti. Hac ratione Theologi omnes diſtinguunt obiectum proportionatum, & non proportionatum. Quæ diſtinctio innititur optime doctrinæ; quam ſic explico, & explicatione probo ſecundum, videlicet rem non explicaſſe.

79 *Quid obiectū proportionatum, & nō proportionatum?*

Certū eſt, facultates ipſas ita reſpicere quædā obiecta, vt eis exiſtētibus debeatur debito cōnaturalitatis, quidquid ex parte principij neceſſariū eſt ad ea percipiēda, ſiue id ſit aliquid creatū, vt ſpecies impreſſa, & potētiarū inferiorū præuia, aut cōcomitans cooperatio; ſiue ſit quid increatū, vt diuina omnipotētia præparata, & præſto aſsiſtens ad cooperādū perceptionem eius obiecti, ita vt defectus horū habeat in ea rationē priuationis propter debitū habendi illa, & ſi illa a Deo negarētur, cū a cauſis ſecundis, ſeu ſpectato naturæ cōcurſu, danda forent, quædā eis inferretur violentia, quę an propria ſit, an nō? 1. 2. q. 6. ſolet diſputari. Deinde certū etiā eſt, eſſe obiecta ſupernaturalia, quæ cū percipi a noſtra potētia poſsint, nō tamē ei debentur principia ad ea percipiēda, nec cooperatio diuinæ omnipotentiæ. Vnde Theol. in materia de Gratia dicere ſolent, illa prima nō cecidiſſe ſub meritū Chriſti, hæc verò cecidiſſe: quia nō venit, vt homines eſſemus, ſed vt ſancti eſſemus, & omnis cogitatio, & cognitio rei ſupernaturalis, aut ordinatur ad ſanctitatem, aut eſt eius effectus, aut præmiū. Carētia autē horum in homine ſecundum ſe ſpectato, ſecluſo omni merito Chriſti, & volūtate eleuādi Dei, nō habet rationē priuationis, nec Phyſice, nec moraliter; quia, nec eſt Phyſice debita perfectio, nec ad eā ius aliquod habet ex aliqua Dei promiſſione, ſed negationis. Obiecta primæ claſsis dicuntur connaturalia, & proportionata: non autem ſecundæ claſsis.

80 *Deus cognoſcibilis abſtractiue, intuitiue, & comprehenſiue*

Porro, Deus in ratione cognoſcibilis tripliciter conſiderari debet. Primo, vt cognoſcibilis abſtractiue per alienas ſpecies. Secūdo, vt cognoſcibilis intuitiue per propriā ſpeciē. Tertio, vt cognoſcibilis cōprehēſiue per adæquatum principiū, & cognitionē. Primo modo cōſideratus eſt obiectū cōnaturale, & proportionatū. Secūdo modo ſupernaturale, & nō proportionatū. Tertio modo extra omne obiectū mentis creatæ. Quoniā, licet ex parte Dei idē obiectū ſit, eadēq; ſubſtantia diuina tribus illis modis cognoſcibilis ſit, atq; cognoſcatur, & ſola cōnotatione differat; cū cōſideratur vno, aut alio modo v.g. cum conſideratur abſtractiue cognoſcibilis, in recto dicitur ſubſtantia Dei, in obliquo importatur mens noſtra, vt eſt inſtructa in actu primo per ſpecies comparatas a creaturis, ad Dei naturā, aut perfectionē intrinſecā cognoſcēdā: & cū abſtractiue cognitus dicitur, importatur ipſa actualis cognitio. Cū cōſideratur vt clare viſibilis eadē in recto ſignificatur ſubſtantia Dei, in obliquo vero mēs creata vt inſtructa lumine gloriæ, atq; ipſa eſſentia Dei aſsiſtēte per modū ſpeciei, & cū dicitur clare viſus, ſignificatur beata ipſa Dei viſio. Deniq; cū cōſideratur, vt cōprehenſibilis, ipſa ſignificatur ſubſtātia, vt poteſt terminare cōprehenſionē a ſolo Deo. Licet vero hæc ita ſint, Deus vt intelligitur potēs terminare in ſe viſionē creatā, obiectū eſt ſupernaturale, non cōnaturale menti noſtræ: dum ea non eſt perfuſa lumine gloriæ, improportionatum eſt lumini noſtræ, ſi alio lumine ſuperiori non euehitur: ergo non recte dicitur, vt ſic eſſe obiectum connaturale.

81 *Reſponſio authoris ad quartū argumentum*

Quapropter, cōcedēdū cenſeo quarto argumento, Deū, vt clare a nobis viſibilē eſſe obiectū ſupernaturale: nego autē nullū obiectū ſupernaturale, vt ſic eſſe intra latitudinē obiecti adæquati. Ad probationē ego cōcedō maiorē, & quę ibi dico, efficaciter eā mihi probāt. Quod quia negatur a multis, vlterius ita probo. Siue dicamus noſtrā intelligendi facultatē reſpicere Deū clare viſibilem per nō repugnantiā, ſiue per ordinem poſitiuū: at ſi nō eſſet capax eleuationis ad Deū clare videndū, nō poſſet manere natura intellectus humani: ergo eā habet naturā, quæ dependet in eſſentia ab eo obiecto: hoc autem, & nihil aliud eſt ſumere ſpeciem: hoc eſt obiectiue habere ſuā ſpecificā rationem ab ipſo obiectiue influente.

Intellectus noſter ſumit ſpeciē a Deo clare viſibili.

Deinde, licet ea non repugnātia cōpleatur per eleuationem nō debitam 82

Digitized by Google

debitam illi, at intrinſeca eſt, & eſſentialis ipſi potentiæ non repugnantia, quæ ſe tenet ex parte potẽtiæ; vnde poſitiua formalitas etiam eſt, quia nihil nõ poſitiuum eſt eſſentiale: ſed ea nõ repugnantia depẽdet a Deo in ratione obiecti, ab ipſoq; vt clarè viſibili ſpecificatur: ergo aliquid ſpectãs ad rationẽ eſſentialẽ noſtri intellectus ſpecificatur a Deo clare viſibili, imo tota eſſentia ſumitur ab eo: nec enim in ipſa ſunt partes, & eſt ratio eſſentialis, quæ ſumitur, & ratio eſſentialis, quæ nõ ſumitur. Cõcedẽda ergo maior eſt, & nẽgo minorẽ. Ad probationẽ cõcedo, mentẽ noſtrã adæquate in ſua entitate eſſe facultatẽ naturalẽ, vt etiã ibi bene probatur: in entitate vero in ſe naturali fundari optime poteſt nõ repugnãtia ipſi eſſentialis, & intrinſeca, atq; ei innata, vt eleuetur ad ordinẽ ſuperiorẽ: ea vero propoſitio, per quã probatur minor *Sed Deũ vt clare viſibilem nõ reſpicit ordine naturali.* Sic diſtinguẽda eſt: ordine naturali, vt naturalis eſt, cõcedo: vt eſt nõ repugnãtia,

83 *Quid ſit nõ repugnantia ad viſionem Dei?*

nego. Quia idẽ ordo, & eſt, & nominatur naturalis, & eſt, & denominatur nõ repugnãtia; dicitur naturalis, cũ actus, & alia, quæ requirũtur ad actũ, cõnaturalia ſunt, & carentiæ illorũ habent rationẽ priuationis; vt explicabã n. 79. & iterũ explico diſp. 37. n. 17. dicitur non repugnantia idẽ ipſe ordo, cũ actus, & alia, quæ ad actũ requiruntur, non ſunt cõnaturalia, nec debita, ſpectata re ſecundum ſe, nec carentiæ eorũ habent rationẽ priuationis, ſed negationis. Ex quo negatur vltima cõſequentia; nimirũ a Deo vt clarè viſibili nullã ſumere ſpeciem noſtrorũ intellectuũ: nã omnem, quam habet, ſumit, vt eſt nõ repugnãtia ſaltẽ inadæquatè; quia hæc etiã non repugnantia eſt nõ ſolũ in ordine ad Deũ clare viſibilẽ, ſed etiã in ordine ad obiecta omnia ſupernaturalia. Quæ nõ repugnã- 84

Non repugnãtia varys explicata nominibus.

tia modo appellatur potẽtia remota, & incohar; quia ad operandũ, & exercendũ ſuum actũ, ...t tantum virtus inadæquata nõ tantũ indigẽs cõcurſu generali cauſæ vniuerſalis in ordine ſupernaturali, ſed etiã cõplemento ſuæ virtutis in ratione cauſæ ſecundę; & quidẽ cõplemento nõ debito ipſi, nec ſolũ gratuito, ſed eleuante. Modo appellatur obedientialis, tũ actiua, tum paſsiua; quia in exercitio mouetur ad purũ nutũ authoris ſupernaturalis ſupra exigẽtiã creaturæ. Modo inſtrumẽtalis, quia eſt in ordine ad effectũ principalem, & agit præuia virtute deriuata. Vide diſp. 46. c. 2. Hæc vero omnia eãdẽ rẽ explicãt varijs nominibus impoſitis ex cõſideratione diuerſorum reſpectuum. Poſt luſtratũ hoc cap. ſpero, non eſſe prolixum iudicandum a lectore, iacio enim in ipſo principia magni momenti pro vniuerſo tractatu.

DISPVTATIO TRIGESIMA SEPTIMA.

DE APPETITV NATVRALI AD VISIOnem Dei, *an ſit in nobis?*

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. Quædam noto, & varia refero placita.

In 2. Iudicium authoris de appetitu innato.

In 3. Argumenta pro prima ſententia, & ſolutiones.

Caput I. *Quædam noto, & varia refero placita.*

I LEGI non paucos de materia huius diſputationis. Inter illos accuratius eam tractarunt P. Mol. hic diſp. 2. P. Arrub. diſp. 14. & P. Vaz. 1. 2. diſp. 22. Quia vero vera eius definitio petenda eſt ex notatis diſp. 36. cap. 4. n. 83. & 84. & quia bona ex parte de nominis proprietate contentio eſt, ab ea me expedio breuius. Claritatis gratia in primis notãda quę

P. Mol.
P. Arrub.
P. Vazq.
Contentio hæc de nomine.

dã, tum erga vocẽ *appetitus*, tũ erga vocẽ *naturalis*. Appetitus eſt inclinatio, ſeu propenſio omni rei datus ſecũdũ formã aliquã pro perfectione, aut re ſibi cõueniẽti, vt explicui tractatu 2. diſp. 11. c. 2 Ea vero inclinatio, aut eſt potẽtia agẽdi aliquid, aut recipiẽdi in rebus creatis, vt explicui in eodẽ tractatu 2. diſp. 12. c. 4. Vnde difficultas de duplici appetitu innato procedit, nimirũ de actiuo, & receptiuo: maxime cũ intellec-

Quid appetitus?

Appetitus actiuus, & paſsiuus.

Digitized by Google

Appetitus actiuus, & paſſiuus.

intellectus noſter, & actiue, & paſsiue in viſionē influat. Ergo tractare debemus: an in mēte noſtra ſit appetitus naturalis actiuus, an ſaltē paſsiuus ad viſionē Dei? Porro appetitus diuiditur in innatū, & elicitū; vterq; eſt inclinatio; vt dixi n. 1. ille innata, & cōgenita, atq; ab ipſa natura inſita: is elicita, & poſtea producta. Ille autē declaratur a Philoſophis per analogiā ad hunc; quia vero elicitus appetitus, cū eſt de bono nō poſſeſſo, dicitur deſideriū. & quia noſter intellectus ſecundū ſuā entitatē, carens viſione beata, conſideratur; ideo diſquirimus de appetitu innato, ſeu naturali per modū deſiderij in hac difficultate. Hanc analogiam habes a me exacte declaratam tractatu 2. diſp. 12. cap. 4. & alibi non ſemel.

2 *Appetitus innatus, & elicitus.*

3 *Significatio vocis* naturalis.

Vox *naturalis* varias quoq; ſignificationes habet ad rē noſtrā; hæc ſunt obſeruatu neceſſaria. Primū, *naturalis* idē ſignificare poteſt, ac nō productus a re, ſed ei datus a generante. Verū in hac acceptione idem eſt *naturalis*, & *innatus*, vt ab elicito cōdiſtinguitur: & cū plures eliciti appetitus, ſint etiā naturales, amplior eſt eius ſignificatio: imo ratio appetitus naturalis eliciti pro noſtro inſtituto indiget declaratione. Vno ergo modo dicitur naturalis reſpectiue ad virtutem principij per proprias vires; quia videlicet actum illū, in ordine ad quem dicimus habere appetitū naturalem, ſine auxilio eleuāte, ſeu ſupernaturali elicere poteſt: vt cum mens noſtra omnia obiecta naturalia intelligit. Altero igitur modo dicitur naturalis etiā in ordine ad principium, at ſecundum diuerſam eius conſiderationē. Nam voluntas noſtra, & poteſt conſiderari vt natura, & vt voluntas, ſeu, vt clarius dicā, vt principium neceſſarium, & determinatum: aut vt principium liberum, & indifferens. Appetitus naturalis eſt ad actum elicitum neceſſarium, hoc eſt, procedētem a principio, vt ipſum eſt natura. Non naturalis, qui eſt ad actū elicitum a principio, vt ipſum eſt voluntas. Et cum duplex ſit neceſsitas, alia quoad ſpeciem; alia quoad exercitiū (diſtinctio ſatis trita, & vulgaris, etiam tyronibus nota, & a me ſæpe explicata;) vide tractatu 2. diſp. 14. cap. 1. prætermitto eius explicationem; dupliciter quoq; dici ſolet appetitus naturalis, alter naturalis, quoad ſpeciem tantum; alter, & quoad ſpeciem, & quoad exercitium.

Naturalis qui a principio non eleuato.

Qui a nō libero.

4 *Voluntas appetitus vniuerſalis perſonæ.*

Secundo obſeruandum, voluntatem noſtrā, nihil impediente, quod ſit vna ſingularis è potētijs noſtris, eſſe nihilominus appetentiā vniuerſalē omniū nobis cōuenientiū, tū partibus corporeis, tum animæ potentijs, ex munere a natura ſibi demādato: ipſa etenim per actus elicitos appetit non tātum ſibi cōmoda, ſed etiā intellectui, phantaſiæ, ſenſibus internis, & externis; demum partibus reliquis corporis. Licet ergo beata viſio producatur a ſolo intellectu eleuato, in ipſoq; recipiatur, locum habet difficultas in voluntate; an ne in ipſa, quatenus eſt vniuerſalis appetitus, ſit ne aliquis naturalis ad viſionem? Præterea, licet appetitus innatus immediate ſolū ſit in ipſa facultate, quæ actum habet, ſeu cuius eſt actus, vt in intellectu comparatione viſionis Dei, in facultate videndi comparatione viſionis colorum: at ſi in voluntate eſt appetitus naturalis elicitus ad viſionē Dei, etiam erit appetitus innatus ad eliciendum eum appetitum naturalem. Ergo etiam de appetitu innato, ſaltem mediato, in voluntate quoq; locum habet difficultas; an, ſcilicet in ea ſit appetitus innatus mediatus ad viſionem Dei?

In volūtate locū habet difficultas de appetitu elicito.

Etiam innato mediato.

5 *Scotus. Durand. Sotus. Meus Scoti, Dur. & Soti.*

Tertio, hinc intelliges mentē Scoti, & Durandi, & Soti referendi infra n. 7. Scotus collocat noſtrā eſſentialē beatitudinē in fruitione voluntatis. Durādus in viſione intellectus: hinc ergo ille in voluntate ponit appetitum naturalē, vtiq; innatū ad beatitudinē; is in intellectu. Sotus autē 2. tom. in 4. diſtinct. 49. q. 2. ar. 1. in 1. cōcluſione notat Dur. quod dixerit eſſe appetitum intellectus: cū profecto potius ſit voluntatis, propter rationē a nobis notatā n. 4. Attamen nō negat appetitū innatum naturalē immediatū in intellectu ad viſionē. Poſtea vero P. Mol. diſp. illa 2. & P. Vazq. 1. 2. diſp. 22. c. 1. notarunt Sotum, quod immerito Durand. reprehenderit. Mouentur; quia Dur. non negat appetitum elicitum in voluntate ad videndum Deū ab intellectu: ſed tantum innatum, qui merito negatur, eo quod tantum ſit is appetitus ad propriam perfectionem. Ego nec video; quare reprehendatur Dur. a Soto: ille enim ſolum dixit, appetitum immediatum innatum eſſe in intellectu ad beatitudinē, quæ in viſione Dei cōſiſtit; an autem in voluntate ſit etiam appetitus alia cōſideratione? nec affirmat, nec negat: quoniā in 4. diſt. 49. q. 8. n. 8. vbi allegatur in intellectu eſſe ſummum, & neceſſarium appetitū naturalē ad beatitudinē, probat ex eo, quod in viſione cōſiſtit beatitudo, & vnumquodq; appetit ſuā perfectionē. Ex quo infert, hunc appetitū vtiq; innatū, & immediatum, nequaquā eſſe in voluntate. Solū ergo notari poterit, quod vltra eum appetitū innatum particularē nō explicuerit alium vniuerſalē voluntatis. Verum hoc nō erat apprime ad rē ſuā neceſſarium: potuiſſet quidem explicare, ita tamē potuiſſet, vt ſine vitio potuiſſet etiā ommittere. Nec etiam grauiter peccat Sotus reprehendendo Dur. Quoniam in voluntate eſt appetitus immediatus innatus ad eliciendum deſiderium viſionis, imo ad deſiderandas omnes ſuppoſiti perfectiones: ac proinde eſt appetitus mediatus innatus ad eas, non quidem in ſe reci-

Sotus incuſat Durandum.

Sotus. P. Mol. P. Vazq. Excuſatur Dur. a Molin. & Vazqueſio.

Immerito reprehenditur Dur. a Soto.

Immerito notatur Sotus de iniuſta Dur. reprehenſione.

Digitized by Google

recipiendas, tamquam proprias perfectiones; ſed vt vnaquæq; potentia ſuā recipiat perfectionem, ad idque conſequendum cooperatur voluntas per ſuos actus: vnde habet appetitum innatū actiuum mediatū. Nec hoc (vt opinor) negant P. Mol. & P. Vazq. dum Dur. excuſant, & accuſant Sotum de Dur. reprehenſione, nec, ſi id negarent, ego ipſos probandos iudicarem in hoc articulo.

P. Vazq. P. Mol.

7 Prima ſententia affirmat, eſſe appetitū innatū naturalem in nobis ad viſionē Dei. Eā docet Scotus in 4. diſ. 49. q. 10. §. *de illo appetitu naturali*: non q. 9. vt aliqui allegant; nā in ea tantū vtrimq; diſquirens procedit, ſed q. 1. prologi §. *ad primum licet procedat*. Qatenus ait, Deū eſſe finē naturalē noſtrū, licet ſupernaturaliter aſſequibilē. In hac ſentētia eſt Durādus ſupra relatus, atq; Palud. q. 7. ar. 1. cōcl. 1. & 2. Sotus q. 2. ar. 1. multis eā probans, & lib. 1. de natura & gratia c. 4. eāq; magis cōmunē inter ſcholaſticos appellat Mol. & a ſe ſtare S. Th. arbitrantur non contemnendo fundamēto, de quo c. 2. In tertio vero fundamenta huius ſententiæ cōmodius propono, & diluo.

Scotus. *Sententia Theologorum.* Palud. Sotus.

8 Secundæ ſentētię author eſt Ferrar. lib. 3. ſententiarum c. 51. §. *& in propoſito naturale deſiderū*. Is dupliciter Deū cōſiderat. Primo modo, vt eſt abſolute prima cauſa rerū naturaliū. Secundo modo, vt eſt ſummū bonū, ſeu obiectū beatificans, aut vt cauſa ſupernaturalis. Cōcedit, eſſe in nobis naturale deſideriū vidēdi Deū ſecundū primā conſiderationem; negat vero, vt cōſideratus ſecūdo modo. Obſerua in hac ſententia, quod licet deſideriū illud ſit actus elicitus, & ipſa procedere videatur de actu elicito locū nihilominus habere in innato; quia ad illud deſideriū eſt appetitus innatus, atq; adeo ex naturali deſiderio elicito bene infertur appetitus innatus.

Tertia ſententia quoad appetitū innatū negat, eſſe naturalē, ſed obedientialē cōparatione viſionis Dei; ita Thomiſtæ frequenter, Cai. hic &. q. 23. ar. 8. Cōrad. ibidē; ita etiā noſtri ſcriptores. P. Vazq. ſupra & P. Mol. qui immerito ait, facultates noſtras primario dicere ordines ad rationes communes obiectiuas; ſecundario vero, ad rationes particulares, vt notaui diſp. 36. c. 4. n. 53. Et P. Arrub. diſp. 14. c. 2. vbi diſtinguit inter innatā capacitatē, & appetitū innatū, illam concedit, hunc negat; ijs adde Dominicum Vañez in hoc art, & Zumel authorem pronū ad carpendum dicentem, oppoſitam ſententiā eſſe homine Theologo indignā. Quid vero ſentiendum ſit de appetitu elicito, ſimul explico ſequenti cap. ne res diſsimiles confundamus. 9

Cai. Conrad. P. Vazq. P. Mol. P. Arrub.

Caput II. *Iudicium authoris de appetitu innato.*

10 S. Tho. tum hoc ar. 1. tum varijs in locis loquutus eſt de materia huius diſputationis; vnde occaſione hac eā ſcholaſtici verſarunt. Ipſe enim vt demonſtret, viſionem Dei eſſe poſsibilem, ſubſumit hoc antecedens, *hominē naturaliter deſiderare videre Deum*; quia beatitudinis ſatiantis appetitum per bonitatē eſt in vno quoq; inſitum deſiderium neceſſarium, & cum in nulla alia re præter viſionem ea ſita ſit, quippe ea ſola ſatiat, & explet animam, ex hoc infert, ineſſe naturæ noſtræ aliquālē viſionis appetitum. Vnde 3. contra Gent. cap. 50. multis oſtendit Angelum contemplātem Deū per effectus; quia ea contemplatio imperfecta eſt, non quieſcere vſq; dum conſequatur perfectam; videlicet Dei viſionem, ſicut cognita re, quoad an eſt, non quieſcit mens vſq; ad cognitionem rei, quoad quid eſt. Nec videtur ſatisfacere, quod communiter reſpondent, S. Th. locutū de elicito appetitu erga viſionem. Primo, foret inefficax argumentum eius, nec probaret intentum. Quoniā appetitus elicitus inefficax eſt de re impoſsibili, vt patet: ergo is appetitus ineptum medium eſt ad probandā poſsibilitatem viſionis. Secundo, quia is appetitus liber eſt, & contingenter adeſt, & abeſt: at S. Th. contēdit probare appetitum naturalem omnibus communem: ergo ſi ageret de appetitu elicito, inepto medio vteretur. Tertio, quia appetitus innatus ad viſionem optimum mediū eſt ad probandam viſionis poſsibilitatem: ergo de eo agere credere debemus. Quarto, quia huic appetitui elicito, quem fatentur, concedere reſpondet innatus ad ipſum producendum, & recipiendū: ergo in voluntate agnoſcit S. Tho. appetitū innatū mediatū ad viſionem Dei, ex hoc aute videtur fieri, in intellectu quoq; eſſe appetitū immediatum innatū. Quinto, quia 1. 2. q. 5. ar. 8. cum cōcedat, omnes neceſſario velle beatitudinē in cōmuni, hoc eſt, omnes cupere eſſe beatos, nō tamen in particulari; quia nō agnoſcunt in quonam ea beatitudo conſiſtat? ergo negat cōmunē omniū appetitū elicitū erga viſionē. Probo hāc cōſequentiā; quia appetitus, qui ponitur ex cognitione, & qui negatur ex ignoratione elicitus eſt. Ergo cū in hoc articulo cōcedat omnibus beatitudinis deſiderium, videtur innatum intelligere.

Mens S. Thom. *Vt reſpondeant communiter.* Contra ſolutionē primo.

11 Sed qui cū cōmuniori ſentētia arbitrantur, S. Th. nō agnoſcere appetitū innatū ad viſionē Dei, textū hunc ar. 1. intelligunt de actu elicito deſiderij. Probant ex ratione S. Th. vbi ex naturali deſiderio cognoſcendi cauſam cognitis effectis

effectis, probat poſsibilē eſſe viſionē: ne illud naturæ deſiderium remaneat inane.

12 Sed non quieſco: quoniam S. Th. in textu totus eſt in demōſtrāda poſsibilitate viſionis, ad quod vtitur duplici ratione. Prima, quod beatitudo hominis cōſiſtit in viſione Dei: ergo ne dicamus, beatitudinem hominis eſſe impoſsibilē, debemus cōcedere poſsibilē eſſe viſionē. Secunda, ex deſiderio intuēdi cauſam, cōſurgente ex cognitione effectuū. Vt modo prætereā neutrā harū rationū demōſtrationem eſſe vſq; ad c.1. diſputationis 39. licet verū ſit, deſideriū pullulans ex cognitione effectuū in ordine ad intuendā cauſam, eſſe actū elicitū, vt ratio deducta ex textu probat: at mens S.Th. non ſiſtit in elicito deſiderio manāte ex contēplatione primæ cauſæ: quoniā, nec hoc cōmune eſt omnibus hominibus: cū nō omnes ea mentis attentione effectus naturales ſpeculentur, vt erūpat illud deſiderium videndi Deum. Nec etiam de hoc deſiderio incōmodum eſt, quod eſſet inane: imo de re impoſsibili, vt cōſtat. Nec deniq; hoc eſt deſiderium naturæ, ſeu in ipſa inſitum natura ad beatitudinē ſibi aliqua ratione poſsibilem: ergo vltra hunc actū elicitum, naturæ radicalem appetitum reſpexit S.Th. Quare ego propter hęc exiſtimo, ipſum ſatisfauere primæ ſententiæ Scoti, & Soti, & aliorū, dum in hoc ar.1. affirmat, ineſſe homini naturale deſideriū videndi cauſam, licet exiſtimem, hoc nomen *naturale* non vſurpari in rigoroſa ſignificatione, qua de cauſa illa prima ſententia ſolet a Theologis impugnari. De hoc iterum n.20.

S. Th. fauet primæ ſententiæ.

13 Hoc præuio examine peracto mētis S.Th. dico primo, nō eſt in noſtro intellectu appetitus innatus naturalis ad viſionem Dei, ſi proprie loquimur.

1. Con. *Non eſt appetitus naturalis innatus.*

Vt demonſtrē ſenſum, & veritatē cōcluſionis obſeruo quaſdā propoſitiones, in quibus omnes cōcertātes conuenīre debēt. Sit prima propoſitio, noſtrā animā per vires, quas vocāt proprias, vt cōdiſtinguūtur a viribus gratiæ, aſſequi nō poſſe viſionē Dei, quæ eſt eius vltimus finis, atq; felicitas, nec media neceſſaria ad illū aſſequendū adhibere. Dum aio, per vires proprias, nō tantū intelligo intrinſeca indiſtincta ab intellectu, & voluntate, nā ita ſpectata, nec quidquā cognoſcere ſine ſpeciebus impreſsis diſtinctis intellectus poteſt, nec volūtas amare ſine propoſitione mentis, & concurſu Dei: ſed etiā hæc includo. Veritas huius propoſitionis eſt de fide. Fundatur in neceſsitate gratiæ ad fidē, & meritum, cæteroſq; actus ſupernaturales cōtra errores Pelagianos, & Semipelagianos: de qua re longum habui ſermonem tractatu 3. diſp.25. Cū ergo prima ſententia relata n.7. cōcedit appetitum naturalē ad viſionem, nō concedit in eo appetitu vires proprias naturales, aut actiuas, aut paſsiuas ad hunc finē, & ad hæc media, imo fatetur ad ea omnia, & ſingulos actus neceſſarios, etiā ad prima initia, opus omnino eſſe gratia eleuāte; ſed ſolū finem illum eſſe nobis ſimpliciter naturale: vnde Sotus, qui eſt eius ſententiæ præcipuus author lib.1. de natura & gratia c.4 ſic ait. *Neq; definierim finē naturalē, eſſe illū, quem poſſumus naturaliter aſſequi, ſed illū, quē appetimus naturaliter.* In quo ſane errat: quia natura non appetit naturaliter, ſeu innate, niſi aſſequibilem finem, & virtute ſaltem media ad ipſum neceſſaria.

14 *Propoſitiones, in quibus cō cordant.*

Prima per vires proprias nec obtinere finem, nec adhibere media poteſt natura.

Secūda propoſitio: licet actus ipſe viſionis in ſe ſupernaturalis ſit ſecundū ſubſtātiā, & cæteri, qui fiunt, vt oportet ad illū, & concurſus etiā, quē exhibet potētia, ſupernaturalis ſit, vt pote proportionatus cū effectu: nihilominus intellectus, & volūtas noſtra ad ipſos cōcurrūt; tū actiuè, tū paſſiuè per proprias entitates, atq; virtutes eſſentialiter indiſtinctas ab ipſis. Hæc propoſitio a me fuſe cōfirmanda eſt diſp. 45. c.3. me tamē iudice a nullo Theologo Catholico negatur. Quoniā, licet facultates noſtræ indigeant ad hos actus eleuatione gratiæ, nec ipſæ ſolæ efficiant hos actus: at, cū efficiunt ſuppoſita prius natura eleuatione gratiæ, nō tantū ſe gerunt paſſiue recipiētes gratiā in ſe nihil omnino agētes, ſed etiā actiue influunt vitaliter per eſſentialē ſibi vitalitatē, atq; recipiūt immediate in ſe ipſos actus. Hanc propoſitionē docet Trid. ſeſſ.6 can 4. decreto de iuſtificatione; cū definit, facultates noſtras cooperari gratiæ, nec eſſe vt inanime inſtrumētū, ſed aliquid agere, & propter eā cooperationē prima ſentētia dixit, in noſtris facultatibus eſſe appetitū naturalem ad beatitudinē, nō quia velit actus, & cōcurſus neceſſarios ad eos, nō eſſe ſupernaturales: ſed, quia facultates ipſæ per ſe ipſas immediate eos efficiūt, & recipiūt, & quidquid entitatis in ipſis facultatibus eſt, naturale eſſe videtur. Hac etiā ratione aliqui authores tertiæ ſentētiæ n. 9. nominatim P. Arrub. cōcedit in natura innatam capacitatem, & ſi neget immerito innatum appetitum, vt dico n.22. 15

Concurſus & actus ſupernaturalis procedunt immediate a noſtris potentys.

Ex hac duplici propoſitione duo infero. Primū, hāc diſcordiā ad quæſtionē de nomine pertinere: quoniā vtraq; ſentētia concedit, in ipſa rei entitate eſſe aliquale principiū, tū actiuū, tū paſsiuū viſionis; deinde ei nō deberi cōprincipia, ſeu media neceſſaria ad ipſam: ergo in noſtra re diſcordia ſolū reſtat; an illud principium quale quale ſit, dicendū ſit naturale? an obediētiale? an ſupernaturale? contentio ergo hæc ſpectat ad quæſtionem de nomine, vti dixi n.1. 15

Quæſtio de nomine.

Infero prætera ratione a priori pro noſtra prima concluſione: nam appetitus omnis innatus eſt inclinatio, ſeu pondus in eam rem, quam reſpicit, & aut eſt actiuus, aut paſsiuus, 17

vt

Digitized by Google

Appetitus innatus habet virtutem cauſæ. vt notaui numero primo: ergo omnis appetitus innatus habet virtutē aliquā ad ſe coniungendum cum re, quā appetit, aut per productionem, aut per receptionem, aut per vnionē. In quo maxime obſeruandum eſt, ad hunc finem indere naturam hunc appetitum, vt eam rem conſequatur, ne vſq; ad aſſecutionē quieſcat, & vt quidquid in ſe eſt, nō omittat pro aſſecutione; quo plane fit, naturam indidiſſe virtutem ad eam aſſequendam eo modo, quo dedit ipſam appetere, ſi paſsiue paſsiuam, ſi actiue actiuam. Vt, quia materiæ primæ dedit ad formas paſsiuum appetitum, dedit quoq; virtutem eas recipiendi, cauſandi, atque fouendi in gremio ſuo. Quia lapidi dedit appetitum ad infernum locum, dedit quoque grauitatē principium eius motus. Et ſic de reliquis. Imo ipſa virtus ad effectus eſt ipſe appetitus proximus: ergo conceptus eſſentialis appetitus innati inuoluit aliquam virtutem agendi, aut patiendi. Itaque, cum concipimus appetitum innatum rei, reſpondet conceptui ex parte obiecti entitas realis concepta ſub reſpectu huiuſmodi virtutis. Is prior conceptus eſt indifferens ad varias rationes virtutis, ſeu appetitus. Quoniā eſſe appetitus diuerſæ rationis, negari non poteſt. Neque enim eodem pondere res appetūtur. Quis enim dicat, humanitatem eodem modo appetere ſuppoſitum diuinum: atque proprium: ſiue hoc, ſiue illud magis appetat? Item quis dicat, eadem ratione appetere animam rationalem gratiā iuſtificantem, & dona ſuper naturalia, qua materia appetit formas ſublunares? Ergo diſtinguere oportet appetitus diuerſos; quorū alter eſt naturalis, alter obediētialis, ſeu ſupernaturalis. Hæc vero diſtinctio nō depromitur a re in recto ſignificata: quia ex parte rei, idē eſt ordo ad omne poſsibile ab ipſa re, eo modo, quo eſt poſsibile, nec opus eſt diuerſos conſtituere ordines, vt notabā diſp. ſuperiori n. 83. ſed ex parte connotati, & obliqui. Quo fit, appetitum naturalem diuerſum connotare terminum, ac appetitum obedientialem, ſeu ſupernaturalem: ſed appetitus naturalis connotat perfectiones connaturales, & debitas, & non eleuantes: ergo dici non poteſt loquendo proprie, mentem noſtram habere appetitum naturalem ad viſionem Dei, licet ordo ipſe, qui eſt appetitus non ſit entitas ſupernaturalis, aut diſtincta a naturali; quippe, quæ eſt noſtro intellectui eſſentialis. Hac ratione a priori, & rē definies, & argumenta contraria facili negotio dilues.

18 Dico ſecundo contra ſecundam ſententiam. Non eſt in intellectu noſtro appetitus naturalis innatus ad viſionem Dei in ſe, vt eſt prima cauſa rerum naturalium. Probatur: quia nullus eſt appetitus innatus naturalis ad actum impoſsibilem: ſed viſio Dei in ſe, vt eſt tantū prima cauſa rerum naturalium eſt impoſsibilis omni appetitui innato naturali: ergo non eſt appetitus innatus naturalis ad viſionem Dei, vt eſt prima cauſa rerum naturalium. Maior huius ſyllogiſmi certa eſt. Minorē probo ex doctrina hac tempeſtate a bona Theologia recepta; nimirum viſionem Dei in ſe, & ſi plures, aut pauciores creaturæ in ipſo videantur, imo & ſi nulla, ſupernaturalem eſſe quoad ſubſtantiam: ſed noſter intellectus non poteſt attingere virtute naturali innata, quidquam ſupernaturale ſecundum doctrinam primæ concluſionis: ergo non eſt appetitus innatus naturalis ad videndum Deum, vt eſt cauſa prima rerum naturalium.

2. Con. Non eſt appetitus naturalis innatus ad viſionem.

19 Dices, quare Deus, vt cauſa rerum naturalium, & non ſpectans ad ordinem ſupernaturalem videri non poterit cognitione naturali? Reſpondeo, iam me indicaſſe rationem in probatione concluſionis, eam explico magis. Aut dubitari poteſt de viſionis ſupernaturalitate, & vnde eam depromat, & quare neceſſaria ſit: aut præſuppoſita ipſa, an illa neceſſaria ſit ad videndas in Deo eſſentias rerum naturalium? De primo hic non controuertimus tractaturi de eo articulo diſp. 48. cap. 3. ſed viſionem Dei in ſe immediate eſſe quoad ſubſtantiam ſupernaturalem, ex longe magis recepta, veraq; ſententia ſubſumimus. Licet ratio formata pro ſecunda concluſione, etiam probet intentum contra ſententiam, quæ ponit viſionem ſolum quoad modum ſupernaturalem: quia ille modus quidquid ſit, ab appetitu, & principio innato naturali procedere non poteſt. Hoc præſuppoſito ad ſecundum, vt ſatisfaciam interrogationi, aio; viſionē Dei in ſe ſupernaturalem eſſe, tum ex Deo in ſe viſo, independenter ab omni cognitione creaturæ, tum ex creaturis etiam naturalibus in Deo viſis. Ratio a priori eſt, quod viſio Dei eodem ordine tranſcendentali, etiam ratione noſtra præſcindente indiuiſibili reſpicit vtrumque obiectum primarium, & ſecundarium, & has denominationes ſolum ſortitur ex connotatione obiectorum. Vt fuſe explicui tract. 1. diſp. 5. cap. 3. Quod ſi viſio Dei in ſe immediate eſſentia ſua eſt ſupernaturalis, & idē eſt ordo etiam ratione noſtra præſcindente ad primarium, & ſecundarium obiectum viſio creaturarum naturalium in Deo, neceſſario ſupernaturalis erit, vt eſt obiectum ſecundarium eius cognitionis. Itaque, licet creaturæ ſint naturales in ſe, cū ſunt obiectum primarium, vel etiam in cauſa cum ea naturalis eſt: at cum obiectum *in quo*, ſeu ratio cognoſcendi obiectiua, eſt Deus, non poteſt non eſſe ſupernaturalis, etiam ex obiecto ſecundario; non quia ſecundarium eſt, vt cumque, ſed quia tale

Viſio naturæ in Deo eſt cognitio ſupernaturalis.

tale ſecundarium,nimirum reſpectu talis primarij.

20 *Quo ſenſu ſit verum, omnes velle beatitudinẽ in cõmuni.*

Non poſſum negare,& eſt obſeruatu dignũ, hanc ſecundam ſententiam Ferrar.maxime accedere ad mentem S. Th. Quoniam 1.2.q. 5. art.8.allegato n.10. omnes velle, ait,eſſe beatos in communi, hoc autem velle commune omnium,ſiue ſit actus elicitus, ſiue non, proculdubio indicat appetitum innatum naturalem,vt ſæpe notaui.Ergo ſibi vult S. Thom. ſi poſsibilis eſſet actus quidam naturalis,qui expleret appetitum, omneque deſiderium radicans anxietatem pelleret,ad eum actum eſſe in natura appetitum innatum naturalem. Quod ſi omnis ordo naturalis creaturarum in Deo videretur actu naturali; ille actus proculdubio naturã totã ſatiaret;quippe eſſet perfectiſsima poſſeſsio, & cauſæ;nimirum Dei,& effectuum omnium.Cum ergo eo art.8. affirmat, omnes velle beatitudinem in communi, non eſt ſenſus,eſſe in natura appetitum innatum naturalem ad rationem quamdam logice vniuerſalem,& communem;hoc enim confutatũ a nobis eſt diſp.36.n.53.ſed ex parte naturæ eſſe commune quoddam deſiderium ſtatus cuiuſdam, in quo eſſet poſſeſsio omnium bonorũ, & ſeparatio omnium malorũ. Quia vero quaſi per accidens comparatione naturæ non eſt poſsibilis ille ſtatus intra limites naturę: hinc fit,non eſſe appetitum innatum naturalem ad eum actum,in quo re ipſa ſita eſt beatitudo,& qui ſecum affert eum ſtatum, videlicet ad viſionem Dei, quæ eſt beatitudo in particulari: etenim ad beatitudinem impoſsibilem nullus eſt appetitus innatus.

21 *Indigẽtia eleuationis naturæ noſtræ,pro comparanda beatitudine.*

Hinc etiam intelliges quam ſit indiga natura noſtra ſupernaturali eleuatione. Quoniam ipſa ex ſe non poteſt non ordinari ad aliquem finem, ad aliquamque beatitudinem, ſicut cæteræ ordinantur,habeatque proprios vltimos fines; quis hoc neget?Et ex alia parte videtur ei per vires naturæ impoſsibilis aliqua beatitudo,tum ex parte intellectus,tum ex parte voluntatis.Ex parte illius, quia Deum videre nõ poteſt;ſed tantum ex creaturis inadæquate, & confuſe cognoſcere.Ex parte voluntatis, quia natura ſine peccato mortali conſeruari diu non poteſt,gratia deſtituta. Atqui beatitudo non eſt,dũ eſt anxietas in mente amplius cognoſcendi,vt eſt in eo,quantumuis perfectiſsime Deum ex creaturis contemplaretur: & dũ eſt in voluntate peccatum mortale,maior omnium miſeria,& malum grauiſsimum inducẽs inimicitias inter creaturas capaces amicitię cũ Deo,& inter creatorem: ergo, vt natura noſtra beata ſimpliciter eſſe poſsit, atque vltimum ſuum finem conſequi, eo modo qui neceſſarius eſt ad beatitudinem, maxime indiget gratia ſupernaturali;vnde decuit, quod in ea quoddam ad eum ordinem lateret veſtigium, ſeu non repugnantia, vt eueheretur ad ſtatum, ſine quo in miſeria iaceret æternum.

Dico tertio,in natura noſtra eſt appetitus innatus obedientialis,tum actiuus,tum paſsiuus, ſeu non repugnantia ad viſionem Dei. In hac concluſione ſequor abſolute tertiam ſententiam,in qua non nihil notabo pro puriore modo loquendi:eam vero hæc ratio demonſtrat. Appetitus innatus eſt virtus actiua, aut paſsiua eius formæ,quam appetit,vt formã, vt dixi n.1.ſed in noſtro intellectu eſt virtus obedientialis actiua, & paſsiua producendi viſionem, ſeu non repugnantia ad eam eleuationem, qua præſuppoſita ipſe actiue immediate producit,atque ſuſtentat viſionem:ergo eſt appetitus innatus obedientialis actiuus, & paſsiuus ad viſionem. Obſerua diſtinctionem illam P.Arrub.inter appetitum innatum,& capacitatem innatam;de qua n.9.nec neceſſariam eſſe,nec in vera doctrina fundari, probo ſic.Cũ conceditur capacitas innata ad viſionem,& negatur appetitus,aut ſenſus eſt,eſſe in natura ſolam capacitatem paſsiuam ad recipiendam eleuationem ad viſionem,& ad ipſam,aut præter hoc,cum conceditur capacitas, cõceditur etiã intellectui virtus actiua immediata in ipſam viſionem,poſita eleuatione?Si primum:nõ fundatur ea diſtinctio in vera doctrina Quoniam, vt docui num.15.ex vera, & certa doctrina de prompta ex Trid facultates noſtræ non tantũ habent virtutem paſsiuam ad recipiendum in ſe eleuationem,ſed etiam actiuam ad influendum immediate in viſionem. Si ſecundum; & conceditur vtraque virtus,cum conceditur capacitas innata:ergo perperam negatur appetitus innatus. Probo hanc conſequentiam; quia appetitus innatus nihil eſt aliud, quam virtus actiua,& paſsiua indifferens adhuc ex eo conceptu ad appetitum innatum naturalem,& nõ naturalem,ſeu obedientialem,ſeu non repugnantiam;ſed cum conceditur capacitas innata, conceditur vtraque virtus per aduerſarium:ergo perperam negatur appetitus innatus. Hunc appetitum innatum plane docuit Aug.lib.1.de prædeſtinatione ſanctorum cap 8. cum dixit, *poſſe habere fidem, ſicut poſſe habere charitatem, naturæ eſt hominum: habere autem fidem, quemadmodum & habere charitatem, gratiæ eſt fidelium.*

22 3.Con. *Eſt in nobis appetitus innatus actiuus,& paſſiuus ad viſionem.*

Non tantũ eſt capacitas innata, ſed etiam appetitus.

Caput

Digitized by Google

Caput III. Argumenta pro prima ſententia, & ſolutiones.

23 *Primũ argumentum ex vltimo fine naturæ rationalis.* DOCTORES primæ ſententiæ varie agunt pro ipſa perſuadenda: ſed ea ex dictis cap. 1. & 2. facile explicantur. Breuiter indico in hoc cap. quo pacto ſit eis applicanda doctrina noſtra, & explico difficilia de nouo occurrentia.

Primum, atque præcipuum eſt. Quod natura rationalis habere neceſſario debet aliquem vltimum finem, ad quem habeat naturalem appetitũ, ordineturque ex natura ſua, quo adepto quieſcat, ſatieturque eius appetitus; & licet non poſsit natura per vires proprias ponere media ad illum conſequendum; nihilominus non poteſt non habere talẽ finem ſecundum ſuam proportionem, in qua fundetur naturalis appetitus; alias fieret, naturam noſtram productam eſſe ſine ordine ad vltimum finem, quod eſt abſurdum. Atqui is finis nihil aliud eſſe poteſt, quam Deus clare viſus: in nulla nãq; alterius rei viſione inuenit ſatietatẽ, & quietem, imo nec in ipſius Dei contemplatione ex creaturis. Nam quauis poſita contemplatione, quantumuis alta, aliam perfectiorem deſiderabit, nec quieſcet vſque ad facialem viſionem. Ergo dicendum eſt, habere naturalem appetitum innatum ad Deum clare viſibilem. Hac ratione conuincitur Sotus lib. illo 1. de natura, & gratia cap. 4. *Sotus.*

24 *P. Mol.* *Vltimus finis naturæ conſideratur, vt obiectum, & vt forma.* Verum huic argumento bene ſatisfecerunt noſtri, & inter ipſos nominatim P. Molin. ſed quædam addenda ſunt: concedo ergo naturam rationalem habere ſuum vltimum finem. Is vero, aut conſiderari poteſt, vt obiectum, aut vt forma. Quoniam omnis natura, vt ſic ordinatur ad operationem, & natura cognoſcitiua ad cognitionem, quæ ſemper eſt de obiecto per cognitionem, vt per formam. Et quia inter omnes operationes naturæ, cognitio eſt nobiliſsima, dicimus, ad eam ordinari tamquã ad vltimã perfectionem. Hinc intelliges, quid ſit naturam aliquam habere vltimum finem, quod non omnes expendunt. Omnis natura, vt ſic eſt principium operationis; imo, & plurium operationum; nec plene ſatiatur, dum omnes non habet operationes in actu ſecundo; quia hoc ipſo, quod vna careat, priuata eſt perfectione, ſeu exercitio, ad quod habet naturalem appetitum. Natura ergo rationalis, vt expleta ſit, atque ſatiata, eſſe debet in exercitio omnium facultatum ſuarum, tum rationalium, tũ animalium, tum vegetatiuarum. Cum autem inquirimus de vltimo fine, vt obiecto, & vt forma alicuius naturæ, non agimus de hac plena ſatietate, quæ magis ſpectat ad ſtatum perfectum beati, quam ad eſſentialem, & vltimã, hoc eſt, nobiliſsimam perfectionem. Maxime; cum natura limitata non poſsit intẽſe ſingulas ſuas functiones exercere, & hoc ipſo, quod ſuam totam virtutẽ in vna exerat, in alijs deficiat virtus, neceſſe eſt. Ergo naturam habere vltimum finem in noſtra re, nihil eſt aliud, quam habere poſſe nobiliſsimam operationem circa nobiliſsimum obiectum, in qua cum verſatur, dicimus, finem ſuum aſſequi. Inter operationes autem noſtræ naturæ omniũ nobiliſsima eſt partis intellectiuæ, vt ſuppono ex doctrina Thomiſtarum veriori. Ea vero eo eſt nobilior, quo eſt de obiecto nobiliori: Deus autẽ eſt obiectum omnium nobiliſsimum; cum ergo exercet perfectiſsimam, quam de Deo poteſt habere contemplationem per vires proprias, tũ in claritate, tum in intenſione, aſſequitur vltimum finem, ad quem ex natura ſua erat ordinata, & habebat appetitum innatum immediatum in intellectu: & mediatum in voluntate, quatenus eſt facultas totius ſuppoſiti ad appetendum. Ex quo ſæpe oritur appetitus elicitus. Nec eſt de ratione huius aſſecutionis, ſeu vltimi finis formalis, quod ſatiet omnem appetitum innatum omnium facultatum, vt cõſtat, ſed quod ſatiet appetitum innatum nobiliſsimæ facultatis. Imo nec, quod hunc appetitum in natura ſatiet ſecundum omnem excogitabilem perfectionem, ſeu quæ non repugnat. Vtrumque probatur ex viſione ſupernaturali Dei, quæ cũ beatitudo ſit, & ſatiet, non tamen per ſe, & formaliter ſatiat omnes appetitus innatos cæterarum facultatum. Nec eſt ita perfecta, vt repugnet eſſe alia perfectior, tũ in intenſione, tum in indiuiduatione, & manifeſtatione plurium creaturarum in verbo, & in ſpecie quadam Phyſica. De qua re tracto diſp. 49. c. 3. & 4. Quod autẽ in argumẽto proponitur: naturã habere proportionẽ per appetitum innatum cum ſuo vltimo fine, & ſi non poſsit habere perfectiſsimam operationem, nec adhibere media ad eam conſequendam, a veritatẽ alienum eſt. Quoniam Deum reſpicit, vt vltimum finem in ratione obiecti, non beatificantem per ſe, ſed per operationem eliciẽdam a facultate intelligendi: ergo nequaquam poteſt ordinari ad Deum, vt ad vltimum finem obiectiuum ex natura ſua, per operationem ei impoſsibilem. Eſt ergo vltimus finis naturæ ſecundum ſe Deus, vt perfectiſsime per creaturas cognitus: naturæ vero eleuatæ per gratiam, & dona ſupernaturalia, Deus facialiter viſus.

Nobiliſsima operatio nobiliſsimi obiecti eſt vltimus finis.

Hac nõ ſatiat omnes appetitus innatos.

Sed obijcies in hunc modum: adeptio ſui vltimi finis affert naturæ ſuam ſatietatem: ſed nec cognitio Dei ex creaturis, nec viſio Dei in ſe, 25 *Obiectio.*

Digitized by Google

in ſe, aliquam afferunt naturæ ſatietatem: ergo in eis non conſiſtit adeptio vltimi finis. Probo min. data quacumque cognitione, & viſione Dei, eſſe poteſt alia perfectior, tum in ſpecie, tum in intenſione, tum in indiuiduatione: hoc certũ in cognitione ex creaturis; quia, vt ſine termino poſſunt eſſe perfectiores creaturæ: ita quoque ex eis haurit perfectiores ſpecie cognitiones Dei. In viſione etiam certum, quo ad intenſionem, & indiuiduationem, & probabile quoad ſpeciem; quia multi opinãtur, diſtinctam, ſpecie Phyſica, eſſe viſionem, quæ diſtinctas ſpecie creaturas in Deo videt: ergo eæ cognitiones nequaquam poſſunt appetitum explere. Hæc conſequentia manifeſta eſt; quia manet poſt eam conſecutam in facultate priuatio perfectioris cognitionis, obiectumque deſiderij, cuius carentia inducit anxietatem in animo; atqui cum ea priuatione non eſt ſatietas, imo ſitis; quia cognitio Dei per ſe ſatiat in genere cauſæ formalis: ergo priuatio quoque cognitionis per ſe ipſam in genere cauſæ formalis inducit vacuitatem ſatietatis.

Replica probãs nullam cognitionem ſatiare appetitum innatum.

26 Reſpondetur, diſtinguẽdo ſatietatem ſubſtantialem, & accidentalem; ſubſtantialis conſiſtit in Dei contemplatione perfecta ex creaturis, & in clara viſione; accidentalis in creaturis, e quibus hauritur ea cognitio, aut quæ in Deo videntur: loquor de accidentali logice, vt conſtat. Argumẽtum factum probat quidem, nullam ex eis cognitionibus afferre plenã ſatietatem, hoc eſt, ſubſtantialem, & accidentalem. Imo probat ſolam comprehenſionẽ Dei eam continere; & cum hæc creaturæ omni ſit impoſsibilis, probat ſane, nullam creaturam hanc plenam ſatietatem conſequi poſſe. Quippe quacumquẽ poſita cognitione, & viſione Dei eleuare poteſt Deus intellectum ad aliam perfectiorem in intenſione, & indiuiduatione, & forte plurium creaturarũ cognitione. Dico *forte*, alludens ad opinionem, quæ negat, omnes in verbo videri a creatura poſſe. Non autẽ probat, non afferre ſubſtantialem, quæ ex ipſo Deo, aut perfecte cognito, aut clare viſo deſumitur, quod autem talis cognitio intenſior, vel remiſsior ſit, & quod ſpecie Phyſica diſtincta, pertinet ad perfectionem accidentariã beatitudinis. Hæc intellige in communi ſententia, quæ intenſibilitatem ſine termino concedit ijs qualitatibus. Quoniam, ſi vera eſt altera, quam ego veriorem arbitratus ſum 3. p. ad quæſtionem de ſcientia Chriſti; nimirum has etiã qualitates determinatam petere intenſionem, vt habent determinatam ſpeciem, connaturaliter recipere non poterunt augmentum, ſine termino ſaltem intenſiuum.

Satisfactio. *Satietas ſubſtantialis, & accidentalis quid?*

27 Petes, in contemplatione naturali Dei ex creaturis, quanta ſit neceſſaria perfectio in ipſa, vt naturalis beatitudo dici poſsit? Hæc interrogatio locum non habet in viſione Dei: quoniam quæuis viſio Dei, & ſi minima, eſt ſupernaturalis beatitudo. Reſpõdetur primo, cõtemplationem eo fore perfectiorem, quò ex perfectioris creaturæ cognitione quidditatiua, aut comprehenſiua proceſſerit. Reſpondetur ſecundo, intellectum præditum perfectiori cognitione ſemper melius, & felicius eſſe diſpoſitum, foreque beatiorem quo fuerit perfectior cognitio. Reſpondetur tertio, cognitionem obſcuram Dei partam ex creaturis nõ conſtituere beatum. Reſpondetur quarto, hoc iam ſpectare ad nominis appellationem. Quia conſtat iam, vnam cognitionem eſſe alia perfectiorem, conſtat etiam, eſſe debere claram, & quidditatiuam Dei, etſi abſtractiuam. An autẽ ea ſolum, quæ procedit ex cognitione comprehenſiua creaturæ, tantæ, vel tantæ perfectionis appellanda ſit beatitudo ſolũ; an alia quoque inferior in perfectione? de nominis appellatione lis eſt. Ego dico, eam eſſe beatitudinem naturalem, quæ procedit contemplatio ex cõprehenſione propriæ naturæ; in homine animæ rationalis, in Angelo propriæ Angelicæ naturæ.

Quanta ſit neceſſaria perfectio in contemplatione naturali Dei, vt beatitudo dicatur?

Beatitudo naturalis eſt contẽplatio Dei procedens ex comprehenſione propriæ naturæ.

Secundum argumentum, nos concedimus appetitum innatum ad viſionem Dei, ſed non eſt liber: ergo eſt naturalis. Reſpondetur, diſtinguendo conſequens: eſt naturalis, hoc eſt non elicitus contingenter; imo nullo modo elicitus, concedo. Hoc eſt petens ex ſua natura cõnaturale complementum, ſeu intra naturam contentum ad exercendum actum appetitus, nego. Vide dicta n.3. appetitus autem naturalis per hæc conſtituitur in eſſe talis, vt oſtendimus n.17. 28 2. Arg. Reſp.

Tertio arguitur, Dei eſt ſumma perfectio intellectus, & ipſe eſt capax eius perfectionis; ſed vnumquodque appetit naturaliter ſuam perfectionem: ergo eſt in intellectu appetitus naturalis ad viſionem. Reſpondetur, diſtinguẽdo, de perfectione, & de capacitate: *eſt perfectio ſupernaturalis*, concedo, *naturalis*, nego. Pariter de capacitate. *Vnumquodque appetit appetitu naturali ſuam perfectionem naturalem*, cõcedo, *ſupernaturalem*, nego: eam enim appetit appetitu innato obedientiali. Ratio eſt; quia omnis appetitus innatus per modum deſiderij eſt ad perfectionem, cuius carentia habet rationem priuationis. Non autem ad perfectionem, cuius carentia habet rationem negationis; at carentia viſionis in intellectu cõparatione appetitus innati naturalis habet rationẽ negationis; quoniam eam produci per naturam repugnat. 29 3. Arg. Reſp.

Appetitus innatus eſt de perfectione priuata non denegata.

Quarto arguitur, intellectus noſter ſecundũ virtutem intelligendi naturalem habet pro obiecto 30 4. Arg.

Digitized by Google

Ratio generaliſsima entis, vt intuitiue cognoſcenda non eſt obiectũ connatura le intellectus creati. Reſp. obiecto, rationem entis generaliſsimam, vt ſe extendit ad omnia inferiora entis: ergo natura li appetitu innato fertur in Deum, qui eſt inferior etiam contentus ſub ratione entis: ergo naturaliter appetit ipſum clare cognoſcere, & intueri. Reſpondetur per diſtinctionem primæ propoſitionis: habet pro obiecto rationẽ entis intuitiue cognoſcendam in quocumque inferiori eius rationis, nego. Nam nullum ens ſupernaturale, quod etiam continetur ſub ratione generaliſsima entis, intueri poteſt ſine eleuatione gratiæ. Habet pro obiecto generaliſsimo rationem entis cognoſcendo, aut abſtractiue, & ex alio, aut etiam intuitiue, in aliquibus inferioribus, concedo.

31 *5 Argum. Ex Aug. Aug. explicatus.* Quinto arguitur ex Aug. 1. confeſſ. c. 1. vbi ſic inquit. *Feciſti nos Domine ad te, & in quietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.* Ergo finis, propter quem Deus nos creauit, talis eſt, qui adeptus pellet omnem inquietudinem a corde noſtro: ſed hoc habet Deus clare viſus dumtaxat, non alia ratione cognitus: ergo Deus naturã noſtram condidit ad ipſum clare vidẽdendum: ergo ipſa naturali appetitu fertur ad Deum clare viſibililem.

Reſpondetur, parum habere momenti hoc argumentum. Primo, quod Aug. ibi non agebat de natura ſecundum ſe condita, attentis ſolum naturalibus; ſed de natura eleuata, & gratia illuminata, & inſtructa. Nam ad verba relata hæc præpoſuit. *Tu excitas, vt laudare te delectet.* De natura autem compoſita cum gratia verum eſt, ad videndum Deum eſſe conditam, nec quieſcere, donec id aſſequatur, nõ vero id appetit appetitu innato naturali; ſed obedientiali. Secundo; quia licet ageret dẽ natura ſecundum ſe præſcindens a gratia, nõ probat hoc teſtimonium ſuum intentum. Quoniam, ſi aſſequeretur perfectiſsimam Dei contemplationem animus noſter ex ſui comprehenſione, non eſſet inquietus, & ſi omnino nõ quieſceret ſecundum dicta a nobis n. 26. & aliud eſt eſſe inquietum, & anxium. Aliud non eſſe in plena quiete. Reſp.

DISPVTATIO TRIGESIMA OCTAVA.

DE APPETITV ELICITO VISIONIS DEI, AN ſit in nobis?

Diſtincta ſex capitibus.

In 1. Duplex ſententia affirmans reijcitur.

In 2. Tertia ſententia negans viſionem, vt ſupernaturalem appetitu naturali elicito appeti poſſe, improbatur.

In 3. Quædam notanda pro amplectenda ſententia.

In 4. Actus ſupernaturalis quoad ſubſtantiam ferri poteſt ad obiectum formale non ſupernaturale.

In 5. Ferri poteſt actus naturalis ad obiectum ſupernaturale ſub motiuo ſupernaturali modo improportionato.

In 6. De appetitu elicito naturali viſionis Dei, an eſſe poſsit abſolutus, & efficax?

Caput I. *Duplex ſententia affirmans, vtraque reijcitur.*

1 *Deſideriũ efficax, & inefficax.* APPETITVS elicitus deſiderij duplex eſt; alter efficax, & perfectus: alter inefficax, & imperfectus: ad vtrumque neceſſarium eſt, vt ei, qui debet appetere viſionem Dei, notum ſit, & eſſe Deũ, & quod apprehendat eius viſionem; ad primum vero neceſſariũ præterea eſt, quod iudicet ſibi poſſibilem eſſe viſionem Dei; non autem ad ſecundum: quia deſiderium ſimplex, & conditionatum

Digitized by Google

tum circa obiectum impoſsibile poteſt verſari. De vtroque appetitu procedit difficultas.

2 Cum autem mouetur dub. de appetitu elicito naturali; illud *naturale* dupliciter ratione intelligi poteſt. Primum, in ordine ad principium non eleuatum, hoc eſt, quod naturæ viribus quis deſideret viſionem Dei. Secundum, etiam in ordine ad principium non liberum, ſed determinatum, aut quoad exercitiũ, aut quoad ſpeciem actus.

3 Omnes doctores allegati diſp.37.cap.2. in enarratione trium ſententiarũ concedunt appetitum elicitum naturalem viſionis Dei; quia ſibi perſuaſerunt, S.Thom. in ea eſſe ſententia: quod a me iam diſcuſſum ſupra cap.1. At varie

Prima opinio Thomiſtarum.

id defendunt: nam Thomiſtæ ad deſideriũ naturale elicitum, arbitrantur præſupponi debere reuelationem ordinis ſupernaturalis, & effectuum gratiæ. Ita Caiet. hic §. *ad euidentiam.* Ferr.3.con.gent. cap. 51. §. *propter quod.* Canus relectione de Pœnit. p. 3. §. *Poſtremo.* Medina 1.2. q.3. art.8. Sotus lib.2. de natura, & gratia cap.14. Bagnes 2.2 q.24. ar.2.

Caiet. Ferrar. Caſt. Med. Sotus. Ban.

4 Verum ad eliciendum deſiderium beatitudinis, non eſſe opus præſupponi reuelationem ordinis ſupernaturalis hæc ratio manifeſte probat. Quoniam intellectus noſter ex effectibus, ac maxime cum propriam naturam comprehendit, euidenter cognoſcit, eſſe Deum. Vide P.Suar.2.to.meth.diſp.29.ſect.1. & 2. Vbi defendit medio Phyſico, & Methaphyſico. Et a poſteriori hanc veritatem lumine naturæ eſſe demonſtrabilem. Et vltra etiam euidenter experitur ſe habere intuitiuas rerum cognitiones, tum per ſe, tum per alias potentias: ergo etiam erumpere deſiderium poterit videndi in ſe Deum. Imo non ſolum poterit; ſed neceſſario erũpet. Ergo opus non eſt reuelatione ſupernaturali ordinis gratiæ ad deſiderium elicitum naturale viſionis Dei. Nec ſupernaturalitatem obiecti id exigere iam oſtendo n.22.

Non eſt opus reuelatione ad deſideriũ elicitũ viſionis. P.Suar.

5 P.Vazq. diſp.22. cap.4. alio modo defendit hoc naturale deſiderium, nimirũ non, quod eliciatur per ſolas naturæ vires ſine aliqua ſpeciali prouidentia quoad modum ſaltem cõparata, atque conceſſa propter Chriſti merita. Nã ipſe in ſuis principijs nullũ opus bonũ morale ſine gratia per Chriſtum fieri poſſe arbitratur. Sed, vt explicat cap.5. dicatur naturale; quia eſt neceſſarium ſaltem quoad ſpecificationem. In quo ſenſu Ariſt.1.Meth.c.1. dixit. *Omnes homines naturaliter ſcire deſiderant.* Quia ergo hoc deſiderium procedit a voluntate, non vt voluntas, ſed vt natura eſt, dicitur naturale.

Secũda opinio P. Vazq.

6 Sed multis nominibus nõ probatur is modus defendendi. Primo; quia ſubſumit doctrinam minus veram de neceſsitate gratiæ per Chriſtum ad quodcumq; opus honeſtum moraliter. Secundo; quia viſio Dei deſiderari poteſt, & honeſte, & inhoneſte, & indifferenter. Vt ſi quis eam deſideret, vt diuinas perfectiones faciat manifeſtas: honeſte eam deſiderat: ſi motus nimia, & inordinata curioſitate; inhoneſte: ſi propter commodum, & perfectionẽ naturæ, non appoſito alio honeſto fine, indifferenter: atqui ad actum inhoneſtum, & indifferentem non eſt neceſſaria gratia per Chriſtum per ipſum Patrem Vazq. Ergo concedere debuit deſiderium naturale elicitum viſionis ſine ſpeciali prouidentia per Chriſtum. Tertio; quia licet beatitudo in communi, vt dicit cumulum omnium bonorum, atque ſimul malorum omnium ſegregationem, non poſsit odio haberi, atque neceſſario ametur quoad ſpeciem: at viſio Dei in particulari odio haberi poteſt, aut quia ex falſa apprehenſione exiſtimatur, eſſe difficultas, & labor in exercitio; aut quia eſt impedimentum amandi, & cognoſcendi alia obiecta creata, ad quæ animus affectus eſt affertque priuationẽ horum actuũ, quæ huic mala eſt hic, & nunc: aut quia etiam affert priuationem alterius viſionis Dei perfectioris: aut denique; quia eam aſſequi non poſſumus, niſi perferendo labores, & ſuperando difficultates: ergo deſiderium viſionis Dei in particulari non eſt naturale propter neceſſitatem quoad ſpeciem.

Reijcitur.

Viſio Dei indifferenter, & inhoneſte poteſt deſiderari.

Poteſt odio haberi

Nec ſatisfacit, quod ſignificat P. Vazq. ſupra cap.5.n.26. nimirum viſionem Dei nõ eſſe malam ex ſibi intrinſecis, ſed ex accidentarie coniunctis. Etenim hoc ſufficiens eſt, vt libere ea ametur quoad ſpeciem propter mala annexa, quæ retuli. Alias, & virtus, & ſanctitas, & omne honeſtum amaretur neceſſario quoad ſpeciem, quia nulla eſt in communi ratio mali ſecundum intrinſeca. 7

Nec Ariſt. nimium ſuffragatur in eo axiomate. Primo; quia graues Metaphyſici ipſum intellexerunt de appetitu innato. Lege P.Suar. 1.tom.meth.diſp.1.ſect.[illegible]. vbi ex profeſſo explicat hoc axioma. Secundo; quia, & ſi agat, & verum ſit de appetitu elicito, ſenſus eſt deſiderium ſciendi eſſe naturæ conſentaneum, non autem non eſſe liberum omni libertate. Vnde licet omnes cupiant eſſe ſapientes, vt ſic, & in communi; at libere ſe applicant ad quamcunque ſcientiam in ſingulari comparandam propter incommoda, & difficultates, quas patiuntur ex materia ſcientiæ, ex difficultate addiſcendi, ex priuatione aliarum rerum, quibus potiri poſſent, ſi non incumberent ei ſcientiæ.

P.Suar. *Explicatus Ariſt. 1. met. c. 1 in axiomate, omnes homines naturaliter ſcire deſiderant.*

Caput

Caput II. *Tertia opinio negans viſionem, vt ſupernaturalem appetitu naturali elicito appeti poſſe, improbatur.*

8 PATER Arrub. alia graditur via: concedit, obiectum ſupernaturale deſiderio naturali, hoc eſt, proprijs viribus elicito appeti poſſe. Probat optime; quia Simō Magus Act. 8. actu malo, qui naturalis eſt, appetiuit poteſtatem communicandi Spiritum ſanctū, quæ ſupernaturalis eſt: & quia hæretici vana fiducia appetunt remiſsionem peccatorum, & beatitudinem, quæ ſupernaturalia ſunt, vt conſtat ex Trid. ſeſſ. 6. cap. 9. Mitto alia, quibus id probare poſſemus. Addit vero diſp. illa 14. n. 21. id intelligendum eſſe; quando ratio amandi viſionem non tranſcendit rationem ordinis naturalis, ſed in quantum viſio habet rationem communem cum rebus naturalibus, vt in quantum eſt ſcientia. Etenim ipſe certiſsimum arbitratur, viribus naturæ appetitu elicito amari non poſſe viſionem, in quantum ſupernaturalis eſt; ita, vt ratio mouendi ſit ſupernaturalis: idq; probat multis cap. 6. quæ ad breue compendium ſic redigo. Primo, allegat Paul. & Arauſ. 2. cā. 7. quatenus dicūt, ex nobis, & per naturæ vigorē nos non eſſe idoneos ad cogitandum, & deſiderandum, quod pertinet ad ſalutem vitæ æternæ: ergo nec viſionē Dei, quæ eſt vita æterna. Secundo, ex Aug. diſcernente virtutes naturales à ſupernaturalibus ex rationibus formalibus mouendi, ſeu ex finibus intrinſecis actuū. Ita lib. 4. contra Iul. c. 3. & in præfatione Pſal. 31. ait. *Non valde attendas, quid homo faciat, ſed quid, cum facit, aſpiciat?*

Act. 8.

Trid.

Tertio, ex S. Th. 1. 2. q. 63. ar. 3. & 4 in quibus, & admittit virtutes infuſas diſtinctas a moralibus, & eas diſtinguit ſpecie penes diuerſas regulas mouendi: naturalis enim intendit ſe conformare regulæ humanæ, atq; ipſi naturæ rationali: infuſa vero regulæ diuinæ, atq; honeſtati obiectiuæ ſupernaturali: ergo viribus naturæ, ſeu appetitu elicito naturali diligere non poſſumus ex S. Thom. ſupernaturale, vt ſupernaturale formaliter, ſed tantum materialiter id, quod eſt ſupernaturale reſpectum ſub ratione conuenientiæ naturali. Eamdem ſententiam ſequitur P. Suar. to. 1. de Gratia lib. 2. cap. 13. & probat copioſius.

9 Non poſſum ſecundam hanc partem ſententiæ probare (& me iudice) ex rei in diſtinctione proceſsit defectus. Quoniam diſtinguere oportet rationem formalem mouendi ad deſiderandum bonum ſupernaturale ex parte obiecti, a modo eam attingendi proportionato, aut improportionato ex parte actus. Ego non dubito, quin ad amandum bonum ſupernaturale modo ei proportionato, atq; ſecundum obiecti exigentiam, atq; vt oportet in ordine ad finem vitæ æternæ, neceſſaria quoq; ſit ſupernaturalitas in actu, ſiue quoad modum, ſiue quoad ſubſtantiam, atq; adeo in principio eliciendi eleuatio præexiſtere debet; at negari non debet, facultates noſtras, tum intelligendi, tum appetendi per proprias vires actibus ſuis terminari poſſe ad obiecta ſupernaturalia vt ſic, & formaliter; ita, vt ratio mouendi ſupernaturalis ſit. Hoc docent Thomiſtæ, quos allegaui n. 34. vnde Cai. in hoc ar. §. *ad euidentiam*, ait, deſideriū viſionis Dei, poſita reuelatione eius effectus, eſſe naturale. Vbi expende agere de obiecto, ad cuius cognitionem neceſſaria eſt reuelatio: ergo agit de obiecto ſupernaturali vt ſic, & formaliter. Probo hanc conſequentiam; quia ad cognoſcendum obiectum ſecundum rationem communem rebus naturalibus, & ſupernaturalibus, non eſt neceſſaria reuelatio: ergo loquitur de deſiderio obiecti ſupernaturalis, non tantum materialiter, vt vult P. Arrub. ſed etiam formaliter. Id quoq; expreſsit Sotus lib. 2. de natura, & gratia, cap. 14. in hæc verba. *Quemcumq; actum habere poteſt ille, qui eſt in gratia: poteſt etiam quantum ad ſubſtantiam operis peccator elicere ex puris naturalibus*: cum ait, *quantum ad ſubſtantiam operis*, ſenſus eſt, poſſe naturam noſtram proprijs viribus producere actus, qui terminentur ad eaſdem rationes formales obiectiuas, ad quas terminantur actus ſupernaturales, & ſi propter imperfectum modum eas attingendi non tranſcendant genus naturæ. Id quoq; expreſsit Bon. to. 2. opuſc. tract. de reſurrectione a peccato. *Quod ſi* (inquit) *eam appetit* (intellige viſionem,) *nō tamen id facit appetitu perfecto, qui requirit gratiam, ſed quodam alio magis confuſo, & imperfecto, qui non eſt ordinatus debito modo.* Vide etiam P. Molinam in concordiā q. 14. ar. 13. diſp. 7. vbi eleganter hoc probat, & authoritate ſcholaſticorum, & ratione, & diſp. 14. de dilectione. & cōtritione: Arag. 2. 2. q. 1. ar. 1. §. *ſed ex hoc.* Idem docet Lorca 1. 2. to. 1. de Gratia diſp. 9. vbi ſententias primo aſpectu pugnantes in concordiam conatur redigere: & P. Sal. 1. 2. tractatu 2. q. 5. diſp. 12. ſect. 3. n. 23.

Actu purè naturali deſiderari poſſe formaliter ſupernaturalia.

Cai.

P. Mol.

Arag.
Lorca.

P. Salas.

Digitized by Google

Caput III. *Quædam notanda pro amplectenda ſententia.*

10 *Quando neceſſaria reuelatio ad deſiderium elicitum.*

VT demonſtrem contra propoſitionem propoſitam;aduerto,cum bona ſupernaturalia,quæ deſiderãda proponuntur,eius naturæ ſunt, vt peruenire nequeãt ad hominis notitiam,niſi a Deo reuelentur, & reuelatio eis proponatur, ad deſiderium naturale elicitum neceſſario præſupponendam eſſe eam reuelationem, atq; reuelationis propoſitionem:v.g. Deum eſſe vnum in eſſentia, & trinum in perſonis,carnem factum,ex virgine natum , viſionem Dei in ſe eſſe beatitudinem; etenim hæc, niſi cognoſcantur,amari non poſſunt,nec cognoſci ſine reuelatione,& propoſitione. Aduerte deinde,alia,quæ ratio naturalis aſſequitur,& etiã credũtur,quia à Deo reuelata , vt propter reuelationẽ credãtur, cognoſci debere,eſſe de eis rebus diuinam reuelationem : huiuſmodi ſunt Deum eſſe,vnum eſſe,ſpiritum eſſe,ſapiẽtem eſſe,&c.

11 *Locum habet dubitatio in actibus intellectus, & voluntatis.*

Aduerte tertio, dubitationem hanc,an per vires naturæ obiecta ſupernaturalia ſub motiuo ſupernaturali attingi poſſint?eſſe valde vniuerſalẽ,quippe quæ locũ habet in varijs intellectus,& voluntatis actibus:in intellectu in fide; an viribus naturę poſſit aliquis ex motiuo credẽdi ſupernaturali:nimirũ,quia a Deo aliquid reuelatũ eſt, ſeu *quia vere verbũ Dei eſt*, vt dixit Paul.1.ad Theſſalonic.cap.2. aſſenſum naturalẽ exhibere,vere captiuans intellectũ in obſequium Dei; in prudẽtia etiã,an hic,& nunc per vires naturæ iudicare poſſit,faciẽdam eſſe pœnitentiam propter conducentiã pœnitentiæ ad finem ſupernaturalem.Deinde in voluntate;tũ in amore amicitiæ cum Deo authore gratiæ,& abſoluto,& perfecto, & ſimplici, & imperfecto;tum in ſpe ; tum in amore concupiſcentiæ; tum in virtutibus moralibus ; tam quæ reſpiciuntDeum,vt obiectum *cui*;quam quæ verſantur in alijs materijs magis remotis a Deo.Nam in eis omnibus eſt ſua honeſtas obiectiua ſuper naturalis, aut eã quærit magis recepta ſententia,& ſi non ſit facilis inuentu,de qua re fuſiſsime pariter,& doctiſsime diſputatur a P. Suar. to.1.de Gratia lib.2.a cap.10.vſq; ad 16.Licet vero nos non poſsimus omnia hæc , & ſingula

Paul.1.ad Theſal.c.2.

tractare,atq; deſcendere ad particulares materias,& difficultates ex eis procedentes enodare:at omnia nobis fuerunt perluſtranda ad ferendũ iudicium de hoc puncto in materia noſtra,& ad ſtatuenda generalia principia.

12 *Quandoq; ad actus ſupernaturalitatẽ principium,& obiectũ ſupernaturale ſunt neceſſaria.*

Animaduerte quarto;aliud eſſe determinare omnia,quæ neceſſaria ſunt ad hoc,vt actus noſter ſit ſupernaturalis : aliud;an aliquo eorũ deficiente,& alijs manentibus ex his,quæ neceſſaria ſunt ad actus ſupernaturãlitatẽ,poſsit nihilominus circa ea vt ſic mens noſtra verſari actibus naturalibus? Quoad primũ nõ dubiũ, aliquãdo ad actũ ſupernaturalẽ cõcurrere principium, & obiectũ ſupernaturale : imo vtrũq; neceſſariũ eſſe ad hoc,vt eſſentia ſupernaturalis eius actus poſsit ſtare:v.g.in intellectu ad actum fidei infuſæ,per quẽ credimus rei,cõparatione noſtri luminis proprij ſupernaturalis. Vt Deũ eſſe Trinum in perſonis, vnũ in eſſentia,carnẽ factum,cõdidiſſe Sacramẽta,nos euexiſſe ad ordinẽ gratiæ; & alia huius generis;actus ille ſupernaturalis ex ſua eſſentia indiuiſibiliter eſt ordo tranſcendentalis intellectus inſtructi gratia,ſiue habitus fidei ſit,ſiue auxilium extrinſecũ eius ſupplẽs munus ad tale obiectũ ſupernaturale. Vnde quocumq; eorũ deficiente,aut mutato,actus eius eſſentia nõ poteſt manere. Pariter in voluntate actus charitatis,per quem diligimus Deũ,vt authorem gratiæ,& ſe cõmunicantem creaturæ ſupernaturaliter. Cũ diligimus verbum in carne aſſumpta.Cum iuſtum,quia iuſtus,&c.Ideõq; eſt in alijs virtutibus moralibus , vt explico n. 20. & 21.Ij actus ſunt ex eſſentia ſua ordo tranſcendentalis volũtatis gratię inſtructę per modũ principij;& cõſtitutæ in actu primo proximo ad operandum per propoſitionẽ intellectus ſupernaturalem, tãquã cõditionẽ,etiã eſſentialẽ:ita quod quocũq; horũ deficiente, aut variato , actũ deeſſe, aut mutari neceſſe ſit:ſicut in naturalibus mutata cognitione proponente,atq; obiecto formali,ſeu motiuo,mutatur actus. Imo ego ſemper cenſui probabilius,ſolius variationẽ cognitionis ſufficientẽ eſſe ad variationẽ actus appetitus,eo quod ſit cõditio eſſentialis,& actus appetẽdi ad eã quoq; habeat ordinẽ trãſcẽdẽtalẽ.

Diſtincta cognitione variatur appetitus.

Caput IIII. *Actus ſupernaturalis quoad ſubſtantiam ferri poteſt ad obiectum non ſupernaturale.*

13 *Sine ſupernaturalitate in obiecto eſt actus ſupernaturalis.*

DEINDE mihi verum eſt,actũ ſupernaturalẽ eſſe poſſe de obiecto non ſupernaturali obiectiue. Hoc aſſertum eſt cõtra P. Suar.allegatũ n.40. & contra P. Arrub. qui diligenter quærit in obiecto actus ſupernaturalis aliquã rationem mouẽdi ſupernaturalem. Probo hac ratione deſumpta ex ſciẽtia infuſa animæ Chriſti Domini,ea cognouit Chriſtus res omnes naturales quidditatiue & cõprehẽſiue;& licet ſint diuerſa

diuerſa Theologorũ placita; an de facto ſciẽtia, per quã cognouit res naturales, ſit quoad ſubſtãtiã naturalis, an ſupernaturalis? affirmãte primũ P. Vazq. 3. p. q. 11. ar. 1. d. 52. cap. 1. hoc ſecundum P. Suar. ibidẽ diſp. 26. ſect. 1. At omnes cõcordant in eo, quod Deus potuerit dare intellectui Chriſti Domini ſcientiã quoad ſubſtantiã infuſam tã indiuiſibiliter cõplectentem omnia naturalia, & ſupernaturalia obiecta ſub ambitu ſui, quã de ſolis naturalibus obiectis; vt ego quoq; mõſtraui in cõmentariis ad eã quæſtionẽ 11. tertiæ partis. Conſidero ergo actũ infuſæ ſcientiæ, quo cognoſcebat hominẽ eſſe riſibilẽ; quia rationalis eſt. Is actus ſupernaturalis eſt in ſua ſubſtãtia. In obiecto vero nullã habet rationẽ mouendi ſupernaturalẽ: ergo eſſe poteſt actus ſupernaturalis de obiecto nõ ſupernaturali. Probo maiorẽ; quia eſſentialiter petit procedere a ſciẽtia habituali ſupernaturali. Minorẽ probo; quia ratio aſſentiẽdi eſt connexio obiecti rationalis cum riſibili; in tali autẽ connexione nihil eſt ſupernaturale, &c.

14 Dices, duas attingendi rationes in quocũq; obiecto eſſe cõſiderãdas. Primam cõparatione ſcientiæ naturalis, & hæc dicitur attingibilitas naturalis; & alia cõparatione ſcientiæ infuſæ, & hæc dici poteſt attingibilitas obediẽtialis, ſeu ſupernaturalis, & ab hac obiectiue reſpecta ſumet actus ſupernaturalis ſuam ſpeciem ſupernaturalem.

Quid in re naturali attingibilitas naturalis, & obedientialis?

Sed cõtra; hæc verba ſunt tantũ, quæ rem nõ explicãt. Quoniã, aut ea duplex attingibilitas, quæ conſideratur in obiecto, eſt ratio realis ei intrinſeca indiſtincta ab entitate obiecti, aut eſt diſtincta ab obiecti entitate, & ipſi extrinſeca? Si primũ: ergo vtraq; ea attingibilitas naturalis res eſt; nihil enim eſt homini intrinſecũ eſſentialiter, quod nõ ſit naturale, licet denominari obediẽtialẽ, aut ſupernaturale poſſit extrinſece, aut ab actu, aut a ſciẽtia infuſa, quæ vt ſic cõnotat: ergo cũ certũ ſit rationẽ mouẽdi, ſeu aſſentiendi, *hominẽ eſſe riſibilẽ, quia rationalis eſt*, eſſe homini intrinſecã eſſentialiter, nec eſſe ipſam ſcientiã infuſam, aut actum, quem cõnotat: ſit plane, nullum habere motiuum ſupernaturale ex parte obiecti eum actũ. Vide, quæ dicebã de ratione horum nominũ diſp. 36. n. 79. & 83. & in diſp. 37. n. 17. ex quibus cõſtat, illã attingibilitatẽ obedientialem in ipſo obiecto non eſſe a naturali diſtinctam, ſed ſolum ita denominari, vt comparatur, ſeu vt connotat actus ſupernaturales. Si dicatur ſecundum: iam refutatum in primo obiter eſt: nam, licet in quibuſdã aſſenſibus per media extrinſeca, vt in aſſenſu fidei, ratio mouendi eſſe ſoleat extrinſeca, at in ſcientia, quæ per rationes intrinſecas procedit, id falſum eſſet aſſerere.

15 Hoc reiecto, confirmo, & vrgeo amplius diſcurſum. Si Deus facultatem intelligẽdi ſupernaturalẽ cõderet, atq; alicui naturę infunderet, vt Deus infundit lumen fidei. Vel ſi intellectui noſtro, aut Angelico habitum vniuerſalẽ ſupernaturalẽ daret ad omnia obiecta, quæ exiſtunt, & quæ poſſunt exiſtere, aut in vna, aut in pluribus qualitatibus, ſpeciesq; omnes impreſſas neceſſarias inderet, cõcurſumq; omnem naturalẽ ſubtraheret huic creaturæ, & improportionatũ eis principijs afferret; nõ ne ea mens res naturales poſſet cognoſcere? quis hoc neget? at non haberet, nec poſſet habere actũ naturalem: ergo eas cognoſceret actibus ſupernaturalibus. Et cum in eis rebus nulla ſit ratio mouendi obiectiua ſupernaturalis, vt num. 14. oſtenſum eſt, ſit plane, ad actus ſupernaturalitatem opus nõ eſſe, ex parte obiecti rationem obiectiuam ſupernaturalem præexiſtere.

Obiectio difficilis.

Dices: ergo ij actus habebunt ſpeciem ſuam ſupernaturalem ſine obiecto formali; cõſequẽs abſurdum eſt: ergo non eſt admittendũ. Cõſequens abſurdum eſſe probo; quia aduerſatur axiomati Philoſophico: quod habitus ſumunt ſpeciẽ ab actibus, & ij ab obiectis formalibus. Sequellam autem probo, quia per nos eis actibus nihil reſpõdet ex parte obiecti ſupernaturale, quod ſit motiuum formale: ſed a ratione mouendi naturali, vt ſic, nõ poteſt deſumi ſpecies ſupernaturalis: ergo habẽt illi actus ſpeciẽ ſupernaturalem ſine obiecto formali. Cõfirmo: obiectũ caſu, quo intellectus Angelicus per lumen naturale cõprehendat hominem: & alius eundem per lumen infuſum, aut illi actus ſumunt ſpeciem cõprehenſionis ab obiecto formali, aut nõ? Si hoc ſecundũ: labimur in abſurdũ poſitũ. Si primũ: peto, habent ne idem motiuũ formale, aut nõ, ſed diſtinctũ? Si dicas primũ: reuera deuoras, eos actus nõ ſumere ſpeciẽ ab obiecto formali; quippe habẽt diſtinctas naturas, cõſtituunturq; in eis ordines trãſcendentales, ſibi eſſentiales ad obiecta formalia; ergo ſi ex parte obiecti eadem formalitas reſpondet vtriq; ordini, diſtinctionem, quam habent ſpecificã, nequaquam accipiunt ab obiecto formali: quippe idẽ manens idem, ſemper eſt aptum natum facere idem: ergo neceſſum eſt, alterum actum, vtique ſupernaturalem nõ ſumere ſpeciẽ ab eo obiecto formali. Si dicas ſecundum: iã impugnatum eſt; cum diximus medium, ſeu rationẽ cognoſcendi etiã ſupernaturaliter, *hominem eſſe riſibilem, quia rationalis*, eſſe prorſus naturalẽ, nec in obiecto eſſe duas formalitates ratione diſtinctas, alteram naturalem, alteram ſupernaturalem, ad hoc vt ea ſit ratio mouendi, & terminandi ſcientiam naturalem, hæc ſupernaturalem: alias homo ille, & quodcũq; aliud obiectum naturale intrinſecè cõſtaret ratione naturali, & ſupernaturali: ſicut

Confirmatio.

Digitized by Google

conſtat alijs prædicatis, vt animali, & rationali: hoc autem abſurdum eſſe, quis non videat?

16 Hoc argumentũ difficile eſt, illud tamẽ eruet doctrinam optimã pro re hac Theologica. Nego, eos actus nõ habere aliquod obiectum formale, a quo aliquam accipiant ſpeciem. Vnde ſemper admitto axioma Ariſtotelicũ, atq; expono, vt ſtatim. Ad probationẽ nego minorẽ. Etenim entitas naturalis, ſe tenens ex parte obiecti, poteſt eſſentialiter reſpici a ſcientia infuſa: vt cũ Chriſtus Dominus dicebat; *Petrus peccabit*, ante peccatũ Petri, atq; ei dare obiectiue aliquã ſpeciẽ, ſupernaturalẽ quidẽ, ſed diſtinctã ab omni alia ſupernaturali, quæ petit obiectum formale ſupernaturale. Quoniã hæc eſt ex eſſentia ſua ordo transcendentalis huius principij ſupernaturalis ad tale obiectũ ſupernaturale, atque ideo quocumq; ex ijs murato, aut deficiẽte, nõ durat ea ſpecies. Itaq; licet principiũ ſolum ſupernaturale nõ ſit ſufficiens, vt ex eo accipiat actus ſpeciẽ illã ſupernaturalẽ, quæ exigit principiũ, & obiectũ ſupernaturalia, at aliã ſpeciẽ inferiorẽ intra genus ſupernaturale poterit tribuere principiũ ſupernaturale cũ obiecto naturali. Imo ſi principiũ nõ tantũ ex parte, ſeu ex eleuatione eſſet ſupernaturale, ſed totaliter, vt ſi eſſet intellectus ſupernaturalis, alius ſpecie foret actus, nihil impediente, quod ad idẽ obiectũ terminaretur; quoniã eſſentialiter reſpiceret diſtinctum principium.

Reſponſio.

Semper actus ſpeciẽ habent ab obiecto formali.

Obiectum naturale reſpicitur eſſentialiter ab actu ſupernaturali.

17 Vt vero puritatẽ, atq; proprietatẽ ſerues ſermonis, te moneo doctrinã, quã docui n.46. & in locis ibi allegatis, nimirũ licet obiectũ illud terminet actũ ſupernaturalẽ per rationem mouendi naturalẽ: at vt eum terminat non tam eſſe dicendũ motiuum naturale, quã non repugnans ad actũ ſupernaturalẽ, ſeu obediẽtiale. Quoniã motiuum naturale vt ſic, præter entitatẽ naturalem vt ſic, cõnotat ſub eis terminis attingentiã ei proportionatã in modo tendendi actus; & quia attingentia, ſeu modus tendendi actus ſupernaturalis nõ eſt proportionata, ſed eminentior, & eleuatior: hinc fit nõ eſſe dicendũ terminare illũ actũ, vt motiuũ naturale, ſed vt non repugnans, aut obedientiale, licet motiuum in ſe entitas naturalis ſit: vt diximus de appetitu innato; qui cum entitas in ſe naturalis ſit, non ſortitur hanc denominationem, vt comparatur actiue, aut paſsiue ad actus ſupernaturales.

Obiectum naturale, vt terminat actum ſupernaturalẽ, quomodo denominandũ?

18 Ad confirmationẽ in eo caſu, & in quocũq; cenſeo cõcedendũ, omnẽ actũ mentis creatæ ſumere ſuã ſpeciẽ ab obiecto formali. Ad impugnationẽ concedo, eos actus ex parte obiecti, & motiui ſecũdũ id, quod eis reſpõdet in obiecto eſſe eãdem formalitatem realẽ, quæ quidẽ etſi in ſe indiuiſibilis ſit, nõ ſolũ entitatiue, ſed etiã ratione præſcindẽte; nihilominus poteſt; & dare ſpeciem comprehenſioni naturali, idq; cõnaturaliter, & dare ſpeciem cõprehenſioni ſupernaturali, ſaltẽ obedientialiter, ſeu nõ repugnanter. Nec ideo deuoramus abſurdum; habent enim illæ cõprehenſiones diſtinctas naturas, quia vna indiuiſibiliter reſpicit ordine trãſcendentali principiũ naturale, & obiectũ naturale; alia hoc idẽ, & principiũ eleuatũ, ita quod vtrũq;, & obiectũ, & principiũ ſuo modo concurrant ad illã ſpeciẽ, vt explicatũ eſt n.49. Vnde nõ ſit diſtinctionẽ, quã habent, non ſumere ab obiecto formali; ſed non ſumere ab eo ſolo. Exemplũ habes in actione, qua producitur a cauſa prima ſola calor: & quã à primã, & ſecunda ſimul, quæ ſpecie diuiduntur, & ſi terminus non diuidatur: vel magis ad rem in viſione corporea, & mentali eiuſdẽ albedinis, non ſub ratione entis: ſed ſub vltima, ſub qua reſpicitur ab vtroq. actu: aut in cõprehẽſione Angelica, & humana eiuſdẽ obiecti ſpecie, quæ ex diuerſis principiis ſumunt ſuã diuerſitatẽ ſpecificã. Nec ad rem eſt illud, *Idẽ manens idẽ, &c.* quia intelligendũ eſt de cauſa formali in ordine ad effectũ formalem, & in noſtra re idẽ nõ manet idem, quia nõ reſpicitur eodẽ modo. Hãc noſtrã vniuerſalẽ doctrinã egregie cõfirmant aurea S.Tho. verba 1.2.q.94.ar.2. in corpore ad finem. *Sic igitur ſecundũ tria habitus diſtinguuntur; vno quidẽ modo ſecundum principia actiua: alio vero modo ſecundũ naturã. Tertio vero modo ſecundũ obiecta ſpecie differẽtia.* Dixerat autẽ prius omnia, quæ differunt ſecundũ ordinem ad aliquid, diſtingui ſecundũ diſtinctionẽ eorũ, ad quæ dicuntur. Senſus eſt, ex quacumq; mutatione horum terminorum variari habitũ. Ergo ſecundum mentẽ S. Th. etiã variabitur actus; quippe qui facilius, vt res, quæ in actuali tendentia conſiſtit, mutationem ſubit. 19

Exemplis declaratur doctrina.

S.Thom.

20 His ſic diſcuſsis, nõ erit difficile in fide, & virtutibus tũ Theologicis, tũ moralibus defendere actus ſemper eſſe ſupernaturales quoad ſubſtantiam, licet in obiectis nulla ſit obiectiua ſupernaturalitas: v.g. in fide cum verſatur erga obiectum naturaliter cognoſcibile, vt Deum eſſe, vnum eſſe, ſpiritum eſſe, &c. Licet Deus in ſe viſibilis ſupernaturale obiectum ſit, vt oſtendi diſp.36.num.78. at Deus vt abſtractiue cognoſcibilis ſecundum hæc attributa eſt obiectum cõnaturale: cum autem ea reuelantur à Deo, ſuis creaturis capacibus cognoſcendi reuelationes diuinas, licet ea reuelatio ſit locutio Dei ad creaturas, non tamen videtur eſſe ſupernaturalis, dum locutio Dei non eſt de re ſupra captũ creaturæ; quia cõnaturale eſt creaturæ intellectuali petere, vt ſiue mediate, ſiue immediate cum ea agat creator, prouiſor, & gubernator ipſius. Cum autem aſſenſum præbet ei veritati, quia a Deo reuelata eſt cum omni certitudine, & infallibilitate, erit actus ille quoad

Actus fidei, & amoris, & ſpei poſſunt eſſe ſupernaturales de obiecto naturali.

Digitized by Google

le quoad ſubſtãtiã ſupernaturalis, licet obiectum habeat prorſus naturale ob rationẽ dictã. An autẽ cum obiectũ materiale eſt ſupernaturale, diſtinguãtur ij actus ſpecie Phyſica? ſuo loco explicandũ. Ita in amore Dei, tũ amicitiæ, tũ cõcupiſcẽtiæ, quẽ actũ eſſe ſupernaturalẽ quoad ſubſtantiã, optime defendit P. Suar. to. 1. de Gratia lib. 2. c. 13. cõtra P. Vazq. 1. 2. diſp. 195. c. 2. in principio, & 3. p. diſp. 43. c. 2. in fine, quãdo per fidẽ, & prudẽtiã ſupernaturalẽ amantur in Deo perfectiones, quas lumen naturale aſſequitur; licet perfectio illa videatur a nobis connaturaliter amabilis, nihilominus ratione principij ſpeciẽ habebunt ſupernaturalẽ, quæ quidem ex natura ſua ſpecifica exigit terminari ad diuinã perfectionẽ cõnaturaliter amabilẽ; non vero ad alias, vt quæ ſpectant ad Trinitatẽ perſonarum, quæq; ſunt ſupra lumen naturale. Idẽ in ſpe cũ nixi diuina promiſsione, ab ipſo Deo ſperamus nobis, bonum nobis connaturale: vt in proprijs materijs peculiarius explicandum eſt; ex hoc tamen principio generali.

21 Demũ hinc efficitur, ad ſupernaturalitatem quoad ſubſtantiã actũ virtutũ moralium, quæ hodie communi conſenſu recepta eſt opinio; (*vide P. Suar. lib. 1. c. 16. & P. Val. 2. p. diſp. 5. q. 6. p. 1. & P. Vazq. 1. 2. diſp. 86. c. 2. cũ S. Th. 1. 2. q. 63. ar. 4. cũ alijs cõmentatoribus*;) opus non eſſe quærere in obiecto obiectiuã honeſtatẽ ſupernaturalẽ: nõ nego eſſe: ſed pro defendẽda ſupernaturalitate quoad ſubſtantiã in actibus non opòrtere eſſe ſollicitũ de obiectiua ſupernaturalitate, ſed ſufficere honeſtatẽ, quæ deſumitur ex cõformitate, aut ad legẽ, aut ad dictamen rationis, aut ad naturã rationalẽ, dum ad eã tendat voluntas regulata per fidẽ, aliã ve propoſitionẽ ſupernaturalem, & per habitus infuſos actus operetur. Quoniã, vti in alijs actibus explicatũ eſt, hoc erit ſufficiens ad deſumendã ſuam ſupernaturalitatẽ ab obiecto, & principio, quæ nõ erit tã nobilis, ac ea, quæ reſpiceret in obiectis harũ virtutum honeſtatem illã obiectiuã ſupernaturalẽ, ſi eã habent; vti colligitur manifeſte ex dictis. An autẽ eã habeãt, an nõ? in propria materia diſcutiendũ: hodie cõmunior ſententia docet eã habere, & ſi varie explicetur. Lege S. Th. 1. 2. q. 63. ar. 4. in corpore, & proxime citatos authores.

Caput 5. *Ferri poteſt actus naturalis ad obiectum ſupernaturale ſub motiuo ſupernaturali, modo improportionato.*

22 *Actus naturalis fertur ad obiectum ſupernaturale ſub motiuo ſuper naturali.*

RVRSVS ex dictis manuducimur ad affirmandũ cõtra tertiã ſententiã relatã n. 8. actum naturalẽ, hoc eſt, procedentẽ à principio nõ eleuato, ferri poſſe ad obiectũ ſupernaturale ſub motiuo ſupernaturali: atq; adeo viſionẽ Dei appetitu elicito naturali appeti a nobis poſſe, nõ tantũ in cõfuſo, prout habet rationẽ boni cõmunem cũ bonis naturalibus; ſed etiã expreſſe, & determinate prout bonũ ſupernaturale eſt. Hoc aſſertũ ita probo primo, viribus naturæ cognoſcere poſſumus, poſsibilẽ eſſe viſionẽ Dei in ſe, vt eſt bonũ ſupernaturale, aut euidenter; vt aliqui arbitrãtur, aut probabiliter, vt alij; de quo eſt diuiſio ſententiarũ, vt dico ſequenti diſp. c. 1. nõ vero nos id bonum, vt eſt tale, hoc eſt, vt eſt viſio Dei in ſe, atq; adeo eſſentialiter ſupernaturale poſsibile eſſe, cognoſcere poſſe: ergo volũtas erga tale bonũ ſic cognitũ viribus pariter naturæ actũ deſiderij aliquẽ poteſt elicere. Cõſequẽtia videtur manifeſta. Quænã enim ratio probabilis eſſe poteſt ad cõcedendã intellectui eã virtutem naturalẽ, & ad negandam voluntati? Antecedens autem, vt dixi, in cõfeſſo eſt apud omnes.

23 Secundo, probo eiſdẽ exẽplis, quibus vtitur ea ſententia ad probandũ ad obiectũ ſupernaturale materialiter poſſe terminari actum naturalem, quę, ſi expendãtur, probãt etiã formaliter vt bona ſupernaturalia ſunt. Nã hæretici, de quibus Trid. ſeſſ. 6. c. 9. præſumentes vana fiducia cõſequi remiſsionem peccatorũ, & beatitudinem ſupernaturalẽ, diſcernebãt per intellectũ remiſsionem peccatorũ cõmunem ad ſtatũ naturæ puræ, & ad ſtatũ naturæ eleuatæ: quoniã nouerãt ordinem ſupernaturalem, atq; nos ad eum euectos eſſe, peccataq; noſtra ordinationi ad finem ſupernaturalem a Deo factã opponi, & de ijs peccatis proprie, & ſpeciatim, nec tantũ de ratione cõmuni peccati dicebant, nobis remitti a Deo per illam vanam fiduciam: ergo ea terminabatur, & fidebat, dari bonum ſupernaturale, vt tale: atqui actus naturalis erat, quippe peccatũ erat, ergo. Vnde Trid. ait, *remiſsionẽ peccatorũ ſuorũ iactanti*, hoc eſt, quæ in hoc ſtatu cõmittuntur. Imo Trid. hæc peccatã remitti per illã vanã fiduciam directẽ damnat, ſicut de ijs, nõ de alijs, aut de ratione cõfuſa error erat. Vnde can. 12. & 13. in quibus id nõ obſcure ſignificatur, eodem modo locũ habet hoc argumentum de beatitudine ſupernaturali, quippe vane fidebant, ſe conſequi eam beatitudinem ſupernaturalem, quæ reuelatã eſt a Deo, & ad quam ordinabatur remiſsio peccatorum, de quibus agebant. Ergo optabant, nõ quãcumq; beatitudinem, ſed ſupernaturalem, vt ab alijs diſtinguitur, & vt ſupernaturalis eſt. Idem eſt in Simone illo Mago, qui conſequi cupiebat virtutem illam communicandi Spiritum ſanctum, vt erat in Apoſtolo Petro, & non aliter. Trid.

24 *S.Tho.* Tertio probo ex doctrina S.Th.2.2.q.5. ar. 3.in corpore,& ad primum,vbi agens de hæretico diſcredente vni articulo fidei ſolũ, ait,nec habitum fidei in eo remanere,nec aliis exhibere aſſenſum omni infallibilitate.*Sed*,inquit,*ea, quæ ſunt fidei, alio modo tenet,quam per fidem:ſicut ſi aliquis teneat mente aliquam cõcluſionẽ, non cognoſcens medium illius demonſtrationis, manifeſtum eſt, quod non habet eius ſcientiam, ſed opinionem ſolum.* Vt doctrinam hanc S. Th. vrgeamus pro concluſione:conſideremus Lutherum negantem libertatem noſtram, quæ eſt de fide diuina, atq; concedentem, Deum eſſe Trin.& vnum.Ecce obiectum,quod negat, naturale eſt:quod aſſerit,ſupernaturale.Hoc aſſerit;quia exiſtimat,eſſe a Deo reuelatũ hominibus,ita vt ratio mouẽdi ſit diuina reuelatio: illud negat;quia aut inductus peruerſa voluntate,aut falſo iudicio deceptus exiſtimat,non eſſe reuelatum a Deo.Ergo is hæreticus tenet ea, quæ ſunt fidei,hoc eſt,credit,verum eſſe, quod reuelatum eſt;quia reuelatum a Deo eſt,tenet tamen alio modo,quam per fidem:hoc eſt modo non proportionato illi obiecto ſupernaturali:ſed actu longe inferioris rationis,atq; adeo non ea infallibilitate,& certitudine,quam fides diuina affert.Etenim cum comparatione noſtri ea altiſsima veritas Trinitatis perſonarum cũ vnitate eſſentiæ,atq; Incarnationis ſecundæ perſonæ,& aliorum myſteriorũ,quæ Lutherus credebat, ſupernaturalis ſit:item Deum de eis loqui cũ hominibus ſupernaturale ſit: Lutherus, qui mouebatur ad ea credenda ex ſacra Scriptura,in qua cernebat expreſſas eſſe eas veritates, non ex hominum teſtimonio; de ſe enim habebat, vt omnium ſuperbiſsimus maiorem, quã de reliquis,exiſtimationẽ;ſolum inducebatur ad exhibendum aſſenſum ex teſtimonio ſacræ Scripturæ,nõ quidem eo modo,quo exhibetur per diuinã fidem:ſed tamẽ propter eandem rationem mouendi improportionato, & inferiori modo. Ergo actus naturalis fertur ad obiectũ ſupernaturale motiuo ſupernaturali.

Duobus exemplis ex S. Tho. probatur concluſio.

25 Expendamus modo ſecundã teſtimonij partem. Cõſidera hominẽ, cui proponitur cõcluſio per mediũ demõſtratiuum,ipſum non clare penetrare cõnexionem medij cum cõcluſione; ſed obſcure,& formidoloſe. Cõſidera alterum clariſsime penetrantem talem connexionem. Vterq; horum [illegible]m habet motiuum aſſentiendi ex parte obiecti, nimirum eamdem connexionem; alter aſſentitur tantum probabiliter; alter demonſtratiue.Quia ille non fertur ad obiectum,& rationem,ſub qua modo ei proportionato,& vt ipſum petit cognoſci;ſicut is.Tenet ergo mente concluſionem,hoc eſt,idem attingit obiectum; nõ tamen cognoſcit medium demonſtrationis formaliter eo modo, quo ipſum petit cognoſci.Ergo bene fit ex hac S.Th. doctrina, idem atq; ſub eodem motiuo attingi modo proportionato,& improportionato. Et,licet vterq; horum actuum naturalis ſit,obiecta quoq; eorũ ſint naturalia. Idem dicendũ eſt,cũ alterum obiectorum ſupernaturale eſt; nec enim tanta diſtantia eſt inter obiectum ſupernaturale,& actus naturales,vt ij intentionaliter ad illa tendere non poſsint,vt amplius declaro argumento ſequenti ratione a priori.

Quarto igitur probo.Quoniam,ſi in natura noſtra non eſt virtus ad attingẽdum obiecta ſupernaturalia,ſub motiuo ſupernaturali, maxime propter excellentẽ perfectionẽ rerum ſupernaturaliũ. Etenim,ſi eſſent æqualis perfectionis indubie ea poſſent attingere.Qua etiã ratione facultates noſtræ corporeæ,& materiales nõ poſſunt attingere res ſpirituales. Sed hæc ratio nõ probat,nõ poſſe attingere vllo modo:ſed tãtum nõ poſſe attingere modo proportionato:ergo hoc negari nõ debet.Probo minorẽ:nã Deus excellentiorẽ habet gradũ cõparatione noſtrarum potentiarum,quã gratia habitualis, & alia dona ſupernaturalia creata; ſed viribus naturæ Deũ in ſe abſtractiue cognoſcimus,imo demõſtratiue vt eſſe, vnum eſſe,ſapiẽtẽ,omnipotentẽ eſſe,corporeum nõ eſſe, bonum eſſe. Hæ cognitiones ad Dei perfectiones intrinſecas in ſe terminãtur,& eas habemus a priori ex motiuis diuinis. Vnde,& actu naturali Deum amare poſſumus ſuper omnia ; vt probabilior opinio docet. Itẽ credere Deo reuelatis:quoniã etiã in pura natura eſſet præceptũ de exhibẽda fide authori noſtro in his,quæ ipſe cũ hominũ genere loqui vellet,atq; ipſum amãdi ex motiuo diuinæ bonitatis in ſe, & propter ipſam. Licet vero hi actus nõ eſſent adeo perfecti ex natura ſua,nec eum gradũ certitudinis, & firmitatis inducerẽt, quẽ actus ſupernaturalis; eo,quod obiecta nõ attingerẽt proportionato eis modo:at ſuã quoq; haberẽt excellẽtiã ſuperiorẽ ad omnes actus,qui in eo ſtatu verſarẽtur erga creaturas.Quo circa id ipſum fatẽdum eſt erga obiecta creata ſupernaturalia, poſita eorum reuelatione,& propoſitione reuelationis. 26

Dices, Deum dupliciter conſiderari poſſe. Primo,vt authorem naturæ.Secundo,vt authorẽ gratiæ:actus vero propoſitos verſari circa ipſum vt authorẽ naturæ.Quia natura habet cõiunctionẽ, atq; dependentiã cum Deo, vt author naturæ eſt.Vnde nõ mirandum,ſi vt ſic cõſideratus a natura ipſa,credi,amariq; poſsit,nõ autem vt author gratiæ,quoniã cum ipſo vt ſic nullam habet connexionem; ideoq; ſi per impoſsibile non eſſet author gratiæ, eodem modo natura ipſi crederet,ipſumq; amaret. 27

Deus author naturæ, & gratiæ.

Reſpondetur, concedendo eã duplicem cõſiderationem Dei; inſpiciendũ autem attente eſt, 28

Per eamdẽ formalitatẽ indiuiſibilẽ, author vtriuſque. eſt, quid in ea vere dicatur. Greg. 13. in Bulla edita contra Doctorem quemdam Lobanienſem propoſitione 34 eam approbat, & reprobat Doctorem, quod dixerit vanam, & commentitiam eſſe. Licet effectus naturæ, & gratiæ a Deo manantes realiter natura ſpecifica diſtinguantur. At Deus ipſe in ſe, vt author naturæ per omnipotẽtiã, & author gratiæ per eãdẽ vna formalitas eſt in ſe indiuiſibilis, etiam ratione præſcindente, ſolumque diſtincta penes diuerſa connotata per inadæquatos noſtros modos cõcipiẽdi relate, aut ad hos, aut ad illos effectus. Nam in omnipotentia in ſe, ſiue ſit ipſa diuina intellectio, ſiue volitio, ſiue ratione ab vtraque diſtincta: de qua re dixi tractatu 1. diſp. 9. cap. 3. nulla eſt actualis diſtinctio præcedens operationem noſtri intellectus. Nec cogitare debes; per vnam formalitatem eſſe principium naturæ, & per alteram ab ea formaliter, aut virtualiter, aut ratione præſcindente diſtinctam eſſe principium gratiæ, ſed per eamdem indiuiſibiliter eſſe principium vtriuſque ordinis. Quo etiam fit, bonitatem ipſam Dei, ratione cuius amatur, indiſtinctam eſſe, vt in ſe continet bonitatem naturæ, & gratiæ; atque adeo cum amatur Deus, aut vt author gratiæ, aut author naturæ; vel vt ſe creaturis communicat per gratiam, aut per naturam, ex parte Dei eamdem amari formalitatem, & ex parte ipſius ſub eodem motiuo formali: nam, ſi non ſunt duæ formalitates bonitatum in Deo exiſtentes, & ſi ratio mouendi eſt bonitas obiecti ipſi eſſentialiter intrinſeca, non reſpondent eis amoribus diuerſæ rationes mouendi ex parte obiecti. Quo circa diuerſitas ſpecifica eorum amorum deſumenda non eſt ex ratione mouendi diſtincta, eis reſpondente ex parte obiecti. Quoniam vna, ſimpliciſsimaque Dei optimi bonitas, & vtrũque amorem terminare, & vtrique ſpeciẽ dare poteſt, vt motiuum formale: ſed ex proportionato, & improportionato modo tendendi in ipſam. Poteſt quidem natura amare bonitatẽ Dei; non autem poteſt amare, vt petit amari, ſeu cum ea eminentia, & excellentia, qua amatur per gratiam, ad quam ipſa neceſſaria eſt. Poteſt quidem intellectus cognoſcere vtcumque omne cognoſcibile, atque voluntati ſuæ proponere omne amabile; non vero poteſt ſupernaturalia cognoſcere, atque proponere, vt per lumen fidei, atque alia ſupernaturalia lumina cognoſcuntur, & proponũtur; ad quod etiam indigemus gratia mentem illuſtrante noſtram.

29 *Variæ in homine virtutes penes varias cõformitates.* Non ergo negamus, varios eſſe in homine amores virtutũ penes diuerſas rationes, quas ipſe habet; vt eleganter declarat S. Th. q. 1. de virtutibus ar. 2. qui eſt de charitate. Etenim cum hominem conſideramus, vt hominem; quia vt ſic rationalis eſt, amat honeſta, quæ ſunt rationi conſentanea; cum ipſum vt Grãmaticum conſideramus, amat voces ei arti cõgruentes: cum vt ciuem, bona ciuitati; cum vt filium Dei per participationem diuinæ naturæ, atque ordinatum ad Cœleſtem Ieruſalem, vt conciuem Sanctorum, & domeſticum Dei, amat ea, quæ conducunt, vt conducunt ad vitã æternam, & ij actus regulandi ſunt per has formas reſpondentes. Sed dicimus in ipſis obiectis horum actuum, cum erga eamdem rem verſantur, non cum erga diſtinctam, non eſſe diſtinguendas diuerſas formalitates, etiã ratione, eo quod ferantur ad ipſa actus naturales, & ſupernaturales in ſubſtantia: ſed vtroſque verſari poſſe in eadem formalitate. Hoc diſcrimine, quod actus ſupernaturalis cõparatione obiecti ſupernaturalis erit proportionatus; comparatione naturalis eminẽtior, quã natura obiecti poſtulabat; actus naturalis comparatione obiecti naturalis erit ei proportionatus, comparatione obiecti ſupernaturalis erit improportionatus, & inferior. Ille ergo non eſt proportionatus cum obiecto naturali per exceſſum in perfectione. Is non eſt proportionatus cum obiecto ſupernaturali per defectum in perfectione. Vterque vero habet idem formale motiuum.

Nec verum illud eſt, quod dicitur in obiectione n. 27. naturam nullam habere connexionem cum gratia. Nam natura eſt fundamentũ gratiæ, atque influit in eam, vt cauſa propria materialis, & efficiens. Licet ergo natura ſine gratia, vt cumque eſſe poſsit contenta connaturalibus perfectionibus ipſi debitis, nec gratiam exigat iure proprio. At e conuerſo gratia, ſine natura eſſe non poteſt; vt poteſt eſſe fundamentum ſine domo, non domus ſine fundamento. Vnde aliquam habent connexionem cauſæ, & effectus ex ſuppoſitione donationis gratiæ a Deo, nec mirum, ſi natura cognoſcens ſuam perfectionem, & eleuationẽ per gratiam eam poſsit appetere, ac non ſemel appetat, ſaltem modo imperfecto. 30 *Natura cõnectitur cũ gratia, quomodo.*

31 *Concluſio rei.* Vt ergo rem hanc concludamus, & enodationẽ eruamus argumentorũ, quæ in cõtrariũ propoſuimus n. 8. cõtẽplare hominẽ ſibi proponentem viſionem beatã, atq; omnẽ beatitudinem, quæ in ea continetur per lumen naturale ſimul, & per lumen fidei; Deus adeſt voluntati, & per concurſum generalem, & communem; & per ſupernaturalem gratiæ: vtroque adſtante concurſu poterit voluntas bene vti, atque deſiderare beatitudinem: ſi vtatur naturali, eliciet actum naturalem regulatũ per naturale lumen, nullius prorſus meriti, aut diſpoſitionis in ordine ad gratiam: ſi vtatur cõ

Digitized by Google

curſu ſupernaturali eliciet actum ſupernaturalem regulatum per lumen fidei, atque proportionatum obiecto alicuius meriti, atque diſpoſitionis in ordine ad vlteriorem gratiam: nō igitur neceſſaria eſt gratia, vt natura obiecta ſupernaturalia ex motiuo ſupernaturali attingere vtcumq; quaſi Phyſice, & materialiter poſſit, ſecundum ipſorum exigentiam modo proportionato, & congruente ad aliquale meritum.

32 *Obiectio difficilis.* Dices, ſi ita ſe res habet; ergo non eſt in poteſtate hominis elicere magis actum ſupernaturalem, quam naturalem: ſicut propoſito honeſto obiecto, quod amare poſſumus actibus numero diſtinctis, non eſt in hominis poteſtate amare hoc potius numero, quam illo, quia libertas in ſe non habet principium; vnde ſe poſsit determinare ad hunc potius, quam ad illum; ergo ſicut nullum eſt meritum in elicientia huius actus numero prę alio; ita nullum erit meritum in elicentia actus ſupernaturalis prę naturali: ſed in naturali nullum eſſe meritū fides docet: ergo ex hac doctrina videtur euerti omne meritū ſupernaturale. Vrgetur obiectio, ſi actibus naturalibus libere, atque honeſte amplectimur honeſtates ſupernaturales propter ipſas, nulla ſuppetit ratio, quare in eis non ſit meritum gratiæ. Quoniam tendere ad ipſas actu in entitate naturali, aut ſupernaturali; nec eſt in poteſtate noſtra; vt modo dicebā; nec videtur multum referre ad genus moris in quo fundatur omne meritū; ſed ad genus Phyſicum: ergo euertitur indigentia gratię in ordine ad meritum cum Pelagianiſmo.

Vrgetur amplius: ſi actus naturales, obiecta, atque motiua attingunt ſupernaturalia, non ſuperant ea obiecta, & motiua vires naturæ: non ergo erunt ſupernaturalia, nec neceſsitas gratiæ ducet originem ex obiectorum excellentia. Imo nec actuum; quia ſicut habitus ſunt propter actus, ita actus propter obiecta. Hæc obijciuntur a Patre Suar. to. 1. de gratia lib. 2. cap. 11. *P. Suar.*

33 *Satisfactio.* Nihilominus ad primam reſpondeo, Deum in eo euentu habere paratum vtrumque concurſum, atque per ipſum non ſtare; quominus eliciat vtrumque actum. Vnde ſi operans reſpiciat obiectum honeſtum abſterſum ab omni vitioſo fine, & circumſtantia: ego puto vtrumque actum eliciturum regulariter; quia, nec ipſe deficit, & per Deum non ſtat: meritum autē conſiſtet in elicientia ſola ſupernaturali; quia ea eſt a gratia, & quia eſt obiecto proportionata, non autem in electione vnius præ alio, quæ nec eſt, nec eſſe poteſt, vt bene probat exemplum allatum in obiectione.

Dices: ergo quoties operamur ex motiuo ſupernaturali ſecludendo omnem circumſtantiam vitioſam, certo ſcimus, nos habere actum ſupernaturalem, atque adeo aliquod meritū, & diſpoſitionem ad gratiam: & cum verſamur circa Dei bonitatem per dilectionem, etiam certi erimus de vltima, atque de iuſtificatione: quod eſt abſurdum contra doctrinam fidei.

Reſpondetur: hoc magis vrgere aduerſarios; quia opinantur, nos non poſſe verſari actu naturali erga ea motiua: ergo quoties de facto ea nobis proponimus, atque ſecludimus omne motiuū naturale, & amplectimur obiectum eo modo, quo proponitur, certo ſcimus, nos habere actum ſupernaturalem honeſtum. Quod ſi reſpondeant, ſemper latere motiuum naturale in ea propoſitione, quod reuera nos mouet, licet id non tam clare experiamur. Dicemus etiam nos latere ſemper, an in obiecto, quod nos abſterſum ab omni inhoneſta ratione putamus, aliquam rationem mali, quam forte libere amplectimur? nec certos eſſe; an inde vitietur actus atque adeo, nec naturalis honeſtus, nec ſupernaturalis eliciatur; ſed naturalis inhoneſtus. Ad hæc, omnem actum voluntatis præcedit aliqua cognitio, vt eſt axioma Theologorum atque Phyloſophorum dicente Ariſt. de Anima cap. 10. *Appetibile non mouere niſi mente, aut imaginatione perceptum.* Et Aug. lib. 10. de Trinit. cap. 2. rem prorſus ignotam amare nullum poſſe. Vide S. Th. 1. p. q. 82. ar. 4. & 1. 2. q. 3. ar. 4. ad quartum. Porro in quacumque re noua, non connexa cum antecedentibus, quam nos mente verſamus, prima cogitatio neceſſaria determinatur a cauſa prima, & licet ſit de re ſupernaturali incerti ſumus, an ſupernaturaliter eam cognoſcamus? potuit enim Deus ob varias cauſas, vt propter peccata, quæ ſæpe ſunt cauſa, ne tam crebra adſit gratia, vt quia non reſpondimus ſæpe vocati, intellectum determinare concurſu generali; quia vero actus voluntatis, qui ſequuntur ab ea prima cogitatione mediate ſaltem regulentur, & cogitatio naturalis non ſit, nec in mea opinione eſſe poſsit regula volitionis ſupernaturalis; hinc efficitur, hac etiam de cauſa nos incertos eſſe, an eliciamus actus ſupernaturales? Non inficior, licet prima cogitatio naturalis fuerit, gratiam a Deo in ſecūda, aut tertia ingeri poſſe, vbi voluerit, id tamen nos latebit.

Nihil volitū, quin præcognitum. Ariſt. Aug. S.Th. *Incerti ſumus de ſupernaturalitate noſtrorum actuum.*

Ad ſecundam obiectionem, nego nullā ſuppetere rationem ad negādum meritum in actibus pure naturalibus, etiam cum honeſtates ſupernaturales propter ipſas amplectuntur; quia nimirum eas nō amplectuntur modo proportionato iuxta obiectorum exigentiam, & dignitatem, cum poſſent amplecti, Deo præſto adſtante concurſu ſupernaturali, vt dictum eſt. Quam doctrinam nobis ſignificarunt Concilia, 34

Digitized by Google

Multũ refert ad meritum actus ſupernaturalitas.

cilia, quæ ex aduerſa parte allegantur, quatenus non negant, nos ea obiecta per naturæ vigorem attingere abſolute poſſe. Sed notata particula limitante, *vt oportet*, ad promerendam gratiam, per quam particulam intelligi non tantum modum actus, ſed ipſam ſubſtantiam docent, quicumque agnoſcunt actus ſupernaturales quoad ſubſtantiam. Quod ſi putarent Concilia, & Patres, nulla ratione naturam poſſe pertingere ea motiua, opus eis non eſſet ea limitatione. Nec verum eſt non eſſe in poteſtate hominis habere actus ſupernaturales; quia licet forte non ſit in eius poteſtate ſeparare vnum ab alio, quod Deus ſimul ad vtrumque concurrere decreuerit: nulla namque ratio videtur eſſe, quare ad vnum, non ad alterum exhibeat concurſum: at ſicut eſt in poteſtate hominis non elicere naturalem, ita nec ſupernaturalem. Denique nec verum eſt, parum referre ad genus moris entitatem actus. Quoniam cum liberum noſtrum arbitriũ elicit actum ſupernaturalem quoad ſubſtantiã, exercet libertatem ſupernaturalẽ; influitq; in actum ſupernaturali influxu: ad maiora & difficiliora exerit vires; amplectitur obiecta ſupernaturalia ſupernaturaliter; quæ omnia in ordine ad meritum, & præmium magnæ conſiderationis ſunt: nam, vt optime dixit S. Th. q. 1. de virtutibus ar. 2. in corpore, ad virtutẽ requiritur, quod bonum bene operetur. Id eſt voluntarie, prompte, delectabiliter, & firmiter: eæ enim ſunt conditiones operationis virtuoſæ. Cum autem actu naturali honeſto verſamur circa ea obiecta, licet bonum bene operemur, voluntarie, atque firmiter: non tam bene, tam voluntarie, tam firmiter. Vnde ſi compares fidem humanam cum diuina; amorem naturalem Dei cum ſupernaturali; ij attenta natura ipſorum firmiores ſunt ad obiecto adhærendum, ad ſuperandas difficultates, ne ab

S.Th. Conditiones operationis virtuoſæ ex S. Th.

ipſo dimoueamur. Dixi *attenta natura actuũ*, vt excludam prauam adhæſionem, & firmitudinem ex obſtinato affectu voluntatis.

Ad tertiã obiectionem nego, obiecta non eſſe ſupernaturalia comparatione noſtri. Sunt 35 etenim, non quia vires naturæ in eis aliquo modo verſari non poſsint, ſed quia non poſſunt perfecte, & proportionate, vt dictũ eſt. Vnde gratia, & propter obiecta, & propter actus neceſſaria eſt. Sicut actus ipſi qui a nobis effecti ue procedũt, ſupernaturales ſunt, licet natura ipſa ad eos concurrat.

Ex his omnibus ſatis conſtat fundamentum, 36 & modus defendendi concluſionem in principio propoſitam, nimirum eſſe poſſe appetitũ elicitum naturalem erga viſionem Dei, etiam vt bonum ſupernaturale eſt, quod, vt minimũ, verum eſſe debet de actu ſimplici, & inefficaci voluntatis. An autem etiam extendi poſsit hæc doctrina ad alterũ actũ abſolutũ, & efficacẽ, vti diſtinximus? n. 1. cap. 6. definiendum.

Prius diluenda argumenta cap. 1. n. 8. propo 37 ſita. Ad primum; quod procedebat ex locutione Pauli, & Arauſ. can. 7. reſpondi n. 34. retorquens argumẽtum a parte noſtra. Ad ſecundũ ex Aug. explicui etiam n. 16. & 17. quanam ratione obiectum naturale dare poſsit ſpeciẽ actui ſupernaturali? Et n. 29. vbi explicui, qua ratione obiectum ſupernaturale, vt ſupernaturale ſpeciem actui naturali tribuere poſsit? In verbis autem ex Aug. relatis tantum ſibi vult, vt obiectum det actui, honeſtatem debere reſpici ab ipſo propter ipſam.

Enodatio argumentorum. Aug. explicatus.

Ad tertiũ ex S.Th. dato virtutes infuſas cõformari alicui obiectiuæ ſupernaturali morali, de quo modo non diſputamus, an ita ſit, & an de mente S.Th. nõ tamẽ efficitur, obiectum naturale actũ ſupernaturalẽ terminare nõ poſſe, & e conuerſo obiectum ſupernaturale actũ naturalem, vt conſtat ex dictis. Vide n. 12.

Cap. VI. *De appetitu elicito naturali viſionis* Dei, *an eſſe poſsit abſolutus, & efficax?*

38 *Variæ ſententiæ.* Bannes 1. Opinio.

THOMISTAE recẽtiores frequẽter negãt deſiderium abſolutum, & efficax naturale viſionis. Ita Bãnes hic in ſecunda concluſione: addit autem in §. *ſed ſi quis*, cum qui putaret eſſe poſsibile videre Deum per naturam, operaturum omnia media per naturam, non tamen fore naturale tale deſiderium, ſed ex ratione falſa procedere. Eum autem qui putaret eſſe poſsibile videre Deum per gratiam, habere quidem voluntatem abſolutam, non tamen ex naturæ viribus, ſed per gratiam. Ita etiam Zumel hic q. 2. in 1. concluſione.

P. Salas 1. 2. q. 5. tractatu 2. diſp. 12. ſectione 39 3. n. 24. & 25. admittit appetitum elicitũ abſolutum, quantum eſt ex parte operantis, inefficacem tamen, quia non poteſt ille per proprias vires perducere hominem ad viſionis Dei conſecutionem. Allegat pro ſua ſententia Bãnes, Mol. & Zumelem. Sed immerito, vt notaui n. 38. Probat 1. Quia per naturæ vires poſſumus actu abſoluto aſſentiri myſterijs fidei; ergo & amare viſionem Dei. Secundo; quia probabilis opinio dat voluntati noſtræ, vt poſsit actu abſoluto amare Deum ſuper omnia per vires naturæ, atque velle implere præcepta

P. Salas. 2. Opinio.

omniã

Digitized by Google

omnia naturalia, etiam diuina ſaltem quoad ſubſtãtiam actus: ergo & amare viſionem. Tertio; quia prima ſententia concedit appetitum inefficacem, & conditionatum erga hoc idem obiectum ſupernaturale; ergo & abſolutum, quantum eſt ex parte ſua, cõcedere debet. Probo conſecutionem; quia non obſtat ſupernaturalitas obiecti, vt diximus cap. 5. ſi quid vero poſſet obſtare, eſſet ſupernaturalitas; addit vero in 4. concluſione, hunc actum abſolutũ procedere ex errore & iudicio temerario erga viſionis poſſibilitatem per naturæ vires.

40 *Quid ſimplex volũtatis affectus? non eſt ſermo de illa.* Definitio huius rei magna ex parte petenda ex declaratione naturæ voluntatis abſolutæ, & efficacis proſecutiuæ. Dico *proſecutiuæ*, & quę eſt per modum intentionis finis. Quoniam in præſenti non agimus de quodam ſimplici affectu voluntatis, quo primo complacet in bono obiecto repræſentato per intellectum, ſiue illud poſſibile ſit, ſiue non, qui quidem nec eſt formaliter abſolutus, nec conditionatus, nec efficax, nec inefficax; ſed tantum radix horum affectuum, & aliorum omnium, qua in voluntate ſunt: cum intellectus inuenit obiectũ aſſequibile eſſe, ferri ſolet voluntas actu abſoluto, & efficaci. Dico *ſolet*, quia & ſi aſſequibile ſit, poteſt eſſe difficile conſecutu, & difficultas aſſecutionis remoratur multoties voluntatem, ne eat in actum abſolutum, ſiſtitque in conditionato. Cum vero facilè aſſequibile eſt, ſolet voluntas tale obiectum amplecti actu abſoluto, & efficaci. Itaque quomodocumque ipſum amplectatur, ij affectus proficiſcuntur ex eo primo ſimplici affectu; quia eſt primus actus voluntatis, ſicut ſimplex apprehenſio eſt primus actus intellectus, radixque iudiciorum, tũ abſolutorum, tum conditionatorum.

41 *Quid affectus abſolutus, & efficax?* Porro naturam abſolutæ, & efficacis voluntatis per modũ intentionis fusè declaraui tractatu 3. diſp. 23. c. 13. & alibi mihi ij actus ſæpe non diſtinguuntur in ſua intrinſeca ratione, ſed ſolum denominatione, & appellatione penes diuerſa connotata. Dicitur actus abſolutus; quatenus fertur ea determinatione ad obiecti bonitatem, quæ pellet omnem conditionem in ordine ad eius conſecutionem, & ſic aduerſatur conditionato in modo amplectendi illud. Dicitur efficax; quatenus ea virtute amplectitur obiectum, quæ ſi permaneat, & dum permanet ſufficiens eſt ad exequenda omnia neceſſaria media a primo vſque ad vltimum: tandemque pergit vſque ad finis conſecutionem. Hæc vero omnia habet vnus, & idem actus, ſecundum tamen diuerſas conſiderationes. Ita autem hæc ſe ſe habere conſtat ex loco allegato cum limitatione, quam aduerto n. 44.

42 Demum, hominem appetentem viſionem poſſumus cõſiderare in triplici ſtatu. Primo, ſi arbitretur, viſionem eſſe impoſsibilem homini, & cum in hoc eſt errore, locum non habet difficultas. Quoniam ex principijs 1. 2. conſtat, appetitum elicitum abſolutum, & efficacẽ non eſſe de re non poſsibili. Secundo, cum aſſequitur viſionem Dei, nobis eſſe poſsibilem, quod ſane ratione naturali, ſaltem probabiliter oſtẽdi poſſe, doceo diſp. ſequẽti: at errat circa mõdum aſſecutionis, quod putat, per naturæ vires id fieri poſſe ſine gratia; vt errarunt Pelagiani: & cum appetens verſatur in hoc errore: exiſtimo, abſolute veram eſſe ſecundam ſententiã, nimirum abſolute deſiderari poſſe viſionem Dei. Hoc bene probant rationes ibi allatæ. Nõ tamen eſt ſatis explicata ratio a priori, nec declaratum diſcrimen actus abſoluti, & efficacis: cum eſt de re ipſa poſsibili, & de re non poſſibili re ipſa, ſed ſolum in apprehenſione. Ratio a priori ſumẽda eſt ex ſubordinatione voluntatis in ſuis actibus ad intellectum. Quippe ea non tendit ad obiectorum bonitatem ſecundum ſe, hoc eſt, vt in re bona, aut mala ſunt, ſed vt eorum bonitas, aut malitia relucet in apprehenſione, ſed vt veſtitur per apprehenſionem: quod adeo verum eſt, vt obiectum in ſe bonum actu malo amari poſſit, & obiectum in ſe malum actu bono, ſi illud, vt bonum, & hoc, vt malum ſine culpa operantis apprehendatur, vt conſtat ex 1. 2. q. 18. & 19. Vnde, licet apprehenſio appelletur conditio eſſentialis, aut ratio mouendi, negari non debet, ſpeciem moralem actus in ordine ad malitiam, & bonitatem ab ea pendere. Dico *ſpeciem moralem*, vt abſtineam; an etiam pendeat ſpecies Phyſica? vt ego ſemper putaui probabilius. Et in re noſtra, ſi res, quæ reuera poſsibilis eſt per vires naturæ apprehendatur, atque iudicetur impoſſibilis, appeti non poterit ab apprehendente actu abſoluto, & efficaci; ergo ſimiliter, ſi res non poſsibilis reuera per vires naturæ, vt eſt beata viſio, apprehendatur vt poſſibilis, appeti poterit actu abſoluto, & efficaci: tale autem deſiderium fore naturale, negandum non eſt, vt negat Bannes n. 38. Quoniam naturale in nulla ſignificatione opponitur ei, quod procedit ex falſo iudicio; id conſtat ex ſignificationibus vocis *naturalis*, quas congeſsimus n. 3. Nec ſatis mihi conſtat; quid ſibi in hac velle potuerit? ſed parum curo. *Sẽtẽtia authoris in caſu erroris circa poſſibilitatem viſionis per naturam.*

43 *Diſcrimen inter abſolutum, & efficacem.* Diſcrimen actuum inter hunc actum abſolutum, & efficacem, & alium, qui eſt de obiecto reuera poſsibili, non tam conſiſtit in ratione, propter quam actus ille dicitur abſolutus, eo, quod vterque reuera abſoluit obiectum ab omni conditione, & ſic abſolutum, & abſterſum amplectitur; ſed in ratione, propter quam dicitur efficax, eo, quod in caſu erroris non habet actus realem efficaciam ad executioni mãdanda

danda media neceſſaria, nec ad aſſequendum finem, ſed ſolum apparẽtem, & exiſtimatãm, inſufficientem tamen re ipſa. Itaque non eſt efficax intrinſece in natura ſua, ſed ſolum extrinſeca denominatione deſumpta ab ipſa mentis apprehenſione: at cũ eſt de re poſsibili per vires naturæ, habet quidem, & exiſtimatam, ſeu extrinſecam efficaciam, & realem, & intrinſecam. Quoniam habet virtutem proportionatam cum medijs, & fine, & ſufficientem ad ea mandanda executioni per imperium efficax potentiarum, a quibus media ſunt adhibenda. Diſtinguũtur igitur tamquam virtus ſufficiens ad effectum in ſe, & virtus inſufficiens in ſe, & ſolum ſufficiens per falſam apprehenſionem.

44 *Quãdo actus eſt abſolutus, nõ vero efficax.* In quo caſu ratio abſoluti in actu proſecutiuo ſeparatur a ratione efficacis re ipſa. Cuius ratio a priori eſt, quod velle abſolute, aut cõditionate obiectum, eſt in manu voluntatis; quæ, vt ei liber, amplectitur obiectum bonum, & intendit aſſequi, aut ſub aliqua conditione, quã expectet ad media adhibẽda, aut nulla expectata conditione. At actũ eſſe efficacem, pẽdet non tam ex libertate voluntatis, quam ex natura ſua collata cum medijs, & fine, & proportione inter ipſa; contingere vero poteſt, actum elicitum velle finem abſolute omni pulſa conditione, non tamen eſſe efficacem ex natura; quia nimirum virtutem non habet ex ſe ponendi media, & aſſequendi finẽ, propterea quod media, & finis in altiori gradu ſunt cõſtituta: vt contingit in actu elicito naturali abſoluto comparatione viſionis in caſu erroris, in quo modo procedimus.

45 *[…]tia au[…]s cir[…]ctum […]utũ, […]fica[…]viſio[…]te er* Ex ijs etiam deducitur reſolutio in tertio caſu: cum ſcilicet appetens agnoſcit, poſsibilẽ eſſe viſionem per vires gratiæ, quam etiã cognoſcit ſibi a Deo eſſe paratam, & vſum eius in libera ipſius poteſtate conſtitutum: & tunc etiam opinor, actu abſoluto, & efficaci, ſaltem quoad applicationem, viſionẽ Dei appeti ab hoc homine poſſe. Pro hac aſſertione faciunt rationes allatæ pro ſecunda ſententia n. 39. Et quidem eam manifeſte probant, quæ modo dicebamus. Quoniam, ſi de re ſupernaturali impoſsibili re ipſa per naturã, poteſt eſſe affectus elicitus abſolutus, & efficax efficacia, quam declaraui n. 43. quare de re poſsibili per gratiam poſsibilitate conſtituta in noſtra libertate nõ poterit natura elicere affectum abſolutum, & aliquomodo efficacem, vt mox explico?

Confirmo exemplo. Sacerdos poteſt elicere actum naturalem abſolutum, & efficacem conficiendi Euchariſtiam, atque conuertendi totam ſubſtantiam panis, & vini in ſubſtantiã corporis, & ſanguinis Chriſti Domini; is actus eſt de obiecto ſupernaturali, impoſsibili per naturæ vires, poſsibili per gratiam. Quod vero is actus ſit naturalis patet; quia ſæpe eſt malus, & peccaminoſus. Ergo pari ratione actu naturali abſoluto, & efficaci aliqua ratione poſſumus deſiderare viſionem Dei, cæteroſq; actus ſupernaturales neceſſarios, vt media ad eum finem. Probo hanc conſequentiam; quia, vt poteſtas conſecrandi adnexa eſt voluntati ſacerdotis, eique ſubordinata toties, quoties ſacerdos ſe applicat ad conſecrandum verum panem triticeum, & vinum de vite: ita adeſt gratia ſufficiens, aut efficax homini ad eliciendum quemcumque actum ſupernaturalem præceptum, atque neceſſarium ad conſecutionem vitę æternæ, ſubiecta in vſu ſuæ voluntatis, ita quod non operari, atque violare præceptum, nequaquam tribui poſsit abſentiæ gratiæ, ſed noſtro libero arbitrio. Vt docui tractatu 3. diſp. 23. cap. 4. cum quibuſdam limitationibus ibi obſeruatis, quæ tamen ad rẽ hanc nihil referunt.

Sed explicandum reſtat, vt poſsit eſſe efficax talis affectus? quod adhuc difficile eſt. Primo! quia in voluntate abſoluta, & efficaci videndi Deum, media omnia ad eum finem neceſſaria abſolute, & efficaciter, ſaltem implicitẽ, & virtualiter complexa ſunt; ergo ea voluntas eſt virtualiter voluntas abſoluta, & efficax credendi myſteria fidei fide infuſa: ſperandi a Deo dona gratiæ ſpe Theologica: amãdi Deũ charitate, quoties præceptum obligat: atterendi, ſeu conterendi de peccatis, cum Sacramentum pœnitantię ſuſcipiẽdum eſt: ſed actus voluntatis a ſola natura elicitus non poteſt habere efficaciam erga hos actus: ergo non poteſt eſſe efficax comparatione viſionis Dei. Secundo; quia nõ poſſe eſſe ex nobis initiũ fidei, nec affectum credulitatis definitum eſt contra Semipelagianos in Concilio Arauſ. 2. can. 5. vt fuſe explicuimus tract. 3. diſp. 25 a cap. 3. At ſi natura poteſt habere actum abſolutum, & efficacem credendi, ex nobis eſt initium fidei, & affectus credulitatis: imo ſi actus abſolutus eſt, non eſt ex nobis ſolum qualecũmque initium credendi; ſed etiam principium determinans ad aſſentiendum, & imperans ipſum aſſenſum: & ſi efficax eſt, eſt ex nobis principium influens per ſuam efficaciam, & virtutem, in fidem diuinam, in ſpem, & charitatem, reliquoſque actus. Quoniam in eo diſcriminãtur actus conditionatus, & abſolutus: inefficax, & efficax: quod illi non determinãt principium, nec neceſſario influunt: ij determinãt, & influũnt. Ergo efficacia actus eliciti comparatione viſionis per naturam, ſine præiudicio doctrinæ Arauſicanæ, & Auguſtinianæ contra Semipelagianorum errores defendi non poteſt. 46 *Obiectio difficilis.*

In his diluendis rem explico; primo verò ante oculos *Satisfactio.*

te oculos habenda ſunt,quæ dixi n.34.Deinde diſcernenda ſunt aliqua opera naturalia quoad ſubſtantiam ; vt exteriora , quæ neceſſaria ſunt ad conſequendam viſionem, ab operibus ſupernaturalibus quoad ſubſtantiam;quoniam in illis nulla,aut fere nulla eſt difficultas quoad efficaciam eius actus naturalis propter proportionem inter ipſum,& opera,ideoque expendens rei difficultatem conſulto exempla produxi in operibus quoad ſubſtantiam ſupernaturalibus.Ad primam obiectionem maior concedenda eſt:illa minor ; *ſed actus a natura elicitus non poteſt habere efficaciam , &c.* multipliciter diſtingui poteſt.Nam,vel agit de efficacia Phyſica,aut de efficacia morali , etenim in præſenti *efficacia* eſt virtus cauſandi, ſeu influendi?Præterea, aut ea efficacia in illos actus eſt præſuppoſita aſsiſtentia gratiæ ex parte Dei , aut non præſuppoſita , ſed attenta ſola intrinſeca virtute actus? Si agit de efficacia Phyſica;concedendum eſt non habere efficaciam,ſeu Phyſicam efficientiã in actus ſupernaturales, de quibus eſt ſermo. Dico *non habere*;non autem nego potentiam,ne negem, intẽtionem abſolutam naturalem eleuari poſſe a Deo per gratiam ad Phyſice influendum in actum ſupernaturalem electionis;ſed hoc ad rem parum intereſt.Si agit de efficacia morali; ſubdiſtinguendum eſt, aut ſermo eſt in genere meriti, aut diſpoſitionis proximæ,aut remotę in ordine ad conferandam gratiam a Deo neceſſariam ad eos actus : aut ſermo eſt de applicatione quadam potentiarum ad eliciẽdos illos actus propter eorum inter ſe ſubordinationem, & radicationem potentiarum in eodẽ principio ſeu anima?& in hoc ſenſu præſuppoſita gratiæ aſsiſtentia independenter ab ea applicatione non eſt negandum habere aliquam efficaciam moralem:negandum autẽ,non præſuppoſita gratia,vt conſtat. Nam , vt voluntas mala in ſacerdote applicat potentiam inſtrumentalem ſupernaturalem ad conficiendam Euchariſtiam:ita actus naturalis applicare poteſt intellectum ad actum fidei infuſæ, & voluntatem ad actus ſupernaturales ; non ita tamen, vt gratia dependeat per ſe in ſuo influxu ab imperio actus naturalis applicante potentiam.Quoniam directe,& per ſe ipſam applicat naturalem potentiam ; quia vero ipſa eleuata eſt a Deo ad ordinem ſupernaturalem, quaſi per accidens,& indirecte,ſeu conſequenter applicat gratiam eleuantem : ſicut motis nobis, conſequenter mouentur omnia, quæ ſunt in nobis : ita applicata potentia per eum actum naturalem conſequenter applicatur quidquid eſt in potentia,eam inſtruens ad operationem. Et quemadmodum, qui virtutem habet portandi pondus vt quatuor,portare poteſt onus plenum auro , aut argento,aut ferro, dum non creſcat pondus ſupra eam grauitatem:ita actus,qui virtutem habet per ſe applicandi potentiam ad actum , virtutem habebit applicandi potentiam eleuatam,immediatum, & per ſe imperium exercens in potentiam ipſam, non in eleuationem,nec in gratiam, ſed per accidens ratione potẽtiæ.Vnde,licet amet improportionate viſionẽ, & reliquos actus ſupernaturales, vt obiectum directum : non tamen habet in ipſos, vt ſupernaturales ſunt,directam efficaciam.

Actus naturalis poteſt applicare potentiam ad actum ſupernaturalẽ.

Dices: propoſitio naturalis ex parte intellectus non eſt apta, vt voluntas ad obiectũ pro 47
poſitum feratur actu ſupernaturali:cum tamen ſe habeat,vt conditio applicans obiectum: ergo actus naturalis abſolutus imperare non poteſt actũ ſupernaturalem, ſeu applicare potentiam ad ipſum.Reſpondetur,cõcedẽdo antecedens,quod mihi verum, & certum eſt,licet nõ nulli Theologi de eo dubitent. Nego conſequentiam:diſcrimen manifeſtum eſt,quod actus voluntatis immediate,& eſſentialiter pendet a propoſitione intellectus.Imo in mea ſententia ab eo ſumit ſpeciem,vt ſignificaui n.42. quod ſi actus ſupernaturalis voluntatis regularetur a propoſitione intellectus elicita per vires naturæ,initium noſtræ iuſtificationis, & ſalutis,atque operationis,prout oportet ad promerendam aliquam gratiam, a natura ipſa ſumeretur;quippe prima propoſitio intellectus eſt primum fundamentum ſeriei , quæ ſequitur in actibus, & gratia eſſet naturæ pediſequa,quatenus actus voluntatis *natura* poſteriores ſunt actibus intellectus. At imperium actus naturalis , vt explicatum eſt,per ſe tantum influit in potentiam naturalem , & gratia ipſam eleuans operatur ſuum actum independenter per ſe loquendo ab imperio naturali,vt dixi;ita,vt idem fieret actus,ſi fieret , vt poteſt,non præcedente eo imperio,& applicatione.

Propoſitio intellectus naturalis non eſt apta ad actũ voluntatis ſupernaturalem.

Dices iterum:ſi actus naturalis imperare po 48
teſt intellectum ad actum fidei infuſæ , fruſtra ponitur pia affectio ſupernaturalis. Reſpondeo,negando ſequelam;quia ponitur , vt imperet proportionate,& directe influens in gratiã,& vt oportet ad vitam æternm,non autem vt imperet vt cumque: ſicut fides infuſa,& charitas non ponuntur,vt credãt myſteria,& amẽt diuina vt cumque,ſed perfecte, & proportionate ſecundum dicta n.34.

Ex quo etiam ad ſecundam obiectionem
reſpondendum eſt, negando eam applicatio- 49
nem eſſe initium fidei,aut affectum credulitatis; de quo Conc. Arauſican. & Aug.& Patres ipſius ſectatores.Id ſatis conſtat ex dictis tract. 3.diſp.25.cap.3.quia in hac applicatione, ſeu imperio

Digitized by Google

imperio, quantumuis efficax ſit ad applicandam potentiam, atq; ad determinandum eam ad operandum. Nec eſt meritum vllum gratiæ, nec diſpoſitio, aut proxima, aut remota, nec dependentia per ſe gratiæ in ſuo concurſu, ſed ſola applicatio potentiæ naturalis, quæ cum operatur, non operatur virtute applicationis, ſed virtute gratiæ independentis ab ea: ac ſubinde ſine præiudicio doctrinæ Catholicæ concedi poteſt appetitus elicitus abſolutus, & hoc modo efficax, tum in ordine ad viſionē, tū in ordine ad media neceſſaria ad ipſam.

Concludo; licet, ſi hæc metaphyſico examine inſpiciantur, forte non repugnent: quoniam in his ſolum admittitur actus ſupernaturalis quoad ſubſtantiam extrinſeca denominatione, quaſi naturalis, ſeu a naturali imperatus: & multi Theologi admittunt, aliquem fide diuina credere poſſe ex motiuo inanis gloriæ, hoc eſt ex imperio, non tantum naturali, ſed etiam malo; at de facto in hoc homine ſemper actus ille elicitus imperans ſupernaturalis erit, ac Deus ſe ingeret ſua gratia, vbi voluerit, atq; cum præuiderit opportunum eſſe.

DISPVTATIO TRIGESIMA NONA.

DE POSSIBILITATE VISIONIS DEI, AN ratione naturali poſſit demonſtrari?

Diſtincta duobus capitibus.

In 1. Sententia affimans, & eius refutatio.

In 2. Poſsibilitas viſionis ratione naturali tantum probabiliter oſtendi poteſt.

Caput I. *Sententia affirmans, & eius refutatio.*

1 ADVERTE in ipſo limine, demonſtrationem hic ſumi ab omnibus huius difficultatis tractatoribus in rigore logico, prout eſt cognitio clara, & euidens, condiſtincta ab obſcura, & probabili. Aduerte deinde, viſionis poſsibilitatem, & pendere ab obiecto, quod reſpicit, & a principio, a quo fit, & in quo recipitur tamquam actus vitalis. Vnde, ſi oſtenditur demonſtratiue, nec repugnare intellectum noſtrum eleuari ad producendam, recipiendamq; viſionem; nec repugnare, ipſum intueri Deum immediate, & vt eſt in ſe, res tota peracta eſt.

2 *Scotus.* Sententiam ergo affirmantem tenuit Scotus in 4. diſt. 49. q. 8. vt communiter refertur, vbi poſtquam ex Philoſopho deduxit, naturam humanam non eſſe beatificabilem per claram Dei viſionem. Ipſe duplici ratione probat, naturali ratione oſtendi poſſe, poſsibilem eſſe nobis viſionem. Primam ſumit ex obiecto. Secundam ex parte actus. Prima ita procedit; obiectum adæquatum noſtri intellectus eſt ens, & omne contentum ſub ente; ſed potentia, quæ reſpicit obiecta, vt cognoſcibilia, non quieſcit, vſq; dum aſſequatur cognitione perfecta nobiliſsimum ex obiectis contentis. Nam, ſi ſolum cognoſcat id obiectum in vniuerſali, non cognoſcit illud, vt eſt in ſe, ac proinde non quieſcit vſq; ad cognitionem eius in particulari. Ergo bene probatur hac ratione, poſsibilem eſſe viſionem Dei. Hac etiam ratione vtitur P. Vazq. citandus n. 5. Secunda ex parte actus ita procedit: quod cōpetit perfectionis potentiæ inferiori in aliquo genere cōparatione ſui obiecti, competit potentiæ perfectiori in eo genere comparatione etiam ſui obiecti; ſed potentijs inferioribus competit intuiriue cognoſcere ſua obiecta: ergo & intellectui ſua: atq; adeo non poteſt viſio Dei repugnare. *Duplex ratio ex Scoto.*

Digitized by Google

3 *Neutra eſt demonſtratio.*

Verum, licet vtraq; argumentatio acuta ſit, neutra demonſtratio eſt. Non prima propter multa. Primo; quia eo diſcurſu probari poſſet, intellectum noſtrum naturaliter videre Deum poſſe; etenim naturaliter inclinatur, vt omnis alia potẽtia, ad actũ, in quo quieſcit, tãquam in ſui vltima perfectione: igitur, ſi Scotus infert, poſsibilẽ eſſe viſionem Dei ex eo, quod non quieſcit in alia inferiori cognitione; inferre etiã poſſet, naturaliter eſſe poſsibilẽ. Secũdo; quia, licet Deus cõtineatur ſub ente, & contineatur in ambitu obiectorũ intellectus creati: at non oſtenditur ea ratione Deum vt intuitiue viſibilem cõtineri, ſed ſolum vt aliqua ratione cognoſcibilem, nimirum abſtractiuè: hoc a me ex profeſſo declaratum eſt diſp. 36. n. 66. & num. 80. Tertio; quia hac eadem ratione probaretur, Deum comprehendi poſſe a noſtro intellectu. Patet: nã & Deus, vt comprehenſibilis continetur ſub ente, & comparata cognitione Dei intuitiua, adhuc reſtat deſideranda cõprehenſiua: & vt Scotus dicit non quieſcere in abſtractiua vſq; ad intuitiuam: ita alius dicat, non quieſcere in intuitiua vſq; ad comprehenſiuam; atq; inde inferre, eam poſsibilem eſſe. Quarto demum; quia, licet ea ratione probetur, aliquam notitiam Dei in particulari, & non tantum ſecundum rationem communem poſsibilem eſſe, non tamen probatur intuitiuam; pro qua neceſſariæ ſunt ſpecies propriæ Dei, nec alienæ ſufficiunt: non vero oſtenditur ea ratione, qua via illas poſsit aſſequi. Ergo ea prima ratio longe diſtat a demonſtratione.

4 Secunda ratio minus efficax eſt, nec tam neruoſa propter quædam. Primo; quia ea etiã probaretur, naturaliter ab intellectu noſtro Deum videri poſſe, vt potentiæ inferiores naturaliter intuẽtur obiecta ſua ſibi proportionata. Secundo; quia ex hac ipſa ratione formari argumẽtũ in contrariũ poteſt. Nam, vt oculi imperfecti, puta, noctuæ, videre nõ poſſunt luminoſum intenſiſsimũ ſibi approximatũ, vt ſolem in rota ſua, imo ab ipſo læderetur ſenſus: ita lumẽ noſtri intellectus exiguum a radijs diuiniſsimi ſolis ſibi proxime propoſiti, vt vidẽdi læderetur, nec erga tam nobile obiectũ operari permitteretur propter exceſſum perfectionis obiecti cõparatione noſtri luminis: reſtabatq; Scoto demõſtrare, hanc nõ eſſe tantã diſtantiã, quæ a potentia Dei ſuperari nõ poſſet. Maneat ergo, neutrã harũ argumentationũ eſſe demõſtrationẽ, & forte, nec Scotus putauit, eo gradu conuincentes eſſe, licet cõmuniter pro hac ſententia allegetur: vnde, cũ vellet eas cõtra Philoſophum formare, ſic ſcripſit. *Videtur tamen mihi quod per rationẽ naturalẽ poteſt probari, &c.* nõ dixit demõſtrari, nec euidẽter, aut clare probari. Vide ipſum in 1. q. prologi § *cõtra duas priores rationes*, vbi docet, animã noſtrã, vt ordinatur ad clarã Dei viſionem nõ poſſe naturaliter cognoſci: ergo ſentit, demõſtrabile nõ eſſe viſionẽ Dei eſſe nobis poſsibilẽ: & in reportatis ad 4. diſt. 49. q. 7. § *ad quæſt. dico.* Vnde Scotiſtæ antiqui, & moderni frequẽtius in oppoſita ſunt ſententia. Vide Lichetũ in 1. q. prologi, & Herreram in 1. diſp. 2. q. 2. Radam 1. p. controuerſ. 1. ar. 2.

Scotus non docuit demonſtrari poſſe, viſionẽ eſſe poſſibilem.

Scotus. Lichetus. Herrera. Rada.

5 *Alia ratio ex P. Vaz. & alijs.*

P. Vazq. 1. 2. diſp. 20. cap. 2. expreſſe hãc amplectitur ſententiam, & pro re ſaltem moraliter demonſtranda hac vtitur ratione, quæ procedit ex naturali appetitu hominis aſſequendi ſummum bonũ perfectiſsima cognitione, atq; adeo viſione eius, vt eſt in ſe; qui quidem non eſſet in omnibus hominibus, niſi videre ſummum bonum eſſet poſsibile: quoniam, vt dixit Aug. lib. 4. contra Iulianum cap. 3. *non omnes naturali inſtinctu immortales eſſe vellemus, niſi eſſe poſſemus.* Aug.

Non eſt demonſtratio

Verũ hanc non eſſe demonſtrationem, ſatis conſtat ex dictis diſp. 37. cap. 2. & diſp. 38. cap. 3. & ſequentibus; etenim defendimus ijs in locis, nec eſſe appetitum naturalem innatum viſionis, nec elicitum abſolutum, niſi, aut ſuppoſito errore, aut per gratiam ex parte obiecti, vt cap. vltimo diſp. 38. abunde declaratum eſt. Verum eſt, S. Th. in hoc 1. art. dediſſe fundamentum huic rationi. Ceterum aliter mentem ipſius declarauimus diſp. 37. cap. 2. Aug. autem, nec dixit demonſtrari appetitum innatum immortalitatis naturalem, nec nos eſſe poſſe immortales naturaliter, quod falſum eſt: ſed mens eius eſt, in natura ipſa eſſe quoddam veſtigium immortalitatis, ſeu non repugnantiam ad illam, quam optime colligit ex inclinatione naturæ ad perpetuitatem in eſſe.

6 *P. Arrub. Altera ratio ex Patre Arrub.*

Pater Arrub. diſp. 15. cap. 1. in eadem ſententia eſt, & magis preſsit rationem in hunc modum: impoſsibilitas viſionis, aut oriri poteſt ex incapacitate naturæ ad tantam eleuationem, aut ex impotentia Dei? Non hoc ſecundum: quia Deus potentiam habet ad eleuandã creaturam ad omne, quod ea eſt eleuari capax. Nõ primũ: quia etiã ſi eleuetur ad videndũ Deũ, nõ extrahitur põtẽtia extra ſphæram obiecti adæquati, dum autẽ nõ extrahitur, nulla eſt ratio; quare per eleuationem ſuum proprium obiectum, licet non connaturale videre non poſsit? Confirmatur ratio; viſione finita Deus, vt eſt in ſe, videri poteſt, vt amari amore finito; nec enim oportet, actum, qui verſatur erga obiectum infinitũ, infinitum eſſe in entitate. Cõfirmat ſecũdo premens rationẽ ſecundã Scoti. Deus cõtinetur intra latitudinẽ obiecti adæquati noſtri intellectus: ergo noſter intellectus erga Deũ exercere poteſt omnes actus, quos

Digitized by Google

quos potētiæ inferiores exercent circa ſua obiecta:quare enim concedatur exercitium horū actuum potentijs inferioribus,& imperfectioribus,& negetur perfectiori?Etenim id prouenire non poteſt ex obiecti nobilitate. Primo, quia ſi ea non eſt ſufficiens ad extrahendum obiectum ab ſphæra adæquata; quare ſufficiens ſit ad inuiſibilitatē eius ab hac potentia? Secūdo, quia ille exceſſus ex nobilitate per eleuationē a diuina omnipotentia redigi poterit ad debitam proportionem.

7 Etſi ratio hæc rem hanc melius attigerit, nō tamen gradum attingit veræ demonſtrationis. Quoniam licet euidens ſit lumine naturæ eleuari a Deo creaturam poſſe ad omne,quod eſt eleuatu capax : at non demonſtratur in particulari capacem eſſe eleuationis ad videndum Deū, quod manifeſtū fiet ex reſponſionibus, quæ ab vtente ſolo lumine naturæ poſſent adaptari. Ad primā negari poſſet, Deum vt viſibilē nō eſſe extra obiectū adæquatū,nihil impediēte,quod idē Deus,vt abſtractiue cognoſcibilis,ſit intra naturā.Nā etiā Deus,vt cōprehenſibilis eſt extra obiectū adæquatū ſecundū omnes.Ad cōfirmationē negari etiā poſſet,viſione finita Deū poſſe videri,quia videri deberet per proprias ſpecies,& eæ,vt modo docent plures Theologi,de quibus diſp.40.finitę naturæ eſſe nequeunt. Ad illud de amore Dei : diſtingui poſſent varij amores,de his, qui poſſunt ſequi ad notitiam abſtractiuam Dei , comparatam per alienas ſpecies creaturarum , concedendum eſſet,fore finitos,vt regulantur cognitione finita , & limitata. De his vero qui ſequi poſſent ad cognitionem intuitiuam , negandum eſſet , fore finitos , quippe qui regulantur per cognitionem , quam arbitrantur eſſe infinitam:ſicut amor , qui ſequeretur ad comprehenſionem Dei , infinitus eſſet. Ad ſecundam confirmationem in primo antecedenti latet æquiuocatio,quę potiſſimum decipere poſſet, ideoq; diſtinguendum eſt:Deus continetur intra adæquatum obiectum vno modo, hoc eſt, vt abſtractiue cognoſcibilis conſideratus cōcedo:quocumq; modo conſideratus, hoc eſt, vt viſibilis,& comprehenſibilis,nego.Cōſequentia neganda eſt.Ergo noſtræ potentiæ erga Deū exercere poſſunt quoſcumq; actus quos potentiæ inferiores exercent erga ſua obiecta. Et ratio differentiæ redditur,ex eo quod Deus ſecundum quod viſibilis, eſt extra obiectū adæquatum , aut non probatur efficaciter eſſe intra : at obiecta facultatum inferiorum nō ſunt vt viſibilia , ſeu intuitiue cognoſcibilia extra obiectum adæquatum: imo & ſunt intra ſphæram obiectorum connaturalium : & potentiæ inferiores , quibus non ineſt virtus abſtractiue cognoſcendi , aliter ea nequeunt cognoſcere. Vnde ſi conſequentia illata ex earum cognoſcendi modo valeret;probaret vltra intentum; nimirum intellectum noſtrum , non egere eleuatione ad videndum Deum. Ex hoc argumentum P. Arrub. manet ſine vi demonſtratiua. Adeat lector cap. 4. diſp. 36. in quo rationes repugnantiæ, quæ contra viſionem Dei formari ab hæreticis poſſunt , negantibus eam eſſe poſsibilem, diſcuſsimus , atq; qua potuimus, claritate enodabimus.

Non eſt demōſtratio.

Caput II. *Poſsibilitas viſionis ratione naturali tantum probabiliter oſtendi poteſt.*

8 DVAS habet partes concluſio titulo præfixa.Prima eſt ratione naturali non demōſtrari viſionis poſſibilitatem.Secunda probabili ratione oſtēdi.Vtramq; docet communior ſententia. Meliores referam ex antiquis Okam in 4.q. 14. ar. 2. ſuplem. Gabr. in 4.diſt.49.q. 1. ar. 3. dub. 2. Hærueus quodl.6. q.3 Caiet.hic.Ferrar.3.contra Gent. cap.51.§. *quod videtur mihi* . Ex noſtris eam docent, Fonſeca 4.Methaph.cap. 1. q. 1.ſect. 5. ad finē.Mol.hic diſp. 1.§.*prima ratio*, & 1.p.q.1.ar. 1.diſp.3.Suar.to.2.Met.diſp 30.ſect.11.n.50. ex alienis modernis AEgid.Luſitanus to.2.lib. 12.de adeptione beatitudinis quæſt. 2. art. 1. §. 2. & Lorca 1.2.diſp. 28.

Okam. Gabr. Hæru. Caiet. Ferrar. P.Fonſeca. P.Mol. P.Suar. AEgidius. Lorca.

9 Neutra pars eſt probatu difficilis.Prima probatur poſitiue hoc diſcurſu. Nec a priori , nec a poſteriori demonſtrari poteſt viſionē Dei eſſe poſsibilē:ergo,&c.Probo anteced ēs demōſtratio a priori eſt per cauſam rei: cauſæ autē viſionis ſunt omnipotentia Dei , & noſter intellectus per non repugnantiam , vt eleuetur ; item obiectum ipſum , quatenus ad actum obiectiuè concurrit.Nec omnipotētiæ Dei,nec noſtri intellectus,nec Dei viſibilis,vt eſt obiectum actus, naturali lumine eam poſſumus arequi notitiā, quæ ſufficiat ad demonſtrādam viſionis poſsibilitatē:ergo ea lumine naturę à priori demōſtrari nō poteſt.Probo ſingulas minoris partes. De omnipotentia Dei cognoſcimus quidē eſſe infinite perfectā,omnia . quę ſunt,& eſſe poſſunt,ab ea producta,& produci poſſe:at vero cū venitur ad ſupernaturalia myſteria in particulari,licet cōfuſe,& generaliter cognoſcamus, multa ſupra naturā Deū facere poſſe:ignoramus vero,an hoc myſteriū, vt Incarnationis,vt Euchariſtiæ,& alia huius generis poſsit facere,nec

Non demōſtratur a priori viſionis poſsibilitas.

Digitized by Google

ne, ſi ſolũ ducimur ex principijs natura notis. Rurſus, etſi nõ repugnantiã, vt a Deo fiat, hinc inde probabili ratiocinatione coniectemus; at nequaquã poſſum' id notis, & firmis principijs fundare; ita ſe res habet in diuina viſione. De intellectu noſtro ita probo. licet exacte quidditatiue, & cõprehẽſiue cognoſcatur naturali lumine, cognoſcet quidẽ cõprehendens omnes actus, quos ipſe poteſt producere, ſi dentur ſpecies impreſſæ, & omnes ſpecies, quas mẽs noſtra petit erga obiecta proportionata, & connaturalia; at non cognoſcet omnem actum, ad quem eam omnipotentia Dei eleuare poſſet: nã ad hoc opus eſſet, ipſam Dei omnipotentiã comprehẽdere. Rurſus, ad hoc vt effectus cognoſcatur in cauſa, debet cauſa adæquate effectum continere, vt docui tract. 2. diſp. 8. cap. 2. atqui intellectus noſter non ſolum non continet viſionem Dei ſupernaturalem adæquatè; ſed nec omnino partialiter; ſed ſolum remote, & incohatiue, ſeu obedientialiter: ergo non poteſt demonſtrari, eſſe poſsibilem viſionem Dei ex noſtri intellectus cognitione. Deniq; de obiecto, hoc eſt, Deo ipſo in ſe viſibili, licet conſtet nobis, a ſe viſibilem eſſe: vnde cõſtat an ſit viſibilis à creatura? an ne ad ipſum videndum infinita viſio a creatura improducibilis neceſſaria ſit? Ergo relinquatur, a priori demonſtrari non poſſe viſionis poſsibilitatem.

10 *Non demõſtratur a poſteriori.*

Nec a poſteriori poſſe demonſtrari, conſtat ex effectis, quæ natura noſcit; nullum namq; eſt, quod ſumi poſsit, vt principium, ex quo euidenter inferatur, poſsibilem eſſe viſionem. Nam, ſi quod eſſet principium, maxime creaturæ nobiliores, vt homo, aut Angeli, aut operationes eorum: nam alia, quæ in inferiori gradu ſunt, non eſſe apta ad eliciendam viſionis poſsibilitatem, vel cæcus aſpiciat. Quod vero, nec hominis ſubſtantia, nec Angeli, conſtat: nam, aut id fiet ratione immortalitatis, aut ſpiritualitatis? ſed nec æternitas in anima, aut in Angelo a parte poſt, nec ſpiritualitas apte id probant. Nam æternitas ſolum probat durationem ſine fine ſubſtantiæ Angelicæ, & animæ, atq; proprietatum inſeparabilium. Spiritualitas ſolum independentiam a corpore, & materia, non poſsibilem eſſe viſionem, vt cõſtat. Quod deniq; nec eorum operationes, probatur, quia, aut naturales ſunt, vt cognitio abſtractiua Dei, aut ſupernaturales, vt fides infuſa? non illa, quia vt ſæpe dictum eſt, non fit ex eo, quod a natura ſit cognoſcibilis abſtractiue, etiam viſibilem eſſe a creatura in ſe: non hæc? quia nec demonſtratiue cognoſcimus in nobis eſſe has notitias ſupernaturales, nec ſi cognoſceremus, ex eo fieri poſſet euidens conſecutio ad viſionem: ergo, nec a priori, nec a poſteriori demonſtratur viſionis poſsibilitas. Cõfirmatur primo; quia probabiliſsime diluimus cap. 11. rationes omnes, quas Theologi excogitarunt pro demonſtranda poſsibilitate viſionis: ergo, &c. Confirmo ſecundo, ex eo, quod cum antiqui, & nobiles Philoſophi in inuenienda vera beatitudine tantum inſudarint, tam varias, atq; aduerſas tentarint vias, vt conſtat ex ſcriptoribus materia de beatitudine, nulli in viſione primæ cauſæ eam collocarunt; quia nimirum poſsibilem eſſe talem viſionem arbitrati non ſunt: nam, ſi perſpectum habuiſſent eſſe poſsibilem, ipſum lumen naturæ eos duceret ad collocandam beatitudinem in ea viſione, quippe eſſet omnium nobiliſsima operatio.

11 Secunda pars, nempe probabiliter oſtendi poſsibilem eſſe viſionem Dei, probo hac ratione; cõſtat ex vna parte, Deum multa ſuper naturalia, hoc eſt, quæ ſuperant naturæ vires, in nobis efficere poſſe, quippe ipſius omnipotentia non eſt alligata legibus naturæ, & hæc propoſitio mihi euidens eſt, & ex alia parte in viſione Dei in particulari nulla eſt repugnantia, & hæc propoſitio probabiliſsima eſt: ea conſtat tum ex dictis diſp. 36. cap. 4. tum ex huius cap. 1. Ergo magna cum probabilitate inferimus ex duplici illa præmiſſa, viſionem Dei in ſe eſſe poſsibilem.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA.

DE SPECIE IMPRESSA DEI INTVITIVE viſibilis, an diuinitus fieri poſſit?

Diſtincta octo capitibus.

In 1. Mens S. Th. de ſpecie impreſſa, & verbo.
In 2. Prima opinio negans, & fundamenta ex Thomiſtis.
In 3. Nulla ex his rationibus conuincit intentum.

In 4.

Digitized by Google

In 4. Alia fundamentaex alijs pro neganda ſpecie impreſſa.

In 5. Solutio primi fundamenti n.40.

In 6. Obſeruationes de natura ſpecici impreſſæ.

In 7. Recentiorum argumenta diluo n.41.

In 8. Species impreſſa ad viſionem Dei diuinitus fieri poteſt..

ART. II. S. THOM.

VTRVM ESSENTIA DEI AB INTELLECTV CREATO PER ALIQVAM ſimilitudinem videatur?

Ex S. Th. cõcluſio duplex.

EX ſubobſcura littera S.Tho.duas concluſiones poſſumus elicere. Prima, quod ad videndum Deum ex parte virtutis intellectiuæ requiritur aliqua ſimilitudo participata Dei.In hac concluſione appellat ſimilitudinem participatam; quatenus intellectus, & lumen gloriæ ſuperadditum ſunt Dei effectus, & omnis effectus cauſam ſuam refert, vt eius veſtigium. Secunda concluſio:ex parte obiecti,ſeu Dei viſibilis,per nullam ſimilitudinem creatam Deus videri poteſt.Hanc S.Tho.probat tribus rationibus.In ea id dubium eſt,& controuerſum;an agat Angelicus Doctor de ſimilitudine creata obiectiua,in qua prius cognita Deus videatur? an de ſimilitudine impreſſa;quæ infuſa potentiæ ab obiecto,ſit comprincipium efficiens viſionem? Tum robur rationum S.Tho.tum eius mentem diſcutimus noſtra diſ.illud cap.3.iſtud cap.1.

Caput I. *Mens S. Thomæ in ſpecie impreſſa, & verbo.*

I REM haud in ſe difficilem prolixitas,& contentio ſcriptorum obſcurauit.Mens S.Tho.primo difficilis: nam illa vox *per ſimilitudinẽ*, qua vtitur in ſecunda concluſione æquiuoca eſt; ſumi enim poteſt pro ſimilitudine Dei obiectiua,& expreſſa, & pro efficiente,ſeu impreſſa ex parte principij,& ſimul pro omnibus.Ex quo variæ emanarunt ſententiæ,quas non refero,ſincera S.Tho.explanatione contentus, quam ſemper in re Theologica magni facio, ac maxime in hac,in qua pars negans Dei omnipotentiæ poſſe producere ſpeciem impreſſam,vix habet fundamentum alicuius ponderis,præter S.Tho.authoritatem.

S. Tho.

Varijs in locis expreſſit S.Th. ſuã mentẽ;antequã hunc ſecundũ articulum conderet;quia vero in eo cõpendium ſui egit, oportet prius ex alijs locis mentẽ ipſius venari.

Præcipua teſtimonia S. Tho. de hac re.

Loca,in quibus magis ex profeſſo tractauit,quatuor ſunt in quodlibetis,quodl.7.ar.1.de veritate q.8. ar.1.in 4.ſentent.diſt.49.quæſt.2. ar.1. & in hoc ar.2. inter hæc teſtimoniũ ex quodl. 7. deprõptum videtur efficacius ad probandũ, S.Th.negaſſe poſſibilẽ eſſe ſpeciẽ impreſſam Dei.

S. Th. expenditur quodl. 7. ar. 1.

Quoniã eo loci a priori probare nititur,intellectũ creaũ immediate videre poſſe eſſentiam Dei. Ad cuius rei euidentiã aduertit, in viſione intellectiua triplex mediũ cõtingere.*Primũ,ſub quo.Secundũ, quo.Tertiũ,in quo.*

Triplex mediũ cognoſcẽdi ex S.Th.

Primũ,manifeſte ait eſſe lumẽ intellectuale: nã illud explicat per lucẽ ad oculũ cõparatam & in ordine ad viſionem: per mediũ *ſub quo* intelligit lumen gloriæ,vt conſtat manifeſte ex illis verbis in corpore. *Reſtat ergo, quod ſolũ primũ mediũ erit in illa viſione, licet lumen gloriæ.* In hoc nulla eſt controuerſia. Fere tota reuocatur ad ſecundum medium *quo*,atq; ideo oportet verba S.Th. proponere *Et hoc* (ait) *eſt ſpecies intelligibilis,quæ intellectũ poſsibilẽ determinat,& habet ſe ad intellectũ poſsibilẽ,ſicut ſpecies lapidis ad oculum.* Per hæc verba S. Th. intelligere ſpeciẽ impreſſam cõſpicuũ eſt. 2

Ariſt. In ſenſibus ſunt ſpecies impreſſæ.

Primò;quia,ipſe cũ ſchola Peripatetica admittit in ſenſib⁹ ſpecies impreſſas. Lege Ariſt.2.lib.de Anima c.12.tex.121.& 124.vbi ait;ſenſus recipere formas ſine materia.& 3.lib. de Anima cap.4.tex.2. & cap.8.tex 37.ſenſus per eas formas fieri res ipſas ſenſibiliter, vt

 poſsit

Digitized by Google

poſsit eas ſentire : & 1. lib. de Anima cap. 2. tex. 25. per has formas ſenſus conſtitui in actu primo, ſicut intellectus per ſuas ſpecies in ordine ad intelligibilia. Et eleganter ſcripſit Baſil. homilia 2. in Exameron. *Eſt enim aëris perrara, tranſparens, pellucidaq; natura, rerumq; omnium viſibilium acceptas formas ad intuentium oculos, aſpectuſq; tranſmittit.* Ergo cum S. Thom. dicat, eam ſpeciem intelligibilem ſe habere ad intellectum, ſicut ſpecies lapidis ad oculum: vt indubitatum eſt, ipſum admittere cum Ariſt. ſpecies impreſſas in ſenſibus; ita eſſe debet indubitatum, agere in hoc loco de ſpeciebus impreſsis intelligibilibus. Secundo idem probo: nam munus proprium ſpeciei impreſſæ eſt determinare potentiam indifferentem de ſe ad hæc, aut illa obiecta, potius ad hoc, quam ad illud. Quoniam antequam facultas cognoſcendi actu cognoſcat hoc obiectum, per immiſſam ab ipſo, aut ab altero infuſam ſpeciem impreſſam, facta eſt ipſi intentionaliter ſimilis, atq; adeo determinata; alias non poſſet illud cognoſcere: ſed S. Thom. agit de ſpecie determinante intellectum: ergo agit de ſpecie impreſſa. Hanc vero eſſe impoſsibilem clariſsime docet ibi. *Cum autem omne, quod recipitur in aliquo, recipiatur in eo per modum recipientis, impoſsibile eſt, in intellectu creato ſimilitudinem diuinæ eſſentiæ recipi, quæ eam perfecte ſecundum totam ſuam rationem repræſentet.* Nihil cum ſpecie probabilitatis reſpondeti poteſt huic teſtimonio. Id mirabile, quod non allegetur a Patre Vazq. qui eſt oppoſitæ partis patronus, vt ei faceret ſatis. Nec cum fundamento dici poteſt, S. Thom. hic loqui de potentia ordinaria. Primo, quia ſine aliqua limitatione abſolute pronuntiat impoſsibilem eſſe eam ſpeciem. Secundo, quia ratio, qua mouetur, eodem modo locum habet in ſpecie eformata per potentiam abſolutam; nimirum, quod res creata diuinam eſſentiam ſecundum ſe totam repræſentaret. Non dico, eam rationem efficacem eſſe, ſed ex ea mentem S. Tho. negãtem poſsibilitatem ſpeciei impreſſæ, colligi. Tertium medium erat *in quo*, hoc eſt, res extrinſeca, quæ cognita duceret in cognitio-

3 nem Dei, vt imago Cæſaris in cognitionem Cæſaris, & effectus cognitus ducit in cognitionem cauſæ.

4 *Secundum teſtimoniũ ex q. 8. de veritate.* Secundum teſtimonium erat ex quæſt. 8. de veritate art. 1. in quo eamdem habet doctrinam. Nam impugnato errore negantium, diuinam eſſentiam videri in ſe ab intellectu creato, & accedens ad declarandum modum, quo videtur, ſic ſcribit. *Non autem poteſt dici, quod eſſentia Dei videatur ab aliquo intellectu per aliquam ſimilitudinem.* Quod autem intelligat ſpeciem impreſſam in hac ſimilitudine, ex eo conſtat. Primo, quod agit de intelligibili ſimilitudine proportionate ad eam, per quam oculus videt lapidem. Secundo, quia agit de ſimilitudine media, qua obiectum, & intellectus fiunt aliquo modo vnum; hoc autem fieri non poteſt niſi a ſimilitudine, quæ eſt ſpecies impreſſa, vt eſt in hac materia apud omnes indubitatum. Tertio, quia S. Thom. vtitur eadem ratione, qua vſus fuit in teſtimonio præcedenti; nimirum nullam ſpeciem creatam poſſe plene repræſentare diuinam eſſentiam, & vt oportet ad notitiam intuitiuam; ſic enim ait. *Omnis autem ſimilitudo diuinæ eſſentiæ in intellectu recepta non poteſt habere aliquam conuenientiam* (vtique in repræſentãdo) *cum eſſentia diuina, niſi analogicè tantum*: ergo in hoc etiam teſtimonio negat eſſe poſsibilem ſpeciem impreſſam.

5 *3. Teſtim. ex 4. ſent.* Tertiũ teſtimonium erat ex quarto lib. ſententiarum diſt. 49. q. 2. art. 1. vbi S. Thom. eleganti diſcurſu reuocat controuerſiam Theologicam de viſione immediata eſſentiæ Dei ad priſcam aliam philoſophicam de viſione immediata ſubſtantiarum ſeparatarum; in qua etiam quidam è philoſophis felicitatem naturalem collocarunt: & docet ex Auicena in ſua Metaphyſica, quod ſubſtantiæ ſeparatæ intelliguntur a nobis per intentiones ſuarum quidditatum: *quæ ſunt*, ait, *quædam ſimilitudines non abſtractæ ab eis; quia ipſæmet ſunt immateriales; ſed impreſſæ ab eis in animabus noſtris.* Ecce expreſſe loquitur de ſpecie intelligibili impreſſa: & ad rem de viſione eſſentiæ ſic adiecit. *Sed hic modus etiam non videtur nobis ſufficere ad viſionem diuinam, quam quærimus. Conſtat enim, quod omne, quod recipitur in aliquo, eſt in eo per modum recipientis, & ideo ſimilitudo diuinæ eſſentiæ, impreſſa ab ipſo in intellectu noſtro, erit per modum noſtri intellectus: modus autem noſtri intellectus deficiens eſt a receptione perfecta diuinæ ſimilitudinis.* En probat, ſpeciem impreſſam Dei eſſe impoſsibilem ex incapacitate recipiendi mentis noſtræ. Et infra ſupponit, formam, quæ eſt in intellectu, eſſe principium cognitionis, licet non ſecundum modum eſſendi, quem res habet ad extra; ergo euidens eſt, loqui de ſpecie impreſſa. Deniq; concludit, eſſentiam diuinam ad ſui viſionem ſe habere per modum formæ, idq; ab incommodis liberare conatur. Ergo in hoc etiam teſtimonio manifeſte negat ſpeciem impreſſam. Idquod legenti conſtabit euidentius.

6 *Expenditur textus ſecundus.* Ex his ſubobſcure in littera noſtri articuli inuolutã mẽtẽ S. Thom. explicabis: etenim eadẽ continetur, quæ in præexplicatis locis. Quod autem

S. Baſilius.

autem agat de ſpecie impreſſa, cũ in ſecũda cõcluſione negat, Deum videri poſſe per ſimilitudinem creatam, ſic perſuadeo ex textu 1. ex illis verbis. *Non enim eſt viſio in actu, niſi per hoc, quod res viſa, quodammodo eſt in vidente.* In quibus eſſe rem viſam quodammodo in vidente, non eſt eam actu videre; quia ad hoc eſt res ipſa quodammodo in vidente, vt fiat viſio: ergo eſſe rem eo limitato modo in vidente, eſt aliquid præcedens ad viſionem; ergo eſt ſpecies impreſſa, per quam ſolam eſt intentionaliter res in vidente. Secundo, ex illis verbis. *Sicut ſimilitudo lapidis eſt in oculo, per quam fit viſio in actu.* Ecce diſtinguit ſimilitudinem præcedentem a viſione in actu; nam hæc fit per illam: ſimilitudo autem lapidis in oculo, quæ non eſt ipſa ſubſtantia lapidis, vt ait S. Th. eſt ſpecies impreſſa ſenſibilis ipſius ſecundum dicta n. 2. ergo manifeſtum eſt agere de ſpecie impreſſa, de qua poſtea ita ſcribit. *Sed ex parte rei viſæ, quam neceſſe eſt aliquo modo vniri videnti, per nullam ſimilitudinem creatam Dei eſſentia videri poteſt.* Tertio probatur ex rationibus, quibus vtitur, quæ non ſunt diſtinctæ ab ijs, quibus egit in alijs teſtimonijs: ergo, vt eas inibi adduxit ad excludendam ſpeciem impreſſam: ita in hoc art. Ad rationes in ſpeciali modo non deſcendo, ipſas diſcuſſurus cap. 3. 4. & 5.

Quartum argumentum duco ex art. 9. iuncto noſtro textu. In illo art. petit S. Th. vtrum ea, quæ videntur in Deo, per aliquam ſimilitudinem videantur? ſicut in hoc idem quæſiuit de eſſentia Dei. Et reſpõdet in hæc verba. *Quod videntes Deũ per ſuam eſſentiam ea, quæ in ipſa eſſentia Dei vident, non vident per aliquas ſpecies; ſed per ipſam eſſentiam diuinam intellectui eorum vnitam.* In ijs expende illud *per aliquas ſpecies*: quod intelligi nequit de ipſa cognitione, quæ eſt ſpecies expreſſa, vt conſtat. Deinde expende illud, *per ipſam eſſentiam diuinam*. Nam, aut *per* ſignificat cauſam formalem cognoſcendi, aut cauſam efficientem cognitionis? Non primum: nam alias per eſſentiam ipſam increatam, vt per formam nos Deum intueremur, eſſemuſque beati, atque viſio, & beatitudo noſtra eſſet ipſa eſſentia Dei: quod, & in ſe abſurdum eſt; & in doctrina S. Th. ergo ſecundum dicendum, ac ſubinde excludit ſpeciem impreſſam, quæ eſſe deberet cauſa efficiens viſionis, id munus ipſi eſſentiæ tribuens.

7 Hæc ſufficienter perſuadent, fuiſſe de mente S. Thom. negare poſſibilem eſſe ſpeciẽ impreſſam ad viſionem Dei, nec in hac parte audiendum eſſe P. Vazq. hic diſp. 39. & 43. alio violenter ipſum detorquentem contra intelligentiam antiquorum, & recentiorum Thomiſtarum, & noſtrorum ſcriptorum; eos tantum refero, qui poſt ipſum ſcripſerunt in ipſum, nec leui calamo. Ex noſtris refutat P. Vazquez, P. Suar. lib. 2. de attributis negatiuis c. 13. P. Arrub. diſp. 16. cap. 1. P. Salas 1. 2. q. 3. tractatu 2. diſp. 5. ſect. 2. Ex alienis Nauarretus 1. p. controu. 34. §. 3. Raphael a Ripa hic dub. 1. c. 1. AEgid. Luſitanus 2. to. lib. 8. 2. p. q. 2. ar. 8. § 2. Ambroſ. Machinus in Commentario ad hunc artic. & Albelda hic diſp. 25. ſect. 1. Ij ferè omnes modo appellant placitum P. Vazq. paradoxum, modo falſum, & improbabile. Ego in eo non agnoſco veritatem, ſed agnoſco ingenij aciem.

(P. Vazq. — P. Suar. — P. Arrub. — P. Salas. — Nauarretus — Ripa. — AEgid. Luſit. — Machinus. — Albelda.)

8 Certum ſit igitur, ſimilitudinem impreſſam a S. Thom. negatam; an autem etiam expreſſa negata ſit, quę ſit formalis ipſa viſio, aut obiectiua, in qua prius cognita cognoſcatur diuina eſſentia: reſtat diſcutiendum, vt ante omnia mentem S. Thom. proſpectam habeamus. Et quidem ex vna parte omnem Dei ſimilitudinem creatam excluſam a S. Th. probant, quæ ad excludendam ſimilitudinem impreſſam adduximus, vt conſtabit recognoſcenti locos. Quoniam omnia verba quadrant ſpeciei expreſſæ: maxime Quodl. 7. in quo ſolum intercedere, ait, medium *ſub quo*, hoc eſt lumen gloriæ. Idẽque docuit in 4. diſt. 49. q. 2. ar. 1. in reſponſione ad 15. & q. 8 de verit. ar. 1. eo rigore negat omnem creatam ſimilitudinem ad viſionem Dei, vt inclinaſſe videatur in ſententiam, quæ affirmat, per ipſam Dei increatam eſſentiam nos ipſam videre: nam ſic ait. *Omnis autem ſimilitudo diuinæ eſſentiæ in intellectu recepta, nõ poteſt habere aliquam conuenientiam cum eſſentia diuina, niſi analogice tantum.* In ijs non loquitur de conuenientia in genere entis; ſed in eſſe repræſentatiuo; ergo negat omnem ſimilitudinem creatam, & in intellectu receptam eſſe poſſe Dei, vt eſt in ſe. Lege articulum, & leges ex mente S. Thom. nec ſimilitudinem genericam, nec analogicam eſſe ſufficientem ad videndum Deum, vt eſt in ſe.

(*Speciẽ expreſſã Dei, & obiectiuam ſimilitudinẽ negari a S. Th. ſecundum quoſdam.*)

9 Id valde vrget, quod rationes S. Th. quas congeſſit in hoc art. 2. pariter probant de ſimilitudine impreſſa, ac expreſſa. Prima erat, quod per ſimilitudinem rerum inferioris ordinis nullo modo ſuperiora poſſunt cognoſci. Qualem qualem vim habeat hæc ratio ad probandum intentum in ſpecie impreſſa, eamdem proculdubio habet de ſpecie expreſſa. Etenim ea fundatur in modo repræſentandi ſpeciei creatæ, quæ neceſſario, ſiue conſideretur in genere entis, ſiue in eſſe repræſentatiuo eſt inferioris ordinis: quod ſi ſpecies expreſſa poteſt in aliqua conſideratione eſſe non inferioris ordinis, etiam poterit impreſſa, ſaltem ex vi huius rationis; nimirum ex ratione creatæ: ergo hæc S. Thom. prima ratio vtramque pariter

Digitized by Google

riter excludit ſpeciem. Secundo erat, quod eſſentia Dei eſt ipſum eſſe eius, vt dixerat q.3. ar.4. quod a nulla forma creata repræſentari poteſt, ex quo infert. *Non igitur poteſt aliqua forma creata eſſe ſimilitudo repræſentãs videnti Deum.* Hæc ratio D. Th. ducit originem ex ratione actus puri Dei, ex qua collocatus eſt in gradu ſupremo immaterialitatis, ratione cuius a nulla creata imagine poteſt repræſentari, vt eſt in ſe; vt fuſe diſſero cap. 3. robur autem hoc eodẽ modo infringit ſpeciem expreſſam, quam impreſſam; imo illam expreſsius, qua eſt expreſsior, atque perfectior repræſentatio; quoniam neutra earum ſpecierum attingere poteſt gradum actus puri, atque immaterialitatis, etiam in repræſentando, qui in Deo eſt; ergo vtrumque probat hæc ſecunda S. Thom. ratio. Tertia denique ratio procedit ex eo, quod eſſentia Dei eſt incircumſcripta, & infinita continet eminenter; hoc vero a ſimilitudine creata, & limitata repræſentari non poteſt: ergo, &c. Hanc rationem eumdem habere locum in ſpecie expreſſa conſtat; quia ea quoq; finita, & limitata eſt: ergo naturam in circũſcriptã Dei, vt eſt in ſe, repræſẽtare nõ poterit.

10 Vnde graues Thomiſtæ, hanc eſſe ſententiam S. Thom. arbitrantur. Ita Caietan. hic §. *Aduerte hic.* Capr. in 4. diſt. 49. q.5. ar.3. Cum tamen oppoſitum docuiſſe videatur in 1. diſt. 27. q.2. ar.3. ad 8. contra primam concluſionẽ, vt notauit P. Arrub. diſp. 17. cap. 1. Ferrar. 4. con. gent. cap. 49. §. *aduerte.* Licet oppoſitum probabile iudicet 1. con. gent. cap. 53. Silueſter in conflato. q.12. art.2. Torres quæſt. 27. ar. 1. diſp. 5. Bannes, & Zumel; hic demum Albelda 1. p. diſp. 25. ſect. 4. Hi omnes negant, produci verbum, & expreſſam ſimilitudinem a beatis in via S. Th. imo & fere omnes, & produci poſſe.

Caiet. Capr. Ferrar. Silueſter. Torres. Bann. Zumel. Albelda.

11 Ex alia parte S. Thom. plane concedit, viſionem Dei eſſe formam creatam in nobis exiſtentem, actionemque vitalem. Lege ipſum 1. 2. q.3. 1. & 2. & ea, quotieſcumque aliquid concipimus, produci verbum, ſeu ſimilitudinem expreſſam. Et quidem, ſi intellectio ſumpta in fieri eſt actio, aliquem terminum producat, neceſſe eſt, cũ in vniuerſum fieri a facto eſſe per fieri nequeat ſeparari: quod ſi terminus producitur, erit imago expreſſa obiecti, atque verbum mentale; quid enim aliud eſſe poteſt, aut ad quid in cognoſcente id vtile eſſe poteſt, ſi non eſt repræſentatio intentionalis obiecti? Quod vero S. Th. cõcedat, per intellectionem ſemper produci ſimilitudinem expreſſam, ſeu verbum, probant hæc teſtimonia. Primũ; quia in genere ab omni intellectu creato formari verbum, cum intelligit, pluribus locis docet. Ita q.9. de potentia ar.5. & 4. lib. contra gentes c.11. & 12. expreſſe 1. p. q.27. ar.1. vbi hæc verba perſpicua. *Quicumque intelligit, ex hoc ipſo, quod intelligit, procedit aliquid intra ipſum, quod eſt conceptio rei intellectæ, & dicitur verbum cordis.* Duo nota in ijs verbis. Primum vniuerſales locutiones. *Quicumque intelligit ex hoc ipſo, quod intelligit.* Secundum, ea præmittere, vt explicet diuinam verbi productionẽ: e quibus fit, non ſolum agere S. Th. de naturali cognitione Dei; vt aliqui Thomiſtæ interpretantur, ſed omnem complecti. Quippe naturalis noſtra cognitio Dei apta non eſt ad intelligendum per ipſam productionem verbi diuini: nec eſſet; cur ea verba ad eam limitaret.

S.Th. S.Th. teſtimonia ad probandũ intellectione produci verbum. S.Thom.

12 Secundo eſt celebris locus q.4. de verit. art. 2. vbi explicans, quomodo in diuinis verbum dicatur perſonaliter, accedens ad explicandã rationem verbi noſtri ait. *Quod verbum intellectus noſtri eſt id, ad quod operatio intellectus noſtri terminatur, quod eſt ipſum intellectum, quod dicitur conceptio intellectus.* Ecce ait, terminum intellectionis noſtræ, vt eſt fieri, & operatio, eſſe verbum: ergo quoties nos intelligimus, producimus verbum. Quod ſane, ait, eſſe ipſam conceptionem mentis, quippe per illam res intellecta denominatur: id enim videtur ſignificare in illis verbis: *quod eſt ipſum intellectum.* Deinde poſt pauca addit. *Omne autem intellectum in nobis eſt aliquid reale progrediens ab altero.* Significans effectionem verbi, quam varie poſtea declarat: Et ne quis dicat id verũ tantum eſſe cum alia a Deo, ſiue cum per ſpeciem impreſſam intelligimus. *Et hoc* (ait) *vniuerſaliter verum eſt de omni, quod a nobis intelligitur, ſiue per eſſentiã intelligatur, ſiue per ſimilitudinem: ipſa enim conceptio eſt effectus actus intelligendi. Vnde etiam, quando mens intelligit ſe ipſam, eius cõceptio non eſt ipſa mens, ſed aliquid expreſſum a notitia mentis.* Ergo S. Th. vniuerſaliter vult produci verbum ab actione intelligendi. Et quidem ſi dat verbum, cum mens ipſa ſe reflexe cognoſcit, nulla ratio videtur relinqui ad negandum verbum in Dei viſione. nam mens noſtra, & præſens eſt, & proportionata comparatione cognitionis ſui. Nec minus, quam Deus cõparatione viſionis ſui. Et in reſponſione ad 5. cum ſibi obieciſſet, in nobis non differre intelligere, & dicere; vt inde inferret, verbum in diuinis eſſe quid commune tribus perſonis, ſic ait. *Dicendum, quod in nobis dicere, non ſolum ſignificat intelligere, ſed intelligere cũ hoc, quod eſt ex ſe exprimere aliquam conceptionem, nec aliter poſſumus intelligere, niſi huiuſmodi conceptionem exprimendo.* Duo colliguntur ex his verbis; primum verbum addere ad intelligere expreſsionem conceptionis, & nihil aliud eſſe præter intelligere cum

Alterum teſtimoniũ ex S.Th.

Digitized by Google

cum hac expreſsione. Secundum nos aliter intelligere nequaquam poſſe, niſi exprimendo verbum: ergo ex mente S. Th. verbum eſt ipſa conceptio producta a mente, per quam intelligimus, nec aliquid diſtinctum realiter ab intellectione, quod ad eam cōparetur, vt obiectum proximum, & *in quo*. Rurſus negari non poteſt, beatos producere verbum in viſione: quoniam exprimunt in ſe cōceptionem Dei.

13 Hinc inde allegata ſatis obſcuram, & implicatam eſſe mentem S. Th. demonſtrant in articulo productionis verbi a beatis. Dico primo: negat S. Th. omnem ſimilitudinem obiectiuā, in qua prius cognita videatur Deus. Hæc concluſio eſt de mente omnium, & Thomiſtarum, & non Thomiſtarum ea euidenter conſtat ex allegatis n. 8. a parte negante omnem ſimilitudinem creatam ex mente S. Th.

1. Con. Non producūt beati ſimilitudinem Dei obiectiuā ex mente S. Thom.

Dices: noſtri ſcriptores vnanimi conſenſione dicunt, a beatis produci verbum, idque putant eſſe de mente S. Th. at in via D. Th. verbū eſt imago obiectiua, in qua prius viſa cognoſcitur obiectum: ergo ij opinantes aduerſantur S. Th. in duobus. Primum, in productione verbi. Secundum, in productione ſimilitudinis obiectiuæ, quæ tollit rationem viſionis immediatæ diuinæ eſſentiæ.

Reſpondetur, negando minorē: imo exiſtimo, Thomiſtas hos ex non penetrata mente S. Th. occaſione æquiuocæ locutionis ei tribuiſſe eam opinionem, quam oſtendi, eſſe contra mentem S. Th. Nec quidquam probat, ipſum 1. contra gent. cap. 53. verbum appellaſſe *intentionem intellectam*. Et 4. cont. gent. cap. 11. Verbum interius non eſſe hominem verū, ſed eſſe hominem intellectum. Nam ſenſus S. Th. eſt, verbum eſſe intellectione productum, ſeu verbum hominis eſſe hominem non verum, ſed intellectione productum; nam ſicut calor in quantum producitur calefactione, dici poteſt calor calefactus; ita verbum mentis ſeu conceptio; quia producitur intellectione, dici poteſt intentio intellecta, ſeu verbum intellectum, quo homo intelligitur. Vnde non probo interpretationem P. Suar. lib. 11. de attributis negat. cap. 13. n. 6. ſignificare S. Th. viſionem Dei propter ſubtilitatem, & excellentiam eius cognitionis ſe ipſam cognoſcere reflexione quadam virtuali: tum; quia id non reputo verum, nec de mente S. Th. tum; quia non ſolum ita loquitur de viſione Dei, ſed generalius in alijs cognitionibus, vt conſtat ex ijs teſtimonijs.

Quo ſenſu S. Th. verbum vocet intentionē intellectā.

P. Suar.

14 Pronuntio ſecundo, probabilius mihi eſt, S. Th. agnoſcere in beatis ſimilitudinem expreſſam productam. Hæc concluſio a veris D. Th. diſcipulis iuuari, atque defendi debet pro virili, ne ipſi doctrinam falſam, atque imperceptibilem tribuant. Ea autem probatur primo; quia omni alteri cognitioni (excepta ſola viſione) etiam cum Angelus ſuam ſubſtantiam intuetur, concedit vitalem productionem ſimilitudinis expreſſæ, & verbi; ita expreſſe docet 4. contra cap. 11. *Quia* inquit, *in Angelis nō eſt idem eſſe, ac intelligerē*. Sed neque in beatis eſt idem eſſe ipſorum, & videre Deum: ergo producitur per viſionem conceptio expreſſa Dei. Quod enim dicunt recentiores Thomiſtæ, diſcrimen eſſe inter Angelum, & Deum, propterea quod Deus eſt actus purus, & in ſupremo gradu immaterialitatis, & intellectualitatis, non ſatisfacit. Primo; quia ſubſtātia Angeli in eo gradu eſt immaterialitatis, & intellectualitatis comparatione intuitionis, non cōprehenſiuæ ſui, in quo eſt ſaltem proportionate Deus comparatione viſionis creatæ; ergo, vt Angelus ad ſui viſionem indiget ſpecie expreſſa producta, ita Deus. Idem argumentum formari poteſt, cum Angelus, aut anima ſeparata ſuas contuentur cognitiones. Secundo; quia non explicant, quid referat eſſe actum purum, ne intellectione, vt eſt actio, & fieri, producatur terminus aliquis realis: maxime, cum S. Th. in loco allegato n. 12. aperte doceat, noſtrum intelligere ſemper eſſe dicere, & dicere præter intelligere, continere expreſsionem cōceptionis. Quod ſi actione illa non poteſt non produci terminus realis, & natura ipſa Dei coniuncta intellectui inſtar ſpeciei eſt principium eius actionis; erit ſane terminus conceptio Dei, ſimilitudo expreſſa, & verbum; ſicut foret, ſi ab ſpecie impreſſa produceretur; tum, quia perceptio obiecti eſt imago intentionalis, ſeu intelligibilis eius: tum, quia omne, quod non eſt imago, nihil referre poteſt ad obiecti perceptionem. Denique quia hoc docet Aug. lib. 9. de Trinit. cap. 10. & 17.

2. Con. S. Th. agnoſcit ſimilitudinem expreſſam productā in beatis.

Non nego apparentem dediſſe occaſionem oppoſitæ ſententiæ: nihilominus ad obiecta ſic reſpondeo. Ad primum fateor, ibi S. Th. negaſſe omne medium cognitionis: at per medium intelligit ex parte principij ſpeciem impreſſam creatā, & ex parte rei viſæ, ſeu obiecti ſimilitudinem obiectiuam, quæ obſtat viſioni immediatæ, non autem formalē, per quam, vt per formam intelligit, quæ non obſtat plus in Dei viſione, quam in alijs omnibus naturalibus intuitiuis. Verum eſt etiam in ea q. 8. de verit. docere per ipſammet eſſentiam nos ipſam videre, non autem, vt per formam, ſed vt per obiectum. Nam eo loci totus eſt S. Thom. in defendenda viſione immediata. 15

Reſp. ad 1. Solutio obiectionū

Ad ſecundum, quod ſumitur ex triplici ratione S. Th. reſpondeo, eas directe probare cōtra ſpeciem impreſſam, & obiectiuam, in qua quædam maior proportio, & æqualitas requiritur

Ad 2.

In homine picto non cognoſcitur natura, ſed figura.

quiritur cum obiecto, quod cognoſcendũ eſt per illam in ipſa viſa, quam in ſpecie expreſſa, quæ tantum eſt forma. Sicut enim in picto Cæſare natura hominis cognoſci nequit, ſed ſola figura, in qua formaliter, & vniuoce conuenit cum figura hominis: ita in obiectiua ſimilitudine Dei non poteſt natura Dei clare percipi. Quippe ea nequit cũ Deo vniuoce cõuenire. Huc tendunt omnes rationes S.Th. quæ quidẽ maiorẽ habẽt vim cõtra obiectiuã, quã contra impreſſam. An autem efficaciter probent impreſſam negandam eſſe; & an ſit ſpeciale argumentum contra ipſam, quod cõtra expreſſam locum non habeat? diſſero cap.3.

Caput II. *Prima opinio negans, & fundamenta ex Thomiſtis.*

16 *Authores partis negantis.*

Capr. Caiet. Ferr. Sotus. Bannes. Nauar. Zumel. Nauar. Ripa. Albelda.

EX dictis cap. ſuperiori conſtat. Thomiſtas negantes poſsibilem eſſe ſpeciem impreſſam Dei, habere ſuæ ſententiæ patronum S.Thom. quapropter omnes turmatim in eam conſpirarunt, capita tantum refero. Ex antiquis Capreol. in 4.diſt.49.q.5.ar.1.concl.1.Caiet. hic §. *quoad 2.* & §. *contra has rationes*. Ferrar. 3.con.gent..cap.49 Sotus in 4 diſt. 49.q.2.ar.3. ex recentioribus Bannes, Nauarretus, Zumel, Nazarius, Ripa, Albelda in eamdem eunt neceſsitate compulſi, ne ipſorũ doctrina cadere videatur, & florere eam, quã ſcriptores Societatis fere vnanimiter docuerunt: cum tamen primum ſtudium ſcriptoris Theologici eſſe debeat, inueſtigare veriora, & inueſtigata ſcriptis mandare, ne tua, aut mea floreat doctrina; ſed vera Ex aliena ſchola acceſſere graues doctores. Dur. in 4.diſt.49.q.2.n.13. Henric. Quodl.3.q.1. litt.S.§. *ſed tamen dicta opinio*, & litt. T. & 1.p ſummæ ar.33.q.2.ad 3. Baſſol. in 3.diſt.14.q.1.ar.1.§. *dico igitur, quod abſolute*: & §. *dico igitur, quod impoſſibile*. Denique quidam etiam ex noſtris, alio vero fundamento ducti. Ita P. Arrub. diſp.16. cap.4.&5. & magiſtri ingenioſi, qui ne deſerant S. Thom. (tam ipſum venerantur) cum videant ſententiam hanc vſque ad prima eius fundamenta euerſam a doctoribus noſtræ ſcholæ, alias tentarunt vias, vt eam iam extinctã, & fere ſepultam ſuſcitarent, cum quibus manus confero cap.6.&7.

P. Arrub.

17 *Prima ratio S. Th. cum confirmationib. ex Thomiſtis de prõptis.*

Fundamenta omnia Thomiſtarum ad tres rationes S.Th. tamquam ad tria cap. reuoco. Quoniam in eis confirmandis, & illuſtrandis omnem operam poſuerunt. Prima ratio ſic formanda eſt. Per ſpeciem impreſſam inferioris ordinis in eſſendo, & repræſentando comparatam cum obiecto, non poteſt illud cognoſci intuitiue; ſed omnis ſpecies impreſſa creata poſsibilis neceſſario eſt inferioris ordinis comparatione Dei, & in eſſendo, & in repræſentando: ergo poſsibilis non eſt ſpecies impreſſa ad videndum Deum. Maior ſyllogiſmi probatur 1. ex D. Dion. de diuinis nominibus cap.1. non lõge a principio. Secundo probatur; quia, vt intellectus rem cognoſcat, prius fieri debet ipſum obiectum intentionaliter; ſed non poteſt fieri ipſum obiectum per rem inferioris ordinis, ſaltem in repræſentando: quoniam ſpecies in repræſentando, & res in eſſendo ſunt eiuſdem ſpeciei. Tertio probatur inductione in ſpeciebus rerum ſenſibiliũ, & corporearum, per quæ cognoſci nequeunt inſenſibilia, & incorporea.

Minor probatur primo: quia omnis ſpecies creata etiam in repræſentando eſt finita, & limitata, quia repræſentatio obiecti eſt intrinſeca ſpeciei: Deus vero in ſuo eſſe eſt infinitus: ergo omnis creabilis ſpecies impreſſa eſt inferioris ordinis. Secundo, quia omnis res ad gradum ordinis cum alia ſuperiori accedit ex gradu immaterialitatis, ſeu ſpiritualitatis: ſed nulla creabilis ſpecies gradum hunc æqualiter cum Deo poteſt attingere, vt conſtat: ergo, &c.

18 *Secũda ratio S. Th. cum confirmationib. ex Thomiſtis de prõptis.*

Secunda ratio ſic formanda eſt. Nulla ſpecies in intellectu creato exiſtens poteſt eſſe ſuum eſſe, & actus purus intelligibiliter; ſed omnis ſpecies poſita in intellectu eſſe debet res ipſa intelligibiliter, prius quam per eam intelligat, vt poſsit per eã obiectũ intelligere; ergo poſsibilis nõ eſt ſpecies impreſſa repræſentans Deũ, vt eſt in ſe. Minor eſt vera: & cõſequẽtia legitima. Maior probatur. Primo, quia ea ſpecies impreſſa eſt ens participatũ ab alio; imo & accidens etiam in repræſentando: ergo non eſt ſuum eſſe, nec actus purus intelligibiliter. Probo hanc conſequentiã, quoniã ſi eſſet illa intelligibiliter, maxime eſſet in repræſentando: etenim repræſentatio eius ordinatur ad intellectionem: ergo cum in repræſentando non ſit ſuum eſſe, nec actus purus, non eſt hæc intelligibiliter. Secundo, quia ſi eſt actus purus, & ſuum eſſe in repræſentando, eſt Deo ſimilis, vt eſt in ſe, habetque cum ipſo cõuenientiam vniuocam, ſaltem ſecundum eſſe repræſentatiuum, & eſt in eodem gradu immaterialitatis cum Deo: hæc autem abſurda ſunt: ergo, &c. Probatur ſequella; quia ea ſpecies ex ſua natura, & eſſentia habet repræſentationem actus puri, vt ſic, & eſſe per eſſentiam: ergo ea ratio, per quam ita repreſentat ex ſe: & Deus ipſe, qui in ſe eſt actus purus, & eſſe per eſſentiam maiorem, & ſpecialem habent conuenientiam, quam ceteræ creaturæ cum Deo: ergo

Digitized by Google

go vniuocam. Tertio; quia ſpecies illa componitur ex limitato genere, & limitata differentia; ergo cum repræſentatio ſit eius propria differentia, neceſſe eſt, eam eſſe finitam, ac proinde ex parte obiecti aliquid limitatum, & finitum repræſentare: ergo non repræſentat Deum, vt eſt in ſe; imo, vt implicat, repræſentationem non eſſe finitam, ita implicat ſpecies impreſſa. Denique probatur; quia in Deo, vt eſt actus purus non eſt genus, & differentia: ſed in omni ſpecie, vt repræſentatiua eſt, eſt genus, & differentia: ergo nulla eſt ſpecies, quæ ſit actus purus in repræſentando.

Tertia ratio S. Th. ſic formanda eſt. Deus in ſua quidditatiua intelligibilitate eſt incircumſcriptus, & illimitatus: ergo quidditas Dei a ſpecie impreſſa creata deſcribi, & de articulari non poteſt. Probatur primo conſequentia; quia ſpecies rei, aut eſt æqualiter immaterialis, aut magis, quam obiectum: ſed ſpecies determinata eſt magis materialis, quã obiectum incircumſcriptum, & illimitatum: ergo quidditas Dei ab ſpecie creata deſcribi non poteſt. Mai. probatur inductione in omni ſpecie impreſſa, tam ſenſibilis, quam ſpiritualis obiecti. Secundo probatur; quoniam, ſi ſpecies limitata deſcribere poteſt quidditatiuam incircumſcriptam intelligibilitatem Dei, etiam poterit adæquate repræſentare, ita vt nihil repræſentabile maneat non repræſentatum, atque adeo dari poterit ſpecies impreſſa ad Deũ comprehendendum; conſequens vero abſurdũ eſt. Etenim, vt eſt impoſſibilis comprehenſio creata Dei: ita ſpecies impreſſa ad comprehenſionem. Tertio; quia ſpecies impreſſa ſe tenet ex parte obiecti: ergo neceſſario ipſi commenſuratur: ergo neceſſario eſt ipſi adæquata; ſed implicat, eſſe adæquatam: ergo, &c. Mitto alia inutilia, quæ Thomiſtæ cogunt.

Cap. III. *Nulla ex his rationibus conuincit intentum.*

20 ANTEQVAM ad alias accedã vrgentiores rationes, operepretium erit monſtrare in hoc capite, quam ſint debiles a Thomiſtis productæ, vt propter eas negandum ſit omnipotentiæ Dei, poſſe producere ſpeciem impreſſam, quod doctiſsime iam a noſtris Theologis præſtitum eſt. Siquod vero de nouo dictum a nouioribus, hic excutimus. In primis vero ante oculos habenda doctrina de fide, nimirum intellectum beatorum ſupernaturaliter inſtructum, & illuſtratum producere in ſe immediatam viſionem Dei, vt eſt in ſe; quoniam ea viſio eſt vita æterna, qua beati perfruuntur, vt iam demonſtratum eſt diſp. 36. cap. 1. ac proinde eſt actio vitalis procedens actiue ab intellectu ipſo eleuato; quia vita in actu ſecundo eſſentialiter includit actionem immanentem. Ex hoc fidei principio infert bona Philoſophia, aliquem terminũ realem produci in nobis ab ea reali actione, quæ eſt in Dei viſione. Quoniam via eſt via ad terminum, & actio eſt via, & non quomodocumque via, ſed via, quæ eſt fieri; fieri vero ſine facto eſſe, hoc eſt, ſine termino effecto repugnat: & ſi omnis alia actio habet terminum realem productum, ſiue actio materialis, ſiue ſpiritualis, ſiue ſupernaturalis ſit, ſiue ſit appetitio, ſiue etiam cognitio; quare viſioni ſoli Dei, cum ſit proprie actio, & fieri, negetur contra bonã Philoſophiam, & omnes peritos Philoſophos terminus effectus? Vnde ipſi Thomiſtæ, quibuſcum diſputauimus, propter hanc rationem fatentur, a charitate ſimul cum voluntate produci amorem, qui realem terminet actionem amandi, quique ſit proprium pondus voluntatis in Deum. Fatentur etiã, in omni cognitione, ſiue abſtractiua, ſiue intuitiua produci terminum realem, qui ſit, aut imago obiecti expreſſa, aut verbum mentis: ergo ſine probabili fundamento hoc negant viſioni Dei, vt quoquo modo tentarent defendere eã, quam arbitrantur eſſe Præceptoris ſententiã; cum tamen, vt dixi n. 14. abſit ab ea in hoc puncto.

Viſio Dei eſt actio producens terminum realem.

21 Vlterius, ſi fatendum eſt, aliquid reale produci per illam actionem videndi Deum, ne cat Thomiſta in ſententiam improbabilem, vt defendat, non poſſe produci a Deo ſpeciem impreſſam, hoc reale quidnam erit? Nonne formalis, & expreſſa notitia, ſeu conceptio Dei, vt docuit S. Th. n. 12? Et demonſtrat euidens ratio? Beatus enim expreſſe, & formaliſsime cognoſcit Deum, & non per notitiam formalem, & expreſſam non productam a ſe ipſo; ergo per notitiam formalem, expreſſamque productam a ſe: ergo beatus per viſionem, vt eſt fieri, & actio producit Dei, vt eſt in ſe, notitiã, perceptionemque formalem, & expreſſam; ſicut amans Deum producit amorem, quo Dei bonitatem amat, vt eſt in ſe.

Imago expreſſa Dei per viſionem producitur.

22 Porro ex hoc manifeſte efficitur, produci per viſionem imaginem Dei expreſſam. Probo hoc illatum; nam cognoſcens per notitiam intentionaliter aſſimilatur obiecto, maxime viſo clare; perceptio enim obiecti nihil eſt aliud, quam expreſsio vitalis obiecti in eſſe intentionali, & intelligibili, atque adeo productio imaginis expreſſæ viuentis. Vnde S. Ioan. 1. Epiſt. cap. 3. loquens de noſtra viſione, vt

Ioa. Epiſt. 1. cap. 3.

Patres

Digitized by Google

Patres interpretantur: & inter eos Euariſtus Papa in 1.epiſt.ad omnes Epiſcopos Africanos 1.to. Concil. cuius verba retulimus diſp. 36.n.3.ait, *ſimiles ei erimus: quia videbimus eũ, ſicuti eſt.* In quibus verbis non tantum ſignificat, nos Deo eſſe ſimiles in eo, quod ſicut ſe Deus videt, ita & nos: quoniam in hoc remota nimis eſt ſimilitudo; ſed ſine vlla comparatione cum alio Deum vidente, ipſam viſionem habere in ſe ſimilitudinem Dei, ſicuti eſt. Lege Aug.lib.14.de Trinit.cap.17.vbi ait, cum Dei acceperimus perfectam viſionem, futuram in mente noſtra Dei perfectam ſimilitudinem: & lib.15.cap.16. *Cum autem*, ait, *ſimiles ei erimus, quando videbimus eum, ſicuti eſt: tunc verbũ noſtrum verum erit.* Et certe quis ſibi perſuadeat, omnes alias notitias omnium obiectorum eſſe imagines expreſſas ipſorum, productas actione vitali, quia alias non recte intelligitur obiecti perceptio, & ſolam viſionem Dei, quę eſt nobilior notitia, non eſſe imaginem expreſſam Dei; ſolum quia, ſi hoc concedas, tibi pręcluditur via ad defendendam impoſsibilitatẽ ſpeciei impreſſæ? Vnde Thomiſtæ peritiores, & veritatis amatores plane fatẽtur hãc expreſſam imaginem, & negant nihilominus ſpeciẽ impreſſam tentãtes varia diſcrimina inter hęc. Ita Ferrar.lib.1.con.gent.cap.53. Silueſter in conflato.q.12.ar.2. Verſiculo *item.* Sotus in 4.diſt.49.q.2.ar.3.poſt 2.concl.Nauarret.Cõtrouerſia 34.§.7.ad 1.& P.Arrub.diſp.16.cap. 5.Denique Ambroſ.Machin.diſp.15.ſect.2.

Euariſtus Papa.

23 Non me latet, modernum quemdam ex Domicanis Thomiſtis his conuinci, vt aſſerat, aliquid reale produci: conſtanter autem negat, id productum eſſe imaginem expreſſam, ne per ipſam infringãtur omnia ſua argumenta pro impoſsibilitate impreſſæ: ne etiam fateri cogatur, eam eſſe verbum, & implicare beatos non producere verbum. Quod ſi ab eo diſquiras, quidnam ſit illud? Solum audies, eſſe modum vnionis, per quem beati facultas intelligendi, & natura Dei intelligibiliter coniunguntur.

Albelda. Reſponſio moderni Dominicani.

Cõſutatio. Iudico de hoc authore, ad veritatem proxime acceſsiſſe: imo docere imaginem expreſſam, & verbum, vt intellectionis terminũ, alijs tamen vocibus veſtitam. Non eſt nouum diſsimulare voces, ne videantur ab auita cadere doctrina, preſsi pondere noſtræ. Contra ipſum ſic arguo primo. Nec apud Ariſt. & Philoſophiam peripateticam, nec apud Thom. & bonam Theologiam; nec apud Patrẽ Aug. & cęteros habet fundamentum ad hunc modum vnionis non ſimilem intentionaliter cũ obiecto: nec denique apud probatos Theologos antiquos (Caiet.excipio) vt conſtat ex a nobis allatis; ergo, vt S. Thom. defendat in articulo de ſpecie impreſſa, non ſolum ipſi cõtradicit; verum, & omni bonæ Theologię, & Philoſophiæ. Secundo, ea vnio inter potentiam, & obiectum, aut in ſe eſt res modalis, aut qualitas completa ſpectans ad prædicamentum qualitatis? Si primum: ergo intrinſece vnit extrema, & conſtituet compoſitum reale ex potentia beati, & ex natura Dei. Conſequens hoc abſurdum eſſe, quis non videat? Inferri vero ſic oſtendo: quoniam nulla vnio actualis, & modalis ex his, quæ huc vſque agnouit Theologia, & Philoſophia, non vnit intrinſece extrema, nec non facit compoſitum Phyſicum, vt cernitur in ipſo Incarnationis myſterio, in quo Verbũ diuinum eſt terminus intrinſecus vnionis: quod ſi hæc vnio inter hæc extrema non patitur extrema extrinſeca, vlla altera id patietur. Et ſine fundamento, & extra omnẽ probabilitatem id illi tribuas. Si dicat ſecundum: ergo non eſt actualis vnio, ſed qualitas extrinſece ſe habens in ordine ad obiectum, nec phyſice extrema iungit: ergo intentionaliter ſolum; ergo repræſentat obiectum. Probo hanc conſequentiam; quia omnis intentionalis coniunctio inter obiectum, & potentiam conſiſtit in quadam obiecti aſsimilatione, & repræſentatione hoc pacto: etenim ſecundum omnem Philoſophiam intra nos habemus obiectum, cum ipſius habemus notitiam, nimirum in quadam ipſius imagine. Tu autem vis ſine repræſentatione obiecti nos ipſi coniungi, ipſumq; percipere per quamdam qualitatem non repræſentantem, & vnientem obiectum cum potentia modo ineffabili: ecce cogeris ad paradoxum inauditum, & imperceptibile. Si tuæ conceptiones imagines non ſunt rerum, nihil miror, quod ita opineris. Maneat ergo, vt indubitatum, beatos, & omnem cognoſcentem formare intra ſe expreſſam obiecti imaginem intentionalem, quam ego arbitror, eſſe ipſum verbum. Et plane colligitur ex dictis cap.1.de quo redibit ſermo noſter diſp.42.cap.5.

Aduerte vero, nec hoc opus eſſe ad diluenda fundamenta Thomiſtarum; imo nec per intellectionem produci aliquem terminum. 24
Quoniam, dum detur nobis, in omni cognoſcente eſſe aliquam obiecti intentionalem repræſentationem, ſiue ea ſit qualitas, ſiue modus, ſiue terminus, ſiue actio, habemus ad euertenda ea fundamenta euidentem inſtantiam. Nam, vt hæc imago cum creata ſit; cum limitata: cum inferioris ordinis in gradu immaterialitatis, cum eſſe habeat participatum, poteſt repræſentare Deum infinitũ, & incircũſcriptum, ſumme immaterialẽ, & eſſe a ſe ipſius: ita ſpecies impreſſa.

Quoniam autem obijciuntur propoſitiones æquiuocæ in tribus illis rationibus cap. 2. 25
& res

Digitized by Google

Diſcuſsio maioris primi argumenti.

& res ipſa, & ipſæ explicandæ ſunt. Maior propoſitio primę rationis verũ habet abſolute ſenſum. Omnis namq; ſpecies impreſſa habet duplicem reſpectum; alterum, vt eſt accidens ad ſubiectum, alterum ſecundum propriã ſpeciei rationem ad obiectum, hoc eſt, ſecundum modum repræſentãdi proprium ſpeciei impreſſæ; in hoc duplici reſpectu conueniunt ſpecies impreſſa, & expreſſa, ſeu omnis cognitio. Itaq; vt cognitio eſt ordo tranſcendentalis potentiæ cognoſcentis ad obiectum: ita ſpecies omnis impreſſa eſt ordo tranſcendentalis potentiæ cognoſcitiuæ ad obiectum. Igitur vt omnis cognitio eſt cognitio alicuius determinati obiecti, cum quo commenſuratur, & cum quo dicitur eſſe in eodem ordine in gradu intelligibili: ita omnis ſpecies impreſſa eſt repræſentatio ſuo modo obiecti determinati, cum quo dicimus eſſe in eodem ordine in eſſe repræſentatiuo principij cognitionis completi, atq; vltimo conſtituti in actu primo; quia ita coaptatur illi obiecto, & per illam ſpeciem aliud non connexum cum hoc, ſiue ſuperius ſit in eſſendo, ſiue inferius, nequeat cognoſci. Vnde copulatiuè verum eſt, per ſpeciem impreſſam inferioris ordinis in eſſendo, & repræſentando cognoſci non poſſe obiectum ſuperioris ordinis. Nam ſenſus eius propoſitionis eſt, per ſpeciem impreſſam obiecti ignobilioris cognoſci intuitiue non poſſe obiectum nobilius: imo nec minus nobile, ſi connexum non eſt in cognoſci cum nobiliori, vt animaduerti. Dixi vero, veram eſſe propoſitionem, cum copulatiuè ſumitur ly &, quia per ſpeciẽ inferioris ordinis in eſſendo cognoſci poteſt obiectum ſuperioris ordinis in eſſendo; imo & è conuerſo per ſpeciem ſuperioris ordinis in eſſendo cognoſci poteſt obiectum inferioris ordinis in eſſendo. Primum conſtat primo in omni ſpecie impreſſa ſubſtantiæ. Secundo, in ſpecie impreſſa Angeli nobiliſsimi exiſtente in Angelo inferiori. Tertio, in cognitione Dei, quæ cum in eſſendo ſit in gradu inferiori, repræſentat obiectum, quod in eſſendo eſt in gradu ſuperiori. Ratio a priori eſt; quia non repugnat, obiectum, quantumuis nobile eſſe intelligibile, aut adæquate, & totaliter ab inferiori cognoſcente, aut ſaltem inadæquatè, licet intuitiue, & quidditatiuè. Quo pacto Deus eſt a nobis cognoſcibilis. Secundum patet in ſpecie intellectuali, & noſtra, & Angelica obiectorum materialiũ, & ſenſibilium. Ratio a priori vtriuſq; dicti difficilis eſt; nec ego eam apud aliquem legi: eam deduco ex illo duplici reſpectu ſpeciei iam obſeruato: etenim per primum reſpicit ſubiectum: & licet iſte ſit inadæquatus: at eſt eſſentialiſsimus penetrans vſq; ad vltimam differentiam, & ſecundum perfectionem eius intelligimus gradum eſſendi, ſeu immaterialitatis, in quo ſpecies ea collocatur. Quoniam materialitas rei ſumitur per ordinem dependentiæ a materia: ſicut immaterialitas, & ſpiritualitas per independentiam ab ea. Per ſecundum vero reſpicit obiectum, & in eſſe intentionali, & repræſentatiuo ei reſpondet: nihil vero repugnat, ſpeciem in eſſendo inferiorem coaptari obiecto ſuperiori in eſſe repræſentatiuo, vt dixi. In confirmationem huius rationis non quidem contemnendæ induco verba S. Thom. quodlib. 8. art. 4. *Vnde* (ait) *ſpecies intelligibilis eſt ſimilitudo ipſius eſſentiæ rei, & eſt quodammodo ipſa quidditas, & natura rei ſecundum eſſe intelligibile, non ſecundum eſſe naturale, & prout eſt in nobis.* In ijs S. Thom. videtur, conſideraſſe duplex eſſe in ſpecie. Primum obiecti intelligibiliter, in quantum ipſum repræſentat. Secundum, quaſi ſuum eſſe naturale, & illud, ait, eſſe, prout eſt quodammodo natura obiecti: hoc vero, prout eſt in nobis. Expreſsius id affirmat q. 3. de veritate ar. 1. & ar. 2. ad 5. *Vbi dicendum* (ait) *quod forma, quæ eſt in intellectu, habet duplicem reſpectum, vnum ad rem cuius eſt; aliud ad id, in quo eſt. Ex primo autem reſpectu non dicitur aliqualis* (hoc eſt materialis, aut immaterialis) *ſed alicuius tantum, non enim materialium eſt forma materialis, nec ſenſibilium eſt forma ſenſibilis, ſed ſecundum alium reſpectum aliqualis dicitur; quia ſequitur modum eius, in quo eſt.*

Reſpectus in ſpecie impreſſa.

Per ſpeciẽ inferiorẽ in eſſendo cognoſcitur obiectum ſuperius in eſſendo: & è contra.

26 Ex hoc deniq; fit, non ſemper ſeruari æqualitatem in eſſendo, & repræſentando, nec has rationes eadem regula metiendas, ſed ordinem in eſſendo nobiliorem poſſe eſſe in repræſentando ignobiliorem, & è contra; item & æqualem. Hæc quidem maiori, & probationibus eius lucem afferunt non modicam: in ſolutione tertij argumenti n. 37. redibit de hac re ſermo.

Ordo in eſſendo, & repræſẽtãdo non neceſſario ſe habent ex æquo.

27 Venio ad minorẽ argumenti: ea abſolute loquendo neganda eſt; quia, licet comparatione Dei, vt cõprehẽſibilis omnis creata ſpecies ſit in gradu inferiori in eſſendo, & repræſentãdo, non autem comparatione Dei, vt viſibilis; eſt quidem in eſſendo in gradu inferiori, non autem in repræſentando. Quia eſſe ſpeciem impreſſam in eodem ordine cũ obiecto in repræſentando nihil aliud eſt, quam ipſum reſpicere determinate, vt comprincipium cum potentia cognoſcitiua cognitionis intuitiuæ, vt explicui numer. 25. hoc autem non repugnat competere ſpeciei impreſſæ, vt non repugnat intellectui videre Deum per ſpeciem expreſſam. Ratio a priori, & radicalis eſt:

Deus, vt viſibilis eſt in eodẽ ordine in repræſentando cũ ſpecie.

Digitized by Google

quod vt Deus clare viſibilis eſt intra obiectũ adæquatũ intellectus noſtri, vt declaraui diſp. 36. n. 78. & ſequẽtibus: ita nõ repugnat, eũdem cõtineri ſub obiecto ſpeciei impreſſæ creatæ.

28 Ad primã probationẽ minoris, cõcedenda eſt maior, & minor propoſitio, & neganda cõſequentia. Quoniã finita repræſentatio ex parte ſpeciei poteſt Deũ infinitum repræſentare, finito quidem modo, & inadæquato, non infinito, & adæquato. Id cernitur manifeſte in expreſſa repræſentatione. Nõ intelligas, ex parte Dei, ſeu in Deo repræſentari aliquid finitum, licet repræſentatio, quæ non diſtinguitur a natura ſpeciei, finita ſit: ſed finita repræſentatione repræſentari infinitum, non quidem, vt petit infinitum repræſentari, ſed quantũ ſufficit, vt nihil lateat eorum, quæ ſunt formaliter in ipſo. Itaq; in hoc genere Deus repræſentabilis vt ſic, ſeu intelligibilis vt ſic, & ſpecies ſunt in eodem ordine. Hæc difficultas non eſt ſpecialis in hac; nam quotieſcumq; forma in eſſendo pertinet ad diuerſum ordinem, quam materia, ſeu ſubiectum, eadem eſt: vt cum ſubſtantia informatur ab accidente, materia ab ſpirituali forma: hoc diſcrimine, quod in ijs effectus formalis, qui tribuitur, quiq; ſpectat ad diuerſum ordinem eſt intrinſecus; in noſtra re eſt extrinſecus, quod non auget, ſed leuat difficultatem. Ad ſecundam probationem fit ſatis ex doctrina tradita n. 25. ex qua conſtat, in eſſendo vnã rem ad aliam ſuperiorem accedere ex gradu immaterialitatis, diuerſam vero eſſe rationem in repræſentando.

29 *Obiectio difficilis.* Sed cõtra: per nos ea ſpecies non eſt cũ Deo in eodẽ ordine in eſſendo: ergo nec in repræſentãdo. Probo hanc cõſequentiam: quia per eãdem formalitatẽ a parte rei habet ſuã naturam ſpecificã, & repræſentare; ergo nõ poteſt eſſe in inferiori ordine in eſſendo, & in æquali in repræſentando. Hãc obiectionẽ tetigi diſp. 36. n. 62. & dilui n. 72. defendens, nõ repugnare cum ratione naturali viſionẽ Dei & quidẽ, ſi probat ſpeciẽ impreſſam repugnare, probat, repugnare viſionẽ. Vnde ab omnibus Catholicis ſoluẽda eſt. *Satisfactio.* Ex ibi dictis negãda eſt cõſequentia. Ad probationẽ diſtinguo antecedens; per eãdẽ formalitatẽ habet eſſe, & repræſentare eodem modo, & reſpectu cõſideratã, nego; diuerſo modo, & ſub diuerſo reſpectu, ſeu genere, hoc eſt Phyſico, & intẽtionali, cõcedo: & cõſequentiã nego abſolute. Verũ eſt, ipſum repræſentare Dei, vt eſt in ſe, fundari, ſeu cõtinere nobilitatẽ in eſſendo, quã habet ſpecies, nec enim alteri ignobiliori hoc repræſentare poteſt cõpetere: at verũ nõ eſt, in vna cõparatione, & in altera retineri, & cõcipi extrema cõparationis eodem modo. Hinc fit, inferioritatẽ in eſſendo ex parte ſpeciei, & ſuperioritatẽ ex parte Dei cõſiſtere poſſe cũ æqualitate in repræſentatione, & repræſentabilitate ab ſpecie creata; quia hæc non æquat in genere Phyſico, ſed in intentionali, quod, licet phyſicum etiam ſit, diuerſam tamẽ ſubit conſiderationem; vt explanatum eſt.

Ad ſecundã rationem maior propoſitio diſtinguenda, & explicãda eſt, vt aduerſariorum æquiuocatio, & quædam falſa, & ridicula Philoſophia pãdatur. 30 *Reſponſio ad ſecundam rationem.* *Nulla ſpecies in intellectu creato poteſt eſſe ſuum eſſe, & actus purus intelligibiliter.* Si per *intelligibiliter*, ſeu repræſentatiue intelligas, eſſe quidem in ipſa ſpecie, aut neceſſario debere eſſe aliquem realem modũ eſſendi ipſi intrinſecum, per quem ſit illa intrinſece ſuum eſſe, ſeu actus purus, neganda eſt omnino illa propoſitio: & qui ex aduerſarijs ita exiſtimant, labuntur in abſurdam, & improbabilem ſentẽtiam. Quis enim ſibi perſuadeat, ſpeciem lapidis, & ſubſtantiæ habere modum eſſendi realem ſibi intrinſecum, qui, licet non ſit idem, qui eſt in lapide, & ſubſtantia extra animam; cum eo tamen conuenire vniuoce, & ſpecifice? *Species impreſſa in nullo modo eſſendi reali eſt obiectum.* Non ne omnis ſpecies intentionalis lapidis, & hominis, & cuiuſuis alterius rei qualitas eſt de prædicamento? non ne per ſuam vltimam differentiam repræſentatiua eſt ſui obiecti? & nõ eſt primum principium, differentiam ſub aliquo genere prædicamentali ad illud idem prædicamentum ſpectare? ergo hæ ſpecies, tum per genus prædicamentale, tum per differentiã eſſentialiter ſunt qualitates: quis ergo modus eſſendi eſt in ſpecie lapidis, per quem ipſa in ſe ſit realiter lapis? & in ſpecie ſubſtãtiæ, per quẽ ſit ſubſtantia? & in ſpecie Dei, tum impreſſa, tum expreſſa, per quem ſit ſuum eſſe, & actus purus, & Deus, in modo eſſendi vniuoce, & ſpecifice conueniens cum Deo?

31 *Alia Thomiſtarum ſolutio.* Dicent Thomiſtæ, has ſpecies dupliciter cõſiderari debere. Primo, materialiter ſecundum ipſarũ entitatẽ. Secũdo modo, formaliter ſecundũ eſſe repræſentatiuũ. Primo modo cõſideratæ, nec eſſe accidens per ſe, nec ſubſtãtiã, quia modo ſpecies eſt accidẽs, modo ſubſtãtia: vt cũ Angelus ſe intelligit; & cũ beati intuẽtur Deũ: ſpeciei ergo formaliter conſideratæ accidit eſſe accidens, aut ſubſtantia. Secũdo autẽ modo, & in quantũ eſt ſpecies, cõuenit ipſi eſſe intentionaliter ſuum obiectum, & habere modum quemdã eſſendi intrinſecũ, in quo formaliter, & vniuocè, imo & ſpecifice cõuenit cũ ipſo.

Impugnata. Sed cõtra primo: oportet diſtinguere rem ipſam, quæ ſubit munus ſpeciei ab ſpecie intẽtionali eiuſdem. Nã, licet Angelus ſe intelligat per ſuã ſubſtantiã: at illa ſubſtãtia non eſt ſpecies intẽtionalis ſui, ſed ea lõge diſtat a natura Angeli: nã ſpecies intentionalis, puta quæ exiſtit in alio Angelo, accidens eſt, non ſubſtantia, forma eſt, nõ natura completa, completiua eſt

mentis

Digitized by Google

Species, & res, cuius eſt ſpecies, longe diſtant natura.

mentis, non mens intellectiua. Idem eſt in natura diuina cōparata cū ſpecie impreſſa ſui, de qua controuerſia eſt; an ne implicet, vel nō Nā gratis cōceſſo non implicare, foret accidens, & qualitas, & forma, nō ſubſtātia, nō natura Dei, non ens a ſe, & actus purus: ergo iis ſpeciebus, vt condiſtinctis a naturis; quarum ſunt ſpecies, etiam formaliſsime conſideratis, competit formaliter, & per ſe eſſe accidentia ex integra eſſentia ſua, hoc eſt, tum ex genere, tum ex differentia.

32 Secundo, independenter ab hoc argumēto, ſic inquiro ab aduerſario de ſpecie impreſſa ſubſtantiæ: cū conſideras illam intelligibiliter, & formaliter, vt ſpeciē; an ne illa eſt aliquid reale, quod ſit ei intrinſecū ſecundū hanc cōſiderationē? An nō eſt quidquā reale? Hoc ſecundum nō dices: quia te implicabis; modo enim dicebas, vt ſic habere modū quēdā eſſendi ſuperiorē, per quē eſt obiectū vniuocè, & ſpecifice, & modo ais de hoc ipſo modo eſſe nō ens reale, ac ſubinde minus accidēte reali. Quod ſi primū cogeris affirmare: vrgeo te interrogando. An modus iſte eſſendi intētionalis ſit, vt eſt in ipſa ſpecie intētionaliter, modus ſubſtātialis? an accidētalis? Si hoc ſecūdū: ergo nec vniuoce, nec ſpecifice, ſed ſolū analogice eſt obiectū, & ſubſtātia, etiā ſecundū ſe intētionale, cōtra tuā poſitionē. Si ſecūdū: ergo omnis ſpecies intētionalis cōdiſtincta a natura obiecti, cuius eſt ſpecies cōſtat ex natura accidētali ſpectāte ad prædicamentū qualitatis, & ex modo intentionali ſubſtātiali, per quē eſt vniuocè, & ſpecifice ipſum obiectū. En ponis inſignē chimærā, vt neges rē lōge faciliorē omnipotētiæ Dei. Hāc vero chimærā eſſe, ita demōſtro: modus ille nihil aliud eſt, quā repræſentatio obiecti, ſpecies vero impreſſa per ſuā naturā ſpecificā, atq; vltimā differentiā habet obiectū, cuius eſt repræſentare: ergo ex aſſertis a te ſpecies, quæ ſecundū entitatē, & materialiter cōſiderata, ſeu ſecū dū rationē cōmunē eſt accidens, ſecundū vltimā differentiā eſt modus ſubſtātialis: cōponitur ergo ex genere accidētali, & ex differentia ſubſtātiali: & præterea ais, hunc modū ſubſtantialē, cū repræſentat ſubſtantiā cōpletā, cum lapide, cum leonē, cum mulum, eſſe vniuoce, & ſpecifice ſubſtantiā completā, lapidem, leonē, & mulū, & omnes alias res. Neſcio ego inſigniorē chimærā. Dices, modū hunc diſtingui a natura ſpecifica ſpeciei impreſſæ. Contra primo: ſine fundamento, & fruſtra res multiplicas. Contra ſecūdo: cōponis ſpeciem ex natura accidentali, & modo ſubſtantiali contra bonam Philoſophiam, quia non intellexiſti rite eam, quæ docet ſpecies impreſſas. Contra tertio: hoc dictum non eſt impugnandum; ſed contemnendum, non licet ergo plura.

Non eſt inter ſpeciē, & obiectū vniuoca cōuenientia.

Redeo iam ad inſtitutū ſecundi argumenti, exploſſa mala intelligētia illius particulæ *intelligibiliter*. Intelligēda ergo eſt, ſpeciē impreſſam fore actum purum intelligibiliter, hoc eſt, 33 repræſentare intētionaliter actū purum, nihil impediēte, quod in ſua entitate nō ſit actus purus, ſed forma accidētaria ſpectans ſecundum omnia realia, quæ habet, ad prædicamētū qualitatis. Et in hoc ſenſu, qui rectus eſt, negāda eſt maior propoſitio. Ad probationē primā, illa propoſitio antecedētis; *omnis ſpecies impreſſa eſt accidens in repræſentando*, diſtinguenda eſt (vt præueniatur periculū æquiuocationis.) Eſt accidens in repræſentādo; ita, vt obiectū repræſentatū ſit accidens, nego: eſt accidens, hoc eſt, obiectū, quod habet, repræſentat per rationē accidentariā ſibi eſſentialem, concedo: & nego conſequentiam in dicto ſenſu. Ad probationem negamus, non eſſe in repræſentando actum purum in bono ſenſu, hoc eſt, repræſentare actum purum. Exemplum euidens eſt in ipſa Dei viſione, quæ repræſentat actum purum per rationem accidentariam.

Quo ſenſu ſpecies impreſſa eſt actus purus in repræſentando?

Ad ſecundā probationē reſpōdeo primo, eā 34 pati inſtantiā euidētē in ſpecie expreſſa. Reſpōdeo ſecūdo, declarando rē ex eo, quod Deo, vt eſt in ſe, ſit intētionaliter ſimilis, praue inferūt, cōuenire cū Deo vniuoce, quia intentionalē ſimilitudinē praue intellexerunt eā cōfundentes cū cōuenientia in natura, vt ſatis in principio huius capitis declaratū eſt. Nec etiā verū eſt, ob eādem rationē, quod ſubſumitur, ſpeciem eſſe debere in aliquo modo eſſendi reali ipſi intrinſeco in eodē gradu immaterialitatis cū obiecto; nā gradus immaterialitatis in præſenti eſt ipſa perfectio rei; in ſpecie vero nihil eſt, quod ſit æque perfectum, ac Deus. Non autem negamus, ſpeciem impreſſam, & expreſſam habere cum Deo ſpecialem conueniētiam, quam nō habent aliæ res, quæ nō ſpectant ad genus intētionale: at dicimus, eam nō conſtituere vniuocam vnitatem, quæ fundatur in conuenientia, atq; indepēdentia in eſſe in naturis, ſed ſolum deſeruire, vt intellectus inſtructus ea ſpecie Deum, vt eſt in ſe, intueri poſſet; quod longe inferioris rationis eſt, quā vniuoce conuenire.

Non eſt cōuenientia vniuoca inter obiectū, & ſpeciem.

Ad Tertiā ſatisfactum ſæpe eſt. Et quidem, ſi 35 ex limitato genere, & differentia ſpeciei probare contendit, Deum nō poſſe repræſentare, quia infinitus eſt, probat ſane, implicare viſionem Dei in ſe. Vnde Armeni errantes circa ipſam hoc argumēto vtebantur. Vide dicta diſp. 36. cap. 4. n. 62. & 72. & 73.

Ad vltimā cōcedo, nō eſſe in Deo propriū genus, & differētiā: nego autem, ab ſpecie, quę 36 cōſtat proprio genere, & differētia repræſentari nō poſſe; rationē ſatis, ſuperq; dedimus in ſuperioribus.

Digitized by Google

37 Ad tertiã rationem conceſſo primo antecedenti, neganda eſt conſequentia. Aduerte autẽ, ne cum quibuſdam decipiaris in antecedentis intelligentia, duplicem in Deo intelligibilitatẽ diſtinguendã eſſe: primam ipſi intrinſecã: ſecũdam extrinſecam aduenientẽ ei a forma extrinſeca: nam, vt actualis cognitio ipſum denominat extrinſece actu cognitũ; ita facultas extrinſeca intelligendi denominat Deum intelligibilem extrinſece; prima intelligibilitas ſemper infinita eſt; quippe, quæ eſt Deo intrinſeca, & nihil Deo intrinſecum, atq; in ipſo formaliter exiſtens poteſt eſſe finitum. Vndè ſecundum hanc intelligibilitatem tantum eſt infinite intelligibilis, non finite, vt aliqui loquũtur male tribuentes intelligibilitatem a forma extrinſeca ipſi Deo: ſed illa infinita intelligibilitas Dei inadæquate, & finite, tum actu intelligitur a nobis, tum etiam intelligibilis eſt. Vnde illud antecedens verũ eſt de hac intelligibilitate Deo eſſentiali, & intrinſeca.

Duplex intelligibilitas in Deo, & finita, & infinita.

38 Ad primam probationem negandum eſt antecedens ſecundum dicta n. 25. & 26. Ex quo conſtat ſpeciem magis, & minus immaterialẽ in ſua natura, etiam ſpecifica in repræſentãdo, commenſurari obiecto magis, & minus immateriali. Quoniam, licet ſpecies ſenſibiles comparatæ cum ſuis obiectis immaterialiores ſint; at ſpecies intelligibiles comparatæ cum obiectis ſpiritualibus: v.g. ſpecies Dei, & Angelorum ſupremorum, quæ exiſtunt in anima ſeparata, aut in Angelis inferioribus, minus ſunt immateriales. Ex quo corruit probatio maioris.

Species eſt magis, & minus immaterialis, quã obiectum.

Ad ſecundam probationem neganda eſt cõſequentia. Satis dixi de ratione eam negandi diſp.36. n. 65. & 66.

Deniq; ad tertiũ cõcedo, ſe tenere ſpeciem ex parte obiecti; quatenus, vel ab eo traijcitur in potentiam, vel ab alio vice obiecti; vt cũ Deus Angelis indidit ſpecies, vel cum intellectus agens producit eas poſsibili, quia obiecta nequeunt producere. Cõcedo etiam, commenſurari obiecto, quatenus ipſum referunt, & repræſentant. Nego autẽ ſecũdam conſequentiã; nimirũ neceſſario, aut ſemper habere adæquatam commenſurationem, ſicut viſio ipſa commenſurata eſt obiecto, non tamen adæquate. Vnde autem ſpecies impreſſa accipiat limitationem; declaro cap.5. 39

Species impreſſa non neceſſario adæquata obiecto.

Caput IIII. *Alia fundamenta ex alijs pro neganda ſpecie impreſſa.*

40 BASSOLIS in 3. diſt. 14. q. 1. ar. 1. & Marſil. ibidem q. 10. propoſitione 2. vbi negare videtur, poſsibilem eſſe ſpeciem impreſſam, & ſi aliqui putent, tantum negare de facto, alio nituntur fundamento; nimirum ſpeciem impreſſam nequaquam ab obiecto libere produci poſſe, ſed eſſentialiter petere naturaliter produci, aut ab obiecto, aut ab alio, quod obiectum virtualiter, aut eminenter cõtineret: & cum nihil ſit, quod diuinam naturam eminẽter poſsit cõtinere, planè efficitur ab ipſa ſola ſpeciẽ ſui producendam eſſe: atqui Deus naturaliter nihil ad extra producere poteſt, tũ quia produceret infinitũ, ſi ageret ex neceſsitate naturæ, imo & aliud ens a ſe ſecundũ D. Tho. 1.p.q.19. ar.4. tum quia iſte modus producẽdi in effectibus ad extra imperfectus eſt, ſiue nõ tã perfectus, ſicut alter liber, quod ſufficit, vt hoc, non illud tribuatur Deo: ergo vel ex hoc capite repugnat ea ſpecies impreſſa.

Baſſ. Marſ.

Hanc rationẽ Thomiſtæ recentiores ex Scotiſtis ſumpſerunt, ea vtitur Nauarr. 1.p. cõtrou. 34. §.2. & Albelda hic diſp.25. ſect.3. in 2. concluſione. Quod autem ſpecies impreſſa petat eſſentialiter produci naturaliter, & non libere, varie probari poteſt. Primo, quod nõ eſſet imago naturalis obiecti, ſed ad placitũ, ſi nõ produceretur naturaliter, ſed voluntarie. Secundo, a rgumẽto à ſigno in ſpeciebus ſenſibilibus, quæ naturaliter producũtur. Nec obſtat, inquit Thomiſta Dominicanus, quod ſpecies Angelicæ libere a Deo producantur; quia illæ exigunt, vt producãtur ſecũdũ totã adæquationẽ obiecti, atq; adeo per ipſam quilibet Angelus cõprehẽdere poteſt obiectũ eius, niſi ei deſit virtus intelligẽdi. Quid enim deſiderari poteſt in ſpecie indita Angelo inferiori, quominus per illã ſuperiorẽ comprehendere valeat? an ne perfectio intẽſiua in repræſentando? & hæc nõ; quia hæc perfectio eſt per ordinẽ ad obiectũ, nullũ vero accidens perficitur intenſiue, niſi per ordinẽ ad ſubiectũ. An ne extenſiua? Nec hæc; quia non agimus de perfectione ſe extẽdẽte ad plura. Ergo cũ a Deo produci nequeat ſpecies ſibi adæquata, efficitur repugnare ſpeciem impreſſam.

Nauar. Albelda. Argumenta ad probandã ſpeciem naturaliter produci.

Tertio, & efficacius: ſpecies procedit ab obiecto, vt ſemẽ intẽtionale eius in ordine ad intẽtionalẽ cõceptionẽ; ergo, licet alias obiectũ ſit agẽs liberũ, nõ tamẽ vt ſic procedit ab ipſo, vtiq; nõ vt vult, ſed vt eſt, ita vt libertas per accidẽs ſe habeat in ea productione. Etenim, ſicut omne obiectum reale eſt intelligibile indepẽdenter a libertate: ita ſpeciem ſui emittit independenter a libertate. Confirmo hoc argumentum; antequam intelligamus eſſe agens liberũ, intelligi-

Digitized by Google

intelligimus,quodcumq; obiectum eſſe intelligibile:ergo emiſſiuum ſpeciei impreſſæ ante libertatem in operando, & indepédenter ab ea. Pariter in diuina natura;in ea eſſentia eſt prius *ratione* voluntate, & libertate: ergo pro illo priori eſt intelligibilis: ergo independenter a voluntate:ergo ſi eſt intelligibilis pro eo priori per ſpeciem impreſſam, quam producere poteſt,eſt intelligibilis per ſpeciem,quæ petit naturaliter procedere: hæc vero repugnat, vt dictum eſt:ergo,&c.

41 *Argumenta ad probandũ ſpeciem fore fruſtra.* Idem Baſſolis vbi ſupra q.1.ar.1.& Argentina q.3.prologi ar.1.concluſione ſecunda, alia vtuntur ratione in hunc modũ; Deus nihil poteſt facere,quod ſit omnino fruſtraneum,& ſine aliqua vtilitate;ſed ſpecies impreſſa eſt omnino fruſtranea,& ſine aliqua vtilitate; ergo ea non poteſt fieri a Deo. Maior videtur per ſe nota,quia ad Deum,vt authorem,& gubernatorem naturæ ſpectat condere res vtiliter in ordine ad aliquem finem: etenim vt humanus gubernator non ſine vitio conderet leges inutiles, & fruſtraneas: ita Deus non careret vitio, ſi creaturas inutiliter, & fruſtranee conderet;ſed in Deo vitium cadere non poteſt: ergo Deus prorſus inutile,& fruſtraneum condere nõ poteſt. Probatur minor: numquam ſpecies impreſſa deſeruiret, nec deſeruire poſſet ad viſionem Dei: ergo, ſi conderetur, inutiliter conderetur. Conſequentia videtur bona; quia vtilitas actus primi deſumitur, & regulatur in ordine ad actum ſecundum: ergo,ſi nec aliquãdo haberet,nec habere poſſet actum ſecundum, inutiliter conderetur. Antecedés probatur:ſpecies impreſſa eſt vicaria obiecti,ſuoq; munere fungitur vice illius, aut quando eſt abſens a potentia cognoſcente, aut quando eſt ei improportionata: ſed natura Dei, quæ eſt obiectum, nec eſt, nec eſſe poteſt abſens, nec improportionata intellectui creato perfuſo lumine gloriæ: ergo numquam ſpecies impreſſa deſeruiret,aut deſeruire poſſet ad viſionem Dei.

42 *Vrgetur fundamentum a noſtris magiſtris.* Ingenioſi Magiſtri ex noſtris hoc fundamentum ita vrgent. Producta in mente beati ea ſpecie ſequuntur duo contradictoria:ergo non eſt producibilis. Probant antecedens:ea ſpecies connaturaliter efficeret viſionem, & non efficeret connaturaliter. Probo primam propoſitionem:ea complet principiũ ad viſionem, & eſt obiectum applicatum,nec quidquam deſideratur ad eam producendam: ergo eam connaturaliter efficeret,ſicut ignis applicatus cõnaturaliter efficit calorem. Probo ſecundam,eſſentia diuina comparatur ad illam qualitatem,tãquã principale ad ſubſtitutũ: & eſſentia adeſt etiã, & eſt proportionata in ordine ad viſioné:ergo illa connaturaliter efficeret viſionem,& nõ ſpecies. Probo hanc cõſequentiã;in præſentia principalis, & proprij agentis ceſſat actio ſubſtituti,ſaltē cõnaturaliter;ergo tunc eſſentia efficeret viſionem connaturaliter,& non ſpecies.

Deinde ſic argumentũ formant:ſpecies impreſſa ex ſua ratione eſſētiali ordinatur ad ſupplēdum defectũ obiecti,aut præſentiæ, aut proportionis. Quoniã,ſi obiecta neceſſario adeſſent,atq; cũ facultate cognoſcēdi haberēt proportionem per ſe,nulla eſſet indigētia ſpecierum:& quia Philoſophi ſtatuebant vt primum principiũ,nihil cognoſci poſſe, niſi a ſimili, cũ viderent,potentiam nequaquam conſtitui ſimilem poſſe ab obiecto diſtanti, aut improportionato,impulſi ſunt,vt ſpecies impreſſas cõſtituerent,ſeu indigentiam earum intellexerunt. 43 *Vrgetur amplius.* Porro ſpecies impreſſa in hoc precipuè differt a lumine gloriæ, & ab alia quacũq; virtute confortante potentiam:quod hæc tenent ſe ex parte potentiæ, vt ipſius adiumēta:at ſpecies ſupplet obiecti abſentiam,& improportionē, vt ipſius ſemen, atq; ſuffectum a natura pro obiecto: ergo ſpecies ex ipſa ſua eſſentia ordinatur ad ſubueniendum in ijs defectibus. Rurſus Deus,quod eſt obiectum videndum, nec abſens eſſe poteſt ratione immēſitatis,ſed neceſſario ita eſt intime præſens, vt implicet non eſſe, nec improportionatus; eſt enim ipſe per ſe ipſum eſſentialiter ſumme intelligibilis, & ipſa puriſsima lux in ordine ad viſionem Dei, vt loquitur S.Th.in 4.diſt.49.q.2.ar.1.in corpore, & in alijs locis allegatis cap.1. Ergo implicat,eſſe improportionatum comparatione intellectus lumine gloriæ illuſtrati. Ex hoc deinde infertur,aperte implicare ſpeciem ad viſionem.Probo conſequentiam: vbi defectus eſt impoſsibilis, impoſsibilis eſt natura realis, quæ ordinetur ad ſupplendum defectum; ſed in præſenti defectus eſt impoſsibilis, vt oſtenſum eſt:ergo.Maior eſt euidens,quia ea natura realis,ſi eſſet,conſtitui deberet in eſſe reali per ordinem ad defectum poſsibilem,& ſicut implicat potentia productiua realis in ordine ad effectum chimæricum: ita ſpecies realis in ordine ad exercitium chimæricum ſupplēdi defectum impoſsibilem. S. Tho.

Declaro hoc argumentum; ſi anima noſtra, aut Angelus ex ſua eſſentia eſſent facultas intelligendi, repugnaret intellectus realiter ab eis diſtinctus, qui ſuppleret defectum facultatis eius; ſed Deus ex ſua eſſentia eſt præſens, & proportionatus potentiæ intelligendi inſtructæ lumine: ergo repugnat, produci a Deo qualitatem, quæ ex parte Dei ſuppleat hunc defectũ, quem accidere repugnat ex ipſa Dei eſſentia.

44 Pater Arrub. diſp. 16. cap. 5. motus eſt in hanc ſententiam hoc eodem fundamento ita explicato. P. Arrub.

Vrgetur a Patre Arrub.

explicato. Obiecti munus, cum intelligitur, duplex eſt. Primum terminare cognitionem, & hoc eſt commune omni obiecto. Secundũ mouere potentiam ad cognitionẽ: hæc vero motio potentiæ adhuc duobus modis cõſiderãda eſt. Primo, in actu ſecũdo, & eſt influxus actualis efficiens obiecti cũ potentia in cognitionẽ. Secũdo, in actu primo, & eſt cõiunctio obiecti cum potentia, vt eã determinet ad tale obiectũ, & vt ipſum per talẽ coniunctionẽ cõſtituatur proxime intelligibile a potẽtia. Et, licet quædã obiecta creata per naturã ſuã ſint proxime intelligibilia cõparatione alicuius potẽtiæ intellectiuæ, nõ tamẽ cõparatione omniũ. Hac ratione Angelus ſe intelligit ſine ſpecie impreſſa, ab alijs vero intelligitur per ſpecies; vt ait S.Th. q. 59. de qua re agimus tractatu 6. de Angelis, quia nimirũ, cũ diſtat ab alijs, nõ eſt proxime intelligibilis ab eiſdem. Modo ſic format argumẽta. Nullũ obiectũ, quod cõparatione omnis facultatis intelligẽdi eſt per ſuã eſſentiã proxime intelligibile, & vnitũ potentiæ, poteſt repræſentari, & moueri per ſpeciẽ impreſſam: ſed Deus, qua eſt actus purus, & ſummè intelligibilis, hoc habet per ſuã eſſentiã: ergo repugnat ſpecies impreſſa Dei. Ma. ſyllogiſmi probatur primo. Nulla forma eſſe poteſt, quæ ex ſua natura ordinetur ad cõmunicandum effectum formalẽ rei, quẽ ipſa habet eſſentialiter. Secundo, quia hac ratione ſubſtantia non poſſet eſſe immediate operatiua ex forma accidentaria, ſi ipſa ex natura ſubſtãtiali eſſet immediate operatiua. Nec ſi voluntas noſtra ex ſua natura gauderet ſumma facilitate in operando, poſſent eſſe habitus ad cõmunicãdam facilitatem. Nec in Deo poſſibilis eſt mutatio augeſcens perfectionẽ; quia de ſe eſt ſumme perfectus. Ergo nulla forma eſſe poteſt, quæ Deum reddat proxime intelligibilem, quippe qui ipſe qua eſt actus purus, per ſuam eſſentiam eſt proxime intelligibilis, atq; vnitus omni intellectui. Ex hoc tandem infertur, repugnare ſpeciem Dei impreſſam: quia ea ex natura ſua ordinatur ad tribuendum Deo hunc effectum formalem. Totum ergo hoc fundamentum reuocatur ad illam propoſitionẽ. *Quod ſpecies impreſſa ex eſſentia ſua ſupplet vicẽ obiecti*. In gratiam S.Th. noſtri ij Theologi ſecundam ipſius rationẽ ſic intellexerunt, & hac via ipſius ſententiam defenſarunt: non ij mali Thomiſtæ, ſed peritioris, ac præſtãtioris Theologiæ, quam illi, de quibus num. 30.

Deniq; Ambr. Machinus diſp. 15. ſect. 1. §. *Fundamentum, & mens authoris*. Poſt relatã rationem P. Arrub. atq; laudatam, quia apprime deducta fuit ex doctrina S.Th. propter quaſdã difficultates cõtra P. Arrub. ſic adiecit ad probandum idem intentũ. Ad actionem, & effectum, qui ex natura ſua, ſeu connaturaliter petit a Deo immediate procedere, repugnat inſtrumentum connaturale: ſed viſio beata petit ab ipſo Deo immediate, connaturaliterq; procedere: ergo inſtrumentum creatum ad illã repugnat. Ergo repugnat ſpecies impreſſa ad viſionem. Probatur hæc vltima cõſequentia; quia ea eſt ſemen, & inſtrumentum connaturale obiecti ad ſui cognitionẽ, ſuffecta in defectu eius propter abſentiam, aut improportionem. Maiorem ſyllogiſmi probat. Primo, inductione in gratia, & effectibus creatione producibilibus, qui quia a Deo immediate procedere petunt, non poſſunt habere inſtrumentum cõnaturale. Aduerte vero, non excludere inſtrumentũ obedientiale. Secũdo probat; quia cõnaturale inſtrumẽtum datur agenti principali, aut ob impotentiam eius, aut ob diſtantiam loci, aut materiæ difficultatem; ergo cum nihil horum Deũ impedire poſſit ad producendum effectũ, qui ab eo petit immediate procedere, repugnat Deo connaturale inſtrumentum. Minorẽ probat; quia omnis cognitio cum obiectum adeſt, & eſt proportionatum, petit procedere connaturaliter ab ipſo potius, quã ab ſpecie, quippe ea vicaria eſt obiecti in eo munere. Id cõſtat in Angelo ſe intelligente non per ſpeciem, ſed per propriam ſubſtantiam: & in hoc ſenſu intelligẽdum eſt axioma commune, *ex obiecto, & potentia paritur notitia*; vtiq; per ſe, cum ipſum adeſt, & proportionatum eſt, quod ſi in alijs obiectis hoc verum eſt, ne dum ita erit in Deo, qui per ſe eſt longe perfectius intelligibilis, quã per creatã ſpeciẽ eſſe poſſit. Hactenus is author in ijs, quæ ſpectant ad rem noſtram.

45 *Machinus. Fundamenta ex alio authore.*

Caput V. *Solutio primi fundamenti num. 40.*

46 *An neceſſario produceret Deus infinitũ, ſi naturaliter ageret.*

FVNDAMENTA ex cap. ſuperiori ſolidius, & ſubtilius agunt contra poſsibilitatem ſpeciei impreſſæ: nihilominus intentum non cõcludunt. In primo duo poſſunt in dubiũ vocari. Primũ; an ſi Deus naturaliter ſui ſpeciẽ produceret, ea foret infinita neceſſario, vel nihilominus finita exiſtere poſſet? quia actio limitaretur ex natura termini, nimirum ſpeciei creatæ, quã eſſentialiter reſpicit, aut ex ſubiecto recipiente: vt ſol, qui agit naturaliter, habet nihilominus in viſceribus terræ diuerſos effectus perfectiores, & imperfectiores, limitatus a varia, & inæquali ſubiecti diſpoſitione. Vel etiã modo Deus ipſe nequaquã vti poteſt ſua omnipotentia ad infinitum effectum, nõ quod, aut ipſa infinita non ſit; nec quod a voluntate diuina applicari ad infinitum effectum nõ poſſet,

Digitized by Google

ſet, ſed quod limitatur ex natura finita creaturarum. Sed hoc prætermiſſo in proprium locum.

47 Secūdū in quo eſt cōtrouerſia; an ſpecies ex natura ſua ita determinet modū productionis neceſſarium, vt nec de potentia abſoluta poſſit libere produci? & quidem partem, quæ affirmat libere produci poſſe, arbitror longe veriorem; ita, vt ad oppoſitam vix agnoſcam ſolidum fundamentum, vt demonſtro, dum ea diluo. Ad primum nego, non fore imaginem naturalem obiecti eo modo, quo ſpecies eſt imago obiecti. Nec enim eſſe imaginem, habet ex modo productionis cauſæ, aut cum determinatione, aut cum indifferentia; ſed ex natura ſua. Imago ad placitum non repræſentat ex natura ſua, ſed extrinſeca denominatione a voluntate hominum, vt voces ſignificant res, & ſignant conceptus: at ea ſpecies ex natura ſua efficeret imaginem expreſſam, atque determinaret ad ſui obiecti cognitionem, non igitur eſſet imago ad placitum. An ne ipſa viſio Dei eſt imago ad placitum, & non naturalis, quod libero concurſu a Deo producta eſt? libero in quam, tum vt cauſa prima vniuerſalis, tum vt cauſa particularis, ſi eſſentia eius inſtar ſpeciei ſe geſſit in ea productione: ergo ſimiliter in impreſſa.

Species eſſet imago naturalis, tamet Deus eam produceret libere.

48 Ad ſecundū, quis non videat, nullius eſſe mōmenti eam conſequentiam, ex productione obiecti ſenſibilis, agentis neceſſarijs, ad productionem agentis liberi? Vt conſequentia haberet aliquam apparentiā, in antecedente ſubſumi deberet agens aliquod, alias liberum, & potens ſui ſpeciem producere, de quo etiam conſtaret, non poſſe ſpeciem ſui libere producere, & ex hoc conſecutio duci poſſet ad Deū cum aliqua veriſimilitudine: at ſubſumitur agēns neceſſarium, ex cuius producendi modo, ſi ad libera valeret conſequentia, valeret ſane ad funditus euertendam libertatem. Imo ex aduerſa parte ex productione ſpecierum Angelorum ſumitur argumentum non contemnendum: nam, cum illæ nequeant ab ipſis Angelis produci, vt ex ſancto Thoma ſubſumo; petunt quidem produci a Deo, non neceſſario; quia nihil eſſe poteſt, quod naturaliter petat ad ſui productionem diuinam neceſſariam actionem præter diuinas proceſsiones immanentes: ergo petunt produci a Deo libere, eo modo quo producuntur, quique Deo eſt naturaliſsimus, & eſſentialiſsimus. Ergo cū ſpecies producitur ab agente libero, libere produci petit. Probo hanc conſequentiam ex eo, quod ab agente neceſſario producitur naturaliter. Tu contēdebas probare, naturam ſpeciei exigere neceſſariam productionem: ergo ex eo, quod videamus libere eas produci iuxta ſuam naturam ab agente libero, potiori ratione inferimus, eas ſecundum ſe indifferenter produci petere, in agente quidem neceſſario, neceſſariò, in agente libero, libere.

Nec quod addit Thomiſta ille, habet aliquā ſpeciem probabilitatis; nimirum ſpeciem petere produci ſecundum adæquationē ad obiectum. Nam, aut id eſſentialiter petit, aut ſolum cōnaturaliter? Si hoc ſecundum: ergo ſaltē per potentiam abſolutam inadæquata ſpecies poterit produci; quod ſufficit ad poſsibilitatem ſpeciei impreſſæ. Si primum: ergo nec per potentiam abſolutam poterit exiſtere inadæquata, & imperfecta ſpecies. Conſequens hoc abſurdum eſſe, quis non videat? Quippe cū tum ſpecies ſenſibiles intuitiuæ, aut propter diſtantiam, aut improportionem medij, aut ſubiecti, tum intellectuales abſtractiuæ exiſtant de facto imperfectæ, & inadæquatæ: & tu negas, id etiam de potentia abſoluta fieri poſſe. Et cum petit, quidnam deſideretur in ſpecie Angeli inferioris præ cognoſcendo ſuperiore, nē eum poſsit comprehendere? Reſpondeo deeſſe perfectionem intenſiuam ſubſtantialem in repræſentando, atque accidentariam intenſionem ei deeſſe poſſe. Voco *intenſiuam perfectionem ſubſtantialiter* eam, quæ ſufficiens eſt ad ſpecies natura ſpecifica diſtinguendas. Voco *accidentariam* eam, quæ conſtat ex graduali multitudine. Quia vero ſpecies, quæ neceſſaria eſt ad rei comprehenſionem, vt minimū, ſpecifice diſtinguitur ab ea, quæ intuitiuè tantum, non comprehēſiue obiectum cognoſcit, ſicut cognitio comprehendens diſtinguitur ſpecie ab intuitione non comprehēdente; ideò dico, in ea ſpecie Angeli inferioris deſiderari perfectionem intenſiuam ſubſtantialiter. Quoniam verior ſententia docet, comprehenſionem rei petere in comprehendente gradum intellectualem eiuſdem rationis cum obiecto, vt conſtat diſp. 4. cap. 4. Et rurſus, quia continget, forte eam quoque ſpeciem Angeli inferioris non habere expletam gradualem latitudinem, quam forte petit ea ſpecies, dixi accidentariam perfectionem ei deeſſe poſſe; ſiue ea ſumenda ſit in ordine ad obiectum: ſiue in ordine ad ſubiectum: ſiue in ordine ad vtrumque, de quo non curo modo; quia ad rē non eſt.

Species cō prehēſiua, ſpecifice diſtincta a non cōprehenſiua.

Ad tertiū do illud antecedens, non tamen omittam, locutionem illam ſeminis, & cōceptionis methaphoricam eſſe accōmodatam ſane ad rem venuſte explicandam; atque ideo a tot ſcriptoribus frequenter vſurpata eſt: at vero ex ea methaphora leuis probatio ſumitur ad probandum, ſpeciem neceſſario emitti, etiā ab agente libero potente eam producere. Etenim, aut agens hoc liberum eſt creatura, vel 50

Digitized by Google

Deus ipſe.Primum Thomiſtæ dicere non poſſunt;nam opinantur,nullam ſubſtantiam , aut ex materialibus,aut ex immaterialibus emiſſiuam eſſe ſpecierum , & in hoc ſtatu animam noſtram eas,quas habet, comparare negotiatione intellectus agentis , & extra materiam a Deo infundi rerum ſpecies proprias,ſicut Angelis.Vnde ipſi admittere nequeunt agens liberum creatum, quod veluti ſemẽ ſui traijciat ſpecies.Secũdo, qui id admiſerint facile tuebuntur, potentiam productricem ſpecierum ſubordinari in agentibus liberis voluntati liberæ,vt ſubordinatur intellectus in alijs actibus a primo, ipſaque voluntas in eliciẽtia actuum imperatorum , & locomotiua potentia in exercitio ſe mouendi. Tertio,licet hoc aliquam faceret difficultatem in creatura,iam dixi n.48. in Deo fatendum eſſe,libere produci quamcunq; ſpeciem impreſſam ab ipſo:quoniam omnipotentia in operatione ad extra ſequitur ductum volũtatis.Fieret itaque ex hoc, agentia libera creata adæquatas ſui emittere ſpecies,in quo nihil abſurdi: Deũ vero inadæquatas, ac ſubinde ſpecies impreſſas ad viſionem Dei poſsibiles eſſe.Dum ergo libertas in Deo per ſe ſe habeat in productione ſpeciei, quod negari a nemine poſſe arbitror,ſiue per ſe,ſiue per accidens ſe habeat in creatis agẽtibus,nihil nocet inſtituto.Iã vero monui,quod ſibi magis placuerit,ex his affirmari,atque defendi poſſe. Conſtat etiam,ſi ſecundum dixerint,nimirum Deum eſſe agentem liberum,nihil reſtare difficultatis.

Potentia productrix ſpecierum ſubordinata libertati.

Deus libere producit ſpecies

51 Ad confirmationem reſpondeo,diſtinguendo primo,de agente libero creato,aut increato. Secundo de intelligibilitate terminatiua, aut motiua.Nam vtrumque relinquitur æquiuocum in obiectione:ſi ſermo eſt de agente libero increato,falſum eſt,ipſum prius eſſe intelligibile proxime,quam liberum. Nam,licet intellectio diuina,per quam conſtituitur natura Dei prima metaphyſica conſtitutione ſecũdum dicta tractatu 1.diſp.3.& tractatu 2.diſp. 12. ſit prior *ratione* volitione diuina,tum cõſiderata,vt neceſſaria,tum, vt libera : & vt ratione præcedit,terminare poſsit ſui cognitionem, vt de facto terminat diuinam modo explicato tractatu 1.diſp 4.cap.1.Nihilominus in ordine ad cognitionem creatam non intelligitur proxime intelligibilis motiue,donec intelligatur liber pro alio rationis poſteriori. Cuius ratio manifeſta eſt,quod aut mouet intellectum per ſuam eſſentiã inſtar ſpeciei , aut per ſpeciem creatam , vt etiam lumine gloriæ creato inſtruit intellectum,& ad hæc omnia ſe applicat libere:igitur ante libertatem non intelligimus Deum proxime intelligibilẽ motiue,ſed tantum quaſi remote,& radicaliter. Si ſermo eſt de intelligibilitate agẽtis liberi creati,planiori doctrina ſoluimus obiectionẽ? Nã, cum nec Thomiſtæ,nec nos agnoſcamus inter ſubſtantias ſpiritales liberas virtutem producendi ſpeciem ſui , donec ea producatur a potente,non intelligimus,eas ſubſtantias eſſe proxime intelligibiles motiue ; ea autem producitur a Deo libere,vt dictum eſt n.48.Ergo donec intelligamus,Deum libere ſe determinare ad producendum ſpecies , non eſt tale agens proxime intelligibile.

Antequã Deum liberum intelligamus, nõ eſt proxima intelligibilis a creatura.

Aduerte,licet quodcumque obiectum per ſuammet entitatem terminare poſsit immediate cognitionem:at,ſicut prius mouet intellectum , quam terminet:ita rationem obiectiuam terminandi nos debemus concipere poſterius ratione mouendi: non quod in obiecto ſit duplex ratio obiectiua, vna prior, & altera poſterior,etiam comparatione rationis præſcindentis:ſed quod hoc ordine obiectum concipiendum eſſe,oſtendunt hæc cõnotata.Quod ſi agis,cum Angelus ſe intelligit per ſuã ſubſtantiam, vel cum ſe applicat,vt ab alio intelligatur. Primum dico,id dubium mihi eſſe;nam (me iudice) verius eſt ſe intelligere per ſpeciẽ, & communius ab alijs intelligi per ſpeciem:vt tractatu 6.dicendum eſt. Deinde dico, libere ſe applicare ad exhibendum eum concurſum inſtar ſpeciei. Demum dico, dato concurſu neceſſario in eo euentu non fieri ſpeciem impreſſam naturaliter produci debere. 52

In obiecto ratio mouendi prior ratione terminabilitate.

Caput VI. *Obſeruationes de natura ſpeciei impreſſæ.*

53 QVAE relinquuntur fundamenta, Theologis nobilibus apparuere efficacia noſtra tempeſtate , & propter ipſa video pene extinctam iã opinionem in noſtra ſchola rediuiuam. Fere omne robur innititur ei propoſitioni,quod ſpecies impreſſa eſt obiecti vicaria , ſeu a natura ſua eſſentiali ordinata ad ipſius defectum ſupplendum. Quam arbitrantur receptam ab omnibus Philoſophis ex Ariſt. vt quoddam indubitatum principium; verum non ſolide, vt hoc cap. demonſtro , ex quo in 7.diluo argumenta.

Pro rei diſcuſsione quædam præmittenda,in quibus concordat vtraque concertantiũ pars. Primum,ſpeciem impreſſam effectiue concurrere ad cognitionem.Hoc prænotatum confirmant noſtri,& Thomiſtæ.Vide illud in noſtris: ita P.Fonſ.1.Meth.cap.2.q.3. ſectione 6. Conimbr.2.de anima cap.6.q.2.ar. 3. P. Molin. hic

Species impreſſa effectiue cõcurrit.

P. Fonſ. Conimbr. P. Mol.

Digitized by Google

P.Suar. P.Vazq. Attrib.

hic diſp.2.P.Suar. lib. 2. de Attrib. negatiuis cap.12.P.Vazq.hic diſp.48.cap.4.ab ijs abunde referuntur Thomiſtæ.Ex Ariſt.duxit originem.Nam 2.de Anima cap. 12. textu 121. & 124. loquens de facultatibus ſentiendi, dixit, recipere formas ſine materia, hoc eſt,ſpecies. Item recipere,vt potentiæ fiant per eas formaliter ſenſibilia,non quidem in eſſe reali; ſed in eſſe intẽtionali ſenſitiuo. Vide ipſum 3.de Anima cap.4.textu 2.vſque ad 8. fit autem formaliter ſenſibilia, vt poſsit ea ſentire, & conſtituatur in actu primo. Vide Ariſt.1.lib.de Anima cap.2.textu 25.& cap.5.tex. 76.& 77. cõſtituere autem in actu primo,vt poſsit ſentire, eſt proprium complentis virtutem efficiendi ſenſationem. Porro adiecit Ariſt. intellectum ſe habere ad intelligibilia,ſicut ſenſum ad ſenſibilia. Vide eum 3.de Anima cap.4.tex.2. & 3.

Ariſt. *Ariſt.* *Ariſt.*

54 *Species imago obiecti.*

Secundo præmittendũ eſt,ſpeciem impreſſam non tantum concurrere effectiue, quo etiã modo concurrit potentia,& habitus, & ad viſionem Dei lumen gloriæ:ſed etiam concurrere,vt imaginem obiecti aliqua ratione. Dico *aliqua ratione*; quia non nulla controuerſia eſt, an ea ratio imaginis,quę competit ſpeciei,appellanda ſit virtualis tantum, an etiam formalis ſimilitudo? In hoc etiam prænotato concordant Thomiſtę, & noſtri. Ex noſtris lege Conimbr.1.de interpretatione cap.1.q.2.ar.3. in 1.ſectione.Mol.hic Vazq.2.to diſp. 220. cap. 3.P. Suar.in Met. diſp.6.ſect.6. & magis ex profeſſo diſp. 30. ſect.11. Vide etiam lib.2.de Attributis negatiuis cap. 13.n.10.qui ab alijs diſcedens vult,eſſe tantum ſimilitudinem virtualẽ, vt ſemen eſt proles,non formalem,quę fundetur in aliqua conuenientia formali inter ſpeciei,& obiecti naturam. De quo modo nõ multum curandum. Id certum,& ad rem: primo, actiue efficere expreſſam ſimilitudinem: ſecũdo,non vt cauſam vniuocam,ſed æquiuocam: tertio, diſtinctam rationem ſimilitudinis comparatione obiecti eſſe in ipſa, quã in cognitione: quarto,quidquid eſt repræſentationis in cognitione ei, vt cauſæ propriæ, & directæ reſpondere, atque adſcribi:ſicut vitalitas attribuitur potentiæ. Hæc cum ita ſint, atque ab omnibus admittantur,vix de re poteſt reſtare diſſenſio,ſed de nomine;an,ſcilicet ea ſimilitudo,quam omnes fatemur in eſſe ſpeciei,appellanda ſit formalis,an virtualis?

Conimbr. P.Mol. P.Vazq. P.Suar.

55 Hoc etiam prænotatum fluxit ab Ariſt. qui has ſpecies ſemper compellat nominibus ſignificantibus ſimilitudinem. Vt imagines, imitationes,monimenta,ſimulachra, picturas veluti in tabula potentiarum delineatas. Vide ipſum lib.de Memoria, & reminiſcentia cap. 1. Placet pulchra Aug. verba in hanc rem tranſcribere lib.10.de Trinit.cap.5.ait. *Quoniam nõ poteſt omnia ſecum introrſum in regionem in corpoream ipſa corperea anima inferre: imagines eorum,cum voluerit,recipit.* Vide etiã lib. 12. ſupra Geneſ.ad litt.cap.23.

Ariſt. *Auguſt.*

Tertio præmittendum eſt,ſpeciem impreſſam determinare potentiam de ſe indifferentem in ordine ad proprium obiectum. In hoc 56 etiam omnes Thomiſtæ, & noſtri concordant. Ita Suar.2.lib. de Attributis negatiuis cap.12. n.5.Vazq.diſp.43.n.10.12.& 41.Fonſ.1. Met. cap.2.q.3.ſect.6.§.*præterea*. At pro recta huius prænotati intelligentia animaduerte, licet intellectus ex ſe comparetur in genere intelligibilium,materiæ primæ in genere ſenſibilium, vt ait, S. Th. q.8.de veritate art. 6.atque ideo appelletur pura quędam potentia in eo genere. Nilominus non ſe habere pure paſsiue ſuſtentãs ſpeciẽ in actione intelligendi, ſed actiua gaudere virtute partiali,eamque integrari per ſpeciem;ita,vt ambę concurrant,vt partes cauſæ.Ita docent omnes noſtri. Vide P. Suar. hic lib.2.de Attrib.negat.cap.12.n.20.& to.1. in 3.p.diſp.24.ſect.2.P. Mol. hic diſp. 2. & q. 56.ar.1. diſp.1.P.Fonſ.in 6. Meth. cap. 1.q. 2. ſect.2.& 1.met.cap.2.q.3.ſect.6.& eſt expreſſa S.Thom.ſententia 1.p.q.55.ar.3.& q.87.ar.1. Dicitur vero pura potentia non ſimpliciter,& in eſſe rei,cum habeat ſuam virtutem actiuam, & ſit animæ inſtrumentum ad operandum,ſed in genere intelligibili, quod genus ſupponit eſſe reale,pura autem potentia in eſſe reali,nõ ſupponit eſſe reale,ſed eſt principium conſtituendi. Itaque intellectus ante ſpeciem duo habet ex ſe. Primum,eſſe virtutem actiuam intelligendi inadæquatam, & completam. Secundum,eſſe indifferentem ad omnia intelligibilia. Per ſpeciem autem obiecti primo complétur eius in completa virtus: ſecundo determinatur ad id obiectum. Dicitur ergo, ſe habere,vt pura potentia,non quidem in ordine ad ſuam incompletam virtutem; nam, vt ſic potius eſt actus; ſed in ordine ad completionem, & determinationem. Aduerte; non eſſe idem formaliter complere,& determinare. Nã ſtat eſſe potentiam completam,& non determinatam. Etenim,ſi pro pluribus obiectis datur vna ſimplex,vt Thomiſtæ docent,dari Angelis perfectioribus, completa eſt inadæquata virtus potentiæ, non vero determinata inter illa obiecta,& quo ſpecies fuerit vniuerſalior, eo erit amplior indeterminatio. Vnde Angelus libere ſe applicando ad vnum potius, quã ad aliud,ſe ſe ipſum determinat, aut alijs modis. Quo fit,in eis principijs nõ tã propter determinationem,quam propter incompletionem neceſſarias eſſe ſpecies. An vero hoc abſolute etiam verum ſit? tract.6.

Species determinat potentiã. *P.Suar. P.Vazq. P.Fonſ.* *Species,& potentia ſunt principia partialia cognitionis.* *P.Suar. P.Mol. P.Fonſ. S.Thom.* *Species cõplet,& determinat potẽtiam.* *Poteſt cõplere,quin determinet.*

Ex hoc

Digitized by Google

57 *Conſtituit in actu primo cóple-to.* Ex hoc præterea communis ſententia vtrique parti infert,ſpeciem impreſſam conſtituere intellectum in actu primo completo,& vltimo in ordine ad cognitionem. Excipio Nauarr.2.tomo controu.13.§.3. qui hanc receptam, & certam Philoſophiam negat ſine vllo fundamento.

58 *Species vnit obiectum cũ potentia.* P.Fonſ. P.Suar. Conimbr. Ariſt. Quarto,apud omnes compertum etiam eſt, ſpeciem vnire obiectum,cuius eſt,cum potentia.Lege Fonſ.1.met.cap.2.q.3 ſect.6.§.*ad hac proprium munus*.P.Suar. cap.illo 12. n. 5.& 8. Conimbr.2.de Anima cap.6.q.2.ar.3.Hoc etiã prænotatum fluxit ex Ariſt. 3. de Animã cap. 8. Vbi ad rerum cognitionem petit formas earum ineſſe in anima; formæ autem rerum in anima eſſe non poſſunt, niſi res cum potentia aliqua ratione vniantur, non quidem ſecundũ modum eſſendi,quem ad extra,& in ſe habet, ſed intentionaliter, ſeu ſecundum repræſentationem. Hoc idem varijs in locis ſignificauit S.Th.Vide ipſum 1.p.q.14.ar.1.& q. 55. ar.1. ad 2.Vbi ex intelligibili,& intellectu fieri vnũ, ſicut ex actu, & potentia. Obſerua vero pro recta intelligentia huius communis doctrinæ, obiectum dupliciter vniri potentiæ. Primo, cum actu cognoſcitur, & terminat cognitionem. Secundo,prius *natura*, quam cognoſcatur.Prima vnio fit per actualem cognitionem, & eſt in ratione termini. Secũda per ſpeciem, & ordinatur ad efficiendam cognitionem mouendo intellectũ;de hac intelligitur hæc doctrina.

59 Ex concordi doctrina hæc ſelegi ad rem noſtram, quæ tibi proponerem; atque locos indicaui, e quibus deprompta ſunt: modo accipe alia controuerſa, & ſimul iudicium noſtrum,e quibus deducemus definitionem huius rei,& dilutionem argumentorum difficilium.

Dub.incidens, an ſpecies ſe teneat ex parte obiecti, an ex parte intellectus? AEgid. Luſitan. *Opiniones* Caiet. Sciendum primo eſt,controuerti poſſe;an ſpecies impreſſa in omnibus ſuis muneribus teneat ſe ex parte obiecti?an ex parte intellectus? an ex parte vtriuſque? AEgid. Luſitan. docte, ſed non preſſe hoc verſat.to.2.lib.8.q.3.ar.1. communis proculdubio ſententia eſt,tenere ſe ex parte obiecti. Allegat pro ea author ille magnam copiam ſcriptorum.Tu inter eos vide P. Suar. dicto cap. 12.n.11.& to. 1.in 3. p. diſp.24.ſect.2. P. Fonſ. in 6.Metha.cap.1.q. 2. ſect.2.Mol.hic.diſp.1.& 2.& q.56.ar.1.diſp.1. Huic parti ſuffragatur S.Th.in noſtro ar. ad 2. & q.56.ar.1.& 1.con.gent.cap.51.

Cai.vero docet,ſpeciem ſe tenere ex parte intellectus.Ita ſcribit 1.p.q.79.ar.2. Vbi impugnans Scotum in hac re:*quæ tamẽ*,ait,*ſentẽtia non valet: tum quia ſupponit ſpeciem ad nihil aliud per ſe poni,niſi vt ſit pro obiecto: cum tamen in intellectu neceſſario etiam ponatur pro actuatione intellectus*.Hic Caiet. affirmat,ſpeciem ſe tenere ex parte intellectus, & negat in omnibus eſſe obiecti vicariam. AEgid. vbi ſupra approbat hanc ſententiam,vt vere peripateticam.

Hæc vtraque ſententia dupliciter intelligi poteſt.Primo,in ſenſu excluſiuo, vti videntur defendere plures pro communi ſententia. Secundo,non in ſenſu excluſiuo, ita vt ſimul ſe teneat ſpecies ex parte obiecti,& ex parte intellectus,quod amplectitur Cai.in verbis relatis.AEgid.vero ar. 2. licet hunc etiam ſenſum probabiliter admittat: at ſenſum excluſiuum in fauorem intellectus,ita, vt non ſe teneat ex parte obiecti,probabiliorem iudicat. 60

Quid ſpeciem ſe tenere ex parte obiecti? Non poteſt ſolide definiri hæc controuerſia niſi terminos explicemus;ſpeciem ſe tenere ex parte obiecti nihil aliud eſt, quam exhibere actiuitatem obiecti in ordine ad cognitionem. Quoniam teſte Auguſtino, quem omnes poſtea ſecuti ſunt: *ex obiecto, & potentia paritur notitia*:obiectum igitur, vt noſcatur, & habeat veluti propriam prolem in genere intentionali ſuum concurſum exhibere debet, vt patres exhibent in eſſe reali.Igitur,ſi obiectum,& potentia ſunt patres notitiæ, cõcurſus obiecti neceſſarius eſt, & aliqua ratione diſtinctus a concurſu potentiæ.Quia vero obiecta immediate per ſe ſæpe influere nequeunt, aut propter improportionẽ, aut propter diſtantiam,hinc ſibi ſubſtituunt ſpecies,quæ pro ipſis concurrant: & hoc eſt ſpecies ſe tenere ex parte obiecti. Quãdo vero obiecta adſunt, & improportionata non ſunt,vt in Angelo ſe cognoſcente, in beato,in tactu, & guſtu, non ab ſpeciebus;ſed ab ipſis obiectis immediate efficitur notitia.

Verum altiori hæc indigent examine.Ariſt. 3.de Anima cap.8.textu 38. diſtinxit duplex genus eſſendi rerum,his verbis. *Atque neceſſe eſt res ipſas,aut formas in anima eſſe: at nõ ſunt in ea res ipſæ profecto:non enim ipſe lapis in anima;ſed forma lapidis ineſt*.Cum negat,lapidem eſſe in anima,intelligit ſecũdum eſſe reale. Cũ affirmat,eſſe formam lapidis, intelligit ſecundum eſſe intentionale, ſeu intelligibile,vt aduertunt Conimbr.in commentario ad eum locum:hoc vero eſſe intentionale,licet reale ſit, vt condiſtinguitur contra ens per rationem fictum,non autem eſt reale,vt condiſtinguitur contra ens naturale, quia non ordinatur ad dandum rebus eſſe naturale;ſed eſſe repræſentatum,quod debilius eſt,& accedit ad eſſe per rationem,& ſupponit, vt primũ eſſe naturale rerum.Hoc ipſum docuit Aug.relatus n.55.& frequenter S.Th.Vide ipſum q.8.de verit.ar.1. & in 4.diſt.49.q.2.ar.1.& 3.cont.gent.cap.51. Vbi diſtinguit eſſe naturale ab eſſe intelligibili,& eſt doctrina ab omnibus recepta. 61 S.Th.

Modo

Digitized by Google

62 Modo ſuboritur dubitatio; an obiectum in eſſe reali; an ſolum in eſſe intentionali pariat notitiam? Et multum refert, ſi hoc, aut illud eligas. Nam, ſi non parit per ſe in eſſe reali, nec mediate, nec immediate, ſpecies, non ſe tenet ex parte obiecti, ſed tantum ex parte intellectus ipſum informans, & informatione determinans; & determinando complens virtuté agendi incompletam. Rurſus, ſi non ſe tenet ex parte obiecti, non eſt vicaria eius, nec dicendum erit, ex natura ſua ordinari ad ſupplédum defectum obiecti. Quippe, ſi obiectū nullas habet partes in efficientia cognitionis, ſed tantū terminat cognitionem; ſpecies impreſſa, quæ numquam terminat cognitionem, quā efficit, non ſubit in eo munere vicem obiecti. Et, licet efluat ab obiecto, non ideo ſufficitur ipſi: nec enim quidquid filius facit, adſcribitur Patri, vt cauſæ proprietariæ: maxime, cum operatio ſpeciei pertineat ad genus intentionale; omnis autem operatio obiecti ſecundum eſſe naturale, & reale pertinet ad idem genus; vt ad productionem ſimilis, ad propriam conſeruationem, ad reuocationem in ſtatum perfectū, ad ornamentum accidentarium, & ad alia id genus. Data vero videtur ea vis emittendi ſpecies obiectis, non tam propter ipſa, quibus nihil intereſt, vt cognoſcantur, quā propter cognoſcentes, quibus maxime intereſt eſſe rerum cognoſcentes. Licet ergo obiecta cognoſci poſsint, & ſecūdum naturæ nobilitatem fundent perfectiorem cognoſcibilitatem: at nō petunt cognoſci, tamquam perfectio ipſis intrinſeca, nec habent ad potentias cognoſcentes ordinem tranſcendentalem; facultates autem ipſę petunt cognoſcere, & dum plura cognoſcunt, intrinſece perfectiores exiſtunt; dum pauciora, priuatæ ſunt perfectione connaturali, habentque ad obiecta ordinem tranſcendétalem. Imo ipſarum eſſentia eſt ordo tranſcédentalis, ſicut etiam eſſentia ſpeciei impreſſæ. Igitur diuerſa conſideratio eſt de ſpecie impreſſa, quam de obiecto. Quippe illa ordinatur eſſentialiter ad cognitionem, non hoc. Non ergo in eo munere, licet efluat ab obiecto, ſubit ipſius vicem.

An obiectū pariat notitiā in eſſe reali, an in eſſe intentionali?

63 Secundo, hanc eamdem partem confirmant quatuor illa munera ſpeciei, quæ ex communi conſenſu vtriuſque partis produxi a n. 53. vſque ad n. 59. Primum erat, effectiue concurrere ad cognitionem, atque intellectum conſtituere in actu primo; multa ſunt obiecta, quorum conſeruata natura, implicat, concurrere per ſe ipſa ad cognitionem: ergo dicendum eſt, ea, nec mediate, nec immediate ordinari ad coefficiendam ſui viſionem cum potentia Antecedens conſtat in obiectis viſus, & auditus, & in omni obiecto ſenſibili, & materiali comparatione ſenſuum internorum, & intellectus. Cóſequentia probatur; quia nullum ſubſtitutum ordinari poteſt ad actum repugnantem principali, & proprietario. Etenim, ſi eius naturę eſt operatio, cui repugnet non fieri ab ſpecie, ſeu cui ab obiecto fieri repugnet, nulla ratione ſpecies eſt obiecti vicaria; ſed ipſa per ſe erit propria cauſa eius exercitij. Porro hæc obiecta, nec ſubſtantiæ poſſunt intellectū cóſtituere in actu primo intrinſeco completo; poterit quidem cóprincipium aſsiſtens coefficere cum intellectu: non autem conſtituere in eo actu primo Nam ea conſtitutio vltra coefficientiam affert intrinſecam coniunctionem inter formam conſtituentem, & ſubiectū conſtitutum: ac proinde ſubiectum prius *natura* debet a forma informari, antequam concurrant; hoc vero in comprincipio, quod non eſt forma, nequaquam inuenitur: ergo, cum munus proprium ſpeciei ſit coefficere cum intellectu cognitionem, conſtituendo ipſum prius *natura* in actu primo completo, no poteſt in hoc munere eſſe obiecti vicaria, cui repugnat per ſe ipſum in aliquo euentu tale munus ſubire. Quod vero ea ſint ſpeciei impreſſæ munera, oſtendi n. 53. ex communi doctorum ſententia, indicans locos Ariſt. ex quo duxit initiū. Hoc inter alios acute notauit P. Mol. hic diſp. 2. explicans, qua ratione eſſentia diuina coniungatur cum intellectu beati ad ſui viſionem, ait, non conſtituere ipſum in actu primo; quia nō comparatur, vt actus ad intellectum, licet hoc non impediat, quominus coefficiant. Et P. Valen. hic diſp. 1. p. 2. De qua te tracto diſp. 41. cap. 2. & 3. P. Mol. P. Valent.

Tertio ex ſecundo munere ſpeciei non minus efficaciter probatur hoc. Nā omnis ſchola peripatetica coluit, vt primum principium, ſimile non poſſe cognoſci, niſi a ſimili. De quo Ariſt. lib. 1. de Anima cap. 2. tex. 26. & cap. 5. & alibi: adeo vt S. Th. 1. p. q. 84. ar. 2. dixerit, hoc animis omnium communiter inditum eſſe, ex eoque Philoſophi antiqui deducebant, eſſe in anima omnes res, quas cognoſcimus ſecundum proprias formas: & Empedocles eſſe elementa; quia omnia componi ex elementis autumabat. Plato vero poſuit ideas, ſeu formas rerum immaterialiter ſubſiſtentes, vt hoc principium fixum, immobileque ſtaret. Quos Philoſophos impugāt Ariſt. 3. de Anima cap. 4. tex. 8. & 14. & cap. 5. tex. 18. & alibi, & S. Th. in eo articulo. Inde ergo poſitæ ſunt ſpecies impreſſæ ſimiles obiecto, vt intellectus prius *natura*, quam intelligeret, fieret res ipſa intelligenda aliquo modo. Lege S. Th. 1. p. q. 14. ar. 2. & q. 55. ar. 1. ad 2. & alibi ſæpe. Vtique *intentionaliter*, vt explicatum eſt n. 61. Sed repugnat multis obiectis conſtituere potentias in 64 Ariſt. S. Th. Ariſt.

actu

actu primo per ſimilitudinem ſui intentionalem per ſe ipſa. Nec enim res ipſa eſt ſibi intentionaliter ſimilis, nec forma non informãs ſubiectum illud, reddit ſimile magis, quam albedo non informans corpus illud, reddit album: ergo ſpecies, nec in hoc munere eſſe poteſt obiecti vicaria. Conſequentiam hanc probaui n. ſuperiori.

65 Dices, mentem antiquorum Philoſophorum, imo & ipſius Ariſt. fuiſſe primo loco petere res ipſas ad eliciendam cognitionem. Nã
Ariſt. Ariſt. 3. de Anima cap. 8. relatus n. 61. dixit. *Neceſſe eſſe res ipſas, aut formas in anima eſſe.* Et ex eo, quod res ipſæ eſſe nõ poſsint, deducit, eſſe ſpecies, quas appellat formas. Ergo, ſi res ipſæ eſſe poſſent in anima, nõ poſuiſſet ſpecies. Ergo ſemper ſunt vicariæ rerum.

Reſpondetur, Ariſt. eo loci plane nobis fauere. Nam primo docet, animam ipſam vtrique cognoſcentem eſſe quodammodo omnia, quæ ſunt. Secundo ait, ſcientiam eſſe has eaſdẽ res quodammodo. Vbi per particulam *quodammodo* intelligit, eſſe intentionale ſecundũ omnes interpretes. Tertio addit, animam eſſe quodammodo has res, & in potentia, & in actu. In actu, cum actu eas cognoſcit: in potentia, cum poteſt proxime cognoſcere. Deinde in verbis, quæ ſequuntur, negat, in anima eſſe res ipſas ſecundum proprias rationes contra antiquos Philoſophos: ex quo infert eſſe, tum in potentia, tum in actu ſecundũ eſſe intẽtionale: non autem ait, eſſe formas loco rerum, vt vicarias ipſarum; nec credo eſt in Ariſt. locus, vbi hoc affirmet, vel ſaltim ego ipſum non legi. Imo ex eo, quod res eſſe nõ poſſunt in anima, potius deducendum eſt, in munere exiſtendi in anima ſpecies non ſubire vicem rerum; quã ſubire. Non nego, cum res eius naturę eſt, quæ poſsit eſſe prius in anima, eam efficere poſſe cognitionem: imo vt agens principale, & proprietarium, vt doceo diſp. 42. cap. 3. ſed ſolum in alijs obiectis materialibus, quibus repugnat eſſe comprincipium cum intellectu, id affirmo.

Quarto idem probo ex tertio munere de-
66 terminandi intellectum ad hanc potius cognitionẽ, quam ad illam. Quoniam, licet obiecto ſua etiam ratio determinandi competat ex præſentia obiectiua reali, non autem eo modo, quo ſpeciei competit, aut poteſt competere. Nam omnis ſpecies intentionalis, vt condiſtinguitur ab omnibus obiectis, eſt forma accidentaria, tum ex ratione vniuerſali ſpeciei intentionalis, tum etiam ex ratione ſpecifica illam per ſe contrahente: ergo omni ſpeciei impreſſę intentionali per ſe conuenit inhærere ſubiecto. Conſulto addo ſemper *intentionalem*: nam non loquor de ratione communi ſpeciei impreſſæ, vt complecti poteſt ſubſtantiã, & accidens, vt conueniunt in pręſtando influxu ad cognitionem; nã hæc ratio analoga eſt, & ei competit per accidens inhærere: ſicut animali vt ſic eſſe brutum: ſed de ſpecie immiſſa ab obiecto, vel ab alio ipſam continente. Ea etenim per ſe, & eſſentialiter determinat potentiam indifferentem informando eam; ergo in ea determinatione non ſubit munus obiecti, cui repugnat, ita determinare.

Quinto idem vrgentius probo ex quarto 67
munere vniendi obiectum cum potentia. Etenim, vt dicebamus n. 58. ex Ariſt. & S. Th. intellectus ſe habet, vt potentia receptiua formarum in hac vnione, & obiectum vt actus. Vnde in tertio de anima cap. 4. comparat intellectum tabulæ, in qua nihil eſt depictum. Et S. Th. ſæpe docet ex Ariſt. ex obiecto, & potentia fieri vnum, ſicut ex actu, & potẽtia. Quæ locutiones, nec proprię ſunt, nec verę de obiecto ſecundum eſſe reale: ergo intelligendæ ſunt de obiecto ſecundum eſſe intentionale, atque adeo de coniunctione formali intrinſeca, & Phyſica, quæ, cum non poſsit cõpetere obiecto in eſſe reali, non videtur eſſe ſpecies in eo munere vicaria obiecti.

Sexto idem probo; quia plures hodie defendunt, habitus intellectuales non diſtingui ab ſpeciebus impreſsis: at nullus dixit, habitus ſe tenere ex parte obiecti, & ſubire vicẽ eius: ergo ij quoque congruentius negabunt, ſpecies ſe tenere ex parte obiecti, & eſſe vicarias eius.

Septimo denique: quis dicat ſpecies ſupernaturales, quibus anima Chriſti obiecta naturalia cognoſcebat, ſubire ipſorum vices, tamquam ſemina eorum? Ergo non eſt de ratione ſpeciei ſuffici pro obiecto. Quod vero id dici non poſsit, patet; quia obiecta nullum actiuũ concurſum poſſunt habere in cognitionẽ mouendo intellectum.

Ex quibus patet, eam Aug. ſententiam n. 60. 68
receptam ab omnibus intelligendam eſſe de obiecto in eſſe intentionali, hoc enim intrinſece coniunctum cum potentia per informationem generat notitiam: ſicut coniunctio maris cum fœmina generat prolem in eſſe reali. Cum vero dicitur, ſpeciem eſſe ſemen obiecti, methaphorice verum eſt, non autem in ſenſu rigoroſo, & proprio, quo ſignificetur, emitti ab obiecto ſpeciem, vt ſemen ſibi ſuffectum in eo munere progignendi eſſe intentionale notitiæ: quia obiecti eſſe naturale non ordinatur ad hoc ex natura ſua, vt notabam n. 62. Doceo ergo, ſpeciem impreſſam ſe tenere ex parte potentiæ, nec eſſe vicariam obiecti in muneribus cognoſcendi.

Verum obijcies: omnes concedunt obiecto 69
in eſſe

Digitized by Google

in eſſe reali duplicem intelligibilitatem, aliam paſsiuam in ratione termini, aliam actiuã mouendi; ergo omne obiectum per ſe habet actiue mouere.

Reſpondetur: aut obiectum creatum talis naturæ eſt, vt virtutem habeat emittendi ſpeciem ſui, vt plures arbitrantur de omni ſubſtantia materiali, & immateriali, aut eam non habet, ſed ſterilis eſt in hoc effectu? De prioribus concedo, habere duas eas intelligibilitates. Non tamen concedo, cum emittunt ſpecies, eas emittere, vt ſui vicarias; quia, licet emittant ſpecies, ſæpe per ſe ipſas non poſſunt ſubire munera ſpeciei: an autem, quando ita poſſunt emittere ſpecies, vt ipſæ quoq; per ſe poſsint in anima exiſtere, ſint ſpecies vicariæ, an non? definio diſp 42. cap 3 De poſterioribus vero nego, habere eas duas intelligibilitates: nec qui negant ſubſtantijs virtutẽ producẽdarum ſpecierum, vtramq; admittere poſſunt.

Caput VII. *Recentiorum argumenta n.41. diluo.*

70 EX doctrina cap. 6. facili negotio diluenda ſunt, quæ reſtant argumenta: euerſo etenim principali fundamento cetera corruunt ſuo põdere. Verum in hoc etiam capite quædam explico, poſtea à recentibus noſtris magiſtris excogitata.

Reſponſio ad primũ. Ad primum concedo maiorem, quæ ibi efficaciter probata eſt. Nego minorem. Ad probationem reſpondeo; caſu, quo Deus produceret eam ſpeciem, aut fore, vt deſeruiret ad viſionem, ſi Deus nollet, vt poteſt, loquendo abſolute, concurſum obiectiuum actiuum præſtare; vel, ſi non deſeruiret, defacto poſſet tamen deſeruire: quoniam hoc eſt ei eſſentiale. Ad hoc autem, vt ea non fuerit producta fruſtraneè, & inutiliter, ſufficit hæc potentia realis; quin aliquid obſtet eſſe aliam; quia eſſe plures potentias, tum vniuocas, tum æquiuocas ad eumdem effectum, eſt maxima naturæ variæ, & abundantis perfectio, & ſi non ſingulæ actionem producendi debeant exercere, vt de ſe manifeſtum eſt. *Plures eſſe potentias ad eũdem effectum, eſt naturæ perfectio.* Ad probationem antecedentis prorſus nego eam vniuerſalem propoſitionem: nimirum, *omnem ſpeciem impreſſam eſſe obiecti vicariam;* rationem negandi ſatis ſtabiliui cap. 6. nam in obiectis, quæ per ſe ipſa actiuum concurſum exhibere non poſſunt, mihi aperte falſa eſt. In obiectis autem, quæ ſpeciem ſui continent, ex vna parte, & ex alia ipſa per ſe poſſunt influere, dubia res eſt, an ſpecies ſint obiecti vicariæ, & ex natura ſua ordinatæ ad ſupplendum earum defectum? explicationem remiſsi in diſp. ſequentẽ cap. 3. Aduerte vero pro huius argumenti, & quæ ſequuntur, ſolutione, ea obiecta neceſſario eſſe ſubſtantias ſpirituales, & liberas, & earum accidentia. Nam, licet concedas ſubſtantijs, & accidentibus materialibus virtutem emittendi ſpecies, nequaquam erunt vicariæ, eo quod ipſis obiectis repugnat eſſe intra animam, & actiue concurrere. In obiectis autem liberis, & ſi fateamur, ſpecies eſſe vicarias, & ipſa obiecta abeſſe, aut improportionata eſſe non poſſe, vt Gabrielis ſubſtantia cõparatione propriæ viſionis; nihilominus tamẽ poſsibilis eſſet ſpecies impreſſa, vt aduerſarij fatentur eſſe poſsibilẽ in Angelo ad ſui cognitionẽ; quia poſſet ſe liberè non applicare per ſuã ſubſtantiam ad præſtandum immediate concurſum actiuum: tunc vero eſſet ſpecies ex natura ſua nõ propter ſupplẽdum defectum ex abſentia, aut ex improportione; ſed ex applicatione voluntatis. *Et ſi ſpecies obiectorum liberorũ eſſent eorũ vicariæ, adhuc poſsibiles eſſent.* Quod enim Thomiſtæ aſſerunt, Angelũ ſe neceſſario intueri, ego non credo; quia affirmãt ſine fundamẽto vti doceo tractatu 6. de Angelis. *Angelus non ſe neceſſario intuetur.* Quidquid vero in Angelis ſit, in Deo affirmari non poteſt, neceſſario per eſſentiã exhibere concurſum actiuum. Hoc vero ſufficit ad poſsibilitatem ſpeciei diuinæ impreſſæ, de qua ſola controuertimus.

Ad ſecũdũ argumẽtũ nego primũ antecedẽs. 71
Ad probationẽ nõ definio modo, ſi ſpecies impreſſa poneretur in mẽte beati; an illa, an eſſentia diuina cõnaturalius producerẽt viſionem? quia hoc neceſſariũ nõ eſt ad argumẽti dilutionẽ: iã citaui locũ, vbi hoc definiẽdũ eſt. Si obijciens vult, eſſentiã influxurã cõnaturalius: dico, nihil agere ſpeciẽ; quia ceſſat ſubſtitutũ, cũ operatur principale. Si velit ſpeciẽ; quia eſt cauſa ſecũda particularis, & minus æquiuoca, ceſſabit cõcurſus eſſentiæ. Porro, ſi velit vtrãq; concurrere debere æque connaturaliter; quia ex vtraq; parte ſunt æquales cauſæ cõcurrẽdi: dico, vtrãq, cõcurſurã partialiter, atq, adeo poſsibilem eſſe vtramq; cauſam: manet ergo argumentum ſine robore, quod mihi leue eſt.

Ad tertium argumentum iam reſpondi c. 6. 72
cuius doctrinam propter illud diluendum ſtatui. Modo ad formam; neganda eſt prima propoſitio. In eo caſu, quo obiecta eſſent præſentia, & proportionata ſemper (qui adducitur in probationẽ) dico, alias ſupperaddẽdas eſſe cõditiones, vt ex eo probaretur, impoſsibiles eſſe ſpecies. Prima, quod omni intellectiuo adeſſent, & proportionata eſſent; nam, ſi aut ab aliquo diſtare poſſent, aut ei non eſſent proportionata, neceſſariæ eſſent ſpecies comparatione eius: ergo & poſsibiles, ſi vero ſemel exiſtunt poſsibiles cõparatione alicuius,

Digitized by Google

comparatione omnium poſsibiles ſunt. Secundo; quod tale obiectum non ſit agens liberum; nã ſi eſt, quia poteſt nolle ſe applicare ad agendum per ſubſtantiam, ſicut ex defectu applicationis ratione diſtantiæ infertur neceſsitas ſpecierum, ita ex defectu applicationis ratione libertatis, vt dicebam n. 70. Tertio; quod ea obiecta continerent in ſua virtute actiua eſſe intentionale cognitionis; nam ſi non cõtinerent, non poſſent concurrere, & neceſſaria eſſet ſpecies. Quod ſi obiecta illa continerent imaginẽ vitalẽ ſui intentionalẽ, & expreſſam, atq; perfectiorem: quare nõ contineant impreſſam? nõ erit facile reddere rationem, quia in genere intentionali prior *natura* eſt impreſſa imago, quã expreſſa. Itaq; hæc omnia prius eſſent ſtatuenda, vt fieri poſſet cognitio ſine ſpeciebus. Ad cetera vero, quæ adducuntur, abunde ſatisfactum eſt in cap. 6. & in huius principio.

73 Ob hæc Recentiores nonnulli faſsi ſunt, poſsibilem eſſe quamdam qualitatem, a qua produceretur efficienter diuina viſio, caſu quo Deus nollet concurrere, vt poteſt nolle. Verum negant hanc fore ſpeciem impreſſam, eo quod non concurreret nomine Dei, vt obiecti: hoc eſt, ſupplendo diſtantiam loci, aut naturæ improportionem.

Concedũt aliqui quãdam qualitatem, negant ſpeciem.

Contra 1. Verum ij nomine diſcedunt a ſententia affirmante, & re ipſa ei conſentiunt. Primo, quia ſi ea qualitas addita intellectui illuſtrato lumine gloriæ, præſtat, quod præſtaret eſſentia Dei coniuncta eidem intellectui: ergo eſt aliqua ratione, aut formaliter, aut virtualiter imago obiecti intentionalis: non expreſſa: ergo impreſſa; nullus enim hactenus agnouit aliam mediam ſimilitudinem.

Impugnatio.

2. Contra 2. ex cap. 6. conſtat, nec in Ariſt. nec in S. Tho. eſſe fundamentum ad affirmandum ſpeciem eſſe obiecti vicariam in eo munere eliciendi viſionẽ, Recentiores autem ij lata fide id crediderunt ſine rei diſcuſsione.

3. Contra tertio: eſto verum eſſet, ſpeciem ordinari ex natura ſua ad ſupplendum obiecti defectum; vnde habent ordinari ſolum ad defectum ex diſtantia, & improportione, non autem ex voluntaria non applicatione?

4. Contra quarto: licet verum eſſet, obiectum ipſum, cum adeſt, & proportionatum eſt, petere efficere primario viſionem ſui: vnde tamen habent, id tam eſſentiale eſſe obiecto, vt nec de potentia abſoluta ab ſpecie fieri poſsit? quo caſu non quidem ſuppleret actualem defectum improportionis, & diſtantiæ, ſed eſſet geminato principio proportionato. Ad hoc autem, vt ſit poſsibilis ſpecies, ſufficit, quod de potentia abſoluta influere poſsit in caſu extraordinario, diffirmiori quidem connaturalibus principijs, non tamen repugnanti: v.g. & ſi ſole iam condito connaturaliter petatur a ſe ipſo lumine perfundi; at poteſt effici a Deo, quod aut ab ipſo Deo, aut ab alio ſole condito lumen accipiat. Itaq; hæc oſtendunt manifeſte, & qualitatem illam fore ſpeciem: & ſpeciẽ non repugnare ex eo, quod obiectũ ipſum primario in cognitionem deberet influere.

Non repugnat duplex principiũ proportionatum cognitionis.

Ad confirmationem argumenti reſpondeo primo, diſcrimen longum eſſe inter caſum antecedentis, & cõſequentis. Nã tota eſſentia intellectus ordinatur, vt anima per ipſum intelligat: & maxime in caſu nõ diſtinguente realiter intellectũ ab anima: quoniã tunc anima ipſa per ſuã eſſentiã eſt intellectus. Itaq; ſi diſtinguitur, petitur ab eſſentia animę, & ipſe petit animã; ſi nõ diſtinguitur eſt ipſa anima. Quo fit, repugnare intellectũ, qui aut nõ ſit anima, aut nõ petatur ab anima, & eã petat. Obiectũ vero non ita ſe habet ad ſpeciem, ſicut anima ad intellectum. Primo; quia ſecundum ſtatuta cap. 6. ſpecies in eo munere nõ ordinatur ad hoc, vt obiecta per ipſas intelligant, ſicut intellectus ordinatur ad hoc, vt anima per ipſum intelligat: ſed ipſæ per ſe ſunt in eo genere intentionali cauſæ principales, & proprietariæ intellectionis non vicariæ obiecti. Secundo; quia, licet aliqua ratione ordinarentur ad obiectum, non vero oſtenditur eam ordinationem eſſe eſſentialem, cum ad hoc, vt dicantur ordinari, ſufficiat eſſe connaturalem, hoc eſt, debitum naturæ obiecti in diſtantis, & proportionati comparatione ſpeciei: non ita tamẽ, vt Deus nõ poſsit per omnipotentiam ſuam inuertere hunc naturalem ordinem, & producta ſpecie impreſſa, ei exhibere ſuum generalem concurſum ad producendam cognitionem, & negare naturæ obiecti adſtanti, & proportionatæ. 74

Diſcrimen inter intellectum, & ſpeciẽ cõparatione naturæ.

Hoc declaro duplici exemplo, vtroq; appoſito ſatis. Primum eſt, cũ Angelus ſe intuetur. Nõ poteſt Deus ei dare alterum intellectũ, mutato eo, quo ſe intelligit, ſiue diſtinguatur a ſubſtantia Angeli, ſiue non: poteſt tamen ei indere ſpeciem ſui, & efficere, vt non ſe intelligat per naturam. Diuerſa ergo ratio eſt de intellectu, quam de ſpecie cõparatione naturæ. Etenim natura intellectualis eſſentialiter petit intellectũ determinate intelligendum, nõ autem naturam, aut ſpeciem determinatẽ. Imo per ſe ſolum petit obiecti ſimilitudinem intentionalẽ, quę exprimẽda ſit in cognitione: quod ſi in obiecto ea inuenitur, obiectum petit, vt eam habet, ſi in ſpecie pariter ſpeciem. 75

Duplex accõmodatum exemplum.

Primum ex Angelo ſe cognoſcente.

Dixerunt hic aliqui moderni ſatis preſſi: inter Deum, & Angelum hoc eſſe diſcrimen: quod Angeli intellectus per potentiam abſolutam ſeparari poteſt ab ipſius natura; non autem Deus ab intellectu creato; ex eo ergo quod poſsibilis ſit ſpecies pro Angelo, 76

Quorumdam diſcrimen.

Digitized by Google

Angelo, non efficitur pro Deo poſsibilem eſſe.

Refutatio. Sed ad rem non eſt; quia caſu, quo Deus intellectum ſepararet a natura Angeli, illa nihil poteſt intelligere, non autem probatur poſsibilitas ſpeciei impreſſæ ex ſeparatione, in qua deſtruitur omnis cognitio per locũ intrinſecũ: quippe ſpecies eſſentialiter ordinata eſt ad cognitionẽ. Imo, ſi attente rem conſideres, ex tali ſeparatione omnis euertitur ſpecies Nã euerſa cognitione, ad quid manet ſpecies? Vt ergo diſcrimen ſit ad rem, componi debet poſsibilis intellectio cum ſeparatione, vt pro poſsibili intellectione ſit etiã ſpecies poſsibilis: at tã eſt impoſsibile ſeparare intellectum a natura Angeli, relicta poſsibili intellectione ab ea natura, quam Deũ ab intellectu creato. Ergo diſcrimen non eſt ad rẽ, & exempli paritas incõcuſſa manet.

77 *Secundum ex omnipotentia Dei.* Secundum exemplum depromo ab omnipotentia Dei; ea non tantum vt cauſa vniuerſalis, ſed etiam vt particularis continet res omnes, & vtrumq; eſt de eſſentia omnipotentiæ: at diuerſa ratione, propter quã creatum agens poteſt, vt cauſa particularis eũdem producere effectũ præſente Deo, & proportionato, & cõtinẽte, vt cauſa particulari, licet non poſsit, vt cauſa vniuerſalis. Cuius ratio eſt, quod omnis creatura reſpicit creatorem per eſſentialẽ depẽdentiã determinate in ratione primæ cauſæ, in quo fundatur Dominiũ altũ, & excellentiæ Dei in omnes creaturas exiſtentes: nõ autẽ reſpicit creatorẽ determinate, vt cauſam particularem; ſed tantum cauſam continentem ſe ſecundum vltimas differentias: & cũ non tantum cõtineantur a Deo, ſed etiã ab agente creato, ab hoc produci poſſunt, & ſolent, nihil impediente, quod ille adſit, & contineat, & non ſit impeditus. Ita cũ intuitio obiecti ſit expreſſa ſimilitudo intẽtionalis ipſius ex ſua vltima ratione per ſe, vt cauſam ſui tantũ petit impreſſam ſimilitudinẽ intentionalẽ, nõ determinãte obiectũ, ſed ipſum, aut ſpeciem, in quantũ ſunt ſimilitudines intentionales: vnde a quocumq; ex eis poterit effici, nihil impediente adſtantia, & proportione obiecti.

Quorumdã reſponſum. Dixerunt nonnulli, ſpeciem ſemper operari vice, & nomine obiecti, atq; adeo in præſentia eius ceſſare actionem ſpeciei; non autem ita creaturam nomine, & vice creatoris.

Contra 1. Impugnantur. Sed contra primo, ſemper hærent in eadem ſalebra, ſpeciem vicariari obiecto, quod exploſum eſt cap. 6. Contra ſecũdo: potius creaturæ dicuntur nomine Dei creatoris operari, quã ſpecies nomine obiecti. Primo, quia illæ in omni opere ſuo appellantur a S. Th. & a probatis Theologis Dei inſtrumenta. Secundo, quia primo generanti tribuũtur omnia, quæ genitũ perducunt ad ſtatum perfectũ; at Deus eſt primus naturæ author: ergo quidquid operatur natura in ſui perfectionem, nomine Dei operatur. Sumo, vt hoc declarem, in natura effectum, qui a ſolo Deo produci petit vt a cauſa particulari, vt ſolem: non ne ſol lumen, quod in ſe, & in alijs infundit, & diffundit, nomine Dei genitoris particularis infundit, ac diffundit? quatenus, qui dat formam, dat conſequentia ad formam: ergo vt hoc non obſtante poteſt ſol ille ab alio accipere lumen, vti dicebam n. 73. ita & non obſtante, quod ſpecies nomine obiecti operetur cognitionem, poſsibilis erit, atq; & diſcrimen nullum eſt, & eo dato exemplum manet inconcuſſum.

Ex his deducitur dilutio argumentorum P. Arrub. & prætermiſſa doctrina, quam præmittit; negãda eſt prima maior. Ad primam probationem diſtinguo primum antecedens. Nulla forma poteſt ordinari ad communicandum effectum formalem rei, quem ipſa habet, eo modo, quo res habet, hoc eſt; *intrinſecè, & eſſentialiter*, concedo. Diuerſo modo, quo res habet, hoc eſt, *extrinſecè, & accidentario*, nego. Hæc diſtinctio procedit, dato obijcienti, ſpeciẽ ordinari ex natura ſua ad dandum obiecto effectum formalem proxime intelligibilis, cuius oppoſitum nos verum putamus, & ſtatuimus cap. 6. Non negamus, per ſpeciem reddi obiectum proxime intelligibile, ſed ad hoc ordinari ſpeciẽ eſſentialiter gratia obiecti, & ex parte eius, tãquam primario, & vt proprietariũ mouẽtis. Nã ea tenet ſe ex parte intellectus, ipſumq; cõſtituit proxime, & vltimo intellectiuũ, vti diximus n. 62. nec ordinatur ad hoc, vt per ipſam obiectum moueat intellectum. Sed quidquid de hoc ſit, habemus inſtantias manifeſtas pro noſtra diſtinctione. Prima, in ſpecie impreſſa Angeli cõparatione propriæ intuitionis. Secũda, quod Deus per ſuam met omnipotẽtiã eſt productiuus caloris, vt cauſa particularis; item extrinſecè per creaturas. Tertia, quod Deus eſt cognitus per eſſentialem ſibi cognitionem, & per extrinſecas creaturarum. 78 *P. Arrub. Dilutio argumentorum P. Arrub. Tres inſtantiæ.*

Ad ſecundam probationem, quã confirmat triplici exẽplo. Ad primũ reſpõdeo, cõcedẽdo antecedens, nimirũ ſubſtantiã nõ poſſe eſſe immediate operatiuã ex forma accidẽtaria, ſi ipſa per ſe eſt immediate operatiua, quia eſſe operatiuam ratione accidentis, ſupponit, eſſe operatiuam ratione ſubſtantiæ, atq; ideo in ea ſuppoſitione repugnat, ab accidente eſſe immediatè operatiuam: ſicut vero nõ repugnat ſubſtantiam eſſe ſimul a ſe immediate operatiuam, & a forma accidentaria, vt ignis per ſubſtantialem formam, & per calorem eſt calefactiuus: ita non repugnat Deum, & eſſe per ſe immediate viſione creata intelligibilem, & per ſpeciem accidentariam. 79 *Subſtantiæ immediate per ſe intelligibili non repugnat ſpecies.*

Digitized by Google

Diſcrimen inter habitus, & ſpecies.

Ad ſecundum exemplum, concedo etiam antecedens, & nego conſequentiam. In antecedente autem animaduertendũ eſt, in caſu eius, aut facultates noſtras habere ſummam illam facilitatem in operando in omni materia ex ratione eſſentiali, aut ſolum ex ratione accidentali. Cum primum; verum eſt, habitus non fore poſsibiles; quippe qui prorſus eſſent inutiles. Cum ſecundũ; adhuc eſſe poſſent habitus; quia potentiæ inſpecta earum natura eſſent capaces difficultatis. Ratio negandi conſequentiam, & diſcriminis eſt. Quod potẽtia nõ poteſt ſimul eſſe facilis ex natura ſua, & ex forma accidentaria, quæ ex eſſentia ſua eſt determinate pro facultate capaci difficultatis, inſpecta natura: at obiectum poteſt ſimul eſſe proxime intelligibile, & ex natura ſua, & ex forma accidentaria, & extrinſeca; quia ſpecies impreſſa non eſt determinatè tantum pro obiecto ex natura ſua non proxime intelligibili, alias nulla ſpecies eſſet poſsibilis pro Angelis cognoſcendis, maxime comparatione propriæ intuitionis. Natura ergo ſpeciei eſt obiectum conſtituere intelligibile proxime accidentario, ſiue illud in ſe per ſe ſit proxime intelligibile, ſiue nõ. Etenim; vt modo dicebamus, nihil repugnat, idem obiectum eſſe ratione ſuæ naturæ, & ſpeciei accidẽtariæ ſimul proxime intelligibile. Ad hæc; proxime intelligibile in agente libero vltra in diſtantiam, & proportionem includit applicationem voluntariam ad operandum, vti diximus n.51. Ergo, cum Deus poſſet nolle cooperari, vt conſtat, poteſt etiam ab ſpecie accidentaria ſuppleri is defectus. Atq; adeo diuerſa longe ratio eſt de habitu in caſu ſecundi exempli, quam de ſpecie.

Nõ augeſcit perfectio Deo, quod per ſpeciẽ ſit intelligibilis proxime.

Tertium ſimile nullam habet difficultatem, nec enim Deo augeſcit perfectio ex eo, quod ab ſpecie ſit proxime intelligibilis, ſicut nec ex eo, quod amatus, & viſus denominetur extrinſecè ab amore, & viſione creatis. Eo quod huius generis formæ extrinſecæ ſunt.

80 Ad vltimum tandem robur ex alio Recẽtiore facile ex dictis fit ſatis. In primo ſyllogiſmo do maiorem, nec enim diſcuſsio eius propoſitionis in præſenti neceſſaria eſt. In minori ſubſumitur, viſionem Dei connaturalius petere, vt principium ſui eſſe reale obiecti, quã eſſe intentionale ſpeciei. Id quod ſatis ſub lite eſt, non tam exploratum, vt ponit ille author, maxime ſecundum principia, quæ cap. 6. ſtatuimus. Id demum definio diſp. ſequenti cap. 2. In probatione conſequẽtiæ ſupponit etiam, ſpeciem eſſe obiecti inſtrumentum, atq; cum producit, producere inſtrumẽtaliter, eo quod confundit rationem inſtrumenti cum vicario; inter quæ oportet diſtinguere. Inſtrumentum enim eſt, quod agit per virtutem inferiorem comparatione principalis effectus, ſiue ipſum immediatè attingat, ſiue non, ſed aliquid præuium, vt ferunt variæ opiniones de hac re. Vide diſp. 46. Agens vero vicarium non neceſſario operatur per inferiorem virtutem; ſed per æqualem poteſt, deriuatam tamen, & manantem a principali, & proprietario in eo effectu. Hoc cõſtat in Phyſicis, cum calor in aqua calefacit, tamquam vicarius ignis. Conſtat in moralibus in omni iuriſdictione deriuata a primo cap. in aliam perſonam, ſiue ordinarie, & habitualiter, ſiue extraordinariè, & tranſeunter conſtitutam ad aliquem effectum. Ergo de ſpecie diuerſa cõtrouerſia eſt, an ſit inſtrumentũ ad viſionẽ, an cauſa partialis? Si ſolũ attẽdas ad virtutẽ inæqualem, dicere poteris, eſſe inſtrumentũ: ſicut etiam lumen gloriæ, & intellectũ. Si cõnſideres hæc tria ſimul, ex quibus conflatur cauſa principalis, ſecũda ſingula cõprincipia potes appellare cauſas partiales. Quo circa cõtrouerſia quoad hãc partẽ de nomine eſt. Vide diſp. 46. Quoad alterã, an vt vicaria obiecti exhibeat eum cõcurſum, quem exhibet, ſiue inſtrumentalis, ſiue cauſæ partialis ſæpe dixi, non eſſe vicariam ex ratione eſſentiali: ſed aut ſolum connaturaliter ordinari ad hoc: aut abſolute non ordinari; ex quocumq; vero horum bene fit non repugnare ſpeciem impreſſam.

Reſponſio ad argumẽta ex alio Recẽtiore.

Quid agẽs inſtrumentale, quid vicarium?

De nomine, an ſpecies ſit inſtrumentũ, an cauſa partialis?

Caput VIII. *Species impreſſa ad viſionem* Dei *diuinitus fieri poteſt.*

81 QVI a nobis diſputata attentà mente conſideret, nullo pacto induci poterit, vt neget omnipotentiæ Dei virtutem productricem ſpeciei impreſſæ ad ſui viſionem. Quoniam in ſuperioribus oſtenſum eſt, non tantum repugnantiam in eo nullam eſſe; ſed etiam ſine mala philoſophia eam opinionẽ defendi non poſſe; nemo vero velit eſſe malus Philoſophus, vt deroget omnipotẽtiæ Dei: imo, ſi id ferendum, vt aliquid ei arrogaret vltra quam poteſt, ferendum eſſet. In primis ergo Scotus, & Scotiſtæ: ij clarius ſunt in hac ſententia. Noſtri vnanimes fere. Ita P. Mol. hic diſp. 1. P. Suar. in Metaph. diſp. 30. ſect. 11. & hic lib. 2. de Attrib. negat. cap. 13. P. Vazq. diſp. 38. cap. 2. & diſp. 39. & 43. P. Val. q. 12. puncto 2. P. Salas q. 3. tractatu 2. diſp. 5. ſect. 2. Becan. cap. 9. de viſione 2. concluſione. Ex alienis recentioribus ÆGid. Luſitan. to. 2. lib. 8. 2. p.

Authores concedentes ſpeciẽ impreſſam

P. Mol. P. Suar. P. Vazq. P. Val. P. Salas. ÆGid. Luſitan.

Digitized by Google

Peſant. 2. p. q. 2. ar. 2. Peſant. hic diſp. 1. nolo plures.

82 *Probatur ratione.* *Argumentum ex nō repugnantia.* Probatur ratione primo, quidquid non implicat contradictionem Deus poteſt efficere: ſed ſpeciem non implicare contradictionē, oſtendimus cap. 3. aut ex limitata repræſentatione, aut ex illimitata Dei natura, aut ex ratione actus puri, & cap. 5. 6. & 7. aut ex defectu obiecti impoſsibili, aut ex inutilitate ſpeciei, aut ex eius natura, aut ex diuina eſſentiali intelligibilitate: ergo, &c.

Ex ſpecie expreſſa. Secundo, probatur conſequentia deducta ex ſpecie expreſſa, quæ eſt de mente S. Th. vt oſtendi num. 11. & peritiorum Thomiſtarum, quos retuli num. 23. & 24. vbi ex vna parte vidimus, viſionem eſſe realem actionem, ac ſubinde ſine termino reali producto eſſe non poſſe: ex altera hunc terminum non poſſe non eſſe repræſentationē formalē, & vitalem obiecti in eſſe intentionali contra recentiorem Thomiſtam affirmantem, eſſe modū vnionis inter obiectum, & potentiam nō repræſentatiuum: excepto ergo Caiet. Vannes, & Zumelio, & quibuſdam alijs, qui magis cōſentaneè ad ſua principia negant ſimilitudinem hanc expreſſam, ſed magis falſe quoq;. Ceteri, vel rei euidentia conuicti eam concedunt. Ex qua doctrina euincitur intentum: nam, ſi notitia creata Deum incircumſcriptum, actum purum, & infinitum, vt eſt in ſe poteſt formaliter, expreſſe, atq; immediate repræſentare, quin hoc repugnet ex aliquo capite; quare a qualitate ab ipſo immediate producta non poterit idem Deus minus expreſſe, minus formaliter, minus immediate, atq; minus perfecte repræſentari?

83 *Primum diſcrimen.* Nihil non motum a Thomiſtis prætermiſſum eſt, ne eius ponderi ſuccumberent. Verum ea eſt ſaxum Siſyphi. Primo, dixerunt, incommodum eſſe, quod creatura nos beet efficienter, ſicut, quod nos iuſtificet per infuſionem gratiæ: non vero, quod ſit beatitudo, & iuſtitia formalis. Ita Sotus in 4. diſt. 49. q. 2. ar. 3. & Torres de Trinit. q. 27. ar. 1. diſp. 5.

Reijcitur. Sed hoc, & a noſtris, & Thomiſtis iam diu impugnatum eſt. Primo; quia nunquam S. Th. negauit ſpeciem propter rationem cauſæ beatitudinis: ſed propter repræſentationem Dei illimitati. Secundo; quia etiam producitur efficienter noſtra beatitudo ab intellectu, & lumine gloriæ, ſine aliquo incommodo: ergo pariter ab ſpecie produci poterit. *Cur gratia a ſolo Deo, a nobis beatitudo producatur.* Tertio ratione a priori, quia ex natura effectus deducendum eſt, quamnam petat cauſam efficiētem, an Deū, an creaturam, nō ex eo, quod nos beet, aut iuſtos conſtituat: nam ſicut beatitudo nos conſtituit beatos ex natura ſua propria, ſiue ab hac, ſiue ab illa producatur cauſa, & gratia iuſtificās ex natura propria nos modo iuſtos conſtituit, cum a Deo producitur immediate: ita etiā nos conſtitueret iuſtos non aliter, ſi a cauſa creata produci peteret, conſeruata eius natura, & beatitudo beatos, ſi a ſolo Deo. Ideo vero gratia iuſtificans a Deo ſolo produci petit; quia eſt prima veluti natura ordinis ſupernaturalis, ad quam ſequuntur cetera, quæ ad eum ordinem ſpectant: beatitudo vero; quia eſt actus ſecundus vitalis, ſicut ceteri actus ſupernaturales, etiam perfectiſsimi petunt produci a cauſa creata, imo, & a principio immanenti, & intrinſeco. Secundum quam conſiderationem videtur ſpecies principium magis connaturale, quam eſſentia, de quo diſp. 41. cap. 2. Vt ergo nullum eſt incommodum in eo, quod totus charitatis actus procedat a creatura, tamquam a cauſa particulari: ita in eo, quod beatitudo.

Secundo dixerunt, ſpeciem expreſſam habere eſſe claram Dei repræſentationem, in quātū exprimitur ab eſſentia Dei: nam ex tali principio, ſeu vt ei coniungitur, habet imitari diuinā naturam in ſui repræſentatione. Ex quo non tantum non infertur, poſsibilem eſſe ſpeciem impreſſam, ſed etiam non poſſe expreſſam Deum, vt eſt in ſe repræſentare, ſi ab impreſſa procederet: ac ſubinde impoſsibilē eſſe ſpeciē impreſſam pro efficienda expreſſa. Hoc diſcrimen tradiderunt Siluester in conflato q. 12. ar. 2. & Ferrar. 1. contra gent. cap. 53. 84 *Secundum diſcrimen* *Siluest.* *Ferr.*

Reijcitur. Verum doctrina hæc prorſus eſt imperceptibilis. Nam, cum dicunt, ſimilitudinē expreſſam imitari eſſentiam Dei, vt exprimitur ab eſſentia, ſeu vt ei coniungitur, vel reduplicatur ipſe effectus tantum, nimirum ſpecies expreſſa, vel ſimul ſit quodam complexū ex eo, & principio, & in reduplicatione vtrumq; inuoluitur? Si primum? ergo tota imitatio, & repræſentatio eſſentiæ Dei conſiſtit formaliter in ipſa expreſſa notitia, effecta quidem ab eſſentia Dei; non ita tamen, vt in ipſa eſſentia ſit vlla ratione, nec etiam partialiter ſui imitatio, & repræſentatio: ſicut, licet gratia iuſtificans a Deo procedat immediate, vt petit; at ab ea ſolum formaliter iuſti ſumus, & vlla ratione ingreditur cauſa efficiens ad tribuendum hunc effectum formalem. Tunc ſic ſpecies expreſſa in ſe qualitas finita eſt, nihil habens infinitatis in ſua eſſentia, aut in aliquo modo ei intrinſeco, licet efficiatur ab eſſentia Dei infinita: ergo, vt hæc qualitas finita expreſſe imitari poteſt eſſentiam Dei, vt eſt in ſe; quare alia qualitas finita non poterit impreſſe, & minus perfecte imitari eſſentiā Dei vt eſt in ſe? Deinde, per aduerſarios ſpecies expreſſa, quæ immediate procedat ab eſſentia Dei imitans illius naturam, vt eſt in ſe, poſsibilis eſt nihil impediēte eius finitate, & infinitate obiecti: ergo eadē prorſus ratione ſpecies

impreſſa poſsibilis erit, dum immediate a Deo ipſo procedat, quæ quidem impreſſa imitetur eſſentiam Dei, nihil impediente eius finitate, & obiecti infinitate. Quod ſi dicas, recipere aliquem modum infinitatis ſpeciem expreſſam ex eo, quod procedat ab eſſentia Dei. Primo idem dico in ſpecie impreſſa, cum tam immediate a Deo procedat: ex quo ſemel fiet, in ſe non eſſe impoſsibilem. Deinde etiam fiet poſſe cócurrere: nam notitiæ, quam producit, modum illum infinitatis, per quem imitatur eſſentiam Dei, poterit appingere. Secundo, quis non videat, hunc modum infinitatis, nec intelligi, nec defendi poſſe? Nam, aut eſt modus realis intrinſecus in ſpecie expreſſa? vel ſolum ei extrinſecus? Si primum: admittis infinitũ modum realem in actu contra veram, bonamq; Philoſophiam. Si ſecundum: ergo ea infinitas eſt ſolum extrinſeca denominatio proueniens ab infinitate eſſentiæ Dei, a qua fit: ergo notitia intuitiua Dei non per ſe ipſam, ſed per eſſentiam Dei, a qua fit, habet imitari eſſentiam Dei. Nec tunc habet modum infinitatis, ſed infinitatem ſimpliciter. Relaberiſq; in ſecundum membrum dilemmatis, nimirum reduplicari in ea imitatione, non ſolum effectum, vt condiſtinctum a cauſa, ſed complexum ex vtroq, quod etiam impugno. Primo; quia ipſa natura realis Dei, nec totaliter, nec partialiter eſt noſtra viſio, & notitia, ſed cauſa efficiens eius: atqui notitia noſtra per ſe ipſam habet intentionaliter imitari eſſentiam Dei; ergo in ea imitatione non poteſt intrinſece ingredi eſſentia Dei. Secundo; quia eſſentia Dei per ſe ipſam non eſt ſibi formaliter intentionaliter ſimilis, ſed eſt idem ſecum, eminenter quidem erit intentionaliter ſimilis, in quantum continet in ſe, aut ſpeciem impreſſam, aut expreſſam, non vero formaliter: ſed intuitio Dei eſt intentionaliter formaliter ſimilis vitali modo: ergo non per ipſam eſſentiam Dei realiter ſpectatam.

85 Dices, reduplicari in recto ipſam ſolam viſionem, in obliquo vero, ſeu de connotato eſſentiam ex parte principij eius: ita vt viſio Dei non habeat eſſe eius repræſentationem, vt eſt in ſe, niſi connotando eſſentiam, vt immediatum principium in obliquo.

Per doctrinam connotatorũ defenditur impoſsibilis ſpecies.

Hoc quidẽ effugio authoribus, quibus hæc connotatorum doctrina familiaris eſt, paratur via ad defendendum, non eſſe poſsibilem ſpeciem impreſſam: nam, ſi nõ poteſt videri Deus, vt eſt in ſe, niſi a viſione connotetur eſſentia Dei, vt principium eius, cum ſpecies impreſſa tantum ſit poſsibilis pro videndo Deo, vt eſt in ſe, ſi cum connotatione eius, & ſine connotatione eſſentiæ videri non poteſt Deus, vt in ſe eſt, non erit ipſa poſsibilis. Verum ea adeo mihi futilis eſt, adeo falſa, atq; cum lumine naturali pugnans, vt nec in actibus liberis Dei tractandis eam ferre potuerim: atq; ideo præcipue in aliam declinauerim ſententiam. Lege, ſi placet, tractatũ 2. diſp. 16. cap. 5. vbi eam habeo impugnatam ex profeſſo. Parcendum vero eſt grauibus Theologis, qui inibi ita loquuntur; ne ſaltem voce ſuccumbere tantæ difficultati videantur, falſi ſe nihil eorum, quæ dicunt, intelligere. At tyrones magiſtri, qui eam ad alia etiam extendere nituntur, durè tractandi; quippe qui omnia tenebris offundunt, dum aliquid habeant, quod loquantur, cum in diſputationibus vrgentur.

Reprehenſio connotatorum.

Impugnatio in re noſtra.

Vt videas vero, quid deuorent in re noſtra. Si per impoſsibile, vel poſsibile intelligeremus eamdem ſpecie, & numero viſionem, qua perfunditur, exiſtere in mente Petri productam ab ſpecie impreſſa, ij dicerent, non reddituram mentem Petri videntem Deum, vt eſt in ſe. modo vero hoc ipſo ſolum, quod illa ipſiſsima ſecundum omnia intrinſeca producatur ab eſſentia Dei, communicaturam eum effectum formalem ratione connotati. Quod ſi petas, an connotatum, hoc eſt, ipſa eſſentia communicet ſaltem partialiter eum effectum, atq; intellectum beati aliqua ratione conſtituat videntem? Dicent, non conſtituere in recto, ſed ad conſtitutionem neceſſariam eſſe in obliquo. Quod ſi vlterius inquiras; an formæ in recto conſtituenti aliquid realitatis, aliquid formalitatis intrinſecæ accreſcat ratione eius connotati, quod deſideraretur, ſi ipſum non connotaret? Reſpondebunt, nihil noui aduenire. Ergo eadem forma manens eadem, eidem ſubiecto, eodem modo capaci, modo communicat effectum formalem videndi Deum: modo non communicat, nec communicare poteſt, quin quidquam in recto præter entitatem formæ eũ conſtituat effectum. Conſequens, & conſequentiam deuorant magiſtri præfati. Doleo, quod deglutiant viri, impugnandis dogmatibus obſcuris Thomiſtarum aſſuefacti, a quibus hoc ſolo nomine reconueniri iure poſſunt.

Tertio dixerunt, ſpeciem expreſſam finitam eſſe, quia limitatur ab agente: at impreſſam neceſſario fore infinitam, & cum obiecto æquè immaterialem, quia nec ab agente, nec ex alio capite habet, vnde limitari queat. Ita Nauar. 1. to. controu. 34. §. 7. indicauerat Sotus in 4. diſt. 49. q. 2. ar. 3. 86

3. Diſcrimen.

In hoc diſcrimine duo attinguntur: alterum obiectum, & ſpeciem impreſſam eſſe æque immaterialia. Hoc iam eſt a nobis exploſum ſupra numer. 38. Alterum eam fore infinitam; quia neceſsitate naturæ a Deo procederet. Sed liberè a Deo producendam eſſe dixi, & probaui n. 50. atq; licet omnipotentia infinita ſit,

Reijcitur.

Species habet, vnde limitetur.

ſit,vt limitatur,& dirigitur per voluntatem in alijs effectibus;ita in hoc. Demum ex natura ſpecifica finita ipſius ſpeciei, & ex ſubiecto limitationem accipiet. Hactenus de hac diſputatione.Alia prætereo ; quia impugnatu non difficilia.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA PRIMA.

DE ESSENTIA DIVINA, AN INSTAR SPEciei vniri poſſit cum intellectu beati?

Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. Sententia negans.

In 2. Sententia affirmans eligitur,& declaratur primum argumentum.

In 3. Expoſitio ſecundi argumenti.

In 4. Expoſitio tertij ,& quarti argumenti.

Caput I. *Sententia negans.*

1 VT Conſtet modus, quo beati Deũ intueantur,de quo diſp. 42. examinandi prius modi poſſibiles. Diſp. ſuperiori ſtatutum reliquimus, poſſe per ſpeciem impreſſam creatam videri diuinam eſſentiam. In hac inueſtigamus,an etiam poſſit per ipſam naturam Dei coniunctam cum intellectu inſtar, ſeu loco ſpeciei? Et partem negantem docuit Argentinenſis Auguſtinianus in 4.diſt.49.q.2. art.2.refertur pro ea Henriq.in ſumma ar. 33. q.2.ad 3.& Quodl.3.q.1.& 4.q.7. Verum ibi ſolum vult, Deum non poſſe ita ſubire vicem ſpeciei, vt ſit forma intellectus beati: quod tamen fere nullus negat. Allegatur etiam ab AEgid.Luſitano P.Vazq.hic diſp.43.cap.6.Et reprehenditur, quod fuſe,& confuſe hanc rem tractauerit Iniquum video animũ in hoc auctore in P. Vazq. cuius breuitas, & perſpicuitas doctrinæ laudata ab omnibus.Nullum vero ego legi authorem tam diffuſum, nolo confuſum appellare,appellant alij. En reprehendit, vitio non carens,carentem.

Argent.

Henriq nõ bene allegatur.

AEgid. Luſitan.reprehendit P.Vazq.

Vindicatur.

Id certum , iniuria allegari pro hac negante ſententia:nam in eo cap 6.ſolum ait , de facto non coniungi eſſentiam Dei loco ſpeciei cum intellectu beati;eo quod arbitratur,lumen gloriæ vtrumque munus præſtare, & complentis principium,& ſpeciei impreſſæ;ideoque eſſentiam Dei ſolum eſſe obiectum,& primũ agens, ſicut in ceteris effectis ſupernaturalibus : non autem affirmat,non poſſe coniungi.Imo cap.7. in principio expreſſiſſime affirmat oppoſitũ ibi. *Poſſet quidem Deus,vt diſp.46.dicemus,ſine habitu luminis intellectum mouere ad eliciendam viſionem; tunc autem ipſe eſſet loco luminis,cuius efficacitatem ſuppleret:ac proinde locum obtineret ſpeciei impreſſæ.* Id affirmat varijs in locis,& in ea,& alijs diſputationibus de hac materia;non tamen opus ea referre. Mens igitur eius eſt , lumen gloriæ non poſſe non eſſe ſpeciem impreſſam ; atque neceſſe non eſſe cũ ipſo Deum ſupplere munus ſpeciei , cõſentanee quidem ad ſua principia. In quo aliud inuenitur AEgidij Luſitani peccatum: quod Patrem Vazq.inſimulat inconſtantiæ; non autem negat,poſſe cõiungi de P.Vazq. doctrina diſp. 42.cap.1.

Non pene trauit mẽtem eius.

2 Pars negãs probari poteſt quatuor illis muneribus ſpeciei impreſſæ, quæ explicuimus diſp.40. cap. 6. Primum erat concurrere cum potentia effectiue ad viſionem,conſtituẽs eam prius *natura* in actu primo: licet eſſentia Dei effectiue concurrere poſſit:non tamen poteſt conſtituere in actu primo ; quia hoc eſt proprium formæ informantis; vt notauimus cum P.Mol.ibidem n.63. Secundum erat,eſſe imaginem intentionalem obiecti , aut formalem, aut virtualem , per quam intellectus aſsimiletur obiecto , & ſit res ipſa intentionaliter : at neẽ

Fundamẽta pro ſententia negante.

Digitized by Google

nec eſſentia diuina eſt imago intentionalis ſui, nec intellectum poteſt reddere ſimilem; quia non eſt forma intellectus, nec eſſe poteſt: ergo, &c. Tertium munus erat determinare potentiam indifferentem ad hoc obiectum: hoc autem munus repugnat eſſentiæ Dei. Primo, quia illa eſt omnium rerum ſpecies vniuerſaliſsima. Secundo, quia non poteſt eſſe forma intellectus, nec indifferentia huius determinari, niſi a forma: ergo, &c. Quartum munus erat coniungere obiectum cum potentia intelligibiliter. Licet autem eſſentia Dei ſit loco indiſtans ab intellectu, non tamen ob hoc eſt coniuncta intẽtionaliter; ſed ſolum; Phyſice; quia coniunctio intentionalis præter in diſtantiam localẽ, conſtituit vnũ ex obiecto, & potentia. hæc vero conſtitutio nõ fit niſi addita aliqua vnione maiori, per quã intelligatur, conſtitui obiectũ proxime intelligibile a potentia. Ergo, cum nulla maior vnio eſſe poſsit inter eſſentiã Dei, & potentiam, efficitur non poſſe ſubire vicem ſpeciei impreſſæ.

Caput II. *Sententia affirmans eligitur, & declaratur primum argumentum.*

3 VERVM aduerſam ſententiam arbitror omnino ſuſcipiendam, tum quia firmata fere omnium calculo; tum, quia ratione conuincitur, at non omnes rite explicant modos, quibus Deus ſine imperfectione munera ſubit ſpeciei: nos hoc cap. in argumentorum ſolutione id præſtabimus, & aliqua contra aliquos Thomiſtas trademus. Ex antiquis igitur hanc ſententiam expreſſe docet Henric. 1. p. ſummæ ar. 1. q. 3. ibi. *Deus dicitur a ſanctis, aliquando ratio intelligendi, vt lux, aliquando, vt ſpecies, ſiue forma, aliquando, vt exemplar, ſeu idea, & alibi.* Cai. hic in reſponſione ad 3. Ex recentioribus Thomiſtæ ſcriptores, & Ieſuitæ in eam veniunt, illi neceſſario, cum enim negent, poſsibilem eſſe ſpeciem impreſſam, & viſio ſine ſpecie, aut ſupplente ſpeciem elici nõ poſsit, ex fide ſanciente viſionem compelluntur ad tribuenda munera ſpeciei Deo. Ij non ea compulſi neceſsitate; nam cum ſpeciem poſsibilem eſſe affirment, non negant viſionẽ Dei, & ſi negent ea munera Deo; ſed, quia arbitrantur, nullam in eo eſſe implicantiam; non tamen opus eſt, eos nominatim referre. Ego horum ſequor viam, vt conſtat ex diſp. ſuperiori; S.Th. in hac quoque eſſe ſententia, conſtat ex diſp. 40. cap. 1. Quod vero nulla ſit implicatio, aut imperfectio in eo, quod Deus ſubeat munus ſpeciei ſolutione argumentorum declarandum eſt.

Henric. Caiet. *Authores ſententiæ affirmãtis* S.Thom.

4 *Nõ poteſt Deus eſſe cauſa formalis contra Fonſecam.* P.Fonſ.

Ad primum concedendum eſt, eſſentiã Dei, vt formam non poſſe conſtituere in actu primo; quoniam ſubſumimus ex receptiſsima, atque euidentiſsima Philoſophia contra P. Fonſ. 5. Met. cap. 2. q. 12. ſect. 2. Deum per ſe ipſum effectum formalem intrinſecum formæ ſupplere non poſſe: vt non poteſt conſtituere album ſe ipſo, ſine albedine; nec animatum ſine anima. Ratio a priori deſumenda eſt ex definitione formæ: eſt namque forma, quæ dat eſſe rei: eſſe quidem non diſtinctum a ſe ipſa; quoniam ſuam exercet cauſalitatem informando ſubiectum ſua ipſa entitate. Quod, ſi album exempli gratia, eſſet ſine albedine, eſſet quidẽ albedo (quia vbi eſt album eſt albedo, & vbi eſt homo eſt anima rationalis) & non eſſet, quoniam ſuppleretur ab alia entitate. Fonſ. ſupra acri ingenio vir aliud genus cauſæ, & effectus formalis ex cogitauit extrinſecum. Quod appellat *continendi ſubiectum in eſſe*. Exemplum eſt in materia prima, cui, licet forma non det eſſe ſuum partiale: at continet materiæ exiſtentiam in rerum natura; ſi namque a forma non informaretur, exiſtere materia nõ poſſet, aut connaturaliter, aut etiam de potentia abſoluta ſecundum Thomiſtas. Hunc autem effectum habet forma in genere cauſæ formalis, non in alio, vt conſtat. Hunc ergo ait; Deum ſupplere poſſe, non tantum efficienter, vt prima cauſa: ſed etiam formaliter; non quidem informando, ſed continendo in eſſe. In noſtra autem re, ait, Deum ſe ipſo conſtituere in actu primo intellectum, & aſsimilare ipſum ſibi, atque determinare, & collocare in eodem ordine cum Deo per eam continentiam in eſſe, non per informationem.

Non debemus hic agere ex profeſſo contra Fonſ. non poſſumus tamen omnino abſtinere ab eius impugnatione. Non negamus cauſas formales extrinſecas, ſeu effectus ſecundarios formæ. Vt extenſio in ordine ad locum eſt a quantitate, tamquam a cauſa formali extrinſeca, ſeu tamquam effectus ſecundarius, & riſibilitas ab anima rationali, at hæc ſi proprie loquimur, potius ſunt, & reduci debent ad cauſam efficientem, quã ad formalem. Vnde ſemper in eis reperitur aliquid diſtinctum a perfectione cauſæ formalis ab ea emanans; vt extenſio loci, quæ eſt modus diſtinctus ſeparabilis a quantitate: & riſibilitas diſtincta ab anima. Propria ergo cauſa formalis riſibilis non eſt anima rationalis, nec extenſi in loco quantitas: ſed ipſa riſibilitas, & extenſio, & quod af- 5

Quid cauſa, & effectus formalis ſecundarius.

firmat

Digitized by Google

firmat communis ſententia eſt, non poſſe Deũ facere riſibile, aut extenſum, ſine reſibilitate, & extenſione: non autem, quod Deus non poſſit facere riſibile ſine anima: & extenſum ſine quãtitate. Hoc enim controuerſum eſt, & ex alijs principijs definiendum. Non primum.

6 *Forma nõ eſt cauſa formalis ſecundaria materiæ.*

Nec ad rem eſt, quod affert de materia prima, quæ, nec vt a cauſa ſecundaria continetur in eſſe a forma; ſed vt a pura conditione, ſine qua Deus noluit eam in eſſe conſeruare, niſi informatam forma. Quod vero a forma non contineatur in eſſe, vt a cauſa ſecundaria, manifeſtum eſt; nam alias a forma emanaret efficiẽter ipſius exiſtentia, ac proinde cauſa ſecunda etiam crearet materiam. Itaque exiſtentia materię in eſſe, ſi non eſt ab eſſentia eius diſtincta, vt ego arbitror, nullam habet cauſam formalem ſecundariam extrinſecam: ſed tantum intrinſecam, & efficientem. Illa eſt ſua actualis entitas; hic Deus.

7 *Duplex cõditio a priori, & a poſteriori.*

Aduerte, duplex eſſe genus conditionis. Primum, quod aliquam habet influentiam in effectum, quia petitur a cauſa eius, non vt compleat, ſed vt exerceat virtutem ſuam: vt applicatio, & intellectio ad volitionem. In ijs conditionibus fundari ſolent propoſitiones a priori: vt ignis, quia eſt applicatus, calefacit: homo, quia intelligit, vult. Secũdũ; quod nullã habet influentiam in exiſtentiam rei; ſed ſolam connexionem, propter quam dicitur conditio ad exiſtendum: vt ſol cum lumine: terminus cum actione: præſentia localis cum re: paſsiones cũ natura: informatio formæ, vt materia exiſtat, non eſt conditio primi generis: ſed ſecundi. Ideoque hæc non eſt bona cauſalis; materia exiſtit; quia informatur forma. Nec, vt Deus velit conſeruare exiſtentiam materiæ prius præuidere debet eam informatam forma; ſed tantum informandam pro poſteriori, aut ſimul actu informantem. Idem eſt in exemplis pro conditione ſecundi generis adductis, & in alijs in Theologia frequentibus. At in primo genere prius *natura*, quam Deus concurret ad calefactionem cum igne, debet præuidere eum applicatum: & prius *natura*, quam concurrat ad volitionem cum voluntate, præuidere debet cognitionem proponentem. Vnde conditio primi generis optime appellatur dependentia a priori: a poſteriori autem ſecundi generis.

8 *Per nullũ genus cauſæ formalis Deus cõſtituit in actu primo intellectum.*

Demum, quod aſſerit Fonſ. in noſtra re, & falſum eſt, & imperceptibile. Nam, cũ ait, Deũ per ſe ipſum, vt formã conſtituere in actu primo, aſsimilare, & determinare intellectũ, agit de forma intrinſeca, aut extrinſeca? ſiue hoc genus formalis cauſæ ſit per informationẽ, quod ipſe merito negat, aut per continentiam in eſſe, quod ipſe immerito affirmat? Si ſecundum: ergo per aliquid diſtinctum a diuina eſſentia intellectus immdiate conſtituitur in actu primo, aſsimilatur, & determinatur. Illud ergo erit quid creatum, quod forma informans eſſe poteſt, nec erit recurrendum ad cauſam formalem contentiuam in eſſe. Primam conſequẽtiam probo ex proportione ad hoc eſſe cauſę formalis ex cauſa formali informãte: nec enim eſt ratio; quare, vt communis Philoſophia diſtinguit cauſam formalem intrinſecam, & extrinſecam in informante, non diſtinguatur ſimiliter in continente? Si primum: ergo Deus per ſe ipſum conſtituit in actu primo, & aſsimilat, & determinat formaliter ſine informatione, aut alia vnione intrinſeca, & noua cum beati intellectu? quis hoc capiat? non ne habet intellectus ſic conſtitutus eſſe nouum intrinſecum ſibi? habet quidem, imo non diſtinctum a Deo. Et tamen non habet nouam vnionem realem ſibi intrinſecam cum natura Dei: ergo conſtituitur a Fonſ. effectus formalis intrinſecus ſubiecto a forma non intrinſece vnita: ſed ſolum extrinſece aſsiſtente. Et incidit in priorem difficultatem de effectu formali, ſine cauſa formali intrinſeca, ſola noua voce ſine fundamento introducta contra communem Philoſophiam; maxime cum forma in exemplo a ſe adducto det materiæ eſſe diſtinctum per continentiam in eſſe. Contra hanc Fonſ. ſententiam ex profeſſo diſputat P. Suar. in Met. diſp. 22. ſect. 1. & P. Anton. Rubius 2. Phyſ. trac. 4. de cauſa efficiente q. 7. P. Suar. P. Rob.

9 *Vt Deus conſtituat actum primum?*

Certum ergo eſt, eſſentiam Dei non conſtituere vt formam intellectum beati in actu primo. Nec in hoc, quod eſt actuare, & informare intellectum, ſubire vicem ſpeciei; imo nec poſſe propter imperfectiones implicatas. At abſolute dicẽdum eſt, conſtituere in actu primo; non quidem vt ratio agendi intellectus, quia non eſt forma eius, & is modus loquendi formam denotat, nec dicendum eſt, eſſe principium *quo* potentiæ propter eamdem rationem; ſed principium *quod* partiale complens extrinſece potentiam incohatam intellectus: ad conſtitutionem autem actus primi hac ratione non eſt neceſſaria Phyſica coniunctio inter conſtitutum, & conſtituens, ſed ſufficit aſſiſtentia, ſeu applicatio diuinæ omnipotentiæ, (ſi ea cõcurrit) aut naturæ ipſius, (ſi ea;) de quo diſp. 42. cap. 4. Hæc autem aſsiſtentia eſt per actum liberum diuinæ voluntatis, nõ per vnionem inter naturam diuinam, & intellectũ creatum. Quoniam vero tractatu 2. diſp. 17. fuſe docuimus ex principijs iactis diſp. 16. nouum exercitium libertatis efficacis in Deo continere aliquam extrinſecam mutationem, aut poſitiuam, aut priuatiuã, duplex ratione noſtra libertatis diuinæ exercitium diſtinguendũ eſt.

Quid voluntas liuera aſiſtendi?

Digitized by Google

eſt.Primum,velle aſsiſtere potentiæ illuſtratæ lumine gloriæ:is actus connotat productionẽ luminis gloriæ ex intentione producendi certam viſionem; quæ productio diſtincta eſt a productione eiuſdem luminis ex alia intentione, ratione principij formalis agendi Deo, quia actio ſumit ſpeciem a principio. Recognoſce dicta diſp. illa decima ſeptima c. 2. Actus ergo ille liber aſsiſtendi completur in ratione efficacis per eam determinatam actionem,qua produxit lumen gloriæ,& præcedit *natura* exercitium ſecundum libertatis,& per illam voluntatem vt ſic intelligitur applicata omnipotentia,aut natura Dei & actus primus,de quo agimus, conſtitutus.Vlterius ad hunc actum primum adhibere poſſumus negationem impedimenti,vt agant lumen,& intellectus:quoniam Deus, eos ita etiam compoſitos,& coniunctos impedire poteſt aliqua alia qualitate infuſa ab ipſo virtutem agendi hebetãte.Quis hoc neget?Cum ergo vult non impedire ex intentione viſionis, hæc impedimenti negatio procedens ex directa volitione viſionis eſſe poterit aliud cõnotatum noui actus liberi. Secundum libertatis exercitium eſt in ordine ad ipſam viſionem,hoc eſt,poſterius priori.

10 *Quid voluntas aſsiſtẽs; ſi intellectus eliceret viſionem ſine lumine?*

Sed quia noſtri ſcriptores opinãtur, Deum efficere poſſe, vt intellectus videat ipſum,etiã ſine lumine gloriæ,aſsiſtente omnipotentia,& ſupplente concurſum luminis, reſtat exponendum in noſtra doctrina de libertate diuina, qui aſsiſtere poſsit?Reſpondeo breuiter;nam de hoc ſermo erit,diſp. 47. cap. 2. per auxilium actuale,& intrinſecum, & connotata explicata aſsiſtere poſſe. Sed quia omne auxilium intrinſecum remouent in ordine ad potentiã abſolutã, addendum eſt connotari poſſe negationẽ impedimenti prædicti,vt ſuo modo procedẽtẽ ab intẽtione viſionis,ſpeciali actione priuatiua,quæ petit tale principium; nam,vt ipſum poſitiuum impedimentum diuerſis actionibus poſitiuis fieri poteſt ſecũdũ intentiones, & principia diuerſa; ita negatio impedimenti diuerſis actionibus negatiuis.

Dices omnes eæ exiſtunt ante tale exercitium liberum: ergo non ſunt noua connotata. Reſpõdetur 1. nõ exiſtere ex directa prouidẽtia,& nolitione impedimenti erga ipſas ante hoc exercitium; ſed ex non volitione; nam cũ ipſæ negatiuam habeant exiſtentiam, non indigent,vt ſint actus diuinæ voluntatis,ſicut res omnes poſitiuæ ; imo licet nulla eſſet, aut eſſe poſſet in Deo volitio,exiſterent hoc modo: per illud autem , exercitium nouam accipit exiſtentiam procedentem ex nolitione libera Dei,qua vult non eſſe impedimentum , & per quam intelligitur applicata omnipotẽtia Dei,

Duplex modus exiſtẽdi negationũ pro cõnotatis.

atque ſufficienter aſsiſtens, vt ſuppleat concurſum luminis,atque cuiuſcumque auxilij intrinſeci. Illuſtro exẽplo Phyſico:vt corpus habeat negationem frigiditatis,non eſt neceſſaria forma contraria poſitiua, vt vero eam habeat ab agente,neceſſaria eſt introductio formæ cõtrariæ: ita, vt exiſtat vtcumque negatio illa impedimenti,non eſt in Deo,neceſſaria aliqua volitio,aut nolitio : vt autem exiſtat a Deo & ordinata per ipſius prouidentiam,neceſſaria eſt in Deo volitio negationis impedimenti. Vide dicta tractatu 2.diſp.19.cap.4. Si hæc nõ placent; dic ſecundo; tunc cum viſio elicienda eſt,conſeruari illum hominem , & meutẽ eius ex intentione eliciendi viſionem , mutarique actionem , & per talem intentionem manere aſsiſtentem omnipotentiã. Vel reſpondeo 3. cum Deus vult non producere aliquid , velle non producere ex omni motiuo, quod poteſt habere ad non producendum,atque adeo omnes priuatiuas actiones exiſtere ex directa Dei voluntate.

Quod autem ad eliciendam viſionem is actus primus ſufficiat, & intrinſecus neceſſarius nõ ſit;probo hac ratione, quia is actus primus, ſicut quicumque alius eſt propter actum ſecundum, quem elicit,vnde ex natura, & perfectionibus actus ſecũdi deducere debemus,quid neceſſarium ſit , aut non ſit ad actum ſecundum. At ad effectum videndi Deum neceſſarium non eſt , vt omnia principia inter ſe ſint intrinſece copulata , vt conſtat de concurſu procedente a cauſa prima. Ratio a priori eſt: quia ad agendum tantum requiritur exiſtentia cauſæ, & virtus agendi,& approximatio loci , atque,ſi in ſubiecto operandum eſt, ipſius diſpoſitio;non autem informatio,& vnio Phyſica principiorum inter ſe.Si eam habet lumẽ, ſi ſpecies;eſt,quia ſunt accidentia , & exiſtere per ſe non poſſunt:in Deo vero, & quocumq; entẽ per ſe,quibus repugnat inhærere , quis petat vnionem ad agendum effectum,quem nõ per vnionem , ſed per omnipotentiam ſubſiſtentem continet ?imo cum nulla accidentis vnio ſit per ſe operatiua,etiam in accidentibus inhærentibus arbitror lumen, & ſpeciem impreſſam,ſi per ſe exiſterent penetrata cum intellectu beati,eodem modo productura viſionem.Exemplum eſt in accidentibus Eucharisticis, quæ non aliter in Eucharistia emittunt ſui ſpecies, alioſq; effectus efficiunt,quã cum inhærent.

11 *Ad eliciẽdam viſionem actus primus intrinſecus non neceſſarius.*

Accidentia non inhærentia agere poſſunt.

12 *Authores pro noſtra ſententia.*

Quare Thomiſtæ,& Ieſuitæ ſcriptores fere omnes in hanc primo venere ſententiã: non vero eam tam explicatam tradiderunt. Ex noſtris lege.P.Valen.to.1.diſp.1.q. 12. puncto 2. P.Suar.lib.2.de Attributis negatiuis cap. 12. n.7.nec P.Mol.relatus n.2. hoc negat:ſed tantum

P. Valen. P. Suar. P. Mol.

Digitized by Google

P.Vazq. P.Arrub. tum actum primum intrinſecum.P.etiã Vazq. a nobis eſt,vt vidimus n.1.& P.Arrub. quippe qui negat,eſſe poſsibilem ſpeciem, Deum ipſius munus ſubire poſſe affirmet,neceſſe eſt.Ex Thomiſtis Patribus lege Ban.in hoc ar.2.ad 5. arg.in commentario, Zumelium q.3.concluſione 5.ita etiam Peſant.diſp. 1.concluſione 1.Et quod caput eſt S.Th.in hac plane eſt ſententia hic ad 3. Vbi docẽs, ſpecies ita vniri intellectui,vt faciant ipſum in actu, ait. *Ita diuina eſſentia vnitur intellectui creato,vt intellectum in actu,per ſe ipſam faciens intellectum in actu.* Et de Verit.q.8.art.1.dicens: *diuinam eſſentiam ita eſſe formam, qua intellectus beati ita videt Deum,vt cum eo fiat vnum in actu in intelligendo.* Cum audis,eſſe formam,non intelligas proprie;ſed a nobis concipi inſtar formæ fundamẽto deprompto ex ſpecie impreſſa, cuius vices gerit. Et cum audis,fieri vnum, non intelligas vnitum intrinſecum, ſeu compoſitum Phyſicũ antecedens ex intellectu, & eſſentia; *ſed vnũ in actu in intelligendo.* Hoc eſt,in ordine ad intelligendum, ita ſe gerere, ac ſi vnum proprium, ſeu vnitum intrinſece præcederet. Mitto alia teſtimonia. In explicando vero hoc primo argumento longius proceſsi; quia, quæ reſtant, ex ipſius doctrina lucem accipient.

Ban. Zumel. Peſant. S.Th.

Caput III. Expoſitio ſecundi argumenti.

13 *Robur primi argumenti.*

SECVNDVM argumentum robur accipit ex propoſitione Ariſtotelica,quam ſtatuimus diſp.40. cap.6. nimirum intellectũ obiectum ſuum percipere non poſſe, niſi prius fiat ipſum intelligibiliter,hoc eſt, aſſimiletur intentionaliter obiecto.Quæ propoſitio vniuerſaliter vera eſt in quocumque intelligente, & non tantum in intelligente per ſpeciem;quia quodcumque intelligens vniuerſaliter producit ſpeciẽ impreſſam : atqui Deus per ſemetipſum non poteſt informare obiectum;vt etiam ſtatuimus n.5.& ſequentibus:ergo non poteſt reddere ipſum ſimile.Probo hãc conſequentiam;quia intellectus de ſe indifferens ad omnia obiecta non poteſt fieri ſimilis huic potius,quam illi,niſi de nouo accipiat ſimilitudinem:at eam non accipit a re non ſibi vnita,ſed extrinſece ſe habẽs: ergo ponendum aliquid a Deo diſtinctum, vt reddatur ſimilis; quippe Deus per ſemetipſum hoc nõ præſtat. Ductus hac ratione AEgid.Luſitan.lib. 8. 2. p. q.4. ar. 2. § 3. negat,Deum hoc munus ſubire poſſe. Conatur in ſuam ſententiam adducere S.Th. Ferrar. & Cabr. Verum inutiliter;nam, cum ſpeciem impreſſam poſsibilem eſſe negent,& cum viſionem non negent, negare non poſſunt,Deum coniungi poſſe cum intellectu aliquo modo,qui ſufficiat ad producendam viſionem: licet controuertant in modo coniũctionis: etenim,ſi omnem modum ſufficientem negarent cum AEgid. negare viſionem cogerentur.Aliena ergo eſt mens ipſorum a mente AEgidij,nec hoc amplius memorabitur.

14 Cai. Ripa. Sotus. *Solutio quorumdã Thomiſtarum.*

Caiet.hic §.*in reſponſione ad* 3. Ripa dub. 2.cap.2.Nec non Sotus in 4.diſt.49.q.2. ar. 3. concluſione 3. dixerunt,Deum non poſſe coniungi ita intellectui in eſſe reali,vt ei communicet eſſe diuinum;bene tamẽ in eſſe intelligibili, quaſi forma abſque vlla reali informatione;ita tamen,vt intellectus per talem vnionem conſtituatur obiecto ſimilis intentionaliter. Quemadmodũ in Chriſto Domino humanitas ipſius exiſtit,& ſubſiſtit per Verbi exiſtentiam, & ſubſiſtentiam ſine informatione, intriſece tamen communicatam:ita intellectus beati fit ſimilis Deo per deitatẽ intelligibiliter ad modum formæ communicatam ſine informatione,& ſi per modum formæ.Nam, quemadmodum ait Ripa,ſupra §.*ſed mens Caiet.* a forma communicata materiæ naturaliter emanat eſſe naturale : ita a natura Dei,quæ eſt ex ſe forma intelligibilis, naturaliter emanat in intellectu eſſe intelligibile,per quod intellectus fit ſimilis. Qua explicatione non tantum perire, ſed etiam euaneſcere putat nodi difficultatem: aduertit vero,hoc eſſe intelligibile,quod emanat,non eſſe ab actuali viſione diſtinctum.

Non opus eſt longa diſputatione,vt implicatio patens in hoc modo dicendi a mediocri 15 *Reijcitur.* percipiatur ingenio. Atque in primis in Deo eſſe naturale, & eſſe intelligibile non diſtinguuntur, niſi per rationem inadæquate,& penes ordinem ad diuerſa connotata concipientem. Vnde vtrumque eſſe in Deo eſt non tantum eſſe reale; ſed etiam Deus. Nõ explicatur vero quomodo hoc eſſe intelligibile, quod in ſe eſt ens reale,& Deus,vniatur cum intellectu intelligibiliter. Quoniam licet eſſe intelligibile diſtinguatur ab ente reali naturali,at continetur intra latitudinem entis realis cõdiſtincti ab ente rationis,vt oſtendi diſp.40.n.61.Ergo ens reale vt ſic diuiditur per ens reale naturale,& per ens reale intentionale,ſeu intelligibile, tamquam per differentias eſſentiales entis realis. Ergo ſi eſſentia Dei vnitur intellectui intelligibiliter, realiter vnitur, etſi non naturaliter.Quod ſi reuera realiter vnitur,cum ais vniri intelligibiliter,tota natura Dei etiam ſecundum eſſe naturale, & non tantum ſecundum eſſe intelligibile realiter vnitur:quoniam non poteſt vna ratio realiter vniri; quin vniatur

Si intelligibiliter vnitur cũ intellectu natura Dei,realiter vnitur

Digitized by Google

tur omne, quod eſt idem cum ipſa; maxime, vbi non eſt virtualis intrinſeca diſtinctio; vt inter naturam, & diuinas relationes. Exemplum aduerſariorum hoc ipſum confirmat; nam, nec forma naturalis, nec Verbum diuinum poſſunt dare eſſe aliquod; illa materiæ; hoc naturæ, niſi inter ſe prius copulentur reali vnione; illa informatiua; hoc hypoſtatica: ergo in noſtra re natura etiam Dei realiter vnitur cum intellectu, cum ais, vniri intelligibiliter, & ipſum media ea vnione ſibi intentionaliter aſsimilare. Non ne cum aſsimilatur per ſpeciem impreſſam ea informatione reali vnitur, licet tantum vniatur intelligibiliter? ergo ſimiliter in Deo.

16 Rurſus: qualis erit naturæ ea vnio, ſi realis eſt? quis hoc explicet? Nam non eſt informatio, non integratio, hoc eſt, cõnexio inter partes integrantes, non hypoſtatica: quo ergo genere vnionis realis natura Dei cum mente accidentaria hominis, aut cum anima rationali, ſi ipſius mens ab ea non diſtinguitur, coniungi poteſt? Hoc ſane difficilius explicabis, quam incarnationis myſterium, quod in coniunctione naturæ cum perſonalitate, quam habemus ex Philoſophia, habet in ea fundamentum: illa vero vnio naturæ Dei cum intellectu nullum.

Eſſẽtia Dei nec quid creatum, nec increatum communicat intellectui beati.

Demum peto, an eſſe, quod intellectui communicat, cum eum ſimilem conſtituit, ſit creatum; an increatum? Si hoc ſecundum: ergo intellectum Deum conſtituit re ipſa, vt manum albam albedo ei communicata, & hominem Deum in Chriſto Domino, & non tantum intelligibiliter. Quid quod Deus realiter, & Deus intelligibiliter idem ſunt, ſi Deus intelligibiliter eſt aliquid increatum? Hoc vero abſurdum eſſe, quis non videat? maxime, cum ad cognoſcendam rem opus non ſit, eſſe eam realiter: ſed tantum repræſentatiue. Si primum: ergo intellectus formaliter conſtituitur ſimilis per aliquam formam efficienter procedẽtem a Deo, vt ceteræ creaturæ; non autem per ſe ipſum Deum: illaque forma erit ſpecies impreſſa, nec Deus per ſe ipſum ſubibit eius munus: deſeriſque inſtitutum, cuius patrocinium ſuſceperas. Mitto in vera Philoſophia, & Theologia, nec materiam accipere eſſe a forma, nec humanitatem Chriſti exiſtere exiſtentia Verbi. Quoniam bona Methaphiſica, vt docuit noſtra ſocietas, docet, quamcumque rem propria gaudere exiſtentia, ab eſſentia omnino indiſtincta.

Nihil aliena exiſtit exiſtentia.

Reſpondeo igitur, naturam ipſam Dei eſſe ſui intentionalem repræſentationem, ſaltem eminenter, quatenus per ſuam omnipotentiã continet ſpeciem impreſſam ad ſe videndum, vt ſtatuimus diſp. 40. cap. vltimo. Vnde prima pars minoris neganda eſt. Secunda diſtinguenda eſt conſentanee ad doctrinam ſecundi cap. *non poteſt intellectum reddere ſimilem, intrinſece, & vt forma*, concedo. At hoc neceſſarium non eſt ad ſimpliciter eliciendam viſionem, niſi quando principium aſsimilans eſt accidens: in quo caſu Ariſt. & Philoſophi id docuerunt agentes de cognitionibus noſtris naturalibus in hac vita. *Non poteſt reddere ſimilem, extrinſece per aſsiſtentiam*, vt ſufficit ad viſionem eliciendam, nego; vti diximus in actu primo extrinſeco, & intrinſeco. Declaro hoc ratione a priori: ſpecies impreſſa, & eſt accidens, & forma: & eſt imago obiecti, aut formalis, aut virtualis, vt tetigi diſp. 40. cap. 6. ad eliciendam viſionem obiecti per ſe opus non erat, quod eſſet accidens, aut forma; ſed quod eſſet imago intentionalis, ſiue ea in eſſe rei ſit accidens, ſiue ſubſtantia: quoniam ſpecies eſt propter viſionem, & ſuum etiam operari eſt propter eamdem; at viſio non petit procedere a principio, quod ſit accidẽs, aut ſubſtantia: ſed quod ſit obiecti imago: vt calor non petit procedere a ſubſtantia, aut accidenti: ſed a calefactiuo, ſiue ſit accidens, ſiue ſubſtantia. Id conſtat in Angelo ſe vidente, & in beatis, vt mox expono. Quo fit, viſionem non petere, vt principiũ eius prius habeat cauſalitatem formæ in intellectu; nam, ſi non petit principium, quod ſit forma, non petit, quod principium ſui complens actiuitatem intellectus informet ipſum, atque reddat ſimilem obiecto intentionaliter: ſed quod ipſum comprincipium ſit intentionaliter ſimile, & ita coniungatur cum intellec-lectu, vt poſſint, vt cauſæ partiales concurrere ad viſionem; ad hoc autem opus non eſt, vt alterum principium informet alterum. Ergo eſſentia Dei aſsiſtens intellectui, vt continet ſpeciem impreſſam ſui ſecundum gradum meritorum beati, & luminis gloriæ qualitatem, ſufficienter aſsimilat intellectum, vt ad viſionem neceſſarium eſt, atq; ſubit munus ſpeciei immunis ab omni imperfectione. 17

Authoris reſponſio. Eſſẽtia Dei eſſe eminẽter ſui intẽtionalis repræſentatio.

Species impreſſa non eſt vt ſic forma, aut accidens, aut ſubſtãtia, ſed præſcindit ab ijs.

Eſt imago obiecti.

Caput IIII. *Expoſitio tertij, & quarti argumenti.*

18 *Vt ſuppleat eſſentia diuina ſpeciei determinationem?*

TERTIVM, & quartum argumentum, quæ reſtant, diluenda ſunt ex doctrina capitis ſecundi ita applicata: atque in primis certum eſt, eſſentiam diuinam non determinare, vt formam. Deinde conſideranda ea eſt, vt continet ſpeciem ſui tantæ, aut tantæ perfectionis in ordine ad viſionem reſpondentem ei ſpeciei: intelligitur ergo determinari intellectum non intrinſece per formam, ſed extrinſece

ſece

Digitized by Google

ſece per comprincipium aſsiſtens, vt eſt ab actu libero Dei applicatum intellectui ad operandum per omnipotentiam, aut vt hanc, aut vt illam ſpeciem continet. Quomodo autem ea fiat applicatio, & quid nouum afferat in rebus ſecundum noſtra principia? dixi num. 10. & 11. & quemadmodum omnipotentia cum ſit effectrix vniuerſaliſsima, determinate applicatur ad hunc effectum potius, quam ad illum ex his, quos continet: ita in re noſtra ad hunc modum influxus potius, quam ad illum reſpondentem ſpeciebus impreſsis, quas continet.

Ad quartum deniq; reſpondeo, coniunctionē obiecti cū potentia formalē, hoc eſt, per formā, & informationem non inueniri in eſſentia Dei aſsiſtente: ſed loco informationis, quæ neceſſaria nō eſt ad viſionem, vt ſæpe dictum eſt, ſubrogari aſsiſtentiam, quæ ſufficit: aſsiſtentia vero vltra indiſtantiam loci addere applicationem liberam, per eamq; iam Deum eſſe proxime intelligibilem a noſtra potentia. 19

DISPVTATIO QVADRAGESIMA SECVNDA,

DE DEO IPSO, ET SPECIE IMPRESſa; vtrum eorum de facto concurrat ad viſionem Dei?

Diſtincta quinque capitibus.

In 1. Species a lumine gloriæ diſtincta neceſſaria eſt.

In 2. Sententia affirmans, ſpeciem concurrere, & fundamenta.

In 3. Defenſio ſententiæ affirmantis, Deum de facto efficere viſionem.

In 4. Deus per omnipotentiam immediate concurrit ad viſionem.

In 5. Beatos neceſſario producere verbum.

Caput I. *Species a lumine gloriæ diſtincta neceſſaria eſt.*

I P. Vazq. *Sententia P. Vazq.* PATER Vazquez hic diſp. 43. cap. 6. & 7. affirmat; lumen gloriæ, & eſſe lumen, quia manifeſtat Deum, qui eſt gloria per viſionem, quam efficit: & eſſe ſpeciem; quia a S. Th. tum hoc art. 2. tum 3. contra Gent. cap. 54. *ad tertiā rationem* appellatur ſimilitudo Dei; ex hoc infert, non vniri eſſentiam Dei per modum ſpeciei cum intellectu beati; ſed de facto per ſpeciem creatam videri Deum. P. Vazq. Conſentanee ad hæc principia 3. p. to. 1. diſp. 54. cap. 2. ſcientiam infuſam Chriſti Domini non eſſe habitum diſtinctum ab ſpeciebus intelligibilibus. Fauent P. Val. 3. p. diſp. 1. q. 11. p. 1. & Bart. a Med. ibidem ar. 5. P. Val. Medina. Mouetur; quia, ſi in lumine gloriæ, ſi in ſpeciebus ſolis intelligibilibus inuenitur quidquid ex parte principij neceſſarium eſt ad viſionem, & ad actum ſcientiæ infuſæ Chriſti, ſuperuacaneè adijcitur munus aliud ſpeciei, & habitus diſtinctus. Quod vero in eis reperiatur, quidquid ad rationem principij neceſſarium eſt, probatur; quia in ijs actibus eſt vitalitas, eſt ſupernaturalitas, eſt obiecti repræſentatio: ad hæc vero in beato ſufficit intellectus cum lumine; quia vitalitas reſpondet intellectui: ſupernaturalitas, & repræſentatio lumini, quatenus lumē, & ſupernaturale eſt, & ſimile obiecto. In Chriſto etiam intellectus cum ſpecie ſupernaturali propter eamdem accommodationem. Ergo, &c. Quod ſuperuacanee adijciatur aliud quidquam, conſtat; quia principia horum actuum ſunt propter illos, propter prædicata, & perfectiones, quæ in eis ſunt: ergo ſi in principio præexiſtunt omnia prædicata, & perfectiones, quæ in actibus, quidquid aliud apponitur, ſuperflue apponitur.

2 In duobus me oppono huic ſententiæ. Primo in allegatione S. Th. in patrocinium. Secũdo in ipſa. Lege noſtrũ cap.1. diſputationis 40. in quo ex S. Th. demonſtraui, & ab ipſo diſtingui lumen gloriæ ab ſpecie intelligibili, & hanc negaſſe; quia impoſsibilem iudicauit, & eſſentiam Dei ſubire munus eius, quæ hic non ſunt repetenda.

Impugnatio primæ ſententiæ.

3 Quoad ſecundum, antequam refellam eam ſententiam, aduerto, aliud eſſe controuertere; an poſsibilis ſit qualitas, quæ ſimul ſit lumen gloriæ, & ſpecies impreſſa in vna entitate ſuperiori: & quæ ſimul ſit habitus ſcientiæ infuſus, & ſpecies? aliud vero, an defacto lumen gloriæ, quo perfunduntur mentes beatorum, ſit etiam ſpecies impreſſa, & an attenta ſua natura petat venire in identitatem cum ſpecie? Non agimus de primo ſtatu quæſtionis; ſed de ſecundo. Et quidquid ſit de poſsibilitate in ordine ad potentiam abſolutam, affirmo, defacto ſpeciem non eſſe, nec connaturaliter petere attenta luminis natura venire in identitatem cum ſpecie. Hoc aſſertum contra P. Vazq. tuentur noſtri, & Thomiſtæ vno agmine, cap. 2. quoſdam allego, & probo hac ratione: ſiue ſpecies ſit vicaria obiecti, ſiue non, ſupponit completam virtutem actiuam potentiæ in ratione potentiæ, vt conſtat in ſpeciebus naturalibus: ergo virtus actiua concurrendi ſpeciei, quam habere diximus diſp. 40. cap. 6. ex natura rei condiſtincta eſt ab actiuitate potentiæ: atq; adeo adhuc ſuppoſita actiuitate potentiæ completa proxime in ratione potentiæ indiget alia virtute agendi vltimo determinante, atq; aſsimilante potentiam obiecto. Nam hoc eſt notandum diſcrimen inter facultates cognoſcẽdi, & appetendi, quod, quia illæ cognoſcunt per obiecti repræſentationem, petunt vltra ſibi intrinſecam; & connaturalem virtutem, (quæ nullius obiecti eſt determinata repræſentatio; ſed indifferens ad omnia,) vim actiuam repræſentandi, vltimo determinantem. Hæ autem, quia obiectorum bonitatem non amant per eius repræſentationem, non petunt vim actiuam ex parte ipſarum diſtinctam ab ea, quam habent: ſed tantum propoſitionem obiecti amandi ex parte intellectus, vt cumque ad amorem concurrat: ergo virtus actiua ſpeciei diſtincta eſt ex naturis rerum a virtute actiua plena potentiæ, & illa poſterior. Rurſus compertum eſt, facultates naturales non habere completam virtutem potentiæ in ordine ad actus ſupernaturales; ſed tantum incompletam, radicalem, & improportionatam: quapropter dicitur obedientialis, vt dixi diſp.36. cap. 4. Lumen ergo gloriæ complet, & proportionatam conſtituit hanc virtutem; ita vt ex parte potentiæ nihil deſideretur ad viſionem præter repræſentationem obiecti ex parte principij: ergo lumen gloriæ connaturaliter loquendo non eſt ſpecies, & præter ipſius actiuitatẽ præſuppoſitam ex parte potentiæ, neceſſaria eſt actiuitas vltima ſpeciei.

Lumẽ gloriæ non poteſt eſſe ſpecies connaturaliter. Albelda diſp.25.

Diſcrimen inter facultates appetendi, & intelligendi.

4 Hinc facile dilues fundamentum ex Patre Vazq. cui negandum eſt, ad prædicata ex parte actus ſufficere intellectum cum lumine; quia repræſentatio actus vltra lumen petit ſpeciem in principio. Negandum etiam, lumen eſſe intentionalem obiecti ſimilitudinem: ſed largo modo appellatur a S. Thom. ſimilitudo Dei, in quantum omnis effectus refert cauſam, vt aduerti in propoſitione textus. Mitto modo, idem prædicatum a duobus principijs inadæquate concurrentibus produci poſſe, imo & petere: ita omnia immediate, & directe producuntur a cauſa prima, & ſecunda, ab anima, & potentia, ſi realiter diſtinguuntur: a potentia, & habitu naturali. Illud demum, quod adducitur de ſcientia infuſa Chriſti D. eodem modo, & ex eiſdem principijs definiendũ eſt. Et quiã vis mihi probabilius ſit, habitum ſcientiæ naturalis, nec in Angelis, nec in Chriſto eſſe diſtinctum ab ſpeciebus intelligibilibus, cum Patre Vazq. 1. p. 2. to. diſp. 19. cap. 2. & cum Caiet. 1. 2. q. 50. ar. 6. at in ſciẽtia infuſa negari nõ debet, eã eſſe habitum diſtinctum præſuppoſitum ad actiuitatem ſpecierum, vt dictum eſt.

Satisfactio ad fundamentum ex P. Vaz.

In Chriſto ſcientia infuſa diſtincta ab ſpeciebus. P. Vazq. Caiet.

Caput II. *Sententia affirmans, ſpeciem concurrere, & fundamenta.*

5 AEgid. Luſitanus partem affirmantem, de facto a beatis Deum per ſpeciem videri, conſtanter defendit. Suffragatur P. Vazq. diſp. 43. cap. 7. n. 34. & 35. quatenus affirmat, poſita poſsibilitate ſpeciei dicendum potius eſſe, per eam videri Deum, quam eſſentiã diuinam communicari inſtar ſpeciei. Aduerte hic, Thomiſtarum authoritatem non multum facere contra hanc ſententiam; quia ipſi propter impoſsibilitatem de facto ſpeciem negant, forte eam non negaturi, ſi arbitrarentur poſsibilem. Vnde aliqui hoc argumento vtuntur; nimirum, ſi affirmatur eſſe poſsibilis, non ſuppetit ratio; quare de facto negetur. Pater Sal. 1. 2. q. 3. tractatu 2. diſp. 5. ſect. 2. refert numer. 11. dixiſſe Laurentium Amolinũ in annotationibus marginalibus ad AEgid.

AEgid. Luſit. P. Vazq. *Sententia affirmans ſpeciẽ creatã de facto.*

P. Sal. Laurent. Amolinus.

Digitized by Google

AEgid. quodl. 5. q. 3. ſe vidiſſe famoſos viros in Theologia, qui tenuere, in patria videri Deum per ſpeciem creatam. Ouand. in 4. diſt. 49. prop. 10. refert Andr. a Vega in hac fuiſſe ſententia. Mitto alios, qui eam probabilem putant, licet oppoſitam probabiliorem.

6 Probari poteſt, non contemnendis rationibus depromtis ex principijs, quæ hucuſq; in hac materia ſtatuimus de natura ſpeciei. Vide diſp. 40. cap. 6. vbi quatuor ſpeciei munera diſtinximus, & diſp. 41. numer. 2. ad breue compendium redegimus. Vt autem ex ijs ducamus argumenta, ſtatuenda prius eſt propoſitio capitalis, nimirum beatitudinem noſtram fieri a nobis debere modo magis connaturali; nam, ſi propter hanc rationem in via ad actus ſupernaturales accipimus a Deo habitus, & principia intrinſeca, licet extrinſecis fieri poſsint, propter eamdem potiori iure in patria, in qua fruemur ſtatu perfecto omnium bonorum aggregatione, ſtatus connaturalis videndi Deum, qui longe diſtet ab omni modo violentiæ, & præternaturali concedendus erit, ne ſtatus ille priuetur connaturalitate in operando, qua maxime gaudent natura, & facultates noſtræ.

Viſio efficitur modo connaturali.

7 Hoc poſito, & ſi defenderimus diſp. ſuperiori, eſſentiam diuinam per ſe quatuor ea munera ſpeciei ſubire poſſe; at videtur magis connaturaliter, ipſam ſpeciem creatam obire ea munera, quam Dei eſſentiam. Primum erat, effectiue concurrere, & conſtituere in actu primo vltimo: ſed per ſpeciem intrinſecam intellectui magis connaturaliter conſtituitur ille in actu primo, quam per eſſentiam Dei extrinſecam: ſicut voluntas ad amorem Dei magis connaturaliter conſtituitur per charitatem, quam per omnipotentiam aſsiſtentem: ergo ſpecies creata connaturalius principium eſt. Confirmo rationem: viſio producenda vitalis eſt: ergo petit connaturaliter procedere a principijs intrinſecis: ergo principium magis intrinſecum connaturalius eſt in ordine ad viſionem.

Argumẽta ad probandũ, ſpeciem eſſe principiũ connaturalius.

8 Secundum munus erat, aſsimilare intelligibiliter potentiam obiecto; ita vt potentia prius *natura* fiat obiectum intentionaliter: ſed hoc connaturalius fieri per ſpeciem, quam per eſſentiam, conſtat primo; quia ſpecies eſt in ſe, & proxime ſimilitudo intentionalis obiecti, eſſentia ſolum remote, & eminenter, in quantum continet ſpeciem. Secundo; quia, ſpecies eſt intra potentiam ipſius forma intrinſeca: ergo conſtituit intrinſecè ſimilem potentiam, non eſſentia.

Tertium erat, determinare indifferentiam potentiæ, hoc etiam connaturalius fit a forma intrinſeca, quam a non forma, ſed extrinſeco comprincipio, vt conſtat. 9

Quartum erat, coniungere intentionaliter intellectum cum potentia, ſed per ſpeciem perfectius coniungitur intentionaliter Deus cum potentia, quam per eſſentiam: ergo, &c. Probo minorem. Primo; quia ipſa ſpecies eſt formalis intentionalis coniunctio, non eſſentia. Secundo; quia eſt intrinſeca coniunctio, non eſſentia, at in ratione intentionalis coniunctionis perfectior eſt formalis, quam non formalis, intrinſeca, quam non intrinſeca: ergo, &c. 10

Sit præter hæc quintum argumentum: poſita in intellectu ſpecie poſsibili poſt lumen gloriæ, connaturalius procedet ab ea viſio, quam ab eſſentia: ergo ex ijs duobus principijs poſsibilibus ſpecies eſt magis connaturalis. Cõſequẽtia bona eſt; antecedens probo. Primo; quia adſtante cauſa ſecunda expedita connaturalius fit ab ea effectus, quam a prima, quæ tantum concurrit, vt particularis in defectu ſecundæ. Secundo; quia cauſa magis vniuoca connaturalius concurrit, quam minus vniuoca: ſed ſpecies eſt cauſa magis vniuoca, quam eſſentia: ergo, &c. Tertio; quia cauſa proximior connaturalius concurrit, quam remota: ſed ſpecies in ordine ad effectum intentionalem eſt cauſa proximior, quam eſſentia, quippe hæc concurrere poteſt, in quantum illam eminenter continet: ergo, &c. 11

Sexto deniq; duco argumentum ex noſtra doctrina diſp. 40. num. 61. & ſequentibus; vbi probabamus, ſpeciem in munere producendi viſionem, non eſſe vicariam obiecti, imo videri proprietariam: at ſi propter aliquam rationem affirmandum eſt, de facto fieri viſionem a Deo, & non ab ſpecie; maxime quia ea eſt ſuffecta in defectum obiecti, aut propter diſtantiam, aut improportionem, & ceſſat actio ſubſtituti in præſentia, & expeditione proprietarij: ergo ſecundum noſtra principia negari non poteſt, ſpeciem de facto concurrere. Probo hanc conſequentiam; quia, nec Deus poteſt abeſſe ab intellectu, nec non eſſe ei proportionatus, dum eſt perfuſus lumine gloriæ. 12

Caput III. *Defenſio ſententiæ affirmantis, Deum de facto efficere viſionem.*

13 *Teſtimonia pro noſtra ſententia.*

NEGARE non poſſumus, fundamenta producta cap. 2. reddere probabilem eam partem, & ſatis conformem noſtris principijs: nihilominus ſemper amplectenda eſt communior ſententia, ſi ſuppetit probabilis via eam defendendi: maximè in quæſtionibus de facto, in quibus plus datur authoritati. Omnes Ieſuitæ ſcriptores eam defendunt, etiā admiſſa poſsibilitate ſpeciei impreſſæ (excipio P. Vazq.) Ita P. Mol. hic diſp. 1. concl. 2. P. Val. diſp. 1. q. 12. puncto 2. §. *ſecundum quod extra controuerſiam.* P. Suar. lib. 2. de Attrib. negat. cap. 12. num. 21. & in Metaph. diſp. 30. ſect. 11. P. Sal. vbi ſupra, n. 5. P. Arrub. hic diſp. 16. vbi negat, poſsibilem eſſe ſpeciem impreſſam. P. Becanus cap. 9. de viſione in 1. cõcluſ. Omnes item Thomiſtæ antiqui, & recentes, quippe qui negāt, poſsibilem eſſe ſpeciem impreſſam, & grauiores ex alijs antiquis Theologis, qui referuntur a noſtris, ac precipue a P. Salas, & ab AEgidio Luſitano to. 2. lib. 8. 2. p. q. 3. ar. 2. Ergo magnum eſt pro hac parte authoritatis pondus.

P. Mol. P. Val. P. Suar. P. Sal. P. Arrub. P. Becanus. *Sententia noſtra in authoritate aliā ſuperat.*

14 *An in naturam luminis gloriæ refundi poſsit Deum ipſum concurrere ad viſionem?*

A ratione vero, nō indiget alia probatione, niſi ſolutione probabili obiectionum: nam, eis enodatis, manet ea probabilior propter maius authoritatis pondus, cognita autem maiori probabilitate vnius partis, tenetur Theologus eā eligere. Pro enodandis autē difficultatibus propoſitis dici poſſet primo, lumē gloriæ eius eſſe naturæ, quæ petat pro vltimo cōplemento in ordine ad intuitionē Dei connaturaliter ipſum Deum aſsiſtentem eo modo, vt explicui diſp. 41. non ſpeciem creatam: & licet aliæ cognitiones, tum naturales, tum ſupernaturales contentæ ſint ſpeciebus creatis pro principio eliciendi; non viſio intuitiua, propter ipſius excellentiam, per quam eſt noſtra eſſentialis beatitudo.

15 *Non poſſe.*

Verum, licet ſi quis ita affirmaret, difficile refelli poſſet, non tamen ſui aſſerti redderet rationem. Vnde enim nouit, naturam luminis eam eſſe, quæ petat Deum ipſum, vt vltimum comprincipium, non ſpeciem creatam? Porro quo nexu adnectuntur noſtra eſſentialis beatitudo, & Deus ipſe, vt comprincipium partiale, & particulare eius, ita vt ratione excellentiæ, & perfectionis petat Deum ipſum, vt cauſam, non ſpeciem creatam? Maxime, cum creaturæ, non tam ratione perfectionis, quam ratione diuerſi modi exiſtendi, petant, aut non petant Deum particularem authorem. Vnde non ſemel creaturæ minus perfectæ, vt materia prima, & corpora cœleſtia, petunt Deum productorem. Deinde ob eamdem rationē dicat aliquis, amorem beatorum excellentiſsimum Deū ipſum vendicare productorem, non charitatem contra Paul. dicentem, manere ibi charitatē, vtiq; non otiantem. Demum, cum omnes creaturę, quæ a cauſa ſecunda produci poſſunt, cōnaturalius eā petant; quia magis vniuoca eſt, quam primam: viſionem Dei ab hac vniuerſali regula excipere non debemus ſine ratione ſufficienti, quæ in præſenti non datur, ergo, &c.

16 *Species vicaria Dei in viſione. Nec non in quibuſdam obiectis.*

Quapropter omnibus conſideratis dicendum videtur, conuenientius ſpeciem creatam poſsibilem Dei viſibilis eſſe ipſius vicariam in ordine ad viſionem. Idemq; dicendum eſt in Angelis, ſi eorum ſubſtantijs cōcedas virtutem emittendi ſpecies. Idem deniq; cuicumq; obiecto ſpirituali, cui non repugnat coniungi cum intellectu, aut per vnionem Phyſicam, aut per aſsiſtentiam, vt comprincipium ad cognitionem. Quoniam remota hac repugnantia, & conceſſa vi emittendi ſpecies, non ſuppetit ſolida ratio ad negandam communem doctrinam de vicariatu ſpeciei in munere producendi cognitionem. Etenim obiectum ex vna parte eſt origo, & radix prima eſſe intentionalis, & ex eo deriuatur ſpecies, vt ſemen, & inſtrumentum; & ex alia non ſufficitur a natura in munere, quod ab eo exerceri repugnet: ergo obiecto competunt proprietates agentis principalis, & proprij: atque ſpeciei agentis ſubrogati, caſu quo principale agens abſit, & per accidens impediatur: aut ſi abeſſe non poteſt, vt Deus, ſi noluerit ſe applicare libere ad productionem. Nec huic aduerſantur doctrinæ dicta diſp. 40. cap. 6. a numer. 61. quia vt ibidem annotabamus, ea tantum probat ſpecies obiectorum, quæ, nec ab ipſis emitti poſſunt, nec coniungi cum potentia ad coefficiendam viſionem, eſſe non poſſe vicarias obiecti. *Non vero in alijs.*

Dices: obiecta, quæ diffundunt ſpecies, eadem ratione eas diffundunt, cum vis emittendi a natura eis data ſit ob eumdem finem cognoſcēdi: ergo, ſi admittimus, vnū obiectū diffundere ſpecies, vt ſui vicarias in munere cognoſcēdi, de alijs obiectis negādū hoc nō videtur. 17

Reſpondetur: diſtinguo antecedens, omnia obiecta diffundunt ſpecies eadē ratione quoad omnia, nego; quoad modum cauſandi efficienter, & quoad finem, concedo: & nego cōſequentiam. Quoniā ea obiecta, quibus repugnat producere.

Digitized by Google

ducere cognitionem immediate, ſed eorum immediata productio limitata eſt ad ſpeciem: non poſſunt eam emittere, vt vicariam ſui, vt videtur manifeſtum: at in alijs obiectis, quorum virtus cauſandi immediata ſe protendit ad ipſam cognitionem, nihil impedit; quominus emittant ſpeciem, vt vicariam ſui in munere producendi cognitionem.

18 *Solutio argumentorum.*

Ex hac doctrina argumenta propoſita a n.7. facilem habent exitum. Ad primum abſolute nego illam minorem, *ſed per ſpeciem magis cõnaturaliter cõſtituitur in actu primo*: nam, licet ſpecies ſit intrinſecum principiũ, & Deus extrinſecum, non tamen oſtenditur magis connaturaliter procedere viſionem a principio intrinſeco, quam ab extrinſeco: imo oppoſitum verum eſt, cum extrinſecum principium eſt agens principale, & proprietarium; intrinſecum vero ſubſtitutum. Nec eſt ſimile illud de charitate; quia ea non eſt ſubrogata omnipotentiæ in munere producendi amorem.

Principiũ extrinſecum con naturalius peti poteſt.

Ad confirmationem diſtinguo primum cõſequens: *ergo petit connaturalius procedere a principijs intrinſecis, quatenus viſio vitalis eſt,* concedo, *quatenus eſt ſui obiecti repræſentatio,* nego. Pariter etiam diſtingue ſecundum conſequens: nã, cum obiectum petatur a viſione, vt primarium agens ſecundũ rationem repræſentandi, per ſe petit illud coniunctum cum intellectu coniunctione quidem ei connaturali, nõ autem intrinſeca determinatè.

Viſio, vt repræſentatio eſt, per ſe petit obiectum, vt principiũ.

19 *Non petit connaturaliter principiũ proximius in tẽtionale.*

Ad ſecundum neganda etiam eſt minor. Ad primam eius probationem concedo, ſpeciem eſſe proximius intentionalem, quam obiectũ; nego vero, viſionem connaturalius petere produci a principio proximius intentionali; ſed a primario principio; quia hoc agens proprietarium eſt eius effectus. Ad ſecundum nego quoq; viſionem connaturalius petere procedere a ſimilitudine obiecti intellectui intrinſeca: ſed ab ipſo obiecto, quod vbi adeſt, & cognitionem producere poteſt, non habet locum influxus ſpeciei.

Nec intrinſece ſimile.

Ad Tertium nego etiam, petere determinatiõe intrinſecã antecedente, ſed eam, quã explicui diſp. 41. num. 18. ob eandem rationem. 20

Ad quartum nego etiam minorem; quia cõiunctio per aſsiſtenciam perfectior eſt, quam per informationem; in ea etenim imperfectio nulla: in hac plures. Ad primam probationem, ſi per coniunctionem formalem intelligas formæ per informationem, concedo, aſsiſtentiam Dei non eſſe formalem coniunctionem. Inde tamen non ſit, eam eſſe perfectiorẽ. Si vero præſcindas a coniunctione per informationẽ, vtraq. formalis eſt, & ea, quæ eſt per aſsiſtentiã perfectior, & a viſione primario petita. Ad ſecundam iam dixi, non probari peti a viſione intrinſecam coniunctionem cum obiecto *natura* præcedentem. 21

Cõiunctio per aſsiſtentiã perfectior informatione.

Ad quintum nego primum antecedens. Ad primam probationem diſtinguo antecedens. *Connaturalius petitur cauſa ſecunda, cum non eſt vicaria prima,* concedo. *Cum eſt,* nego. Ad ſecundam diſtinguo ſimiliter, petitur connaturalius cauſa magis vniuoca ceteris paribus, concedo. Cum minus vniuoca eſt primaria cauſa, & magis vniuoca ſubſtituta, nego. Ad tertiam iam reſpondi n.19. 22

Aliquando cauſa prima cõnaturalius producit, quam ſecunda. Et minus vniuoca.

Ad ſextum deniq; ſatiſfeci num 16. nam ibi notata ad ſolutionem huius argumenti conducunt, & ordinantur. Conceſſa igitur prima illa propoſitione num. 6. de connaturalitate beatorum in modo operandi viſionem, adhuc bene defenditur, Deum ipſum ad eam concurrere. Hæc quidem ita cogitata in gratiam defendendi communiorem ſententiam. Non poſſum tamen non agnoſcere ſuam oppoſitæ probabilitatem.

Caput IIII. *Deus per omnipotentiam immediate concurrit ad ſui viſionem.*

23 *Duplex Dei cõcurſus in viſionem.*

SECVNDVM capitis tertij reſolutionem duplex Dei concurſus in viſionem diſtinguendus eſt: prior cauſæ primæ, qui generalis eſt: poſterior obiecti, non terminantis, ſed efficienter mouentis, vt cauſa particularis. Porro ex ſuperiori diſp. cap. 2. & 3. habemus, cõiungi intellectui ad hunc cõcurſum per aſsiſtentiã liberã, non per modum formæ: & ſi aſſuefacti creatis ſpeciebus intelligibilibus eſſentiam Dei, vt formam intelligibilẽ intellectus male concipiamus: in quem modum concipiẽdi inducunt incautos Theologos locutiones Thomiſtarum: ſed per modum comprincipij partialis coadiuuantis ad viſionem intellectũ illuſtratum lumine gloriæ.

Eſſentia non eſt forma intelligibilis in tellectus.

Modo prima dubitatio mouetur de ratione immediata agendi Deo in viſionem, an ne ſit ipſa natura Dei immediatè? an voluntas, aut omnipotẽtia? Attributa quidẽ ratione a natura diſtincta eſſe naturã, affirmãt Recẽtiores. Ita P. Mol. hic diſp. 2. §. vltimo, ex S. Tho. & ſectatoribus: vbi etiã fatetur, cõcurſum illũ, vt præciſe a natura Dei, tã naturalẽ eſſe, ac cõcurſum luminis gloriæ, & ſi abſolute libere efficiãt, quatenus pẽdẽt a cõcurſu generali Dei, qui liberè exhibetur, & P. Sal. 12. q. 3. tract. 2. diſp. 5. ſect. 2. n. 40. & Ambroſ. Machinus. Probatur primo; quia 24

Quæ ſit Deo immediata ratio agendi in viſionẽ? P. Mol. Rationes probantes eſſe naturam. P. Sal. Mach.

Digitized by Google

quia natura Dei comparatione ſuæ ſcientiæ coniungitur per modum ſpeciei intelligibilis per naturam ipſam: ergo ſimiliter in noſtra viſione. Secundo: cum Angelus ſe intuetur, aut Gabriel Michaelem in ſententia negante neceſsitatem ſpecierum ad eas cognitiones, concurrunt per ſubſtantias ipſas, non per potentias, aut re, aut ratione ab ipſa diſtinctas: ergo ſimiliter in beatis. Tertio: quia natura diuina ratione diſtincta ab attributis, & prior illis eſt obiectum, primario terminans: ergo & mouẽs. Probo hanc cõſequentiã: nã obiecta per eamdem rationẽ mouent, & terminant. Etenim mouent efficienter, vt terminent. Quarto probatur: quia indepẽdenter ab attributis, quæ ratione ſubſequuntur, ipſa natura eſt per ſe intelligibilis motiue, & terminatiue prius eis: ergo natura Dei per ſe immediate habet vim efficiendi viſionem: nõ igitur eam efficit per omnipotentiam connaturaliter.

25 *Nõ habet locum difficultas, ſi omnipotẽtia nõ diſtinguitur a natura.*

Pro huius rei definitione obſerua primo, hanc difficultatem, non habere locum in ſententia non diſtinguente naturam Dei ab omnipotentia ratione præſcindente, ſed ſolum per connotata diuerſa, & conceptus inadæquatos, quatenus eamdem rem indiuiſibilem appellamus Deitatem, cum eam concipimus in ordine ad conſtituendum Deum; & potentiam productricem, cum eamdem comparamus cum effectibus, quos producit. Nam tunc veræ erunt affirmatiuæ propoſitiones: per naturam, & per omnipotentiam, tamquã per rationem agendi Deo producere viſionem: & falſæ negatiuæ: producit immediate per naturam, non per omnipotentiam; nam in ratione agendi directa, & ſignificata in recto, non datur mediatio, ſed vtrũq; (ſi vtrũque eſt) immediate agit. Vide, quæ dixi tractatu 1. diſp. 10. cap. 1. ad finem.

26 *Locum habet, ſi non diſtinguitur a volũtate.*

Obſerua ſecundo, ſi omnipotentia non diſtinguitur a voluntate, locum habere difficultatem, quia voluntas diſtinguitur a natura, diſtinctione intrinſeca virtuali in ordine ad diuinas proceſsiones, de qua ſæpe dictum eſt: & in tractatu de Trinitate ex profeſſo dicendum. Hoc ita declaro: vt aut natura Dei, aut voluntas, ſeu omnipotentia concurrant ad viſionem, præçedere debet aſsiſtentia, & hæc fit per liberam voluntatem Dei volentem, nullũ eſſe in potentia noſtra impedimentum, vt declaraui diſp. 41. n. 9 poteſt autem Deus velle nõ eſſe impeditum, vt natura ipſa cõcurrat immediate, aut vt volũtas, ſeu omnipotentia cõcurrat: ſi vt natura concurrat, ea erit applicata, & aſsiſtens, non omnipotentia; ſi vt omnipotentia concurrat, hæc erit applicata, non natura. Et tunc propoſitio negatiua erit vera, nimirũ ita fieri viſionem per naturam, vt non fiat per omnipotentiam, aut è conuerſo. Quoniam hæc diſtinctio virtualis ſufficiens fundamentum eſt ad propoſitiones ad ſenſum cõtradictorias; vt cum dicimus, Patrem æternum producere filium per intellectum, non per voluntatem.

His adnotatis, mihi probabilius eſt, Deum immediate concurrere ad viſionem per omnipotentiam, non per naturam. Probo primo: Deus continet ſpeciem impreſſam ſui per omnipotentiam, ſicut & omnium rerum ſpecies impreſſas: ſed eatenus concurrere immediate poteſt ad viſionem, quatenus gerit munus ſpeciei, & agit intentionaliter in ordine ad effectum intentionalem: ergo concurrit per omnipotentiam. Maior videtur manifeſta: quoniam ſi poſsibilis eſt ſpecies impreſſa Dei, vt actum eſt diſp. 40. per omnipotentiam, per quam alia poſsibilia ſunt, poſsibilis eſt; etenim ſi omnipotentia non contineret ſpecies impreſſas Dei, non eſſet omnipotentia ſimpliciter; quippe quæ nequaquam poſſet omnia, quæ non repugnãt producere, vt condiſtincta a natura. Hinc Theologi omnes vno ore docent, omnipotentiam eſſe Deo rationem agendi omniũ effectuum ad extra. In cõtraria vero ſententia hæc doctrina vniuerſaliter, & ſine limitatione defendi non poteſt, quod non caret incommodo. Confirmo rationem: ſi propter aliquid ſpecies impreſſa Dei non contineretur in omnipotentia, maxime quia eſt Dei, vt eſt in ſe, repræſentatio intentionalis: ſed hoc non poteſt obſtare: ergo. Probo min. gratia iuſtificans eſt perfectior ſimilitudo, & participatio naturæ Dei, quam ſpecies impreſſa: etenim illa eſt repræſentatio in genere inferiori, videlicet intentionali, debita gratiæ attenta eius natura, vt debetur lumen gloriæ: hæc eſt Dei repræſentatio in eſſe reali, & imago expreſsior Dei, quam ceteræ creaturæ. Vt ergo ſi quis diceret naturam hominis, exempli gratia, contineri in omnipotentia, non vero proprietates hominis, audiendus non eſſet: ita in noſtra re, quia gratia in ordine ad lumen, & ſpeciem ſe habet, vt natura, & prima radix eorum. Min. probatur ex doctrina notata diſp. 41. n. 18. videlicet attentis beati meritis, & natura luminis gloriæ ad menſuram eorum Deum determinare intellectum ad agendam talem viſionem, vt continet ſpeciem impreſſam determinatam reſpondentem ei lumini, & meritis: ergo eatenus agit viſionem, quatenus continet eam ſpeciem; ſi ergo illam continet per omnipotentiam, per eamdem efficit viſionem. Confirmo hoc amplius: omnipotentia Dei per ſe ipſam eſt intime præſens intellectui, eſt etiã proportionata, maxime ſi continet ſpeciẽ impreſſã pro clara Dei viſione: ergo nulla eſt cauſa, 27 *Deus concurrit ad ſui viſionẽ per omnipotentiã.*

cur

Digitized by Google

cur ei negatur concurſus immediatus in viſionem?

28 Diceſ, cauſam eſſe rationem obiecti primarij in eſſentia, quæ petit ipſam mouere, vt ipſa terminat. Sed contra primo: hoc non obſtante, omnipotentia Dei continet ſpeciem impreſſam, per quam eſſentia Dei videri poteſt, vt obiectum primarium: ergo ſimiliter concurrere poterit immediate ad viſionẽ, cuius obiectum primarium eſt eſſentia Dei. Contra 2. eſſe obiectum primariũ in hac re nihil eſt aliud, quam eſſe primum ratione, & dignitate, & in ordine ad beandũ inter ea, quæ beatus in Deo formaliter exiſtentia cognoſcit: nõ autẽ eſt eſſentiam eſſe formalius, & expreſsius cognitã, quam reliqua, vt voluntas, vt omnipotentia, & relationes. Quoniam hæc tam in ſe cognoſcuntur, tamque immediate a beato, quam eſſentia: ſed licet omnipotentia immediate concurrat, imo etſi ſpecies creata eſſentia Dei ea ratione erit obiectum primarium, hoc eſt, primo cognitum ratione, dignitate, & in ordine ad beandũ videntẽ; ergo neceſſariũ non eſt, vt eſſentia immediate concurrat ratione obiecti primarij.

Euaſio præcluditur. *Ex ratione obiecti primarij nõ fit, eſſentiã immediate concurrere.*

29 Si dicaſ, non ea ratione id neceſſarium eſſe, ſed quia eſſentia immediate in ſe viſionem terminat. Contra primo: omnia ergo formaliter exiſtentia in Deo, quæ immediate in ſe terminant viſionem, immediate per ſe ipſa mouere debent efficienter. Vnde eſſentia erit immediatum mouens ad viſionem, vt eſt viſio eſſentiæ, omnipotentia, vt eſt ipſius viſio, voluntas, vt ipſius, & ſic de reliquis attributis. Præterea Pater immediate concurret per paternitatem ad viſionem, vt eſt viſio Patris: filius per filiationem, vt eſt filij: Spiritus ſanctus per ſpirationem, vt eſt Spiritus ſancti: agentque relationes, quæ non ſunt actiuæ, ad extra. Nec tres perſonæ omnia opera ad extra producent per eamdem agendi rationem, nec erunt indiuiſa opera Trinitatis ad extra, vt docet commune proloquium Theologorum. Nam dicere relationes diuinas in ſe non videri, ſed virtualiter in eſſentia, præterquam quod non ſatisfacit ad illud de attributis, eſt affirmare non videri in ſe myſterium Trinitatis, ſed in alio; atque adeo non tam intuitiue, quam abſtractiue cognoſci: quod mihi improbabile, vt minus eſt, & prorſus a bona Theologia alienum, ita affirmare, vt defendas eſſentiam immediate cõcurrere, non omnipotentiam.

Nõ eſt probabile affirmare, Trinitatẽ non videri in ſe.

30 Hinc optime defenditur, concurſum illum in viſionem eſſe immediate liberum, & non tantum ratione concurſus generalis. Et mihi quidem durum eſt affirmare, Deum aliquid ad extra quoquo modo naturaliter operari, quoniam modus libere operandi in omnibus concurſibus perfectior eſt. Vnde non arrideo P. Mol. & ſectatoribus in hac parte, nec Thomiſtis, id ſignificantibus in ſuis modis loquendi obſcuris. Id vero optime defendi conſtat, quia omnipotentia Dei eſt ipſa voluntas Dei libera in ordine ad creatas bonitates, vt dixi tract. 2. diſp. 14. cap. 1. & libertas diuina conſiſtit quoad exercitium in egreſsione indifferenti actionis: vt docui diſp 16. cap. 10. ergo ſi per voluntatem immediate concurrit ad viſionem, concurſus ille immediate, & proxime erit liber. Et ita docuere antiqui Theologi ex Scoto Quodl. 14. ar. 2 nec non Scotiſtæ Recentiores, Rada controuer. 10. ar. 1. Oſſand. in 4. diſt. 49. propoſ. 8. Et S. Th. q. 19. ar. 4. *Deum agere, quia vult.* In oppoſita etiam ſententia ſimpliciter actionem illam eſſe liberam dicendum eſt, non quidem vt ad proximum principium comparatur, quia id eſt natura Dei præcedens ratione libertatem. Nec ſolum ratione concurſus generalis, vt dicebat P. Mol. n. 24. ſed quia tum in aſsiſtentia, præcedẽte *natura* concurſum, tũ in actuali concurſu libertati ſubordinaretur diuinæ: vt motio brachij ſubordinatur hominis libero arbitrio.

Libere cõcurrit Deus.

Scotus. Rada. Oſand. *Etiã in oppoſita ſententia.*

Ad argumenta ſic reſpondendum eſt. Ad primũ antecedẽs omnino negandum eſt. Deus enim actuali intellectione ita conſtituitur, vt non præcedat vllus actus primus intelligendi re, aut ratione ad ipſum; vt tract. 1. diſp. 2. & 3. dictum eſt, nec indiget ſpecie impreſſa, nec natura vice eius coniuncta cum intellectu antecedenter. Qui aliter loquuntur aſſueti noſtris conceptionibus, deuorant in Deo incaute mille imperfectiones. 31

Satiſfactio ad oppoſita argumenta.

Ad ſecundũ reſpondeo, ſecundum noſtram doctrinam, aut Angeli poſſunt ex ſe ſui emittere ſpecies, aut non? Si non: nec etiã per ſuas ſubſtantias ſe, aut alios cognoſcere poterunt, ſed indigent ſpeciebus a Deo infuſis; ſi poſſunt, poterunt quidem concurre ad ſui, & aliorum cognitionem, vt continent ſpecies impreſſas ſui, & aliorum per potentiam, per quam eas continent: ſi ponitur diſtincta realiter a natura, per eam: ſi tantum *ratione*, per eam: ſi prorſus indiſtincta a natura, per ipſam, non in quantum exigitur natura ipſa; ſed in quantum exigitur potentia continens ſpecies.

Ad tertiũ iam conſtat ex dictis in probatione cõcluſionis negandam eſſe conſequentiam: quia terminare cognitionem competit omni realitati exiſtenti in Deo: mouere autem ſoli ei, per quam continent ſpecies: nec ex hoc, quod moueat, vt terminet, ſit per eamdem rationem terminare, ac mouere: quia alias relationes ipſæ per ſe mouerent.

Ad quartum denique negandum eſt antecedens in ordine ad creatas cognitiones. Etenim natura Dei, vt præcedit *ratione*

Digitized by Google

omnipotentiam non eſt formaliter, & proxime cognoſcibilis a creatura, ſed tantum radicaliter, & remote, in quantum eſt radix omnipotentiæ, & per eam continet ſpecies impreſſas, & viſionem, vt ceteros effectus.

Caput 5. *Beati neceſſario producunt verbum.*

32 DISP. 40. n. 11. S.Th. conceſſiſſe Verbum in beatis, probabilius eſſe indicauimus: quo poſito, reſolutio huius dubitationis facilis eſt; ſi quid enim dubiam reddere poſſet reſolutionem, eſt authoritas S.Th. nam pro concluſione in titulo cap. præfixa militat ratio euidens, & pondus authoritatis maioris momenti. Hoc ſecundum probo primo; quia noſtri ſcriptores indagatores ingenui veritatis, & nulli ſeruientes doctrinæ eam docuere vnanimi conſenſu. Ita P.Suar. lib.2. de Attrib. negat. cap.11. P.Mol. hic diſp.1. P.Arrub. diſp.17. cap.2. P.Vazq. diſp.38. cap.2. P.Val. diſp.1. q.12. p.2. & quotquot ſpeciem impreſſam eſſe poſſibilem, concedunt. Vide quoque Conimbr. 3. de Anima cap.8. quæſt.3. & P.Hurtado diſp.6. de Anima ſect.6. mitto alios.

Beatos formare Verbũ authoritate probatur.
P.Suar. P.Mol. P.Arrub. P.Vazq. Conimbr. P.Hurtad.

33 Scotus. Secundo omnes Scotiſtæ cum Magiſtro in 4.diſt.49.quæſt.2.art.3. Vbi obiurgat Capreolum, quod oppoſitum ſentiat, & Doctori tribuat Angelico: & merito ſane, quia S.Thom. vt ſtatim videbimus, a nobis eſt, præter ea, quæ dicta reliquimus diſp. 40. cap. 1. a num. 8. eſt etiam ſententia Bonauenturæ in 1. diſt. 3. 1. part. diſtinctionis ar.1. q.1. ad vltimum, & Bartholomei a Thorres tractatu de Trinitate ad q.27. ar.1. Soti quoque in 4. diſt.49. ar.3. poſt. 2. concluſionem, vbi reijcit aliorum Thomiſtarum ſententiam, qui poſt Caiet. iuere. Denique pro ea allego Sanctos Patres n. ſequenti, formans ex eis rationes pro concluſione.

Bonau. Torres.

34 *Probatur ratione.* Vt a radice concluſionem demonſtrem, formo hoc dilema, interrogans aduerſarios, vel cum beatus producit viſionem, ea viſio eſt actio phyſica rigoroſa, hoc eſt, verum *fieri*, & via ſpectans ad prædicamentum actionis, aut non eſt actio, ſed qualitas, licet appelletur actio Grammaticalis, ſpectans ad aliud prædicamentum? Si primum: ergo ea actio producit qualitatem expreſſam, per quam formaliter videt Deum, vt eſt in ſe. Probo hanc conſequentiã; quia omnis actio phyſica ex conceptu eſſentiali eſt verum *fieri* termini a ſe producti; nam is conceptus eſſentialiter conſtituit prædicamentum actionis, & per illum diſtinguitur actio huius prædicamenti ab alijs; quæ licet actiones appellentur, proprie tamen actiones non ſunt.

Non eſt actio ſine termino producto.

35 Dicunt Thomiſtæ, hoc verum eſſe de actione tranſeunte, vt ædificatio; non autem de actione immanente, vt intellectio. Suffragari videtur Ariſt. 9. Methaphyſicæ tex.16. Vbi hæc verba. *Quoniam vero eſt horum quidem vltimum vſus, & viſus viſio; & præter hanc nullum fit alterum a viſu opus; a quibuſdam autem fit aliquid, vt ab ædificatoria fit domus præter ædificationem.*

Ariſt. *De actione immanente, & tranſeunte habere terminum productũ, certũ eſt.*

Verum ex ipſis terminis Ariſt. conſtat, ipſum ſiniſtre ab aduerſariis intellectum; quoniam ibi tantum conſtituit diſcrimen inter operationes tranſeuntes, & immanentes: quod 36 hæ nullum relinquunt opus in obiecto extrinſeco, quod intentionaliter attingunt; vt cum videmus album in obiecto extrinſeco, nihil relinquimus; illæ vero relinquũt extra ſe opus; vt architectus format domum permanentem. Ita intelligit Ariſt. S. Thomas. Vide lectione, 80. Quod vero ab alia intelligentia alienus ſit S. Thomas, id manifeſte oſtendit; quod hoc teſtimonio probaretur, nulla intellectione produci terminum intrinſecum, quod eſt aperte falſum, & contra mentem. S. Thomæ, & contra fere omnes Thomiſtas in abſtractiuis intellectionibus, in quibus concedunt Verbum intrinſecum ab intellectione productum.

S.Thom.

Diſtinguere ergo debuiſſent in ipſa intellectione ipſum *fieri* internum, ſpectans ad prædi- 37 camentum actionis, a termino intrinſeco etiã ab ipſa producto; atque dicere, terminum hũc non ſpectare ad prædicamentum actionis, ſed ſolum ad obiectum extrinſece terminari; *fieri* vero, ſeu viam *natura* antecedentem ad hunc terminum ſpectare; (nam terminus ille, qui eſt *factum eſſe*, non eſt factus ſine *fieri*,) manuducti a S.Thoma Opuſ. 48. poſt tractatum 5. cap. 1. ibi. *Scientia ad ſcibile, & ſenſus ad ſenſibile eſt in ſecunda ſpecie qualitatis*: & cap.2. *intelligere, & ſentire ſunt actiones immanentes; hæc autem actio immanens non eſt in prædicamento actionis.* Sicut ergo in caloris productione diſtinguimus calorem a calefactione, & dicimus, calorem ſpectare ad prædicamentum qualitatis, & calefactionem ad prædicamentum actionis; ita in intellectione diſtinguenda eſt intellectio qualitas, quæ eſt imago expreſſa obiecti, & intellectio actio, quæ eſt via ad illam producendam. Et cum habeamus ex S. Thoma in ſcientia, & ſenſu eſſe qualitatem, ſpectantem ad ſecũdam ſpeciem qualitatis: & cum ea, quæ creata qualitas eſt, ſine productione produci nequeat, vt per ſe manifeſtum eſt; fit ſane, intellectionem, vt eſt productio, habere terminũ intrinſecum ab ipſa productum, etiã in beato.

S.Thom.

Ais,

Digitized by Google

38 *Nō improbabile, actus vitales produci actionibus nō diſtinctis.*

Ais, calefactionem diſtingui ante operationem intellectus a calore termino, non intellectionem, vt actio, a qualitate, per quam formaliter intelligimus. Bene, verū hoc parum refert; nam etſi non ſit improbabile, actus noſtros vitales produci actionibus non diſtinctis ante operationem intellectus, quia forte qualitas vitalis eſſentialem habet dependentiam a principio viuenti; & tunc opus non eſt media actione ante operationem intellectus diſtincta ab extremis: at negat nemo, qualitatem illam productione produci, ſpectante ad prædicamentum actionis, ſaltem diſtincta ratione noſtra a termino, vt terminus; atque de ea ratione formali verum eſt eſſe proprie *fieri*, ſpectans ad prædicamentum actionis: ſicut de animali proprie verum eſt, eſſe formaliter principium ſentiendi, nihil impediente, quod ſit idem cum rationali, aut inhibili.

39 *Beatos formare Verbū probatur.* Aug.

Ex hoc vero manifeſte infertur, beatos formare Verbum; nam ea qualitas producta per intellectionem, vt actio eſt, eſt vere Verbum ſecundum Aug. tom. 3. lib. 15. de Trinit. cap. 10. ibi: *formata quippe cogitatio ab ea re, quam ſcimus, Verbum eſt*; atqui ea qualitas, in qua cōſiſtit viſio, eſt formata cogitatio de Deo, quem ſcimus: ergo verum Verbum. Et lib. 15. de Trinit. cap. 16 loquens in terminis de viſione beata, ita ſcribit: *tunc Verbum noſtrum non erit falſum, quia nec mentimur, nec fallimur.* Vnde tom. 10. ſerm. 23. de tempore elegantiſsime Verbum internum appellat *Verbum, quod corde geſtamus.*

40 S. Thom. *Duo expreſſa S. Thom. teſtimonia.*

Totam hanc doctrinam clariſsime docuit S. Thomas in duplici teſtimonio inter alia. Alterum in 1. diſt. 28. q. 2. paragrapho *alij dicunt*, in hæc verba. *Vnde oportet, quod Verbum, vel dicatur ipſa operatio intelligēdi, vel ipſa ſpecies,* (vtique expreſſa) *quæ eſt ſimilitudo rei intellectæ, & ſine vtroque iſtorum non poteſt quis intelligere: vtrumque enim iſtorum eſt, quo quis intelligit formaliter.* Ecce diſtinxit actionem a termino in noſtra intellectione; atque affirmauit, alterum eorum eſſe Verbum; ſed in beatis, cū Deum intuentur, eſt operatio intelligendi, & ſimilitudo intentionalis Dei; quoniam Ioanne atteſtante Epiſt. 1. cap. 3. *Erimus ei ſimiles, quia videbimus eum, ſicuti eſt*: ergo beati formant Verbum.

41 Alterum ex hac 1. p. q. 27. art. 1. Vbi, vt probet proceſsionem Verbi per intellectum, ita ait: *quicumque intelligit, ex hoc ipſo, quod intelligit, procedit aliquid intra ipſum, quod eſt conceptio rei intellectæ, ex vi intellectiua prouenìens, & ex eius notitia procedens, quam quidem conceptionem vox ſignificat, & dicitur Verbum cordis.* En, non ſolum mentem, ſed & phraſim tenet Auguſtinianam; atque ex vniuerſali principio, & modo intelligendi, ſolide infert, in diuina proceſsione Verbum eſſe, quo, & ſibi, & alijs Pater ſuā exprimit diuinitatē; ergo licebit pari illationis vi inferre nobis beatos formare Verbum, nihil impediente præſentia Dei. Probo conſequentiam hanc; quia per intellectum lumine gloriæ perfuſum, cum producunt intuitionem, ſibi ipſis manifeſtum reddunt Deum, vt eſt in ſe, intuitione producta, atque ſibi ipſis loquuntur; quoniam locutio nihil aliud eſt, quā aliquid ab intellectu emanans per modum manifeſtantis, etiam per aduerſarios: ſed viſio Dei emanat ab intellectu beatorum, atque manifeſtat ipſis Deum, vt eſt in ſe: ergo eſt Verbum.

Eſt autem hoc notandum diſcrimen inter Verbum diuinum, & beatorum; quod illud nō eſt ex indigentia, ſed ex fœcunditate; non eſt forma informans, ſed perſona ſubſiſtens; nam Pater prius origine, quam Verbum produceret, erat omniū ſcius, quæ pro poſteriori Verbo expreſſit: hoc vero, licet etiam ſit ex fœcunditate, at eſt ex indigentia intelligendi, & forma informans. Hoc diſcrimen, atque alia tractatu de Trinit. (Deo dante) accurate explico: nullum autem eſt, quod impediat hoc, & illud quam propriiſsime Verba eſſe. 42 *Diſcrimen inter Verbum diuinum, & creatum.*

Quod ſi cum eſſentia diuina Patri tam ſit præſens, nihilominus producit Verbum intrinſecum, quod eſt terminus productus per dictionem; beati quoque, cum producunt intuitionem Dei, formant Verbum, nihil impediente, quod Deus ipſis adſit; nam debent diſtinguere terminum intrinſecum productum, qui eſt formalis manifeſtatio, à termino extrinſeco non producto, quod eſt obiectum manifeſtatum: ergo ſi admittunt, viſionem beatam eſſe actionem, proprie ſpectantem ad prædicamentum, negare non poſſunt, terminum ipſius eſſe Verbum, ſiue diſtinguatur ex natura rei a termino, ſiue non. 43

Quod ſi affirment ſecundum dilematis mēbrum n. 34. videlicet viſionē non ſpectare proprie ad prędicamentum actionis, facile ex dictis confutantur; nam ſpectabit ad aliud, videlicet ad qualitatem, & eſt qualitas creata, atque producta: ergo aliqua productione, & *fieri*: quis hoc neget? ergo ea non poteſt non pertinere ad prædicamentum actionis contra ipſos. Sed neque ex hoc pendet rei noſtræ definitio: nam aliud eſt, ad quod prædicamentum pertineat ea emanatio qualitatis; aliud eam eſſe dictionem, & terminum Verbum: ad quoduis prædicamentum ſpectet; dictionem eſſe, & Verbum, manifeſte probatur ex eo, quod emanat ab intellectu per modū manifeſtantis, ſiue ad hoc, ſiue ad illud ſpectet prædicamentum: neque enim ratio Verbi pendet ex hoc, quod eius 44 *Omniſqualitas creata actione producitur.*

Digitized by Google

eius productio ſit, aut huius, aut illius prædicamenti, ſed ex hoc, quod ſit producta manifeſtatio alicuius alicui: ergo, &c.

45 Hæc eadem probant, Angelum, cum ſuam ſubſtantiam intuetur, formare Verbum, nihil impediente, ſubſtantiam Angelicam eſſe ſibi præſentem. Id mirabile, quod aliqui Thomiſtæ Verbum hoc Angelo concedunt, & negant beato, propterea quod beatus ſupernaturali intuitione videt Deum: Angelus ſe naturali. Quaſi vero producere Verbum, aut non producere penderet ex naturalitate, aut ſupernaturalitate productionis: non vero ex ratione actionis in communi, quæ hoc ipſo, quod ſit verum *fieri*, & via, non poteſt non ei reſpōpondere *factum eſſe*, & terminus; actioni quidem ſupernaturali reſpondebit *factum eſſe* ſupernaturale, vt conſtat in productione gratiæ, & ceterorum donorum ſupernaturaliū. Quod vero nihil *eſſe factum* reſpondeat, alienum eſt a ratione; quia quidquid competit ſuperiori, competit omni inferiori directe contento ſub illo; vt quidquid competit animali, competit homini: ergo, cum actio ſupernaturalis ſit inferius directe contentum ſub generali ratione actionis, neceſſum eſt, vt ei ſuus quoque terminus, & *factum eſſe* reſpondeat, vtique ſupernaturalis. Vide dicta diſp. 40. cap. 3.

Alij Thomiſtæ, qui negarunt ſpeciem impreſſam, hic quoque negant viſionem, vt eſt terminus, eſſe expreſſam ſimilitudinem Dei; atque adeo eſſe Verbum. Quoniam non percipiunt, qua ratione res creata poſſit eſſe ſimilitudo Dei, vt eſt in ſe. Sed cōtra hos fuſe diſputaui diſp. 40. præcipue cap. 3. 6. & 8. & in eo cap. 3. allegato n. 23. feci mentionem de quodā Thomiſta moderno negante, terminum productum eſſe imaginem expreſſam, & affirmante ſolum eſſe modum quemdam vnionis, per quem beati, & natura Dei coniungūtur intelligibiliter. Sed hunc ibidem tam efficaciter refutaui, vt pluribus opus non ſit. 46

DISPVTATIO QVADRAGESIMA TERTIA.

DE CORPOREA FACVLTATE COGNOSCENDI, an eleuari poſſit ad videndum Deum?

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. Facultas videndi non poteſt Deum videre per naturalem virtutem.

In 2. Nec per obedientialem.

In 3. Fieri non poteſt a Deo potentia corporea cum virtute videndi ipſum.

ARTICVLVS TERTIVS.

VTRVM ESSENTIA DEI POSSIT VIDERI OCVLIS CORPORALIBVS?

Concluſio S. Thomæ, nec viſu, nec potentia alia partis ſenſitiuæ Deus videri poteſt. Nam, cum Deus incorporeus ſit, & facultates hæ non tranſiliant limites rerum corporearum in ratione obiecti, Deus, vt viſibilis, eſt ſupra ſphæram harum facultatum. Nota, cum titulus articuli ſolum inquirat de oculo corporali; reſponſum vero S. Thomæ ad omnem facultatem materialem ſe extendit, quia omnium eſt eadem ratio.

Caput

Digitized by Google

Caput. I. Facultas videndi non poteſt Deum videre per naturalem virtutem.

1 *Concluſio.*

CONCLVSIO hæc probatur primo ex ſcriptura in locis, vbi Deus dicitur inuiſibilis, quæ & proprie, vt ſonant, accipienda ſunt, atque vt minimum intelligenda compa ratione facultatis corporeæ; quippe eſt valde imperfecta. Loca Scripturæ hæc ſunt Exod. 33. ibi: *non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & viuet*. Hoc eſt, nullus me in vita mortali videre poteſt, ne dum poſsit oculis corporalibus. Ad Romanos 1. Vbi attributa Dei appellantur *inuiſibilia Dei*, vt eſſe æternum, immenſum, omniſciúm, optimum, &c. Scio Originem per *inuiſibilia Dei* intelligere Angelos; & Ambroſium lib. 3. de Spiritu ſancto cap. 2. & Cyrillum lib. 1. Theſauri cap. 5. intelligere *Patrem inuiſibilem*. At verior eſt expoſitio, quam tetigi. Sed nec hæ duæ eleuant authoritatem. Quoniam ſi Pater inuiſibilis eſt oculo corporeo, & pariter Angeli inuiſibiles ſunt, Deus ipſe in ſe inuiſibilis erit. Paulus etiam 1. ad Corinth. cap. 2. agens de gloria beatis præparata, atque referens Iſaiam cap. 64. ait: *ſicut ſcriptum eſt, quod oculus non vidit, neque auris audiuit, &c.* Id eſt, ſi vtrumque ſenſum coniungas, ſuperant omnem ſenſum ea bona, quæ tu o Domine Deus præparaſti per Chriſtum expectantibus te. Ergo cum præcipuum bonorum ſit viſio Dei, illa ſuperat omnem ſenſum. Item Paul. 1. ad Timoth. cap. 1. Deũ Regem ſæculorum appellat *immortalẽ, & inuiſibilem*; vt ergo immortalitas concipitur, vt proprietas Dei; ita inuiſibilitas per naturã: ergo, vt minimum oculi corporei Deum in ſe videre non poſſunt. Item Epiſt. ad Hæb. cap. 11. de Moyſe ait: *inuiſibilem tamquam videns ſubſtinuiſſe*: hoc eſt, (vt vertit Vatablus;) *per inde enim quaſi vidiſſet eum, quia eſt inuiſibilis, ita obdurauit, & perſeuerauit in duris quibuſdam tolerandis*. Obſerua hæc loca, propterea quod etiam probant ſecundum communem expoſitionem, neque intellectum per naturalem virtutem Deum in ſe videre poſſe, de qua re diſp. ſequenti cap. 1.

Exod. 33. Probatio ex Scriptura. Paul ad Romam 1. Orig. Ambr. Cyrill. 1. Ad Cor. c. 2. Iſa. c. 64. 1. Ad Tim. c. 1. Ad Heb. 11. Vatabl.

2 *Probatio ex Patribus. P. Val. Athan. Epiphan.*

Secundo probatur ex Patribus, quos allegant Recentiores, & ad fidem refert P. Valentia diſp. 1. q. 12. puncto 8. ex quibus locis errorem contrarium refellunt conſtanter. Legi poteſt Athanaſius in oratione contra Idola. Vbi exprobrat Gentilibus, quod *irrationali vecordia vſi, rem viſibilem Deum eſſe finxerunt*. Et Epiphanius hæreſi 70. vbi refert, & refellit Anthropomorphitas, qui quod Deum corporeũ eſſe putarent, dicebãt ipſum oculis cerni poſſe. Item Auguſt. lib. 3. contra Maximinum cap. 26. & lib. 2. de Trinit. cap. 8. & alibi ſæpe; ac maxime epiſt. 111. Et Athanaſius in diſp. cum Ario in Concilio Nicæno, a quibus Ariani refelluntur, quod exiſtimauerint, Filium Dei ſecundum ſuam diuinam naturam viſibilem eſſe oculis corporalibus. Nouatiani quoque antiquiores in hoc errore fuerunt, vt videri poteſt in Hieronymo lib. 2. contra Ruffinum. Demũ Celſus, contra quem ſcripſit Origenes octo libros, hunc errorem per calumniam orthodoxis adſcripſit, in quem Origenes lib. 7. per mẽdacium ait id affingere.

Aug. Athan. Hier. Celſus. Orig.

Probatio ſolida a ratione petẽda eſt ex cap. 2. in quo demonſtrare conabimur implicare contradictionem Deum videri in ſe potentia materiali; & ea quidem fundanda eſt in maxima improportione inter Deum in perfectione infinitum ex vna parte, & inter abiectam conditionem potentiæ materialis ex alia. 3 *Probatio ex ratione*

Noſtræ reſolutioni, & veritati omnino ex fide certæ ſolent obijci quidam modi loquendi ex ſacra Scriptura, vt illud Iob cap. 42. *auditu auris audiui te; nunc autem oculus meus videt te*. Et cap. 19. ibi: *in carne mea videbo Deum*. Vtrũque adducit S. Thomas in primo argumento. Ad primum reſpondet, verba Iob intelligenda de oculo mentis; ſicut Apoſtolus ad Epheſeos 1. dixit, *det vobis ſpiritum ſapientiæ in agnitione eius illuminatos oculos cordis veſtri*. Ad ſecundum, Iobum non dixiſſe viſurum Deum oculo carnis, aut per carnem, ſed exiſtens in carne poſt reſurrectionem. 4 *Duo obiecta ex Scriptura. Iob. c. 42. cap. 19. S. Thom. Satisfactio ex S. Thoma.*

Sufficiens eſt vtraque ſolutio. Ego conſului interpretes horum locorum, & video, in neutro eſſe aliquid difficultatis. Nam de primo duplex eſt interpretum ſententia. Prima ait, Iob, cum hæc dixit, oſtenſam fuiſſe imaginem quãdam filij Dei, ſicut & alijs Patriarchis. Secunda, eaque inter Latinos, & Græcos Patres ſatis frequens, negat Iobo quidquam obiectũ fuiſſe cernendum ſenſibus externis, ſed ipſam vocem, ex qua didicit clariorem rerum diuinarum notitiam, viſionem appellatam. Neutra ergo harum ſententiarum obiectioni facte fauet. 5 *Illuſtratur ab authore. Explicatus Iob in vtroq; teſtimonio.*

Secundum tractat Aug. lib. 22. de ciuitate cap. 29. & per hæc verba definit. *Illud, quod ait Iob, in carne mea videbo Deum, reſurrectionem quidem carnis ſine dubio prophetauit; non tamen dixit per carnem meam; quod quidem ſi dixiſſet, poſſet Deus intelligi, qui per carnem in carne videbitur. Nunc vero poteſt, & ſic accipi, ac ſi dixiſſet; in carne mea ero, cum videbo Deum*. Pulcra Verba in confirmationẽ mẽtis S. Thomæ. 6 *S. Aug.*

Addiderim

Digitized by Google

7 Addiderim, nec abs re Iobum intelligi poſſe de videnda humanitate Chriſti Domini oculis corporeis; ita vt agat de viſione, non tantũ in carne, ſed per carnem. Ita ipſe etiam D. Thomas, gloſa interlinialis, Caietanus, Hugo, Dionyſius, Tithelmanus, & P. Pineda in hunc locũ, quem hac paraphraſi poſſumus illuſtrare; *ego ipſe Iob, qui in ſtercore iacens, vermibus comedor; ego, inquam, Iob iam corruptus, atque vlceribus diſſolutus in hac carne mortali incorruptus per reſurrectionem futuram glorificatus videbo Deum.* Quod vero cohæreat hæc interpretatio cum ſubiecta materia, conſtat; quia Iob agebat de ſui reſurrectione per virtutem ſui Redemptoris, Saluatoris de vita immortali de iucundiſsimo conſpectu ſui iudicis. Vnde codices illi, qui addebant *Saluatorem meum*, hanc præferebant interpretationem. Dici ergo poteſt locutum, & de oculo mentis, & de oculo carnis; de illo pro videnda eſſentia Dei; de hoc pro videnda humanitate Chriſti; iuxta illud celebre Aug. in Manuali cap. 26. *Deum factum eſſe hominem, vt vterque ſenſus hominis in ipſo beatificaretur, & reficeretur, oculis cordis in eius diuinitate, & oculis corporis in eius humanitate, &c.*

S.Thom. Gloſa interlinialis. Caiet. Hugo. Dionyſ. Tithelm. P. Pineda. Aug.

8 De Aug. an cenſuerit, aut dubitauerit, an Deus oculo corporeo videri poſsit? controuertunt moderni; ſed ſpectat ad cap. ſecundum, nam certum eſt loquutum de oculo glorioſo, non per naturalem virtutem, vt iam demonſtro.

Auguſt. *An Aug. dubitauerit in hac veritate?*

Caput II. *Nec per virtutem obedientialem.*

9 TAMETSI facultas videndi non poſsit naturaliter videre Deum in ſe, vt monſtrauimus cap. 1. reſtat difficultas, an poſsit per potentiam obedientialem eleuari a Deo ad hunc effectum? quemadmodum enim, licet mens noſtra per naturalia Deum videre nequeat, vt docuit S. Thomas art. 4. & nos dicemus diſp. 44. cap. 1. per potentiam vero abſolutam eam eleuari non repugnat, vt diximus diſp. 36. præcipue cap. 4. ita in facultate videndi corporea: ex eo quod per naturalia videre Deum non poſsit, non ſtatim fit, nec per virtutem obedientialem poſſe; imo hanc partem probant, quæ ſequuntur.

S.Thom.

10 Primum Aug. authoritas lib. 22. de ciuitate Dei cap. 29. Vbi videtur ſubdubitaſſe, an ab oculo glorificato poſsit Deus videri? ibi: *viſuri ſunt ſancti Deum in ipſo corpore: ſed vtrum per ipſum, ſicut per corpus nunc videmus Solem, Lunam, Stellas, mare, ac terram, & quæ ſunt in ea? non parua quæſtio eſt.* Et infra; *longe alterius erunt potentiæ, ſi per eos videbitur incorporea illa natura, quæ non continetur loco, ſed vbique tota eſt.* Et rurſus *fortaſſe magna iſta virtus cernendi data fuerit ad horam, etiam in iſto mortali corpore oculis Sancti viri Iob, quando ait ad Deum; nunc autem oculus meus videt te.* In his teſtimonijs plane dubitat Aug. de poſsibilitate viſionis a corpore.

Auguſt. *Aug. ſubdubitaſſe videatur de hac re.*

Auguſt.

11 Deinde ratio non contemnenda reddit dubiam rem hanc: quoniam omnipotentiæ Dei hoc negandum non eſt, dum non apparet implicatio: ſed huius rei nulla datur ſolida implicatio: ergo, &c. Probo minorẽ. Primo; quia ſi qua eſt implicatio, maxime improportio inter Deum ſpiritualem ex parte obiecti, & facultatem materialem ex parte principij videndi; at hæc improportio ſuperari poteſt per potentiam abſolutam; ergo &c. Probo hanc minorem: ſummo Angelum ex parte obiecti, & facultatem noſtram videndi; inter hanc, & obiectum illud minor eſt improportio, quam inter intellectum, & Deum in ſe viſibilem; quippe inter hæc eſt diſtantia infinita, & ordinis ſupernaturalis; non inter illa: ergo, ſi eleuatio ſufficit ad alterum horum vincendum, etiam ad alterum ſufficiat, neceſſe eſt; aut ſi negatur ſufficere, oſtendatur implicatio, atq; diſcrimen, quod vix ſolide fiet. Deinde, licet verum eſſet, viſione corporea videri Deum non poſſe; vnde cõſtat, viſionem ſpiritualem produci non poſſe a potentia corporea per potentiam obedientialem? Vt graues Theologi affirmant de Sacramentis producere gratiam phyſice per potentiam obedientialẽ, nihil impediente, quod ea res naturales, & materiales ſint, gratia res ſpiritualis, & ſupernaturalis. Vrgeo; ideo intellectus eleuatus producit actus ſupernaturales, quia in eis ſunt prædicata, quæ reſpondent intellectui, ſupplente eleuatione alia, quæ non reſpondent, ita in viſione Dei ſunt prædicata, quæ reſpondent potentiæ corporeæ, nimirum eſſe qualitatem vitalem, & intuitionem: ergo ſi eleuatio ſuppleat alia prædicata, quæ non reſpondent, vt eſſe ſpiritualem, & ſupernaturalem, poterit potentia corporea eleuari ad eum effectum. Hac ratione motus P. Salas tom. 1. in 1. 2. tractatu 2. diſp. 5. ſectione 1. hoc aſſeruit per viſionem ſpiritualem a potentia materiali productam.

Rationes dubitandi. P.Salas.

12 Communis ſolutio reſpondet, diſcrimen eſſe inter Sacramenta, & facultatem videndi; quod illa agunt actione tranſeunte, & collocant gratiam in ſubiecto proportionato, nimirum in anima: hæc vero agit actione immanenti recepta in principio: atqui viſio ſpiritualis in ſubiecto materiali recipi nequit, propterea

Communis reſpõſio de actione tranſeunte, & immanente.

Digitized by Google

proptereaquod verior nunc philoſophia docet ſpiritualitatem conſiſtere in independẽtia à materia: nec ſi poſſet recipi, ei poſſet communicare effectum formalem videndi Deum.

13 *Non ſatisfacit.* Sed hoc non plene ſatisfacit. Primum, quia hæc, quæ ſubſumuntur, probabilia tantũ ſunt, & non demonſtrant implicationem. Præterea, quia dicat aliquis ſpiritualitatem conſiſtere in exigentia independentiæ, poſſe tamen a Deo fieri, quod res ſpiritualis actu pendeat: ſicut ratio accidentis non conſiſtit in actuali dependentia à ſubiecto, ſed in exigentia dependentiæ; aut ſicut ratio quantitatis non conſiſtit in actuali extenſione, & impenetratione in loco, ſed in exigentia extenſionis, & impenetrationis; quod ſi ſemel Deus poteſt efficere, quod forma ſpiritualis recipiatur, & pendeat a ſubiecto corporeo, poterit quoque efficere, quod ei tribuat ſuum effectum formalem videndi Deum; nam melior philoſophia non agnoſcit formam, quæ recipi poſsit, & pendere a ſubiecto, cui non etiam poſsit tribuere ſuum effectum formalem: & quidem ego id implicare cenſeo.

14 *Implicatio fundata in identitate obiecti cõnaturalis, & adæquati.* Mirabitur nemo, qui hæc conſideret, ſi Aug. non nihil dubitauerit de hac re. Verum quæ ſequentur, oſtendent æquiorem eſſe dubitationis cauſam: quoniã Recentiores Theologi, qui rẽ hanc preſſerunt magis, in varias iuere implicationes, vix in aliqua quieſcẽtes. Et quidã primo cõtendunt, omnẽ facultatẽ ſenſitiuã nõ habere duplex obiectũ; alterũ proportionatũ, & connaturale; alterũ improportionatũ, & adæquatũ, ſed omne nõ cõnaturale eſſe extra adæquatũ; ex qua poſitione recte inferunt implicare, Deũ videri oculo corporeo; quia implicat ferri extra obiectũ adæquatũ. Cũ vero conſtet, Deũ in ſe viſibilẽ nõ eſſe obiectũ cõnaturale, plane fit nec cõtineri intra adæquatũ. Cũ vero repugnet ferri facultatẽ vitalẽ extra adæquatũ, etiã repugnabit videre Deũ. Tota vis huius diſcurſus cõſiſtit in ea propoſitione: *idẽ eſt obiectũ connaturale, & adæquatũ cõparatione potẽtiæ ſenſitiuæ.* Eam vero probant primo: quia ſolũ

Prima probatio. illud obiectũ continetur intra adæquatũ, quod aliquo modo, vt naturale poteſt attingi a potẽtia; ſed Deus nullo modo poteſt attingi a potẽtia ſenſitiua, vt obiectũ connaturale: ergo eſt extra adæquatũ. Probo maiorẽ exemplo intellectus, qui licet per naturalia Deum in ſe videre nequeat, at poteſt Dei ſubſtantiam abſtractiue in ſe cognoſcere per ſpecies acceptas ab effectibus ipſum adumbrantes. Vnde Deus attingitur aliquo modo, vt obiectũ connaturale, hinc eleuari poterit ad videndũ Deum. Porro intellectus fertur ad omne ens, & ad omne inferius contentum ſub ente, quia & rationem entis præciſam cognoſcit: & cum Deus ſit inferius contentum ſub ente, iam aliquo modo ſpectat ad ſphæram obiecti connaturalis; at potentia ſenſitiua, nec per effectus, nec per diſcurſum attingit Deum connaturaliter, vt conſtat, neq; fertur ad rationẽ lucidi abſtractam. Vnde nullũ actũ exercet circa colorẽ lucidũ abſtractũ, quippe nõ gaudet virtute abſtrahendi: ergo licet intellectus eleuetur ad videndũ Deum, id ita eſt, quia Deus aliquo modo continetur intra obiectum connaturale, non fit ex hoc, potẽtiam materialem eleuari ſimiliter poſſe.

Confirmatur hoc; nam potentia materialis, quæ Deũ poſſet aliquo modo attingere, vt obiectum cõnaturale, diſtingueretur ſpecie a noſtris, quippe ex parte Dei diuerſum haberet ſpecificatiuũ: ergo hoc ipſo, quod dicamus eleuari poſſe, deſtruimus naturã noſtrarũ potẽtiarũ. Probo hanc conſequentiam: quia ſi eleuari poſſent, Deus aliquo modo contineretur intra obiectũ connaturale, vt oſtenſum eſt: ergo retenta natura noſtrarum potentiarum, Deus ab ipſis videri non poteſt oculo corporeo. 15 *Secunda probatio.*

Confirmatur ſecũdo: quia Theologi docent fieri a Deo nulla rationẽ poſſe, quod facultas vidẽdi percipiat ſonũ, aut quoduis aliud obiectum aliorum ſenſuum externorum: cuius doctrinæ nulla alia ratio eſſe poſſe videtur, niſi quod idem eſt obiectum connaturale, & adæquatũ. Nam ſi hoc latius pateret, quam connaturale, poſſet viſus eleuari ad percipiendum ſonum propter proximitatem, ſeu minorem improportionem in ratione obiecti. 16 *Tertia probatio.*

Confirmatur tertio, nam ſi in noſtris potentijs ſenſitiuis diſtingueretur obiectum proportionatum, & adæquatum, etiam diſtingueretur in potentijs brutorum, ac ſubinde eleuari hæc poſſent ad omnia obiecta, ad quæ noſtræ: in hoc verò continẽtur abſurda. Nã quis dicat equum ſupernaturalia videre poſſe, & Deum in ſe, ſi facultates noſtræ poſſunt? 17 *Quarta probatio.*

18 Verũ in his nec video demonſtratam implicationem, nec in quibuſdã veram doceri doctrinã. Atque in primis rem materialem ſupernaturalem fieri a Deo poſſe, conſtat in vnione corporis Chriſti Domini ad Verbũ, quæ & eſt modus diſtinctus ab extremis, & materialis, quatenus reſpicit corpus, & ſupernaturalis, quatenus nulli rei creatæ eſſe poteſt connaturalis: ergo pari ratione fieri poterit a Deo color lucidus ſupernaturalis, imo claritatẽ corporũ glorioſorũ de facto & diſtinctã eſſe ſpecie, & ſupernaturalẽ probabilis ſententia eſt, quippe quæ emanat a principijs intrinſecis ſupernaturalibus, nimirũ a gratia ad ſtatũ perfectũ in beato perducta per lumẽ, & viſionẽ. Et quidquid de hoc ſit, quis negare auſit produci a Deo poſſe per potẽtiã abſolutã colorẽ lucidũ ſuperioris ſpeciei a colore lucido, qui eſt obiectũ noſtræ *Confutatio authoris.* *Res materialis ſupernaturalis fieri a Deo poteſt* *Et color lucidus ſupernaturalis.*

viſionis, quiq; non petatur a corporibus, quæ producta ſunt, ac propterea ſit ſupernaturalis comparatione eorum; ſed vel a poſsibilibus, vel a nullis. Quoniam in qualitatibus ſpiritualibus hoc ita factum videmus; gratia enim, atq; dona ſupernaturalia, nec petuntur ab anima, nec ab alia ſubſtantia ſpirituali producibili (vt communior fert opinio) de qua re agendum diſp.48. Ergo his manuducti negare non debemus omnipotentiæ Dei, ſimiliter id fieri ita poſſe in qualitatibus corporeis.

19 *Ad eumq; videndum eleuari potentia corporea.*

Hoc autem ita conſtituto, ego non video, qua ratione defendi poſsit, facultatem noſtrã videndi eleuari per potentiam abſolutam non poſſe ad cernendum eum colorẽ lucidũ ſupernaturalem? imo exemplum de intellectu eleuabili per lumẽ gloriæ ſupra obiecta cõnaturalia, quod de fide certum eſt, manifeſtum videtur reddere ex paritate rationis, idem affirmandũ eſſe in noſtra re. Quo etiam aperte fit, nõ eſſe idem comparatione potentiæ ſenſitiuæ obiectum connaturale, & adæquatum, ſed hoc fuſius ſe extendere.

20 *Satisfactio ad obiecta*

Abſtractiue Deum poſſe cognoſci, non probat etiam intuitiuè.

Nec rationes diſcriminis allegatæ n.14. quidquam eleuant vim argumenti deſumpti ab hoc exemplo; quod enim intellectus noſter per virtutem naturalem ex effectibus ad Deum abſtractiue, & inadæquate cognoſcendum aſcendere poſsit, ſolum probat, in ipſo eſſe facultatẽ diſcurſiuam; nõ vero eleuari poſſe, aut nõ poſſe ad cognoſcendum Deũ omni modo, quo cognoſcibilis eſt. Etenim hoc adhuc conceſſo, nimirum Deum abſtractiue cognoſcibilem cõtineri intra obiectum cõnaturale intellectus, adhuc Deus vt cõprehenſibilis, eſt extra adæquatum obiectũ facultatis creatæ; vt animaduerti diſp.36.n.65. & adhuc conceſſa ea vi attingẽdi abſtractiua, Hæretici, de quibus diſp.36.n.1. negarunt, Deum in ſe viſibilem eſſe, & illi quidẽ conuincũtur auctoritate ſcripturæ de ſuo errore, nõ autem refutantur demõſtratione; vt obſeruaui in ea diſp.n.66. Ergo ex eo, quod Deus intra obiecti ſphæram contineatur comparatione intellectus non ſit euidenter ipſum eleuari poſſe ad videndum Deum, & potentiam corpoream non poſſe.

21 *Nec contineri, vt inferius ſub ratione ſuperiori ſub qua.*

Quod per hanc eãdem rationem aliud indicium, quod ſumitur ex eo, quod Deus ſit inferius contentum ſub ente, ſub quo fertur noſter intellectus ad omnia ſua obiecta, deficit a demõſtratione; nam hoc nihil obſtãte catholica fides docet, Deum incomprehenſibilẽ eſſe a creatura, cuius rationem reddidi diſp.4.cap.4. & Hæretici præfati n.20. negant, Deum viſibilem eſſe a creatura, quin conuincantur euidenter. Quod vero mens noſtra rationem entis abſtractã cognoſcere poſsit; nõ vero oculus lucidũ vt ſic, tantũ efficit, mentem noſtrã ad plura confuſe cognoſcenda ſe poſſe extendere, quam oculum; quoniam ſphæra mentis latior eſt in obiectis, quam oculi: nec tamen exiſtimãdũ eſt, rationem quãdam entis vnam præſcindi ab inferioribus differentijs virtute mẽtis noſtræ, ſed eo etiã cõcepto cõfuſo attingit ex parte obiecti vſque ad vltimas rerum differentias, non ſecus, ac cum oculus plures colorũ ſpecies in confuſo videt, quin inter eos diſcernat, aut quia diſtantes exiſtunt, aut propter imperfectionem ſpecierum, aut propter organi in diſpoſitionẽ, vt docẽt modo peritiores logici, & ego idem docui bis magiſter logicæ. Ad hæc, licet cõcedamus, intellectui eã abſtrahendi virtutem, ſolum ſit, dupliciter ad ſua obiecta ferri poſſe conceptibus inadæquatis; vno exprimente rationem illam communem abſtractam; altero vltimas differentias: hoc vero quid refert, ad hoc vt eleuari poſsit, aut non poſsit ad videndum Deum? maxime cum hi duo modi cognoſcendi ex imperfectione noſtra proficiſcantur; & quemadmodum, vt dicebam n.19. verius eſt, potentiam noſtram corpoream eleuari poſſe ad videndum lucidum corporeum ſupernaturale, & de facto probabiliter id conceditur oculo glorioſo, quin tamen habeat virtutem abſtractiuam coloris vt ſic; demõſtrandum reſtat, quare ad hæc poſsit eleuari; non vero ad ſubſtantias ſpirituales in ſe intuendas?

Non præſcinditur ab intellectu ratio entis.

Vide dicta diſp. 36. n.53.

Vide P. Suar. 2. tomo in 3. p. diſp. 38. ſect. 3.

Satisfactio ad primã probationem. 22

Potentia ſumit ſpeciẽ ab obiecto ad quod eleuari poteſt.

Primæ confirmationis ratio petit principiũ, & ſupponit probandum. Nam, ſi noſtra potentia corporea eleuari poteſt ad viſionem Dei, ea a Deo clare viſo ſumit ſuam ſpeciem eo modo, quo explicui diſp.36.n.81. & 82. Nec variari eius naturam oporteret: quod ſi non poſſet eleuari ad videndum Deum, concedo, facultatem eleuabilem, & non eleuabilem diſtinguendas eſſe ſpecie: contra eum vero, qui contenderet, noſtram eleuari poſſe, atq; ei ex ſua natura cõpetere obiectum connaturale, & proportionatum, & obiectum adæquatum, nõ agitur demonſtratione ad probandum ex eleuatione ſequi deſtructionem propriæ naturę.

Satisfactio ad ſecundam. 23

Quare videri ſonus non poſsit?

Ad ſecundam cõfirmationem nego rationẽ, quare a Deo fieri non poſſe, quod facultas videndi noſtra percipiat ſonum, eã eſſe? quia idẽ eſt obiectum cõnaturale, & adæquatum ipſius; ſed quia, cum hæc habeat obiectã diſtincta, ſonus eſt extra obiectum adæquatum.

Dices, etiam Deum in ſe viſibilem eſſe extra obiectum adæquatum; quia magis diſtat, quam ſonus. Fateor quidem: ſed tu id non demonſtras; imo primam rationem deſeris, nimirum non eſſe diſtinguendum obiectum connaturale, & adæquatum in ordine ad potentias materiales, & hoc derelicto medio, quod ſtatueras, alio vtaris neceſſe eſt.

Ad

Digitized by Google

24 *Facultates corporeæ brutorũ ad quid poſsint euehari?* Ad tertiam confirmationem modo concedenda eſt ſequella; licet enim ſi facultates ſenſitiuæ noſtræ diſtinguuntur ſpecie a facultatibus brutorũ, forte noſtræ ſuperius eleuari poſsint, quam brutorum: at id nobis incertũ, & ignota ratio diſcriminis. Quapropter nos, qui ducimur in conſequentijs noſtris rationibus nobis notis, cõcedere debemus, brutorum facultates eleuari poſſe ad ea obiecta, ad quæ noſtræ: nimirum ad videndum colorem lucidum ſupernaturalem, & neutras eleuari poſſe ad videndum Deum in ſe.

25 *Altera ratio implicationis.* Hæc ſane implicatio his manet ſatis eneruata, cum tamen pro ſe habeat bonos viros in re Theologica. Secunda ſic ſe habet: ſi oculi corporei eleuari poſſunt ad videndum Deum, fieret, ipſum ea viſione repræſentari diuiſibiliter, & indiuiſibiliter. Diuiſibiliter quidem: quoniam viſio corporea neceſſario in ſe partes habet pupillæ commenſuratas, atque per partem viſionis partem repræſentat obiecti. Indiuiſibiliter; quia Deus indiuiſibilis eſt, & partiũ expers; ac ſubinde per partes repræſentari nequit: ergo ob hanc implicantiam Deus oculo corporeo videri nõ poteſt. Quod vero idẽ repræſentari diuiſibiliter, & indiuiſibiliter repugnet, cuicũq; facile manifeſtũ erit, tã enim id repugnat, quã idẽ habere partes, & non habere.

26 *Non conuincit.* Suã quidem hæc implicatio habet veroſimilitudinem; verũ quæ nõ conuincit; quoniã video obiectum diuiſibile indiuiſibili viſione a mente noſtra, atque Angelorum videri: item è conuerſo obiectum indiuiſibile quantitatiue *Obiectum indiuiſibile a cognitione diuiſibili, & è contra poteſt cognoſci.* a diuiſibili viſione videri poſſe; vt ſi quantitas componatur ex punctis, vt fert ſententia magis perceptibilis, vt ego docui in mea philoſophia, punctum erit pars quantitatis, & a Deo per potentiam abſolutam ſeparabilis, atque affici poterit puncto indiuiſibili coloris, & luminis; quis vero neget, punctum hoc videri per potentiam abſolutam ab oculo corporeo poſſe? & tunc, tum ſpecies, tum viſio diuiſibiles erunt, quippe accidens commenſuratur ſubiecto in extẽſione, non principio, a quo fit. Igitur diuiſibilis viſio obiectum intuetur indiuiſibile. Igitur, ſi potentia corporea eleuari non repugnat ratione ſubſtantialis obiecti, atque improportionis, quæ ab ea deſumitur, non repugnabit ratione indiuiſibilitatis in entitate in modo exiſtendi, aut in extenſione. Ad hæc; quis neget, Deum viſionem habentem partes facere poſſe, vt exiſtat indiuiſibiliter, nimirum totam in toto, & totam in qualibet parte? quemadmodum exiſtunt corpus, & ſanguis Chriſti in Sacroſancta Euchariſtia. Et tunc viſio habebit modum exiſtendi proportionatum obiecto in modo indiuiſibili. Cumque a Deo effici poſsit per potentiam abſolutam, vtea viſio cum tali modo producatur a facultate corporea, non implicabit, videri Deum ab ipſa, ſi ſolum deſumenda eſſet repugnantia ex obiecti indiuiſibilitate in ordine ad partes. Aliunde ergo petenda eſt, vt iã declaro, n. 28.

Ne ratio oppoſita æquiuocationem inducat; illa propoſitio, *repugnat idem repræſentari diuiſibiliter, & indiuiſibiliter*, ita diſtinguenda eſt; *idem per eãdem formam diuiſibiliter, & indiuiſibiliter repræſentari repugnat*; concedo. *Idẽ repræſentari diuiſibiliter ex parte cognitionis, & indiuiſibiliter ex parte obiecti*; nego. Quoniam ſenſus eſt, cognitionem diuiſibilem, atq; habentẽ partes, poſſe repræſentare obiectũ indiuiſibile eas nõ habens nõ autẽ ex hoc fit, aut cognitionẽ in ſe repræſentantẽ habere partes ſimul, & nõ habere, aut obiectũ repræſentatũ. 27 *Enodatio oppoſitæ rationis.*

Alias legi implicationes ab alijs excogitatas minoris momenti; eas non duco referẽdas. 28 *Solida implicatio. S.Tho.* Mihi ſemper ea ſolidior eſt, quam S. Thomas nos docuit in ſuo articulo, ſi eam explicare poſſumus pro dignitate. Et in primis duo principia ſtatuenda. Primum, nec potentiam productricem, nec vitalem extra obiectum adæquatum ferri poſſe. *Nec potentia productrix, nec vitalis extra obiectum adæquatũ ferri poteſt.* Ego hæc tetigi, & confirmaui diſp. 36. n. 51. Qua ratione mihi ſemper perſuaſi, nullam creaturam eleuari a Deo poſſe ad producendũ quodlibet, nec vt inſtrumẽtũ; etenim nulla creatura ſine aliqua cõtinẽtia effectus agere poteſt. Dico *ſine aliqua*, vt cõplectar inadæquatã, & initialẽ, quæ eſt fundamentũ eleuationis: inſtrumẽtũ namq;, quod eleuatur ad præcipuũ effectũ, phyſice & immediate ipſum producit actione, manãte nõ tãtũ ab eleuatione, inſtrumẽto ſe paſsiue gerẽte, ſuſtẽtãte eleuationẽ, vt cũ aqua calida producit calorẽ: ſed etiã actiue immediate influẽte ſaltẽ inadæquate, ita vt in effectu producto reſpõdeat aliquod prædicatum virtuti inſtrumenti, & actioni, vt ab ipſo egrediẽti, hoc eſt, tale ſit prædicatũ, quod petat inſtrumentum, vt principium proprium ſui, ſaltem inadæquatum. Propter hæc, & ſimilia in tractatu de Sacramentis in genere negandum duxi, Sacramenta nouæ legis eſſe, & eſſe poſſe inſtrumenta phyſica gratiæ. *Sacramenta nouæ legis nõ ſunt inſtrumenta Phyſica gratiæ.* Quis enim credat, quodlibet ens in quolibet aliqua ratione ita contineri, vt petat procedere a quolibet ente, tanquam a proprio principio ſui ſaltem inadæquate? hoc, inquã, nũquam mihi perſuadebo, niſi inducar auctoritate, quæ me cogere poſsit, aut demonſtratione manifeſta: quod vero ſine præſuppoſita aliqua continẽtia rei producendæ in inſtrumento ipſum eleuari nõ poſſit; mihi euidentiſsimum eſt.

29 Quod ſi hoc veroſimilius eſt in inſtrumẽtis mortuis, quæ agũt actione trãſeũte, & vltra effectũ nõ reſpiciũt obiectũ, vt facultates vitales,

Digitized by Google

quæ ad obiecta vltra actus, quos producũt, habent ordine transſcendentalem ſpecificantem, veriſsimũ id erit, in facultatibus cognoſcentibus, & appetentibus, nimirũ extra ſphærã adæquati obiecti ſuis actibus verſari nõ poſſe. Vnde a nullo, quem ſciam, hoc negatum eſt.

30 *Inter entitatem potentiæ, & obiecti, quæ proportio neceſſaria?*

Alterum principiũ eſt, has noſtras potẽtias ex natura ſua exigere in obiectis certã quãdã rationẽ formalẽ, quæ obiectũ *quo* eſt appellata à Philoſophis & ratione cuius attẽta natura potẽtiæ habet cũ illa certã proportionẽ in ratione potentiæ, & obiecti, ratione cuius poteſt in illam ferri; non vero in alias res, quæ nõ participant eã rationẽ formalẽ. Hoc experiẽtia deprehenderunt omnes Philoſophi, quę eſt vera mater omnis bonæ philoſophiæ: & rationi cõſentaneũ eſt: nã, vt nõ quęcũq; res poteſt eſſe materia, & formã, & ingredi cõpoſitionẽ corporis naturalis, ſed inter formã aptam pro hac materia, & materiã accõmodatã pro hac forma certa quædã naturalis proportio neceſſaria eſt, per quã veniant in cõpoſitionẽ, & conſtitutionem vnius naturæ; ita quia potentia, & obiectũ coniunguntur intẽtionaliter per actus adeo, vt obiectum cognitum aliquo modo collocetur intra potentiam, vt latius explicaui diſp. 40. c. 6. neceſſaria eſt inter potentiam in natura potẽtiæ, & inter obiectum ex ratione obiecti certa quædam proportio, & correſpõdentia, vt notaui diſp. 36. n. 52. Vide etiã n. 62. vbi doceo, proportionem inter potentiam, & obiectũ, ita eſſe in ratione potentiæ, vt etiam ſit in ratione entitatis.

31 *Formatur ratio.*

His præiactis principijs, formo hanc rationem; Deus in ſe viſibilis eſt extra ſphærã adæquatam obiectorum potentiæ materialis. Conſequentia liquet ex primo principio. Antecedens ita probo ex ſecundo: facultas materialis ex natura materialis certam habet proportionem cum obiecto etiam adæquato, atq; ſphæram magis limitatam, quã facultas ſpiritualis: ergo eleuari nõ poteſt ad videndũ Deũ. Antecedens euidentiſsimũ eſt, quia facultates omnes cognoſcendi, & appetendi, quo perfectiores ſunt, eo ſibi conſtituunt porrectiã magis ſphæram obiectorum: & quo imperfectiores magis coarctatam; nam ſicut nobiliores facultates in obiecta loco magis diſsita poſſunt, quã ignobiles; ita etiã in plures, & perfectiores naturas obiectorũ: ergo ſphæra adæquata potẽtiæ materialis minus extẽſa eſt, quã potẽtiæ ſpiritualis. Cõſequentiã probo primo, quia Deus in ſe viſibilis eſt obiectũ nobiliſsimum inter omnia facultatis ſpiritualis, quippe ex vna parte eſt omniũ in ſe ſpiritualiſsimũ inter omnia ſpiritualia & ex alia eſt ſupernaturaliſsimum ſuper naturalitate ſpirituali inter omnia ſupernaturalia. Vnde actus viſionis Dei eſt omnium perfectiſsimus inter omnes actus, quos elicere poteſt intellectus: ſed facultas materialis ſphæram habet magis limitatã, quã facultas ſpiritualis, vt oſtenſum eſt: ergo nõ poteſt eleuari ad vidẽdum Deũ. Probo hanc cõſequentiã; quia, ſi poſſet, poſſet in obiectũ magis remotũ, & diſtans, atq; adeo poſſet in minus remota, hoc eſt, intueri gratiã, & ſupernaturalia dona, ac ſubinde non ſubſiſteret; doctrina antecedentis, nimirũ facultates materiales minus extenſam habere ſphæram adæquatam, quam ſpirituales, quæ tamen euidentiſsima eſt.

Probo ſecũdo illã cõſequentiã. Nam Deus efficere nõ poteſt, vt oculus noſter corporeus ita cognoſcat obiecta, vt diiudicet inter bonũ, & malũ, atq; tali indifferẽtia proponat, quę ſufficiat ad libertatẽ in appetitu, qui regularetur immediate per eã propoſitionẽ. Nec efficere poteſt, vt formet diſcurſus: hæc enim tam ſunt eſſentialia facultati ſpirituali, vt non ſpirituali cõpetere nequeãt, niſi implicemus inter ſe naturas, atq; eſſentias rerũ inuertamus; ergo fieri a Deo non poteſt, vt oculus corporeus videat Deũ in ſe. Probo hanc cõſequentiã; quia actus illi naturales ſunt intellectui, & minus perfecti, quã viſio Dei, ac proinde hæc eſt magis propria naturæ intellectualis: ergo, ſi ad illos facultas materialis eleuari nequit, nec ad hanc. 32

Ad hæc; intuitio obiecti maiorẽ habet affinitatẽ cũ natura eius, quã aliæ tendẽtiæ intentionales: quippe quæ eſt immediata, & perfectiſsima intentionalis coniunctio inter potentiã, & obiectũ. Vnde cum intellectus noſter nõ indigeat gratia ad Deum abſtractiue cognoſcendũ, indiget ad intuendum: ergo etiam ex actionis nobilitate optime infertur intentum. 33

34 *Deſignatur ſphæra determinata facultatis corporeæ. S. Tho.*

Dices, ex his ſolum oſtendi implicationem; quare videre Deum non poſsit? non tamen determinate aſsignari ſphæram adæquatam obiectorum, ad quę poteſt. Reſpondeo, id ità eſſe, ſed pro inſtituto S. Thomæ, & noſtro ſufficit, ſi demonſtremus, illud primum, nimirum implicare. Quapropter mihi euidentius eſt implicare, ab oculo corporeo videri Deum, quam videri gratiam, quam videri Angelum, quam videri ſubſtantiam materialem, quam videri ſonum, &c. Nihilominus aſſero cum frequentiori Theologia, hæc omnia eſſe extra ſphæram adæquatam, eamque limitandam eſſe ad rationem coloris lucidi, tanquam ad rationem *ſub qua*, non quod hanc ſolam eſſe, demonſtretur poſsitiue, ſed quod nullum habeamus fundamẽtum ad latiorem ſphæræ extenſionem. Habemus vero ab experientia ad hanc deſignationem determinatam, & quod ſi ſemel ab hac menſura ſphæram extendamus ad ſubſtantiam, licet materialis ſit, vix reſtat ratio, quare non concludatur intra ſphæram

Angelus,

Digitized by Google

Angelus, & poſtea Deus. Vnde ſenſim imus in abſurda: ſatius ergo eſt, ſphæram deſignare, vt dixi, tum auctoritate, tum ratione ab experientia deprompta inductus. Hæc in argumentorum ſolutione, quæ proponebam, n. 9. & ſequentibus confirmabuntur.

An de hoc Aug. dubitauerit? P. Vazq. P. Suar. P. Val. S. Th. *S. Th. ſentit non dubitaſſe.*

35 Ad primum quidam ſentiunt, Aug. vere dubitaſſe, an oculus corporeus videre poſsit Deũ? imo & inclinaſſe de facto videri Deum a beatis per oculum glorioſum. Ita P. Vazq. diſp. 40. cap. 1. Nec diſſentit P. Suarez 1. parte lib. 2. de attributis negatiuis cap. 7. Nec P. Valentia 1. parte diſp. 1. q. 12. puncto 8. ad finem. Verum S. Thomas in hoc art. ad ſecundum ſentit, Aug. locutum ſub conditione, aut de viſione corporea Dei non terminata ad eſſentiam, ſed ad aliquod idolum, aut ſimilitudinem externam: quemadmodum noſter oculus corporeus modo videt homines non in eſſentia, ſed in figura accidẽtali. Et P. Arrub. ægre fert, adſcribi dubitationem Aug. in hac parte cum illa epiſt. 111. probet, Deum oculo corporeo videri non poſſe ex illo Paul. 1. ad Timotheum 1. *Regi ſæculorum immortali, & inuiſibili*, vt rem certam id confirmans ex Ambroſio lib. 1. in Lucam cap. 3. ibi: *non in loco videtur Deus, ſed mundo corde, nec oculis corporis tenetur, nec circumſcribitur viſu*. Et ex Athanaſio, Chryſoſt. & Hieronymo, quorum verba habet in ea epiſtola. Ego quidem non poſſum negare, ſub dubium extitiſſe Auguſtinum in verbis a me relatis num. 9. potuit quidem id ibi dubitare, & poſtea certior fieri in ea epiſtola: nec multum obſtat, quod in fine eius videatur abſtinuiſſe a definitione, dicens. *Si autem iſte frater* (intelligit Fortunatum Epiſcopum, quem timet, ſuis litteris offendiſſe) *quod de ſpirituali corpore adhuc requiro, iam ſibi firmat, eſſe certiſsimum, niſi placidus audiero docentem, ita vt ille quoque placidus me audiat inquirentem, habebit, vnde iure ſuccenſeat*. Nam, licet in his videatur manere in ſua dubitatione, & inquiſitione; at potuit comiter ſe profiteri, paratum eſſe ad beneuole audiendum, ne iterum offenderet, cum tamen interius certior iam factus eſſet de hac veritate.

P. Arrub. Paul. 1. ad Tim. 1. Ambroſ. Athan. Chryſoſt. Hieron. *Authoris iudicium.*

Ad primam rationem propoſitam n. 11. neganda eſt minor. Ad probationem minor 36
quoque neganda eſt. Cum vero ſit comparatio inter Angelum, & facultatem materialem ex vna parte, & intellectum, & Deum ex alia, negandum eſt, inter hæc eſſe minorem proportionem, quam inter illa in ordine ad cognitionem, & ſi maior diſtantia ſit in entitatibus ſumptis mathematice; quoniam facultas intelligendi, & Deus eas habent naturas ſibi reſpondentes, ratione quarum Deus eſt intra obiectũ adæquatũ intellectus: hæc quidẽ proportio nõ eſt mathematica, aut fundata in menſurabilitate, aut æqualitate perfectionis inter extrema, ſed Geometrica per ordinem ad rationẽ cognitionis, & obiecti, vti dixi diſp. 32. n. 72.

Satisfactio ad rationes oppoſitas. *Proportio mathematica, & geometrica.*

Ad illud, quod attingitur de viſione Dei ſpirituali a facultate corporea, reſpondeo, hoc 37
ipſo, quod obiectum ſpirituale excluſum eſt a ratione obiecti adæquati, etiam excludendum eſſe omnem actum ſpiritualem a potẽtia materiali, ſiue res ſpiritualis a ſubiecto materiali pendere poſsit, ſiue non: neq; enim in hoc vis implicationis conſiſtit, ſed in hoc, quod res ſpiritualis eſt extra adæquatum obiectum, & actum facultatis materialis, vt ſatis in ſuperioribus explicatum eſt.

Caput III. *Fieri non poteſt a Deo potentia corporea cum virtute videndi ipſum.*

Implicat, fieri a Deo potentiam corporeã cum virtute Deum videndi. P. Suar.

38 RECENTIORES non quieſcẽtes in dictis nouiter mouent hanc quæſtionem, & multi ſunt in illa, cum in libris typis excuſsis leuiter attingatur, & vno verbo definiatur a melioribus hominibus in re Theologica. Imo P. Suar. lib. 2. de attributis negatiuis cap. 7. eam, ait, eſſe inutilem, & præter humanã cognitionem, & chimæricum eſſe cogitare potentiam ſenſitiuam, & corpoream, & de ſe vniuerſalem, & capacẽ obiectorum ſpiritualium. Verba quidem prudenter dicta, & imprudenter notata a quodã moderno Theologo. Ego eis, & ſentẽtiæ libẽter ſubſcribo propter diſcurſum a nobis formatũ n. 31. & ſequẽtibus. Nam, ſi ea potẽtia corporea poſſet videre Deũ, poſſet etiã indifferẽter proponere bona, & mala, atq; efformare diſcurſus, nihilq; ei deeſſet per liberũ arbitriũ ad capacitatẽ meriti, & demeriti ad gradũ intellectualẽ: ac proinde inueſtigare, an ſit poſsibilis facultas corporea cum virtute vidẽdi Deũ, proinde eſt, ac inueſtigare, an poſsibilis ſit Leo, aut equus intellectualis, & rationalis, capax meriti, & demeriti? quod plane eſt abire in chimæras.

De æſtimatiua, qua ratione feratur in Deum? S. Th.

An vero noſtra æſtimatiua poſsit Deum me- 30
diate, & confuſe cognoſcere ſub aliqua ſimilitudine corporea, quaſi ſenſibiliter inductum? non abs re hic diſputari poteſt, quoniam id tetigit S. Thomas in hoc art. ad 3. Nec non fauet parti affirmanti, dum ait, in viſione imaginaria non videri Dei eſſentiam,

Digitized by Google

ſed repræſentari Deum ſecundum aliquem modum ſimilitudinis, vt Iſaias cap.6. narrat ſe vidiſſe Deum ſedentem in ſolio. Patres Conimbricenſes 2. de anima cap. 6. q. 3. art. 2. affirmant; eis ſubſcribit AEgidius de Præſentatione tom. 1. lib. 4. q. 5. art. 3. paragrapho 3. & tom.3 .lib.4. de facultatibus corporis glorioſi q.12.art.6.n.7.

Iſai. cap.6. Conimbri. AEgid. Luſitanus.

40 Verum, quia in libris de anima tractari hoc ſolet, vt videri poteſt apud Tolet.lib.3.cap.3. q.7.& apud alios Recenciores; ideo a me breui definiēda eſt duplici propoſitione. Prima; nulla æſtimatiua nec noſtra, nec poſsibilis Deum poteſt cognoſcere abſtractiue ex effectu, aut in illo, ita vt cognitio æſtimatiuæ ad Deum ipſum terminetur ſiue in ſe, ſiue in alio. Hæc concluſio in noſtris principijs manifeſta eſt; nam hi modi cognoſcendi Deum in alio, & ex alio ſunt proprij facultatis ſpiritualis, & diſcurſiuæ, vt conſtat ex dictis ex doctrina noſtrâ diſp.4.cap. 2. & 3. Sed nulla æſtimatiua materialis poteſt diſcurſum formare, aut proponere obiectum indifferenter, vt dicebam n.32. Ergo nec noſtra æſtimatiua, nec aliqua poſsibilis Deū abſtractiue in alio, aut ex alio cognoſcere poteſt.

Tolet. *AEſtimatiua nequit abſtractiue Deū cognoſcere.*

41 Secunda propoſitio: potētia materialis Deū poteſt cognoſcere, vt obiectum materiale, & remotum, ſeu per accidens; vt cum ipſe vult apparere ſub aliqua ſimilitudine, aut ſpecie corporea; ita tamen, vt nullatenus ipſum Deum attingat ea cognitio; ſicut cum vidēmus parietem albedine perfuſum, nullo modo ſubſtantia parietis noſtra attingitur viſione. Hæc propoſitio manifeſta eſt ſecundum vtramq; partem: eam ſibi voluit Iſaias in principio huius capitis relatus. Lege Patrem Ioannem a Salas 1. 2. tom.1.q.3.tract.2.diſp.3.ſect.1.n.7.

Poteſt, vt obiectū materiale remotum. P. Salas.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA QVARTA.

DE *INTELLECTV, AN PER NATVRAralia Deum poſsit videre?*

Diſtincta capitibus duobus.

In 1. Intellectus per ſua naturalia non poteſt videre diuinam eſſentiam.

In 2. Durandus refutatur.

ARTICVLVS IIII.

VTRVM ALIQVIS INTELLECTVS PER SVA NATVRALIA DIVINAM eſſentiam videre poſsit?

RESPONDET S. Thomas concluſione negante, & in argumento *ſed contra* eam probat ex Paulo 1.ad Timotheum 6.*Gratia Dei eſt vita æterna*. Etenim viſio Dei eſt eſſentialis vita æterna: ergo ad eam neceſſaria eſt gratia, tum meritorie, hoc eſt, ad merita vitę æternæ, tum formaliter, hoc eſt, ad ipſam elicientiam viſionis. Rationem pro concluſione format ſub obſcure ex modo ſubſiſtendi Dei, & ex imperfectione noſtri intellectus; de qua re ego differo diſp.48.cap.4 Regnoſce, quæ dixi diſp.41.cap.2. Nam ibi ieci fundamenta, è quibus ſolida ratio deducenda eſt. Hic obſerua, cum S. Thomas ait, proprium eſſe Dei per ſuum eſſe ſubſiſtere, hoc eſt, ſubſiſtentiam ſibi identificare; non aduerſari illi affirmantes, creaturas quoque identificare ſibi ſuas exiſtentias, vt bene obſeruauit P. Arrubal in commentario.

S.Tho. Paul. 1. ad Tim.6. S.Tho. P.Arrub.

ARTICVLVS

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

VTRVM INTELLECTVS CREATVS AD VIDENDVM DEI ESSENTIAM aliquo creato lumine indigeat?

S.Thom. RESpondet S. Thomas affirmāte concluſione, quæ plane infertur ex doctrina articuli 4. nam intellectum noſtrum Dei perfrui viſione, certum de fide eſt, vt oſtendi diſp. 36. cap. 1. ergo ſi per naturalia non valet in viſionem, indiget ſupernaturali aliquo eleuante, quod lumen dicitur
S.Thom. proprie quatenus iuuat ad intuitionem, quæ eſt clariſsimā lux mentis; an vero lumen hoc neceſſario ſit quid creatum, an non? diſp. 46. Hic obſerua, S. Thomam habitui, quem Theologi appellant lumen gloriæ, duo munera adſcripſiſſe. Primum diſponentis mentem, vt cum eſſentia Dei generenti ſe inſtar formæ coniungi poſsit. Secundum efficientis conſtituentis, & complentis actum primum. Nam in reſponſione ad primum ita ait, *non quod per hoc lumen eſſentia Dei intelligibilis fiat, quæ ſecundum ſe intelligibilis eſt, ſed ad hoc, quod intellectus fiat potens ad intelligendum.* Propter cohærentiam doctrinæ in his articulis eos coniunxi, quos elucido ſequentibus diſputationibus.

Caput I. *Intellectus per ſua naturalia non poteſt videre diuinam eſſentiam.*

1 *Errores cō tra concluſionem.* Nazian. Nicetas. PLVRES extitere errores contrarios concluſioni præfixæ. Primum Philoſophi ex ſchola Platonis, vt referunt Naziãcenus oratione 42. quæ eſt ſecunda in Paſcha; & Nicetas commentator dixerunt, Deum per naturalia, vt eſt in ſe, cognoſci poſſe.

2 Aetius. Eunom. Eudoxij. P.Gault. Begardi. Beguinæ. Deinde Aetius, & Eunomius Anomæorum capita ſub tutela Eudoxij Epiſcopi Ariani circa annum 358. Idem dixerunt, vt refert Pater Iacobus Gaulterius in Chronographiā ſæculo 4. columna 300. Deinde in Germania Begardi, & Beguinæ circa annum 1314. eſſe intellectum beatum in hac vita per naturalia videntē Deum, prædicabant. Obſeruandum, Eunomiū negaſſe inter alia æqualitatem Filij cum Patre, & ideo illos Hæreticos appellatos Anomæos, hoc eſt, ſine regula, & æqualitate. Videatur Prateol. verbo *Anomæi*, & Chryſ. in homilia de incomprehenſibili Dei naturā; & Theodoretus lib. 4. fabularum Hæreticarum, qui contra illos diſputant. Aduerte hunc errorem coincidere cum Pelagio, in quantum negauit neceſsitatem gratiæ ad merendum vitam æternam, contra quem egi tractatu 3. diſp. 25. cap. 2. quoniam ſi non eſt neceſſaria gratia ad viſionem Dei, nec erit ad merendum illam. Vnde contra ipſum faciunt omnia, quæ protuli loco allegato.

Anomæi. Prateol. Chryſ. Theodor.

3 *Impugnatio.* Matth.11. Ex quo contra ipſum depromitur argumētum efficax; quoniam, ſi nemo poteſt cognoſcere Patrem, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare, vt dixit Matthæus cap. 11. & ſi ad fidem, per quam obſcure Deum cognoſcimus, & ad opera pietatis, quibus vitam æternam in hac mortali promeremur, neceſſariam eſſe gratiam, fide ſanctum eſt; potiori ratione nos per naturalia videre Deū nō poſſe, de fide eſt. *De fide eſt, Deum per naturalia videri non poſſe.*

4 Deinde, quotieſcumque in ſacra Scriptura fit mentio de hac diuina viſione, agitur de illa, tanquam de præmio ſupernaturali, vt Pſalm. 83. *gratiam, & gloriam dabit Dominus.* Et ex Paulo ad Rom. 6. *gratia Dei vita æterna.* Et 1. ad Corinth. 2. *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, &c.* Et Ioannis 14. Vbi in præmium dilectionis Dei proponit, ſe manifeſtari diligenti: ergo negari non poteſt, viſionem Dei ſupernaturalem eſſe. Pſalm 83. Paul. ad Roman. 6. 1. Ad Corinth. 2. Ioan. 14.

5 Tertio loca ſcripturæ, quæ protuli ad probādum Deum oculo corporeo videri nō poſſe diſp. 43. cap. 1. Etiam probant Deum a mēte per naturam eſſe inuiſibilem, quia cum dicatur in eis abſolute inuiſibilis, nō eſt cur propoſitionem limitemus ad facultatem materialem: ergo omnes naturales complecti debemus.

6 Denique hæc veritas definita eſt in Concilio Viennenſi, & refertur in Clementina *ad noſtrum de Hæreticis*, vbi damnatur error affirmans, hominem in hac vita videre Deum. Vbi nota Patres illos illa Pauli verba 1. ad Timoth. 6. Deum inhabitare lucem inacceſſibilem, quam nullus hominum videre poteſt; intelligere per naturalia. Ergo maneat de fide ſtatutum, licet non repugnet eleuari mentem noſtram ad viſionem beatam, vt egi diſp. 36. cap. 4. at per naturalia videri non poſſe. An Concil. Vienn. *Probatio ex Concil. Vienn.*

vero in natura ſit appetitus innatus ad viſionem Dei,ex quo aliqua ratione deduci poſſe videretur facultas naturalis ad videndum Deũ: diſputaui diſp.37.in qua ex doctrina capitis ſecũdi cernere licebit,nihil obſtare appetitũ,qui eſt in natura contra ſtatutam concluſionem. 7

Rationem vero,qua id probari debeat,cõmodius diſcutio in ſequentibus.

Caput II. *Durandus refutatur.*

8 *Durand.* *Durandi ſententia.*

DVRANDVS in 4.diſt.49.q.2. n.24.& ſequentibus cum catholice loqui videatur, vix tamen ab errore liberari poteſt; nam poſt recenſitas aliorum ſententias, duo ſtatuit.Primum,ſecundum naturæ ordinẽ præfixum hominem non poſſe videre Deum;naturæ vero ordinem præfixum appellat dependẽtiam intellectus a ſenſibus, & Phantaſmatibus. Secundum,per ordinem gratiæ optime poſſe intellectum creatum videre Deum:ſi in his verbis *per ordinem gratiæ* intelligeret neceſsitatem luminis gloriæ,nõ diſſentiret a bona doctrina;verum non intelligit,niſi impedimentorum ablationem;hæc autem ſecundum primã propoſitionem ſolum videtur dependentia illa a ſenſibus.Addit,ablatis impedimentis,per hoc ſolum,quod Deus ſe velit manifeſtare,intellectum habere virtutem ipſum videndi.Illa verba, *quod Deus ſe velit manifeſtare* obſcura ſunt,ſi per illa intelligeret infuſionem aliquam ex parte potentiæ;vt luminis gloriæ conſtituẽtis actum primum perfectum, quam non incõgrue ſui manifeſtationem appellaret, non diſcederet a vera doctrina. Si vero loquitur ex parte obiecti tantum,& ex parte potentiæ ſolum exigit illam ablationem impedimentorũ, grauiter errat. Primo; quia dat intellectui ſecundum naturalia virtutem completam ad videndum Deum,& relabitur in errorẽ Beguardorum,& Beguinarum, vt conſtat ex cap.1 Secundo;quia,vel ablatis impedimẽtis,petit potentia connaturaliter Deum videre, & Deus contra hanc naturalem inclinationem ſe libere tegit ab acie mentis? & hoc eſſet maximum abſurdum; quare enim ſe Deus deneget facultatibus creatis non impeditis, vt Angelo, vt animæ ſeparatæ,ſi ipſe viſibilis eſt obiectum proportionatum, & exactum a facultatibus intelligẽdi creatis; maxime cum cetera obiecta creata non occultet? Vel adhuc ablatis impedimentis non exigitur a natura viſio Dei,& Deus ſe occulit conſentanee ad naturam? & tũc ita erit,quia indiget intellectus ſupra ablationem impedimenti virtute roborante,& eleuante, per quam viſio Dei fit ſibi connaturalis,hoc eſt,lumine gloriæ,& tunc non diſcederet a bona doctrina; quia hæc virtus roborans eſſet lumen gloriæ.

9 Propter hæc Theologi omnes poſt Durãd. contra ipſum acriter agunt.Nominatim videri poſſunt Sotus in 4.diſt.49.q.2.art.4.& P.Valent.hic pũcto 3.& P.Vazq.diſp.41.cap.2. qui ipſum intellexerunt de dependentia a ſenſibus, atque merito ſententiã eius erroris notarunt, quia ex ea fit,Angelum, & animam ſeparatam ex vi naturæ poſſe videre Deum; imo & perere viſionem,niſi ſe Deus occultet in pœnã, in quo re ipſa conſentit cum Beguardis. *Sotus. Valent. P.Vazq. Theologi notant erroris Durandi ſententiam.*

10 *P.Mol. Ex Molina pia eius expoſitio*

At P Molin.in hoc art.4. diſp.1.aliter intellexit Durand.ait enim,omnem intellectũ creatum ſpectatum ſecundum conditionem naturalem aſſurgere ad Dei cognitionem ex creaturarum cognitione,atque dependere in attingentia Dei ex præcognitione creaturarũ,quatenus ab effectibus quaſi manu ducitur ad cognoſcendum Deum. Quo fit,nec Angelum,nec animam ſeparatam Deum, vt eſt in ſe,videre poſſe, ſed quatenus relucet in creaturis, niſi abſoluatur ab hac dependentia in modo naturali cognoſcendi,per quam impeditur, ne videat Deum, nõ tantum dum eſt mens immerſa corpori,& ſenſibus implicata, ſed etiam ſecundum ſe ſpectata.Poſtea n.12.aperio meum iudicium de hoc modo intelligendi Durand.

11 *Fundamẽtũ Durãdi.*

Fundamentum ipſius hoc erat: nihil omnino cadit ſub ratione formali obiectiua alicuius potentiæ cognoſcitiuæ,quod nõ ſit obiectum per ſe proportionatum talis potentiæ: quoniam contineri ſub ratione formali obiectiua fundatur in ipſis entitatibus obiecti, & potentiæ,vt docui diſp.36.n 62 ergo,cũ Deus contineatur ſub ratione obiectiua noſtræ mentis,non poteſt non ipſe in ſe eſſe proportionatus ſaltẽ per ſe, & ſolum per accidens ratione impedimẽtorum erit improportionatus. Quemadmodum lux ſplendidiſsima Solis eſt per ſe proportionata aſpectui noctuæ, & per accidens improportionata; quia nimirum lædit, & quaſi diſſoluit organum viſus ex vehementia ſenſibilis. Ita Deus in ſe eſt obiectum proportionatum noſtro intellectui per ſe, & tantum per accidens improportionatum ratione dependentiæ in modo cognoſcendi, aut a ſenſibus, aut a creaturis ſecundum duas præfatas explicationes.Itaque Durand. non intellexit, qua ratione Deus abſtractiue cognoſcibilis ſit proportionatus menti noſtræ,non autem in ſe viſibilis.

12 *Iudicium authoris.*

Ego ſic iudico,tum de mente Durandi,tum de re ipſa, & primo de mente Durandi plane erraſſe in fide,nec P.Molinæ piam expoſitionẽ

menti

Digitized by Google

Non probatur pia Mol. explicatio. menti eius conſentaneam eſſe: moueor ex hoc ipſius fundamento; nam ſecundum fidem Deus in ſe viſibilis eſt obiectum per ſe improportionatum menti noſtræ, nec ex eo, quod proportionatus ſit, vt abſtractiue cognoſcibilis, ſit eſſe proportionatum ſecundum omnem modum cognoſcendi; alias etiam poſſet dicere, etiam eſſe proportionatum in ordine ad cognitionem comprehenſiuam, ac proinde comprehendi poſſe per naturalem virtutem, qui eſt error Anomæorum; imo contingit. obiectum aliquod eſſe proportionatū in ordine ad vnam cognitionem imperfectam, & improportionatum in ordine ad aliam cognitionem perfectiorem, & extra adæquatam ſphæram in ordine ad comprehenſionem, vt obſeruabam diſp. 36. n. 66. & 67. Vide etiam n. 80. Secundo, quia, licet verum eſſet, ſi dependeret mens a cognitione creaturarum in cognitione Dei, intellectum abſolui debere ab hac dependentia, vt Deum intueretur: at nullum affert fundamentum Durand. ad probandam hanc dependentiam, & modum naturalem cognoſcendi, imo potius, ſi Deus in ſe cognoſcibilis eſſet obiectum proportionatum, vt putat Durand. non dependeret a cognitione creaturarum, ſed e contra creaturæ penderēt a cognitione Dei; quippe Deus eſſet obiectum primarium, ex cuius cognitione a priori deſcenderemus in creaturarum cognitionem: & nulla eſſet ratio, quare alligata eſſet mens ad cognitionē a poſteriori; modo vero ideo eſt alligata; quia mēs noſtra eſt immerſa corpori, atque omnis noſtra cognitio incipit a ſenſibus; ergo Durand. non potuit loqui de dependentia mentis ſecundum ſe ſpectatæ, a. cognitione creaturarū, ſed de dependentia a ſenſibus.

13 Ex quo infero, re ipſa in fide erraſſe, quatenus cum Deus per ſe, & ex natura ſua ſit inuiſibilis, & lucem inhabitet inacceſſibilem, nec poſſit in cor hominis aſcendere, vt clamat ſacra Scriptura in locis adductis cap. 1. & diſp. 43. cap. 1. ſenſit Durand. per accidens tantum inuiſibilem eſſe. Deinde; quia conſentit Beguardis, & Beguinis in illa propoſitione, *quod anima non indiget lumine gloriæ, ipſam eleuante ad Deum videndum.* Quæ dānata fuit in Cōcilio Viennenſi, vt habetur Clementina *ad noſtrum de hæreticis.* Porro plane conſenſit Pelagio; tū quia ille naturæ dabat virtutem ad credendū, ad ſperandum, ad diligendum Deum, prout oportet ad conſequendam viſionem Dei: propter quem errorem damnatus fuit, vt fuse docuimus tract. 3. diſp. 25. cap. 2. ergo peius errauit Durandus ſi in re naturæ dedit virtutem, ablatis impedimentis ad Deum in ſe intuendum. Probo conſequentiam hanc; quia viſio beata perfectior, & ſupernaturalior eſt fide, ſpe, & charitate viatoris: ergo, ſi merito dānatur Pelagius, quod non agnouerit gratiam pro his actibus, potiori ratione damnandus venit Durand.

Errauit in fide Durādus.

Conſentit Beguardis

Et Pelagio.

Nec ſatisfaciunt, ſi dixerint in fauorem Durand. ad fidem neceſſariam eſſe gratiam: quia innititur reuelationi obſcuræ, & natura nō valet certitudine infallibili aſſentiri veritati in ſe non manifeſtæ: at, cum Deus ſe ſe offert videndum, manifeſtiſsimam offert veritatem; vnde naturali conatu fertur mens ad illam. Hoc, inquam, non ſatisfacit; quia in hac doctrina ſolum difficultas viſionis reuocatur ad obiectum extrinſecum, & ex parte principij non petuntur vires gratiæ pro actu omnium ſupernaturaliſsimo, in quo error ipſe Pelagij deuoratur. Fidem inniti reuelationi obſcuræ in cauſa eſt, quod actus ſit liber, & indigeat imperio piæ affectionis ſecundum plurium ſententiam, & in hoc quidem differt fides a viſione, quod hæc neceſſaria eſt, quippe rapitur mens a maniſeſtiſsima luce diuinæ veritatis, at, vt rapiatur, indiget lumine roborante, pluſquam indigent oculi noctuæ ad videndum ſolem in ſuo fulgore. 14

Diſcrimen inter viſionem, & fidem.

Præterea, cum dicit, ablāto impedimento mentem naturaliter ferri in Deum viſibilem, aut ad ablationem impedimēti petit gratiam, aut non? Si petit: cur id non explicat? deinde ſi petit: aut ſolum ne obſtet impedimentum, aut etiam vt viſionem eliciat? ſi primum tantum: iam dat vires ſufficientes naturæ pro videndo Deo, in quo errat contra fidem: ſi ſecundum non errat, verum contra mentem eius eſt, vt conſtabit legenti Durand. Si non petit gratiā, nec ad ablationem impedimenti: relabitur in errorem Pelagij, qui dabat naturæ poteſtatem ad merita, & conſequutionē vitæ æternæ ſine gratia intrinſeca ex parte principij. 15

Vrgetur Dur.

Deniq; aut ablatio impedimenti eſt in omnibus æqualis, aut nō? Si hoc ſecundum; dicat, in quo non ſit æqualis? & non poterit aliquid probabile reſpondere; quia ponimus, per ipſum ita auferri impedimentum, vt ſufficiat ad viſionem eliciendam, & ſi mens conetur etiam ad intenſionem maiorem: aut oſtendat, qua ratione poſſet auferri ad ſubſtantiam viſionis, & non auferri ad intenſionem, maxime cum obiectum ex parte ſua plene ſe ſe offerat ad videndum habenti vires, aut oſtendat, qua ratione ſe ſe non offerat? ergo affirmandum plane eſt, ablationem impedimenti eſſe pro omnibus æqualem. Tunc argumentor ita: ergo perfectior intellectus in natura ſua perfectiorem habebit viſionem, etiam ſi paucioribus meritis in hac vita præditus ſit: imo quicumque Angelus perfectiori potiretur viſione, quā Anima Chriſti Domini, & Beatiſsimæ Virginis 16

Digitized by Google

nis Mariæ, quæ eſſe abſurda contra fidem oſtendo art. 6. diſp. 49. Hoc argumentum contra ſe ipſum formauit Durand. Et ei conatur ſatisfacere, non tamen præſtat.

17 Ad argumentum Durand. n. 11. neganda eſt prima propoſitio, nimirum omne obiectum adæquatum eſſe proportionatum per ſe loquẽdo. De qua reuideri poteſt S. Thomas in 4. diſt. 49. q. 2. art. 6. ad ſolutionem 3. & 4. argumenti, & de veritate q. 8. art. 3. in ſolutione 3. 4. & 5. Vbi affirmat, eſſentiam Dei non ſolum per accidens, & ratione extrinſeci impedimenti, ſed etiam intrinſece, & per ſe eſſe improportionatam menti noſtræ. Idem docuit Ariſt. 2. metaph. cap. 1. cum dixit, noſtrũ intellectum, & ſubſtantias ſeparatas comparatum ad maniſeſtiſsima naturæ, hoc eſt, ad Deum, eſſe ſicut oculum noctuæ comparatum ad lucem ſolis; hæc vero comparatio non conſiſtit in eo, quod læderetur intellectus ab obiecti magnitudine, ſicut læditur organum noctuæ, nam bene nouerat Ariſt. intellectum, vtpote ſpiritualem, aut eleuatioris rationis ita lædi non poſſe: ſed in eo conſiſtit comparatio, quod propter exiguam intellectus virtutem, & maximam Dei viſibilis excellentiam non valet ipſum attingere, niſi virtus roboretur lumine eleuante.

Reſpondetur ad argumẽtum Durandi. S. Thom. Ariſt.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA QVINTA.

DE EXISTENTIA, ET FVNCTIONIBVS luminis gloriæ.

Diſtincta capitibus quatuor.

In 1. Quam ſit certum, beatis ineſſe lumen gloriæ?

In 2. De munere diſponendi, & recipiendi luminis gloriæ.

In 3. De munere efficiendi luminis gloriæ.

In 4. Argumenta aduerſariorum, & ſolutiones.

Caput I. *Quam ſit certum beatis ineſſe lumen gloriæ?*

1 NEC oculum corporeum, neć mentem naturaliter poſſe videre Deũ; conſtat ex diſputationibus 43. 44. & menti non repugnare videre Deum; conſtat ex diſp. 36. Hinc fit, nec ipſi repugnare, quod eleuetur. & a Deo inſtruatur, quantum opus eſt pro viſione Dei producenda. Hoc principium eleuans, lumen gloriæ a Theologis omnibus appellatur ex illo Pſalm. 35. *in lumine tuo videbimus lumen.* Verum ipſi Theologi varij ſunt, tum in intelligentia huius luminis, tum in gradu certitudinis exiſtentiæ eius.

Pſal. 35.

2 Ante oculos primum proponẽda verba Cõcilij Vienneñſis, quæ referuntur in cap. *ad noſtrum de Hæreticis*, vt ex eis, quid pro certo habendum in hac re deducamus. Quæ ad rẽ noſtram faciunt, hæc ſunt, *animam non indigere lumine gloriæ ipſam eleuante ad videndum Deum, eoque beate fruendum.* Hanc propoſitionem affirmatam à Beguardis intendit damnare Cõcilium. Ex ea Thomiſtæ frequenter deducunt, de fide eſſe in beatis exiſtere lumen gloriæ intrinſece mentem eleuans: id enim negabant Beguardi: ergo adſtruitur a Concilio. Ita affirmant ex antiquioribus Thomiſtis Capreo. in 4. diſt. 49. q. 4. art. 3. & Ferrarienſis in 3. contra gentes cap. 54. ad quartum argumentum. Caiet. hic; ex recentioribus ita docent Magiſter Bannez hic dub. 1. Et Petrus à Ledeſma lib. *de eſſe Dei* q. 8. art. 8. & Nauarretus controu. 73 q. 2.

Concil. Vienẽſe. Capr. Ferrar. Cai. Bannez. Ledeſma. Nauarret.

Præterea mouentur quibuſdam ſacræ Paginæ teſtimonijs, vt ex Iſai. 60. in quantũ ait, fore Dominũ beatis in lucem ſempiternam; & Apocalyp. 22. in quantum ait, claritatem Dei illuminaturam ciuitatem, quæ non eget ſole, neq; luna &c. Item ex Pſal. allegato n. 1. 3

Huic

Digitized by Google

4 Huic ſententiæ quantum ad cenſuram erudite ſe opponit P. Vazq. diſp. 42. cap. 2. propter Scotum in 3. diſt. 14. q. 2. qui probabilius putauit, viſionem produci a Deo ſolo, intellectu paſsiue ſegerente. Vnde nomine luminis intelligit actionem ipſam, per quam producitur a Deo viſio ſupernaturalis. Suffragatur Aureolus apud Capreolum ſupra, qui nomine luminis intellexit ipſam Dei viſionem, in quantum per ipſam manifeſtatur Deus, & omne, quod manifeſtat, lumen dici poteſt. Accedunt Nomin. quos refert P. Suar. 1. p. lib. 2. de attributis negatiuis cap. 14 qui varijs expoſitionibus vtuntur, vt oſtendant, non eſſe definitum per hæc Concilij verba, exiſtere in intellectu beati lumen habituale intrinſecum, vt putarunt Thomiſtæ.

P. Vazq. Cenſura Thomiſtarum nō admittitur. Aureol. P. Suar.

5. Præterea P. Vazq. ita ad idem agit: Conciliū tantum definire voluit oppoſitū ei, quod Beguardi dicebant; illi vero ſolum errabāt in eo, quod aſſererent, Deum vi intellectus humani videri poſſe ſine vllo alio auxilio; ergo tantum ſibi voluit Concilium, non valere intellectum creatum virtute ſua ad videndum Deū. An vero hoc ſuppleri debeat per habitum, an alio modo, non definit, nec curat Concilium?

P. Vazq.

6 Præterea verius eſt, intellectum eleuari poſſe a Deo ſolo ſine vllo lumine ad videndū Deū, vt doceo diſp. 47. cap. 2. Ij vero, qui ita opinātur, alieni ſunt ab errore damnato a Concilio Viennenſi; ergo definitio Concilij non cogit, ſtatuere lumen intrinſecum habituale pro videndo Deo.

7 Denique; quia Eccleſia non intendit dirimere ſcholaſticorum controuerſiam de habitu luminis gloriæ, maxime cum de habitibus infuſis nihil definierit, vt conſtat ex Innocētio III. in cap. *maiores de Bap. & eius effectu*; & in Clementina vnica de ſumma Trinitate, & fide catholica; in eodem Concilio Viēnenſi refertur vt probabilior ſententia, quæ aſſerit in Baptiſmo infundi habitus: ergo, vt nihil intendit definire de ceteris habitibus infuſis, ita nec de lumine gloriæ. Quapropter, licet temerarium ſit negare, infundi lumen gloriæ propter communem Doctorum conſenſum; at nō videtur, eſſe de fide certum.

Innoc. III. *Temerarium tantum eſt negare lumē gloriæ.*

8 Ego ita cenſeo primo contra mentem Concilij, Aureolum intellexiſſe per lumen ipſam viſionem. Probatur manifeſte; quia ait, *animam indigere lumine ad videndum Deum*; ergo lumē, de quo Concilium, condiſtinctum eſt a viſione. Vt cum dicimus: *ſpecies facultati cognoſcendi neceſſaria eſt ad viſionem*: vel cum dicimus; *equus neceſſarius eſt ad equitandum*, inepte intelligeremus ſpeciem pro viſione, & equum pro equitatione. Vnde Aureoli expoſitio mihi probabilis non eſt. Nec P. Vazq. vbi ſupra n. 5. in hoc placet, dicens; quia ipſamet viſio eſt illuſtratio, & illuminatio quædam; ideo nomine luminis ipſam viſionem intelligi poſſe, ex ponique Concilium, cum definit indigere lumine, hoc eſt, indigere ipſa viſione. Quoniam, licet viſio lumen ſit, & illuſtratio, at contextus Concilij, & inſtitutum manifeſtum reddit de alio lumine prærequiſito ad viſionem agere, vt modo expendebam. Ad hæc, nec Beguardi dubitant, indigere intellectum viſione ad videndum Deum, & hoc definire, nec eſſet cōtra Beguardos, nec dignum Concilio; ergo mens eius eſt de alio lumine, quo indiget intellectus pro elicienda viſione ſupra virtutem naturalem ipſius.

1. Concl. Aureolus confutatus. P. Vazq.

Cenſeo ſecundo, nec mentem Concilij ſatis explicari a Scoto pro concurſu, ſeu actione producente viſionem. Probatur; quia licet cōcurſus ille neceſſarius ſit ad videndum Deum, at in rigore non eſt lumen, ſed via quædam, & fluxus producens viſionem, ſicut actio, per quam producuntur gratia, & charitas, non eſt gratia, aut charitas, ſed productio earum: ita productio viſionis non eſt lumen, ſed via ad illam. Præterea lumen hoc, quo indiget intellectus, neceſſarium eſt ad videndum Deum; ergo ad agendam, & recipiendam viſionem. Nam videre Deum vtrumque continet ſaltem connaturaliter; ergo lumen, de quo concilium, nō eſt concurſus actualis, ſed aliquid prærequiſitum ad illum. 9

2. Concl. Mens Concilij abScoto non explicata.

Cenſeo tertio, nec concilium exponi poſſe de Deo ipſo eleuante, & ſupplente vices habitus. Nam, licet Deus lumen proprie dicatur, vt conſtat ex mille Scripturæ locis; & nominatim ex illis verbis Dauidis, *in lumine tuo videbimus lumen*, in quibus ſi vera eſt communis expoſitio de lumine habituali creato, quam ſequitur Genebrardus, ipſe Deus appellatur lumen obiectū lumini habituali: & licet Deus ipſe eleuare mentem poſſit; at id eſt modo nō connaturali, & extraordinario per potentiam abſolutam: Concilium vero loquitur de modo ordinario, & connaturali contra Beguardos, qui non agebant de modis, quibus intellectus videre poteſt Deum per potentiam abſolutam, ſed de modo, quo de facto videt, & damnat diſtincte duos errores, vt bene notauit P. Suar. in eo cap. 14. n. 7. Alterum non videri viſione naturali de facto, alterum indigere de facto lumine ſupernaturali: atqui lumen, quo de facto indiget, non eſt ipſe Deus, ſed quid creatum in ipſo receptum, quod connaturaliter eleuat potentiam; ergo non ſufficienter explicatur Concilium de Deo eleuante. 10

3. Concl. Concilium per lumen non intelligit Deū eleuantē. Genebr. P. Suar. Duo errores damnati a Viennenſi.

Denique; quia mentem noſtram ad videndū Deum indigere Deo concurſu generali, ſiue naturaliter, ſiue ſupernaturaliter concurrente, certum 11

Digitized by Google

certum eſt, & in confeſſo apud omnes, etiam ſi ex alio capite opus habeat lumine creato; ergo vltra indigentiam Dei, aliam intendebat ſignificare Concilium in verbis præ fatis.

12 *4. Concl. De ſpecie creata ſufficienter exponeretur Concilium.* Cenſeo quarto, ſi vera eſſet ſententia affirmans, ſpecie creata videri Deum de facto, de qua nos egimus diſputatione 42. & altera Patris Vazq. affirmans lumen ipſum eſſe ſpeciem, & alterum horũ ſuperfluere pro videndo Deo, quam nos confutauimus allegata diſp. cap. 1. ſufficienter exponeretur Concilium de ea ſpecie impreſſa creata. Probo; quia primo illa eſt lumen, vt ſuppono, & etiam quia eſt principium manifeſtationis Dei: Secundo; quia ea indiget mens. Tertio; quia eſt quid creatum neceſſarium ante viſionem: ſed hæ tantum conditiones requiruntur ad mentem Concilij, vt conſtat ex tribus præiactis concluſionibus: ergo in illis ſententijs ſufficienter explicatur Cõcilium de ea ſpecie impreſſa. Verum quia nobis non placent illæ ſententiæ, vt conſtat ex ea diſp. 42. abſolute non ſequimur hanc explicationem.

13 *Argumenta P. Suarij contra concl.* Contra hanc concluſionem agere videtur P. Suar. ſupra cap. 14. n. 8. Primo; quia ſpecies valde methaphorice dicitur lumen. Secundo; quia Concilium ſtatueret contra communem ſententiam Theologorum, eſſentiam Dei per ſe non exhibere concurſum ſpeciei, qui neceſſarius eſt ex parte obiecti.

14 *Satisfactio.* Verum neutrum horum eſt alicuius momenti contra quartam concluſionem. Non primum; quia ſpecies proprijſsime eſt lumen in omni ſententia, vt dixi n. 13. & in ſentẽtia illa, quam ſupponimus, certiſsimum eſt. Non ſecundum; quia non affirmamus abſolute Concilium definire per ſpeciem creatam videri Deum, ſed tantum dicimus ſub conditione eius ſententiæ, quæ id affirmat ratione eius ſpeciei impreſſæ. Concilium ſufficientem habere explicationem, ac maxime ſi ſimul ea ſpecies eſſet habitus ſe tenens ex parte potentiæ.

15 *5. Concl. Per lumẽ tranſiens ſufficiẽter explicatur Cõcil.* Cenſeo quinto: ſi Deus altero lumine non habituale, ſed tranſeunte eleuare poteſt intellectum ad videndum Deum, ſufficienter de illo explicatur Concilium. Hoc aſſertum conſtat ex dictis; quia illud creatum tranſiens vere eſſet lumen ſupernaturale, & prærequiſitum ad videndum Deum; ergo propter illud definitio Concilij vera eſt, & nihilo alio opus eſſet ad ipſius veritatem. Conſulto loquor conditionate; *ſi Deus altero lumine, &c.* Quia mihi ſemper difficile eſt, Deum efficere poſſe lumen tranſiens, quod breui tempore deſinat eſſe: quoniam cum ſit ſupernaturale, & a contrario corrumpi nequeat, & ex natura ſua ordinetur ad producendam viſi onem Dei, quæ etiam ex ſe petit permanentiam, & perpetuitatem in eſſe, ego non inuenio rationem, quare poſsibilis ſit qualitas facile, & breuiter corruptibilis a natura ſua, quæ ex ipſa natura ordinetur ad effectum permanentem, & perpetuum. Etenim nec a principio, qui eſt ſolus Deus, nec ab effectu, ad quem ordinatur, habere poteſt hanc fluxibilem, & tranſeuntem naturam. Sed de hoc alias.

16 *6. Concl. Concilium adſtruit lumen habituale.* Cenſeo vltimo, probabilius eſt Viennenſe Concilium nacta occaſione erroris Beguardorum voluiſſe adſtruere lumen habituale gloriæ, atque communiorem Theologorum ſententiam ſua definitione firmare. Concluſio hæc manifeſte infertur ex præcedentibus; quia ex illis conſtat, nec viſionem, nec concurſum ſupernaturalem, nec Deum ipſum per lumen intelligere Concilium, nec etiam auxilium quoddam tranſiens, quod licet non eſſet impoſsibile, at nõ eſt accommodatum beatis perpetuo, & ſine fine videntibus Deum, de quibus agit Concilium: ergo cogimur affirmare, aut intellectam ſpeciem impreſſam, quæ ſit de facto lumen, aut lumen habituale intrinſecum tenens ſe ex parte potentiæ: ergo cum non ſit ſpecies impreſſa de facto ſecundum magis probatam ſententiam, vt docui diſp. 42. cap. 3. efficitur commodius intelligi de lumine gloriæ condiſtincto ab ſpecie.

17 Confirmatur hoc; quia optime nouerant Patres Viennenſes, lumen gloriæ abſolute prolatum ſignificare Theologis hunc habitum intrinſecum ex parte potentiæ; ergo cum abſolute definierint eo indigere intellectum noſtrum pro videndo Deo ſine vlla limitatione, aut vocis explicatione intelligi volunt in vſurpata magis, atque propriore ſignificatione: ergo probabilius eſt voluiſſe definitione ſua ſtatuere hoc lumen gloriæ, licet ante ipſum in controuerſia fuerit.

18 *Satisfactio ad obiecta ex P. Vazq.* Nec huic reſolutioni obſtant obiecta ex P. Vazq. n. 5. Ad primum concedo Concilium definire voluiſſe contra errorem Beguardorum, at in eo duplex continebatur error, vt notabã n. 10. cum P. Suar. alter negans valere naturam ad viſionem; alter adſtruens lumen, & licet alio modo, quam per lumen eleuari poſsit mens, de quo nihil definit Concilium, at ſubſumpta magis probata ſententia Theologorũ de facto lumine eleuari mentes beatorum, ipſo indigere definit.

19 Ex quo patet ad ſecundam rationem. Ad tertiam nego, Eccleſiam non intendiſſe dirimere Scholaſticam controuerſiam de habitu luminis gloriæ, & licet de ceteris habitibus infuſis nihil tunc fuerit definitum, bene tamen potuit de hoc, vtpote omnium præcipuo definire. Huius rei habemus exemplum in Tridentino

Digitized by Google

dentino ſeſ.6. de iuſtificatione cap.7. in quo definiuit,ceteros habitus infuſos infundi paruulis in baptiſmo: quod tantum tempore Concilij Viennenſis erat probabilius; quoniam oportet Eccleſiam in dies in definitionibus ſuis dirimere Theologorum controuerſias,atq; illuſtratam Spiritus ſancti lumine veritates infallibili certitudine firmare.Dicendum ergo videtur,vt ante Tridentinum ſolū probabilius erat,eſſe habitus infuſos; poſt ipſum vero iam eſſe indubitatā hanc veritatem,ita ante Viennenſe ſolum probabilius fuiſſe,de facto beatos perfundi lumine gloriæ; poſt ipſum vero iam id eſſe omnino certum.

Caput II. *De munere diſponendi, & recipiendi luminis gloriæ.*

20 SVPERIORI cap.vidimus,exiſtere lumen gloriæ in mentibus beatorum. In hoc,quædam eius munera explicanda: in ſequentibus alia, quibus natura ipſius innoteſcet. Illud vero ad plura extrema poteſt comparari.Primo ad intellectum,quem informat, & eleuat. Secundo, ad eſſentiam Dei, quæ etiam cum intellectu beati coniungitur per modum ſpeciei, vt fert vulgaris modus loquendi. Tertio, ad viſionem, quam efficit. Ex his comparationibus variæ ſuboriuntur dubitationes; quarum aliæ ſpectant ad munera cauſæ materialis; aliæ ad efficientis. In hoc capite munera cauſæ materialis explicanda aggredior: atque in primis inquiro, an ſit diſpoſitio intellectus in ordine ad coniunctionem eſſentiæ Dei? In qua dubitatione Thomiſtæ frequenter partem affirmantem ſequuntur inducti authoritate D. Thomæ in hoc articulo 4. Ita Caiet. & Ferrarienſis tertio contra gentes cap 54. & Sotus in 4. diſt.49. q. 2. art.4 Ita etiam Recentiores,vt Bañez, Zumel, Ledeſma, & Albelda. Probant primo; quia quoties ſubiectum eleuatur ad eſſe ſuperius, indiget præſuppoſita diſpoſitione congrua formæ recipiendæ, vt in natura cum materia eleuatur ad formam ſubſtantialem præſupponi debet diſpoſitio proportionata formæ; ſed intellectus eleuatur ad formam ſuperiorem,cum ei coniungitur eſſentia per modum ſpeciei: ergo indiget diſponi per lumen, quod eſt ordinis diuini,atque adeo proportionatum eſſentiæ Dei gerentis munus formæ.

Ad quæ lumen cōparari debeat.

An lumen ſit diſpoſitio ad eſſentiam?

S.Thom. Caiet. Ferrar. Sotus. Vañez. Zumel. Ledeſma. Albelda.

Argumenta,quæ probant, eſſe diſpoſitionem.

21 Secundo probant;quia ſpecies creata,quatenus ſe tenet ex parte obiecti, præſupponit potentiam conſtitutam in perfecta ſua virtute: ergo cum eſſentia Dei ſufficiatur in munere ſpeciei,non poterit vniri cum intellectu beati, niſi ille prius perfundatur lumine gloriæ, per quod conſtituitur in perfecta ratione agendi potentiæ: ergo lumen gloriæ prius informans intellectum, ipſum diſponit ad vnionem cum eſſentia.Probo hanc conſequentiam; quia ſine lumine eſt ineptus ei vnioni, & incapax eliciendi viſionem; ergo cum forma petat vniri ſubiecto apto,& capaci effectus, ad quem ordinatur tota ea coniunctio, lumen gloriæ eſt diſpoſitio,in quantum reddit intellectum idoneum vnioni efficiendæ, & proxime capacem viſionis eliciendæ.

Tertio probant; quoniam gratia habitualis indiget diſpoſitione animæ medijs actibus;ergo pariter eſſentia Dei indiget ſimili diſpoſitione ſupernaturali. 22

Oppoſitam ſententiam defendit P. Vazq. diſp.43. cap. 3. ex Scoto, vbi illic.Nec diſſentiunt ab eo Pater Suar. prima parte lib. 2. de attributis negatiuis cap. 15. numer. 11. & Pater Valentia diſp. prima q. 12. puncto 3. §. *his igitur opinionibus*. Nam, licet concedere videantur verbis munus hoc diſponendi: at cum negent illud diſtinctum eſſe a munere confortandi mentem, & conſtituendi in actu primo proximo, alieni ſunt a mente Thomiſtarum; non autem a mente S. Thomæ. Etenim, licet exigat lumen gloriæ ſub nomine diſpoſitionis in hoc articulo 5. in corpore, cum vero deſcendit ad explicandum magis in ſpeciali munus hoc diſponendi, ſemper exponit per virtutem, quam tribuit intellectui; vt conſtat in illis verbis in corpore. *Cum igitur virtus naturalis intellectus creati non ſufficiat ad Dei eſſentiam videndam, oportet quod ex diuina gratia ſuper accreſcat ei virtus intelligendi*. Hæc verba ſunt concluſio diſcurſus S. Thomæ, vt conſtat ibi *cum igitur*; ergo cum munus diſponendi, de quo egerat, explicet per virtutem ſuper accreſcentem intelligendi; manifeſtum eſt, non eſſe loquutum de diſpoſitione propria, vt eſt quid diſtinctum a virtute efficiendi; ſed vt cum ea coincidit in noſtra re: optime enim nouerat S. Thomas, propriiſsimam diſpoſitionem reperiri ſine virtute efficiendi aliquam formam.Ita etiam loquitur ad primum, & ſecundum; ergo, licet verba S. Thom. ſecundum primum ſonum ſuffragentur Thomiſtis,non tamen ſecundum mentem. 23

P. Vazq. P.Suar. P.Valen. *Oppoſita ſententia.*

Mens S. Tho.

S. Tho.

Ego cenſeo primo,non eſſe proprie diſpoſitionem. Probatur concluſio ex noſtra doctrina 24

Author negat eſſe proprie diſpoſitionẽ. trina diſp.41.cap.2.in quo fuſe oſtendi, eſſentiam Dei, cum ſubit munus ſpeciei, non exercere munus cauſæ formalis, nec ſubrogari ſpeciei, ſecundum quod illa actuat, & informat intellectum, ſed ſecundum virtutem efficiendi viſionẽ, quam haberet, ſi adeſſet, vt poteſt. Ex qua doctrina, quam ni fallor euidenter probaui in eo cap. fit, lumen gloriæ non exercere munus proprium diſpoſitionis in ordine ad coniungendam eſſentiam. Probo hanc illationem; quia diſpoſitio propria reddit ſubiectum aptum pro informatione principalis formæ, & pro conſtitutione totius compoſiti, non pro virtute efficiendi: ergo cum eſſentia Dei non ſubeat munus ſpeciei, vt forma actuans, & informans, non indiget propria diſpoſitione.

25 *Large diſpoſitionẽ eſſe.* D. Tho. P. Suar. P. Valen. P. Vazq.

Cenſeo ſecundo, large diſpoſitionem dici poſſe. Concluſio hæc eſt conſentanea menti D. Thom. vt explicui n. 23. & Patribus Suar. & Valen. nec ab ea diſſentire poteſt Pater Vazq. vt a me explicanda. Nam, licet ipſe ſuperfluam putet hanc eſſentiæ diuinæ coniunctionem per modum ſpeciei; quoniam vtrumque munus ſoli lumini tribuat, vt retuli, & refutaui diſp.42. cap. primo; at ſi ipſe admitteret diſtincta hæc munera confortandi potentiam ex parte potentiæ, & neceſsitatem ſpeciei ex parte obiecti, non poſſet non concedere lumen in noſtro caſu eſſe aliqua ratione diſpoſitionem ad ſpeciem, & ad omne, quod ſubiit munus ſpeciei. Sic explico, & probo concluſionem. Species impreſſa, & eſt forma, & comprincipium cum intellectu. Item ſupponit potentiam cum virtute perfecta ex parte potentiæ; ergo non petit informare niſi potentiam perfectam; ergo conſtitutio potentiæ perfectæ præſupponi debet ex natura ſpeciei ad ipſius informationem; ergo ſecundum hunc conceptum, in quo conuenit cum ceteris diſpoſitionibus, ſubiit conſtitutio potentiæ rationem diſpoſitionis.

Tunc ſic, licet eſſentia Dei non informet intellectum noſtrum; at quia ſubrogatur ſpeciei in eo munere intelligendi, concipitur a nobis ex hoc fundamento, vt forma inſtar ſpeciei; ergo etiam vt exigens potentiam perfecte conſtitutam; cum igitur lumen perfectam cõſtituat, vt ſic eſt quodammodo diſpoſitio ad cõiunctionem eſſentiæ.

26 Ex S. Tho. *Satiſfactio ad oppoſita argumẽta.*

Rationes in oppoſitum hoc tantum probant, ſi autem plus volunt, ſine magno abſurdo id non defendent. Ad primam ex S. Thoma iam explicui, quid ſibi voluerit nomine diſpoſitionis. Ad ſecundam etiam fit ſatis ex probatione ſecundæ concluſionis.

27 Ad tertiam nego, gratiam ex natura ſua petere præuiam diſpoſitionem, vt conſtat, cum fuit Angelis infuſa in momento creationis, cum paruulis infunditur per baptiſmum; cum etiam Chriſto Domino in inſtanti conceptionis, quibus, & connaturaliter, & ſine præuia diſpoſitione infuſa fuit, quod eſt rationi conſentaneum; nam omnis actus ſupernaturalis eſt fructus, & effectus gratiæ non aliter, ac omnis actus vitalis eſt effectus animæ; illa enim eſt prima anima in eſſe ſupernaturali, vt hæc eſt prima in eſſe naturali; vt ergo actus vitalis nequit eſſe diſpoſitio ad animam, attenta rerum natura; ita actus ſupernaturalis ad gratiam, niſi velis ex mala philoſophia, nec meliori Theologia eumdem actum, & eſſe effectum, & diſpoſitionem eiuſdem formæ priorem, & poſteriorem ſeipſo in diuerſo genere cauſæ. Cum igitur in peccatore præexigitur actus ſupernaturalis, vt diſpoſitio ad gratiam; id ita eſt ex diuina ordinatione, & pacto, quod iure exigit propriæ voluntatis conuerſionem ab eo, qui propria voluntate ſe auerterat, licet id conforme non ſit naturæ gratiæ, vt dixi.

Reſpondeo præterea, quamuis gratis daremus gratiam, præexigere diſpoſitionem ſupernaturalem, non fiet, etiam eſſentiam coniunctam per modum ſpeciei præexigere, quia illa eſt proprie forma, non hæc, vt dixi. Hæc de prima comparatione. 28

Secunda, quæ eſt in ordine ad viſionem, difficilior eſt; quoniam viſio eſt propriiſsime forma informans. Vnde partem affirmantem, lumen eſſe diſpoſitionem, amplectuntur Doctores allegati numer. 20. & præterea Maior in tertio diſt. 14. quæſt. 2. dub. 2. Marſilius quæſt. 10. art. ſecundo. Richar. art. ſecundo q. 1. Denique ſuffragatur Valentia ſupra, & Pater Salas tom. 1. in 1.2. tract. 2. diſp. 5. ſect. 3. numer. 66. Probant primo; quia viſio eſt forma per modum termini: ergo indiget diſpoſitione. 29 *An lumẽ ſit diſpoſitio ad viſionem? Sententia affirmans.* Maior. Marſil. Richar. Val. Salas.

Secundo; quia intellectus concurrit ad viſionem actiue, & paſsiue, ita vt vterque concurſus ſit neceſſarius ad videndum Deum: ſed tam eſt inſufficiens ad paſsiuum concurſum, quã ad actiuum; ergo vt indiget lumine ad agẽdum, ita ad recipiendũ, ſaltem vt diſpoſitio. 30

Tertio probant; quia intellectio petit recipi in principio proximo eliciendi; ergo in intellectu eleuato lumine, quippe vt ſic eſt principium proximum; ergo lumen, vt minimum eſt diſpoſitio. 31

Contrariam ſententiam tuentur P. Vazq. ſupra, & Scotus in 3. diſt. 14. & magis ex profeſſo in 4. diſt. 49. q. 15. Probant primo; quia lumen eſt habitus: ſed habitus non eſt diſpoſitio ad actũ: ergo. Secundo; quia intellectus ſine alia diſpoſitione eſt receptiuus luminis: ergo etiam 32 P. Vazq. Scotus. *Sententia negans.*

Digitized by Google

etiam viſionis: quare enim indigeat diſpoſitione ad viſionem, & non ad lumen.

33 Ego ita cenſeo, probabilius eſt, & naturis rerum magis conſentaneum, non eſſe diſpſitionem. Atque in primis S. Thom. nec verbum habet contra hanc concluſionem, quippe vt vidimus num. 23. non egit de diſpoſitione ad viſionem, ſed ad eſſentiam. Probo concluſionem hac ratione. In lumine duo conſideranda. Primum, vt eſt habitus. Secũdum, vt eſt potẽtia partialis cum intellectu, ſed ex neutra harum rationum eſt diſpoſitio ad viſionem: ergo, &c. Minorem quoad primam partem probat ratio ex Scoto adducta, nimirum nullum habitum, vt ſic eſſe diſpoſitionem actus, quem efficit; quare ergo id tribuamus lumini, vt habitus eſt. Antecedens conſtat inductione in actibus naturalibus. Quod ſi dicas, in ordine ad illos potentiam ipſam eſſe diſpoſitam; quia eſt in eodem ordine cum actu. Redarguo inductionem in actibus ſupernaturalibus; non enim habitus virtutum Theologicarum, aut moralium infuſarum ſunt diſpoſitiones ad actus; ergò nec lumen, vt habitus eſt ad viſionem; neque eſt fundamentum; quare iſtud à regula generali ceterorum excipiendum ſit. Probo minorem quoad ſecundam partem eodem ferè diſcurſu; nam nullà potentia vitalis, vt ſic, eſt diſpoſitio ad ſuos actus; id conſtat inductione in potentijs naturalibus, & ſupernaturalibus, vt modo dicebam; ſunt quidem illæ ſubiecta receptiua actuum; non vero diſpoſitiones; ergo pariter lumen, in quantum potentia non erit diſpoſitio. Vnde argumenta in oppoſitum ſi quid probant, eſſe lumen ſubiectum viſionis, probant, non autem diſpoſitionem, vt ea explico num. 35.

Nec vt habitus, nec vt potẽtia eſt diſpoſitio.

34 Secundo probo; quia ceteræ formæ ſupernaturales non petunt diſpoſitiones, vt recipiãtur in ſubiecto per potentiam obedientialem; ergo nec viſio beata eas petit. Antecedens cõſtat inductione. Primo in gratia iuſtificante, vt dicebam n. 27. Secundo, in vnione diuina humanitatis Chriſti Domini ad Verbum. Tertio, in præſentia Sacramentali corporis Chriſti Domini. Quarto, in ipſo lumine gloriæ, ceteriſq; habitibus ſupernaturalibus. Quinto, in eorum actibus. Si nullum horũ donorũ ſupernaturaliũ petit prius aptari ſubiectum per diſpoſitionẽ eiuſdem ordinis; quare id petat viſio?

Effugium. Dicunt Thomiſtæ; quia eſt forma per modũ termini. **Occluditur.** Frigida ſolutio. Quid enim intereſt, rem ſupernaturalem eſſe terminum, aut non eſſe terminum, ad hoc vt petat, aut non petat diſpoſitionem? An ne formæ naturales petunt diſpoſitionẽ; quia ſunt in generatione termini. Vel an; quia ſunt formæ ſubſtantiales, & accidentibus connaturalibus ſubiectum exigunt diſponi? Ita ſane; ſi forma ſupernaturalis petit diſpoſitionem connaturalem in ſubiecto, eam petit; quia ſupernaturalis eſt, non quia eſt terminus, vel nõ terminus. Porro, hoc quod eſt viſionem eſſe terminum, aut eſt eſſe formam omnium perfectiſſimam, aut eſt, eſſe vltimam in generatione? propter neutrum horum petit diſpoſitionem; ergo, &c. Non propter primum; quia gratia iuſtificans, & vnio ad Verbum, & in probabili ſententia lumen gloriæ perfectiores ſunt viſione, & ſane, ſi hæc exigentia eſſet ex perfectione, fieret quidem perfectiorem formam, perfectiorem petere diſpoſitionem, & minus perfectam, minus perfectam: non tamen nullam; ergo cum ceteræ formæ ſupernaturales, tum perfectiores, tum imperfectiores nullam petant diſpoſitionem, nec viſioni aliqua danda eſt. Et pro omnibus ea eſt mihi ratio a priori, quod recipiuntur in potentia obedientiali improportionata quidem; imo vt formæ ipſæ ex natura ſua eleuatiuæ ſint ſui ſubiecti, & ipſum exigunt improportionatum; ita nõ petunt diſpoſitiones proportionantes ex parte ipſorum. Nec propter ſecundum: nam etiam ceteri actus ſecundi ſupernaturales ſunt vltimi in ſuis generationibus, vt fides, ſpes, charitas; & tamen per Thomiſtas non petunt præuias diſpoſitiones; ergo, non quia producitur viſio per modum termini, vt vltimus actus, petere poteſt diſpoſitionem præuiam.

35 Demum conſentanee ad doctrinam Thomiſtarum potius viſio eſſe deberet diſpoſitio ad lumen, quam è contra hoc ad viſionem. Nã ipſi dicunt, actum charitatis eſſe diſpoſitionem ad gratiam, per quam fit: non vero gratiam eſſe diſpoſitionem ad actum; ergo ſimili ratione viſio eſſe deberet diſpoſitio ad lumẽ, per quod fit, quam è conuerſo lumen ad viſionem.

Potius viſio eſt diſpoſitio ad lumẽ, quã è contra iuxta Thomiſtes, Albelda.

Reſpondet quidam Thomiſta, habitum gratiæ habere rationem operantis, & cooperãtis, actumque charitatis procedere a gratia, vt operans eſt, & diſponere ad illam vt cooperans. Reſpondet ſecundo, actum viſionis eſſe vltimũ finem creaturæ rationalis, & contra rationem vltimi finis eſſe fungi munere diſpoſitionis in ordine ad vlteriorem formam.

36 Ego quidem tractatu de auxilijs retuli varias explicationes gratiæ operantis, & cooperantis. Tandem ex phraſi Auguſtiniana deduxi, gratiam dici operantem ex eo, quod ſit principium operationis ſupernaturalis; cooperantem vero ex ſimultaneo, & concomitante concurſu cum potentijs noſtris; ergo lumen gloriæ in hac Auguſtini phraſi, & habet rationem gratiæ operantis, in quantum efficit viſionem, & cooperantis, in quantum ſimul concurrit cum intellectu ad viſionem; ergo

Digitized by Google

prima ſolutio ex ratione gratiæ operantis, & cooperantis non ſatisfacit redargutioni factæ. Ad hæc, ſi in præſenti referre liceret omnes vſurpationes gratiæ operantis, & cooperantis, ex illis conſtaret, extra rem hic miſceri gratiam operantem, & cooperantem, & lumini gloriæ quamcumq; vſurpationem ſatis competere: ſed non licet.

37 Nec ſecũda ſolutio melior eſt, ſatiſque impugnata ex dictis num. 34. Nec enim viſio eſt magis vltimus finis comparatione luminis, quam actus charitatis comparatione habitus. Præterea viſio eſt vltimus finis, vt forma minus perfecta, quam lumen; vt fert probabilis ſententia, qua ratione vero ille oſtendit de ratione huius formæ eſſe, non eſſe diſpoſitionem comparatione luminis, ſi de ratione actus charitatis eſt, eſſe diſpoſitionem comparatione habitus? Quare in multis peccant hæ ſolutiones.

38 *Satisfactio ad argumenta.* Ex dictis ſoluta ſunt primum, & ſecundum argumentum. Tertium vero, an viſio petat recipi in principio proximo adæquato, hoc eſt, in intellectu & lumine gloriæ, an in intellectu tantum? petit ſequentem dubitationem.

39 *An viſio recipiatur in lumine?* Et quidem pars, quæ affirmat, ſuaderi primo poteſt. Nam viſio ad concurſum actiuum petit vtrumq; principium; vt declaro cap. ſequenti; ergo etiam petet vtrumq; principium ad concurſum paſsiuum.

40 Confirmatur; quia Concilium Viennenſe exigit lumen gloriæ, non tantum ad viſionem eliciendam, ſed etiam ad videndum Deum, cuius verba retulimus, num. 2. ſed hoc, quod eſt videre Deum, continet in ſe receptionem viſionis; ergo indigentia luminis, non tantum eſt propter virtutem actiuam, ſed etiam propter paſsiuam.

41 Secundo ſuadetur; quia viſio beata, quæ eſt actus immanens, & vitalis, petit recipi in principio proximo, quod ſe habet vt potentia. Nam, licet non petat recipi in omni principio viſionis, hoc eſt, in ſpecie impreſſa, vel ingerente vices eius; quia hoc ſe tenet ex parte obiecti; at ex immanentia perfecta petit principium proximum, quod ſe tenet ex parte potentiæ: atqui lumen gloriæ eſt principium proximum, & tenet ſe ex parte potentiæ, imo eſt potentia partialis, & magis principalis, quam intellectus, vt doceo cap. ſequenti; ergo in ſe recipere debet viſionem, ſaltem vt inadæquata pars ſubiecti.

42 Cõfirmatur; quia ceteri actus vitales naturales recipi petunt in potentia vitali adæquata, non in parte potentiæ: ergo etiam viſio.

43 Partem contrariam nihilominus amplectuntur antiquiores Thomiſtæ, & noſtri ſcriptores, vt videre licet apud Patrem Molinã hic art. 5. diſp. 1. concluſione. Vazq. diſp. 43. cap. 1. & Suarez 1. parte lib. 2. cap. 15. num. 27. & Patrem Salas 1. 2. diſp. 5. ſect. 4. num. 61. Quibus etiam ego ſubſcribo, vt parti probabiliori. *Probatio partis contrariæ. P. Mol. P. Val. P. Suar. P. Salas.* Licet enim exiſtimem, non implicare viſionem recipi in vtroque principio: at de facto non recipi, eſt rationi magis conſentaneum; vt probat primo ratio a priori, quam tetigi ſupra num. 34. nimirum quod vt alia ſupernaturalia recipiuntur in ſola natura; quia formæ eleuantes ſunt, & petunt potentiam obidientialem paſsiuam improportionatam in eſſe entis: ita viſio, nec enim eſt, cur ceteris formis ſupernaturalibus demus ſubiectum nudam naturam: viſioni vero, & naturam, & lumen gloriæ. Vrgeo; actus fidei, ſpei, & charitatis non recipiuntur in ſuis habitibus infuſis, vt conſtat, cum fiunt per auxilia diſtincta ab habitibus, & vt apud omnes in confeſſo eſt, ſed in ſolis potentiis; ergo nec viſio recipitur in lumine, ſed in ſolo intellectu. Probo conſequentiam ex paritate rationis: quippe qui hi actus tam vitales ſunt, tam immanentes, tam improportionati, tam petunt ex parte principij gratiam, quam viſio; ergo ſi hæc non obſtant in illis, quominus recipiantur in ſola potentia, nec etiam obſtabunt viſioni: maxime cum eam quoque ſine lumine gloriæ a Deo fieri poſſe per extrinſecam eleuationem, oſtenſurus ſim diſp. ſequenti.

Secundo probo; quoniam abſque neceſsitate non ſunt multiplicanda ſubiecta, ſed ex ratione a priori conſtat, in præſenti non eſſe neceſſarium multiplicare ſubiecta pro recipienda viſione; ergo, &c. 44

Dices, probabilior philoſophia habet, omnem intellectionem recipi in anima, & in intellectu tamquam in ſubiectis inadæquatis; cũ tamen quoduis illorum ſit ſufficiens ſubiectum; ergo pariter in lumine poterit recipi, non obſtante ea multiplicatione. 45 *Obiectio.*

Reſpondeo, concedendo primam propoſitionem: at ex diſcrimine inter lumen ex vna parte, & animam, & intellectum ex alia, accipiet robur hæc noſtra opinio. Etenim ideo recipiuntur intellectiones in intellectu, & anima, ſi ſunt realiter diſtincta; quia illæ concurrunt, vt principia vitalia, atque denominationem ſuſcipiunt intelligentis per intellectionem: lumen vero non ita concurrit, ſed vt principium non vitale: igitur ex receptione intellectionis in anima, & in intellectu non fit conſequutio ad receptionem eiuſdem in lumine. Quod vero perfecta immanẽtia viſionis non petat recipi in lumine, ex hac eadem ratione explico in ſolutione ſecundi argumenti. 46 *Satisfactio.* *Diſcrimen inter potẽtiam, & lumen.*

Ad primũ concedo antecedens, & nego cõſequen 47

Satisfactio ad argumenta. ſequentiam. Ratio diſcriminis manifeſta eſt; quoniam omne principiū efficiēs eſt aut æquè perfectum, aut perfectius effectu, quatenus ipſum continet: non autem paſſiuum, & receptiuum; quia hoc genus cauſæ ignobilius eſt, quippe tantum concurrit ſuſtentando.

Ad confirmationem reſpondeo, nullius momenti eſſe, quod adducitur ex Viennenſi; quia vt vera ſit eius definitio, ſufficit, ſi intellectus indigeat lumine ad producendam viſionem, nec opus eſt eo indigere ad alterum munus recipiendi; vt cum dicimus, indigere fide ad credendum, & voluntatem charitate ad amandum Deum ſuper omnia.

48 Ad ſecundum diſtinguo illā propoſitionē: *petit recipi in principio proximo, quod ſe habet vt potentia vitalis*, concedo: *vt potentia non vitalis*, nego. Ratio a priori eſt; quia viſio non ex ſupernaturalitate, quam habet a lumine, ſed ex vitalitate, quam habet ab anima, & potentia petit immanentiam, vt per ſe manifeſtum eſt, quo fit, in principio vitali, cui tribuit denominationem videntis recipi debere non in nō vitali, cui non tribuit, & reuera ſicut lumen non videt Deum, ſed anima, ſed intellectus, ſed homo lumine, ita nō recipit lumen viſionem, ſed anima, & intellectus.

Ad confirmationem concedo antecedens, & negō conſequentiam. Ratio negandi eſt: quod potentia in ordine ad actus naturales tota eſt vitalis, non diuiſa in partē vitalē, & non vitalem; at in ordine ad actus ſupernaturales adæquata potentia diuiſa eſt, & pars potentiæ eſt vitalis, & pars non vitalis. Vnde actus recipitur in parte vitali, non in non vitali, quemadmodum actus naturalis non recipitur in habitu, licet concurrat ad actum, & teneat ſe ex parte potentiæ.

Caput III. *De munere efficiendi luminis gloriæ.*

49 *Non a ſolo Deo producitur viſio* IN præſenti difficultate primo prætermittendi Scotus, & ſequaces, qui arbitrati ſunt, a ſolo Deo effici viſionem in beatis. Quoniam certa ſentētia eſt, intellectū noſtrum, quia vitalis eſt, actiue concurrere, *& non ſe habere veluti inanime quoddam, nihil omnino agens, mereq; paſſiue*, vt conſtat ex *Trid.* Trident. ſeſſ. 6. cap. 4. & plane colligitur ex definitione Viennenſis: quoniam in illo ſtatuta eſt indigentia luminis; atqui non ad diſponendum, nec recipiendum viſionem, vt conſtat ex dictis cap. 2. ergo ad efficiendum. Itaque abſque controuerſia eſt, lumen gloriæ efficere viſionem. Non diſputo, an a ſolo Deo per potentiam abſolutam fieri poſſit, & an ſic effecta, & recepta in mente beari, ipſa vere Deum videret, atq; bearetur? quoniam eſt diſceptatio communis omnibus actibus vitalibus; & ſane pars, quæ affirmat, & effici poſſe a ſolo Deo, & tunc communicaturam effectum formalem, non aliter, quam cum fit ab intellectu, quoad vtramq; partem ſatis probabilis eſt, & quoad hanc ſecundam probabilior. Vide diſp. 16. n. 56. vbi demonſtro, neceſſario formam tribuere effectum formalem ſubiecto proportionato.

50 *Neceſſaria eſt ſpecies diſtincta a lumine.* Deinde prætermittendus etiam eſt Pater Vazq. qui contra communem ſententiam aſſeruit, ſpeciem a lumine gloriæ diſtinctam neceſſariam non eſſe, atq; conſequenter, ſi eſſentia Dei inſtar ſpeciei cooperatur cū intellectu lumen nō efficere viſionē. In qua re merito deſeritur ab omnibus, & nos contra ipſum egimus, quod ſatis eſt, diſp. 42. cap. 1.

51 Tota igitur ratio dubitandi reuocatur ad hoc punctum; an lumen gloriæ ita influat in viſionem, vt ipſum ſit tota ratio proxima efficiendi intellectui; ille namq; inſtructus lumine gloriæ, & aſsiſtente Deo concurſu generali ſupernaturali, & eſſentia diuina per modum ſpeciei eſt conſtitutus in actu primo proximo agendi viſionem; conſtituitur vero per rationem agendi proximam. Id ergo petimus, an tota ratio proxima agendi intellectui, in quantum influit vt potentia, vt condiſtinguitur ab aſsiſtentia eſſentiæ inſtar ſpeciei, & omnipotentiæ per concurſum generalem ſupernaturalem paratum, ſit tantum lumen gloriæ, ita vt in intellectu, vt condiſtincto a lumine nihil ſit rationis proximæ agendi? Quemadmodū ſi petimus de aqua calida, cum calefacit, an calor ſit tota proxima ratio calefaciendi? iure reſpondebitur affirmatiue; quia in aqua, vt condiſtincta a calore, nihil eſt rationis proximæ agendi, ſed tantum eſt ratio recipiendi calorem; ita in intellectu petimus, an in ipſo, vt condiſtinguitur a lumine, ſit aliquid rationis proximæ agendi, aut nihil, ſed tantum ratio recipiendi luminis. *Punctus rationis dubitandi.*

In hoc ergo puncto controuerſiæ Thomiſtæ ordinario poſt Caiet. ſequuntur partē affirmantem, lumen eſſe totam rationem agendi: nam qui plus dant intellectui, eſt ſolum eſſe remotam, & radicalem rationem agendi ratione vitalitatis; vt cernere licet apud magiſtrum Aluarez lib. 7. de auxilijs diſp. 64. & apud alios, qui poſt ipſum ſcripſerunt; negant ergo intellectui omnem prorſus rationem proximam agendi, & totam dant lumini. Ex quo colligere ſibi videntur, cauſalitatem luminis, nec per potentiam abſolutam Dei ſuppleri poſſe. Hos 52

Digitized by Google

Theologos refero, & refello diſp. ſequenti cap.1.

53 Modo ſtatuo concluſionem; lumen non eſt tota ratio agendi. Hæc concluſio iam diu a noſtris ſcriptoribus efficaciter probata. Quod ſi aduerſarij eam hucuſque non receperunt, ita factum eſt; quia non agunt indagandæ veritatis ſtudio, ſed vt agant contra noſtros, licet fundamentis non ſatisfaciant. Eam probo primo ex verbis Trident. relatis num. 49. Ex quibus habemus, intellectum, cum influit in viſionem, actiue vitaliter ſe habere, & non tantum paſſiue recipiens lumen; ergo ex Trid. exercet duplex munus cauſæ, alterum materialis erga lumen, alterum efficientis in viſionem; ergo lumen, & intellectus actiue concurrunt, ita vt duo ſint principia agendi, a quibus proxime egreditur actio videndi; ergo in vnoquoq; ex his principijs eſt ſua proxima ratio agendi. Probo hanc conſequētiam; quia cauſa efficiens in actu ſecundo non agit ſine proxima ratione efficiendi in actu primo. Sed in præſenti eſt duplex cauſa efficiens in actu ſecundo, nimirum lumen ex ſe, & intellectus ex ſe; ergo vtrumq; eorum agit per proximam rationem agendi in actu primo. Non dicimus, lumen agere ſine intellectu, aut intellectum ſine lumine, vt aduerſarij dictitant, nolentes penetrare robur rationis, & verbis tantum eludentes; ſed affirmamus, & ſi lumen ſine intellectu, nec intellectum ſine lumine concurrant; at actionem, quæ vt via producit claram Dei viſionem, immediate, & per ſe egredi a duobus principijs realiter diſtinctis, actiue influentibus, nimirū a lumine, & intellectu. Quod ſentio tā certū eſſe, vt oppoſitū ſtare nō poſſit cū doctrina Tridentini. Si nāq; ea actio nō egreditur immediate, & per ſe ab intellectu, ſed a ſolo lumine, tāquā a tota ratione proxima agēdi; ergo intellectus in viſionem nō influit actiue, neq; immediate, ſed tantum paſſiue, & mediate, in quantum ſuſtentat lumen, quod agit viſionem.

Concluſio. P. Mol. P. Vazq. P. Val. P. Suar. 1. p. & 3. tom de Gratia lib. 6. cap. 5. P. Arrub. diſp. 19 c 5. *Probatur, lumen non eſſe totam rationem agendi.*

54 Vrgeo: ſi actiue agit, vt tradit Tridentinum, vel mediate, vel immediate: ſi hoc ſecundū: habeo intentum. Si primum: ergo, licet viſionem non attingat immediate; aliquid tamen attingit immediate actiue. Probo hoc; quia illud efficitur mediate, quod efficitur medio aliquo immediate procedente ab agente; ita generans efficit mediate proprietates; quia immediate attingit naturam. Deſignent ergo aduerſarij, quidnam intellectus immediate actiue attingat, cum producit viſionem mediate? nam hoc non eſt lumen, quod non agit actiue; ſed paſſiue ſuſtentat, nō actio egreſſa à lumine, & terminata ad qualitatem viſionis; quia non producitur viſio duplici actione, altera immediata a lumine egrediente, altera mediata ab intellectu terminata ad actionem luminis: nam actionis non datur actio; ergo actio producens viſionem tam immediate, & per ſe egreditur ab intellectu, ſi actiue ſe habet in viſionem, quam a lumine.

Ex hoc vero manifeſte efficitur, non tantum in lumine, ſed etiam in intellectu eſſe aliquam proximam rationem agēdi. Probo hanc conſequentiam: intellectus vt condiſtinctus a lumine immediate, & per ſe agit; ergo vt condiſtinctus a lumine habet in ſe rationem proximā immediatam agendi; quoniam ex actu ad potentiam eſt manifeſta conſequentia: ergo ex actione ad proximam rationem agendi; quia illa eſt principium *quo* actionis. 55

Probo ſecundo, & confirmo hunc diſcurſum ex verbis expreſsis S. Thomæ in hoc art. 56

Ex S. Tho.

5. ibi. *Cū igitur virtus naturalis intellectus creati non ſufficiat ad Dei eſſentiam videndam, oportet, quod ex diuina gratia ſuperaccreſcat ei virtus intelligendi, & hoc augmentum virtutis intellectiuæ illuminationem vocamus.* In his expende primo verbum *ſufficiat*, & verbum *accreſcat*. In quibus dat plane intellectui aliquid virtutis, licet inſufficiens, vt ex illo præſuppoſito, & ex augmento luminis coaleſcat integrum principium; ergo ſuam in vnoquoque agnoſcit rationem agendi. Hoc expreſsit magis in ſolutione ad primum, vbi declarans indigentiam luminis, ait, *ad hoc, quod intellectus fiat potens ad intelligendum per modum, quo potentia fit potentior ad operandum per habitum.* Ecce ex D. Thom. non fit potens per lumen nulla præſuppoſita potentia, ſed fit potentior aliqua præſuppoſita, licet inſufficienti, ad modum quo habitus adquiſiti augent potentiam, non cum omni ſimilitudine; quia habitus adquiſiti ſupponunt potentiā ſufficientem, ſed cum aliqua in modo augendi. Quod expreſsit S. Thom. in ſolutione ad ſecundum S. Tho. ibi, *quod lumen hoc requiritur, quaſi perfectio quædam intellectus, confortans ipſum ad videndū Deum.* Non eſt ergo tota ratio agendi ſecūdum S. Thom. ſed perfectio, & corroboratio rationis agendi præſuppoſitæ in intellectu. Dum hæc amplius vrgeo rationibus, videat ne hæc legens Thomiſta a ſuo degeneret magiſtro, ſi eis refragetur. Aug. Aug. quoq; ita docuit lib. 2. de Peccat. merit. cap. 5. ibi. *Adiutor noſter Deus dicitur, nec adiuuari poteſt, niſi qui aliquid ſponte conatur.* Et in Pſal. 78. circa illa verba; *adiuua nos Deus ſalutaris noſter. Cum adiuuari nos vult* (ait) *nec ingratus eſt gratiæ, nec tollit liberum arbitrium, qui enim adiuuatur, etiam per ſe ipſum aliquid agit.* Ergò negari non poteſt, voluntatem actiue per ſe immediate influere in actus ſupernaturales.

Probo tertio: nā viſio beata in ſua eſſentia, 57
& ſuper-

Digitized by Google

& ſupernaturalis eſt, & vitalis, & intellectio; ita vt hæc ſint prædicata non tantum intrinſeca, ſed etiam eſſentialia ipſi; ergo ſicut ex prædicato ſupernaturalitatis optime inferimus, rationem agendi viſionis proximam ſupernaturalem eſſe debere, ita ex vitalitate, quæ æquè eſt eſſentialis, ac ſupernaturalitas. Et ex ratione intellectionis optime inferimus, rationem proximam agendi viſionem *vt quo* eſſe debere potentiam vitalem, & non quamcumque, ſed intellectiuam: igitur intellectus ipſe eſt aliquo modo ratio proxima agendi. Probo hanc conſequentiam: quia lumen gloriæ nec *vt quo* eſt potentia vitalis, nec intellectiua, ſed perfectio, & roboratio potentiæ vitalis, & intellectiuæ. Ergo non poteſt eſſe adæquata ratio proxima agendi.

58 Confirmatur primo argumentum; nam adæquata ratio agendi intellectionis naturalis non eſt potentia in quantum virtus naturalis tantum, ſed etiam in quantum vitalis, & in quantum intellectiua; quia nimirum intellectio producenda non tantum eſt entitas naturalis; ſed etiam vitalis, & intellectio: ergo cum lumen gloriæ ſit tantum virtus ſupernaturalis; non vero facultas vitalis, & intellectiua, non in eo ſolo conſtituenda eſt adæquata ratio agendi, ſed in compoſito ex lumine, & intellectu: nam in vtroque reperitur ratio facultatis vitalis intellectiuæ, ſupernaturalis, quæ omnia exiguntur in principio proximo agendi a viſione, quatenus illa eſt vita, & eſt intellectio, eſtque ſupernaturalis. Non ob hæc dicimus, intellectum cõcurrere per virtutem naturalem; bene vero per intrinſecam ei, & eſſentialem, quam appellamus obedientialem, vti declaro in ſolutione argumentorum.

Confirmatur ſecundo: viſio Dei, & cognitio euidens naturalis abſtractiua de Deo conueniunt in ratione intellectionis, & in ratione vitalis; & diſcriminantur in ſupernaturalitate, & naturalitate; ergo, licet pro viſione, qua ſupernaturalis eſt, aſsignandum ſit aliquod principium ſupernaturale tanquam proxima ratio agendi: at vitalitas, & potentia intellectiua nõ ſunt excludenda a ratione proximæ agendi, ſiquidem ab eſſentia viſionis non excluditur vitalitas, & ratio intellectionis. Certe ſi viſio Dei ſolum eſſet entitas ſupernaturalis; non vero actus vitalis, & intellectio; dici poſſet lumen eſſe totam rationem proximam agendi: at cum viſio ſimul cum ſupernaturalitate ſit vita, ſit intellectio, non poſſunt excludi a ratione proxima agendi facultas vitalis, & intellectiua.

Confirmatur tertio a ſimili; quia totale principium agendi cuiuſcumque intellectionis, vt illud qualeſcit ex potentia, & ex obiecto, non tantum eſt ſpecies impreſſa, quæ ſe tenet ex parte obiecti, ſed etiam facultas cognoſcitiua ingreditur, vt pars principij totalis, tanquam ratio agendi proxima; quia nimirũ cognitio non tantum eſt repræſentatio obiecti, ſed etiam actualis vita operantis: ita in re noſtra totale principium agendi proximum coaleſcit ex lumine, & intellectu; quia nimirum viſio ſimul eſt ſupernaturalis forma, & actualis vita operantis; adeo, vt diſtributione accõmoda, quemadmodum ſupernaturalitati viſionis tribuimus lumen gloriæ, vt proximam rationem agendi; ita vitalitati potentiam vitalem tribuere debemus.

Denique hoc confirmo ex influxu volunta- 59 *Probatio ex libertate.*
tis in actum liberum: quoniam, ſi lumen gloriæ eſt tota ratio proxima agendi viſionis, etiam charitas eſt in voluntate tota ratio agendi proxima amoris liberi, vt aduerſarij non inficiantur: at hoc abſurdum eſt in principio actionis liberę, ergo pariter in principio viſionis. Probo hanc minorem: nam principium *quo* operandi actus liberi, ſeu ratio proxima agendi eſt indifferens contrarie, & contradictorie; atqui charitas ex ſe non eſt principium indifferens, ſed determinatum ad amandum ſolum, & omnem, quam habet indifferentiam in exercitio, habet a voluntate, in quantum ei ſubditur; & voluntas vtitur ea, vt vult; ergo charitas non eſt tota ratio proxima agendi actus amoris. Vrgeo: tota libertas in principio actiuo conſiſtit, & in egreſione actionis cum indifferentia a principio actiuo, non in receptione eius, vt certum eſt, & ego declaraui ex profeſſo diſp. 16. cap. 8. & 10. Ergo immediata ratio actiua agendi actum liberum eſſe debet indifferens; igitur cum charitas per ſe ipſam non ſit immediata ratio agendi indifferẽs, non poteſt nõ voluntas ingredi in immediata rationẽ agendi reſpectu actus liberi.

Aduerte, argumentum hoc non tantum vim 60
habere contra eos, qui libertatem in actu perfectionem intrinſecam eſſe docent, ſed etiam contra eos, qui arbitrantur, tantum eſſe extrinſecam denominationem a principio: nam etiã ij libertatẽ in actu primo conſtituunt in principio proximo actiuo, & non in principio proximo determinato, vt fides docet; ergo in principio proximo actiuo indifferenti; igitur, ſi voluntas non haberet ſuas partes in ratione proxima agendi, nec actus eſſet, nec denominari liber poſſet. Denique ratio voluntarij, quæ eſt a principio intrinſeco cum cognitione præſuppoſita, quæ eſt amori eſſentialis, & cuius actui voluntatis, etiam efficaciter probat concluſionem: nam niſi voluntas actiue, & immediate influit in actum, non eſt ille a principio intrinſeco: etenim charitas extrinſecum principium eſt, & non vitale.

Digitized by Google

61 Argumenta hæc mihi plane rem demonſtrant; verum Thomiſtæ, vt ea eludant, in omne latus ſe vertunt. M. Aluarez lib. 7. de auxilijs diſp. 64. n. 4. ante primam concluſionem excogitauit duplex principium vitalitatis; aliud radicale, & remotum; aliud formale, & proximũ. In ipſa quoque viſione hanc duplicem vitalitatem diſtinguere videtur, & ait, proximæ vitalitatis totalem rationem proximam agendi eſſe lumen; radicalis vero, & remotæ eſſe ipſam naturam, hoc eſt, animam, ſeu intellectum. Ex hac doctrina ſibi videtur, & parare effugia noſtris argumentis, & conſtituere diſcrimen inter modum concurrendi aquæ calidæ ad calefactionem, & intellectus illuſtrati lumine gloriæ ad viſionem: nam noſtri, & nominatim P. Molina in hoc abſurdum aduerſarios inducere conantur: nimirum ſi lumen eſt tota ratio proxima agendi, non plus habere actionis intellectum in viſionem, quam aqua in calefactionem: hoc vero abſurdum eſſe, obſeruabam ſupra n. 51. & 52. nam ait, aquam non habere radicalem virtutem calefaciendi, imo potius frigefaciendi; naturam vero noſtram habere radicalem vitalitatem. Ex hoc etiam (quod mirabilius eſt) defendunt, intellectum eſſe cauſam principalem viſionis contra P. Suarez ſine proxima ratione agendi cauſæ principalis, & aquam inſtrumentalem calefactionis; de qua re redibit ſermo noſter cap. 5. Hunc auctorem ſequuntur alij moderni Thomiſtæ.

Aluarez. Excutitur ſolutio ex M. Aluarez.

P. Mol.

Albelda.

62 Reſponſum hoc, & doctrinam continet ſine fundamento, & alienam a veritate, & inſufficientem ad ſoluenda argumenta, quo ſine excogitata eſt. Hæc ita demonſtro; quia vitalitas in genere eſt perfectio intrinſeca, & eſſentialis rerum, quæ vitales ſunt, per quam diſcernuntur a non vitalibus. Porro ſicut intellectus, & anima ſunt vita in actu primo, hæc ſubſtantialis, ille, ſi diſtinguitur ab anima, accidentalis; ita viſio eſt actualis vita, ſeu in actu ſecundo, & cum ſit qualitas ſimplex communicata principio, a quo emanauit, reddit illud actu viuens tanquam forma, per quam viuit; ergo ſine fundamento diſtinguunt in illa vitalitatem proximam, & remotam. Nam vel hæ rationes ſunt intrinſecæ in actuali viſione, vel ſolum ei competunt per extrinſecam denominationem. Si primum; ergo viſio non eſt ſimplex entitas, ſed compoſita expluribus entitatibus, quarum altera eſt vitalitas proxima, altera remota; quis autem tibi dixit, viſionem eſſe compoſitã qualitatem, cum aliæ intellectiones ſimplices ſint? Agnoſce ergo, hæc te fingere ſine fundamento contra communem ſenſum, vt pares aliquale effugium, non vt ſequaris veritatem propalatam. Præterea vitalitas proxima, & remota in viſione, aut ſunt modi rei, ſicut quidam dicunt de ſupernaturalitate, aut ſunt ipſa viſionis ſubſtantia? Si hoc ſecundum; natura viſionis diuiſa erit in duas partes, veluti ſubſtantiales, & tunc explicandum tibi erit, quomôdo veniant in cõpoſitionem, an vt partes integrantes, an vt ſubiectum, & forma? in quibus explicandis in chimæras abire, neceſſe eſt, quas remitto diſputanti. Si primum; vel vtraque erit modus, vel altera tantum? nimirũ vitalitas radicalis, modus erit vitalitatis proximæ, vel e conuerſo, & tunc explicandum tibi erit, vtra ne ſit modus? & quare non vtraque? & cuius ſubiecti ſint modi? & varie tibi condienda viſio ſine fundamento, & contra omnem bonam philoſophiã. Rurſus, vel vtraque vitalitas eſt ſupernaturalis, vel altera tantum? ſi vtraque: ergo iam intellectus eſt proxima ratio agẽdi ſaltem comparatione vitalitatis radicalis, quæ in tua doctrina intellectui reſpondet, aut animæ: ſi altera tantum; ergo viſio partim eſt naturalis, partim ſupernaturalis; quod eſt & in ſe abſurdum, & contra auctorem ſolutionis; quia, ut defendat, viſionem totam ſupernaturalem eſſe, cenſet, intellectum excludendum eſſe a ratione agendi, vt dico capite ſequenti, in quo diluo ipſius argumenta. Porro non poteſt non fateri, aliquam vitalitatem viſionis eſſe ab anima, & ab intellectu actiue concurrentibus, quippe a lumine, vt ſic non poteſt habere vitalitatem; ergo, cum vitalitas viſionis ſaltim proxima ſupernaturalis ſit, neceſſum eſt, ad eam concurrere actiue intellectum, aut animam; ergo hac ſolutione non ſoluit argumenta facta.

Per vitalitatem remotam, & radicalem non fit ſatis argumentis.

Si propter hæc dicat primum, nimirum vitalitatem proximam, & remotam in viſione non eſſe prædicata intrinſeca, ſed extrinſecas denominationes prouenientes a principijs viſionis, non minus efficaciter reuinci poterit. 63 Primum; quia vitalitas actus, per quam petit produci, vel connaturaliter, vel eſſentialiter a principijs intrinſecis, nimirum ab anima, & intellectu, ei eſſentialis eſt; ſicut accidenti eſſentialis eſt exigentia inhærentiæ ad exiſtendum: ergo in ſententia diſtinguente intellectum ab anima, in qua melior philoſophia docet, vtrumque principium influere immediate in actum vitalem, & in vtroque ſimul recipi, actus vitalis ex eſſentia ſua petit, & principium proximum ſuæ vitæ, & principium remotum, nimirum intellectũ, & animam; ergo, tum vitalitas proxima, quæ eſt per ordinem ad intellectum, tum vitalitas remota, quę eſt per ordinem ad animam, ſunt prædicata eſſentialia actui; ergo non ſunt extrinſecæ denominationes. Vnde ſi viſio a ſolo Deo fieret, vt fieri poſſe aſſerit probabilis ſententia: ſemper tamen illa peteret fieri ab anima, & ab intellectu; quia qua vitalis eſt, petit principia intrinſeca

Digitized by Google

trinſeca; ergo vitalitas actus ſemper ei eſt eſſentialis. Non nego, recipere poſſe extrinſecā denominationem vitaliter productæ, cum ſit a potentia, & non productæ vitaliter, cum ſit a Deo ſolo: at ex hoc non fit, vitalitatem actus eſſe ei extrinſecam; nam etiam cum producitur a Deo, viſio eſſentialiter vitalis eſt, licet nō ſit producta vitaliter: quia tunc etiam, vt dixi, petit produci a principio intrinſeco ex natura ſua, & modo extraordinario producitur ab extrinſeco: ergo dici non debet vitalitatem proximam, & remotam actus eſſe extrinſecas denominationes.

Hæc doctrinam illam falſitatis conuincunt, atque declarant, illa non fieri ſatis noſtris argumentis; qui vero plura deſiderauerit, conſulat P. Suar. tom. 3. de gratia lib. 6. capite 5. a num. 4. 64

P. Suar.

Caput IIII. *Argumenta aduerſariorum, & ſolutiones.*

65 *Aluarez 1. Arg. ex aduerſarys.*

MAGISTER Aluarez vbi capite ſuperiori in 2. cōcluſione probat, vitalitatē proximam viſionis beatificæ procedere a lumine gloriæ, tamquam a principio formali, idē que dicendum eſſe de actibus ſupernaturalibus fidei, ſpei, & charitatis. 1. Arg. Primo; quia vitalitas viſionis eſt ſupernaturalis; ergo procedere debet formaliter a principio ſupernaturali: ſed intellectus ſecundum ſuam naturalem virtutem non eſt principium ſupernaturale: ergo non procedit ab illo proxime, niſi vt eleuato per lumen groriæ.

66 Retorquetur.

Hoc argumentum non magis probat, non procedere ab intellectu, quam non procedere a lumine; quia pari vi formari poteſt ad probandum non procedere a lumine in hunc modum. Viſio beatifica eſt vitalis; ergo procedit formaliter proxime a principio vitali, ſed lumen gloriæ ſecundum ſe non eſt principium vitale; ergo non procedit a lumine proxime, niſi vt adiuto per potētiam vitalem. Si ad hoc animum aduertiſſet Aluarez, nō formaſſet hoc argumentum. Diluitur. Illud tamen nec probat, non procedere a lumine, nec ab intellectu, ſed nō procedere ab intellectu tantum, nec a lumine tantum, ſed ab vtroque. Ne vero ſubſit æquiuocatio ad formales propoſitiones ita reſpondeo. Concedo antecedens, diſtinguo conſequens. *Procedit formaliter a principio ſupernaturali tantum*, nego: *a principio ſupernaturali ſimul cum potentia vitali*, concedo. Ad illam vero propoſitionem, *quod intellectus ſecundum ſuam naturalem virtutem non eſt principium ſupernaturale*; dico, propoſitionem negatiuam veram eſſe, at non eſt verum, quod ſubſumitur in ea, nimirum intellectum concurrere per naturalem virtutem; nam, licet concurrat per ſuam entitatem, quæ tota naturalis eſt, at non concurrit per naturalem virtutem; quoniam virtus naturalis formaliter vltra entitatem naturalem connotat eſſentialiter alia comprincipia connaturalia, hoc eſt ei debita ex natura ſua, vt notaui diſp. 36. n. 83. & 84. & diſp. 37. n. 18. Concurrit ergo per virtutem natiuam, hoc eſt, in ipſa intellectus eſſentia inſitam, quæ non reperitur in alijs eſſentijs, quæque merito obedientialis actiua in ordine ad viſionem appellatur.

Intellectus nō cōcurrit ad viſionem per naturalem virtutem.

Denique vltimum conſequens: *ergo non procedit ab intellectu proxime, niſi vt eleuato per lumen gloriæ*, ita diſtinguendum eſt: *non procedit ab intellectu proxime ſine eleuatione*, cōcedo: *non procedit ab intellectu proxime cum eleuatione*, nego. Aduerte, illam reduplicationem *niſi vt eleuato*, duos habere ſenſus. Primum, quod eleuatio ſit tota proxima ratio agendi, & intellectus remota. Secundū, quod eleuatio ſit neceſſaria, vt ratio agendi, non tamen, vt totalis, ſed vt partialis. Primus ſenſus falſam habet doctrinam, iam refutatam. Secundus veram a nobis propugnatam cap. 3.

Concurrit per obediētialē actiuam.

Secundum argumentum, ſi intellectus eſſet proxima ratio agendi, viſio beatifica eſſet cōpoſita eſſentialiter ex duplici entitate diuerſi ordinis, videlicet ex vitalitate naturali, vt eſt ab intellectu, & ex ratione ſpecifica ſupernaturali, vt eſt a lumine: hoc vero implicare, cōſtat in qualitate ſimplici quoad ſubſtantiam ſupernaturali: ergo, & cetera. 67 Hoc etiam argumentum in auctorem facile retorquetur in hunc modum. Si lumen gloriæ ſolum eſſet proxima ratio agendi, actus viſionis non eſſet vitalis; ſed implicat eumdē actū eſſe vitalē, & nō eſſe vitalē, pluſquā eſſe ſimul naturalē, & ſupernaturalē; ergo, &c. Maior probata eſt in diſcurſu cap. 3. Nā, niſi intellectus actiue influat, non eſt, vnde actus vitalitalitatem habeat, at actiue influere non poteſt ſine proxima ratione agendi, aut mediata, aut immediata; mediatam non habere probaui n. 54. ergo ex eodem argumento efficitur in itellectu eſſe aliquam rationem proximam agendi. Modo reſpondeo negando maiorem propoſitionem.

2. Arg. *Diluitur.*

Nam, cum intellectus non concurrat per vitalitatem naturalem naturæ relictam, ſed per ſuam virtutem actiuam obediantialem per gratiam eleuatam, licet ſit proxima ratio agendi, non producit vitalitatem naturalem; imo implicat, eam ſic producere, ſed ſupernaturalem, etenim tunc producit naturalem, cum agit adiuta per naturam: tunc ſupernaturalē, cum adiuta, & eleuata per gratiam, ſeu per potentiam

Quo modo concurrat intellectus per vitalitatem intrinſecā

Digitized by Google

tiam obedientialem, itaque vtrobique agit intellectus per virtutem proximam; ſed diſtincto modo,cum producit intellectiones naturales per virtutem proximam adæquatam in ratione potentiæ, cum agit intellectiones ſupernaturales per virtutem inadæquatam in ratione potentiæ,& non quomodocumque inadæquatam,ſed obedientialem iuxta menſuram eleuationis.

68 *3. Arg. Diluitur.* Tertium argumentum, tota viſio quoad ſubſtantiam, & vitalitatem ſupernaturalis eſt; ergo tantum procedit, *vt quo* a virtute ſupernaturali.Neganda eſt conſequentia, quæ nulla ratione probatur,illud retuli,vt ad fidem referam omnia;non quia adijciat robur.

69 *4. Arg.* Quartum argumentum; ſi intellectus habet aliquam virtutem proximam agendi, ſequitur a perfectiori intellectu cum æquali lumine gloriæ perfectiorem;atque intenſam magis producendam viſionem,hoc eſt falſum;ergo,&c.Probatur maior; quia intellectus iuxta noſtram ſententiam per virtutem intrinſecam agit, tanquam per proximam rationem agendi:ergo ceteris paribus,quo virtus intrinſeca perfectior fuerit,eo perfectius aget, maxime cum agat ex toto naturæ conatu, ac ſubinde perfectiorem producet effectum.

Confirmatio. Confirmatur; cum principium perfectius agit per virtutem ſibi intrinſecam, ſecundum vltimum potentiæ exerendo omnem virtutis perfectionem perfectiorem producit effectum;ſed in noſtro caſu, ſunt intellectus in perfectione ſpecifica inæquales, vt conſtat in Angelis beatis;& per nos agit intellectus per virtutem intrinſecam;imo,& perfectiorem;nam agit per ſuam naturam; deinde etiam agit ſecundum vltimum conatum naturæ exerendo omnes,quas habet vires;ergo,&c.

70 *Diluitur.* Hoc argumentum neruoſius eſt de materia, quam attingit,tracto art.6.diſp.49.cap.4.Modo breuiter reſpondeo negando ſequelam, ad probationẽ nego,ex eo,quod proxime conferat aliquid actiuitatis,fieri,intellectum perfectiorem producere perfectiorem viſionem; nã id verum eſſet,ſi ageret per virtutem adæquatam, & ſine ſubordinatione ad eleuationem: nam,& ſi ille influat; quia vero non poteſt influere ſine eleuatione,efficitur inæquales intellectus,atque virtutes æqualiter influere, cum eleuantur æquali lumine,quemadmodum cum potentia videndi elicit viſionem per ſpeciem impreſſam,vt quatuor,non poteſt illam intenſiorem producere, & ſi actiue influat per virtutem propriam potentiæ;quia ſubordinatur in influxu ſpeciei impreſſæ, a qua dependet,tũ in elicientia, tum in perfectione conatus. Ad hæc contingere poteſt,eſſe duas facultates corporales videndi inæquales, aut in ſubſtantia,

Quare nõ fiat perfectior viſio ab intellectu perfectiori.

aut in accidentibus, a quibus pendet facultas in operari, & nihilominus vtramque potentẽ eſſe ad viſionem intenſam,vt quatuor,ſi detur vtrique ſpecies impreſſa intenſa, vt quatuor. Et alteram,nimirum perfectiorem eſſe potentiorem ex ſe ad perfectiorem viſionem;minus vero perfectam non habere ampliorem ſphæram: tum ſic vtraque ex his potentijs in hoc caſu eliciet æqualem viſionem,nimirum intenſam,vt quatuor, vt manifeſtum eſt: nam perfectior potentia poteſt,& non eſt impedita; ergo aget,quantum poteſt ex ſpecie. Item imperfectior potentia poteſt,& non eſt impedita ad intentiſionem,vt quatuor, licet ſit impotẽs ad maiorem;ergo etiam aget viſionem,vt quatuor:ecce ergo duæ potentiæ inæquales agentes per propriam actiuitatem inæqualem,agũt æqualiter; quia in agendo pendent ab æquali complemento virtutis, ſine quo agere nequeunt, nimirum ab æquali ſpecie impreſſa: ita potiori ratione intellectus Angeli, & hominis inæqualis perfectionis agere poterunt per virtutem intrinſecam inæqualem æqualiter; quia nimirum dependent in agendo a perfectione luminis, non tantum complentis virtutem potentiæ naturalis,ſed etiam eleuantis virtutem inadæquatam obedientialem, in quo res noſtra ſuperat ſimile adductum,ideoque conſulto dixi in ea potiorem eſſe rationem. Alterum exemplum depromi poteſt ex actibus voluntatis,quæ licet inæqualis perfectionis eſſent ad amandum obiectum propoſitum,nihilominus neutra poſſet amare intenſiori amore, niſi iuxta menſuram propoſitionis Intellectus in intenſione: tunc enim agerẽt voluntates illæ inæquali perfectione; æqualiter tamen;quia pendent in agendo ab æquali mentis propoſitione.Hæc in ſententia,quæ negat,ab intellectu perfectiori produci perfectiorem viſionem;de quo conſule, quæ dico diſp. 49.cap.4. Ad confirmationem iam conſtat ex dictis. Nam prima eius propoſitio vera eſt in agente perfectiori, cum agit ſecundum vltimũ potentiæ ſine dependentia, & ſubordinatione ab æquali complemento ſuæ virtutis,ac maxime cum hoc complementum eleuatiuum eſt: cum vero agit cum hac dependentia, & ſubordinatione, non eſt vera prima propoſitio, vti iam expoſuimus in ſolutione huius argumenti.

Duobus exemplis declaratur.

Petes,an intellectus ſpecie diſtincti habeant in ordine ad actus ſupernaturales potentiam actiuam obedientialem ſpecie diſtinctam?Plures negant,habere;ego plane affirmo;quia potentia obedientialis actiua ſecundum omne, quod dicit eis intrinſecum, & in recto, non diſtinguitur ab eſſentiis eorumdẽ intellectuũ, & cum illi non concurrãt ad viſionem actiue 71

per

per rationem vtriſque communẽ logice genericã, vt perſpicuũ eſt, ſed per vltimas differentias negari non poteſt, potentias actiuas obedientiales corũ intellectuũ eſſe ſpecie diſtinctas; cũ hoc vero recte conſtat, æqualiter influere, cũ pẽdẽt in influẽdo ab æquali eleuatione.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA SEXTA.

DE INTELLECTV, AN INFLVAT IN Viſionem, vt cauſa, an vt inſtrumentum?

Diſtincta capitibus duobus.

In 1. Variæ ſententiæ.

In 2. Iudicium de re ipſa, & de ſententijs.

Caput I. *Variæ ſententiæ.*

1 *Materia vniuerſalis.* MATERIA huius diſputationis, ſicut & præcedẽtis vniuerſalis eſt, & communis omnibus actibus ſupernaturalibus, qui procedunt a noſtris potentijs eleuatis, an ne concurſus ille, quem potẽtias noſtras exhibere docuimus diſp. ſuperiori cap. 3. ſit inſtrumenti, an cauſæ principalis? Licet vero omnes hos actus comprehendat in viſione beata, quæ omnium ſupernaturalium actionum præcipua eſt, præcipuum locum habet. Vnde hic ab omnibus Doctoribus ex profeſſo tractatur, atque ideo non fuit a nobis prætermittenda.

2 *Lumẽ gloriæ viſionis cauſa partialis.* Tametſi lumen gloriæ non ſit tota ratio proxima agendi, ſed ſolum partialis, vt dicebam diſp. ſuperiori cap. 3. at vero; quia ipſum præcipuas partes habet in agẽdo, & per virtutem agit proportionatam, & forte perfectiorẽ ipſa viſione, nemini dubium eſt, ipſum agere viſionem, vt cauſam principalem, hoc eſt, ex virtute intrinſeca ſibi connaturali, cum effectu producendo proportionata. Hic obſerua impoſturam cuiuſdam moderni Thomiſtæ in P. Suar. qui cum hoc docuerit cum ceteris Doctoribus in pluribus ſuorum operum locis, ac maxime tom. 3. de gratia lib. 6. cap. 7 in principio: nihilominus opponitur ei ab hoc Recentiore Thomiſta docuiſſe, lumen tantum eſſe inſtrumentum, eo quod 2. tomo methaphyſicæ diſp. 30. ſect. 11. n. 45. dixerit, lumen hoc gloriæ infuſum eſſe inſtrumentum Dei ad efficiẽdam viſionem: cum tamen in eodem loco plane fateatur, eſſe cauſam principipalem in hæc verba; *hoc autem modo dicitur inſtrumentum, nõ quia eo modo, quo agit, non agat virtute propria, & proportionata. Nam re vera ita agit, & ſub ea ratione dici poteſt cauſa proxima, & principalis in ſuo genere*: mens vero P. Suar. in eo loco ea eſt; quod quia nulli creaturæ lumen eſſe poteſt connaturale, & ſpeciali ratione fluit ab eſſentia diuina, tamquam ſingularis participatio luminis diuini, ideo ſecundum hanc conſiderationem dici poſſe inſtrumentum Dei, ſicut intellectus dicitur inſtrumentum animæ ad intelligendum: cum tamen intellectus ſit cauſa principalis proxima ſuarum intellectionum. En ergo Thomiſta iſte ſuperficie ſolum verborum inductus falſam Suario impingit ſententiam. Hoc non nouum, ſed parum refert.

Albelda. Impoſtura Thomiſta in P. Suar.

3 *Prima Thomiſtarum ſententia. Caiet. Bannes. Zumel. P. a Ledeſma. Albelda. Aluarez.* Prima ſententia Thomiſtarum eſt, qui affirmant, potentias noſtras eſſe cauſas principales actuum ſupernaturalium. Præcipue mouentur auctoritate S. Thomæ 2. 2. q. 23. art. 2. vbi Caiet. & Bannez in hoc vero art. Zumel, & Petrus a Ledeſma, & Albel. idem docent, & M. Aluarez lib. 7. de auxilijs diſp. 68. Hi ſcriptores cum ex vna parte negauerint, habere animam, & potentias noſtras aliquam proximam rationem agendi in actus ſupernaturales, vti vidimus diſp. ſuperiori; modo defendunt, eſſe cauſas principales. Ego non video, quo pacto hæc cohæreant. Nam omnis cauſa principalis proxima agit virtute propria, per quam ſe mouet non deriuata ab alia deferendo alterius virtutem; vnde cum affirment, eſſe cauſas principales, numquam explicant, quem habeant cauſæ principalis influxum, & per quã rationẽ agendi agãt. Et ideo argumẽta eorum ſolũ tẽdũt ad excludendã rationẽ cauſæ inſtrumentalis, vt mox cõſtabit; nõ vero ad adſtruẽdam, & explicandam rationem cauſæ principalis.

Inconſtantia horum in doctrina.

Legi

Digitized by Google

4 *Argumẽta ex Aluarez.* S.Thom. Tridẽt.

Legi Thomiſtas hos, & vt video, M. Aluarez magis ad rem loquitur, atque vrget argumenta, ideoque ea ex ipſo refero breuiter, neque tamen omittam, ſi quid ab alijs difficile attingitur. Probat ergo primò ex S. Thom. q. 24. de veritate art. 1. vbi docet, inſtrumentum non eſſe liberum in agendo: ſed potentiæ noſtræ libere agunt actiones ſupernaturales ex diffinitione Tridentini ſeſſ. 6. de iuſtificatione cap. 5. & canone 4. ergo non ſunt mere inſtrumenta. Confirmat; quia inſtrumentum ſolum defert virtutem principalis agentis, & paſsiue ſe habet ex S. Thom. q. 3. de potentia art. 7. ad 7. ergo, ſi liberum arbitrium ſe habet, vt inſtrumentum, ſolum defert paſsiue virtutem cauſæ principalis, nimirum Dei, quod eſt abſurdum contra Tridentinum; quia haberet ſe mere paſsiue, ſicut inanime quoddam.

5 Secũdo probat; quia in omni actione aſsignari debet cauſa principalis, cui tribuatur effectus, quæque denominetur efficiens; ſed ſola anima & potentiæ denominãtur videntes a viſione, & merentes per actiones liberas ſupernaturales; ergo ſunt cauſæ principales, non inſtrumenta, quibus numquam tribuuntur actiones. Probatur minor; quia Deus non videt per noſtram viſionem, nec denominatur volẽs per noſtram volitionem; ergo, &c.

6 Probat tertiò; quia actiones ſupernaturales vitales ſunt; ergo procedunt a principio intrinſeco viuenti coniuncto per propriam, & intrinſecam virtutem: ergo non agunt potentiæ noſtræ, vt inſtrumenta.

7 Quarto probat; quia purum inſtrumentum eſt, quod ita mouetur ab alio extrinſeco agẽte, vt ſe ipſum a principio intrinſeco non moueat: ſed liberum arbitrium non ita mouetur a Deo agente extrinſeco per eleuationem in ordine ad actiones ſupernaturales: ergo non eſt purum inſtrumentum. Confirmatur ex S. Thom. 1. part. q. 105. art. 4. ad 2. & ad 3. vbi affirmat, quod ſi voluntas ita moueretur ab alio, quod ex ſe nullatenus moueretur, opera voluntatis non imputarẽtur ad meritum, vel demeritum, neque eſſent voluntaria, neque a principio intrinſeco: ergo voluntas in his actionibus mouetur a ſe, & agit per principium intrinſecum: ergo non eſt inſtrumentum. (S.Thom.)

8 Quinto probat; quia actus ſupernaturales; qua vitales ſunt, radicaliter procedunt a vita naturali, quæ eſt in anima, & in potentijs: ergo & illæ ſunt cauſæ principales radicales, licet eleuatio ſit cauſa proxima principalis. Confirmatur; quia potentiæ noſtræ non operantur hos actus per potentiam obedientialem actiuam, ſed per actiuitãtem radicalem vitalem: ergo non ſunt inſtrũmenta. Probãtur antecedens quoad ſecundam partem; quia, ſi agerent per potentiam obedientialem, poſſet Deus vti indifferẽter quacumque alia creatura ad producendum hos actus; ſicut vtitur intellectu, & voluntate: etenim ſi hæ potentiæ ſe habent, vt aqua baptiſmi ad producendam gratiam, quẽadmodum poteſt Deus illam producere per vſum alterius cuiuſcumque creaturæ; ita poſſet viſionem, & actum charitatis per aliã creaturam diſtinctam ab intellectu, & voluntate, quod eſt abſurdum. Confirmatur ſecũdo; quia ſequitur, non aliter liberum arbitriũ producere actus ſupernaturales, quam Sacramenta nouæ legis gratiam, hoc eſt abſurdum: ergo, &c.

Sexto probat; quia cauſa inſtrumẽtalis producit per propriam formam aliquid præuium, per quod diſponitur ſubiectum ad effectum principalem ex S. Thom. 1. part. q. 45. art. 5. Sed potentiæ noſtræ nihil præuium producũt huiuſmodi; ergo non ſunt inſtrumenta. 9 S.Thom.

Vltimo probat; quia potentiæ noſtræ producũt actus naturales, vt cauſæ principales: ergo etiam ſupernaturales. Probo conſequentiam; quia tam effectiue procedunt a noſtris potentijs actus ſupernaturales, quam naturales. Hac Aluarez, in quibus continentur omnia, quæ aliquid habent difficultatis pro ſententia Thomiſtarum: quibus ita inducitur in ſuam ſententiam, vt oppoſitam improbabilem appellet, quod ægre tulit P. Suar. ſupra citatus adeo, vt dicat, ſine vllo fundamento locutum. Ego quidem cenſeo, punctum rigoroſæ difficultatis non attigiſſe, vt conſtabit ex dicẽdis cap. ſequenti. 10

Secunda ſententia abſolute affirmat, potentias noſtras ſolum inſtrumentarie concurrere ad actiones ſupernaturales. Cuius præcipuus Patronus eſt P. Franciſcus Suarez, eam pro virili parte ſæpe tutatur. Lege ipſum 1. part tract. 1. lib. 2. cap. 16. in fine, & tom. 1. in 3. partem diſp. 31. ſect. 6. ad 4. Denique tom. 3. de gratia lib. 6. cap. 7. Vbi manus conferens cum Aluarez ſententiam ſuam amplius confirmauit. In eadem eſt P. Vazq. in præſenti diſp. 46. cap. 2. obiter rem attingens, & eſt communior inter noſtros Magiſtros. Fundamenta huius ſententiæ commodius refero, & diſcutio cap. 2. 11 *Secunda ſententia, eſſe inſtrumenta.* P.Suar. P.Vazq.

Tertia ſententia media inter has principales affirmat, cum potentiæ noſtræ operantur has actiones eleuatæ per habitus infuſos ſupernaturales eis inhærentes, eſſe cauſas principales; cum vero agunt eleuatæ per omnipotentiam Dei eleuatione extrinſeca, vt poſſunt eleuari, de quo diſp. ſequenti eſſe cauſas inſtrumentarias. Hanc ſententiam ſequutus videtur P. Arrub. diſp. 19. cap. 7. Vbi affirmat, intellectum, in quãtum agit per innatam actiuitatem, eſſe inſtrumentum quoddam; in quãtum vero agit, vt informatum lumine gloriæ, eſſe agẽs quoddam 12 *Tertia ſententia media.* P. Arrub.

Digitized by Google

quoddam proportionatū effectui, atq; influere per rationē agendi proportionatā; ergo innuit tunc habere influxum cauſæ principalis.

13 *Quarta ſententia, eſſe cauſam partialē.* Quarta deniq; ſententia eſſe poteſt affirmans, has potentias, inquātum agunt per rationem agendi ſibi intrinſecam, nimirum per vitalitatem, eſſe cauſas principales minus præcipuas inadæquatas; quemadmodum lumen, & habitus ſunt cauſæ principales magis præcipuæ, & inadæquatæ, ita vt ex vtriſq; integretur cauſa principalis particularis adæquata. Hæc ſententia partim probatur argumentis adductis pro prima Thomiſtarum a num. 4 & partim ex a me producendis cap. 2. ea vero non videtur multum differre a mente Suarij, ſed a voce tantum.

Caput II. *Iudicium de re ipſa, & de ſententijs præfatis.*

14 *Varia ſententiæ de ratione inſtrumenti. P. Suar.* DISSENSIO cap. 1. relata originem ducit ex diſſenſione alia priori, videlicet in quonam conſiſtat ratio cauſandi inſtrumenti, vt cōdiſtinguitur a ratione cauſandi agentis principali? De qua re omnino videndus P. Franciſcus Suar. in metaphyſica diſp. 17. ſectione 2. vbi refert varios modos dicendi, quoniam quia alij dixerunt, cauſam principalem eam eſſe, cui proprie tribuitur effectus: inſtrumentalem, cui non tribuitur; ij in noſtra re; quia vident noſtris potentijs tribui actus ſuper naturales quoad denominationē, & quoad efficientiam, ſtatim affirmant, potētias noſtras cauſas principales eſſe. Alij vero, qui putarunt, ad cauſam principalem duo neceſſaria eſſe primū, quod effectum attingat propria virtute: ſecundum, quod ſufficiente; in noſtra re ſtatim dicent, potentias noſtras eſſe inſtrumenta ex defectu ſufficientis virtutis, & ſi propriam habeant. Alij vero, quia putant, cauſam principalem eam eſſe, quæ immediate attingit ipſum effectū principalem, & ſi inadæquate attingat; inſtrumentalem vero, quæ ſolū attingit aliquid præuium ordinatum ad præcipuum effectum: in noſtra re dicent, potentias eſſe cauſas principales; quia immediate actione ſua attingunt actus ſupernaturales, licet inadæquate, & quia nihil præuium producunt ordinatum ad ipſos. Alij vero, qui putarunt cauſam inſtrumentalem eſſe, quæ agit vt mota à cauſa principali cum dependentia a motione eius: principalem vero, quæ agit per propriam virtutē, & independenter a motione alterius; ij dicent in noſtra re, magis habere potentias noſtras rationem inſtrumenti, quam cauſæ principalis; quia, licet agant per propriam virtutem intrinſecam, in quo aliquid habent de cauſa principali: at quia operantur dependenter a motione alterius eleuante, ſiue ſit eleuatio intrinſeca, ſiue extrinſeca; ij ideo dicent, abſolute inſtrumenta eſſe. Alij vero, qui putarunt, cauſam inſtrumentalem illam eſſe, quæ concurrit ad effectum nobiliorem ſe, & vltra menſuram ſuæ virtutis naturalis: principalem vero, quæ ad effectum æque, vel minus nobilem, dicent in noſtra re, potentias eſſe inſtrumenta: tum quia concurrunt ad effectum in ſuperiori ordine conſtitutum: tum quia non agunt iuxta menſuram virtutis naturalis. Hunc modum ibi ſequitur Pater Suar. & vbiq; de hac re loquitur, vt diximus cap. 1. Alij vero, P. Suar. qui putarunt, cauſam inſtrumentalem eam eſſe, cui nullum correſpondet in effectu prædicatum; principalem vero, cui correſpondet: in noſtra re dicent potentias eſſe cauſas principales; quia in actibus ſupernaturalibus multa prædicata eis reſpondent. Alij deniq; magiſtri Recentiores, nec incongrue dixerunt, inſtrumentum eſſe, quod accepta virtute a cauſa principali non agit ad finem proprium, ſed ad alienū, nimirū cauſæ principalis. hāc autē eſſe, quæ nō accepta virtute a cauſa particulari agit per propriam, intendens finē propriū: ij vero dicunt, potentias noſtras aptius dici inſtrumenta ad actus ſupernaturales, tum quia agunt accepta virtute a Deo eleuante, vt a cauſa particulari, tum quia non operantur ad finem propriū, quippe non ordinantur ex natura ſua ad actus ſupernaturales, ſeu ad finem gratiæ.

Oportuit ſane breui ſermone ante oculos lectoris has varias ſententias proponere: quoniam res noſtra ex proximo earū conſpectu nō modicā accipit lucē; at nō oportebit, has omnes diſcutere ſentētias lōgiori calamo; nō poſſum autē nō propriā proponere, & aliqua ratione confirmare; vt nixus ſolido fundamento pronuntiem, quod verius iudico in præſenti difficultate de influxu potentiæ in actus ſupernaturales. 15

16 *Sententia authoris de cauſa inſtrum̄tali.* Ego materiam de inſtrumentis ſæpe verſaui in meis ſcriptis, tum Philoſophicis, tum Theologicis, & eam ſemper mihi elegi ſententiam vt probabiliorem, quæ aſſerit, inſtrumētū eſſe illud, quod accepta, ſeu deriuata virtute a cauſa principali, ſeu motum ab ipſo verſatur præuie, aut diſponēs materiā, aut producēs aliquid neceſſariū ad præcipuū effectū, per ſe intētū a cauſa principali. Hāc ego elegi ſentētiā. Primo, quia eſt expreſſa S. Tho. 1. parte, q. 45. art. 5. S. Tho.

Digitized by Google

art. 5. Propter quam rationem ſchola S. Tho. negat inſtrumentum ad creãdum; nimirũ quia creatio nõ præſupponit materiã, quæ ſit præuie diſponenda; vnde actio inſtrumentaria locũ nõ habet in creatione. Secũdo; quia video, hoc propriiſsime conuenire triplici generi inſtrumentorum, nimirum artificiali, naturali, & ſupernaturali. Vt hoc oſtẽdam, obſerua, rationẽ inſtrumenti propriiſsime, ac primario inſtrumentis artificialibus cõuenire. Vnde Ariſt. 4. de partibus animalium cap. 16. manum appellat inſtrumentum commune, ſeu inſtrumentum inſtrumentorum; quia nimirum artificialia inſtrumenta primario inſtrumenta ſunt, & illa manu artificis apprehenſa, & artificioſe mota virtute ab artifice deriuata verſantur circa materiam eam coaptando, & diſponendo præuie ad effectum artificioſum, qui eſt effectus principalis ab artifice rationabiliter operante intentus. Deinde vero a Philoſophis, & Theologis, vt explicent effectus naturales, & ſupernaturales, atq; eorum cauſas, rationem inſtrumenti modo operandi naturæ, & gratiæ in Sacramentis accommodatam eſſe. Quo fit, propriiſsimam rationem inſtrumenti ex modo operandi artificialium, vt ex prima radice deducendam eſſe, atq; accommodãdam ceteris inſtrumentis; dum tamen ipſis quoq; ea ratio non improprie cõueniat. Vidimus, artificialibus cõuenire id, in quo nos cõſtituimus rationẽ inſtrumẽti propriſsime: videndũ reſtat, quo pacto id ipſum naturalibus, & ſupernaturalibus cõueniat. In naturalibus, aut genitũ eſt viuens, aut non viuens, vt cũ ignis generat ignem in ligno, calor eſt inſtrumentum ignis; quia virtute ab ipſo accepta, hoc eſt, ipſo calore ab igne profluẽte diſponit materiam, producens calorẽ, quæ productio eſt actio inſtrumentaria nõ præciſe, vt procedit a calore, ſed vt ab igne, atq; ordinatur ad præcipuum effectum, nimirũ ad introductionem formæ ſubſtantialis ignis in ligno, aut eſt viuens, vt cum equus generat equum, & tunc ſemel deciſum ab animali eſt inſtrumentum, in quãtum materiam fœtus difformiter diſponit per partes craſiores, & ſpirituoſas ſeminis actiuitate ſua. In ſupernaturalibus Sacramẽta nouæ legis dicuntur inſtrumẽta Dei ad gratiã producendã; ego cenſui in tractatu de Sacramẽtis in genere, ſolũ eſſe inſtrumẽta moralia, atq; hanc meã ſententiã ita eis applicui. Cõſideraui Chriſtum Dominum primũ gratiæ moralem cauſam inſtar artificis; nam vt is inſtructus ſuis inſtrumentis producit arte facta; ita Chriſtus, quaſi inſtructus ſignis ſenſibilibus, quæ inſtituit pro hominibus ſanctificandis, attingit gratiam, vt cauſa principalis: & vt artifex prius mouet inſtrumentum, atq; in ipſum deriuat ſuam virtutem, directus ab arte; ita Chriſtus Dominus, quaſi inſtructus omni valore ſuorum meritorum inſtar artis applicat primo ſuam ſanctificationem ipſis ſignis ſenſibilibus a ſe inſtitutis, quoniam etiam ipſa Sacramenta in ſe ſancta ſunt: & vt artifex medio inſtrumento artificioſe moto attingit materiam, in qua forma artificialis introducenda eſt; ita Chriſtus Dominus medio ſigno ſenſibili, vt ablutione, vt vnctione, vel verbis, quæ ſunt forma, attingit hominem ſine obice recipientem Sacramentum, vt in eo præuidens recipere, atque ſanctificari per ipſum Sacramentum, ſaltem prius *natura* introducat gratiam, quæ eſt præcipuus effectus a cauſa principali morali, nimirum a Chriſto Domino intentus. Ecce ergo omnibus inſtrumentis competit materiam præuie diſponere virtute deriuata a cauſa principali in ordine ad finem ab ipſa intentum.

Ariſt.

Sacramenta noua tãtum inſtrumenta moralia.

17 Aduerte, huic ſententiæ non aduerſari eam, quam retuli vltimo loco, nimirum inſtrumentum eſſe, quod accepta virtute a cauſa principali, non agit ad finem proprium, ſed ad alienum, videlicet cauſæ principalis: etenim hoc totum cõpetit rationi inſtrumẽti, quam nos explicuimus. Nam artificiale dum agit virtute deriuata, & diſponit materiam, non agit ex fine proprio, ſed artificis, qui intendit rationalem effectum, quem inſtrumentum ex ſe intendere nõ poteſt, vt pote rationis incapax. Deinde cũ calor producit alium calorem, non operatur ex proprio fine; quia accidentis finis ex ſe nõ eſt ſubſtantia, niſi vt coniungitur cum cauſa principali. Deniq; Sacramentum ex ſe, vt eſt ſignum ſenſibile, & corporeum, nõ emundat animam, nec poteſt habere pro fine proprio ſanctificantem gratiam, niſi vt ad eum effectum dirigitur a principali agente Chriſto Domino. Is ergo modus explicandi non aduerſatur noſtro, ſed ipſum iuuat. Vnde S. Thom. cũ noſtram plane ſequutus fuerit ſententiam, per hunc etiã modum Sacramenta explicuit lib. 5. metaphyſicæ lectione 2. per hæc verba *adiuuans cauſa* (vtique inſtrumentalis) *dicitur ſecundum quod operatur ad principalem effectum; in hoc autem differt ab agente principali, quod principale agens agit ad finem proprium; adiuuans autem ad finem alienum.* Ecce S. Thom. vtroq; modo explicuit rationem inſtrumenti; quia vnus non eſt alteri contrarius. Plura ſunt difficilia contra vtrumq; modum, ſed quæ in præſenti non inſerenda: in tractatu de Sacramentis in genere ego illa explicui.

Conciliatur cum altera ſentẽtia.

S. Tho.

18 His prænotatis præcipuam difficultatẽ definiens, dico primo, congruentius facultates noſtræ dicuntur cauſæ principales partiales, quam inſtrumentales in influxu, quem exhibent ad actus ſupernaturales. Dico in concluſione

Potentiæ noſtræ in actus ſupernaturales influunt vt cauſæ partiales.

Digitized by Google

cluſione *dicuntur*; quia ea multum habet de
P.Suar. nomine, in eo quod differt à mente P. Suarij,
Videtur cum quo, & noſtris Doctoribus in ijs conſen-
diſſenſio de timus. Primo, quod potentiæ proxime operan-
nomine cũ tur. Secundo, quod per rationem operãdi pro-
Suario. ximam. Tertio, quod per virtutem ſibi intrin-
ſecam, & eſſentialem. Quarto, quod vitaliter,
& immanenter. Quinto, quod libere, cum actus
ſupernaturales liberi ſunt. Sexto, quod prædi-
cata aliqua actus ſupernaturalis directe reſpon
dent actioni vt a potentia, & non ei vt ab ele-
uatione. Septimo, quod effectus eſt nobilior
potentia. Octauo, quod ea indiget eleuatione
gratiæ. Cum ergo in ijs cõſentiamus, vix reſtat
quæſtio de re inter nos; nec enim aut ego affir-
mo, magis influere potẽtias, aut P. Suar. minus;
ambo enim lumini, & gratiæ damus potiores
partes, minores potẽtijs, & ſolũ reſtat cõtẽtio,
an modus influendi potẽtiæ, in quo reipſa con
ſentimus, appellari debeat inſtrumentalis, an
cauſæ principalis inadæquatæ, imo & minus
principalis, ſi cõferatur cum altera comparte.

19 A Thomiſtis vero allegatis in 1. cap. conclu
De re cum ſio ſtatuta diſsidet in re, & in ſola voce conue-
Thomiſtis. nit: etenim & ſi illi appellent potentias noſtras
cauſas principales; at dicunt eſſe radicales, &
remotas, & ſolum concurrere per eleuationẽ,
tãquam per totalem proximam rationẽ agen-
di, nec agnoſcunt immediatam actiuitatem in
potentijs comparatione actuum ſupernatura-
liũ; nec video, qua ratione defendere poſsint,
eas actiue influere, ſed tantum paſsiue ſe gere-
re, vt aqua calida, cum calefacit: de qua re egi
diſp. ſuperiori cap. 3. Itaq; concluſio a Suario
diſtat in voce, parum, aut nihil in re: a Thomiſ-
tis in re toto cœlo, nihil in voce.

20 Moueor primo authoritate S. Tho. qui 2.2.
S.Tho. agens de actu charitatis q. 23. art. 2. plane do-
Mens S. cet, voluntatem concurrere ad illum vt cauſam
Tho. cõtra principalem, in hæc verba. *Similiter etiam non*
Thomiſtas. *poteſt dici, quod ſic moueat Spiritus ſanctus vo-
luntatem ad actum diligendi; ſicut mouetur inſ-
trumentum, quod, & ſi ſit principium actus, non
tamen eſt in ipſo agere, vel non agere: ſic enim
tolleretur ratio voluntarij, & excluderetur ra-
tio meriti.* En S. Tho. agens in ſpeciali de influ-
xu voluntatis in actum charitatis, cum optime
noſſet, voluntatem non influere vt inanime
quoddam, negat abſolute eum influxum inſ-
trumentarium eſſe, quia ex ipſius mente pug-
nat influxus volũtarius, & liber, vt oportet ad
rationem merendi, cum influxu inſtrumenta-
rio.

21 Moueor ſecundo ex modo loquẽdi S. Tho.
S.Tho. in hoc articulo, vt expendebamus diſ. ſuperio-
ri num. 56. nam ait, eleuationem gratiæ virtutẽ
agendi potentiarum propriam augere, & per-
ficere, atq; potentiorem reddere; ergo incre-
mentum hoc gratiæ eſt ad complendam virtu-
tem inadæquatam in potentijs præſuppoſitam:
nec enim congrue dicitur, cauſam principalem
augere, perficere, & potentiorem reddere in-
ſtrumentũ, vt conſtat; ergo, &c. Confirmo hoc:
potentiæ noſtræ ſecundum nullam rationem
ſunt cauſæ inſtrumẽtales in ordine ad actus na-
turales; ſed principales totales: ergo in ordine
ad actus ſupernaturales nec ſunt inſtrumenta-
les, ſed principales partiales. Probo cõſequen-
tiã; quia quod eſt intellectus ſolus in ratione
potentiæ ad intuendum hominem, hoc eſt in-
tellectus, & lumen ad vidẽdum Deum; hoc diſ-
crimine, quod intellectus in vna entitate eſt
principium principale intuitionis hominis: in-
tuitionis vero Dei eſt in duplici entitate. Ex
quo tantũ efficitur, cauſam principalẽ totalem
eſſe ſimplicem entitatẽ in ordine ad intuendũ
hominẽ; totalem vero intuitionis Dei eſſe cõ-
poſitam entitatem ex intellectu, & lumine; non
autem intellectum eſſe inſtrumentum, ſed par-
tem integræ cauſæ, imo vt in productione in-
tuitionis hominis ab intellectu nihil eſt inſtru-
menti; ita nec in productione intuitionis Dei,
ſed ſolum partis integræ cauſæ. Confirmo vlte-
rius: lumen eſt cauſa principalis partialis viſio-
nis beatæ; nec enim totalis eſſe poteſt, quippe
quæ non agit per totalem proximã rationem
agendi; ergo ei dare debemus alteram concau-
ſam partialem, vt integra coaleſcat, non inſtru
mentum. Nam principium agendi conſtructũ
ex cauſa partiali, & inſtrumento monſtruoſum
eſt; conſtructum vero ex duplici partiali con-
forme philoſophiæ.

Dices; hoc ipſo, quod intellectus concurrat 22
ad effectum ſupernaturalem, cõcurrere per po *Obiectio.*
tentiam obedientialẽ, atq; adeo vltra menſurã
virtutis naturalis, imo & ex fine alieno, ſcilicet
gratiæ: quoniam intellectus per naturalia non
reſpicit ordinem ſupernaturalem; ergo influ-
xus eius non poteſt non eſſe inſtrumenti ſecun
dum a nobis notata n. 17. Reſpondeo, conce- *Satisfac-*
dendo intellectũ concurrere per potentiã obe *tio.*
dientialem ad effectum ſe nobiliorẽ; at num-
quam probatur, omnẽ cõcurſum obedientialẽ
eſſe cauſæ inſtrumẽtalis, præcipue in noſtra re,
in qua intellectus agit erga obiectũ cõtentũ in
ſphæra ſuæ virtutis intelligendi; & licet partim
agat motus ab alio eleuãte; partim tamen agit
per propriã natiuã virtutẽ ſibi eſſentialẽ: vnde
in effectu ſunt prædicata, quæ nõ tantum ei vir-
tuti directe reſpondent, ſed etiam quæ exigunt
produci a virtute innata mentis, & voluntatis,
& non ab alio, ita vt nec de potentia abſoluta
fieri poſsit, vt a facultatibus corporeis produ-
cantur: hæc ſunt in viſione vitalitas, intellectio;
in amore vitalitas, & libertas.

Vt hoc euidentius conſtet, pone prædicata 23

Digitized by Google

hæc non diſtingui ſola ratione a ſupernaturalitate horum actuum, ſed re, & actus componi ex his prædicatis realiter diſtinctis. Tunc intellectum eſſe cauſam partialem horum actuum, & totalem principalem comparatione horum prædicatorum, quæ eis reſpondent, negaret nemo. Ergo idem dicendum eſt, licet prædicata inter ſe ſola ratione diſtinguantur; nam, & ſi indiſtincta formaliter ſunt in viſione, & formaliter efficiuntur ab intellectu: quod vero in ea viſione ſit prædicatum ordinis ſupernaturalis, ſolum efficit eſſe in principio agendi alterum comprincipium principalius: non autem intellectum non eſſe cauſam principalem inadæquatam, & ſi minus principalem. Nec verum eſt, omnem concurſum ad nobiliorem effectum eſſe inſtrumenti: nam alias omnis ſpeciei impreſſæ concurſus inſtrumentarius eſſet: nam eſt ad effectum ſe nobiliorem, imo in ſuperiori ordine conſtitutum: Nam omnis cognitio vitalis eſt, non ſpecies impreſſa, & gradus vitalitatis ſuum quoque conſtituit perfectiorem ordinem: & licet ſpecies, & cognitio ſint in ordine naturali; intellectus vero, & viſio in ordine diuerſo: at hoc parum refert, vt conſtabit rem ſincere inſpicienti. Nam ſi ſpecies, & cognitio conueniunt in vno ordine; etiam differunt in alio, nimirum in vitalitate, & non vitalitate; & ſi intellectus, & viſio differunt in vno ordine, etiam conueniunt in alio, nimirum in ratione qualitatis, & potentiæ productiuæ viſionis, & in alijs prædicatis, quæ facile poſſunt conſiderari; ergo, & ſi intellectus concurrat ad effectum nobiliorem ſe, eſt cauſa principalis. Valde nota doctrinam huius ſolutionis: nam ex ea capite ſequenti diluenda argumenta omnia. Ex qua etiam conſtat, potentias noſtras, partim habere finem proprium, partim alienum: habent proprium, vt producunt prædicata virtuti natiuæ correſpondentia: alienum, cum attingunt actuũ ſupernaturalitatem. Vnde cauſæ principales ſunt, in quantum operantur ex fine proprio, & non ſunt inſtrumentales, & ſi habeant finem alienum; quia ad rationem inſtrumenti duo neceſſaria ſunt. Primum, quod nullatenus operentur ex fine proprio; ſecundum, quod aliquid præuie producant ordinatum ad finem cauſæ principalis. Si prædicata illa, quæ directe reſpondent potentijs, præuie producerentur actione priore, & ordinarentur ad actus ſupernaturalitatem, ego dicerem, eam actionem inſtrumentariam eſſe; at cum vtrumque principium ſimul agat actum ſimplicem, & indiuiſibilem, in ea actione nequaquam eſſe poteſt influxus inſtrumenti.

Nõ omnis concurſus ad nobiliorem effectum eſt inſtrumenti.

24 Moueor tertio; quia intellectus influxu ſuo attingit principalem effectum per propriam formam, & non aliquid præuium; ergo non eſt inſtrumentum. Probo hanc conſequẽtiam; quia ſecundum propria principia, quæ tetigi num. 16. cauſalitas inſtrumenti in hac actione præuia conſiſtit. Vnde fundamenta omnia, quibus in eam ſententiam ſemper inductus fui, ſuffragantur huic parti.

25 Dico ſecundo: etiam cum potentiæ noſtræ attingunt actus ſupernaturales eleuatæ auxilio extrinſeco, eos producunt vt cauſæ principales. Hæc concluſio eſt contra tertiam ſententiam num. 12. At manifeſte infertur ex prima, & eiſdem probatur fundamentis; quoniam cum ſic eleuantur, nec aliter concurrunt ex parte ſua, nec alia prædicata effectus eis reſpondent, nec minus agunt virtute natiua, & intrinſeca, nec minus immediate attingunt præcipuum effectum, nec minus intendunt proprium finem; ergo ſi eleuatæ per habitus intrinſecos ſunt cauſæ partiales, etiam eleuatæ per auxilia extrinſeca. Ratio a priori eſt; quia hoc auxilium extrinſecum nihil aliud eſt, quam ipſa omnipotentia Dei applicata per voluntatem, ſecundum quod in ſe continet habitus intrinſecos; verbi gratia lumen, cum concurrit ad viſionem; charitatem, cum ad amorem; ita vt, licet comprincipium coefficiens diſtinctum ſit quoad entitatem, & quaſi materialiter; at quoad virtutem, & rationem agendi, ſeu formaliter non eſt diſtinctum; ergo ſi potentiæ noſtræ cauſæ principales ſunt, cum eleuantur ab habitibus intrinſecis, etiam ſunt, cum ab auxiliis extrinſecis.

Etiam cũ potẽtiæ agunt extrinſecè eleuatæ, ſũt cauſæ principales.

26 Ex his omnibus colligo ex quatuor ſententijs relatis cap. 1. quartam mihi videri probabiliorem. Tertiam, & ſecundam iam refutaui; ſi quid vero eſt pro ſecunda ſententia contra noſtram primam concluſionem, declaraui cap. 2. Licet vero prima ſententia aliena ſit a mente noſtra; at fundamenta etiam noſtræ ſuffragantur: etenim non probãt poſitiue ſuam ſententiam de cauſa principali radicali, ſed tantum influxum noſtrarum potentiarum, qui vitalis, immanens, & liber eſt, & ex propria virtute, non eſſe inſtrumenti, in quo puncto nobiſcum concordant.

Iudicium de ſententijs.

DISPVTATIO

DISPVTATIO QVADRAGESIMA SEPTIMA.

DE INTELLECTV, AN SINE AVXILIO intrinſeco eleuati a Deo poſſit ad viſionem beatam?

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. Sententia negans.

In 2. Sententia affirmans præfertur.

In 3. Solutio argumentorum.

Caput I. *Sententia negans.*

1 *Duplex auxilium intrinſecum* CONSVLTO in titulo diſputationis dico *ſine auxilio intrinſeco:* nam Thomiſtæ diſtinguũt duplex auxilium intrinſecum;alterum lumen, quod vocant habituale, & permanens;alterum per qualitatem fluentem, quod vocant tranſiens. Nam ſi eis daremus, hanc intrinſece inhærentem neceſſariam eſſe pro eleuando intellectu, facile quieſcerent. *Punctus cõtrouerſiæ.* Punctus etenim controuerſiæ non conſiſtit in eo, quod hoc, aut illud auxilium intrinſecum neceſſarium ſit; ſed an ad eleuationem neceſſarium ſit intrinſecum? an ſufficiat extrinſecum? Ego obſeruaui diſp. 45. cap. 3. vix eſſe fundamentum ad diſtinguendam hanc qualitatem fluentem a lumine gloriæ. Sed ne hæc nos immorentur, vniuerſalius propoſui diſputationẽ ſine auxilio intrinſeco. Porro Thomiſtæ lumini duplex munus tribuunt, alterum diſponendi;alterum efficiendi: cum defendunt lumen neceſſarium eſſe per potentiam abſolutam ad efficiendam viſionem,non agunt propter cauſalitatem diſpoſitiuam: & meritò, quia neq; ea eſt,vt docui diſp. 44. cap. 2. neq; ſi eſſet,ſuppleri a Deo poſſe, apud omnes in confeſſo eſt.Excipio Magiſtrum Aluarez,qui in loco ſtatim referendo petit diſpoſitionem inhærentem ad hoc,vt potentia conſtituatur in ratione proxime potentis.

2 *Capreol. Ferrar. Sotus.* Ergo propter cauſalitatem efficientem ſententiam negantem amplectuntur Thomiſtæ, tum antiqui,tum moderni vno agmine.Ita Capreolus in 4.diſt.49. q. 4.art. 3.ad finem.Ferrarienſis 3. contra gentes cap. 54. Sotus in 4. diſt. 49. q. 2. art. 4. Caiet. conſtanter in hoc art. 5. cui ſubſcripſerunt Bannez dub. 3. & Zumel.Nauarrerus 1.tom. controuerſia 39.§. 2.concluſione 3. Albelda diſp. 27.ſect. 3. Aluarez lib.7.de auxilijs diſp.67. in ſecunda concluſione. *Caiet. Bannes. Zumel. Nauarr. Albelda. Aluar.*

3 Pro hac ſententia confirmanda diuerſis vtuntur fundamentis.Primum,quod lumen gloriæ, aut intrinſeca eleuatio eſt totalis proxima ratio agendi. Sed hoc, & falſam habere doctrinam,& leue eſſe diſp 45.ſatis,ſuperq; monſtratum eſt. *Fundamenta huius ſententiæ.* Secundum, quod intellectus tantum habet potentiam radicalem videndi Deum, quæ niſi conſtituatur in ratione proxime ab aliquo inhærente,nõ poterit influere in viſionem. Sed nec hoc alicuius momẽti eſſe, etiam oſtendimus diſp. citata,ex qua cõſtat potẽtias noſtras ex innatis virtutibus actiuitatẽ immediatam habere in actus ſupernaturales.

4 His ergo prætermiſſis,ſic argumentor primo pro ſententia Thomiſtarum. Si intellectus eleuari a Deo poteſt extrinſece, maxime per voluntatem concurrendi cum ipſo,& ſupplendi defectum luminis. ſed nequit per voluntatem eleuari: ergo infundat aliquid intrinſecum eleuans, neceſſe eſt. Probo minorem; quia voluntas illa eleuandi eſt libera, imo & diſtincta a voluntate concurrente ad viſionem, & prior *natura* illa: ſed omnis voluntas libera Dei affert neceſſario aliquam mutationem in rebus, maxime ſecundum principia noſtra diſp. 16. cap. 10. & 11. & diſp. 17. cap.1. & 2. Vbi docuimus voluntatem Dei liberam vt efficacem compleri aliquo extrinſeco cõnotato;

Digitized by Google

ergo ei voluntati liberæ aſsiſtenti cũ intellectu, & complenti ipſius incohatam actiuitatem, prius *natura*, quã efficiat viſionem, aliquid nouum in rebus aſsignare debemus; ergo aliquid ſupernaturale intrinſecum conſtitutum in intellectu, per quod conſtituatur in actu primo proximo in ordine ad viſionem.

5 Secundo argumentor ſic; intellectus in inſtanti, quo efficit viſionem, prius *natura*, quam eliciat, eſt proxime potens elicere: ſed non eſt proxime potens per omnipotentiam exiſtentem, & intime præſentem intellectui, nec per voluntatem applicantẽ: ergo eſt proxime potens per aliquid intrinſecum ſinens ab omni potentia, & voluntate collocatum in intellectu. Probo minorem; quia omnipotẽtia, ex quo exiſtit intellectus hominis, illi coexiſtit, & intime præſens eſt ratione immenſitatis: voluntas etiam Dei ex æternitate vult libere, vt omnipotentia ſua applicata ſit ad coagendum: nec enim in tempore habet nouum actum liberum; atqui intellectus hominis non eſt proxime potens videre Deum pro omni tempore, quo exiſtit, ſed tantum in inſtanti, quo videt prius *natura*, quam videat: nec enim omnes homines in hac vita ſunt proxime potentes videre Deum; ergo ad hoc, vt conſtituatur proxime potens mens beati, vltra omnipotentiam, & voluntatem, indiget auxilio intrinſeco eleuante.

6 Argumentor tertio: ſi intellectus eleuari poſſet extrinſece ad viſionem Dei, etiam voluntas poſſet eleuari extrinſece ad actus liberos ſupernaturales: hoc autem falſum eſt; ergo illud primum. Conſequentia prima mihi ſolida eſt, vt oſtendo capite ſequenti, in cuius num. 14. demonſtro, immerito Patrem Arrubal diſp. 20. cap. 5. declinaſſe a communi noſtrorum ſententia; ex parte affirmans, voluntatem non poſſe eleuari ad actus liberos, niſi per auxilium intrinſecum. Minorem probo: voluntas tantum efficit libere illos actus, quos producit ab intrinſeca inclinatione, ſed ea ſpectata ſecundum ſe, & ſecundum propriam naturam non habet intrinſecam inclinationem ad actus ſupernaturales liberos; ergo oportet, præcedere in voluntate infuſam aliquam intrinſecam inclinationem. Probatur maior: quia actus liberi vt liberi non tantum procedunt a voluntate vt a cauſa efficiente, ſed etiam vt a principio formali extrinſeco, a quo liberi denominantur; ac proinde eſſentialiter præſupponunt inclinationem aliquam voluntaris, aut innatam, aut infuſam; ſed non innatam; ergo infuſam.

P. Arrub.

7 Argumentor quarto; quia actus ij ſupernaturales perfectiſsime vitales ſunt; ergo non poſſunt procedere immediate à Deo, niſi vt a cauſa vniuerſali. Probo hanc conſequentiam; nam qua vitales ſunt, petunt cauſam ſecundam intrinſecam ipſis actibus; ergo eleuatio potentiarum, quæ eas complet in ratione potentiæ vitalis, comparatione horum actuum eſſe debet intrinſeca. Confirmatur argumentum ex S. Thom. ſecundo contra gentes cap. 59. ratione 4. vbi probat, hominem non poſſe intelligere per intellectum ſeparatum; quia intellectus intelligenti prius debet ineſſe formaliter, & intrinſece. Qua ratione Ariſt. 2. de anima textu 24. docuit, animam eſſe actum intrinſecum corporis. Qua etiam ratione Theologi docent, animam Chriſti, nec per potentiam abſolutam poſſe intelligere per intellectum Dei; quia nimirum non eſt forma intrinſeca; ergo intellectus beati non poteſt cõſtitui in ratione proxime potentis intelligere per auxilium extrinſecum. Hæc ſunt, quæ pro hac ſententia aliquid habent momenti; nã alia, quæ lego in Thomiſtis Recentioribus, rem nõ attingunt, leuia ſunt, & procedere videntur ex non penetrata noſtrorum ſententia, eam explico, & tueor cap. ſequenti.

S. Tho.

Ariſt.

Caput II. *Sententia affirmans præfertur.*

8 NOSTRORUM ſcriptorum cõmuni calculo confirmata ſententia eſt, quæ affirmat, auxilio extrinſeco eleuari poſſe intellectum, & voluntatem ad actus ſupernaturales, quibus ego lubẽs ſubſcribo; quia arbitror, & veriſsimam eſſe ſententiam, & nunquã ſatiſfieri argumentis noſtrorum ab aduerſarijs, & ſolidiori inniti autoritati. Ex noſtris eã defendit P. Molina in hoc art. 5. diſp. 1. §. *contraria tamen ſententia*. P. Valentia hic puncto 3. §. *nec tamen negandum eſt*. Pater Vazq. diſp. 46. cap. 2. Pater Suarez prima parte lib. 2. de attributis negatiuis cap. 16. numer. 5. Pater Salas 1. tom. in 1. 2. q. 3. tract. 2. diſp. 5. ſect. 4. Pater Arrubal vbi ſupra num. 6. cum limitatione ibi annotata, a quibus Doctoribus allegantur Scotus cum ſchola; Durandus, Palud. & alij. Ijs adde omnes magiſtros in manu ſcriptis. Eam præterea eſſe magis conſentaneam menti S. Tho. bene oſtendit Pater Arrub. diſp. illa 20. cap. 3. ex quo notanda ſunt illa verba S. Thom. in 4. diſt. 49. q. 2. art. 7. *Sicut enim,* ait, *diuinæ omnipotentiæ ſubiecta ſunt corpora; ſic & mentes. Vnde ſicut poteſt perducere corpora ad effectus, ad quos diſpoſitio in illis non inuenitur: qua ratione fecit Petrum ambulare per aquas: ita poteſt facere, vt mens vniatur* ad

P. Mol.
P. Valent.
P. Vazq.
P. Suar.

P. Salas.
P. Arrub.
Scotus cum ſchola.
Durand.
Palud.
P. Arrub.

Magis S. Thomæ cõſentanea.

Digitized by Google

ad videndum ipſum ſine hoc, quod lumine gloriæ perfundatur. In his verbis expreſſe concedit, intellectum noſtrum eleuari poſſe ad videndum Deum per principium extrinſecum.

9 *Ratio fundamentalis ex proprijs principijs.* Qui noſtra principia calluit diſp. 45. & 46. iacta, facile ex eis deducet rationem ſolidam pro hac ſententia: enimuero diſp. 45. demonſtrauimus, lumen gloriæ, aut auxilium intrinſecum gerens vices illius nequaquam eſſe totam rationem proximam agendi; ſed in potentijs noſtris præſupponi virtutem innatam, ſaltem incohatam immediate influendi, eamque cõpleri per auxilium intrinſecum; & diſp. 46. cap. 3. hanc virtutem talem eſſe docui, quę merito cauſa partialis inadæquata appellari poſſit propter prædicata, quæ ex parte actuum ei virtuti directe reſpõdẽt. Ea ſunt in viſione beatifica vitalitas, intellectio; in actibus voluntatis vitalitas, libertas, volitio, &c. Ex his principijs immediata, & mihi perſpicua conſequentia fit, Deum per omnipotentiam ſuam applicatam actu libero volũtatis ſuæ eo modo, quo declaro cap. ſequenti in ſolutione 1. & 2. argumenti, eleuare poſſe noſtras potentias, ſupplẽs vices auxilij intrinſeci. Vt hoc oſtẽdam commodius, ſumo lumen gloriæ, & in eo duo conſidero. *Hanc rationem tetigi diſp. 41. n. 11.* Primum, eſſe formam intellectus media informatione. Secundum, eſſe comprincipium efficiens viſionem cum ipſo. Primum habet, in quantum eſt accidens, & exiſtere naturaliter non poteſt, niſi inhærendo, & quia efficere non poteſt, niſi exiſtat: at ſi lumen gloriæ eſſet ſubſtantia, & poſſet exiſtere ſine inhæſione, vt ad exiſtendum non indigeret informare ſubiectum; ita neque ad efficiendum viſionem cum intellectu, ſi ſimul, & ſubſtantia creata eſſet, & virtutem, quam modo habet effectricem, tunc haberet: ergo cum omnipotẽtia Dei, & ſubſtantia ſit, & intellectui aſsiſtere poſsit applicata per voluntatem, & omnem virtutem effectricem luminis eminentiſsime habeat, quis dubitet, ſe ipſa immediate abſq; vlla, aut ſui, aut alterius auxilij intrinſeci inhæſione complere incohatam virtutem intellectus põſſe, eum ipſoque coefficere viſionem? Vrgeo; ratio agendi lumini non eſt informatio, quippe ea, modus cum ſit, actiua non eſt, nec etiam eſt ratio eleuandi in genere cauſæ efficientis. Nam ſi non haberet virtutem effectricem, licet informaret, non eleuaret potentiam in genere cauſæ efficientis: eleuaret vero in genere cauſæ formalis, in quantum ei tribueret effectum formalem ſupernaturalem: ergo duplex eleuatio in lumine conſideranda eſt; altera in genere cauſæ formalis, hanc habet, vt accidens informatiuum; altera in genere cauſæ efficientis, hanc habet, vt eſt virtus ad viſionẽ, hæc ſecunda pendet a prima ratione entitatis accidentariæ; quia nimirum operari pendet ab eſſe: vnde ſi exiſteret ſine informatione, vt poteſt a Dẽo conſeruari præſens ſpacio, intellectui cooperari quidem poſſet ad viſionem: ſicut accidentia ſeparata a ſubiecto, & conſeruata operantur. Manifeſtum huius rei exemplum habemus in accidentibus Euchariſticis: ergo cum omnipotẽtia Dei virtutem habeat ad efficiendam viſionem eminentiorem virtute luminis, & non indigeat informatione, & neceſſario ſit præſens intellectui; quis dubitet, ad viſionem vice luminis cooperari poſſe?

Deinde eamdem conſequentiam ſic demõſtro alia ratione: beata viſio non habet eſſentialem dependentiam a lumine gloriæ: ergo Deus ſupplere poteſt cauſalitatem luminis. 10
Conſequentia hæc ſolida eſt. Nam Deus ſupplere poteſt omnem connaturalem dependẽtiam, quam effectus creati habent a cauſis ſecundis, & tunc veriſsimum eſt, Deum poſſe facere per ſe ipſum, quidquid poteſt per cauſas ſecundas, dum id non pugnet cum rerum eſſentia. Antecedens probo; quia ſi propter aliquam rationem viſio haberet eſſentialem dependentiam a lumine, maxime propter vitalitatem; ſed viſio non pendet a lumine, vt a principio vitali: ergo non habet ab eo eſſentialem dependentiam. Doctores, qui docent, etiam ſe ſolo Deum producere poſſe viſionẽ in intellectu ipſo paſsiue ſe habente, probabiliter docent, & ſolũ id deuorant difficile, quod Deus ſuppleat concurſum intellectus, quatenus vitalis eſt. De ceteris principijs non vitalibus nihil habet difficultatis eorum opinio: ergo cum lumen ſit principium non vitale, ſine vlla difficultate Deus poterit eius concurſum ſupplere.

Tertio ſic probo ex ipſis Thomiſtis; de eſſentia diuina dicunt coniungi inſtar ſpeciei cum intellectu beati: cum tamen eſſentia non informet intellectum, ſed neque informare poſſit, vt ipſi fatentur, & demonſtraui diſp. 41. cap. 2. a n. 4. ergo Deus ſe ſolo ſupplet munus ſpeciei impreſſæ ſine informatione; quia habet eminentius virtutem effectricem, quam ſpecies. Quare ergo hoc ipſum nõ præſtet in lumine? Certe non conſtãt in doctrina. 11 *Arg. ex principijs Thomiſtarum.*

Si dicant; quia ſpecies finita non poteſt eſſe principium videndi Deum, ideo eſſentiam neceſſariam eſſe. Contra primo: fuſe diſp. 40. demonſtrauimus, poſsibilem eſſe ſpeciem impreſſam finitam pro videndo Deo. Contra ſecundo: non ne poterit Deus ſupplere per ſuam eſſentiam munera aliarum ſpecierum finitarũ? ergo ex infinitate ſpeciei pro videndo Deo non paratur ſufficiens effugium argumento. Illud eſſet mirabilius, ſi negarent Thomiſtæ, poſſe Deum ſupplere per ſuam eſſentiam efficientiam

Digitized by Google

cientiam ſpecierum intentionalium facultatis videndi: quod ſi eam poteſt ſupplere, quare, quæſo, non poſsit efficientiam luminis gloriæ?

12 *Inſtantia ex concurſu generali Dei.* Denique demonſtro; quia Deus per ſe ipſum exhibet immediate concurſum generalem ſupernaturalem, ſine quo intellectus etiã perfuſus lumine gloriæ non poteſt producere viſionem: ergo etiam poterit ſe ipſo influere in viſionem vice luminis. Probo hanc conſequentiam; quia concurſu generali non aliter concurrit, quam per omnipotentiam aſsiſtentem, & applicatam per voluntatem liberam: ergo cum non implicet eamdem omnipotentiam applicari a Deo, non tantum vt exhibeat concurſum generalem cauſæ primæ in ordine ſupernaturali; ſed etiam cauſæ ſecundæ particularis partialis, videlicet luminis gloriæ, vt ſine mutatione intrinſeca cauſæ ſecundæ exhibet concurſum generalem; ita & particularem exhibere poterit. Quod vero Deus ſe applicet ſimul ad exhibendum concurſum generalem, & particularem cauſæ ſecundæ, negare nullus poteſt; nam ita ſe gerit, quoties miraculoſe operatur. Hæc certe ſententiam noſtram demonſtrant; quænam enim in eis implicantia, vt propter eam negemus omnipotẽtiæ Dei, quod ipſa haud difficile efficere poteſt? Lego aduerſariorum ſolutiones, & plane video ijs nihil ſatisfieri; quod ſi adhuc in ſua perſtant ſententia, male perſtant, & duram ſubeunt prouinciam.

13 *Duæ animaduerſiones.* Non poſſum non duo animaduertere in P. Arrub. Primum, quod cum hæc habeat pro ſua ſententia tam inconcuſſa argumenta, leui ratione vſus fuerit in eo cap.4. ſubſumẽs ex Thomiſtis intellectum ſine lumine gloriæ producere poſſe viſionem: dum tamen eis concedatur aliqua qualitas, ſeu motio tranſiens intrinſeca: ex quo vult eos redarguere, probans hanc qualitatem, ſeu motionem tranſeuntẽ nõ poſſe diſtingui a lumine gloriæ: atque adeo ſi fatentur ſine lumine poſſe intellectum efficere viſionem, fateantur quoque neceſſe eſt per auxilium extrinſecum. Etenim licet ea qualitas difficile diſtinguatur a lumine gloriæ; vt etiam ego ſæpe notaui, nõ tamen ad hoc reuocãda eſt hæc controuerſia, an diſtinguatur, nec ne? Quia euidentius eſt, Deum ſupplere poſſe cauſalitatem luminis, quam non diſtingui hoc ab illa qualitat. Ergo probatio P. Arrub. vitioſa eſt, quippe vtitur obſcuriori medio, quam ſit cõcluſio demonſtranda. Præterea cum redarguitur Thomiſta ex indiſtinctione eius qualitatis a lumine, facile vitabit redargutionem, ſi dicat, hoc ipſo, quod non diſtinguatur qualitas tranſiens a lumine, ſe defenſurum ſine lumine eleuari non poſſe per potentiam abſolutam; & cum illud dabat, procedere ex præſuppoſita, & admiſſa ſententia de diſtinctione qualitatis a lumine; & tunc relicta hac ſua probatione, alia eſſet quærenda a P. Arrub.

Secundum, quod in ipſo non placet, illud 14 *Reſpondetur ad argumenta.* eſt, quod dixit de neceſsitate motionis intrinſecæ pro eleuatione actuum liberorũ, cum admiſerit eleuari poſſe noſtras potentias ad actus neceſſarios per auxilium extrinſecum: hoc enim, & leuiter fundauit, & inconſtanter aſſeruit. Nam, vt actus neceſſarij non habent vitalitatem a lumine, ſed a potentia; ita actus liberi non habent libertatem ab eleuatione, ſed a potentia: ergo vt potentia vitalis extrinſece eleuari poteſt ad actum ſupernaturalem vitalem; ita potentia libera actum ſupernaturalem liberum. Quod vero ille ait, de inclinatione intrinſeca potentiæ, parum habere momenti conſtabit cap. ſequenti, in quo hoc eius argumentum diluo.

Caput III. *Solutio argumentorum.*

15 AD primum argumentum reſpondeo cõcedẽdo, cõpleri virtutem intellectus omnipotentia ipſa, applicata per voluntatem: hæc autem applicatio libera in principijs Thomiſtarum, cum quibus diſputamus, non indiget aliqua mutatione ad extra noua. Quoniam ipſi omnes actum liberum Dei nulla ratione extrinſeca compleri, conſtanter defendunt; ſed vel intrinſeco reſpectu rationis, vel prædicato, vt conſtat ex a nobis fuſe diſputatis tract.2. diſp.16.cap.3 & 4. Verum eſt in noſtris principijs ſemper connotare aliquid nouum extrinſecum, vt conſtat ex ea diſp.cap. 10.& 11. Vbi explicatum habemus, qua ratione hoc intelligendum, & defendendum ſit: & in ſpeciali de aſsiſtentia omnipotentiæ, cum intellectus eleuaretur ſine auxilio intrinſeco, tractauimus diſp.41.cap.2.n.9.& 10. Vbi explicuimus varia connotata extrinſeca, quibus nouus actus ille liber compleri poteſt.

Ad ſecundum concedenda eſt maior, & neganda minor. Ad probationem concedo omnipotentiam ſemper adeſſe ſpatio intellectui, 16 & voluntatem applicantem ex æternitate exiſtere. Concedo quoque, non ſemper intellectum hominis eſſe in actu primo proximo. Ratio manifeſta eſt; quia voluntas Dei licet æterna non applicat ſuam omnipotentiã pro omni tempore, ſed tantum pro eo, pro quo ſcit viſionem eliciendam eſſe; cum ergo omnipotentia Dei non operetur, niſi directa per ſcientiam,

Digitized by Google

tiam, & applicata per voluntatem, licet intellectui adſit omni tempore ratione immenſitatis: non tamen complet inchoatam virtutem intellectus in ordine ad viſionem; quia non eſt applicata ad complendumpro omni tempore: vnde præſentia illa, ſeu coexiſtentia in loco eſt materialis entitatum: non vero formalis principiorum pro tempore, pro quo non applicatur, imo eſt impedita; quia, vt Deus vult per ſuam omnipotentiam eleuari intellectum, & concurrere ſimul cum ipſo ad viſionem in inſtanti. quo viſio producitur, ita vult non eleuari, neque concurrere per omnipotentiam in ceteris temporibus: vnde in illis impedita eſt ex hac non applicatione; quia omnipotentia ſubordinatur libertati Dei in operando, vt dixi diſp. 16. n. 11.

17 Ad tertium conſtat ex dictis n. 14. conſentanee procedendum eſſe in actibus liberis, vt in neceſſarijs, atque affirmandum ad vtroſque potentias noſtras poſſe eleuari auxilio extrinſeco. Vnde minor neganda eſt. Ad probationẽ ex P. Arrub. data maiori, nego minorem. Nam, licet voluntas ſpectata ſecundum ſe nõ habeat inclinationem naturalem ad actus liberos ſupernaturales; habet tamen inclinationem innatam obedientialem intrinſecam, ratione cuius totaliter habet actus libertatem, & indifferentiam, quippe eam nulla ratione habet ab eleuatione intrinſeca, aut extrinſeca, vt certiſſimum eſt. Nihil igitur ad libertatem actus refert, quod eleuatio extrinſeca ſit, aut intrinſeca; ſi nihil libertatis habet ab eleuatione. Ideo negaui inclinationẽ naturalem; quia hanc appello eam, quæ redduci poſsit ad actum ab alijs connaturalibus, & debitis comprincipijs: conceſsi vero inclinationem intrinſecam innatam obedientialem; quia ea eſt propria voluntatis, & indiſtincta ab eſſentia eius, & compleri debet per donum gratiæ eleuans naturam nõ debitum, & a Deo conceſſum ex mero beneplacito ſuæ voluntatis. Recognoſce, quæ dixi diſp. 36. cap. 4. Vbi de non repugnantia intellectus noſtri ad videndum Deum per gratiam fuſe diſſerui.

Potentia etiã libera auxilio extrinſeco poteſt eleuari.

Ad quartum nego conſequentiam, & conſequens. Ad probationem concedo actus, qua vitales ſunt, petere principium intrinſecum, quod vitaliter concurrit: non vero petunt, quod alia principia, quæ vitaliter non concurrunt, intrinſeca ſint. In ea vero conſequentia, *ergo eleuatio potentiarum, quæ eas complet in ratione potentiæ vitalis, &c.* cauenda eſt æquiuocatio. Nam, licet eleuatio compleat potentiam vitalem: non autem complet in ordine ad vitalitatem, ſed in ordine ad ſupernaturalitatem. Itaque ſenſus eſſe non debet ex potentiæ vitalitate inadæquata, & ex eleuationis vitalitate inadæquata compleri vitalitatem adæquatam principij; ſicut ex ratione ſubſtantiali inadæquata materiæ; & ex ratione ſubſtantiæ inadæquata formæ completur ſubſtantia adæquata compoſiti. Sed ſenſus eſt, compleri quidem vitalitatem potentiarum in ordine ad aliam ſuperiorem rationem: ſicut animal completur rationali, non addendo de animalitate, ſed conſtituendo integram ſpeciem per perfectius prædicatum animalitatis. 18

Eleuatio cõplet potentiã vitalem non in ordine ad vitalitatem.

Ad confirmationem concedo antecedens in omnibus exemplis, quæ ibi adducuntur, & nego conſequentiam. Diſcrimen apertum eſt; quia in noſtra re ad eleuationem ſupponimus facultatem vitalem, & animam intrinſecam operanti, in quibus nihil deſideratur de vitalitate. Vnde complementum, quod deeſt, poteſt eſſe extrinſecum. Nam, ſi qua ratione non poſſet, ea eſſet vitalitas, vt iam explicatum eſt.

DISPVTATIO QVADRAGESIMA OCTAVA.

DE SVBSTANTIA SVPERNATVRALI, ET lumine, an illa eſſe poſsit, & hoc ei connaturale?

Diſtincta quinque capitibus.

In 1. Punctus controuerſiæ, & pars affirmans.

In 2. Varias diſcutio ſententias.

In 3. Statuo propriam ſententiam de ente ſupernaturali.

In 4.

Digitized by Google

In 4. Sententia negans, & diſcutio rationes negandi.

In 5. Enodatio argumentorum.

Caput I. *Punctus controuerſia, & pars affirmans.*

1 S.Thom. SANCTVS Tho. in hoc art. 5. ad 3. dedit occaſionē huic diſputationi ſic ſcribens: *lumen gloria nō poteſt eſſe naturale creaturæ, niſi creatura eſſet diuina natura, quod eſt impoſsibile.* In quibus plane definit partem negantem diſputationis propoſitæ: cum vero, ait, lumen gloriæ fore connaturale diuinæ naturæ, nequaquam intelligendus eſt de connaturalitate formæ ad ſubiectum: quia diuina natura non recipit accidentia; ſed de connaturalitate ordinis, quatenus lumen gloriæ, & natura diuina ſunt in eodem ordine ſupernaturali.

2 *Senſus diſputationis* Obſeruandum prætereа, geminatam in titulo proponi difficultatem: altera eſt; an hoc lumen, hæc viſio, item hæc dona ſupernaturalia, quæ a Deo condita ſunt, vt noſtram, & Angelicam eleuent naturam alicui ex ijs, quæ a Deo fieri poſſunt, ſint connaturalia? In qua difficultate, ſi creari a Deo talis natura poteſt, bene fiet, eam fore ſupernaturalem in ſubſtātia: quoniam connaturalitas inter hæc extrema inueniri non poteſt, niſi vtrumque ſupernaturale ſit: nec enim ſubſtantia nataturalis petere ſibi connaturaliter poteſt ſupernaturalia accidentia. Altera eſt; an creari a Deo poſsit ſubſtantia quædam tam perfecta, atque eleuata ex ſua natura, vt ei connaturale ſit lumen quoddam intellectuale, ſiue diſtinctum, ſiue indiſtinctum ab *Duplex difficultas diſtinguenda.* intellectu, quo poſsit intueri Deum? Et licet difficultates hæ miſceantur ab ſcriptoribus, & indiſtinctæ reputentur; mihi tamen non tantum videntur diſtinctæ, verum minus dependentes inter ſe, & inæqualiter difficiles. Nam, mihi fere certum eſt, & facile declaratu, hoc lumen, hanc viſionem, hanc iuſtificantem gratiam, & hæc dona ſupernaturalia, quæ fide no *Supernaturalia dona, quæ ſūt de facto, nulli ſubſtantiæ poſſunt eſſe connaturalia.* uimus, nulli ſubſtantiæ poſsibili connaturalia eſſe: etenim ea ex natura ſua eleuatiua ſunt, & reſpiciunt in natura, quam eleuant potentiam obedientialem, tum actiuam, tum paſsiuam improportionatam, & inferioris ordinis; ergo nulli ſubſtantiæ ſupernarurali eſſe poſſunt cōnaturalia. Probo hanc conſequentiam; quia, ſi inhærerent ſubſtantiæ ſupernaturali, & eam in agendo iuuarent, nec reciperentur in potentia obedientiali paſsiua, nec cooperarentur virtuti agendi obedientiaſi, imo nec eſſent cauſæ partiales, vt complētes potentiam inchoatam agendi, ſed vt habitus reddentes potentiam faciliorem, & expeditiorem; igitur cum hæc accidentia ſupernaturalia ex natura ſua ſint formæ ſubiecti obedientialis, & potentiæ agendi partiales, vt vidimus diſp. 46. non poſſunt alicui ſubſtantiæ ſupernaturali connaturaliter inhærere.

3 *Rei difficultas.* At difficillimum eſt, an Deus creare poſsit ſubſtantiam ita perfectam ex natura ſua tam perfecta facultate cognoſcendi præditam, vt ei debeatur debito cōnaturalitatis concurſus ad videndum Deum, quoquo modo illa appelletur, aut naturalis, aut ſupernaturalis in ſe? hoc vero maximopere difficile eſſe, & vix nos aſſequi principia, in quibus ſolide repugnantia huius creaturæ fundari poſsit, quæ ſubijcio in hoc capite, & ſequentibus, manifeſtum reddent.

4 P.Molin. Ioannes maior. P. Valent. Pater igitur Molina in hoc art. 5. diſp. 2. vt erat vir ſublimis ingenij, & ſingularis modeſtiæ ex vna parte rei difficultatem acriter preſsit, & ex alja non eſt auſus rem definire, licet argumentis probantibus repugnantiam ſatisfacere ſibi viſus fuerit. Ioannes maior in 4. diſt. 49. q. 4. prius præſtitit, & leuius hoc idē, quod Molina. Item P. Valentia hic puncto 4. aliquanto dubius haſit, licet abſolute in communem ſententiam ſe receperit. Ego ex Molin. & ex alijs rationes pro ſententia affirmante ſic inſtruo.

5 *Rationes pro ſententia affirmāte.* Primum fundamentum: non repugnat, effici a Deo ſubſtantiam creatam ſupernaturalem; ergo ea connaturaliter videbit Deum, ſiue lumine ſuperaddito, ſiue eſſentiali intellectui. Conſequentia hæc conſtans eſt; nam ea ſubſtātia primo foret intellectualis. Secundo, conſtituta in gradu ſupernaturali. Tertio, perfectior, quam coniunctum ex lumine, & intellectu noſtro; ergo, vt accidentibus ſupernaturalibus propter ſupernaturalitatē conceditur attingere Deū in ſe immediate, & proportionate; hoc ipſum potiori ratione ſubſtantiæ ſupernaturali, ſi fieri poſſet, concedendum eſſet. Antecedens ergo, in quo res hæc tota ſita eſt, oſtenditur primo. Nam ſupernaturalitas non repugnat ſubſtantiæ ex ratione entis creati, nec ex ratione ſubſtantiæ finitæ (nam ſupponimus infinitum fieri a Deo non poſſe) ergo, &c. Probo primum; quia omnia accidentia ſupernaturalia ſunt entia creata; ergo bene coniungitur ſupernaturalitas cum ente creato. Probo ſecundum; quia num quam oſtenditur repugnantia, quare,

quare, vt prædicatum ſupernaturalitatis (quod eſſe eſſentiale rebus ſuppono) coniungitur identice cum accidenti finito, quod eſt ignobilius genus genere ſubſtantiæ, non etiam coniungi poſsit cum creata finita ſubſtantia? Secundo probo antecedens; nam de facto vnio humanitatis Chriſti Domini ad Verbum Dei eſt modus medius ſubſtantialis, & ſupernaturalis; ergo iam coniungitur genus ſubſtantiæ condiſtinctum ab omnibus accidentium generibus, & ſpectans ad prædicamentum ſubſtantiæ cum ſupernaturalitate. Tertio probo; nam, licet verum eſſet naturam integram ſubſtantialem ſupernaturalem eſſe non poſſe; at quare fieri non poterit forma ſupernaturalis ſubſtantialis, quę petat materiam naturalem? quemadmodum forma noſtra ſpiritualis contenta eſt materia corporea; & quemadmodum formæ accidentariæ ſupernaturales de facto ex parte ſua petunt ſubiectum naturale. Quod ſi concedas, huiuſmodi formam poſsibilem eſſe, fatearis quoque neceſſe eſt fore ei connaturale Deum videre? Probo hoc illatum; nam ea intellectualis eſſet, & prædita ſupernaturali intellectu; ergo ſuo connaturali lumine ferretur proportionate, & cōnaturaliter in Deum immediate in ſe viſibilem, vt probabam n. 5.

6 Secundum fundamentum. Secundum fundamentum: coniunctum ex intellectu, & lumine gloriæ limitatæ perfectionis eſt; ergo fieri poterit a Deo intellectus tātæ perfectionis, quantę coniunctum eſt. Probo hanc conſequentiam; nam quare repugnet cōiungi identice in forma accidentali perfectiones, quæ reperiuntur in duabus rebus inferioribus, nimirum in intellectu, & lumine? imo hoc inuenies in omni forma eleuatiori ex illo celebri principio; quæ ſunt diſperſa in inferioribus, ſunt coniuncta, hoc eſt, ſunt vnum in ſuperioribus; ex. gratia perfectiones, quæ ſunt in quatuor cognitionibus humanis, quatuor ſpecierum, ſunt coniunctæ, hoc eſt, ſunt vnum in vna ſimplici cognitione Angelica earumdem ſpecierum: ergo pari ratione perfectiones potentiæ intellectiuæ vitalis, quæ ſunt in intellectu, & qualitatis ſupernaturalis, quæ ſunt in lumine, Deus ad vnitatem reuocare poterit in vno intellectu eleuatiori, qui ſimul ſit potentia intellectiua vitalis ſupernaturalis. Nō dico, ea ad vnitatem reuocari poſſe, retenta ſpecifica ratione, quam habent in intellectu, & lumine, ſed conſtituendo aliam ſpeciem eleuatiorem æquiualentem ijs perfectionibus: ſicut in viſione beata formaliter reperitur in vna entitate totum perfectionis, quod diſperſum eſt in intellectu, & lumine: quo etiam exemplo manifeſtum fit, eum intellectū, ſi crearetur, nō fore ſimul naturalem, & ſupernaturalem; ſicut eſt coniunctum ex intellectu, & lumine, ſed tātum ſupernaturalem cum prædicatis logice communibus rebus naturalibus, & ſupernaturalibus. Quod ſi ſemel concedatur poſsibilis intellectus ſupernaturalis, concedenda quoque erit ſubſtantia reſpondens; quoniam intellectus ille, qua eſt facultas vitalis alicuius ſubſtantiæ, eſt intellectus, & proprietas: ergo, &c.

Tertium fundamentum ad idem; vt mens humana comprehenderet Angelum ex perfectiſsimis, indigeret aliquo ſupernaturali auxilio eleuante; ſed poſsibilis eſt aliqua creata mens tam perfecta, quam coniunctum ex mente noſtra, & eo auxilio; ergo pari ratione poſsibilis erit intellectus tam perfectus, quam cōiunctum ex lumine gloriæ, & mente noſtra. Minor manifeſta eſt in mente Angeli tam perfecti, ac eſt illę, quem in exemplum proponebamus: etenim ab ea comprehendetur. Conſequentia vero vrget propter rationem proportionalem, & ſi non æqualem: nam non obſtante auxilij ſupernaturalitate, & perfectione, quā habet ab eo gradu, mens illa, licet naturalis pertingit vſque ad talem perfectionem in ordine ad comprehēdēdum Angelum; ergo proportionali ratione non obſtante luminis ſupernaturalitate, fieri poterit mens, quæ pertingat vſque ad eius perfectionem in ordine ad videndum Deum. 7 Tertiū fundamētum.

Dices, intellectum fore naturalem, vt eſt ea mens Angeli, quæ perfectiſsimum comprehēdebat: & hoc ipſo, quod naturalis ſit, non poſſe videre Deum. Sed hoc non ſatisfacit; quia ſpreta quæſtione de nomine, qua voce intellectus ille vocandus eſſet, an naturalis, an ſupernaturalis, peto a te, an fieri poſsit intellectus tam perfectus, ac eſt coniunctum ex intellectu naturali, & lumine gloriæ, an non? Si primum: ergo ille videbit Deum, quoquo nomine ſignificetur, vt probaui, & de ſe manifeſtū eſt, & tunc ego dicerem, in ſe, & reſpectu noſtri ſupernaturalem eſſe: naturalem vero comparatione ſubſtantiæ, cuius eſſet intellectus. Quē admodum in diuina Trinitate proceſsiones perſonarum ſupernaturales ſunt in ſe, & reſpectu creaturarum: in ordine autem ad perſonas producentes, & procedentes connaturaliſsimæ; ita, &c. Si primum; reddenda eſt ratio, quare fieri non poſsit accidens vitale ſupernaturale creatum ſimplex tam perfectum, ac eſt potentia noſtra, & lumen gloriæ? 8

Quartum fundamentum. Deus in ſe viſibilis cōtinetur intra obiectum adæquatum noſtræ potentiæ, ita vt illa aliquam ſpeciem ſumat a Deo in ſe viſibili, vt diximus diſp. 36. cap. 4. Sed ex hoc, quod Deus in ſe viſibilis eſſet obiectum proportionatum, non accreſceret illi infinita perfectio; ergo fieri poteſt a 9 Quartū fundamētū.

Deo

Digitized by Google

Deo intellectus creatus, cui ſit connaturale Deum videre. Probo minorem; nam accedẽte lumine gloriæ, quod eſt finitæ perfectionis, intellectus conſtituitur in eſſe proportionati in ordine ad viſionem; & transfertur ex ſtatu non proportionatæ potentię ad ſtatum proportionatæ; ergo limitata perfectione ſibi identificata accreſcente intellectui, Deum connaturaliter intueretur, poſito, ipſum vt viſibilem conſtitutum eſſe intra obiectum adæquatum: atqui non repugnat omni intellectui a Deo communicari perfectiones nobiliores, & nobiliores, dum finitæ ſint, vt non repugnat ſubſtantiæ communicari perfectiones nobiliores, & nobiliores intra id genus, dum finitæ ſint; ergo fieri a Deo poteſt intellectus, cui connaturale ſit videre Deum. Cuius ratio a priori eſt: quod licet Deus in eſſe rei, & in ſe infinitus ſit: at vt eſt obiectum viſibile non petit, nec fundat infinitatem, aut in potentia, aut in lumine, aut in ſpecie impreſſa, aut in viſione, vt ſatis conſtat ex dictis diſp. 36. cap. 4. & diſp. 40. cap. 3. & 8. ergo ſi intellectui noſtro, aut Angelico accreſcat finita virtus, quanta petit obiectum, vt accreſcere poſſe monſtratum eſt, poterit naturaliter videre Deum.

10 *Quintũ fundamentũ.* Vltimum denique fundamentum eſt, quod Deus in ſe eſt ſubſtantia ſupernaturalis; ergo etiam vt ſic participabilis a creatura, non ſecundum modum, quem ipſe in ſe habet infinitatis, & independentiæ a cauſa; ſed ſecundum alium inferiorem proprium creaturarum limitationis, & dependentiæ a cauſa. Probo hanc conſequentiam; nam Deus eſt participabilis a creaturis in ceteris perfectionibus, vt in ſcientia, in charitate, in virtutibus moralibus, in potentia producendi, & alijs non ſecundum modum ſupereminentem, quem in Deo habent; ſed ſecundum alium limitatum; ergo ſimili ratione ſupernaturalitas ſubſtantiæ, quæ eſt in Deo participabilis a creatura, cum propria creaturæ limitatione.

Hæc (ni fallor) ſunt difficiliora inter omnia, quæ produci ſolent pro hac parte; nam argumenta alia, quæ ex poſsibilitate accidentis ſupernaturalis probare nituntur, ſubſtantiam poſsibilem eſſe, leuiora ſunt. Quoniam, aut agunt de ijs accidentibus, quæ nouimus, aut de alijs poſsibilibus, quæ numquam extiterunt? Si de illis; iam notaui in principio huius capitis, ea ex propria natura petere ſubiectum eleuabile, ac ſubinde naturale: ergo ex illis nequaquam poteſt colligi poſsibilem eſſe ſubſtantiam ſupernaturalem. Si de his; probandũ prius erat, ea accidentia diſtincti generis a noſtris eſſe poſsibilia, in quo tota includitur difficultas quæ in ſubſtantia, vt conſtabit neganti poſsibilitatem eorum accidentium; quoniam media, quæ ad id probandum depromi poſſunt, eodẽ modo inſtaurãtur ad probandã poſsibilitatem ſubſtantiæ ſupernaturalis. Aſſumpta ergo prima propoſitio eãdẽ continet difficultatem, quam concluſio, pro qua aſſumitur; igitur huius generis argumenta non vrgent. 11 *Leuiora prætereo.*

Caput II. *Varias diſcutio de ſupernaturalitate ſententias.*

12 FVSA eſt materia huius capitis; etenim continet examen entis ſupernaturalis in cõmuni, vt præſcindit ab accidenti, & ſubſtantia, & a ſupernaturalitate quoad modum, & quoad ſubſtantiam, quæ accurate explicari nõ poſſunt, niſi euoluantur naturę omnes rerum ſupernaturalium, tum exiſtentes, tum poſsibiles, quod ſane importune in hoc loco ingereretur. Subſumenda ergo ſunt quædam principia firma comparata ex aſsidua lectione, & attenta cogitatione ordinis ſupernaturalis; vt pedem conſtanter figamus in hac materia. Primo ergo ſupernaturalitas accidentiũ diuidenda eſt in ſupernaturalitatem quoad ſubſtãtiam, & quoad modum, quæ diuiſio ſupponit, vt fide certum, eſſe in rebus ſupernaturalitatem, id conſtat ex Arauſicano ſecundo contra errores Pelagianorum, & Semipelagianorum, de qua re abunde egi diſp. 25. maxime cap. 8.

Subſumuntur certa principia.

Supernaturalitas accidentium quoad ſubſtãtiam, & quoad modum.

Arauſican. Concilium

13 Supernaturalitas quoad modum ſubdiuidenda eſt in ſupernaturalitatem quoad modũ intrinſecum, qui intrinſice afficit rem aliquam naturalem, & in ſupernaturalitatẽ quoad modũ extrinſecum. Exempla prioris membri ſunt; vt ſi charitas influat per imperium aliquem modum ſupernaturalem in actus virtutum moralium; vel ſi oculus reſtituitur cæco, actione intrinſece ſupernaturali: appoſita huius rei exempla ſunt, modus vnionis ad verbum Dei humanitatis Chriſti Domini, & modus præſentiæ Sacramẽtalis eiuſdẽ ſub ſpeciebus panis cõſecratis; tũc vero, licet res affecta per modum intrinſecum ſit ſupernaturalis quoad modum: modus autem ipſe afficiens ſupernaturalis quoad ſubſtantiam eſt, de quo modo eadem eſt quæſtio, quæ de ceteris rebus quoad ſubſtantiam ſupernaturalibus. Secundi vero exempla ſunt, vt ſi ipſa charitas nihil influat efficienter in actus, ſed tantum dirigat, & ordinet, vt ſi Deus præbeat auxilium naturale quidẽ pro actu honeſto; ex fine tamẽ ſupernaturali, aut ſi producat Angelũ, aut hominẽ ex eodẽ fine ſupernaturali. Nã tũc ſupernaturalitas extrinſeca eſt ex relatione operãtis.

De

Scotus. *Negat Scotus ſupernaturalitatē quoad ſubſtantiā.*

14 De ſupernaturalitate quoad ſubſtantiam accidentium quondam magna cum Scoto controuerſia fuit. Nam quæſtione prima prologi §. *ad quæſtionem*; & in 4. diſt. 10. quæſt. 8. §. *contra rationem etiam iſtius reſponſionis*, plane defendit, nullam eſſe formam ſupernaturalem quoad ſubſtantiam, & in ordine ad ſubiectum, ſed ſolum in ordine ad cauſam efficientem. Itaque illam ſolum agnoſcit formam ſupernaturalem, quæ non habet in natura tota ſui productorem, ſed petit Deum ipſum authorem. Præter Scotum plures ex antiquis, nec ignobiles hanc ſecuti fuere ſententiam; eos vero nominatim retuli tract. 3. diſp. 25. n. 36. Ex quo aſſerto plura ſequuntur abſurda. Primum: creationem, & rem creatam eſſe ſupernaturalia, in quo videtur nimis fauere Pelagio, & Semipelagianis. Nam Patres Arauſicani, ac maxime Auguſtinus maxime fuere ſoliciti de diſtinguenda ſupernaturalitate gratiæ & donorum ab ijs, quæ creatura habet per primam conditionem. Lege, ſi placet Arauſicanum ſecundum, canone 4. 5. 6. & 7. & Auguſtinum in epiſtola 95. ad Innocentium quartum, vbi *& ſi quadam*, inquit, *non improbanda ratione dicitur gratia Dei, qua creati ſumus, vt non nihil eſſemus, &c. Alia eſt tamen, qua prædeſtinati vocamur, iuſtificamur, glorificamur*. Et poſt pauca; *illam vero gratiam, qua creati ſumus homines, & ſi ita appellandam, non immerito intelligimus; mirum eſt tamen ſi ita appellatam in nullis legitimis Propheticis, Euangelicis, vel Apoſtolicis litteris legimus*. Secundum, nullum ex actibus, qui fiunt a noſtris potentijs eleuatis, eſſe ſupernaturalem, ſi quidem in ipſa natura habent cauſam ſecundam efficientem, in quo etiam fauet Pelagio. Tertium, gratiam, & habitus, qui infunduntur infanti in baptiſmo non eſſe quoad ſubſtantiam ſupernaturalia.

Patres Arauſ. Aug.

Concilium Arauſica. Auguſt.

S.Tho. *Scoti ſententia in hoc reprobata.* Caietan. Zumel. Vannes. Medin. P.Molin. P.Suarez. P.Fonſe. P.Vazq. P.Salas.

15 Propter quæ, & alia hæc Scoti ſententia ab omnibus vniuerſim Theologis reprobatur. Vide S. Thomam 3. p. q. 4. art. 1. & in 3. diſt. 23. q. 1. & in 1. diſt. 14. q. 3. in corpore. Et Thomiſtas, Caiet. 1. p. q. 1. art. 1. & quæſt. 12. art. 1. Zumel diſp. 2. Vannes dubitatione 2. Medina 1. 2. q. 3. art. 8. concluſione ſecunda, vbi improbabilem appellat Scoti ſententiam. Ex ſcriptoribus noſtris lege Patrem Molinam hic art. 1. diſp. 2. præſertim concluſione prima, & P. Suar. tom. 2. in metaphyſica diſp. 30. ſect. 11. numer. 36. 37. & diſp. 43. ſect. 4. num. 10. Fonſeca 1. metaphyſicæ cap. 1. q. 2. P. Vazq. tom. 1. in 1. 2. diſp. 22. cap. 2. & copioſe Salas 1. 2. diſp. 12. ſect. 3. vbi refert alios plures Theologos.

16 Difficile autem eſt ſtatuere rationem propriam, in qua conſiſtat ſupernaturalitas horum accidentium quoad ſubſtātiam. Et prætermiſſis varijs modis explicandi Theologorum, ego ſtatuo conſiſtere, tum in ordine ad ſubiectum, tum in ordine ad efficiens, tū deniq; in ordine ad finem. Nā vt ſæpe monui, nō agimus de alio genere accidentium ſupernaturalium, de quibus incerti ſumus, an ſint poſsibilia, nec ne? ſed ſolum de ijs, quæ ex reuelatione nouimus, nimirum de gratia, de charitate, de lumine, & ceteris donis, de modo vnionis ad Verbum, de præſentia Sacramentali corporis Chriſti. In his, & ceteris triplex ordo conſiderari poteſt. Primus ad ſubiectum, cui inhæret. Secundus ad agens, a quo fiunt. Tertius ad finem, ad quem ordinantur ex natura ſua. Ij ordines in re vna res ſimplex ſunt, imo & ipſa eorum eſſentia, & tantum per rationem noſtram in ordine ad diuerſa cōnotata diſtinguuntur; ergo cum forma talis fuerit, quæ & non petatur a natura ſubiecti ſecundum potentiā paſsiuam naturalem, & ipſum ita perficiat, vt eleuet ſupra id, quod vniuerſa natura poteſt, & petat Deum authorem agentem potentia ſupernaturali, hoc eſt, quæ ſecundum eum effectum non ſpectet ad naturæ conſtitutionem: cum (inquam) ea forma talis fuerit, vt ſubiectū, in quo eſt, ordinet ad finē etiam indebitū naturæ, & ſupra illam, hoc eſt, ad attingendū Deum, vt in ſe eſt immediate, aut phyſice, aut intentionaliter, vt magis explico infra num. 34. erit ſupernaturalis quoad ſubſtantiam ſupernaturalitate horum accidentium. Hoc probandum eſt inductione per ſingula accidentia ſupernaturalia: nam omnibus hæc competunt, vnde per hæc conſtitui debent in ratione ſupernaturalis, vt conſtabit attente inducenti.

Supernaturalitas quoad ſubſtantiā in quo conſiſtat ex authoris ſententia.

17 Modo examinanda reſtat ratio entis ſupernaturalis communis ſubſtantiæ, & accidenti, ad quam reuocatur punctus præſentis difficultatis: nam ex eius diſcuſsione conſtabit, an poſsibilis ſit ſubſtantia ſupernaturalis, an non? In quo varij ſunt modi dicendi. Primus, & celebris inter noſtros magiſtros procedit, & fundatur ex ipſa explicatione vocis *ſupernaturalis*; etenim illa particula *ſuper* denotat excellentiam quamdam in re ſupernaturali fundantem relationem exſuperantiæ in ordine ad naturam. Itaque ens ſupernaturale eſt illud, quod propter excellentem rei perfectionem vincit naturam. Hoc autem nomen *natura* ſignificat primum, & radicale principium cuiuſcunq; operationis immanētis, ſiue materialis, & corporeæ, ſiue ſpiritualis, & incorporeæ. Hoc modo vſurpat naturam Ariſt. 2. de anima cap. 1. & vſurpāt iā Theologi cōmuniter. Quod vero nomen *natura* non ſit limitandum ad naturā corporeā, conſtat ex eo, quod fieret, Angelū, & Angelicas operationes fore ſupernatura-

Ratio entis ſupernaturalis in communi.

Varij modi dicendi.

Quid natura in hac re?

Ariſt.

les, ſi ſupernaturale tantum eſſet ſupra naturam corpoream. Quod vero nec nomē *natura* limitandum ſit ad naturam creatam, plane conſtat; quoniam alias nihil ex non creatis, & poſsibilibus eſſet naturale, & tantum reſtaret Deo producenda natura ſupernaturalis, quod abſurdum eſt. Igitur ſupra naturam idem eſt ac ens ita perfectum, vt perfectione ſuperet omnem naturam creatam, & creabilem. Porro cum omnis ſubſtantia creabilis neceſſario ſit natura; quia ſemper erit principium radicale, & remotum alicuius operationis immanentis: hinc optime efficitur, ſupernaturalitatem entis pugnare cum ratione ſubſtantiæ; ſicut repugnat idem eſſe naturam, ſeu ens naturale, & ens ſupernaturale; etenim hoc ipſo, quod ſit ſubſtantia, natura eſt, & ens naturale; & ſi ex alia parte ponas, illam eſſe ſupernaturalem, ponis, idem eſſe naturam, & ens naturale, & ens ſupernaturale.

18 *Impugnatio.* Hic modus dicendi ſpecioſe compoſitus eſt, & ingenio plenus; ſed veritate, & ſolida probatione vacuus. Et primo peccat in eo, quod petit principium: *Petit principium.* etenim ſumpta natura in ea amplitudine, dicere ens ſupernaturale eſſe ſupra omnem naturam creatam, & creabilē; perinde eſt ac dicere nullam ſubſtantiam ſupernaturalē eſſe poſſe, de quo eſt cōtrouerſia. Vnde cōclūſio, quæ probāda erat, ſubſumitur improbata. Probatio autem, quæ ex ipſa voce ſumitur, leuis eſt. Primo; quia vox *natura* alias quoq; habet ſignificationes non infrequentes. Nā primo, ſignificat cuiuſcūq; rei eſſentiā, id teſtante Aug. lib. 2. de moribus Manichæorum cap. 2. *natura*, inquit, *nihil eſt aliud, quā id, quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe*. (Auguſt.) Secundo, ſignificat primum principium motus corporei immanentis. Ita vſurpat Ariſt. 2. phyſicorum cap. 1. (Ariſt.) cum dixit, *naturam eſſe principium, & cauſam motus, & quietis eius, in quo eſt primo, & per ſe, & non ſecundum accidens.* Vnde ergo habent in voce *ſupernaturale*, nomen *natura* non vſurpari in alterutra harum ſignificatione, maximè cum quæuis earum proprior ſit, quam ea ampla? Porro hoc nomen *ſupernaturale* a Theologis excogitatum eſt, & nouiter inductum, vt ſignificent dona gratiæ, quæ noſtram, & Angelicam perficiunt, & eleuant naturā: quis autem dicat, in eius nominis impoſitione Theologos voluiſſe ſignificare hæc accidētia, & dona gratiæ eſſe in perfectione ſupra omnem naturam creabilem? maxime cū id non fuerit ad inſtitutum Theologorū, quippe hoc nomine vtuntur frequēter cōtra Pelagianos, & Semipelagianos, vt ſignificent indigētiā gratiæ in natura merente beatitudinem æternam; atqui natura creabilis in ea amplitudine præter hoc inſtitutum eſt; quoniam ſolum natura creata humana, & Angelica verſantur in merenda beatitudine per gratiam; ergo extra mentem inuentorum huius vocis vſurpatur nomen *natura* in hoc modo dicendi. Quod ſi quis Theologus eius ſignificationem tam ample protendit: non tamen probabit, tam large eſſe protendendam, nec ex vnius voluntaria vſurpatione ſolidum ſumitur fundamentum ad negandum omnipotentiæ Dei virtutem productricem ſubſtantiæ ſupernaturalis.

Nomen ſupernaturale ab ſcholaſticis nouiter inductum.

Secundo peccat in eo, quod non ſatisfacit reali difficultati, & controuerſiam reuocat ad quæſtionem de nomine. 19 *Ad nomē reuocat cōtrouerſiā.* Etenim ſiue talis ſubſtantia appellanda ſit naturalis, ſiue ſupernaturalis, vnde (precor) oſtēditur repugnātia, quare tam perfecta a Deo fieri non poſsit, vt ei debeatur viſio Dei, & ſpecies impreſſa, quæ poſſibilis eſt ad videndum Deum?

Si dicas; quia ſimul foret naturalis, & ſuper naturalis. 20 Redargutio in promptu eſt, quia nimirum ſimul foret viſio Dei, & ſpecies comparatione eius ſubſtantiæ naturalis, ſeu connaturalis: comparatione vero Angelorum, & hominum, qui conditi ſunt ſupernaturalis; quemadmodum in Deo eius natura, eius ſcientia, & attributa, & diuinæ proceſsiones comparatione Dei connaturales ſunt, & cohærentes iuxta ipſius naturam: comparatione vero noſtri, atq; omnium rerum inferiorum ſupernaturales.

21 *Satisfactio argumēti in oppoſitum.* Qua doctrina ſit ſatis argumento, quo probabant, nomen *natura* in ea amplitudine vſurpandum eſſe. Nam hoc nomen *ſupernaturale* comparatiuum eſt, & ſignificat perfectionem rei magis, aut minus amplam ſecundum eam menſuram, pro qua vſurpatur nomen *natura*. Vnde cum limitate ſignificat naturam corpoream, Angelus, & emanatio potentiarum, & productio operationū eius dici poterunt ſupernaturalia, quatenus ſuperant in perfectione omnem naturam corpoream, licet non ſint ſupernaturalia, vti modo dicebamus de diuinis perfectionibus comparatione ſui, & comparatione creaturarum.

22 Nec ex eo quod nomen *natura* limitetur ad naturam creatam ſit, omne poſsibile eſſe ſupernaturale, aut nihil naturale eſſe poſsibile. Nam ad ſupernaturalitatem requiritur exceſſus in perfectione comparatione eius naturæ, in ordine ad quam ſupernaturalis dicitur. Vnde cum plura ex poſsibilibus, aut minus, aut æque perfecta ſint, quam creatæ naturæ, ex ſola poſsibilitate non fit, ſupernaturales eſſe debere: imo nec ex qualicumq; ex ſuperantia perfectionis, aut ſpecifice, aut generice ſub eiſdem generibus proximis, ſed ex tāeminenti perfectione, quæ ſufficiat ad cōſtituendū ordinem

ordinem diuerſum, & ſuperioré. Quapropter ego non quieſco in hoc dicendi modo.

23 *2. Modus dicendi. Zumel.* Secundus modus dicédi ait; ens naturale eſſe illud, quod ordinatur ad Deum vt vnum: ſupernaturale vero ad Deum, vt Trinum, ita ſenſit Zumel 1.2.tom.2.q.110 art.4. diſp.5. in 2. part. diſputationis.

24 *Confutatur.* Modus is facile cófutatur. Primo; quia Deus vt vnus non eſt minus perfectus, quam vt Trinus; ergo non eſt cur perfectior gradus ſupernaturalitatis ſumatur ab illo vt Trino, & non ab illo vt vno. Secundo; quia tã ſupernaturalis eſt logica, ſeu virtualis emanatio attributorum a natura Dei, quam proceſsio perſonarum; & tam ſupernaturalis eſt ſcientia, volitio, & omnipotentia, quam Paternitas, Filiatio, & Proceſsio; ergo, &c. Tertio; quia aſſenſus Hæretici de myſterio Trinitatis naturalis eſt; & tamen ordinem habet ad Deum vt Trinum: è contra vero actus virtutum moralium infuſarum ad Deum, vt vnum dicunt ordinem; ergo nihil refert ad naturalitatem, aut ſupernaturalitatem Deus vt vnus, aut vt Trinus. Quarto; quia circúſcripta per intellectum proceſſione perſonarum, & conſeruata natura Dei cum perfectionibus abſolutis, adhuc viſio ipſius, & lumen ad videndum, & amicitia cum ipſo, & Filiatio adoptiua eſſent ſupernaturalia. Nolo plura contra hunc modum dicendi, nec multum curandum de authoritate Magiſtri Zumel; nam aliud diuerſum docuit in prima parte eius quintæ diſputationis, & in altera diſputatione ſuper hunc articulum. *Inconſtans Zumel.* Aduerte, hunc modum dicendi nihil referre ad principalem quæſtionem de ſubſtantia ſupernaturali: nam ſiue ſumatur ſupernaturalitas a Deo vt vno, aut a Deo vt Trino, adhuc reſtat indefinita principalis controuerſia, an poſſibilis ſit ſubſtantia ſupernaturalis, an non?

25 *Tertius modus dicendi.* Tertius modus dicendi arbitratur, ſupernaturalitatem conſiſtere in eo, quod formæ ſupernaturales ſecundum ſuam intrinſecam naturam ſunt participationes diuinæ eſſentiæ, & perfectionum diuinarum, ſecundum quod illæ in ſe ipſis ſunt. Allegatur pro hoc modo dicendi Ioannes Vincentius Aſturiſenſis in relectione de gratia Chriſti q. 1. fol. 34 & allegari poteſt Magiſter Curiel 1.2. q.100. art.1. dub.1. §.16. eum fuſe defendit nuper Thomiſta modernus, & probat primo authoritate S.Thomæ 1.2. quæſt. 110. articulo 1. & 2. ad ſecundum. *Ioãnes Vincentius Aſturiſenſis. Curiel. Albelda. Rationes pro eo.*

Secundo probat; quia perfectiones diuinæ, vt ſunt in ſe, ſunt ita ſupernaturales, vt ſuperent omnem naturam creatam, & creabilem; ergo res creata, quæ participant eum modum eſſendi, licet non ſecundum eminentiam, quã habent in Creatore; at exprimédo ſpecialiter eum modũ, erunt ita ſupernaturales, vt ſuperẽt omnem naturam creatam, & creabilem.

Tertio probat inductione in gratia, in lumine gloriæ, & in ceteris donis ſupernaturalibus. Nam gratia facit hominem conſortem diuinæ naturę, eſtq; prima participatio diuinarum perfectionũ, vt in Deo ſunt, quatenus per illam ordinatur homo ad videndum, & amandum Deum, fruendumq; illo, vt eſt in ſe, qui modus ſe Deo coniungendi ſolum competit ipſi Deo per eſſentiam; ergo gratia, quæ eſt prima ſupernaturalitas creata, eatenus ſupernaturalis eſt, quatenus eſt participatio expreſſa Dei ſecundum modum, quem in ſe habet. Idem eſt de fide, quatenus eſt participatio certitudinis diuinæ, quæ ſuperat omnem certitudinem cognitionis naturalis: nam innititur veritati diuinæ, vt eſt in ſe. Idem eſt de ſpe; quia reſpicit bonum diuinum ſub firmitate promiſsionis diuinæ. Idem deniq; de virtutibus per ſe infuſis directis per prudentiam; ſũt enim media per ſe ordinata ad conſequendam coniunctionem immediatam cum Deo, vt eſt in ſe per viſionem, & per fruitionem.

Hic modus dicendi, hoc videtur ſibi habere cómodi, quod per eum optime defendatur, ſubſtantiam nullam ſupernaturalem eſſe poſſe hac ratione; quia cum ſubſtantia ſit ens per ſe non poteſt ſpecificari per ordinem ad extrinſecum, neq; eſſe participatio perfectionis Dei ſecundum modum, qui in ipſo eſt; quoniam nec reſpicit Deum, vt obiectum, nec vt terminum, nec vt finem, a quo ſpecificetur; quia ſubſtantia, vt eſt ens per ſe, abſoluta eſt ab omni ordine ad extrinſecum; ergo ſi ſupernaturalis eſſet, in ſe ipſa talis eſſet perfectionis, qualis eſt ſubſtantia diuina, atq; adeo infinita, & æqualis Dei naturæ, quippe cum ea haberet ſpecialem proportionem, non habitudinis, vt dixi; ergo æqualitatis. 26 *Exiſtimãt, aptum eſſe ad negãdam ſubſtãtiam ſupernaturalẽ.*

Hunc modum dicendi non ſemel audiui in diſputationibus; numquam tamen eum potui penetrare. Doctrinas vero intellectu difficiles numquam amaui. Et in primis non intelligo, quid ſibi velit formas ſupernaturales, eſſe participationes diuinæ naturæ, & perfectionum, vt ſunt in Deo. Nam cum conſidero gratiam, & naturam diuinam, viſionem, & ſcientiam Dei, & ea inter ſe confero; video, naturam Dei eſſe per ſe, & a ſe ſine vlla dependentia ſubſtantialiter infinitam ſanctitatem: video etiam, gratiam ſanctificantem ita hominem ſanctum conſtituere, vt conſtituat accidentario, & cum dependentia ab omni genere cauſæ. Quapropter communis Theologia tenet, nullam creaturam vniuoce cum Deo conuenire, ſed tantum analogice. & licet gratia eam cum Deo habeat ſimilitudinem, quam deſcripſit modus dicédi; 27 *Refutatio. Quid eſſe participatio diuinæ naturæ, & perfectionum?*

at ſemper eſt inter illa inæqualitas analogica, quæ ſimilitudo cũ inæqualitate analogica etiã reperitur inter Deum,& alias res naturales.ex. gratia,ſubſtantia creata,& ſpiritualitas ſubſtantiæ, eatenus ſunt ſimilia diuinæ ſubſtantiæ ſpiritualis, quatenus ſunt entia per ſe, & eis debetur ſubſiſtentia: ſunt etiam primæ radices operationum, & perfectionum propriarum, nimirum ſcientiæ euidentis,& amoris Dei honeſtiſsimi; quia vero nullum eſt prædicatum vniuoce commune inter hæc, & ſubſtantiam ſpiritualem Dei; ideo creata ſubſtantia ſpiritualis non eſt participatio diuinæ ſecundũ modum,quem in ſe habet,ſed ſecundũ alium modum deficientem,& imperfectionibus plenũ.

28 Pari ratione, licet gratia diuinam adumbret naturam;ſimiliter viſio, fides, & ſpes, & alia, quæ expenduntur in modo dicendi; quia vero in ſuo modo eſſendi longe,infiniteq; diſtant a diuina natura propter rationes accidentis, & dependentiæ; neſcio, qua ratione dici poſsint participationes diuinarum perfectionum,vt ſunt in ſe.

29 Declaro hoc:ſi gratia cum diuina natura ſecundum propriam rationem quaſi vltimam conueniret vniuoce in prædicato,quaſi ſpecifico; item ſi viſio Dei, ſi fides, ſi ſpes, &c. ego bene intelligerem, qua ratione eſſent participationes diuinarum perfectionum, vt ſunt in Deo ſpeciali modo, quem non attingunt res naturales;at ſolum video,gratiam,& cetera dona cum formalibus perfectionibus diuinis cõuenire formaliter in quibuſdam prædicatis ſuperioribus: non autem conuenire formaliter in prædicatis proprijs,& quaſi vltimis Dei;ergo gratia nihil habere videtur, ratione cuius ſit ſpecialis participatio diuinæ naturæ, vt eſt in ſe.Imo ſi conferas fidem infuſam cum ſcientia naturali euidenti, hæc magis videtur conuenire,maxime ſi ſit actus comprehenſiuus cũ ſcientia Dei clara, & comprehenſiua, quam fides obſcura,minuſque Deo repugnare,quam hæc; ergo potius ſcientia illa dicenda eſſet participatio diuinæ ſcientiæ, vt eſt in ſe, quam fides.

30 Deniq; ſic ago contra hunc modum; perfectiones omnes diuinæ ſunt ſubſtantia, ſunt actus purus, ſunt entia a ſe,ſunt infinitæ, ſunt æternæ,ſunt immenſę:gratia vero,& dona ſunt accidens, ſunt formæ informantes, ſunt entia ab alio, ſunt finitæ, ſunt temporariæ, ſunt in loco limitato; ergo in nullo ſunt participationes diuinarum perfectionum, vt ſunt in Deo. Vrgeo,ais,in illis eſſe quemdam modum ſpecialem, per quem referunt Deum, vt eſt in ſe. Peto, quidnam ſit modus ille? an quid reale? an diſtinctum ab eſſentia earum? an indiſtinctum?an cum vniuoca conuenientia,cum ratione ſubſtantiæ diuinæ, cum ratione actus puri, cum ratione entis a ſe, cum æternitate, cum infinitate perfectionum diuinarum? an ſine vniuoca conuenientia? Non dices primum; quia eſt cõtra tuam doctrinam: ergo ſecũdum admittas nobis neceſſe eſt: ergo ea tua participatio cũ diuina perfectione nihil eſt.

31 *Mens S. Thom.* Nec huic modo dicendi ſuffragatur S.Thomas. Nam in eo art. 1.diſtinguebat dilectionem naturalem, & ſupernaturalem, atq; dicebat, hanc trahere creaturam rationalem ſupra conditionem naturæ ad participationẽ diuini boni,in quo nõ ſibi vult dilectionẽ noſtrã charitatis eſſe,vt eſt dilectio,qua Deus ſeipſum diligit, ſed diſtare a naturali dilectione, in eo quod eſt proportionata cũ diuina bonitate, & in eo,quod per illã meretur homo bonũ æternum, nimirum ipſum Deum. De gratia vero ſolum habet ibi hæc verba; *ſic igitur per hoc, quod dicitur homo gratiam Dei habere,ſignificatur quiddam ſupernaturale in homine a Deo prouenient*.In iis rem aſſerit indubitatam;alienam vero ab intento moderni.

In art.2.ad ſecundum optime probat;ex eo, quod gratia ſit ſupra naturam humanam, non poſſe eſſe ſubſtantiam comparatione illius,ſed neceſſario eſſe formam accidentalem ipſius animæ:cũ vero ſic ſcribit; *id enim,quod eſt ſubſtantialiter in Deo, accidentaliter fit in anima participante diuinam bonitatem; vt de ſcientia patet*, ſolum vult, in Deo eſſe ſubſtantialem ſanctitatem, in noſtra anima accidentalem, & per eam nos participare diuinam bonitatem, hoc eſt ad eã proximius accedere, aut per ius hereditarium,aut per merita,quæ in gratia fundantur,quatenus ijs titulis tandem aſſequimur Dei fruitionem.Nihil ergo S.Thomas habet è re huius moderni.

Secundum,& tertium argumentum manent ſine robore ex diſcurſu noſtræ impugnationis, per quem vidimus nihil ſolidi ſignificari,cum dicunt, formas ſupernaturales eſſe participationes diuinæ naturæ,& perfectionum, vt ſunt in Deo. 32 *Solutiones argumentorum.*

33 *Non defenditur, hoc modo non eſſe poſsibilem ſubſtantiã ſupernaturalem.* Id magis diſplicet in hoc modo dicendi, quod exiſtimet,eo ſterni viam ad defendendũ, ſubſtãtiam ſupernaturalem fieri a Deo nõ poſſe; quaſi vero ſubſtantia,licet in ordine ad ſubſiſtendum ſit ens per ſe, ſimul tamen non ſit ex ſua ipſa natura ordo tranſcendentalis radicalis ad potentias,ad operationes,& ad obiecta earum. Et pero ab aduerſario, ſi Deus concedere poſſet ſubſtantiam,cui connaturaliter deberetur aliqua ſanctitas, aliquod lumen, aliqua viſio Dei, aliquiſq; amor, & fruitio, non ne hæc ſupernaturalis eſſet? non ne participatio diuinæ naturæ ſubſtantialis ſecundum eum modũ eſſendi, quem habet in ſe, potiori ratione, quam

Digitized by Google

quam eſt gratia, quam eſt viſio, quam eſt charitas, &c? non ne denique illa haberet ordinem tranſcendẽtalem ſibi eſſentialem ad ſuam ſanctitatem, quam peteret ad ſuum lumen, ad ſuam viſionem, &c? ergo licet verus eſſet is modus dicendi, nihilominus non fieret ex eo, ſubſtantiam ſupernaturalem eſſe impoſsibilem. Prætermitto alios modos ab alijs excogitatos; quia leuioris momenti mihi videntur.

Caput III. *Statuo propriam ſententiam de ente ſupernaturali.*

34 *In cõiunctione mediata, aut immediata Dei, vt eſt in ſe cõſiſtit ſupernaturalitas.*

EXPVGNATIS aliorum ſententijs; dico ergo, rationem entis ſupernaturalis conſiſtere in connexione, quam ens ſupernaturale propter perfectionem ſupernaturalitatis petit habere cum Deo, vt eſt in ſe, aut immediate, aut mediate, aut vt effectus coniunctionis immediatæ. Cum dico *connexionem*, & intelligo phyſicam, & intentionalẽ; etenim duplex eſt vnio cum Deo immediata, vt eſt in ſe, altera phyſica, nimirum vnio naturæ creatæ ad perſonam Diuinam; altera intentionalis, nimirum viſio Dei, amor, & fruitio, quæ tantum vnit creaturam cum creatore, vt cum obiecto immediate, & in ſe, & cum proportione ad Dei naturã. Cũ vero dico *aut mediate*, intelligo omnes actus, & habitus per ſe virtutũ infuſarũ, quæ ordinantur ad Deum immediate intentionaliter coniungendum cũ creatura modo proportionato. Deniq; cum dico, *aut vt effectus cõiunctionis immediatæ*, intelligo, aut dotes corporis glorioſi, aut alia accidentia materialia ſupernaturalia, quæ ſubſequuntur viſionem beatam. Itaq; totus ordo ſupernaturalis conſiſtit, aut in coniũctione immediata cum Deo, aut in reſpectu, & ordinatione ad cõiunctionem, aut in effectu manante ab ipſa.

35 *Probationes.* Concilium Arauſ. & Trident.

Concluſio hæc ſic explicata probatur primo ex doctrina Concilij Arauſicani 2. & Tridentini de *iuſtificatione* ſeſsione 6. etenim vtriuſq; Concilij Patres adſtruunt liberum arbitrium adeo fuiſſe attenuatum per peccatũ, vt ſine ſpeciali adiutorio gratiæ non poſsit credere, aut diligere Deum, prout oportet ad obtinendam iuſtificationis gratiam, & æternam ſalutem. Vbi ponderanda eſt illa particula *prout oportet*. Nam in ea definitur indigentia gratiæ, & inducitur ordo ſupernaturalis, vt cõdiſtinctus a naturali: nam credere, ſperare, atque diligere Deum vt cumq; per naturam poſſumus; non tamen poſſumus prout oportet. Ergo ordo ſupernaturalis, ad quem natura non poteſt, ſignificatus, & inductus fuit in illa particula contra Pelagianos, & Semipelagianos, quatenus negabant indigẽtiam gratiæ. Atqui quid quid cõtinetur in ea particula *prout oportet* ordinatur, aut vt meritum, aut vt diſpoſitio ad gratiam iuſtificantem, & vitam æternam; ergo totus ordo ſupernaturalis cõſtitui a nobis debet in coniunctione mediata, aut immediata, & proportionata cum Deo.

Secundo probo; quia gradus ſupernaturalitatis eſt perfectior in ea ratione omni gradu 36
contento intra naturam; ergo a nobis cõſtitui debet in perfectione eleuatiori ex ijs, ad quam non repugnat natura; ſed perfectio eleuatior ea eſt, qua creatura coniungitur immediate, & proportionate cum creatore, non qua coniungitur cum altera creatura; ergo ordo ſupernaturalis in ordine ad prædictam connexionem immediatam a nobis intelligendus eſt. Id maxime hoc confirmat, quod ita intellexiſſe videtur Aug. de prædeſtinatione Sanctorũ cap. 15. Aug. Vbi agens de perfectione vnionis hypoſtaticæ, ait, *eſſe tantam, tam excelſam, & tam ſummam ſubuectionẽ naturæ humanæ, vt quo attolleretur amplius, non haberet; ſicut pro nobis ipſa diuinitas quouſq; ſe deponeret humilius non habuit.* Ergo S. Aug. intellexit ſupernaturalitatẽ vnionis hypoſtaticę per euectionem naturæ humanæ in ordine ad terminum omnium excellentiſsimum, nimirum Deum. Sic etiã nos edocti doctrina Auguſt. cetera ſupernaturalia, quibus euehitur noſtra natura ad amicitiam cum Deo, ad coniunctionem, & fruitionem Dei, ad meritum coniunctionis, explicare debemus in ordine ad perfectiſsimam coniunctionem cum Deo, qui eſt terminus nobiliſsimus ex excogitabilibus.

Tertio probo a priori: nam hæc accidentia 37 *Ratio a priori.*
ſupernaturalia ſuam perfectionem, qua res naturales ſuperant, non ſumunt a ſubiecto, in quo ſunt, vt conſtat: nec ſumunt a rebus naturalibus, vt a terminis, & obiectis; ergo mediate, aut immediate ſumunt a Deo ipſo, vt eſt in ſe, ad quem tendunt, & ordinantur ex natura ſua.

Dices: viſio, & amor donorum ſupernaturalium ſunt actus ſupernaturales: ſed illi ſumunt ſuam ſpeciem ſupernaturalem ab ipſis donis, quæ reſpiciuntur, vt obiecta; ergo non a Deo, vt eſt in ſe. Reſpondeo, diſtinguendo conſequens: *non a Deo vt eſt in ſe immediate*, concedo: *non a Deo vt eſt in ſe mediate*, nego. Nam idem dicendum eſt de ijs actibus, quod diximus de virtutibus moralibus infuſis, nimirum

mirum ideo actus ſupernaturales eſſe ; quia procedunt, & a principio ordinato ad immediatam, & proportionatam coniunctionem cũ Deo, & terminantur ad obiectum ad eamdẽ cõiunctionem obiectiue ordinatũ: etenim nec viſio, nec amor horũ donorũ, nec virtutes infuſæ ſupernaturales eſſent, ſi huiuſce perfectionis, & excellẽtiæ principia, & obiectã nõ haberent.

38 *Obiectiones.*

Obiectiones quædã modo diluendæ. Prima eſt de Characterib⁹ baptiſmi, & cõfirmationis, qui accidẽtia ſupernaturalia ſunt; & tamẽ non videntur ordinari ad immediatã coniunctionem cũ Deo; ergo noſtra ratio adæquata eſſe nõ poteſt. Reſpõdeo, negãdo minorẽ. Nã Characteres ij ordinantur ex propria ratione ad fidẽ Chriſti, & moraliter cõnectuntur cum illa: ſunt enim ſigna ſpiritualia chriſtianæ profeſsionis, ac militiæ: fides vero ex ſe ordinatur ad claram Dei viſionem, vt conſtat, & in hac vita meretur illam, ſi cetera ad meritum requiſita adſint. Idẽ dicendũ de Charactere ordinis, per quem deputatur Sacerdos ad transſubſtantiãdum corpus Chriſti, vt id ordinatur ad Sacramentum Euchariſtiæ, & hoc ad nutriendam animam cibo ſpirituali gratiæ.

Character Baptiſmi, & confirmationis quare ſint ſupernaturales.

De Charactere ordinis.

39 Secunda obiectio eſt; modus exiſtendi indiuiſibiliter corporis Chriſti Domini in Sacramẽto Euchariſtiæ, & modus perſeitatis accidẽtiũ eiuſdẽ Sacramẽti ſunt modi ſupernaturales: & tamẽ ex propria ratione nõ ordinãtur ad cõiunctionẽ immediatã cũ Deo, vt eſt in ſe; ergo ratio noſtra explicandi non eſt adæquata.

Quid ſupernaturalitas Phyſica, & Theologica.

Reſpõdebit aliquis diſtinguẽs ſupernaturalitatem quaſi Phyſicam a Theologica, quã Patres, & Cõcilia ex ſcripturis aduerſus Pelagiũ adſtruxerunt, & dicet, hos modos eſſe tantum phyſice ſupernaturales, nec opus eſſe entia ſupernaturalia tantũ phyſice ordinari ad cõiunctionẽ immediatã cũ Deo, ſed tantũ Theologice ſupernaturalia. Verũ reſpõſum hoc nõ ſatiſfacit. Nã eo nõ explicatur adæquata ratio ſupernaturalitatis, & reſtat illi explicãda ratio communis ijs entibus ſupernaturalibus Phyſice, & Theologice, quã difficile inueniet, & difficilius huius doctrinæ fixa principia deſignabit.

Authoris ſolutio.

40 *Accidẽtia Euchariſtica nõ exiſtunt poſitiuè.*

Reſpõdeo ergo, accidentia Euchariſtica non exiſtere per ſe modo poſitiuo ſupernaturali, ſed tantum negatiue, videlicet per negationẽ dependentiæ, & informationis a ſubiecto per ſe exiſtentia conſeruari mutata actione, per quam ante transſubſtantiationem cõſeruabantur: hæc enim, per quam modo conſeruantur, ſpectat ad creationem, quæ dat eſſe rei ſine dependentia a ſubiecto, illa ad generationem, quę dat eſſe rei cum dependentia. Quod ſi quis defendere velit, eſſe modum poſitiuum, neget eſſe ſupernaturalem in ſua ſubſtantia, & habebit fundamentum in P. Vazq. tom. 2. in primã partem diſp. 224. cap. 4. n. 23. & 34. & in non contemnenda ratione. Nam modus exiſtendi indiuiſibiliter naturæ Angelicæ perfectior eſt eo modo; implicat vero, cum cõparatio ſit inter duos modos naturalem eſſe perfectiorẽ ſupernaturali, vt per ſe cõſtat: nam, licet ſubſtantia naturalis ſimpliciter perfectior eſſe poſsit, quã accidens ſupernaturale, vt ſubſtantia Angelica ſimpliciter perfectior eſt accidentibus ſupernaturalibus, vti docent noſtri ſcriptores P. Molin. 1. part. q. 12. art. 5. diſp. 2. §. 2. P. Suar. tom. 2. metaphyſ. diſp. 32. ſect. 2. num. 32. P. Vazq. 1. part. diſp. 214. cap. 3. ad finem. P. Fonſec. 7. metaphyſ. cap. 1. q. 2. ſect. 4. concluſione ſecunda. At cum comparatio ſit inter duos modos, inter duo accidentia proportionata ſemper res ſupernaturalis perfectior eſt naturali. Idẽ, quod diximus de modo perſeitatis accidentium, dicendum eſt de modo exiſtendi indiuiſibiliter corporis Chriſti, nimirum ita exiſtere per modum poſitiuum naturalem in ſua ſubſtantia: nam ille minus perfectus eſt, quam modus indiuiſibiliter exiſtendi Angelicæ naturæ; & ſupernaturalitas, quã habet extrinſeca eſt. Denique de modo exiſtendi indiuiſibiliter animæ Chriſti naturalem eſſe in ſua ſubſtantia, indubitatum eſt. Ad hæc, nec ijs opus eſſet ad diluendum arguentum: quoniam præſentia Chriſti Domini in Euchariſtia ordinatur ad conſtituendum excellentiſsimum Sacramentum, quod in ſe continet authorem, & fontem gratiæ, & eo fine ibi collocatur per talem modum, vt conferat legitime ſuſcipientibus tale Sacramẽtum, copioſam gratiam, ac ſubinde habet præſentia Sacramentalis, vnde habeat ſupernaturalitatem, & ordinetur ad coniunctionem immediatam cum Deo.

Licet modus eſſet poſitiuus, nõ eſſet ſupernaturalis. P. Vazq.

Angelus accidente ſupernaturali perfectior. P. Molin. P. Suar. P. Vazq. P. Fonſec.

De modis exiſtẽdi indiuiſibiliter in Euchariſtia animæ, & corporis Chriſti Domini.

41 *Actio cæco viſum reſtituens nõ eſt quoad ſubſtantiam ſupernaturalis.*

Tertia obiectio: actio, per quam reſtituitur viſus cæco, ſupernaturalis eſt in ſua ſubſtantia, & tamen nõ ordinatur ad vnionẽ immediatam cum Deo; ergo, &c. Reſpondeo, negando minorẽ; nã actio illa, nec ex principio, nec ex termino poteſt habere ſupernaturalitatem, & licet in natura nõn ſit agens, quod eam actionẽ poſſit elicere: non tamen hoc ſufficit ad ſubſtãtialem ſupernaturalitatem. Nam alias productiones cœlorum, & omnes creationes ſupernaturales eſſent, quod eſt abſurdũ, ſed vlterius requiritur ad ſupernaturalem actionẽ quoad ſubſtantiam, vt Deus operetur omnipotentia ſua, vt continet ſupernaturalia, hoc eſt, vt cõtinet res, quæ ex natura ſua ordinantur ad immediatam, & proportionatam cõnexionem cũ Deo, vt eſt in ſe. Cum ergo dicimus, reſtitutionem illam oculi cæci ſupernatnralem eſſe quoad modum, nõ eſt ſenſus, modalem illam entitatẽ actionis eſſe ſupernaturalẽ intrinſece, ſed tantum modũ reſtituẽdi, quatenus eſt ſupra vires agen

tium

Digitized by Google

tium creatorum, ſupernaturalem extrinſece, & comparatiue, aut ſecundum quid denominari poſſe.

42 Quarta obiectio; res omnes creatæ habent eſſentialem ordinem depēdentiæ ad Deum, vt efficientem, & ad ipſum, vt finem? ergo connectuntur cum ipſo immediate ſecundum has rationes; atqui non propterea ſunt ſupernaturales: ergo ſupernaturalitas conſiſtere non poteſt in ordine connexionis ad Deum.

Ad hanc obiectionem diuerſimode reſponderi poteſt Ego vno verbo diſtinguo de connexione; non conſiſtit ſupernaturalitas in connexione nimis extrinſeca, & quæ non eſt poſſeſsio Dei, concedo; in connexione, quæ vltra hāc eſt intrinſeca, & ſimul poſſeſsio ipſius Dei, & comprehenſio illius, nego. Primam illā habent omnes creaturæ, vt creaturæ ſunt; hæc ſecunda ſolum eſt, aut per vnionem phyſicam ad aliquam ex diuinis Perſonis, quæ & intrinſeca eſt, & ſanctificatio, & connexa cum gloria eſſentiali, imo & creaturam perfundit Deitate, aut etiam per viſionem, & amorem, quæ licet phyſice extrinſeca ſit; intentionaliter vero eſt quam maxime intrinſeca, eſt adeptio vltimi finis, & ſatietas ſupernaturalis creaturæ intellectualis. Cum hac excellentiſsima quid cōmune habet illa prior? hæc ergo, & quidquid ad eam ordinatur conſtituit ordinem ſupernaturalem, non illa.

43 Vltima obiectio: licet verum ſit, rationem entis ſupernaturalis horum accidentium conſiſtere in ratione nobis explicata; at non videtur limitandus totus ordo ſupernaturalis poſſibilis ad hanc rationem; quare enim Deus in rebus naturalibus varios cōdidit ordines, quos poſt Ariſt. Philoſophi digeſſerunt ad decem capita, & prædicamenta: & non poſsit in ordine ſupernaturali varios ordines ſub ea amplitudine conſtituere? maxime cum quo res eſt perfectior, eo maiorem habeat amplitudinem: atqui ordo ſupernaturalis perfectior eſt ordine naturali; ergo, &c.

Philoſophus prudēs ex his, quę nouit, debet de poſsibilibꝰ philoſophari.

Reſpondeo, vt optimi, & ſolidi philoſophi eſt ex rebus, quas per ſenſus nouit, haurire per diſcurſum intellectus naturā earum, & inde fixa principia depromere, atque rationem ſolidam philoſophandi ſtatuere. Ita etiam prudentis Theologi eſt ex ijs, quæ in ordine ſupernaturali a Deo reuelata nouit, venari naturas communes, & eſſentias, atque ex firmo reuelationis fundamento principium firmum ſtatuere. Id nos facere conati ſumus: non autem mentis noſtræ eſt limitare ad ea omnipotentiam Dei, neque ſine fundamento negare plus vltra non poſſe in ordine ſupernaturali. Verum nec poſſe temere affirmandum eſt ſine principio, ſine authore, ſine ratione: ſatius ergo eſt, fateri noſtram ignorantiam in hac re. Aduerte hunc noſtrum modum dicendi nihil etiam ſuffragari ſententiæ communi neganti, poſsibilem eſſe ſubſtantiam ſupernaturalem, de quo puncto, qui eſt principaliter intentus in noſtra diſputatione, inſtituo cap. 4.

Is noſter modus dicendi non aduerſatur ſubſtātiæ ſupernaturali.

Caput IIII. *Sententia negans, & diſcutio rationes negandi.*

44 SENTENTIA negans poſsibilem eſſe ſubſtantiam ſupernaturalem, eſt communiſsima inter Thomiſtas, & noſtros ſcriptores. Eam docuit S. Thomas in hoc art. 5. ad 3. & q. 4. de *malo* art. 1. ad 14. & q. 8. de veritate art. 3. & in 4. diſt. 49. q. 2. art. 6. & 3. contra gentes cap. 52. Thomiſtæ antiqui ſequuntur Magiſtrum vno agmine. Ex Recentioribus videri poſſunt Aluarez de auxilijs lib. 7. diſp. 69. & Albelda in hunc art. 4. diſp. 26. Ex noſtris vide P. Vazq. hic diſputatione 45. cap. 1. in cuius numero 3. appellat curioſos, & plus æquo de rebus inquirentes eos, qui rem hanc in controuerſiam adducunt: cum tamen ipſe in nouis eruendis ſterilis non fuerit. Et P. Valent. 1. part. q. 12. puncto 3. & P. Salas 1. tom. in 1. 2. q. 3. tractatu 2. diſp. 3. ſect. 2. n. 10. Vbi vſque ad ſatietatem cumulat ſanctos, ſcholaſticos, & rationes ſcholaſticorum; non vero premit. Animus mihi eſt ex efficacioribus quaſdam diſcutere. Et P. Arrub. hic diſp. 22. cap. 2. & P. Suar. tom. 1. in 3. partem diſp. 31. ſectione 6. §. 3. *Nam quando*, & 1. part. lib. 2. de attributis negatiuis cap. 9. Quis vero a tam concordi grauiſsimorum Theologorum ſententia diſcedere auſit? Nihilominus de hac re iudicium poſt diſcuſsionem fero. Et in primis hęc ſententia communis fundari non poteſt in modis dicendi relatis cap. 2. erga rationem entis ſupernaturalis. Vt ibi animaduerti; neque etiā in noſtro modo dicendi relato, & confirmato cap. 3.

S. Thom. Aluarez. Albeld. P. Vazq. P. Valent. P. Salas. P. Arrub. P. Suar.

Diſcutiuntur rationes efficaciores.

45 Et primo probari ſolet, quod hæc ſententia eſt magis conſona ſacris litteris, in quantum ex eis conſtat, vitam ęternam eſſe gratiam Dei, atque Deum inhabitare lumen inacceſsibile, hoc eſt, eſſe diuinum in tā excelſo gradu conſtitutum eſſe, vt nulla creatura poſsit per vires proprias illud intuitione aſſequi: quod ſi alicui ſubſtantiæ poſsibili viſio Dei eſſet connaturalis, vita æterna comparatione eius non eſſet gratia,

Argumentum ex modo loquendi Scripturæ.

Digitized by Google

gratia, nec Deus lucem inhabitaret inacceſsibilem.

Nō vrget. Argumentum hoc non contemnendum eſt, ſed quod non vrget. Nam Paulū loqui in vtroque teſtimonio, tum comparatione hominum, tum etiam de beatitudine, quæ de facto datur iuxta hanc ſtatutam prouidentiam, mihi indubitatum eſt. Vide quæ dixi diſp. 36. cap. 1. Denique etiam ſi ſubſtantiæ creabili connaturalis eſſet viſio, quæ eſt vita æterna; nihilominus gratia dici poſſet nō formaliter cōparatione eius ſubſtātiæ, ſed radicaliter, in quātū ſine vllo merito eius creaturæ eam conderet Deus.

46 *Ratio a poſteriori.* Secundo probari ſolet a poſteriori ex eo, quod ex ijs, & alijs teſtimonijs conſtat, nullam creaturam ex effectis habere vires naturales ad videndum Deum; id autem ſolum prouenire poteſt ex imperfectione intrinſeca ſubſtantiarum creatarum, quatenus infinite diſtant a diuina immaterialitate; tum propter compoſitionem accidentis, & ſubſtantiæ, naturæ, & ſubſiſtētiæ; tū propter limitationē naturæ ſpecificæ, quæ a diuina infinita diſtat infinito interuallo: ſed in quacumque ſubſtantia creabili neceſſario inſunt eædemmet imperfectiones: nam quantumuis ſubſtantia perfectior, atque perfectior a Deo creetur, duplici illo modo compoſita erit, & natura eius limitata, & infinite diſtans a Deo, quatenus inter ipſam, & Deum perfectiores, & perfectiores ſine vltima ſubſtantiæ creari ſemper poſſunt; ergo ob eādem rationem, ob quam creatę ſubſtantiæ videre Deum per naturam non poſſunt, neque etiam creabiles.

P. Suar. Probare intentum iudicant. alij. Hoc argumentum valde probabile eſt apud P. Suar. vt ipſe teſtatur vbi ſupra n. 2. expendens Angelum conſtitutum eſſe in primo ordine ſubſtantiarum intellectualium poſsibiliū, & proxime ad eum accedere; atque adeo aliū ordinem ſuperiorem creabilem non eſſe. Suffragatur doctrina *S. Thom.* S. Thomæ 1. p. q. 50. art. 1. aientis; ad perfectionem vniuerſi pertinere, vt cōſtet rerum omnium gradibus, & ordinibus; quod ſi poſsibilis eſſet ſubſtantia, cui eſſet cōnaturalis viſio illa, ad alium ordinem ſuperiorem ſpectaret, nimirum ſupernaturalem, deſideraretur que in vniuerſo is ordo longe pulchrior toto vniuerſo, quod ſine imperfectione aliqua in conditore vniuerſi contingere non poſſe videtur. Ergo ſignum eſt, nullam ſubſtantiam creari poſſe, cui ſit viſio Dei connaturalis.

P. Arrub. Hoc etiam argumentum magni fit a P. Arrub. Vbi ſupra n. 6. & confirmat in hunc modum; quia ea ſubſtantia poſsibilis quantumuis perfecta haberet quidem infra viſionem Dei cognitionem ipſius Dei ſuæ naturæ proportionatam abſtractiuam, hoc eſt, ex intuitione perfectiſsimarum creaturarum depromptam, quæ ſane tanto eſſet perfectior ceteris cognitionibus abſtractiuis Angelorum, qui conditi ſunt, quanto natura eius naturas eorum in perfectione ſuperaret; atqui non eſſet connaturalis viſio Dei, imo neque eſſe poſſet, quando quidem tota perfectio eius naturæ contenta eſſet ea cognitione infra viſionem Dei ſibi proportionata.

Hæc bene excogitata ſunt, verum non conuincunt intentum. Fateor, in naturis creatis ex imperfectione eis negari potentiam ad videndum Deum per naturam; non vero ex limitatione in perfectione. Nam alias hoc argumento fieret, nec nos, nec Angelos, & ſi gratia inſtructos, & lumine gloriæ roboratos poſſe videre Deum quandoquidem complexum ex natura, & gratia, ex intellectu, & lumine gloriæ limitatæ perfectionis eſt. Porro fateor, etiam omnem ſubſtantiam creabilem obnoxiam eſſe ei duplici compoſitioni. Nam, vt demonſtrabo, (Deo dante,) in tractatu de Angelis, nulla creatura fieri poteſt, quæ per ipſam ſubſtantiam intelligat, & amet. De ſubſiſtentia, an neceſſario in omni creatura ſit modus diſtinctus a natura? res eſt minus certa, quippe nec omnino conſtat, eſſe modum poſitiuum. Sed hoc etiā admitto. Nego vero, ex ijs fieri nulli ſubſtantiæ ex poſsibilibus eſſe viſionem Dei connaturalem; nam ſi nihil obſtante ea compoſitione, tantum creſcat in perfectione ſubſtantiali, quantum neceſſarium eſt ad videndum Deū, ipſi erit viſio connaturalis; quemadmodum noſtræ animę inſtructæ gratia, & lumine propter incrementum perfectionis eſt viſio connaturalis, nihil impediente ea duplici compoſitione; imo & maiori, nihil etiam impediente limitatione perfectionis. Quare ergo aliqua ex poſsibilibus ſubſtantijs accipere a Deo non poſsit ſubſtantiale perfectionis incrementum ſimile huic accidētario, per quod videat Deū; & ſimul ſit ſubſtantia finita, & compoſita? Is eſt totus difficultatis cardo, & re vera numquam demonſtrari videtur hoc repugnare, & propter repugnantiam negandam eſſe omnipotentiæ Dei hanc gloriam: imo & non repugnare, & concedendam eſſe, vrgentius oſtendere videntur rationes a nobis cap. 1. propoſitæ. Id non poſſum non animaduertere, hanc rationē magis directe probare a nulla creatura ſic cōpoſita videri abſolute Deum non poſſe, non tantum per naturam, ſed neque per gratiam, quippe gratia accreſcens, nihil minuit de compoſitione: hoc vero cōtra fidem eſt. Vide diſp. 36. cap. 1.

47 *Author nō conuincere intētū.*

48 *Diſcrimen inter accidens. & ſubſtātiā.* Dices, diſcrimen eſſe inter ſubſtantialem, & accidentalem perfectionem. Nam accidentia dantur ſubſtantiæ, vt eam perficiant, & compleant

Digitized by Google

pleant in virtute operandi: at ſubſtantia non ſubit hoc munus, ſed per ſe ſubſiſtens eſt.

Eneruatur. Sed contra: hoc tantum probat, non ita iuuari poſſe ſubſtantiam per ſubſtantiam, vt iuuatur per accidens, maxime in modo iuuaminis, quod non nego: non autem probat, non poſſe condi ſubſtantiam ita perfectam in ſe ipſa, vt æquiualeat in perfectione perfectioni compoſitæ ex altera ſubſtantia, & accidenti, ita vt ſimplex cum ſit in ſua natura, eminenter contineat totam perfectionem eius complexi, vt expendebam cap. 1. argumenta pro ſententia affirmante proponens.

49 *Deus non produxit omnes rerũ gradus.* Minus habet roboris confirmatio Patris Suar. iuncta doctrina S. Thomæ. Fateor, perfectiorem gradum conſtituere eam ſubſtantiã, ſi poſsibilis eſt: at quis cogat, Deum de facto producere omnes gradus, quos ipſe nouit cõtineri in theſauris ſuæ omnipotentiæ? vt enim inter Angelum perfectiorem, & Deum eſt infinita diſtantia, atque Deus prætermiſit creare ſuperiores, & ſuperiores in infinitum creaturas; quia ita voluit ob fines ſibi notos honeſtiſsimos: & vt inter ſanctitatem perfectioris creaturæ, & ſuam eſt infinita diſtantia, atque prætermiſit Deus condere ſanctiores, & ſanctiores creaturas; quia voluit ob honeſtiſsimos fines ſibi notos ſine aliqua imperfectione in cõditore; & ſic de alijs orbibus, & corporibus cæleſtibus, quæ non produxit, cum poſsit: ita etiam de hac noſtra ſubſtantia dicendum eſt.

50 *P. Arrub. Dei ſimul duplex cognitio, & abſtractiua, & intuitiua.* Neque etiam intentum conuincit ponderatio Patris Arrubal. Nam, vt in beatis modo duplex eſt cognitio Dei: altera intuitiua: altera abſtractiua per ſcientiam infuſam: vtraque cõnaturalis, licet viſio perfectior ſit cognitione abſtractiua: item in anima Chriſti Domini: ita etiam ei ſubſtantiæ poſsibili duplex cognitio poterit eſſe connaturalis; altera quidem intuitiua Dei; altera abſtractiua ex comprehenſione creaturarum deprompta, & maxime ex comprehenſione ſuæ naturæ; quia omnium perfectior eſt: non ergo eſſet cõtenta notitia abſtractiua Dei infra viſionem, vt ſupponitur a P. Arrub. non autem probatur.

51 *Tertia probatio.* Tertio probari ſolet a Thomiſtis ex ſuis principijs, nimirum Deum videri non poſſe, niſi eſſentia diuina vniatur intellectui in ratione ſpeciei intelligibilis; ſed repugnat, quod aliquis intellectus creatus, aut creabilis petat ſibi vniri eſſentiam diuinam in ratione ſpeciei intelligibilis: ergo, &c. Hoc vtitur argumento *Aluarez.* Magiſter Aluarez vbi ſupra n. 6. *Vrgetur.* Sed quia fundatur in principio minus probabili de impoſſibilitate ſpeciei impreſſæ creatæ, vt diximus diſp. 40. per totam, ac maxime cap. 8. *P. Suar.* P. Suar. vbi ſupra n. 11. ſic premit argumentum: licet poſsibilis ſit ſpecies impreſſa pro Deo videndo: at viſio Dei eius naturæ eſt, vt petat primario produci non ab ſpecie impreſſa poſsibili, ſed ab ipſo Deo immediate, quod ſufficit ad vim argumenti: quia impoſsibile videtur, creaturam propter ſuam perfectionem petere ipſum Deum immediatum effectorem ſuæ viſionis, vt cauſam particularẽ. Vide, quę de hac re a nobis dicta ſunt diſp. 42. cap. 3. Vrget deniq; quia licet viſio Dei peteret produci ab ſpecie impreſſã; at impoſsibile eſt, quod ea ſit cõnaturalis, & proportionata creabili ſubſtantiæ, ſi quidem connaturalis, & proportionata eſt immaterialitati diuinę infinitę diſtãti ab omni creata perfectione: ergo, &c.

Hoc argumentum, ſi quid habet difficultatis, eam habet, vt expenditur a P. Suario, non vt proponitur a Thomiſtis. Sed nec vt illud preſſit P. Suarez, difficile mihi videtur. 52 *Soluitur.* Primo; quia vniri eſſentiam Dei per modum ſpeciei, non eſt illam exercere aliquod munus formæ comparatione intellectus, vt ſatis conſtat ex dictis diſp. 41. cap. 2. & ſequentibus; ſed ſolum eſt in genere cauſæ efficientis ſubrogari loco ſpeciei ſecundum influxum effectiuum tantũ, non ſecundum informationẽ: *Nõ repugnat, creaturam petere eſſentiã Dei cooperantẽ per modũ ſpeciei.* in eo vero, quod aliqua creatura propter nobilitatem ſuæ naturę, & effectus producendi petat Deum cooperatorem, nihil video incommodi, imo de facto ita contingit in intellectu perfuſo lumine gloriæ. Quoniam ſecundum principia Thomiſtarum ipſum lumen, & eſt diſpoſitio ad coniungendam eſſentiam Dei cum intellectu, quod a nobis refutatum eſt diſp. 45. cap. 2. & petit Deum cooperatorẽ. Vt ergo complexum illud ex intellectu, & lumine ſine incommodo petit Deum ipſum particulariter influentem; quare ſubſtantia illa, quæ & æquiualenter, & eminenter eam complexi totius perfectionem continet, non poſsit id ipſum petere ſine incommodo?

Deinde licet viſio hæc, quæ proficiſcitur a lumine gloriæ, petat eſſentiam Dei, vt cõprincipium loco ſpeciei: at viſio illa, quæ efficeretur ab illa ſubſtantia poſsibili, quamque ſuppono actione ſpeciẽ diſtincta producẽdã; imo, & ipſam fore ſpecie diſtinctam propter eſſentialem ordinem, & principium ſpecie diſtinctum, nec peteret eſſentiam Dei, nec hanc ſpeciem, quæ eſt lumini proportionata, ſed aliam, quæ eſſet connaturalis ipſi ſubſtantiæ.

53 Vltima denique confirmatio facile diluitur; quia ſi qua eſt repugnantia, vt ſubſtantia creabilis Deum videat, ea fundari debet in perfectione eleuata Dei, quæ eſt prima radix improportionis: non autem in natura ſpeciei. Nã ſpecies impreſſa, quam poſsibilem eſſe docet rationabilior ſentẽtia, ſimul proportionata eſt Deo in ratione obiecti, & intellectui perfuſo

lumine

Digitized by Google

lumine gloriæ in ratione entitatis; ergo pari ratione ſubſtantia illa creabilis petere poterit ſpeciem impreſſam pro videndo Deo, quę ſimul ſit proportionata ipſi in eſſe rei, & Deo quantumuis immateriali in eſſe obiecti.

54 *Quarta probatio difficilior ex peccabilitate omnis creaturæ.* S. Thom. Aug. Gregor.

Quartum argumentum, quo omnes vtuntur, & videtur difficilius, ita ſe habet: nulla ſubſtantia creabilis eſt impeccabilis ex natura ſua: omne enim, quod ex nihilo productum eſt, peccabile eſt. Vide S. Thomam 2. lib. ſententiarum diſt. 34. q. 1. art. 3. ad 4. & Auguſtinum lib. 2. de vitijs, & concupiſcentijs cap. 28. Gregorium 25. moralium cap. 5. Qui omnes concordāt in ea propoſitione. Sed ſi poſsibilis eſſet ſubſtantia, cui eſſet connaturalis viſio Dei, ea eſſet impeccabilis. Ergo non eſt poſsibilis. Maior propoſitio probatur primo hac ratione a priori. Quia connaturale eſt omni creaturæ intellectuali proponere obiecta indifferenter, vt ipſa ſunt in ſe, nimirum repræſentando ſimul rationem boni, & mali, hoc eſt, honeſtatem coniunctam cum delectabilitate. Itē omnis creatura hoc ipſo ſubiecta eſt legi æternæ, & naturali, atque poteſt deficere violando legem remorata a difficultate rei præceptæ; ergo peccabilis eſt. Secundo probatur maior; quia, ſi ea ſubſtantia eſſet impeccabilis per naturam, tam pugnaret cum illa peccatum, quā cum gratia; hoc vero eſt abſurdum; quia repugnat, ſubſtantiam deſirui per contrarietatem cum peccato, ſicut deſtruitur gratia: ergo, &c. Tertio probatur; quia gratia, & æterna beatitudo eſt præmium meritorum: quoniam eſt vltimus finis, ad quem creatura intellectualis ſe exercens in operibus liberis, peruenit per merita, aut illo priuatur per demerita; ergo nec gratia, nec æterna beatitudo eſſe poſſunt connaturales alicui creaturæ.

55 P. Suar. *Satisfactio aliquorum.*

P. Suar. eo cap. 9. n. 6. attingens hanc difficultatem duo reſpondet. Primum, argumentū hoc procedere ex fide creditis; non vero conuincere in ratione ſtando. Secundum, ei creaturæ deberi quidem viſionem: conferendam tamen poſt aliquod tempus viæ, in quo poſſet peccare, & poſtea conferri ſpeciem, & viſionem iuxta diſpoſitionem authoris naturæ.

56 *Nō eſt ſufficiens.*

Sed hoc non ſatisfacit: nam ſi ſubſtantia illa ratione perfectionis ſubſtantialis contineret æquiualenter, aut eminenter omnem perfectionem, quæ eſt in complexo ex natura, & gratia, & ex intellectu, & lumine gloriæ, ipſa per ſuam naturam eſſet recta in ordine ad Deum authorem ſupernaturalem, & dilecta a Deo amore amici, & filij, atque ipſa creatura neceſſario primo inſtanti eum videret, & diligeret, eique indenda eſſet ſpecies pro Deo videndo: ſicut induntur Angelis ſpecies rerum naturalium in primo inſtanti, alias pateretur violētiam a ſuo authore.

Quapropter ego iudico, ex cōceſsione ſubſtantiæ ſupernaturalis poſsibilis inferri illam a natura impeccabilem eſſe, negari non poſſe: an vero hoc abſurdum ſit, nec ne? in dubium vocari poteſt. Fere omnes, quos legi, abſurdum putant, inducti probationibus quarti argumenti. Nitar tamen aliquid eis reſpondere, vt conſtet quantum, abſurdi contineant. Diſtinguo ergo maiorem propoſitionem principalis argumenti: *nulla ſubſtantia creabilis, ſi naturalis eſt, eſt impeccabilis ex natura ſua*, concedo: & in ea verum habet, quod ſancti dicunt, omne, quod eſt ex nihilo, peccabile eſt: ipſi enim agebant de omni, quod eſt ex nihilo producto iam, & producibili ſecundum eumdem gradum: nec enim curabant, an ſit poſsibilis alius ſubſtantiæ gradus, qui ſimul eſſet ex nihilo, & impeccabilis. *Nulla ſubſtantia creabilis, ſi ſupernaturalis eſt ex natura ſua, eſt impeccabilis*, nego. Ad primam probationem fateor, eā ſibi propoſitum iri indifferenter omnia obiecta, prout in ſe ſunt ſecundum rationem boni, & mali; nam omnia creata comprehenderet: nego autem, peccabilem fore; quia impediretur duplici titulo a commiſsione peccati, tum propter naturam ſuam eſſentialiter ſanctam, & ſi limitata ſanctitate, tum propter viſionem Dei: nam ad hæc neceſſario ſequitur impeccabilitas, vt conſtat in anima Chiſti, & in beatis. Imo addo, ei negandum eſſe a Deo concurſum ſufficientem ad omne peccatum, idque ex actum iri a perfectione talis naturæ. Nam, vt anima Chriſti radicaliter eſt impeccabilis ex vnione ad Verbum, & formaliter ex negato concurſu ſufficiēti, vt dixi diſp. 23. cap. 9. ita ea natura ſupernaturalis ex ipſa eſſentia eſſet radicaliter impeccabilis, & ex negato concurſu ſufficienti, formaliter. Neq; ea creatura eo modo ſubiecta eſſet legi æternæ naturali, ſicut nos, qui ſumus in via, quippe ex natura ſua immediate conſtitueretur in termino, neque ſi ſubiecta eſſet, quidquam obſtaret. Nam cum impeccabilitate bene conſtat libertas ſufficiens ad præcepta adimplenda, ſine potentia ad violanda. Vt in Chriſto Domino omnes Theologi defendere coguntur; ego in ſcriptis in tertiam partem ex varijs motiuis, quæ Chriſtus ſibi praſtituere poterat, perfectiſsimam Chriſti libertatem, tutatus ſum; itaque ſubſtantia illa foret impeccabilis ſimul, & libera ad præceptum adimplendum.

57 *An ſit abſurdum, cōcedere poſſibilem eſſe creaturā impeccabilem a natura?*

Subſtantię ſupernaturali negādus foret concurſus ad peccatum.

58 *An per peccatum deſtrueretur ſubſtātia ſupernaturalis?*

Ad ſecundam probationem concedo, peccatum habiturum repugnantiā cum ea natura ſubſtantiali: non in quantum ſubſtantia eſt, ſed in quantum eſt ſanctitas, & iuſtitia. Ad illam vero propoſitionem, peccatum non deſtruit

ſubſtantiam

ſubſtantiam, ſicut gratiam duo reſpôderi poſſunt. Primum id negando, cum ſubſtantia ſimul eſt iuſtitia, & concedendo, cum non eſt iuſtitia; ſi loquamur de phyſica contrarietate. Nã ſi de demeritoria, & morali, optime Deus poſſet in pœnam cuiuſcumque peccati mortalis ipſam ſubſtantiam peccatoris in nihilum redigere. Secundo dici poteſt, peccatum non habere potentiam ad ſubſtantiam deſtruendam: id tamen non eſſe, quia ex ſe non pugnat cum omni iuſtitia; ſed quia ſubiectum habens ſubſtantialem ſanctitatem in capax eſt peccati. Huius rei appoſitum exemplum eſt Chriſtus Dominus in quantum Sanctus, aut Deitate, aut vnione, quibus cum peccatum ex ſe pugnatiat non poteſt deſtruere; quia Chriſtus in capax eſt peccati. Hæc vera ſunt caſu, quo ponamus ſubſtantiam ſupernaturalem ex ſe ſanctam formaliter atque radicaliter impeccabilem.

59 *Alius modus ponendi ſubſtantiam ſanctã, & impeccabilẽ.*

Ad hæc vero vlterius adhibere poſſumus: aliter poni poſſe ſubſtantiam creabilem ſupernaturalem ſolum ex ſe radicaliter ſanctam, & petentem connaturaliter ſanctitatem accidentariam diſtinctam; item ſpeciem, & viſionem Dei: & tunc aut dici poteſt, peccabilem fore pro aliquo tempore, ſi Deus differret, vt poteſt, infuſionem cõnaturalis ſibi ſanctitatis, & ſpeciei, & viſionis: quod ſi ea peccaret, negari a Deo poſſet in pœnam peccati, ea formalis juſtitia; nihil impediente, quod connaturaliter ipſam peteret. Quod ſi velis a principio infundendã eſſe a Deo eam ſanctitatem; quia nulla videtur ſubeſſe cauſa; quare differat infundere; aut poterit poni impeccabilis titulo viſionis eo modo, quo dicebam numero ſuperiori, aut poni poterit peccabilis, ſi differretur viſio Dei, & obnoxia deſtructioni ſuę ſanctitatis per peccatum: quoniam ſanctitas formalis accidentalis eſt; diſtincta tamen ſpecie a noſtra gratia, quæ ex natura ſua eleuatiua eſt ſubiecti, & nulli ſubſtantiæ connaturalis eſſe poteſt; vt notabam in 1. cap. huius diſputationis. Tunc vero ea ſubſtantia ſimul eſſet ſupernaturalis propter exigentiam ſanctificationis ex ſua natura, & peccabilis. Ex his modis dicendi eligat lector, quem maluerit: in neutro vero magnum video abſurdum, in ratione ſtando.

In neutro modo eſt abſurdum a ratione.

60 S.Thom. *Quinta probatio a priori ex S. Thom.*

Quintum argumentum formari ſolet ex ratione a priori, qua vſus eſt S. Thom. qui poſtquam tertio contra gent. cap. 52. varias adduxit, in præſenti vnam eligit in hunc modum. Virtus cognoſcendi naturalis alicui ſubſtantię eſſe debet proportionata modo eſſendi eiuſdem ſubſtantiæ, hoc eſt iuxta exigentiam immaterialitatis eiuſdem ſubſtantiæ: nam immaterialitas eſt ratio cognoſcitiui ſecundũ principia S. Thomæ, de qua re egi diſp. 1. cap. 3. ſed nulla ſubſtantia ex poſſiblibus tam immaterialis, & ſpiritualis eſſe poteſt, quæ non ſit inferior in modo eſſendi ipſi Deo; ergo nulla ſubſtantia creari poteſt, cui ſit connaturalis viſio Dei. Probo hanc conſequentiam; quia inter obiectum viſum, & inter ſubſtantiam videntem debet eſſe proportio, & correſpondentia in modo eſſendi; etenim inde ortum habet, quod ſubſtantiæ cognoſcitiuæ, quo ſunt materiales magis, & minus ſpirituales, eo modo magis materiali obiecta ſua percipiant, vt inductione facile oſtendi poteſt; ergo cum creatura hoc ipſo, quod creatura ſit, ſit inferior Deo in immaterialitate, non poteſt viſione ſibi connaturali Deum, vt in ſe materialis eſt pertingere.

Confirmatur: quæcumq; res habet cognoſcibilitatem proportionatam modo eſſendi, & quæcumque creatura cognoſcitiua percipit obiecta ſecundum modum ſuæ cognoſcibilitatis: ſed cognoſcibilitas Dei perfectior eſt cognoſcibilitate cuiuſcumque creaturæ poſſibilis; ergo, & perfectior erit virtute cognoſcendi: ergo nulla creatura cognoſcitiua ex poſſibilibus poteſt per virtutem naturalem attingere cognoſcibilitatem Dei, vt eſt in ſe. Hoc etiam ſibi videtur voluiſſe Auguſtin. lib. 12. de ciuitate Dei cap. 1. Vbi, *id tamen,* ait, *creatura non poteſt ex ſe ipſa; quia ex nihilo creata eſt, ſed ex illo, a quo creata eſt.* Quam ſententiam eiſdem verbis protulit Proſper lib. ſententiarum S. Aug. n. 143. ibi vero agebat de beatitudine, hoc eſt de viſione Dei, quam negat omni creaturæ; quia ex nihilo creata eſt; nimirum, quia hoc ipſo, quod creatura eſt, eſt inferior, & materialior, quam ad viſionẽ opus erat, & ſolum concedit, eleuari poſſe ab eo, a quo creata eſt. Aug. Proſper.

Hoc argumentum eſt optimum pro hac parte, & quod magis rem explicat pro materiæ capacitate; ei tamen multa parata ſunt effugia ab Scoto, vt late refert Caiet. & Capreolus in 4. diſt. 49. q. 4. & Sotus diſt. 49. q. 2. art. 2. Ego ſi in animum inducerem defendere ſententiam affirmantem, ita reſponderem, conceſſa maiori, & minori, negarem conſequentiam. Nam, licet verum ſit, impoſſibilitatem ſubſtantiæ ſupernaturalis attingere potentis Deum immediate per viſionem, deſumendam eſſe ex diuina perfectione; at numquam demonſtratur, nec determinate deſignatur, quanta illa eſſe debeat pro videndo Deo. Nam non oportere eſſe infinitam, manifeſtum reddere videtur lumen gloriæ, & ſpecies creata poſſibilis, quæ cum finita ſint, eis eſt viſio connaturalis; quare vero accidenti finito eſſe poſſit viſio connaturalis, non ſubſtantiæ, finitæ? Et ſane ſi expendatur argumentum directe id probare 61

Optimum argumentum factũ pro parte negante. Caietan. Capreol. Sotus. *Reſponſio aliqualis ex authore.*

bare videtur, a nulla creatura videri Deũ poſſe; quia non ſolum principium remotum videns Deum, ſed etiam proximum, ſi eſt in gradu minus immateriali, quam Deus; ergo ſi hoc impedimento eſt principio radicali, quominus Deum videre poſsit, etiam erit principio formali. Prӕterea argumentum non diſtinguit inter intuitionem quidditatiuam nõ comprehenſiuam, & comprehenſiuam, ad hanc verum eſt, eã eſſe debere, quam argumentum petit, proportionem inter obiectum cognitum, & principium cognoſcens; imo Deum niſi ab ipſo Deo comprehendi non poſſe; vt docui diſp.4.cap.4. at videri poteſt a non Deo, vt fides docet, & monſtraui diſp.36.cap.1. & 4. ergo nec in ſubſtantia vidente Deum æqualis perfectio, & immaterialitas cum obiecto petenda eſt. Vnde Angelus inferior videt ſuperiorem, cum minus immaterialis ſit. Nec ſatisfacies, ſi dicas diſcrimẽ hoc in immaterialitate parui eſſe momenti; quia continentur inter eumdem ordinem. Nam ſi quid argumentum probat, æqualitatem eſſe debere, probat. Vnde qui eo ducuntur nulli ſubſtantiæ niſi diuinæ eſſe poſſe viſionẽ cõnaturalẽ dicunt: cũ tamen ex a nobis dictis manifeſte oſtendatur ad viſionem obiecti non exigi æqualem immaterialitatem cum illo; ſicut ad comprehenſionem.

Cum autem confirmatio ait, virtutem cognoſcitiuam eſſe proportionatam modo eſſendi, concedimus; item cuiuſcumque creaturæ virtutem cognoſcitiuam eſſe inferiorem cognoſcibilitate Dei in eſſe rei; at ex hoc non fit, non eſſe proportionatam viſibilitati Dei in eſſe virtutis cognoſcitiuæ, & obiecti. Nam, vt modo dicebam ad videndum Deum, non requiritur proportio æqualitatis mathematicæ, ſed habitudinis geometricę, vt fuſe dixi diſp. 36.cap.4.

Ad Auguſtinum, & Proſperum dico, ipſos loquutos de ſubſtantia creata fundamento ab eis de prompto, vt in ſimili dicebam n.57. 62

Ijs ita diſcuſsis reſtat proprium ferre iudicium, quæ res eſt mihi omnium difficilior in hac controuerſia. Nam ſi conſidero rationes pro vtraque parte, hæreo dubitabundus: ſi authoritatem, pars negans longe probabilior eſt; non tamen adhuc demonſtrata: dum ergo ab aliquo eximio Theologo res amplius non declaratur, ſubſcribo parti neganti, vt probabiliori, & argumenta pro parte affirmante cap. 1. propoſita, quoad potuero enodabo cap. ſequenti. 63 *Iudicium authoris.*

Caput V. *Enodatio argumentorum.*

64 Ad 1. EX doctrina capitis ſuperioris, ac maxime ex ratione fundamentali S. Thomæ erenda nobis ſolutio argumentorum, quantum etiã patitur rei difficultas. Ad primum fundamentum n.5. negandum eſt primũ antecedens. Nam probatio conſequentiæ ſolida eſt. *Quare idẽ eſſe nõ poſſint ſubſtãtia, & ſupernaturale.* Ad primam probationem dico, ſupernaturalitatem non poſſe in identitatem venire cum ratione ſubſtantiæ ſimpliciter creatæ; quod non ſemel contingit in rebus, nimirum certa quædam entium genera repugnare identificari cum ratione ſubſtantiæ ſimpliciter; ex. gratia, ſit cognitio, & ſpecies impreſſa, quæ cũ non repugnet venire in identitatem cum ſubſtantia, vt in Deo; at repugnat venire cum ſubſtantia creata; neque enim poſsibilis eſt natura ſubſtantialis, quæ per ſe ipſam ſit cognitio, & ſpecies impreſſa. Neque etiam obſtat, accidens eſſe prædicatum ignobilius ſubſtantia, imo propter hoc euehi poteſt accidens ad ſupernaturalitatem, non ſubſtantia creata ſimpliciter; quia accidens & ſi ſupernaturale, ſolum eſt ſecundum quid in eodem ordine cum Deo; at ſi creata ſubſtantia ſimpliciter eſſet ſupernaturalis, eſſet etiam ſimpliciter in eodem ordine cum Deo.

65 Ad ſecundam probationem concedo antecedẽs, & diſtinguo cõſequẽs, *coniungitur in ea vnione prædicatum ſupernaturalitatis cũ ſubſtantia creata ſimpliciter*, nego; *cum ſubſtantia creata modali*, concedo: & cum modus rei ſit entis ens, & ex natura ſua non ſit ens, ſed affixum alteri, in eo nihil incommodi affert ea coniunctio, ſicut afferret ea cõiunctio in ſubſtantia per ſe ſubſiſtente. *Diſcrimen inter modũ, & ſubſtantiam.*

Ad tertium nego poſsibilem eſſe formam ſubſtantialem ſupernaturalem, quæ petat materiã naturalẽ. 66 Quoniã ſi eſſet poſsibilis, eſſet intellectualis, atq; prædita lumine ſupernaturali ad videndũ Deũ, vt bene oſtẽſum eſt eo n. 5. Quo etiam fieret, eam cõſtitutã eſſe ſimpliciter in eo gradu immaterialitatis, qui neceſſarius eſt ad videndum Deũ; ijs vero talis eſt, qui proxime accedit ad gradum diuinum in eſſe. Hoc vero repugnat competere naturæ incõpletæ, & informatiuæ, & propter hoc valde materiali, & imperfectę. *Nõ eſt poſſibilis forma ſubſtãtialis ſupernaturalis.*

Ad ſecundum fundamentum n. 6. concedo antecedens, & nego conſequentiam. 67 Ad probationem reſpondeo, nõ repugnare coniungi identice in vna forma accidentali perfectiones, quæ ſunt in duabus ex ratione formæ accidentalis, vt ſic, ſed ex ratione talis formę, nimirum intellectus: nam is ſi ſupernaturalis eſt, non poteſt non eſſe connaturalis alicui ſubſtantię *Nõ poteſt eſſe intellectus ſupernaturalis.*

tantiæ ſimpliciter creatæ ſupernaturali: hoc vero implicare iam diximus in ſolutione primi fundamenti.

68 Ad Tertium fundamentum num. 7. admitto maiorem, cum eam etiam poſſem negare: quia forte Deus intra ordinem naturæ ita poteſt roborare mentem humanam, vt Angelum ex perfectiſsimis comprehendere queat. Item concedo minorem, & nego conſequentiam, nec probatio ſolida eſt. Nam contingit rem naturalem eſſe ſimpliciter perfectiorem forma eleuante ſupernaturali, licet ſecundum quid ab hac ſuperetur. Exemplum eſt in ſubſtantia Angelica, quæ ſimpliciter perfectior eſt lumine gloriæ, a quo ſecundum quid, & in vno gradu ſuperatur.

69 Ad replicam, cum vrgemur illa interrogatione, an a Deo fieri poſsit intellectus tam perfectus, ac eſt coniunctum ex noſtro, & lumine gloriæ? Reſpondeo, fieri non poſſe. Ratio eſt; quia ille intellectus neceſſario foret ſupernaturalis, quippe præditus eſſet virtute videndi Deum. Et præterea neceſſario eſſet intellectus alicuius ſubſtantiæ ſupernaturalis: iam vero diximus, repugnare ſubſtantiam ſimpliciter ſupernaturalem; quia proxime accederet ad eſſe ordinis diuini in gradu immaterialitatis, quod ſubſtantiæ creatæ repugnat. Vide dicta in ſolutione primi fundamenti.

70 Ad quartum fundamentum num. 9. conceſſa maiori, nego minorẽ. Ad probationem diſtinguo illam propoſitionem, *accedente lumine gloriæ intellectus cõſtituitur in eſſe proportionati in ordine ad viſionem*, per formam eleuantem naturam improportionatã intellectus, cõcedo; per naturam intrinſecam intellectus, nego. Deinde concedo conſequentiam: nego vero non repugnare Deum communicare intellectui tantam perfectionem, quanta neceſſaria eſt ad videndum Deum; quia hæc perfectio eſſe deberet infinita, quippe quæ per eam conſtitueretur aliqua ſubſtantia, cuius eſſet intellectus ille in gradu immaterialitatis proximo ad Deum, quod repugnat. Et quando vrgemur ratione a priori, Deum vt obiectum viſibile non petere infinitatem in potentia cognoſcendi, ita diſtinguo; non petit infinitatem in potentia per eleuationem, concedo; in potentia per intrinſecam naturam proportionata viſibilitati Dei nego: nam hæc infert ſubſtantiam ſupernaturalem cõnſtitutam proxime in gradu immaterialitatis Dei: repugnat vero creatam ſubſtantiam ſimpliciter eſſe conſtitutam in hoc gradu.

Ad vltimum fundamentum num. 10. cõceſſo antecedenti, nego conſequentiam, ſi agit de creatura ſubſtantiali ſimpliciter, vt agere debet. Ad probationem conſequentiæ nego, Deũ eſſe participabilem a creaturis in ceteris perfectionibus, ſed ſolum in quibuſdam; neque enim vt creator participabilis eſt. Nam non poteſt efficere creaturam cum virtute creandi, vt cauſa principalis; neq, etiam participabilis eſt, vt comprehenſor ſui; quia nulla creatura poteſt Deum comprehendere, nec vt ſe infinite amans, nec vt generans per communicationẽ eiuſdem numero naturæ, nec vt ſubſiſtẽs relatione indiſtincta a natura abſoluta; ita nec vt ſe connaturaliter videns. Nam vt illa petunt infinitatem: ita hoc. Video viſionem Dei, vt eſt in ſe inferiorem eſſe comprehenſione, & ijs alijs, quæ enarraui: adeo, vt ad viſionem poſsit creatura eleuari: non vero ad hæc alia; nec omnino explicatũ eſſe, quare naturæ perfectiſsimæ non poſsit concedi, quod conceditur eleuationi ſine infinitate. Sed feci, vt potui, nec rei difficultas plus patitur, nec mei ingenij exiguitas plus poteſt. 71

DISPVTATIO QVADRAGESIMA NONA.

DE INAEQVALITATE VISIONIS BEATORVM.

Diſtincta quatuor capitibus.

In 1. De fide eſt, vnum Beatum perfectius alio intueri Deum.

In 2. Expoſitio compendioſa parabolæ Matthæi 20.

In 3. Quanta ſit inæqualitas in beatitudine.

In 4. De cauſis phyſicis inæqualis viſionis.

Digitized by Google

ARTICVLVS SEXTVS S. THOMÆ.

VTRVM VIDENTIVM ESSENTIAM DEI VNVS ALIO perfectius videat?

S. Tho.

AFFIRMAT S. Thomas, atq; ait, id eſſe ratione perfectioris luminis: in quo aſsignat cauſam phyſicam inæqualis viſionis: negat vero illud eſſe perfectiorem ſimilitudinem, in quo ſpeciem diſtinguit a lumine, quantumuis refragetur P. Vazq. in commentario huius art. Menſuram vero huius inæqualitatis, ait, eſſe inæqualitatem ſanctificationis per charitatē, & merita, in quo aſsignat cauſam moralem.

Caput I. De fide eſt, vnum beatum perfectius alio intueri Deum.

1 INAEQVALITATIS viſionis duplex eſt cauſa; altera moralis; altera phyſica, vt notaui in commentariolo articuli. Vtraque a nobis hic examinanda.

2 *Error Iouiniani.* Iouinianus. Hieronym. Aug. Prateol. Sander. Primo ergo errauit Iouinianus tempore Siricij Papæ dicens, omnes beatos æqualiter videre Deum, imo nec poſt primum meritum amplius mereri, per opera bona ſubſequentia. Vide Hieronymum lib. 2. ad verſus Iouinianum, & epiſt. 17. & Auguſtinum Hæreſi 82. Referunt hoc Caſtro verbo *beatitudo*. Prateolus verbo *Iouinianus*. Sanderus lib. 7. de viſibili monarchia cap. 87.

3 *Error Lutheri.* Sotus. Vega. Oſius. Deinde errauit Lutherus, & ſi ex alio fundamento: ideo enim putauit, omnes omnium hominum beatitudines eſſe æquales, quia vna Chriſti Domini iuſtitia eis imputata æqualiter ſanctificātur omnes. Vide Sotum in 4. diſt. 49. q. 3. art. 2. & Vegam lib. 10. in Tridentinum per totum, vbi late refutat hunc errorē, Oſium in confeſsione fidei cap. 87.

4 *Damnatur vterq;.* Concilium Thelenſe. Concilium Florent. Var. Error Iouiniani primo damnatus fuit in Cōcilio Thelenſi, vt conſtat ex epiſtola 81. Ambroſij ad Siricium Papam, qui fertur præfuiſſe ei Concilio: & poſtea clariſsime damnatus fuit in Concilio Florentino ſub Eugenio 4. in litteris vnionis. Aduerte Varonium titulo quinto anno 418. negare Ambroſium præfuiſſe Concilio Thelenſi, & in eo Concilio factam eſſe mentionem erroris Iouiniani. Verum in prædicta epiſt. Ambroſij ad Siricium ponuntur, & damnantur errores Iouiniani.

5 *Cōfutatio errorū ex ſacra Scriptura.* Plura ſunt ſcripturæ teſtimonia pro concluſione præfixa, & plura referuntur a Theologis. Ego quædam ſeligo. Primum ex Paulo 2. ad Corinthios 9. ibi, *qui parce ſeminat, parce metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam*. Eamdem ſententiam protulit Chriſtus Dominus Lucæ 6. ibi, *qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis*, hoc eſt, quo pondere veſtram animā exercueritis in bonis operibus, eo remetietur vobis præmium vitæ æternæ; quia *vnuſquiſq; recipit mercedem ſecundum ſuum laborem*, vt dixit Paulus 1. ad Corinthios 3. nam hoc ſignificat *ſemen*, quod cecidit in terram bonam, & fecit fructum *alium trigeſimum, alium ſexageſimum, alium centeſimum*. Paulus 2. ad Corinth. 9. Chriſtus Domin. Lucæ 6. Paulus 1. ad Corinth. 3.

6 Secundo probatur hæc veritas teſtimonio Pauli 1 ad Corinthios cap. 15. quod allegat S. Thomas in argumento *ſed contra* huius articuli, ibi, *alia eſt claritas ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum, & ſicut ſtella differt ab ſtella in claritate; ſic erit reſurrectio mortuorum*. Et licet Paulus hic videatur, deſcribere inæqualem claritatem corporum beatorum, quæ erit in reſurrectione, per analogiam ad inæqualem ſtellarum claritatem. At hoc non obſtat; quia gloria corporum manat a gloriā animarum, quæ eſſentialis eſt, & a poſteriori inæqualitas eius optime colligitur ex gloria inæquali corporum. Paulus 1. ad Corinth. capite 15.

Alia teſtimonia pro hac veritate poſſem adducere, ſed pluribus opus non iudico. 7

Eamdē confirmat ratio manifeſta. Nā de fide eſt, eſſe iniuſtis inæqualia merita, ſicut in peccatoribus inæqualia demērita. Vide Trident. ſeſſ. 6. cap. 10. & 16. & canone 24. & Paulum 2. ad Corinthios cap 9. ibi, *augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ*. Et Apocalipſis vltimo, *qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc*: & cap. 18. ibi; *quantum ſe glorificauit in delitijs, tantum date illi tormenti*. Et id conſtat ex naturæ bonorum, & malorum operum, & ex circumſtantijs, ex quibus conſtat, alia eſſe honeſtiora, alia minus honeſta; & alia eſſe inhoneſtiora, alia minus inhoneſta; ergo Deus, qui eſt iuſtiſsimus remu- 8 *Ratio pro Cōcluſione* Concilium Trid. Paul. 2. ad Corinth. cap. 9. Apocalip. vltimo, & cap 18.

remunerator, præmio maiori afficiet cumulatiorē iuſtitiā, atq; pœna maiori cumulatiorem iniuſtitiā. Itaq; erunt in patria inæquales viſiones; ſicut in inferno inæqualia tormenta.

9 Sed dubitat Palud. an aliqui beati in patria æqualis ſint futuri beatitudinis? & ipſe partem negantem defendit. Sed mihi pars affirmans indubitata eſt, & probatur primo in infantibus beatis, tum legis Euangelicæ, tum ſcriptæ, tum naturæ. Nam baptiſmus noſtris paruulis æqualem tribuit gratiam. Vnde enim accipient inæqualē? neq; enim credi poteſt, Chriſtum Dominum authorem baptiſmi inæqualiter applicuiſſe ſua merita comparatione paruulorum. Pariter Circunciſsio infantibus legis ſcriptæ, licet ad præſentiam eius minor gratia tribuatur, quam per baptiſmum. At æqualis dabatur omnibus illis paruulis. Denique idem eſt in Sacramento legis naturæ pro remiſsione originalis; ergo omnes ij pueri, qui cum ſolis ijs Sacramentis deſceſſerunt, æqualis erunt beatitudinis in patria.

10 In adultis hoc idem probabilius eſt; quia nō repugnat, duos adultos decedere cū æqualibus meritis, vel quia in operibus bonis, & circumſtantijs pares fuerunt, vel quia & ſi impares, at pauciora vnius opera propter excellentiam eorum, plura alterius adulti poſſunt exæquare.

11 Sed obijcit Palud. primo, illud Pauli primæ ad Chorinthios cap. 15. *Sicut ſtella differt ab ſtella, &c.* vt ergo non ſunt duæ ſtellæ æquales in claritate; ita nec duo beati in beatitudine. Sed hoc parui momenti eſt. Nam intentum Pauli non eſt affirmare, per hanc analogiam omnes beatos eſſe inæquales: ſicut ſtellas in claritate, ſed eſſe in beatitudine etiam aliquam inæqualitatem, non excludendo etiam æqualitatem. Porro quis ſciat, an ſint in corporibus cœleſtibus ſtellæ duæ æqualis claritatis?

Obiectio prima. Palud.

Satisfactio.

12 Obijcit ſecundo: homines beati aſſumendi ſunt ad ſedes Angelorum, quas amiſerunt: ſed illi futuri erant inæqualis beatitudinis; ſicut erant inæquales natura ſecundum doctrinam S. Thomæ 1. part. q. 62. art. 6.

Obiectio ſecunda. Palud. S. Thom.

Reſpondeo primo, ſi vera eſt ſententia mihi ſatis probabilis, eſſe Angelos æquales in natura, nihil habet difficultatis argumentum. Secūdo reſpondeo, cum dicunt Theologi, homines aſſumendos eſſe, ſenſus eſt, inter homines fore beatos, qui pertingant ad eam beatitudinem, quam Angeli amiſerunt, & aſſequerentur, ſi reſponderent vocationibus, & perſeueraſſent in gratia pro duratione ſuæ vitæ; non autem ſenſus eſt, quod ſolum ſint completuri illas ſedes, imo forte plures ex hominibus ad eamdem ſedem Angelorum ſpectabunt; quo fiet, cumulatiſsime ab hominibus completum iri, quod Angeli amiſerunt.

Quid ſignificet, homines aſſumēdos eſſe in ſedes Angelorum?

Caput II. *Expoſitio compendioſa parabolæ. Matthæi. 20.*

Matth. 20.

13 *Inſtruitur ex parabola argumētum.*

IOVINIANVS ex hac parabola ſibi videbatur, colligere ſuū errorem de æqualitate viſionis: quoniā inæqualiter laborantibus per breue tempus, & ijs, qui portauerunt pondus diei, & æſtus æquale datur præmium ſignificatum per denarium diurnum. In qua re Pater Vazq. diſp. 47. cap. 4. ſingularem eſt ſequutus ſententiam. Relicta contentione, animus mihi eſt breuiter totum contextum, & cohærentiam eius explicare. Pro quo obſeruo, tria dubitari poſſe. Primum, finis, & ſcopus parabolæ, an ea tota inter prædeſtinatos tantum verſetur? an etiam comparatio fiat inter reprobos & prædeſtinatos? Secundum; quid ſignificetur per *denarium diurnum*, an ipſa beatitudo? an vocatio gratiæ? Tertium, vt intelligenda ſit murmuratio operariorum, an ne ſit vitioſa oblocutio? an tantum admiratio?

P. Vazq. *Singularis P. Vazq. ſententia.*

14 Pater Vazq. ſupra in primo puncto ſentit, comparationem fieri inter reprobos, & prædeſtinatos. In ſecundo, vocationem gratiæ ſignificari per *denarium*. In tertio, murmurationem eſſe propriam, & vitioſam.

15 Ego in ijs tribus diſcedo a P. Vazq. cū communi ſententia, & totam doctrinam tribus ſequentibus ſtatuo concluſionibus.

In tribus diſcedo a ſingulari ſententia.

16 Dico primo, cum dicitur in parabola, *erunt primi nouiſsimi, & nouiſsimi primi*, tam per primos, quam per nouiſsimos intelliguntur prædeſtinati; diuerſis tamen temporibus vocati. Vt hoc intelligas obſerua, hominem ignorantem, & ſui boni amatorem poſſe exiſtimare prius tempore vocatos, & diuturniori tempore in hac vita degentes, qui ſignificantur in textu, ibi, *qui primo mane conducti fuerant*, plus præmij eſſe accepturos, quam ij, qui nouiſſime vocati ſunt; de quibus dicitur in textu, *qui vndecima hora venerant in vineam.* Obſerua deinde, comparationem hanc fieri poſſe inter vocatos legis naturæ, & legis ſcriptæ, & legis Euāgelicæ; aut etiam intra ſingulas has leges, inter vocatos primo mane vitæ, aut medio tempore, hoc eſt, vndecima hora, aut ad occaſum, hoc eſt, in proximo tempore morti, ita vt vocati in lege naturæ appellentur primi, cōparatione vocatorum in lege ſcripta, & vocati in hac appellentur primi comparatione vocatorum in lege Euangelica. Deniq; vocati prima

Parabola eſt inter prædeſtinatos.

Digitized by Google

ma ætate appellentur primi comparatione vocatorum in maioribus annis. Vt ergo Chriſtus Dominus retundat falſam hanc exiſtimationē primo vocatorum, adſtruit in parabola nouiſſime vocatos, vt Apoſtolos cōparatione Prophetarū legis naturæ, vt gentiles martyres inclytos, & ſanctiſsimos viros cōparatione quorūdā Iudæorū, poſſe breuiori tēpore mereri æqualem mercedem, & forte maiorem. Item intra quamcumq; ex iis legibus poteſt iuſtus a prima ætate vocari, & alter poſt quā deguit totam vitam in peccatis ad vltimam partem vitæ; ita copioſe vocari, & intenſe reſpondere vocationi, vt exæquet, aut ſuperet iuſtum prima ætate vocatum, & tepide viuentem in merito.

17 Quod vero omnes iſti, de quibus in hac parabola, prædeſtinati ſint, probo primo; quia ſinguli acceperunt denarium diurnum, per quem ſignificari beatitudinē oſtendo in ſecūda cōcluſione ex cōmuni Patrum ſenſu, tā Græcorū, quā Latinorū, & ex ratione manifeſta; ergo nullus iſtorū erat reprobus. Secūdo probo, quia omnes iſti bene laborauerunt in vinea, ſiquidē procurator iuſſus eſt incipere a nouiſsimis, vt mercedem largiretur; ergo nullus eſt reprobus. Tertio; quia omnes acceperunt mercedē ſibi debitā propter labore in vinea; vt cōſtat ex illis verbis, *tolle, quod tuū eſt, & vade*; quia nimirum, licet gloria ſit fructus gratiæ, & in radice liberaliter donetur; at conuentione facta inter operarios, vt dicit textus, rigoroſe debetur, aut ex iuſtitia propter valorem meritorū, aut ex fidelitate propter promiſsionem. Intelligere vero illud, *quod tuum eſt*, peccatum, aut damnationē eſt textui violentiam inferre. Quarto probatur; quia per operarios in vinea Dei incōgrue ſignificantur reprobi: ergo, &c.

18 *Obiectio prima.* Sed objicies illa verba parabolæ *multi enim ſunt vocati: pauci vero electi*; quibus tota cōcluditur. Nā non omnes vocati ſunt prædeſtinati; ergo parabola non eſt reſtringenda ad prædeſtinatos.

Satisfactio. Maldon. Caiet. Suar. Reſpōdeo cum Maldonato in hunc locum, & Caiet. & Suario lib. 2. de attributis negatiuis cap. 2. per illud *multi* ſignificari omnes. Nam Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Senſus ergo eſt, ſi Deus cum omnes vocet, pauci reſpondent, & electi ſunt. Quid mirum, ſi inter electos ij, qui vltimi vocati ſunt, vna hora laborantes tantum, aut plus meruerint, quam primi vocati, qui ſegniter laborauerunt? Itaque verba illa ſunt confirmatio noſtræ ſententiæ, vt cum Matthæi 19. Chriſtus dixiſſet Apoſtolis, ipſos iudicaturos eſſe Tribus Iſrael, concludit in eo iudicio, *primos fore nouiſſimos, & nouiſſimos primos*. Quod eſt in diſtributione Regni cœlorum. Nam parabola comparatur Regno cœlorum. Matthæi 19

Obijcies ſecundo, quod Lucæ 13. eadem verba, *ecce multi erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi*. Per primos deſignantur reprobi, nimirum Iudæi expellendi a Regno cœlorum; nam ſubdit Chriſtus increpans Iudæos duros corde ad credendum, *venit Ioannes, & non credidiſtis, & Publicani, & Meretrices crediderunt*; ergo cum dixit Matthæi 20. *Publicani, & Meretrices præcedent vos*: ſenſus eſt, Iudæos non credentes excludendos a Regno; Publicanos vero, & Meretrices credentes, & pœnitentiam agentes admittendos eſſe in Regno. 19 *Secunda obiectio.* Luc. 13.

Reſpondeo, nihil incommodi eſſe, quod eadem verba ſecundum diuerſam materiam accommodentur prædeſtinatis, & reprobis in ratione, in qua ſimilitudinem aliquam ſeruant. Nam ſi prædeſtinati, qui minus laborauerunt, cōferantur cum ſanctiſsimis hominibus, ij eos præcedunt, & quodammodo ignauiā illorū redarguunt; ita etiam ſi reprobi cū prædeſtinatis cōferantur, ij illos præcedūt, & redarguunt culpæ ipſorū adſcribendum eſſe, quod vitam æternam conſequuti non fuerint: quādo vero ſignificentur in textu, aut reprobi, aut prædeſtinati ad minorem gloriā: ex contextu litteræ colligendum erit: in noſtra vero parabola non ſignificari reprobos ex ijs, quæ dixi n. 17. manifeſtū eſt. Itaq; non quia aliquando in textu per primos intelligantur reprobi, efficitur vbiq; eoſdem intelligendos eſſe. 20 *Satisfactio. Eiſdē verbis aliquādo reprobi, & prædeſtinati ſignificātur in ſacra Scriptura.*

Ex murmuratione inter operarios contra primam concluſionem duci poteſt argumentum; quia inter beatos non eſt murmuratio; ſed hoc explico tertia concluſione.

Dico ſecundo, per *denarium diurnum* intelligenda eſt æterna beatitudo in noſtra parabola. Hæc concluſio eſt communis Patrum Latinorum, & Græcorum, vt conſtat ex S. Thoma in catena Matthæi 20. & eſt etiam communis ſcholaſticorum ſententia in 4. diſt. 49. & 1. 2. q. 5. art. 2. Lege Sotum in ea diſt. 49. q. 3. art. 1. & P. Suarez 1. parte lib. 2. de attributis negatiuis cap. 20. Probatur primo; quia denarius iſte eſt merces ex textu ibi, *voca operarios, & redde illis mercedem*. Sed vocatio prima gratiæ nō eſt merces: neq; enim datur ex operibus, quæ fecimus nos, & beatitudo eſt merces. Ergo per denariū diurnū nō poteſt intelligi vocatio gratiæ, ſed beatitudo. Probatur ſecundo; quia denarius iſte datur conuentione facta inter Patremfamilias, & operarios: ſed prima vocatio gratiæ nō datur ex cōuentione facta, & beatitudo datur ex promiſsione, ſi in gratia deceſſerint; ergo per denarium diurnū intelligēda eſt beatitudo nō vocatio gratiæ. Tertio; quia poſt vocationē, quæ fuit facta hora 3. 6. & 9. & poſt laborem diei pro labore in vinea ſero; id eſt, in fine 21 *Per denarium diurnum intelligitur beatitudo æterna.* S. Thom. Sotus. P. Suar.

Digitized by Google

in fine vitæ redditur denarius; at prima vocatio neq; datur poſt laborem, neq; pro labore, neq; in fine vitæ; ergo denarius, qui reddi iuſtus eſt, non poteſt eſſe prima gratia, ſed beatitudo æterna. Quarto probatur; quia Paterfamilias vni ex ijs, qui murmurabant, dixit, *tolle, quod tuum eſt*; at vocatio nulla ratione eſt noſtra; quia fit in nobis ſine nobis; beatitudo vero aliqua ratione noſtra eſt, quatenus eſt debita; ergo denarius non poteſt eſſe prima vocatio, ſed neceſſario eſt beatitudo.

22 *Obiectio.* Sed obijcies primo, quod beatitudo eſt inæqualis in prædeſtinatis; ſed denarius diurnus eſt vnus, & idem præmium in omnibus; ergo per denarium diurnum nõ poteſt intelligi beatitũdo. *Duplex ſatisfactio.* Reſpondeo primo, hoc argumẽtum nõ ſuffragari Patri Vazq. quoniam etiam vocatio eſt inæqualis. Reſpõdeo ſecundo, forte per denarium diurnum ſignificari beatitudinẽ obiectiuam, nimirum Deum, qui eſt idem præmium cõparatione omnium. Reſpondeo tertio, intentum huius parabolæ non eſſe probare inæqualẽ eſſe beatitudinem in beatis. Nam hoc per ſe conſpicuum erat poſita fide, ſed tantum inter vocatos diſtincto tempore accidere poſſe, vt is, qui vltimo vocatus eſt, tãtum mereatur præmij, atq; reportet, quantum is, qui primo.

23 *Per murmur intelligitur admiratio.* Dico tertio, per murmur motũ inter operarios non intelligitur vitioſa obloquutio inter beatos, ſed aliquid dignũ admiratione, quod hominibus inuidia infectis poſſet eſſe occaſio murmurationis. Ita Maldonatus hic allegans *Maldon.* Chryſoſtomũ, qui animaduertit, murmurationẽ, in quãtũ eſt operatio vitioſa, nõ pertinere ad intẽtũ præcipuũ parabolæ; ſicut nec pertinet quod Paterfamilias habuerit procuratorem, aut quod procurator vno, vel pluribus denarijs ſoluerit operarios.

Sed obijcies; quare Paterfamilias non dixit ijs, qui murmurabãt, ideo iuſsiſſe procuratori nouiſsimis dare tantũ, quantũ primis; quia nouiſsimi tantũ laborauerunt vna hora, quantum primi tota die, quo reſponſo ſatisfieret ipſis, & vno verbo præcideretur occaſio murmurationis? ergo cũ reſpõdit, volo huic dare, ſicut & tibi, & nõ licet mihi, quod volo facere, referens cauſam donationis, nõ in meritũ, ſed in merã voluntatẽ Patrisfamilias, videtur ſignificari nõ loqui de beatitudine debita ratione meritorũ, ſed de gratia vocationis, non merita, ſed liberaliter donata. 24 *Obiectio.*

Reſpõdeo, duo reſpõdiſſe Patrẽfamilias. Primũ, *nõ facio tibi iniuriã, tolle, quod tuũ eſt, &c.* Secundũ, *volo huic dare, ſicut & tibi, &c.* In primo dicto oſtẽdit Paterfamilias, ſe ſeruare iuſtitiã reddẽdo debitã mercedẽ. In ſecundo dicto oſtẽdit, ſe fuiſſe liberalẽ erga nouiſsimos in elargiẽdis gratijs vocationum, per quas tantũ mereri poterant, quantum primi. *Satisfactio.*

Ex primo dicto cõſtat, nõ loqui de gratia vocationis, quæ nulla ratione debetur, nec in ea infundẽda exercetur iuſtitia cõparatione perſonæ, cui donatur. Ex ſecundo dicto cõſtat, ipſam vitã æternã eſſe gratiã in radice, hoc eſt, in infuſione vocationis. Et licet hoc tãtũ reſpõderet ſumens reſpõſionẽ a ſua liberalitate, nihil efficeretur argumẽto cõtra cõcluſionẽ; quia vt bene aduertit P. Maldonatus pertinet ad decorẽ Patrisfamilias non reddere aliã cauſam eius, quod facit præter ſuã voluntatẽ; quia loquebatur cum operarijs ſibi ſubditis, maxime cum ſi cauſam expreſſam reddidiſſet ex maiori labore breuiori tempore, non nihil ignauiæ eos increparet, quod facere noluit. Iis parabola hæc ſincere explicata eſt, quantum ſatis eſt noſtro inſtituto, & Theologo ſcholaſtico. 25 *P. Maldon.*

Caput III. *Quanta ſit inæqualitas in beatitudine?*

26 *Triplex in beatitudine inæqualitas.* TRIPLEX eſſe poteſt inæqualitas inter viſiones beatorum. Prima intenſionis, & de hac certum eſt, eſſe inæquales. Nam anima Chriſti, & beata Virgo, atq; Apoſtoli intenſius ceteris beatis intuentur diuinam eſſentiã. Secũda, in indiuiduatione maxime in mea ſentẽtia. Nã in libris de anima arbitratus ſum, intra eamdẽ ſpeciẽ athomã inueniri inæqualia ſubſtantialiter indiuidua: hac etiam præſuppoſita ſententia, fere indubitatum eſt eaſdem viſiones intenſiores (nõ quia intenſiores: etenim accidens, minus perfectum in indiuiduo, poteſt eſſe intenſius alio in indiuiduatione perfectiori) eſſe quoq; in indiuiduatione perfectiores. Tertia inæqualitas eſt ſpecifica, de qua eſt controuerſia, an ea differant viſiones beatorũ, an tantũ indiuiduali, & intenſiua? Aduerte, rationem dubitãdi pro parte affirmãte, aut ſumi poſſe ex principio viſionis, aut ex obiecto eiuſdẽ. Si ex principio, tota difficultas reuocãda eſt ad intellectũ, & verſatur inter homines, & Angelos; quia intellectus habent ſpecie diſtinctos. De quo pũcto c.4. cõmodius agemus, in quo de cauſis phyſicis inæqualitatis viſionis: vbi etiã quid perfectior intellectus ceteris paribus conducat, aut non conducat ad viſionẽ. *Vnde ſumatur ratio dubitãdi pro inæqualitate ſpecifica.*

Si ratio difficultatis reuocetur ad obiectũ inter homines inter ſe, & etiam comparatione ad Angelos locum habet difficultas (non quando homo, & Angelus eadem vidẽt in obiecto,) tam de obiecto primario, quam de ſecundario: vt ſi vterq; ſolum videat obiectum primarium ſecundum abſoluta, & relatiua, nullam vero ex 27

Digitized by Google

creaturis; vel ſi vterq; in obiecto primario eaſdem videat ſpecies creaturarũ. Nã tunc inæqualitas ſpecifica non poterit ex obiecto ſumi. Punctus ergo difficultatis ex obiecto locũ habet, ſi conferatur viſio nullam videns creaturã cum altera vidente plures in Deo; vel ſi conferantur viſiones, quarum vna videat naturam Angelicam; altera animalem; vel deniq; ſi eſſe poſſent viſiones, quæ de formalitatibus in Deo formaliter exiſtentibus; altera vnas expreſſe videret; altera alias: tunc enim propter obiectum diſtinctum ſpecie, aut primarium, aut

28 ſecundarium in dubium vocari merito poteſt, an viſiones ipſæ eſſent ſpecie diſtinctæ.

Maior. Palud. Vtraq; ſententia affirmans, & negans.

In qua re Maior diſt. 49. in 4. q. 10. affirmat, & probabilem putat Palud. in eadem diſt. q. 5.

Negat communis ſententia cum S. Thoma in hoc articulo, in quo id videtur ſupponere, & clarius docuit de veritate q. 9. art. 1. ad 16.

29 vbi ex vnitate ſpecifica luminis gloriæ infert, viſionem eſſe eiuſdem ſpeciei. Vide etiam ipſum 3. contra gentes cap. 53. & 57. D. Thomam Thomiſtæ ſequuntur vno agmine, & etiã ſcriptores noſtri. Vide Patrẽ Suar. 1. part. lib. 2. de attributis negatiuis cap. 19. & Patrem Vazq. diſp. 46. q. 6.

S. Tho. P. Suar. P. Vazq.

30 Vellem non diſcedere a communi ſententia; nec tamen diffiteri veritatem. Atrigi hoc punctum diſp. 5. num. 42. & diſp. 18. num. 31. vbi an obiectum materiale, quod in ſe attingitur, ſufficiens ſit ad mutandum actum? Iuxta ea ergo principia mihi probabilius eſt, viſiones, quæ per ordinem realem eſſentialem ſibi exprimunt in obiecto, aut primario, aut ſecundario diſtinctas rationes formales obiectiuas eſſe inter ſe ſpecie ſaltem phyſica diſtinctas. Probo hoc aſſertum; quia viſiones ex per ſuammet eſſentiam ſunt expreſſæ, vitaleſque imagines obiectorum, quæ exprimunt; ergo quoties habuerint obiecta ſpecie diſtincta, erunt ſpecie diſtinctæ. Probo hanc conſequentiam; quia quoties vna res non habet ordinem tranſcendentalem ſibi eſſentialem, quem altera habet, illæ res ſpecie diſtinguuntur; quia vna caret prædicato eſſentiali, quo altera conſtituitur in ſua ſpecie; ſed viſio, quæ tantum Deum videt, ſi conferatur cum altera viſione, quæ ſimul videt Deum, & creaturas in ipſa, caret ordine tranſcendentali ſibi eſſentiali, quem habet hæc ſecunda viſio, & per quem conſtituitur in ſua ratione eſſentiali; ergo diſtinguũtur ſpecie. Probo minorem quoad ſecundam partem; quia hæc ſecunda viſio per ſuammet eſſentiam exprimit creaturas illas, quas in omnipotentia cognoſcit, ita vt per illam ſit imago expreſſa earum, atq; ordo trãſcendentalis ad illas; atqui prima viſio caret hoc ordine; ergo illæ viſiones non poſſunt nõ diſtingui ſpecie.

Author eſſe inæqualitatẽ ſpecie phyſica.

Confirmo, & declaro argumentum: ſi eſſet forma intellectualis, quæ tantum eſſet ex eſſentia ſua principium cognoſcendi, & non appetendi, diſtingueretur ſpecie ab altera, quæ ſimul eſſet ex eſſentia ſua principium cognoſcendi, & appetendi; quia nimirum illa prior careret ordine eſſentiali ad appetitionem, per quem hæc ſecunda conſtituitur; ergo ſimili ratione duæ viſiones, quarum altera caret ordine eſſentiali ad creaturas, per quem altera conſtituitur, diſtinguuntur ſpecie.

Confirmo ſecundo, ſi eſſent duæ viſiones, quarum altera videret Patrem, & non Filium, altera Filium, & non Patrem, diſtinguerentur ſpecie, & ſi vtraque eandem videret eſſentiam Dei: ſed non alia ratione, niſi quia vna eſt expreſsio formalis Paternitatis, non Filiationis; & altera è conuerſo Filiationis, non Paternitatis. Ergo ſimiliter in noſtra re, in qua altera viſio eſt per ſuam eſſentiam expreſsio formalis creaturarum, non altera.

Secundo id probo, & declaro ratione à priori: nam viſio, quæ cognoſcit creaturas in omnipotentia in modo cognoſcendi exprimit illam, vt continet creaturas, quas cognoſcit; altera vero, licet clare intueatur omnipotentiam, vt eſt in ſe; at non eſt expreſsio formalis omnipotentiæ, vt continet illas creaturas; ergo hæc viſio caret expreſsione formali omnipotentiæ, vt continet creaturas, quam altera habet, & per quam conſtituitur. 31

Ratio à priori.

Communiter reſponderi ſolet, ad diuerſitatem ſpecificam non ſufficere cognitionem creaturarum in omnipotentia plurium, aut pauciorum; quia nimirum creaturæ ſunt obiecta ſecundaria, & quaſi materialia viſionis Dei. 32

Sed ſolutio hæc non ſatisfacit argumentis formatis, vt plane demonſtraui diſput. illa 5. numer. 40. Vbi oſtendi appellare obiectum primarium, & ſecundarium, quoad rem nihil referre in ordine ad negandam diſtinctionem ſpecificam. Nam, ſi viſio ex obiecto, quod appellant ſecundarium, habet perfectionem eſſentialem, & illa per ſuam eſſentiam eſt ordo tranſcendentalis ad obiectum ſecundarium, illud, quoquo nomine appelletur, ſufficiens erit ad variandam in viſionibus naturam ſpecificam. 33

Nihil refert eſſe obiectum primariũ, aut ſecundarium.

Illud non mediocriter facit pro hac ſententia, quod putem non aduerſari communi, & S. Thomæ; nam cum negant, ſpecies beatorum eſſe ſpecie diſtinctas, loquuntur per ordinem ad obiectum primarium, & ſecundum ſpeciem primariam viſionis, & in ratione beatitudinis; 34

Fauet S. Thom. nec abeſt communis ſententia.

Digitized by Google

titudinis; quoniã viſio Dei nõ habet eſſe beatitudinem ex creaturarum expreſsione, ſed ex viſione ſummi boni:& vt vna eſt ſpecie gratia iuſtificans in Angelis,& hominibus; vna ratio merendi,in fide,& charitate,& ceteris virtutibus,ac propterea dici ſoleat, aſſumi homines ad complendas ſedes Angelorum: ita etiam idem eſſe præmium eſſentiale, hoc eſt,eãdẽ eſſe viſionem,in quantum eſt beatitudo.Et hoc do communi ſententiæ.Ideoque in concluſione conſulto dixi *ſpecie tantum,quaſi phyſica differre eas viſiones*, & modo addo,nõ differre ſpecie Theologica,hoc eſt, in ratione beatitudinis,quã Theologi cõſiderãt;ſicut ſpecies logica in homine,& in equo,licet phyſice diſtinguãtur actus,& obiecta,nõ tamẽ diſtinguuntur logice:ita,&c.Ijs nec diſceſsi a cõmuni ſententia,nec quidquam detraxi veritati.

Non differunt Theologice.

Caput IIII. *De cauſis phyſicis inæqualis viſionis.*

35 *Tres cauſæ Phyſicæ viſionis*

CAVSAE proximæ phyſicæ, de quibus tantum eſt ſermo in hoc capite tres ſunt.Prima lumen gloriæ. Secunda eſſentia diuina coniuncta cum intellectu beati eo modo,quo diximus diſp.41.cap. 2. Tertia intellectus ipſe beati,quem etiam influere in viſionem non tantum vt inſtrumentum, ſed etiam vt cauſam partialem docuimus diſp.46.cap. 2. Ex his tribus,& duobus prioribus indubitatum eſt,vt cum lumen eſt perfectius,& eſſentia Dei perfectius coniungitur cum intellectu beati,eſſe cauſas phyſicas inæqualis viſionis,vel in intenſione,vel inindiuiduatione. Tota ergo difficultas huius rei,& ſatis celebris in hac materia ad intellectum reuocatur;nimirum; an ſicut perfectius lumen gloriæ cum æquali intellectu producit perfectiorem viſionem:ita inæqualis intellectus tum in ratione in diuiduali, tum in ſpecifica producet perfectiorem viſionem;aut in ſubſtantia indiuiduali, aut in ſpecifica?

36 Vt vero difficultas locum habeat,in duobus conuenire debent concertantes.Primum,intellectũ influere efficienter in viſionem. Nam ſi a ſolo Deo producitur,vt Nominales forte difficultatem fugientes,exiſtimarunt;nullus ei locus conceditur. Secundum, viſionem eſſe ſecundum totam ſubſtantiam ſupernaturalem; quia nimirum per ipſam ſubſtantiam videt Deum,vt eſt in ſe.Quoniam ſi quoad ſubſtantiam eſſet naturalis,& quoad modum tantum ſupernaturalis, facile euaderetur difficultas ſubſtantiam viſionis,quæ eſt naturalis, & tota ab intellectu, perfectiorem fore a perfectiori intellectu,& modum ſupernaturalem, qui eſt a lumine æqualem.Hoc bene notauit P. Vazq. diſp.47.cap.6 n.36. *P·Vazq.*

37 *Sententiæ affirmantis fundamenta.* His poſitis ſententia, quæ affirmat, habet pro ſe non contemnendam authoritatem, & fundamenta; eam defendunt ex antiquis Ricard.in 4.diſt.49.art.2.q.8. Maior q.10.ad 7. argumentum.Durand.in 3.diſt.14.q.1.ad vltimum. Robertus Olkot in ſuis determinationibus q.8.art.1.ad 4. Caiet.3.part.q. 10.art.4. ad 2.dicens,ſi verbum diuinum aſſumeret naturam Angelicam perfectius viſurum Deum, cum æquali lumine,quam modo videt per naturam humanam. Hanc ſententiam melius omnium me iudice tutatur P. Mol.in hoc art. diſp.2.Ei videtur ſuffragari S.Thomas 3.part. q.10. art.4.ad 2. Vbi ait,*gradus in viſione ſecundum perfectionem magis attenditur ſecundũ ordinem gratiæ, quam ſecundum ordinem naturæ.* Vbi expendenda eſt illa particula *magis*, quæ cum comparatiua ſit, licet perfectionem viſionis lumini præcipue tribuat; at etiam tribuit intellectui,ſaltim minus præcipue.

Ricard. Maior. Durand. Robertus. Olkot. Caiet. P.Mol. S.Thom.

Primum huius ſententiæ fundamentum deſumitur ex doctrina noſtrorũ, qui vt vidimus diſp.46.defendunt, intellectum per virtutem natiuam intrinſecam concurrere ad viſionem, aut vt inſtrumentum,aut vt cauſam partialem, &,vt notabam cap. 2. eius diſputationis, hæ duæ ſententiæ ſola voce differunt;ego vero elegi ſententiam affirmantem eſſe cauſam partialem; quia congruentior eſt doctrinæ propriæ in art.de cauſa inſtrumentali. In vtraque veró ſententia locum habet argumentum: nam inæqualitas inſtrumenti attingentis immediaté principalẽ effectũ ſufficiens eſt cauſa inæqualis effectus.Atqui quoties plures cauſę partiales concurrunt ad eumdem effectum,eo nobilior eſt,quo altera ex ijs cauſis partialibus perfectior fuerit.Id conſtat,cum facultas cognoſcendi habet ſpeciem perfectiorem; nam perfectiorem habebit viſionem, quam ſi intueatur obiectum ſpecie minus perfecta.Item cum duæ facultates inæquales in perfectione operantur cum æquali ſpecie, ea, quæ perfectior fuerit,perfectius videbit. Ergo pariter in noſtra re,cum intellectus,& lumen ſint cauſæ partiales, & cum vtrumque operetur per virtutem natiuam,& intrinſecam,maxime ſecundũ dicta a nobis diſp.45.cap.3.& diſp.47.cap.2. manifeſte efficitur,viſionem perfectiorem eliciendam fore propter maiorem cuiuſuis cauſæ perfectionem. 38

Reſponderi ſolet non ſequi conſequentiã; quia in re noſtra intellectus agit per potẽtiam obedientialem, quæ æqualis eſt in omni intellectu,tam humano,quam Angelico; in caſu 39 *Solutio.*

vero antecedentis agit per potentiam naturalem, quæ inæqualis eſt.

40 *Redargutio.* Sed animus non quieſcit hac ſolutione; quia potentia obedientialis intellectus Angelici ad videndum Deum, non diſtinguitur a propria entitate ipſius intellectus; & cum influit in viſionem, non influit per rationem communem intellectui humano, & Angelico; alias influeret per rationem genericam, quod eſt abſurdum: ergo influit per rationem vltimam ſpecificam: atqui intellectus humanus, & Angelicus in rationibus vltimis ſpecificis non ſunt æquales, ſed tantum in rationibus communibus: ignoro ergo, qua ratione dici poſsit, potentias eorum obedientiales eſſe æquales. Si potentia obedientialis eis intrinſeca eſſet diſtincta a proprijs naturis earum facultatum, & accidens commune eis, vt ineſt æqualis albedo in columba, & equo, poſſet dici potentia obedientialis vtrique intellectui æqualis: at nõ eſt diſtincta a proprijs naturis facultatum; ergo dici non poteſt, in vtraque eſſe æqualem potentiam obedientialem.

Potentiæ obediẽtiales intrinſecæ diuerſorum intellectuũ ſpecie, ſũt diſtinctæ ſpeciei.

41 *A ſimili in actu fidei Ruſtici, & docti.* Secundum fundamentum procedit a ſimili. Cum æquali habitu fidei inæquales aſſenſus producunt inæquales intellectus: ex. gratia, cõpara intellectum Ruſtici cum intellectu Angelici Doctoris, & admitte, eos eſſe perfuſos æquali lumine fidei; non ne Angelicus Doctor myſterio Trinitatis, & Incarnationis perfectius, & expreſsius aſſentietur, quam Ruſticus? Quis hoc neget? Ergo pari ratione perfectior intellectus cum æquali lumine gloriæ perfectiorem, & expreſsiorem eliciet viſionem.

42 *Solutio.* Noſtri reſpõdere ſolent diſtinguẽdo apprehenſiones præcedentes ad aſſenſum fidei ab ipſo, & dicunt, apprehenſiones perfectiores eſſe propter ſpecies naturales perfectiores; at iudicia non eſſe perfectiora, quæ ſunt ex fide diuina, atq; innituntur eidem primæ veritati. Hanc ſolutionem tradit P. Vazq. in ea diſp. 47. cap. 6. eamdem approbant Suar. & Arrub. citandi mox pro ſententia negante.

P. Vazq. P. Arrub. P. Suar.

43 *Redargutio.* Sed contra: nam apprehenſiones, quæ præcedunt iudicium, in ipſum influunt; ſicut præmiſſæ in concluſionem, aut ſicut cognitio proponens obiectum in appetitum. Quoniam, vt propoſitio intellectus applicat voluntati bonitatem obiecti amandi, & ei manifeſtat magis, aut minus rationẽ mouendi ad amorem, quo clarior, aut minus clara fuerit: & ſicut præmiſſæ applicant intellectui veritatem concluſionis, & manifeſtant rationem aſſentiendi magis, aut minus, quo illæ fuerint clariores, aut minus claræ: ita apprehenſiones applicant intellectui veritatem obiectiuam rei, cui aſſentiendũ eſt, & manifeſtant magis, aut minus rationes aſſentiendi, quo apprehenſiones expreſsiores, aut cõfuſiores fuerint; ergo ſicut ad propoſitionem meliorem intellectus, ſequitur melior affectus voluntatis, & ad meliores præmiſſas, melior aſſenſus concluſionis. Ita ad clariores apprehenſiones expreſsior aſſenſus fidei. Nõ ne intellectus perſpicax, & cultus in re Theologica melius apprehendit firmitudinem primæ veritatis in dicendo, quam aggreſtis, & incultus? Non ne melius apprehendit, quid ſit Trinitas perſonarum in vnitate naturæ? Quid Incarnatio Verbi Dei? Quid præſentia indiuiſibilis corporis Chriſti in Euchariſtia? Ergo iudicia fidei, quæ elicit de ijs veritatibus, perfectiora erunt.

44 *Diſtinctio ſpecifica per ordinẽ ad principium.* Tertium fundamentum, & mihi ſatis difficile, deſumo ex ordine tranſcendentali ſibi eſſentiali, quem vnaquæque cognitio dicit ad proprium principiũ ſui; ergo quoties principia fuerint ſpecie diſtincta, viſiones quoque erunt. Probo hanc cõſequentiam; quia alterutræ earum viſionum carebunt eo ordine eſſentiali tranſcendentali, quem vnaquæq; habet ad ſuum principium proprium; ergo diſtinguentur ſpecie. Conſequentiam hanc probaui efficaciter cap. 3. Vbi inductus hac ratione, mihi perſuaſsi, viſiones, quæ habẽt obiecta ſpecie diſtincta, eſſe quoque phyſice ſpecie diſtinctas; ergo hoc ipſum in præſenti dicẽdũ eſt. Quod vero viſiones ordinem tranſcendentalem eſſentialem habeant ad intellectum, tamquam ad principium proprium, ſic oſtendo. Nam viſio Angelica primo petit procedere ab aliquo intellectu: deinde non ab humano, vt humanus eſt; alias peteret principium diſcurſiuum, nec ab aliqua ratione communi intellectus generica. Quia ordines ij tranſcendẽtales non præſcindunt in terminis rationes communes a ſingularibus. Ergo petit procedere ab intellectu Angelico, vt Angelicus eſt; ergo ad ipſum, vt ad proprium principium habet ordinem trãſcendentalem ſibi eſſentialem.

45 *Solutio.* Dices; etiam Sacramenta nouæ legis habere potentias obedientiales diſtinctas; & tamen ſemper producere indigne ſuſcipientibus gratiam eiuſdem rationis.

46 *Redargutio.* Sed contra primo: hoc nihil momenti eſt; quia arbitror, longe eſſe probabilius, Sacramẽta nouæ legis phyſice non producere gratiam, vti docui ſatis ex profeſſo tractatu de Sacramentis in genere.

47 Contra ſecundo; nam gratia non reſpicit, vt proprium principium hoc, aut illud inſtrumentum: ſicut cognitio reſpicit, vt principiũ hunc, aut illum intellectum; ergo inſtantia non eſt ad rem. Hæc quidem argumenta pro hac parte grauiſsima ſunt, quæ eodem modo probant perfectiorem voluntatem, cum æquali charitate, ac alia, ſi agat toto conatu iuxta menſuram

Digitized by Google

menſuram charitatis perfectiorem elicituram actum amoris. Nec video ſpeciale incommodum in charitate magis, quam in lumine. Alia prætermitto argumenta; quia leuiora ſunt.

48 *Pars negans communior.* Sotus. Medina. Bannes. Zumel. Nauarret. Aluarez. Albeld.

Videnda modo, quæ pro ſe habeat fundamenta pars negans, de qua negari non poteſt, communiorem eſſe. Nam in ea conſentiunt antiqui, & moderni Thomiſtæ cum S. Thoma in hoc art. & cum noſtris ſcriptoribus. Ita Sotus in 4. diſt. 49. q. 3. art. 2. Medina 1. 2. q. 3. art. 2. Ita Bannes, & Zumel in præſenti, & Nauarretus controuerſia 42. & Aluarez lib. 7. de auxilijs diſp. 63. in 2. concluſione. Nec in prima fauet affirmanti ſententiæ; vt legenti conſtabit. Ita Albeld. diſp. 29. ſect. 2. In hoc authore, ſi ipſum legas, videbis libidinem impugnandi noſtros, ſaltim in modo probandi concluſionem, iam mordet Suarium, iam Vazqueſium, iam Arrubalem, quod non procedant conſequenter iuxta ſua principia, & ſe ſe plus iuſto diffundit per quinque concluſiones: & quantum aſſequor, ipſe non penetrat mentem ipſorum. Hæc eſt vetus noſtrorum querimonia, quod cum vix intelligantur, plus affectu impugnantur; quam mente. Ego hæc prætermitto, & ad rem pergo, aduertens argumenta Thomiſtarum, quæ depromuntur a ſua doctrina de lumine, quod eſt tota ratio agendi, & de eodem lumine, quod eſt diſpoſitio ad coniunctionem eſſentiæ per modum ſpeciei, nullius eſſe momenti, quod procedunt in falſa doctrina a nobis impugnata diſp. 45. cap. 3. & diſp. 46. cap. 2 & diſp. 47. cap. 2. Vnde ſcriptores noſtri, qui conueniunt in concluſione, alijs fundamentis vtuntur. Lege Valentiam hic diſp. 1. puncto 4. in fine, Suarium lib. 2. de attributis negatiuis cap. 21. Vazq. diſp. 47. cap. 6. Arrub. diſp. 22. cap. 2. & 3.

Thomiſtarũ fundamẽta prætereo.

Pro hac parte illud eſt maioris momenti argumentum, & ſi vulgare ſatis: quod ſequeretur duobus hominibus æqualis meriti, & inæqualis intellectus æquale lumen dandum eſſe; ac ſubinde perfectiori pollentem intellectu perfectius Deum intuitum iri; ergo ſine maiori merito magis haberet de eſſentiali beatitudine, quod eſt abſurdum.

50 *Reſpõſum quorũdã P. Vazq. P. Arrub.*

Argumentum hoc non videtur magni momenti Patri Vazq. & Patri Arrub. vbi ſupra cap. 2. & 1. Reſpondent, habenti perfectiorem intellectum tanto minus de lumine dandum eſſe, quanto opus eſt, vt imperfectior intellectus cum maiori lumine pertingere poſsit vſque ad tam perfectam viſionem, quantam alter habet; quo fiet, æqualem fore in vtroque beatitudinem: ſicut æqualia ſunt merita. Nec refert, quòd alter minus luminis accipiat cum æquali merito. Nam cum lumen detur, vt medium ad beatitudinem, nec vt præmium ſiſtens in ipſo: ſi tamen beatitudo æqualis danda eſt compenſante perfectiori intellectũ, quod videbatur de lumine deſiderari.

Verũ ego non quieſco hac ſolutione. Primo; quia lumen ipſum præmium eſt, & intellectũ habere perfuſum intenſiori lumine gloriæ, bonum eſt honeſtum magni momenti, & maioris, quam perfectio indiuidualis naturalis facultatis; ergo credibile non eſt, hominem intellectu perfectiori præditum minorandum eſſe in lumine, & ſi alias tam perfectam habiturus ſit viſionem. Secundo; quia vel ei homini datur lumen intenſum reſpondens ſuo merito, vel non? hoc ſecundum dici non poteſt de Deo, qui præmiat vltra condignum, & *qui reddit vnicuique iuxta opera ſua*, vt ait Paul. Romanorum 2. Si primum; ergo vterque accepit æquale lumen, tum propter opera, tum ſecundum id, quod vltra dat Deus; ac proinde ſequitur inconueniens de perfectiori viſione ſine maiori merito. Tertio; quia aut æqualem receperunt gratiam juſtificantem; aut non? ſi æqualem: ergo etiam lumen æquale. Probo cõſequentiam; quia lumen exigitur a gratia, vt facultas intelligendi eius in ſtatu perfecto beatitudinis; ergo a gratia æquali æquale lumen exigitur, & credibile non eſt, Deum id negaturum inferendo gratiæ quamdam violentiam. Si inæqualem: ergo æquali merito datur inæquale præmium. Nam negauit nemo, gratiam iuſtificantem præmium eſſe, quippe conſtituit iuſtum, & amicum, & hæredem vitæ æternæ, & eſſe magis iuſtum, & eſſe magis amicum Dei, eſt ex ſe res honeſtiſsima, & maxime appetibilis.

51 *Redarguitur.*

Paul. Rom. 2.

Si dicas, vtrique dandam eſſe menſuram luminis iuxta menſuram meritorum, & præterea habenti imperfectiorem intellectum aliquid vltra luminis dandum eſſe, quantum ſufficiat, vt vterque æqualem habeat viſionem; & tunc is, qui minus recipit luminis, nullam habebit querellæ occaſionẽ; quia ei expleta eſt menſura meritorum, & licet Deo facere de ſuo prout libuerit. 52

Contra hoc eſt, quod videtur ſine fundamẽto aſſertum, & ſolum dictum, vt fugiatur vigor argumenti. 53

P. Molin. diſp. illa ſecunda aliam ingreditur viam, vt diluat argumentum, concedit æquale lumen vtrumque recepturum; at ait, Deum temperatum iri ſuum concurſum ſupernaturalem habenti perfectiorem intellectum, quãtum opus eſt, vt vterque æqualiter videat. 54

P. Mol. *P. Molin. reſpõſum.*

Contra primo, hoc gratis dictum eſt. Contra ſecundo: miraculum eſt negare concurſum cauſis ſecundis connaturaliter debitum; vt ſi Deus intenſiſsimo calori remiſsiſsimum exhiberet generalem concurſum. Contra tertio: inſertur

Redarguitur.

Digitized by Google

fertur violentia gratiæ juſtificanti, & lumini; quia vt gratia in tanta perfectione eſt ius ad tantam viſionem ex natura ſua, & ad tantum lumen: ita etiam eſt ius ad tantum concurſum a Deo exhibēdum. Contra quarto; quia ipſe concurſus habet rationem præmij; ſicut viſio, & lumen; ergo ſicut difficile credimus, Deum negare de præmio luminis, & viſionis; ita de præmio concurſus.

55 *Secundum fundamentum ex improportione virium naturaliū ad gratiā.* Secundum fundamentum eſt pro hac ſententia, quod P. Arrub. ſupra capite 3. iudicat efficax. Nam inæqualitas perfectionis naturalis non poteſt eſſe in cauſa, quod lumen efficiat inæqualem viſionem, aut vltra ſuam actiuitatem, aut infra illam; ergo ratione perfectionis intellectus non poteſt eſſe inæqualitas in viſione, ſed ſemper viſio erit tam intenſa, quam lumen. Antecedens quoad primam partem manifeſtum eſt, nam natura nihil ex ſe poteſt ſupernaturale; quod ſi intellectus perfectior conari poſſet vltra actiuitatem luminis, & intenſiorem producere viſionem, iam naturæ ſoli reſponderet aliquid ſupernaturale vltra eleuationē; quod nō nihil habet Semipelagianiſmi. Quoad ſecundam partem probatur; quia lumen ex parte ſua eſt idoneum ad æquè intenſam viſionem: ſed imperfectio intellectus non poteſt impedire, quominus lumen ſe profundat in productione viſionis ſecundum totam ſuam actiuitatem; ergo intellectus non eſt in cauſa, vt lumen agat infra ſuam actiuitatem. Probatur minor; quia intellectus tantū requiritur, vt intellectio ſit vitalis; ad hoc autē ſufficit quilibet intellectus, etiam minus perfectus; imo intellectus cum lumine gloriæ neceſſario influit ſuam vitalitatem: ea autem præſuppoſita intenſio viſionis optime refunditur in lumen, & in eſſentiam Dei vnitam per modum ſpeciei; ergo imperfectio intellectus limitare non poteſt actiuitatem luminis, quominus exerat ſe ſecundum totam.

56 *Satisfactio.* Hoc argumentum primo aſpectu bene cōpoſitum eſt; at introſpectum non conuincit intentum. Nā licet ratione noſtra ex prædicatis, quæ ſunt in viſione tribuamus intellectui rationem vitalitatis, & intellectionis; vt conſtat ex dictis diſp. 45. cap. 3. at in re non tantum producit vitalitatem in genere, ſed etiam hanc ſpecifice, & numerice vitalitatem huius actus; atque adeo non poteſt non dicere ordinem eſſentialem tranſcendentalem ad naturam ſpecificam huius intellectus, tamquam ad principium proprium, a quo petit procedere. Vnde licet verum ſit, intellectum non eſſe impedimē tum lumini, quominus influat ſecundum totam actiuitatem: at ex hoc non fit, viſionem ſecundum influxum, quem habet intellectus Angelicus, non more ſpecie diſtinctam a viſione humana ſecundum illum influxum, quem habet in illam intellectus humanus.

Hinc inde vtramque partem rigoroſo examine diſcuſsimus. Deſiderabit lector propriā reſolutionem; eam ego diſtuli; quia ſatis difficilis. Equidem fateor, me ſatis dubium hærere, & opera Magiſtri indigere; at dicam, quod ſentio. 57 *Iudicium authoris.*

Primo cenſeo, nulla ratione affirmandum eſſe ratione conatus perfectioris intellectus viſionem perfectiorem, aut expreſsiorem fore vltra menſuram luminis gloriæ, & modi concurrendi eſſentiæ diuinæ inſtar ſpeciei. Probatur; quia vt obſeruabam proponens ſecundum argumentum ex P. Arrub. pro ſententia negante nimium tribueretur naturæ, ſi propter influxum perfectiorem eius concederemus agere poſſe vltra menſuram perfectionis luminis. Ratio a priori eſt, quam tetigi diſp. 45. cap. 4. n. 7. nimirum; quia in ea actione ſubordinatur intellectus lumini; & ſicut nihil ſupernaturale ex ſe poteſt ſine lumine; ita nec cum ipſo vltra luminis actiuitatem. 58 *1. Con. Numquā perfectior viſio vltra menſuram luminis.*

Cenſeo ſecundo, quemcumque intellectum, tum Angelicum, tum humanum ſufficientis perfectionis eſſe, vt expleat totam intenſionē eleuationis; ita vt ſemper lumen habeat effectum adæquatum, tum ſecundum intenſionem, tum ſecundum perfectionem indiuidualem. Probatur; quia omnis intellectus agit per potentiam obedientialem incohatam, & imperfectam, & ſubordinatur in ea actione eleuationi a qua determinatur; ad modum, quo cauſa particularis determinat vniuerſalem; ergo imperfectio naturalis intellectus, per quam tantum continet viſionem incohate, & vt in ſemine, in cauſa eſſe non poteſt, quominus lumen effectum habeat adæquatum. Probo hanc conſequentiam; quia nulla poteſt eſſe ratio ad affirmandum Deum noſtris intellectibus indidiſſe potentias has obedientiales, ita limitatas, vt explere non poſsint omnem actiuitatem eleuationis, per quam ab ipſo Deo eleuantur, maxime cum ſemper eleuentur intra obiectum adæquatum ad intellectionem limitatam in natura ſpecifica, & in intenſione, & in indiuiduatione. Quo fiet, quemcumque beatum recipere totum præmium ſuorum meritorum. 56 *2. Con. Quicumq; intellectus ſufficiēs ad explendū omnē actiuitatem eleuationis.*

Cenſeo tertio, viſionem effectam a perfectiori intellectu eſſe perfectioris entitatis, aut in ſe, aut in influxu, ſeu actione, per quā agit. Hanc concluſionem probant plane argumenta pro prima ſententia, cum replicis a nobis productis, quibus non video ſatisfieri. Dixi vero, viſionem, aut in ſe, aut in actione; per quā producitur, eſſe perfectioris entitatis; quia argumenta illa proculdubio probant actionem produ- 60 *Perfectior intellectus perfectiorem efficit viſionem.*

producentem viſionem humanam eſſe ſpetie diſtinctam ab actione producente viſionem Angelicam: propterea quod omnis actio ſpeciem ſumit a ſuo principio. Quapropter dixi in philoſophia, ignem, & ſolem agere calorem actionibus ſpecie diſtinctis. An autem ipſa etiam viſio ſit ſpecie diſtincta? dico eſſe, cũ conſidero meliora principia in philoſophia. Primo; quia propter eſſentialem dependentiam actus vitalis a ſuo principio, probabile eſt, potentias vitales non agere ſuos actus actione media diſtincta ab ipſis. Secundo; quia hoc eſt diſcrimen inter calorem, & actum vitalem: quod calor productus ab igne, & a ſole, ſi eſt eiuſdem ſpeciei, non petit determinate, vt cauſam ſui ignem, aut ſolem, ſed alterutrum; at viſio Angelica determinate petit, vt cauſam ſui intellectum Angelicum, & humanum, vt dicebã in tertio fundamento pro prima ſententia.

61 *Obiectio.* Contra hanc concluſionem ſolum militat primum fundamentum pro ſecunda ſententia. Nam videtur ſequi, perfectiorem intellectum accipere præmium vltra meritum.

Satisfactio. Reſpondeo vero negãdo ſequellam; nec ex hoc, quod viſio perfectioris intellectus ſit perfectioris entitatis, ſequitur formaliter ſpectata, in ratione præmij perfectiorem eſſe, ſed tantum materialiter, & in ratione entis. *Minus perfecta cognitio in entitate poteſt eſſe expreſsior perfectiore.* Hoc ita explico, ſæpe contingit, entitatem perfectiorem cognitionis eſſe minus expreſſam ſui obiecti perceptionem, quam cognitionem perfectioris potentiæ; vt ſi conferas notitiam ſenſus communis de colore albo cum viſione clariſsima eiuſdem, hæc eſt imperfectioris entitatis; at expreſsior repræſentatio ſui obiecti: ita in re noſtra poterit contingere, viſionem perſonæ pollentis perfectiori intellectu eſſe ſimul perfectiorem in entitate, at vel minus claram, vel non magis, quam alterius inæqualis intellectus, ſi huius merita, vel potiora ſint, vel non minus valoroſa, quam illius.

Ad hæc ego non video multum incommodi, ſi concederemus Angelis iuxta naturam eorum, & iuxta naturam actionum, quibus etiã meruerunt, quæ ſunt in ſuperiori ſpecie, quam noſtræ, dari etiam viſionis perfectiorem naturam phyſice. Nam dum nobis non negatur præmium explens noſtra merita, nulli fit iniuria, cum Deus ſe exhibet largitorem liberalem accommodans ſe in gratia perfectiori naturę Angelicæ. Neque ex hoc fit, gratiam etiam iuſtificantem fore ſpecie diſtinctam, ſed hanc eamdẽ in nobis, tum in via, tum in Patria petere actus diſtinctos phyſice ab ijs, quos petit in Angelis, tum in via, tum in Patria. Non dico habitus ſupernaturales ſpecie diſtingui, ſed actus; quia ad hos ſpecie diſtinguendos, non eſt neceſſaria habituum diſtinctio; ſed ſufficit potentiarum. 62 *An gratia in Angelo petat habitus perfectiores?*

Neque etiam fit, hoc ſine fundamento dici, vt obijciebatur in prima ratione pro ſecunda ſententia n. 53. cum fundamentum depromamus ex ipſis rerum naturis. 63

Quod dixi de intellectu, conſentanee dictũ puta de voluntate, maxime in actibus amoris neceſſarijs, quos habet in Patria: nã in ijs, quos habet in via; quia liberi ſunt, ſæpe non explet actiuitatem gratiæ excitantis, aut intenſionem habitus; quia ſegniter, & remiſſe operatur. 64

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA.

DE VISIONE BEATORVM, VT EST intuitio Dei in ſe,

Diſtincta duobus capitibus.

In 1. De viſione abſolutorum neceſſariorum in Deo.

In 2. De viſione Dei in ordine ad relatiua.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

VTRVM

VTRVM VIDENTES DEVM PER ESSENTIAM, IPSVM COMPREHENDANT?

S. Thom. Ieremias. cap.32. Iob. cap.11. Patres Suar. & Vazq. P. Arrub.

NEgat S.Thomas, proptereaquod incomprehenſibilitas a creatura eſt vnum ex attributis Dei: ex Ieremia cap.32. ibi *magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu*; & ex Iob cap.11. ibi *forſitan veſtigia eius comprehendes, & vſque ad perfectum Omnipotentem reperies*? Patres Suar. & Vazq. controuertunt, an hæc veritas ſit de fide. Ego exiſtimo eſſe, ſi ſermo ſit de exacta comprehenſione, quam, ni fallor, exacte declaraui diſp.4. cap.4. Vbi radicem incomprehenſibilitatis Dei oſtendere curaui. Vnde in hoc loco immunis ſum ab hoc onere; & licet poſſem modo aliorum placita referre, & refellere; at hoc ab alijs præſtitum ſatis: nec id tam lector deſiderauit, quã propriam ſententiam. Poſt a me illam cogitatam, video in hoc loco, P. Arrub. in eamdem veniſſe; breuiori tamen calamo, gratulor ex nouo tanti nominis patrono.

ARTICVLVS OCTAVVS.

VTRVM VIDENTES DEVM PER ESSENTIAM OMNIA IN IPSO VIDEANT?

S. Thom.

COncluſio S.Thomæ; beatus videndo diuinam eſſentiam non videt in Deo omnia, quæ ipſe facere poteſt, ſed quædam eo plura, quo perfectius vident diuinam eſſentiam. Nam alias Deũ comprehenderet. Quantum ponderis habeat hæc ratio, diſcuſſi diſp. illa 4. cap.4. n.29.

Caput I. *De viſione abſolutorum neceſſariorum in Deo.*

1 *Abſoluta, de quibus dubitatur.*

ABSOLVTA, de quibus dubitari poteſt; an omnia videantur neceſſario a beato, hæc ſunt? Primũ natura in noſtris principijs, quam conſtitui intellectione, docuimus diſp.3. Deinde attributa naturæ, tum poſitiua, tum negatiua. Tertio omnipotentia, quam ſola ratione non præſcindente per conceptus inadæquatos diximus diſtingui a natura, aut volitione. Quarto ipſa volitio Dei, quam eſſe extra eſſentiam naturæ diuinæ docuimus diſp. 12. cap.2 eam conſiderauimus, vt ſe ipſum neceſſario amat diſp.14. per totam, & vt creaturas poſſibiles neceſſario amat diſp. 18. cap. 1. vt vero in ea eſt amor liber creaturarum, & ſunt morales virtutes, quæ attributa iuſtitiæ, miſericordiæ, & liberalitatis dici ſolent, ſpectat ad cognitionem liberorum, & creaturarũ exiſtentium, de quo diſp.52.

2 *Duplex ſẽſus difficultatis.*

Aduerte deinde, difficultatem hanc duos habere ſenſus. Primus; an de facto beati videant omnia abſoluta neceſſaria? Secũdus; an ſit poſſibilis aliqua intuitio quidditatiua Dei, per quam videantur quædam attributa, non omnia? In vtroq; ſenſu ſimul a nobis definienda in hoc cap.

3 Aduerte tertio, quoſdam ſatis frequenter diſtinguere attributa ipſa a modis attributorum. Attributa ipſa appellãt ſcientiam ipſam, vt eſt in Deo, volitionem, omnipotentiam; modos attributorum appellant reſpectus particulares, qui ſunt in ſcientia Dei, quatenus hãc, & illam, & illam in particulari cognoſcit, aut volitio complacet in hac, aut illa, & illa creatura determinate ex poſſibilibus; aut omnipotentia, in quantum continet hanc, aut illam, & illam creaturam determinate. *Aliqui diſtinguunt attributa a modis attributorũ.*

4 *1. ſententia. P. Salas. Notatio pro intelligenda mẽte horum doctorum. Capreol. Durand. Caiet. Ferrar. Palud. Ricard. Abolen. OKam. Gabriel. Almai. Argent. Palaci.*

Hinc manauit quædã ſententia, quæ concedit, beatũ de facto, & neceſſario intueri in Deo omnia attributa abſoluta neceſſaria: negat vero, & de facto videre, & videre poſſe omnes modos attributorum. Hanc ex profeſſo lateque defendit P. Salas 1. 2. tractatu 2. diſp. 4. ſect.2. & 3. Vbi erudite magnum cogit cumulum authorum pro ea; ſed aliqui citantur dubia fide, vt Capreolus, Durandus, Caiet. Ferrarienſis. Palud. Ricar. Abulenſis, Okamus, Gabriel, Almainus, Argentina, Palacius. Non vacat ſingulos horum in particulari expendere; in genere vero, vt eorum mentem intelligas; animaduerte, aliud eſſe negare aliquam formalitatem formaliter exiſtentem in Deo videri a beatis; aliud non ita omnes exprimere ex parte modi cognoſcendi, quantum ſufficit, vt per talem expreſſionem in Deo creaturæ omnes in particulari diſtincte cognoſcantur; præfati Doctores non negant illud primum, nec negari poteſt. Nam ſi formalitas aliqua tenens ſe ex parte

ex parte Dei, vt eſt in ipſo, lateret videntem, viſio beatorum non intueretur Deum, vt eſt in ſe, ſed inſtar abſtractiuarum cognitionū præſcindendo vnam formalitatem ab alia; & cum formalitates illæ, quas appellant modos attributorum tam formaliter exiſtant in Deo, quā ipſa natura, & attributa, ſi illæ non viderentur, intuitio beatorum non eſſet Dei, vt eſt in ſe. Sed tantum negant ſecundum, de qua re erit ſermo noſter in ſequentibus.

5 Quod attinet ad Scotum, qui etiam allegatur pro hac ſententia, tantum affirmat, videre poſſe eſſentiam, non viſis perſonis, de quo cap. ſequenti.

Scotus. *Mens Scoti.*

Ergo qui ſuffragantur huic ſententiæ, ij ſunt Antoninus 3. part. titulo 30. cap. 4. §. 2. Ferdinandus Velloſillus Epiſcopus Lucenſis in aduertentiis Theologiæ ad tom. 9. Aug. q. 16. dub. 2. Ouandus in 4. diſt. 49. propoſitione 19. & 20. & in 1. diſt. 1. propoſitione 20. Ij vero conſequenter affirmant, vnum attributum ſine alio videri in Deo poſſe.

Antonin. Ferdin. Velloſill. Ouand.

6 Probatur primo hæc ſententia; quia in Deo ſunt formalitates infinitæ, vt ſi conſideres reſpectus ad creaturas infinitas; ergo non omnes formalitates exiſtentes in Deo videntur à beatis. Probo hanc conſequentiam; quia ad hoc neceſſarium eſt infinitum lumen, & infinita viſio.

Probationes huius ſententiæ.

7 Secundo probatur; quia de ratione intuitionis quidditatiuæ non eſt videre omnes obiecti formalitates; ergo ex eo, quod viſio beatorum ſit intuitiua Dei, non ſit, omnes formalitates in Deo exiſtentes à beatis videri. Antecedens probatur; quia Angelus naturali virtute quidditatiuè, & comprehēſiuè intuetur meā ſubſtantiam: non tamen videt potentiam obedientialem actiuam in ordine ad effectus ſupernaturales, cum ſit formalitas in me exiſtens; ergo, &c.

8 Tertio probatur; quia ſi beatus videret omnes reſpectus particulares ſcientiæ, & omnipotentiæ ad determinatas creaturas, v.g. formalitatem, per quam ſcientia cognoſcit Petrum, vt Petrus; & omnipotentia continet Petrum, vt Petrus; efficeretur, quemcumque beatum cognoſcere in particulari omnes creaturas poſsibiles, quod eſt abſurdum. Probo hanc cōſequentiam; quia non poſſunt cognoſci ſcientia Petri, vt Petrus, nec continentia Petri, vt Petrus, quin Petrus diſtinctè cognoſcatur, vt videtur per ſe manifeſtū, & ſic de ceteris creaturis; ergo, &c.

9 Vltimo probatur; quia ſi propter aliquam rationem omnes formalitates neceſſario viderentur ex vi viſionis; maxime quia in Deo ſunt vna ſimplex formalitas in re: ſed hæc ratio inſufficiens eſt; ergo, &c. Probo minorem in actibus liberis diuinis, qui cum tam idem ſint cum natura Dei, ſicut attributa; nihilominus tamen non videntur in Deo ex vi viſionis naturæ Dei; ergo non eſt de ratione viſionis Dei videre, quidquid eſt formaliter idem cum ipſius natura.

Contraria ſententia, & verior, & communior eſt; non tamen facilis defenſatu, neq; eam authores frequenter in ſua puritate, & rigore defendunt. Ei fauet S. Thomas art. 7. ad 3. vbi hæc verba. *Beatos non comprehendere Deū, non quia non vident quidquid in Deo eſt, ſed quia non vident perfectè, non ex parte obiecti, ſed ex modo videndi: nam obiectum totum videtur, & omnis modus, qui in ipſo eſt, quamuis non infinite videatur.* Aurea ſunt hæc verba ſancti Thomæ, & rem totam alte expediunt, numquam in modis ſuis dicendi penetrata à diſcipulis, vt mox dico: in ijs enim ex parte obiecti totum ait patere beato, & nec modum aliquem in ipſo exiſtentem latere: ideo autem non pertingere cognitionem vſque ad omnes creaturas poſsibiles: quia ex parte cognitionis non infinite Deus exprimitur. Nihil expreſsius dici potuit contra primam ſententiam. Idem docuit tertio contra gentes cap. 55. Idem docent omnes diſcipuli S. Thomæ, & noſtri ſcriptores vno excepto Patre Salas, eos nominare non oportet. Id non omittam animaduertere, Albeldam, & huic ſententiæ, & S. Thomæ contrarium exiſtere; dum diſputatione 32. ſectione 1. in tertia concluſione affirmat, neceſſario quemlibet beatum ex vi viſionis videre diſtinctè omnia attributa, quæ non dicunt reſpectum ad creaturas in particulari: quoniam is reſpectus ſecundum id, quod dicit in recto ex parte Dei, nihil eſt aliud, quam ſcientia Dei, vt eſt ſcientia Petri determinate, & in ſingulari, & continentia Petri determinate, & in ſingulari; ergo cum hæc prædicata, ſeu ij modi attributorum ſint in Deo intrinſece formaliter, ſecundum quod dicunt in recto ex parte Dei, ſi ea diſtinctè non videntur, iam Deus non videtur à beato, vt eſt in ſe formaliter, & non omnis modus, qui in ipſo eſt, nec totum obiectum videtur, vt expreſsiſsime aſſeruit S. Thomas. Confirmo hoc: quoniam ſi formalitates eæ latent videntem, & eſſentia, & attributa diſtinctè cognoſcuntur; eſt aliquid in Deo diſtinctè cognitum, & aliquid non diſtinctè cognitum: ac ſubinde cognitio intuitiua præſcindit in obiecto contra propriam intuitionis naturam. En ergo dat totum intentum primæ ſententiæ. 10

Verior oppoſita ſententia, non facile defenditur. S. Tho.

P. Salas. Albel. *Junior Thomiſta S. Thomæ cōtrarius.*

Ratione efficaci probatur ſententia.

Vrgeo; non magis diſtinguuntur formalitates eæ à natura Dei, quam attributa; ergo 11

Cccc poſſunt

poſſunt hæc diſtinctè non cognoſci per claram intuitionem eſſentiæ, & attributorum; etiam poterit eſſe altera intuitio clara naturæ Dei, quæ nec diſtinctè cognoſcat attributa, nec perſonas. Probo hanc conſequentiam; quia totum robur communis ſententiæ conſiſtit in obiecti ſumma ſimplicitate, & in natura cognitionis intuitiuæ; ergo cum formalitates ex tam idem ſint cum natura, quam attributa, nihil impediente, quod reſpiciant creaturas in particulari, (ſi ratio communis ſententiæ ſolide defenditur, nec velis infringere totum eius fundamentum,) hos etiam reſpectus diſtinctè cognoſci, vt exiſtunt in Deo, & quod diſtinguuntur à terminis, quos connotant, tuearis neceſſe eſt; vt egregie animaduertit S. Thomas vbi ſupra: quomodo autem cum hoc ſtet, non cognoſci a beato omnes creaturas in particulari infra explico n.15.& diſp.ſequenti n.16.

12 *Fundamentum communis ſententiæ.* Ioannes 1. epiſt. Cócili. Florent.

Fundamentum communis ſententiæ depromitur ex verbis Ioannis 1.epiſt.cap.3.*cum apparuerit, ſimiles ei erimus; quia videbimus Deũ, ſicuti eſt*; vtique Deum talem, qualis in ſe eſt, Vnum, & Trinum, omniſcium, omne amabile amantem, infinitum, immutabilem, immenſum, omnipotentem, &c. Hoc ſignificari a Ioanne ſatis confirmat Florentinum ſeſſione vltima in litteris vnionis definiens, *animas, quibus nihil purgandum ſupereſt, intueri clare Deum Trinum, & Vnum ſicuti eſt.*

Fundamentum hoc egregie confirmabunt teſtimonia, quæ ex ſanctis Patribus referam, ac præcipue ex Aug. cap. ſequenti. Vbi ex vnitate Paternitatis, & Filiationis cum natura colligũt, Patrem ſine Filio, & Filium ſine Patre intueri non poſſe.

Fundamentum a ratione ducitur ex duplici principio. Primum eſt, omnia, quæ actu, & formaliter in Deo exiſtunt, eſſe actu, & formaliter indiſtincta, adeo vt in ſe, & comparatione mẽtis facialiter Deum videntis, nequaquam ſint plura; ſed vna indiuiſibilis, & ſumme ſimplex formalitas. Hoc principium contra Scotum, & Scholam iam ſana tuetur Theologia; & ego (Deo dante) confirmabo tractatu 5. de indiuidua Trinitate. Alterum principium eſt natura intuitiuæ quidditatiuę cognitionis, maxime ſi perfecta eſt in ea ratione, qualis eſt viſio beata; ea enim ſecundum bonam philoſophiam in hoc diſtinguitur ab abſtractiua quidditatiua cognitione; quod hæc procedit ab alienis, & inadæquatis ſpeciebus, nimirum effectuum, & ex illis aſcendit ad cognitionem naturæ. Vnde licet immediate illam attingat; at ſemper inadæquate ex parte modi cognoſcendi; quia nimirum nõ habet rei ſpecies proprias, nec adæquatas, ſed ſolum vnius, aut alterius effectus. Hinc fit, quod licet omnia attingat, quæ ſunt in natura, ſi illa ſimplex eſt; non tamen poſsit omniũ prędicatorum exactam rationem reddere, licet ſit ſcientia euidens, ſed eorum tantum, quæ reſpondent effectibus, è quibus ſpecies impreſſas deprompſit. At intuitio Dei, qua quidditatiua eſt, immediate fertur per ſpeciem propriam ad obiectũ plene, vt in ſe eſt, maxime viſio beatorum, quæ eſſentiam ipſam Dei habet pro ſpecie. Ergo neceſſario totus Deus cum omni perfectione, & cum omni modo perfectionis, & cum omni formalitate, quæ idem cum ipſo eſt, patere debet videnti. Non nego hæc eadem, aut clarius, aut minus clare videri poſſe, vel ratione intenſionis, vel ratione indiuiduationis: ſed dico, omni intuitioni quidditatiuæ ex eſſentia ſua omnia, quæ ſunt idem cum obiecto, reſpondere ſemper debere.

Dices: cum videmus coloratum a longe veniens, intuitiue illud videmus: nam potentiæ materiales nõ praſcindunt; & tamen non omnia, quæ ſunt in obiecto diſcernimus; ergo de ratione cognitionis intuitiuæ non eſt omnia obiecti diſtinctè videre. 13 *Quid reſpondeat in obiecto cũ coloratum a longe vidermus.*

Reſpondeo primo, viſionem facultatis corporeæ non eſſe quidditatiuam; nec enim eſſentiam colorati, & dependentias eius cognoſcit; ſed in tantum dicitur intuitiua, in quantum eſt rei exiſtentis in ſe, licet non vt in ſe.

Reſpondeo ſecundo, in obiecto a longe veniente plures partes non videri, aut propter impedimẽtũ organi, aut medij indiſpoſiti, aut ſpeciei impreſſæ. Vt conſtat, cum proxime ad nos accedit: nam tunc plures videmus partes, quam antea, & hoc nihil habet incommodi in viſione corporea, quippe eſt de obiecto non ſimplici, ſed extenſo, & per viſionem materialem, & extenſam per pupillam: at in viſione ſpirituali intuitiua Dei, atque quidditatiua hoc non poteſt contingere.

Ad primum argumentum reſpondeo, negãdo antecedens: nam licet vnaquæque ex perfectionibus diuinis ſit infinita intenſiue; non tamen ſunt infinitæ in multitudine; immo nec multæ cum de abſolutis loquimur, ſed vna, & indiuiſibilis, maxime cum vna ſcientia indiuiſibilis per eamdem rationem infinitas creaturas comprehendat, & vna omnipotentia cõtineat. Ad hæc, dato antecedenti, non ſequitur conſequentia. 14 *Ad argumenta. Non ſunt in Deo perfectiones multitudine infinitæ.*

Quia, vt Deum infinitum finita viſione intuemur, & ſcientia Chriſti infinitas cogitatiões hominum per totam æternitatẽ finita ſciẽtia cognoſcit; ita perfectiones multitudine infinitas poſſemus finita intuitione videre. *Finita viſio videt infinita.*

Ad ſecundum nego antecedẽs. Ad probationem nego quoq;, Angelum non videre totam entitatem 15

Angelus videt per naturã potentiã obedientialẽ quoad entitatem.

entitatem potentiæ obedientialis, quæ eſt in mea ſubſtantia, quippe non diſtinguitur ab illa, & non poteſt eadem res videri, & non videri; at non penetratur, quantum ſufficit ad attingendum ſupernaturale connotatum; quia ad hoc non ſolum requiritur intuitio comprehenſiua, ſi naturalis eſt; quia in mea ſubſtantia non eſt cognoſcibilis ſupernaturalis effectus cognitione naturali, ſed ſupernaturali. Aliter reſpondet Arrubal diſp. 25. n. 15. ſed eius ſolutionem impugno diſp. ſequenti n. 15.

P. Arrub.

16 Tertium argumentum difficile eſt; rei tamẽ difficultas nõ debet dimouere nos a rigore veritatis. Fateor ergo beatũ videre omnes illos reſpectus ad creaturas in particulari nõ minus diſtincte, quam naturã, attributa, & perſonas; vt notaui contra Thomiſtam modernum ſupra n. 10. & 11. Nego vero inde fieri, quod omnes creaturas poſsibiles in particulari cognoſcat; nimirũ quia nõ eſt tanta Dei penetratio, quanta ſufficit ad extendendam cognitionem ad omnes poſsibiles creaturas in particulari; vt diſp. ſequẽti cap. 3. fuſius declaro, & carpo Recẽtiores è noſtris, quod difficultati ſuccubuerint, & cõceſſerint, quẽcũq; e beatis omnes creaturas poſsibiles quidditatiue cognoſcere.

Beatus videt reſpectũ ad creaturas in particulari.

17 Vltimum argumentum difficile etiam eſt in communibus principijs de libertate Dei: in noſtris, quæ iecimus diſp. 16. cap. 10. & 11. facile id diluo diſp. 52. cap. 1.

Caput II. *De viſione Dei in ordine ad relatiua.*

18 *Quid titulus capitis contineat.*

ADVERTE primo duo in titulo capitis contineri. Primũ; an eſſentia videatur, aut videri poſsit ſine relationibus? Secundum; an vna Perſona ſine alia? Horum reſolutio videtur pendere a diuerſis principijs. Nam eſſentia eſt actu, & formaliter idem, vt ſubſumimus contra Scotum ex ſaniori Theologia, & magis conſona ſimplicitati Dei; at vna Perſona realiter diſtinguitur ab alia. Sed re vera nõ pendet; quia ſi ratione identitatis eſſentia ſine relationibus videri non poteſt; nec vna ſine altera. Nam qui videt eſſentiam cum omnibus relationibus, videt tres Perſonas.

19 Aduerte ſecundo, in materia huius capitis contineri etiam duplicem ſenſum; ſicut etiam in materia capitis præcedentis. Alter; an de facto ab aliquo beato exigui luminis videatur eſſentia ſine relationibus? Alter; an de potentia Dei abſoluta videri poſsit?

20 *De facto omnes beati vident Deum Trinũ, & Vnũ.*

Concilium Franford. 1. Ad Cor. cap. 13. Pſalm. 47. Ioan. 17. P. Suar. P. Salas.

Conſentanee ad dicta cap. ſuperiori dico 1. de facto omnes beati vident diuinas relationes, atque Deum Trinum, & Vnum. Hac concluſio videtur definita in Florẽtino in Verbis, quę adduximus cap. ſuperiori, & infra Franfordiẽſi epiſt. ad Epiſcopos Hiſpaniæ in fine. Suffragãtur loca Scripturæ 1. ad Corinthios cap. 13. & Pſalmo 47. & Ioannis 17. Suffragantur quoq; multa Patrũ teſtimonia, quorum aliqua allegat P. Suarez hic cap. 23. n. 10. & plura P. Salas citatus cap. 1. ſua ſect. 3. concluſione 1. & in ea concordant Theologi omnes: quia quod in via per ſpeculum, & in enigmate cognoſcimus, & credimus, in patria facialiter intuebimur: nam fidei noſtræ reſpondebit illa viſio, quæ eſt vita æterna, per quam & cognoſcemus Patrem, & quem miſit Ieſum Chriſtum regnãtem cũ Spiritu ſancto, &c. Quæ ſubijcio pro 1. concluſione, hanc etiam confirmant.

21 Dico ſecundo: nec per potentiam abſolutã fieri poteſt intuitiua, & quidditatiua viſio Dei, quæ eſſentiã intueatur ſine relationibus. Hæc concluſio eſt communior inter Theologos, tũ Thomiſtas ex familia Dominicanorũ, tũ ſcriptores noſtræ Societatis. Pro ea eſt egregiũ teſtimoniũ in D. Thom. 3. par. q. 3. art. 3. in hæc verba. *Qui cognoſcit Deum, ſicuti eſt, impoſsibile eſt, quod circumſcribat aliquid a Deo per intellectũ, & aliud remaneat; quia totum, quod eſt in Deo, eſt vnum; ſalua diſtinctione Perſonarum, quarum tamen vna tollitur ſublata alia; quia diſtinguũtur ſolum relationibus, quas oportet eſſe ſimul.* Suffragantur Patres explicantes verba Chriſti Domini Ioannis 14. *Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum: non audis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt?* In quibus notat Chriſtus Philippi ignorãtiã, & ex eo, quod Pater, & Filius ſint idẽ in natura cõmuni, per neceſſariã cõſequẽtiã infert, nõ poſſe videri Patrem, quin ſimul videatur Filius; immo ipſam viſionẽ Patris eſſe quoq; viſionẽ Filij; & cũ non loquatur de viſione corporea, vt cõſtat, efficitur Chriſtũ Dominũ intelligendũ eſſe de viſione intellectuali intuitiua quidditatiua. Vnde Auguſt. alloquens Philippum tractatu 70. in Ioannem, *cur*, ait, *inſeparabiles ſeparatim deſideras noſſe?* & 2. lib. de Trinitate cap. 8. *Sicut dixit Philippus*, inquit, *oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis; potuiſſet dicere, oſtende nobis te, & ſufficit nobis.* Quia nimirum ſicut, nec Pater ſine Filio, ita nec Filius ſine Patre videri poteſt. Clariſsime id expreſsit in Pſalm. 85. explicans illa Verba *reſpice in me*, & in Ioannem 17. cap. ſic ait cap. 24. *Videtis, quia in viſione Patris Filij viſio eſt, & in viſione Filij Patris viſio eſt.* Cuius rei reddit rationem lib. quæſtionum noui Teſtamenti quæſtione 43. *per id*, inquit, *quod vnum in ſubſtantia ſunt, qui vnum videt, ambos videt.* Eamdem rationem tradidit Hilarius lib. 7. de Trinit. circa fidem; & Nacianc.

Nec per potẽtiam abſolutã natura Dei ſine relationibus poteſt videri

D. Thom. Ioan. 14. Aug. Pſalm. 85. Ioannes 17. cap. Hilar. Nacianc.

22 oratione 49.quod mirum non eſt; quia eam a Doctore Chriſto didicerunt.

Nō eſt probanda opinio aſſirmantiū tātum videri tres perſonas, in quātū ſunt vnū in natura.

Quapropter ego prorſus improbabilem iudico quorūdam expoſitionem de viſione perſonarum,non vt inter ſe diſtinguuntur, ſed in quantū ſunt vnū in natura: propterea quod cōtra mentem Chriſti Domini,& Patrum expoſitionem inducunt ſenſum materialem;vt magis confirmo ex ratione,quam ſubijcio.

23 Quæ eadem eſt cum illa,qua cap.præcedenti probaui, nec attributa, nec modos attributorum latere poſſe videntem intuitiue quidditatiue Deum. Nam,licet perſonalitates diſtinguantur virtualiter intrinſece a natura; at ea diſtinctio non tollit, quominus ſint relationes actu, & formaliter idem cum eſſentia, ita vt comparatione illius nihil obſtet ſummæ ſimplicitati;ergo quātum eſt ex parte obiecti eadem eſt ratio comparatione relationum, quæ comparatione attributorum, maxime cum etiā volitio ſimili diſtinctione virtuali diſtinguatur ab intellectione,& nihilominus dici nō poteſt videri poſſe intuitione quidditatiua intellectionem,non viſa volitione. Ratio a priori eſt; quia hæc virtualis diſtinctio ita fundat prædicata contradictoria, vt nihil obſtet ſimplicitati; quoniam ea deſeruit in ordine ad fœcunditatem internam diuinam,& vt eſſe poſſit inter perſonas diuinas oppoſitio relatiua,& diſtinctio realis;non autem ad hoc conducit,vt vna poſſit videri ſine alia; nec enim repugnat ſimul videri vna viſione naturam,& Paternitatem in Patre,& naturā, & Filiationem in Filio; ſicut repugnat Patrem, & Filium non opponi relatiue, & non diſtingui realiter. Ex quo depromenda eſt ſolutio argumentorum Scoti, quæ alias difficillima ſunt; nec,vt reor, ab aliquo ſolide ſoluta.

Argumenta Scoti, & ſolutiones.
Scotus.

24 Scotus ergo in 1.diſt.1.q.2.ſic probat,poſſe fieri virtute increata Dei vnam perſonam videri ſine alia,aut eſſentiam ſine relationibus; quia nimirum eſt diſtinctio realis inter perſonas,& diſtinctio ex natura rei inter naturam,& perſonalitates; quod aſſumptum negādum eſt Scoto;vt iam dixi.

25 Secundo probat; quia inter eſſentiam, & perſonalitates eſt tanta diſtinctio, quanta ſufficit, vt Pater communicet Filio naturam cōmunicatione reali non communicata propria perſonalitate; ergo eadem diſtinctio potiori ratione ſufficiens erit,vt tendentia intentionali, qualis eſt viſionis, attingatur natura, quin attingatur Paternitas.Probo hanc conſequentiam; quia tendentia viſionis ſubtilior eſt, & magis præciſiua, quam communicatio realis.

26 Hoc argumentum in varias compulit abire ſolutiones noſtros Theologos: non ſemel eas legi,ſed numquam quieuit animus.Eis ergo pro nunc prætermiſsis,nego conſequentiā. Ad probationem reſpōdeo, eam diſtinctionē virtualem exercere munera diſtinctionis realis in ordine ad generationem Verbi,& proceſsionem Spiritus ſancti:nō vero in ordine ad quidditatiuam intuitionem. Quoniam in ea diſtinctione virtuali fundatur, quod Pater, & Filius opponantur relatiue, & Spiritus ſanctus cum Patre,& Filio;ita vt repugnet,eas tres Perſonas eſſe vnum entitatiue; at ea diſtinctio realis non eſt fundamentum, vt repugnet vna viſione videri tres Perſonas.Nam ſi repugnaret,nec per potentiam abſolutam vnica viſione videri poſſent;quod eſt contra fidem ſtatutam in prima concluſione;etenim de facto beati omnes eadem viſione vident Deum Trinum, & Vnum,ergo ex diſtinctione virtuali non tenet conſequentia ad viſionem. Ratio a priori eſt;quod viſibilitas naturæ non pugnat cum viſibilitate perſonarum in ordine ad eamdem viſionē;immo neceſſario coniuncta eſt;at conſtitutio Patris pugnat cum conſtitutione Filij in ordine ad identitatem.

Licet Filio communicari a Patre poſsit natura ſola,non tamen a beato videri poteſt.

27 Tertio, argumentatur Scotus; quia inter perſonas ſufficiens diſtinctio eſt, vt vna vniatur hypoſtatice humanitati Chriſti Domini, non vnitis alijs; ergo pariter ſufficiens diſtinctio eſt; vt poſsit vna videri non viſis alijs.

28 Hoc argumentum eadem doctrina ſoluēdū eſt, qua præcedens. Etenim vnio hypoſtatica coniungitur cum ſecunda perſona immediate in ea ratione,per quam habet oppoſitionē, & diſtinctionem cum reliquis;at vt dixi in ſolutione ſecundi argumenti,nulla eſt oppoſitio, & diſtinctio in ordine ad eamdem viſionem; imo tres ipſæ relationes, quatenus ſunt idem cum natura,neceſſario fundant vnitatem in viſione Dei.Huius ratio a priori eſt: quod hęc diſtinctio virtualis eſt inſtar diſtinctionis realis quoad munus terminandi hypoſtaticam vnionem cum vna perſona, non cum alijs, quod munus fundatur in fœcunditate diuina, & ſequitur ad Trinitatem perſonarum; quia diſtinctio virtualis in ordine ad hæc vtilis eſt; nō vero in ordine ad viſibilitatem vnius perſonæ ſine alia.

Diſcrimen inter viſionem, & vnionē hypoſtaticā.

29 Quartum argumentum eſt; quia Pater pro priori originis, quo præcedit duas perſonas procedentes,ſe videt,ſine illis;ergo multo melius poterit videri a beato vna perſona,ſine alia. Probo antecedēs;quia pro illo priori nō intelliguntur exiſtere;ergo non poſſunt terminare intuitionē.Probo cōſequētiā;quia Patris intuitio ſui infinite perfectior eſt intuitione beatorum.

30 Hoc etiam argumentū decipit multos;quia non

Trioritas a quo originis quid

non habent penetratam prioritatem originis *a quo*. Sic breuiter reſpondeo, improprie dici Patrem ſe videre *pro priori originis*; quia prioritas originis ſolum conſiſtit in productione a Patre: nec enim exiſtimandum eſt, pro aliqua duratione etiam ratione noſtra exiſtere ſolum Patrem ſine Filio, & pro eo ſigno ſe videre, non Filium, & poſtea duratione ſequenti exiſtere Filium, & Spiritum ſanctum, & ad ipſos ſe porrigere viſionem. Nam hoc eſſet contra coæternitatem perſonarum. Ergo Pater nō ſolum pro aliquo inſtanti rationis eſt prior *origine* Filio, ſed etiam pro omni reali duratione contēta intra inſtans æternitatis; quia ſemper, & in æternum generat Filium, & Filius generatur a Patre, vt magis explico tractatu de Trinitate diuina. Itaq, vt in nullo inſtanti reali eſt ſine Filio, & Spiritu ſancto, licet ſemper generet Filium, & producat Spiritum ſanctum; ita non ſe prius videt, quam Filium, & Spiritum ſanctum; nec pro aliquo ſigno rationis *in quo*, licet ſemper Filius, & Spiritus ſanctus ſint origine poſteriores.

31 *An relationes ſint obiectum primariū, an ſecūdarium?*

Diſputant hic aliqui, an relationes ſint obiectum primarium, an ſecundarium viſionis? Diſputatio parui momenti, & quæ plus habet de nomine, quam de re; eam ſic definio. Obiectum ſecundarium dicitur illud, quod in obiecto principali, in quo continetur, cognoſcitur indirecte per penetrationem eius obiecti primarij vſque ad attingentiam eius, quod dicitur ſecundarium; vt accurate explicatum eſt diſput. 5. cap. 3. Tunc ſic; ſi poſsibilis eſſet viſio, quæ immediate, & directe ferretur in eſſentiam Dei, & in penetratione communicabilitatis eius triplic ſubſiſtentiæ, indirecte cognoſceret tres perſonalitates, comparatione eius viſionis eſſent obiectum ſecundarium; at quia exiſtimamus, de ratione omnis intuitiuæ quidditatiuæ cognitionis eſſe directe, & in ſe intueri, quidquid eſt idem cum natura Dei; ideo exiſtimo, relationes diuinas non eſſe dicendas obiectum ſecundarium cōparatione noſtræ viſionis; quia directe, & in ſe videntur, non in alio principalius cognito. Vide noſtram doctrinam in ea diſp. 5.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA PRIMA.

DE VISIONE DEI, VT FERTVR AD creaturas poſsibiles in ipſo.

Diſtincta ſex capitibus.

In 1. Beatus creaturas poſsibiles in Deo poteſt cognoſcere.

In 2. Cognitio matutina, & veſpertina ex mente Auguſtini quid?

In 3. Argumenta contra noſtram ſententiam, & ſolutiones.

In 4. Quot è creaturis poſsibilibus poſsint videri in Verbo.

In 5. De cauſa videndi has potius, quam illas creaturas.

In 6. De viſione Dei in ordine ad creaturas poſsibiles in communi.

Caput I. *Beatus creaturas poſsibiles in Deo poteſt cognoſcere.*

1 TRACTATV primo de ſcientia Dei diſp. 5. cap. 3. diſtinxi tres rationes in Deo, in quibus tāquam in obiectis viſis mouentibus, & terminantibus cognoſci poſſunt creaturæ poſsibiles; nimirum omnipotentia, ſciētia, & cōplacētia volūtatis in creaturis poſſibilibus, & (ni fallor) oſtendi, tum ex Patribus, tum ex ratione, Deum in omnipotentia creaturas omnes poſsibiles cognoſcere: & tetigi, & dilui difficiliora, quæ cōtra eā doctrinā obijci ſolēt: quæ omnino recognoſcēda; quia eūdē locū habent

 habent

Digitized by Google

habent in præſenti diſp. Nam beati in Deo viſione ſua attingunt eãdem rationem obiectiuam, vt conſtat ex diſp. ſuperiori: quod ſi comparatione ſcientiæ Dei in ea ratione viſa cognoſcibiles ſunt creaturæ poſsibiles, etiã cognoſcibiles erunt, quãtũ eſt ex parte obiecti, cõparatione beati: quia vero plura ſunt propria huius materiæ, & plura Doctorum placita, non poſſum non iterum in arenam deſcendere.

2 *P. Arrub.* Aduerte quãdam acceptionẽ modi videndi in Deo creaturas, quam notat P. Arrub diſp. 25. cap. 1. nimirum tãquam in cauſa nõ cognita, ſed virtute cuius aliquid videtur, non eſſe ad rem; quia cum agamus de creaturarum cognitione per viſionem beatam, quæ primario Deum, vt eſt in ſe ipſo, videt; alius modus videndi creaturas in Deo non viſo per virtutem Dei tamquam cauſæ, non eſt ad rem.

3 Aduerte deinde, dici ſolere beatos videre creaturas in Verbo, non quod in proprietate Verbi eas videant, ſed quod vt Spiritui Sancto tribuuntur dona, quæ ex bonitate procedunt; quia procedit per amorem, licet ab omnipotẽtia communi toti Trinitati producãtur: ita Verbo Dei, quod procedit per intellectũ, tribuuntur omnia, quæ ſpectant ad ſcientiã, licet ratio obiectiua, in qua beatus videt creaturas poſsibiles, quas videt, cõmunis ſit toti Trinitati.

4 *Referuntur ſententiæ. P. Vazq.* Modo ſententiæ referendæ. Prima negat, beatum poſſe videre in Deo vllã creaturã tãquã in obiecto viſo. Hanc pro virili defendit P. Vazq. diſp. 50. ſecutus Okamum, Maiorem, & Gabrielem, quos ipſe refert cap. 6. & Bonauenturam, & Paludan. allegat quoq; S. Thomam. Vt omittã vero quoſdã ex ijs dubia fide allegari, nõ prætereibo tã iniquè adduci S. Thomam, *P. Vazq.* vt ipſe Vazq. q. 58. art. 7. diffiteri non potuerit ſic dicens, *in hoc articulo videtur S. Tho. aperte concedere eadem viſione videri Deum, & creaturas*. Id, quod obſeruaui etiã diſp. 5. n. 15. Huius ſentẽtiæ fundamenta a ratione efficaciora ſunt, ſed quæ commodius refero, dum diluo cap. 3.

5 *Henri.* Secunda ſententia concedit beatis in Deo cognitionem ſpecierum, negat indiuiduorum. Ita Henricus quodlibeto 7. q. 5. motus parui momenti ratione indigna, quæ referatur.

6 *Durand.* Tertia ſententia concedit, creaturas poſsibiles in Deo videri a beatis, negat exiſtentes. Ita Durãd. in tertio diſt. 14. q. 2. & in 4. diſt. 49. q. 3. De exiſtẽtibus, an videat, tracto diſp. ſequenti cap. 2.

7 *Caiet. Zumel. Nazarius. Vannes. Nauarret. Albel.* Quarta demum ſententia vtraſq; cõcedit videri poſſe in Verbo a beatis. Hæc eſt Thomiſtarum antiquorum, & modernorũ. Ita Caiet. Zumel, Nazarius, Vannes, Nauarret. Albelda hic. Ita quoq; noſtri ſcriptores ordinarij Suar. lib. 2. de attributis negatiuis cap. 25. Molin. in hoc art. 8. diſp. 2. ante medium. Valen. 1. part. q. 12. puncto 6. P. Henricus Henriquez tom. 2. *de vltimo fine hominis* cap. 10. §. 2. & 3. Salas 1. 2. diſp. 4. ſect. 4. P. Arrub. diſp. 15. cap. 3. Huic etiam ego ſubſcribo; quia eſt conſentanea Patribus, quos allegaui ea diſp. 5. cap. 3. & expendo cap. ſequenti. *P. Suar. P. Molin. P. Valen. P. Henricus Henriquez. P. Salas. P. Arrub.*

8 *Ratio efficax pro quarta ſententia.* Ratio etiam, quam eo loco formaui preſſẽ, eſt efficax pro hac ſententia. Nam ſi ex parte obiecti creaturæ poſsibiles cognoſcibiles ſunt, & ideo Deus in ſe ipſo illas cognoſcit, beatus etiam perfuſus lumine gloriæ, & eleuatus ipſa eſſentia Dei inſtar ſpeciei poterit cognoſcere. Nam neq; ex parte eſſentiæ concurrentis, neq; ex parte luminis, neq; ex parte intellectus creati poteſt aſsignari repugnantia, quare a beato non poſsint videri, vt cõſtat. Poterit quidẽ accidere, quod Deus neceſſario cognoſcat, immo & comprehendat omnes creaturas poſsibiles in ſe ipſo propter ſcientiæ ſuæ eminentiſsimã perfectionem: Beatum vero, aut nullam in particulari de facto videre, aut omnes videre non poſſe propter finitatem viſionis, aut exiguitatem luminis gloriæ, quæ in progreſſu diſputationis explicanda. At quod repugnet, quaſdam in Deo cognoſcere, poſito, quod in ipſo cognoſcibiles ſunt, nulla poteſt ratione ſubſiſtere.

Nec quidquã refert, ſiue Deus referatur ad creaturas ordine tranſcendentali, ſiue non; de qua re ſatis dixi in ea diſp. 5. c. 4. Vbi hæc duo inter ſe cõpoſui. Primũ, continentiã cuiuſcũq; creaturæ in particulari eſſe perfectionẽ in Deo, atq; adeo ſublata poſsibilitate cuiuſcũq; creaturæ Deum cum omni ſua perfectione permanere non poſſe. Secundum, nihilominus non dicere ordinem tranſcendentalem ſecundum eſſe ad creaturas, ſed tantum ſecundum dici, quippe qui licet eas contineat: nulla tamen ratione ab eis pendet, aut ad illas vt ad finem ordinatur. Vide etiam, quæ dixi diſp. 18. cap. 2. Nihil, inquam, hoc refert. Primo; quia ſufficit continentia realis in omnipotentia, vt in ea ſint cognoſcibiles. Secundò; quia forte etiam ſufficit connexio eſſentialis, qua ratione forte in ſcientia, & in complacentia ſunt cognoſcibiles, vel ſaltim perfectè nec ſcientia, nec complacentia cognoſci poteſt, quin aut ſimul, aut antea creaturæ cognoſcantur, vt ſatis dixi ea quinta diſp. c. 3. §. 2. Tertio, quia a Deo cognoſcũtur creaturæ in omnipotentia, nihil obſtante, quod illa referatur, aut non referatur ad creaturas, ergo, &c. *Continentia creaturarum perfectio in Deo. Nõ habet ordinem tranſcendentalẽ ſecundũ eſſe.*

Caput

Digitized by Google

Caput II. *Cognitio matutina, & veſpertina quid ex mente Auguſtini?*

9 Aug. P. Vazq.

QVONIAM vnum ex firmioribus fundamentis pro noſtra ſententia eſt Aug. authoritas, & P. Vazq. diſp. 51. cap. 2. & 3. clara pro noſtra ſententia teſtimonia violentis interpretationibus infringere conatur; ideo de mente Aug. hoc caput inſtituere decreui; ille ergo lib 4. de Geneſi ad litteram cap. 22. & lib. 5. cap. 4. 18. & 19. & lib. 11. *de ciuitate* cap. 7. & 29. ſex dies operum Dei in mente Angelorum conſtituit, nimiſque ſpiritualiter intellexit; vt ergo dies componeret ex veſpere, & mane, in mente Angeli diſtinxit inter cognitionem perfectiſsimam, quam appellauit mane, ſeu matutinam, & inter cognitionem minus perfectam, quam veſperum, ſeu veſpertinam: Hanc eſſe voluit creaturarum in proprijs naturis, quas cognoſcunt beati per ſcientiam infuſam diſtinctam a viſione; illam vero creaturarum in Verbo per viſionem. In quo beati imitantur Chriſtum Dominum exemplar omnium prædeſtinatorum, quippe qui per ſcientiam beatam, & infuſam creaturas cognoſcit.

Vt Aug. in mente Angeli conſtituat veſpere, & mane.

10 S.Thom.

Quod vero hæc ſit mens Aug. probo ex S. Thoma 1. part. q. 58. art. 7. Vbi in hæc verba: *Si ergo vocetur cognitio veſpertina, ſecundum quod cognoſcit eſſe rerum, quod habent in propria natura videndo Verbum; ſic vna, & eadem ſecundum eſſentiam eſt cognitio veſpertina, & matutina differens ſolum ſecundum cognita: ſi vero cognitio veſpertina dicatur, ſecundum quod Angeli cognoſcunt eſſe verum, quod habent in propria natura per formas innatas; ſic alia cognitio eſt veſpertina, & matutina, & ſic videtur intelligere Aug. vt vnã ponat imperfectam reſpectu alterius.* En S. Thom. agens de Angelorum cognitione intelligit Auguſtinum de cognitione creaturarum in proprio genere quam nominat veſpertinam; quia nimirum hæc imperfectior eſt, ſiue ſit per ſpecies innatas, ſiue per ſcientiã infuſam, vt ego dicebam, comparatione viſionis, in quo reſpicit analogiam ad lumen, quod, cum veſperaſcit, imperfectius eſt, quam tempore matutino; vt ipſe ſignificauit lib. 11. *de ciuitate* Aug. *Dei* cap. 9. dicens, *ſicut fit veſpere, & mane vnius diei; quoniam ſcientia creata comparatione creatoris quodammodo veſperaſcit;* & lib. 4. de Geneſi ad litteram cap. 32. poſt medium, *facta eſt*, inquit, *veſpera; quia neceſſaria erat, & iſta cognitio, qua diſtingueretur a creatore creatura.*

11

Nec verum eſt, quod contendit P. Vazq. in ijs duobus teſtimonijs, ſolum ſibi velle Auguſtinum cognitionem matutinam eſſe, qua ſolus creator videtur, & tantum virtualiter creaturæ. Nam ipſe eo cap. 7. libri 11. *de ciuitate Dei* ſic ait, *cognitio creaturæ in ſe ipſa decoloratio eſt, quæ cum in Dei ſapientia cognoſcitur, veluti in arte, per quam facta eſt.* Ecce admittit duas creaturæ cognitiones; alteram in ſe ipſa, quam appellat decolorationem, vtpote minus perfectam; & alteram, in idea Dei, per quã nõ poteſt nõ intelligere creaturas, vt ſunt eminenter in Deo; quia vt in ipſo ſunt vita Dei, & vt ſic effici non poſſunt; cum ergo ſcientiam matutinam appellat ſcientiam creatoris, non excludit creaturas, ſed ſcientiam denominat ab obiecto magis principali, in quo cognoſcuntur creaturæ. Hoc ipſum expreſsit Auguſtinus cap. 29. eiuſdem libri, ſic dicens: Aug. *ipſam quoque creaturam melius ibi (hoc eſt in ſapientia Dei tamquam in arte, qua facta eſt) quã in ea ipſa ſciunt, ac per hoc ſe ipſos melius, quam in ſe ipſis.* Atqui ſi creatura in creatore tantum virtualiter cognoſceretur, nec progrederetur ſcientia vſque ad penetrationem creaturæ, vt eſt in ſe, non diceret Auguſtinus melius ſciri in Deo, quam in ſe, quippe, cum in ſe cognoſcitur res, formatur proprijſsimus, & expreſsiſsimus eius conceptus: cum vero in ſola omnipotẽtia, tantũ formatur virtualis illarũ conceptus, & formalis ſolius omnipotentiæ.

Effugium præcluditur. Aug.

Vltimo id confirmo ex ſcopo Auguſtini. Quoniam in præallegatis locis contendebat facta a Deo ſex illis diebus in vno die creata eſſe, & ſex dies per metaphorã intelligendos; ita vt per ſex dies nihil aliud ſignificetur, quã ſex genera rerum creatarum cognita ab Angelo per cognitionem matutinam, & veſpertinam; at hæc ſubſiſtere non poſſunt, niſi Angelus in vno mane vnius diei cognoſceret vnum genus creaturæ in Verbo, vt ſubſtantiam ſpiritualem, & in altero mane ſecundi diei aliud genus rerum; nimirum firmamentum; hæc autem duo mane non diſtinguerentur, ſi per cognitionem matutinam ſolum Angelus cognoſceret omnipotentiam Dei ſecundum eſſe increatum. Quoniam in ipſa, ſubſtantia ſpiritualis, & firmamentum, & cetera alia vnum, & idem ſunt, non plura genera rerum, nec duo mane. Ergo ſcopus Aug. nobis oſtendit, ipſum a nobis eſſe. 12

Hanc etiam noſtram ſententiam non mediocriter confirmant, quæ produco ex ſcriptura, & Patribus diſp. 52. cap. 2. ad probandũ etiam exiſtẽtia in Verbo cognoſci a beatis. Nã ſi cũ 13

Digitized by Google

hæc non habeant neceſſariam connexionẽ cũ Deo;nihilominus affirmant Patres,in ipſo cognoſci,a fortiori creaturæ poſsibiles cognoſcẽtur ex mente eorumdem Patrum.

Caput III. *Argumenta pro prima ſententia, & ſolutiones.*

14 ET ſi cap.1.quatuor ſentẽtias enartauerim,ſolum propono,vt diluã primæ argumenta.Nam tres aliæ, vel nobiſcum partim conueniũt, & in eo,in quo differunt, leuiſsime fundantur. Primo ergo P. Vazq. magnam vim facit in eo,quod Deus non refertur tranſcendentaliter ad creaturas poſsibiles. Verum ſæpe dixi,ſiue referatur,ſiue non,continentiam creaturarum in particulari, quam negari non poteſt eſſe formaliter in Deo,ſufficiens mediũ eſſe, vt in ipſa bene penetrata per viſionem creaturæ poſsibiles cognoſcantur.

P. Vazq.

15 Secundum argumentum eſt: quod ſi vna e poſsibilibus videtur in Deo,ſequitur neceſſario omnes videri; conſequens vero eſt abſurdum.Primo;quia ſequeretur,viſionem eſſe infinitam.Secundo;quia ſequeretur comprehẽdi Deum a beato;ergo affirmari non poteſt,aliquam creaturam e poſsibilibus in Deo videri. Quod vero ſequeretur omnes videri, ſic probo; quia omnipotentia nihil aliud eſt, quam continentia huius ſpeciei, & indiuiduorum, quæ ſub illa continentur; & pariter illius ſpeciei determinatæ cum ſuis indiuiduis; & ſic de reliquis,maxime in mea ſententia,quam & arbitror veriſsimam, & efficaci ratione confirmatam in ea diſp. 5.cap.3.Etenim, vt ſcientia Dei non cognoſcit creaturas poſsibiles in cõmuni cognitione præſcindente,quæ apta eſt ad conſtituendum vniuerſale logicum, quæque ſcatet mille imperfectionibus, ſed cognoſcit, & comprehendit hanc, & illam, & illam creaturam in particulari,& ſic de reliquis. Pariter omnipotentia Dei non eſt continentia omnis producibilis in genere, aut non implicantis contradictionem,vt ſatis frequenter dici ſolet a Theologis; nec enim Deus eſt continentia alicuius rationis, quæ vt ſic implicat exiſtere; atqui producibile vt ſic, ſeu non implicans contradictionem vt ſic, implicat exiſtere,niſi in aliquo indiuiduo determinato; ergo omnipotentia Dei primario, & per ſe eſt continentia indiuiduorum determinate cuiuſcumque ſpeciei;immo ideo continet hominẽ; quia continet Petrum; & producit hominem, quia producit Petrum.Ratio a priori eſt,quod continentia omnipotentiæ eſt in ordine ad productionem realem: productio autem realis non eſt obiecti indeterminati, aut vagi;hoc enim ſpectat ad modum noſtrum cognoſcendi,ſed determinati,& ſingularis.Ex quo maximum robur ſuſcipit hoc ſecundum argumentum;nã ſi aliqua creatura determinata ex poſſibilibus videtur in Deo,vt Petrus,maxime in continentia Petri, vt Petrus eſt, quæ eſt formalitas realis in Deo exiſtens: ſed pariter videt continentiam omnium indiuiduorum hominum,& omnium indiuiduorum Angelorum,atque ceterarum ſpecierum; ergo ſi viſio continentiæ Petri eſt ſufficiens mediũ, vt in ipſa viſa cognoſcatur Petrus,etiam viſio continentiæ ceterarum rerum poſsibilium eſt ſufficiens, vt ceteræ cognoſcantur: & cum nulla formalitas continentiæ lateat beatum, vt docuimus diſp.50.cap.1.manifeſte ſequitur omnes creaturas poſsibiles a quocumque e beatis neceſſario cognoſci. Vide quæ dixi de hac re diſp.36.n.53.

Omnipotẽtia indiuidua primario cõtinet; vide tractatu de Prædeſtinatione diſp. 23. cap. 12.n. 153.

16 Agnoſco argumenti difficultatem;quo tam arcte ſe implicuit quidam ex Magiſtris noſtris,vt ei plane ſuccubuerit,atque eo que nõ dubitauerit, implicare contradictionem, Deum efficere beatam viſionem,quę non videat quidquid in ipſo formaliter eſt, & quidquid eminenter diſtincte cognoſcat, quæ eſt extraordinaria opinio diuertens a via D. Thom.& peritiorum Theologorum:non autem licet in re graui Theologo ſatis recenti vna difficultate irretito, quia ab ea ſe expedire non valeat,deſerere tritam,& ſecuram viam.An vero ſit poſſibilis tam perfecta viſio Dei,qualem ipſe deſcribit?tracto cap. ſequenti, & omnino videnda,quæ dixi diſp.36.n.60.& ſequentibus.Ego ex verbis S.Thomæ, quæ retuli diſp.50.n. 10. ſic elicio argumenti ſolutionem:S.etiam Thomas ibi dicebat,beatos non ideo non comprehendere Deum;quia non videant,quidquid in Deo eſt, ſed quia non vident perfecte ex modo videndi;ita vt illud *perfecte* nõ cadat ſupra obiectum;vt ibi aduertit S.Thomas:ſed ſupra modum videndi.Ita ego fateor, continentiam cuiuſcumque creaturę in particulari intuitiuè,& quidditatiuè videri a beato: nego vero, omnes creaturas poſsibiles diſtincte cognoſci:quia nimirum non per quamcumque viſionem tam perfecte videtur ea continentia,quãtum ſatis eſt ex modo videndi,vt omnes creaturæ poſsibiles in particulari diſtincte innoteſcãt;non quia aliquid lateat ex obiecto primario, ſed quia ipſum non tam exprimitur, quantum neceſſarium eſt,vt etiam pateat diſtincte,& in particulari obiectũ ſecũdariũ. Huius rei rationẽ placet reddere verbis S. Thomæ q.8.de veritate art.4.ad 12. *vel dicendum,* ait, *quod etiam ſi nullo modo ad beatitudinem pertineat*

Hoc argumento immerito aliqui conuicti.

S.Thom. Enodatio ex auctore

S.Thom. Pulchra S. Thom. verba ad rẽ.

pertineat creaturæ cognitio; non tamen ſequitur, quod omnis cognitio creaturæ æqualiter ſe habeat ad viſionem beatitudinis; cognita enim cauſa aliqua in promptu eſt, vt aliqui effectus cognoſcantur in ipſa; aliqui vero magis lateant. Sicut patet, quod ex principijs demonſtrationis ſtatim aliquæ concluſiones eliciuntur; quædam vero non niſi per multa media: & ad hæc cognoſcenda non poteſt quilibet per ſe, ſed oportet, quod ab alio manuducatur. Similiter eſt etiam cognitio rationũ intelligibilium de effectibus reſpectu eſſentiæ diuinæ; nam quædam ſunt latentiores, quædam manifeſtiores; & ideo ex viſione diuinæ eſſentiæ quædam cognoſcuntur, quędã non. Ecce S. Thomas, & aſſerit noſtram doctrinam, & exemplis declarat, & totam euacuat difficultatem. Id ego dubito in verbis relatis, quid ſibi velit per *latentiores, & manifeſtiores rationes intelligibiles*; an ne continentias perfectiorum effectuum? An ne minus perfectorum, qui habent minus de entitate? An denique continentiam effectuum ſupernaturalium, vel patrationis miraculorum, in quibus natura violentiam pati videtur? vt cum corpus extenſum collocatur indiuiſibiliter; vt cum natura creata donatur ſubſiſtẽtia increata; vt cum Virgo concipit, & parit illæſo virginitatis pudore. Ego per *latentiores* rationes intelligibiles intelligo continentias horum effectuum. Ad rẽ ergo in cõtinentia Petri ex. gratia, & eſt complexũ ex continentia, & ex Petro, & eſt obiectum primarium, & directum diſtinctum a ſecundario indirecto, & connotato: fateor complexum illud videri non poſſe, non viſo Petro, & ita de ceteris complexis ex continentia, & ceterarũ creaturarum in particulari: at nego, obiectum primarium, & directum intuitiue videri non poſſe, non viſo eadem diſtinctione obiecto indirecto ſecundario, & connotato: nam, & ſi contineatur in continentia, ſiue continentia ſit ordo tranſcendentalis ad illud, ſiue non; non tamen eſt ipſa continentia realiter, vt conſtat. Quid ergo mirandum, ſi inter duas res realiter diſtinctas, & ſi vna in altera cognoſcibilis ſit, at non ſemper cognoſcatur diſtinctẽ, & in particulari, cum prima diſtincte cognoſcitur? Quis neget, nos clare cognoſcere naturam hominis, atque ſcientifice aliquas eius proprietates? nõ tamen ſcientifice omnes latẽtes hominis effectus cognoſcimus, licet natura hominis ſit ordo tranſcendentalis ad illos. Illud denique exemplum de potentia obediẽtiali actiua noſtrarum facultatum ad actus ſupernaturales, rem hanc bene illuſtrat; quoniã licet ab Angelo comprehenſiue cognoſcantur facultates noſtræ; ac proinde etiam potentia obedientialis; at connotatum effectus ſupernaturalis non cognoſcitur; quia nimirum ad hoc neceſſarium eſt, potentiam obedientialem exprimi eleuatiori lumine, vtique ſupernaturali, quod facilius intelligitur in noſtra ſententia, quippe qui diſp. 49. cap. 3. admiſimus viſiones ſpecie phyſica diſtinctas. Dico ergo ad diſtincte cognoſcendas in Verbo omnes creaturas poſsibiles neceſſariam eſſe quamdam viſionem in gradu excellentiſsimo conſtitutam ad pauciores, & inferiores rerum ſpecies: alteram in inferiori gradu ſpecifico cõſtitutam. Sic etiam ad plures, & perfectiores in perfectiori gradu, &c.

Explicatio S. Th.

Vt diſtinguendum obiectum primariũ a ſecundario.

Videri poteſt primarium, ſine ſecundario.

Dices: qui intuitiue, & quidditatiue cognoſcit aliquid, poteſt de eo, quod ſic cognoſcit, reddere rationem, & explicare, & diiudicare quidnam ſit; ſed non poteſt videri continentia Petri, diiudicando, & diſcernendo illam, niſi diſtincte cognoſcatur Petrus; & ſic de alijs cõtinentijs: ergo ex intuitione quidditatiua cõtinentiæ omnium effectuum in particulari, manifeſte efficitur, cognoſci omnes creaturas poſſibiles. 17 *Obiectio.*

Reſpondeo, & diſtinguo maiorẽ: *qui quidditatiue, & intuitiue cognoſcit aliquid, poteſt diſcernere illud, quid in ſe ſit*, concedo: *in ordine ad omne connotatum diſtincte, & in particulari explicandum*, nego. Quia ad hoc non ſufficit quęuis intuitio quidditatiua, ſed neceſſaria eſt conſtituta in certa perfectione. An vero omni viſioni Dei ſit annexum diſtincte cognoſcere aliquam creaturam in particulari, vel ſaltem omnes in confuſo? tracto cap. 6. *Satisfactio.* 18

Tertium argumentum eſſe ſolet: quod ex viſione creaturarum in Deo ſequatur, viſiones eſſe diſtinctas in ordine ad creaturas. Hoc vero contra me non militat, quippe diſp. 49. cap. 3. conceſsi ſequellam, & probaui ab omnibus cõcedẽdã eſſe, & ſine incõmodo admitti poſſe. *Sine incõmodo admitti poteſt, viſiones eſſe diſtinctas ſpecie in ordine ad obiectum ſecũdarium.*

Caput IIII. *Quot e creaturis poſsibilibus poſsint videri in Verbo?*

19 *Communis ſententia.*

COMMVNIS ſentẽtia negat, creatam viſionem videre poſſe omnes creaturas poſsibiles. Ita Thomiſtæ fere omnes antiqui, & moderni cum S. Thoma. Inter illos videri poſſunt Ferrarienſis 3. contra gentes cap. 55. & 56. & Sotus in 4. diſt. 46. q. 2. Bannes: Zumel in præſenti. Et e noſtris P. Suar. 1. part. lib. 2. de diuinis attributis cap. 26. & 1. tom. in 3. partem diſp. 26. ſect. 2. Hic obſerua Cabreram 3. part. q. 10. *Ferrar. Sotus. Vannes. Zumel. P. Suar. Cabrera. Cenſura Cabreræ.*

q.10.art.2.diſp.3.concluſione 2.cenſuiſſe oppoſitam huic ſententiam erroneam eſſe, aut errori proximam: propterea quod in directorio inquiſitorum 2.parte q.11.dicitur, *erroneũ eſſe dicere; quod anima Chriſti comprehendat diuinam eſſentiam, vel cognoſcat omnia, quæ latent in eius potentia.* Sed is non ideo doctior; quia audacior: mox demonſtro, quam ſine fundamento hoc effutiuerit. Alij e Thomiſtis improbabilem cenſent hanc ſententiam. Mouentur fundamentis, quæ tetigi capite ſuperiori proponens ſecundum argumentum.

20 *Sententia oppoſita.* Gothfred. Vaſſolis. Durand. Albertus Magnus.

Alij, & non ignobiles neceſſarium eſſe arbitrati ſunt, quemcumque beatum ex vi viſionis cognoſcere omnes creaturas poſsibiles. Ita Gothfredus quodlibeto 9. q.3. Vaſſolis q.4. prologi art.3. Durand. in 3. diſt. 14. q.2. & in 4. diſt. 49. q.3. & Magnus Albertus in 3. diſt. 14.

21 *Author poſſe omnes videri*

Alij denique cõcedunt, poſſe videri omnes: negant id neceſſarium eſſe, ij ſuffragantur authoribus præfatis in 1. part. ſentẽtiæ. Ego vtrãque cenſui rationi magis cõſentaneam in tractatu de ſcientia Chriſti in tertiam partem, & modo cenſeo, eſſe probabiliorem, atque rationi magis conſentaneam.

Moueor; quia ad negandum, Deum aliquid facere poſſe, repugnantiæ ratione ſolida fundari debet; atqui video rationes, quibus mouetur communior ſententia, leues eſſe; ergo dum alia efficacior non affertur, id ego non nego omnipotententiæ Dei Probo minorem; quia non ſequeretur, viſionem illam fore infinitam, vt late demonſtraui diſp. 36 a n. 57. vſque ad numerum 62 neque etiam ſequeretur, eã cognitionem fore comprehenſionem Dei: vt etiã manifeſte oſtendi diſp.4.cap.4. ergo repugnantia leuiter fundata eſt. *Nec foret infinita, nec cõprehenſio Dei*

22 *P.Arrub. Aliorum ſpecialis ratio pro cõmuni ſẽtentia.*

P. Arrubal videns has rationes parui eſſe momenti, ne diſcederet a communi ſententia, aliã excogitauit diſp.27.cap.2. Videlicet cognitio creata, & quæ non eſt infinita per eſſentiam, ſuam peculiarem perfectionem ſpecificam, aut indiuidualem habet per habitudinẽ ad obiecta; ſed cognitio rerum poſsibilium non poteſt peculiarem aliquam perfectionem, aut ſpecificam, aut indiuidualem habere per habitudinem ad totam collectionem poſsibilium; ergo non poteſt eſſe creata. Minor probatur; quia tota collectio ſecundum ſe non continet certum aliquem gradum perfectionis eſſentialis; etenim nulla eſt ſubſtantia poſsibilis ita perfecta, qua non ſit poſsibilis alia perfectior; ergo obiectum illud coaleſcens ex collectione creaturarum poſsibilium vagum eſt, & confuſum, ac ſubinde non poteſt in ordine ad illud obiectum vlla viſio creata habere certum gradum perfectionis, ac propterea nõ eſt poſſibilis viſio creata, quæ reſpiciat vt obiectum omnes creaturas poſsibiles. Probo hanc conſequentiam; quia nulla viſio eſt poſsibilis ſine certo gradu perfectionis.

23 *Sed inſtantiam patitur.*

Verum ratio hæc habet euidentem inſtantiam. Primo in ſcientia Chriſti, quæ obiectum habet indeterminatum, hoc eſt, cogitationes hominum, & Angelorum, quæ erunt pro tota æternitate, in quibus non eſt vltima, vt nec in creaturis poſsibilibus: & licet hę latius pateãt, quam cogitationes illæ; at conueniunt in indeterminatione quoad multitudinem; ergo vt ſcientia Chriſti de cogitationibus hominum, & Angelorum determinatum habet gradum perfectionis; ita etiam viſio beata poſſet accipere gradum determinatum ex cognitione omnium poſsibilium in omnipotentia.

Secundo inſtantiam habet in meliori metaphyſica negante, rationem entis præſcindi ab inferioribus. Nam tunc attinguntur per illam cognitionem omnes differentiæ vltimæ rerum omnium poſsibilium, licet valde confuſe: & tamen cognitio certum habet perfectionis gradum; ergo, &c. 24

Tertio inſtantiam habet in ſcientia Dei, quę vt cognoſcit poſsibilia, tum in ſe ipſo, tum in ſe ipſis, perfectionem habet; immo & determinatam, vt determinatum condiſtinguitur ab indeterminato: non autem, vt determinatum eſt idem, quod finitum; nam infinitum, qua non eſt indeterminatum, poteſt dici determinatum. Et licet ſcientia creata ſumat perfectionem ab obiecto; non increata, quia ex ſe eſt vndequaque perfecta: at perfectionem habet in certa quãtitate ex cognitione poſsibilium, quam non haberet, ſi ea non cognoſceret, vt explicui diſp.5.cap.3. & 4. ergo obiectum indeterminatum reſpici poteſt a ſcientia conſtituta in determinato gradu. 25

Ratio a priori eſt; quia ſcientia creata ſpeciem ſumit a principio, & termino, & per perfectionem ſibi intrinſecam determinatam, quã habet a ſuo principio, reſpicere poteſt obiectum indeterminatum; & tunc ea ſcientia diſtinguetur ſpecie ab alia, quæ reſpicit obiectum determinatum.

26 *Ratio quorũdam Recentiorũ.*

Alij Theologi Recentiores ideo ſolum negãt, poſſe fieri viſionem, quæ omnes cognoſcat creaturas poſsibiles in Verbo; quia non poteſt non ipſa viſio ignorari; eo quod nulla viſio creata ſe ipſa reflexe cognoſci poteſt; nam ab obiecto cauſatur, & non poteſt eſſe cauſa ſui: & eſt imago obiecti, & non poteſt eſſe imago ſui: & eſt ordo tranſcendentalis ad obiectum, & non eſt ordo ad ſe ipſam: ergo cum ſe ipſam cognoſcere per ſe ipſam ſit proprium infinitę cognitionis diuinę, nequaquã poteſt id cõpetere viſioni creatæ.

Ratio

27 Ratio hæc repugnantiæ aliquando mihi placuit, & modo iudico, probabilem eſſe; at quæ etiam probabiliter diluitur. Nam primo probationes locum habent, cum cognitio eſt adæquatum obiectum in ſe reflexæ cognitionis creatæ: non autem cum in alio inadæquate, & indirecte cognoſcitur; quoniã tunc eſt imago obiecti primarij, & ab illo cauſatur, & ad illud dicit ordinem tranſcendentalem; nõ vero efficitur ab obiecto indirecto, nec à ſe ipſa. Deinde non implicat referri indirecte ad ſe ipſam per aliud, quia ipſe ordo traſcendentalis, quo directe reſpicitur obiectum primarium, eſt etiam ordo ad obiectum indirectum; ita vt nec ratione præſcindente diſtinguantur; vt ergo nulla eſt implicatio in ordne tranſcendentali ad obiectum primarium; ita nec eſſe poteſt in ordine indirecto ad ſe, ſi eſſent duo ordines inter ſe diſtincti, quorum alter reſpiceret creaturam, & alter Deum. Faterer, repugnare cognitionem creatam eſſe ſui cognitionem, & ſe ipſam reſpicere ordine trãſcẽdẽtali; quia mihi conſtans doctrina eſt inter ordinem trãſcendentalem, & terminum eſſe debere realem diſtinctionem.

Probabiliter diluitur.

Viſio Dei ſe ipſam in Verbo cognoſcit, vt poſsibilem.

28 Denique is modus inſtantiam patitur in cõceptu cõfuſo omnis entis: nam etiam ille terminatur ad rationem entis, quæ eſt in ipſa cognitione, quæque nõ diſtinguitur ab vltima differentia: ergo cum cognitio eſt obiectum inadæquatum ſecundum rationem confuſam, & ſuperiorem poteſt eſſe cognitio ſui, & in alio etiam ſecundum conceptum expreſſum.

Deniq; ad cenſuram Cabreræ dico, proceſſiſſe ex non penetrata cauſa damnandi M. Arnaldum de Villanoua Medicum Tarraconenſem, qui procedebat ex principio erroneo, ni mirum ſi anima Chriſti non ſciret omnia, quæ Deus, ipſumque comprehenderet, non poſſe hypoſtatice coniungi cum Verbo Dei. Nam verba erroris ſic referuntur in Directorio, *Secũdus error, quod quã cito anima Chriſti fuit vnita diuinitati; ſtatim ipſa anima ſciuit omnia, quæ Deitas ſcit; quia alias, vt dicebat nõ fuiſſet cũ ea vna perſona; præcipue quia ſcire eſt circũſtãtia ad ſuppoſitũ indiuiduale, & nõ ad naturã.* Aduerte etiam in primo eiuſdẽ errore contineri, humanitatem a Deo aſſumptam æqualem eſſe ipſi; tam altam, quantum Deitas, tamque potentẽ. Iſte quidem in hos, & alios errores prolapſus eſt; quia noluit ſe intra terminos medicinæ continere, ſed Theologiam etiam profiteri, vt notatur in Commentario 36. eius quæſtionis. Itaque damnatur, neceſſarium eſſe habere tantam ſcientiam, quãtam Deus, vt natura creata vniri poſsit hypoſtatice Verbo Dei: non vero ſententia affirmans de potentia abſolutã fieri poſſe viſionem, quæ omnia poſsibilia in Verbo diſtincte cognoſcat, quam ego omnibus penſatis probabiliorem cenſeo, & ea poſita in tractatu de ſcientia Chriſti tertia parte pie concedi poſſe, & ſine incommodo animæ Chriſti de facto hanc tam excellentem ſcientiam. 29

Notatur Cabreræ cenſura.

Error Arnaldi de Villanoua.

Caput V. *De cauſa videndi has potius, quam illas creaturas.*

30 MVLTI ſunt Doctores noſtri in materia huius capitis; quia vero in principijs iactis eius reſolutionẽ non iudico difficilem; exopto breuiter, & cõpẽdioſe eam definire. Diſp. 49. c. 3. & 4. dixi viſiones ſpecie phyſica diſtingui, licet nõ diſtinguantur ſecundũ cõſiderationem Theologicam in ratione beatitudinis, quæ eſt in ordine ad primarium obiectũ. In hac diſputatione cap. 3. dixi nihil eſſe, quod cogat ad affirmandum contra communem ſententiam, omnes creaturas poſsibiles neceſſario videri ex vi viſionis. Adieci cap. 4. nullam eſſe repugnantiam, quod omnes diſtincte cognoſcantur.

Ex ijs fit primo, probabile eſſe quaſdam videri ex poſsibilibus a quocumque beato; non tamen omnes; quia hæc eſt communis ſententia; vt conſtat ex allegatis authoribus in præcedentibus diſputationibus. Quapropter non opus eſt, eos nominatim in præſenti referre. Semper ſermonem contraxi ad creaturas poſsibiles: nam de exiſtentibus, & de actu libero Dei habeo integram diſputationem ſequẽtem.

Quicumque beatus videt aliquas ex poſsibilibus.

Fit ſecundo, vt locum habeat difficultas, ſub ſumendum eſſe, alias, & alias ſpecie diſtinctas in omnipotentia Dei beatos cognoſcere. 31 Verbi gratia; cognoſcat Petrus pro ratione meritorum centum rerum ſpecies e poſsibilibus, & omnia ſpecierum indiuidua. Cognoſcat Ioannes quinquaginta ſpecies, & indiuidua earum ſpecierum pro ratione meritorum. Ita alij plures; vel pauciores, prout Deo libuerit attenta exigentia meritorum. Tunc locum habet difficultas, ex quibus cauſis proueniat hæc diuerſa cognitio creaturarum. Nam ſi quis affirmare auſit omnes beatos æquales eſſe, vt in viſione primarij obiecti ſecundum ipſius formalitates; ita & in viſione ſecũdarij obiecti ſecundum multitudinem poſsibilium; ita vt omnes beati eaſdẽ videant formalitates in Deo, & eaſ-

Paratur locus difficultati.

Digitized by Google

& eaſdem cognoſcant creaturas ex poſsibilibus,& ſolum ſit diſcrimen in maiori,vel minori claritate, quæ fit per intenſionem graduale cognitionis. Etenim ſi ita ſe res haberet, nec opus eſſet viſione ſpecie phyſica diſtincta, nec indiuiduatione inęquali, aut in lumine, aut in viſione; ſed ſolum maiori vtriuſque intenſione, ſiue per maiorem radicationem, ſiue per gradualem multitudinem, ſiue vtroque modo iuxta varios modos explicandi intenſionem.

32 *Quænã ſit cauſa proxima determinationis.* *Prædeſtinatio cauſa remota.* *Tres proximæ.*

Poſito vero, quod Theologi communiter ſupponunt,nimirum Animam Chriſti, beatiſſimam Deiparam,atque Apoſtolos,& Sanctiores plures cognoſcere e creaturis poſsibilibus, quam infantem paruulum,aut alium,qui exiguis meritis vitam finiuit, datur locus difficultati,nimirum cui cauſæ proximæ tribuendum ſit, beatum potius determinari ad cognoſcendas has creaturas,quã ad illas? Dico *proxima*;quia Deum per prædeſtinationem,& merita beati eſſe cauſas remotas,dubium non eſt. In cauſis vero proximis conſiderari poteſt quaſi formalis cauſa,nimirũ ipſa viſio,ea enim propter maiorem, aut minorem perfectionẽ eſt cauſa per ſe ipſam,quare plures,aut pauciores videantur.Deinde conſiderari poſſunt cauſæ efficientes; quæ ſunt intellectus,lumen, & eſſentia inſtar ſpeciei, quæ omnes ad quamcumque viſionem concurrunt, atque adeo efficiunt ipſam viſionem inæqualem, de quo non eſt dubium. Sed quænã ex ijs ſit cauſa inæqualilititas?

33 *In quo caſu inæqualitas tantum pertinet ad indiuiduationem.*

Ijs poſitis, dico primo: cum fit comparatio inter duos beatos,qui conueniunt in cognitione ſpecierum, & tantum differunt in maiori, aut minori multitudine indiuiduorum,inæqualitas formalis conſiſtit in diuerſa indiuiduatione viſionis tantum.Probatur; quia ego docui in libris de anima, intra eamdẽ ſpeciem athomam eſſe poſſe inæqualia indiuidua in perfectione ſubſtantiali;at inæqualitas hæc non poteſt referri,nec in maiorem intenſionem, nec in differentiam ſpecificam; ergo referatur neceſſe eſt in inæqualẽ indiuiduationẽ. Probo minorem quoad primam partem; quia vt intenſio in qualitatibus phyſicis eſt in ordine ad eãdem partem ſubiecti; ita in intentionalibus, quæ reſpiciunt obiecta extrinſeca, eſt in ordine ad idem obiectum expreſsius repræſentandum,ſi eſt cognitio,& intenſius amandum, ſi eſt amor: non vero ad ſe magis extendẽdũ in ordine ad diuerſa obiecta materialia. Et quẽadmodum cum per miſericordiam erogamus maiorem quantitatem eleemoſynæ viginti hominibus,& quatuor hominibus,poteſt illa miſericordia eſſe minus intenſa, quam hæc: ita cũ e duobus beatis alter plura indiuidua cognoſcit, quam alter,poteſt ille minus intenſe cognoſcere, quam is: ergo in hoc caſu inæqualitas formalis viſionis non poteſt referri in maiorem intenſionem. Probo minorem quoad ſecundam partem;quia nec in obiecto primario, nec in ſecundario eſt aliqua ratio diſtinguendi ſpecie viſiones. Hoc ipſum bene confirmat ſimile adductum ex miſericordia, quippe eleuatio eleemoſynæ maioris quantitatis viginti hominibus non diſtinguitur ſpecie ab erogatione minoris quantitatis in eadẽ ſpecie quatuor hominibus earumdem circumſtantiarũ: ergo ea inæqualitas non poteſt conſiſtere in ſpecifica differentia viſionis: ergo ſolum reſtat,vt conſiſtat in indiuiduatione.

Dico ſecundo,in eodem caſu ex cauſis efficientibus non poteſt referri hæc inæqualitas in intellectum,aut in lumen.Concluſionẽ hanc defendit P.Arrubal hic diſp. 26. & bene probat;licet non omnes rationes ab ipſo adductæ æqualis efficacię ſint. Ego hac vtor; ſubſumens omnia lumina beatorum eſſe eiuſdem ſpeciei. Tunc ſic;intellectus, & lumen conſtituunt, vt cauſæ partiales vnam integram potentiam viſionis; ergo omnes intellectus humani cum ſuis luminibus indifferentes ſunt ad quamcumque numero viſionem intra vnam ſpeciem viſionis.Pariter omnes intellectus Angelici cum ſuis luminibus indifferentes ſunt ad quodcumque indiuiduũ viſionis in vna ſpecie atoma. Hoc ita diſcerno; quia procedo in propria ſententia de differentia ſpecifica viſionis ex ſpecie diſtincto intellectu; vt dixi diſp. 49 cap.4. Modo probo conſequentiam; nam quæcumque potentia cognoſcendi, tum ex ſenſitiuis, tum ex intellectiuis indifferens eſt ad quodcumque indiuiduum alicuius ſpeciei:ergo idem dicendum eſt in habitibus ſupernaturalibus, qui habent rationem potentię,videlicet quodcumque indiuiduum luminis idoneum ex ſe eſſe ad quamcumque in indiuiduo viſionem intra vnam ſpeciem, atque inæqualitatem viſionis in indiuiduo non eſſe referendam in luminis indiuiduationem. 34 *P.Arrub. Inæqualitas,nec ad lumen,nec ad intellectum refertur.*

Contra hanc concluſionem defendunt graues ex noſtris;ſed nihil afferunt, quod ingerat difficultatẽ. E creaturis vero exiſtẽtibus,quod vnuſquiſque beatus cognoſcat, quæ pertinent ad ſuum ſtatum, an referendum ſit ad luminis indiuiduationem? diſp.ſequenti cap.2.& 3. explico. 35 *P.Suar.*

Dico tertio,inæqualitas indiuiduationis referenda eſt in modum cõcurrendi eſſentiæ Dei inſtar ſpeciei impreſſæ. Hæc tertia concluſio manifeſte ſequitur ex inductione ſecundæ: nã ſi nec in indiuiduationẽ intellectus,nec luminis referri poteſt, conſequens eſt, vt referatur in modum concurrendi eſſentiæ. Eamdem confirmant 36 *Referenda ad modum concurrendi eſſentiæ.*

Digitized by Google

firmant, quæ diximus de potentijs in ordine ad indiuiduationem cognitionum, quæ quidē referuntur in modum concurrendi ſpecierum impreſſarum, a quibus determinantur ad perfectius indiuiduum potentiæ indifferentis ad omnia. Conſulto dixi *ad inæquales in indiuiduo cognitiones;* quia ſi æquales ſunt, vt eſſe poſſunt ſecundum ea principia in libris de anima, ad modum concurrendi Dei concurſu generali id referendum eſt.

Pro eadem concluſione ſumo confirmationem ex actibus voluntatis inæqualibus in indiuiduatione: quoniam non eſt referēda inæqualitas in ipſam voluntatē, quæ indifferēs eſt in omnia indiuidua, puta miſericordiæ adquiſitæ; ſed in diuerſam propoſitionē intellectus: ergo pari ratione inæqualitas indiuidua viſionum referri debet in diuerſum modum cōcurrendi eſſentiæ Dei inſtar ſpeciei. Probo conſequentiam; quia, vt ſe habet ſpecies ad intellectum; ita ſe habet quoad rem noſtram propoſitio ad voluntatem.

37 Doctrina huius concluſionis conſentanea eſt noſtræ diſp.42.cap.4. In quo docui, Deum inſtar ſpeciei non per eſſentiam, ſed per omnipotentiam immediate concurrere, nimirum in quantum continet ſpeciem impreſſam Dei, & earum ſpecierum, & indiuiduorum, quæ ab vtroque ex ijs beatis videntur, de quibus procedimus in ijs tribus cōcluſionibus: tunc enim dicendū, vt ſpecies impreſſa ad plura indiuidua cognoſcenda diſtincta eſt numero ab ſpecie impreſſa ſimplici ad pauciora: ita omnipotentiam Dei concurrere cum beato, vt contineat illā ſpeciē, atq; vt ſic determinare viſionē.

38 Difficilior res eſt, cum beati non conueniunt in naturis ſpecificis, vnde proueniat inæqualitas eius viſionis? Sed poſitis tribus concluſionibus, & noſtra doctrina, proportionate ad dicta definienda. Dico ergo 4. inæqualitas formalis prouenit à viſione ipſa, ſpecie phyſica diſtincta. Ex diſp. 49. cap. 3. ſubſumo, eas viſiones diſtinctas eſſe ſpecie propter eſſentialem ordinem ad creaturas ſpecie diſtinctas, nihil impediente, quod ſit obiectum ſecundariū. Hoc poſito, vt indiuiduatio inæqualis eſt formalis cauſa inæqualis viſionis in indiuiduo. Ita inæqualitas ſpecifica viſionis eſt cauſa formalis inæquales videndi ſpecies.

Cum eſt inæqualitas ſpecifica, vnde proueniat.

Inæqualitas formalis à viſione.

Dico quinto: nec lumen, nec intellectus eſt cauſa efficiens inæqualis viſionis in ordine ad diuerſas creaturas poſsibiles. Non lumen; quia ſemper eſt eiuſdem ſpeciei; & quia de ſe eſt indifferens ad quaſcumq; creaturas ex poſsibilibus. Nō intellectus; quia licet Angelicus, & humanus diſtinguantur ſpecie, ac propterea ſint cauſæ diſtinctarum ſpecie viſionum quoad entitatem ex ordine eſſentiali, quem habent ad principium; vt explicui diſp.49.c.4. at nō ſunt cauſę determinatæ ad has potius ſpecies è creaturis poſsibilibus, quā ad illas, ſed indifferētes. Vnde contingere poteſt, hominē, & Angelum eaſdē creaturas ex poſsibilibus videre diſtinctis actibus ſpecie phyſica quoad entitatē, non ex parte obiecti, ſed ex parte principij. 39

40 Dico vltimo: inæqualitas hæc prouenit, vt a cauſa proxima efficienti ex diuerſo modo concurrēdi omnipotentiæ inſtar ſpeciei, nimirum, quia agit, in quantum continet in ſe ſpeciē impreſſam eſſentiæ diuinæ, & earum ſpecierum, quas cognoſcit beatus. Hæc concluſio in tertia declarata, & confirmata eſt.

Efficiens ex modo concurrendi eſſentiæ

Caput VI. *De viſione Dei in ordine ad creaturas poſsibiles in communi.*

41 SOLVM reſtat nobis materia huius capitis in ordine ad creaturas poſsibiles. In qua re communior ſententia affirmat, neceſſarium eſſe ex vi viſionis cognoſcere in omnipotentia eſſe aliquid producibile in communi, ſeu creaturas non implicare contradictionem; eſto verum ſit, poſſe non cognoſci vllam creaturam in particulari. Ita Sotus in 4. diſtinct.49. q.3. art.3. concluſione 3. quem ſequuti ſunt moderni Thomiſtæ, vt Bannes; Albeld. hic. Pater Suarez capite illo 26. numer.14. probabilem cenſet hanc ſententiam; eam quoque defendit Pater Arrub. diſp. 26. capite 6. Mouentur; quia omnipotentia Dei eam habet connexionem cum producibili vt ſic, vt cognoſci non poſsit omnipotentia intuitiue quidditatiue, quin aliquam creaturam eſſe producibilem cognoſcat; nam ſi ſcitur intuitione quidditas omnipotentiæ, ſcitur etiam alicuius producibilis eſſe potentiam, vt ex terminis conſtat: nam, vt ſi nihil eſſet producibile, videntes Deum viderent, non eſſe in ipſo omnipotentiam; ita modo videntes eſſe omnipotentiam, ex ipſis terminis cognoſcunt, eſſe aliquid producibile. Præterea quis dicat cauſam creatam intuitiue cognoſci poſſe, quin cognoſcatur aliquis effectus ab illa ſaltem in communi? ergo pariter in re noſtra.

Cōmunior ſententia.

Sotus. Bannes. Albeld. P.Suar. P.Arrub. *Fūdamēta*

Nihilominus conſentanee ad principia iacta contraria eſt nobis tutanda ſententia, nimirū ex vi viſionis neceſſariū nō eſſe cognoſcere rationem entis poſsibilis in communi. Pro explica- 42

Authoris iudicium.

Digitized by Google

Obſeruatio prima.

explicatione obſerua primo,in opinione negãte præciſiones obiectiuas in rebus creatis dici non poſſe,beatum cũ in omnipotentia cognoſceret producibile in communi, cognoſcere in obiecto ſecundario rationem entis poſsibilis præciſam; quia ſi noſtra ſcientia abſtractiua non præſcindit rationes ſuperiores ab inferioribus, cum directe verſatur circa eas rationes, nec etiam viſio Dei intuitiua in obiecto ſecundario præſcindet; ſed attinget omnia indiuidua entium poſsibilium inadæquate,& in confuſo; ſicuti nos cum rationem entis cognoſcimus.

43 *Omnipotẽtia non eſt ad producibile in communi. Vide tractatu 3.diſput. 23.caput 12.n. 153.*

Secundo obſerua, quod diximus n. 15. & confirmauimus in locis ibi allegatis, nimirum omnipotentiam non eſſe continentiam producibilis in communi,aut ordinem tranſcendẽtalem ad producibile in cõmuni; in quo defecerunt,ni fallor,contrarium opinantes;exiſtimarunt enim primario omnipotentiam Dei reſpicere producibile in communi, & ſecũdario, &per reſpectũ rationis hoc producibile in particulari,& illud,& illud:ex quo deducebãt eſſe neceſſarium ex vi viſionis cognoſcere producibile in communi,licet non neceſſario cognoſcatur hoc, aut illud, aut illud ſcibile in particulari: cum tamen res è conſeruo ſe habeat: nam vt Deus per ſuam omnipotentiam non continet producibile in communi, ſed hoc, & illud, & illud in particulari, & ſic de tota collectione rerum poſsibilium; ita omnipotentia Dei nõ reſpicit primo, & per ſe producibile in cõmuni,ſed hoc,& illud,&illud producibile in particulari,quoduis ex particularibus, vt terminum inadæquatum, & totam collectionem particularium, vt terminum adæquatum. Nam omnipotentia Dei ideo eſt omnipotentia,quia eſt creatiua materiæ primæ,animæ rationalis, Angelorum, &c. quia item eſt potentia generatiua hominis, equi, leonis, & ſic de reliquis; quia eſt alteratiua per productionem hujus, & illius accidentis,tum actione naturali, tum ſupernaturali, quas virtutes producendi in Deo identificatas appellamus vno nomine omnipotentiam,& terminum eius dicimus eſſe ens producibile; quia nimirum omnes res in illo conceptu obiectiuo, & formali conueniunt; non tamen ideo intelligere debemus, Deum per ſuã omnipotentiam eodẽ modo reſpicere ens producibile,ſicut reſpicitur à noſtra cõfuſa conceptione.Et in hoc conſiſtit radix erroris; tribuimus enim omnipotentiæ Dei modum reſpiciendi mentis noſtræ. Ex. gratia, ſiqua eſſet potentia productrix per generationem omnium animantium,illa non reſpiceret,in quantum eſt potentia productrix, animal in communi; quia ordo tranſcendentalis realis, qui ordinatur ad realem productionem,non præſcindit rationes communes à particularibus, aut eas in confuſo reſpicit, ſicut mens noſtra, quæ nihilominus concipere poteſt omnia illa,vt conueniunt in ratione generabilium ab illa potentia: ita in noſtra re. Itaq, diligenter diſcerni debet noſter modus abſtractiue concipiendi, & reſpiciendi ſua obiecta a modo reſpiciendi ſuæ potentiæ realis productricis.

44 *Non neceſſario ex vi viſionis cognoſci poſſibile in communi.*

Ex hac autem doctrina manifeſte infero, quam defendo concluſionem. Primo; quia ſi aduerſarij ex eo inferebant,neceſſario cognoſci poſsibile vt ſic ex vi viſionis; quia primario, & per ſe reſpici poſsibile vt ſic ab omnipotentia arbitrati ſunt, cum ego è conuerſo cenſeam primario, & per ſe reſpici particularia, & nullo modo poſsibile vt ſic, licet nos ex reſpectu ad particularia fundamentum deſumamus ad concipiendum illum reſpectum vt ad poſsibile vt ſic, ſolida illatione ex principio contrario deduco meam contrariam concluſionem.

45

Secundo;quia non obſtante reſpectu primario ad creaturas in particulari, nihilominus defendebam cap.3. poſſe quidditatiue intueri talem reſpectum in Deo, non viſa creatura in particulari, quæ eſt terminus connotatus eius reſpectus:potiori ratione tueor,poſſe intuitiue quidditatiue videri omnipotentiã,nõ cognito formaliter producibili in communi.

46 Reſponſio ad argumẽta. *Quid cognoſci virtualiter creaturas in omnipotentia.*

E quibus facile reſpondeo ad argumentum aduerſæ ſententiæ, cui negandum eſt habere omnipotentiam illam,quam putant connexionem cum producibili in communi. Ad probationem diſtinguo illam propoſitionem, *ſi ſcitur intuitione quidditas omnipotentiæ, ſcitur etiam eſſe potentiam alicuius producibilis virtualiter*,concedo:*formaliter*, nego. Vt intelligas hanc diſtinctionem recognoſce, quæ diximus cap.ſuperiori,nimirũ cauſam determinãtẽ ad inæqualem viſionẽ,tũ in ſpecie, tũ in indiuiduo eſſe modum cõcurrendi omnipotẽtię inſtar ſpeciei. Ad hæc cõſidera,omnipotẽtiam dupliciter poſſe concurrere. Primum,in quantum ſolum in ſe continet ſpeciem impreſſam formalitatum, quæ ſunt in Deo. Secundum,in quantũ in ſe cõtinet ſpeciẽ illã impreſſam,quę neceſſaria eſt ad creaturas poſsibiles in confuſo concipiendas,aut ad aliquam in particulari. Si cõcurrit primo modo,tantũ cognoſcet beatus,quæ ſunt formaliter in Deo;non autẽ cognoſcet formaliter, aut producibile in cõfuſo, aut aliquam creaturam in particulari; nimirũ, quia ex parte principij caret ſpecie impreſſa neceſſaria, & ex parte viſionis expreſsione neceſſaria; cognoſcet tamen virtualiter creaturas; quia cognoſcit cauſam illarum. Cum concurrit ſecundo modo, poterit cognoſcere for-

Digitized by Google

formaliter, aut producibile in communi, aut aliquam creaturam in particulari; quia tunc habebit, & ſpeciem ex parte principij, & expreſsionem ſufficientem ex parte viſionis.

47 Ad eam propoſitionem, *ſi nihil eſſet producibile, viderent in Deo non eſſe omnipotentiam*, dico veram eſſe; ideo tamen viderent nõ eſſe omnipotentiam, quia non eſſet: non tamẽ inde fit, videntes eſſe omnipotentiam, cognoſcere eſſe aliquid producibile; quia & eſt omni potentia, & eſt producibile, & vnum ſine alio cognoſci poteſt.

48 Ad vltimam confirmationem nego antecedens. Et quoad rem hanc idem fero iudicium de potentia creata, & increata. Vnde perperam communiter dici ſolet, diuinam potentiam habere connexionem neceſſariam cum creatura in communi; non autem cum creatura in particulari: è contra vero potẽtiam creatam habere connexionem neceſſariam cum effectu in particulari; atq; adeo ſine illo cognoſci non poſſe, vt affirmat P. Arrub. cap. 6. n. 26. P. Arrub. cum vtraq; habeat connexionem neceſſariam cum creatura particulari, vt diximus in ſtatu poſsibili, & neutra cum creatura in communi, niſi ratione particularis.

DISPVTATIO QVINQVAGESIMA SECVNDA.

DE VISIONE DEI IN ORDINE AD DEcreta libera, & creaturas exiſtentes.

Diſtincta tribus capitibus.

In 1. De viſione Dei in ordine ad decreta libera.

In 2. De viſione Dei in ordine ad creaturas exiſtentes.

In 3. Quid defacto videant Beati.

Caput I. *De viſione* Dei *in ordine ad decreta libera.*

1 MVLTIS materia huius capitis, & ſequentis nimium videtur difficilis. Ex eo vero, ni fallor, authores ſe ſe difficultatibus implicãt; quia non pedem figunt in explicando modo libertatis diuinæ. Nos vero, qui de ea re longe, lateq; diſſeruimus diſp. 16. per duodecim capita, ex propria ſententia ibi ſtatuta capit. 10. & 11. facilius expediemus nos ab ea.

2 Modo vero oportet tres de hac re ſententias breuiter enarrare ſine fundamentis; quia ea commodius producimus, & vrgemus, dum noſtras ſtatuimus concluſiones. Pater ergo Suar. lib. 2. de attributis negatiuis cap. 24. duos refert modos dicendi inter ſe extreme contrarios. Primus affirmat, ex vi viſionis neceſſario videri omnia decreta libera Dei: nam cũ ſint Deo intrinſeca, & formalitates in ipſo exiſtentes indiſtinctæ à ſubſtantia Dei, ſi non videntur omnes, aliqua formalitas in Deo exiſtens latet viſionem Dei: ac proinde non videtur Deus, ſicut eſt in ſe contra communem, & certam ſententiam, à nobis quoq; approbatã diſp. 50. per duo capita.

Tres ſentẽtiæ. P. Suar.

Secunda ſententia ex aduerſo affirmat, nullũm decretum liberum Dei videri poſſe ex vi viſionis diuinæ eſſentiæ, eo quod hæc vt præcedit ad determinationem liberam diuinæ voluntatis indifferens eſt ad potius ſe determinandum per hoc decretum creandi mundum, aut per aliud oppoſitum non creandi; & cum neutro determinate habet neceſſariã cõnexionem. Ergo ex vi viſionis eſſentiæ nullum decretum liberum determinate videri poteſt. 3

Tertia ſententia media inter vtramq; & quã Pater Suar. ſequitur n. 3. affirmat, neceſſarium non eſſe videntem Deum cognoſcere omnia conſilia, & decreta voluntatis Dei: quædam vero, & videri poſſe, & de facto videri a beato per viſionem. 4

5 Duo nitar oſtendere. Primũ, nullã harum ſententiarum difficultati ſatisfacere. Secundũ, ex noſtris principijs de libertate Dei nõ difficile eam

Nulla ex eis ſatisfacit difficultati.

eam enodari. Obſerua, erga libertatem Dei authores in duas claſſes eſſe diuiſos. Prima cõſtituit libertatem intrinſecam Deo, aut per reſpectum rationis, aut per modum intrinſecum, aut per connotationem ad obiectum indiſtinctam ab actu neceſſario, aut per alios modos excogitatos, quos retuli, & impugnaui ea diſp.16. à cap. 3. vſque ad octauum incluſiue. Alia vero claſsis libertatem Dei complet per extrinſeca connotata. Huius claſsis varios modos dicendi retuli cap.9. meamque pronuntiaui ſententiam cap. 10. & poſtea in ſequentibus obſeruaui, quid in vnoquoque ſit dignum animaduerſione.

Duæ auctorũ claſſes erga libertatem Dei. Vide diſp.16.

6 Aduerte, etiam hos tres modos dicẽdi procedere in prima claſſe; quoniam vt indubitatam ſupponunt ſententiam conſtituentem libertatem Dei prorſus intrinſecam: & licet cõcedant, per liberum decretum connotari aliquid extrinſecum; at ipſum eſſe extra eſſentiã liberi decreti, defendunt; immo & ipſum decretum præcedere natura ipſum terminum connotatum, vt cauſa eius; vt conſtat in hac cauſali; *quia Deus libere vult, ſaluum facit hominem, aut creat Angelum, &c.*

7 Iis poſitis, dico primo: nullum decretum liberum vt liberum poteſt cognoſci ex vi viſionis in eſſentia tamquam in obiecto primario. Hæc concluſio mihi euidens eſt in ſe, & in principijs doctrinæ noſtrorum ſcriptorũ, nullo excepto. Probatur primo; quia in cauſa indifferenti vt ſic, quantumuis comprehendatur, immo & ſupercomprehendatur, pro priori indifferentiæ cognoſci non poteſt, ad quam partem illa ſit determinanda, vt ex profeſſo egi diſp.6. cap. 2. Qua ratione impugnatur a noſtris Pater Molina, quod dixerit: Deum per ſupercomprehẽſionem in voluntate creata actus liberos futuros cognoſcere. Qui etiam nobis ſuffragatur in hoc puncto: quoniam de ipſo Deo negauit, in voluntate propria pro priori indifferentiæ cognoſcere poſſe, etſi eam comprehendat, ad quam partem ſit determinanda pro poſteriori determinationis. Id ipſum docuit de Anima Chriſti cõparatione ſuæ voluntatis. Vide quæ dixi eo cap.2 impugnans Molinã. Ergo quid cenſeat de viſione Beati in ipſa eſſentia diuina, vt indifferens eſt, quæ tam longe abeſt à comprehenſione.

Ex vi viſionis in eſſentia nullum decretum liberũ cognoſci poteſt.

8 Secundo id probo ratione à priori; quia pro priori indifferentiæ non eſt cognoſcibilis libera determinatio in cauſa, aut quaſi cauſa; ergo non cognoſcitur à beato. Probo antecedens; quia pro eo priori indifferentiæ nulla eſt determinatio determinate, nec præſens, nec futura, ſed inſtans illud rationis eſt præciſiuum, vt docui diſput.7. cap.1. num.1. & ſequentibus; ergo non poteſt cognoſci. Probo conſequentiam; quia vbi res non eſt, non eſt cognoſcibilis.

Dico ſecundo: nullum decretum liberum vt liberum Dei eſt in ſeipſo intrinſecè cognoſcibile tamquam obiectum primariũ, & directũ. Hæc concluſio eſt contraria primæ, & tertiæ ſententiæ ex relatis: immo videtur aduerſari primo aſpectu communi ſententiæ Theologorum, quatenus nullus negat, Deum in ſe ipſo intueri ſua libera decreta. 9

Nullum decretum liberum eſt in Deo intrinſece cognoſcibile.

Nihilominus defendenda eſt ab omnibus authoribus ſecundæ claſsis de conſtitutione libertatis diuinæ; nam ſi decretum liberum, vt liberum non conſiſtit omnino in aliquo intrinſeco Dei, nec in reſpectu rationis, nec in modo extenſionis, nec in connotatione ſine additione nouæ entitatis diſtinctæ, aut re, aut ratione, nec in prædicato denominante, &c. non poterit viſio beata in ipſo Deo liberum aliquod decretum cognoſcere, quippe quod ibi non eſt, & vbi res non eſt, non cognoſcitur ab aliquo cognoſcente, quantumuis polleat virtute cognoſcendi. Qua ratione vero à Deo, & à beatis cognoſcantur decreta libera? explico ſecundum propria principia cõcluſione 5. & 6. 10

Dico tertio, qui libertatem Dei per intrinſecam rationem conſtituunt, quidquid illã ſit, conſentaneè ad hoc principium aſſerere coguntur, omnia decreta libera neceſſario videri in ſe a quocumque beato. Hæc concluſio directe pugnat cum Patre Suario, & modernis Thomiſtis, qui eum ſequuntur. Manifeſte probatur; quia decreta libera, vt libera ſunt formaliter intrinſece in Deo tam identificata cum natura Dei, quam relationes diuinæ, ſiue conſiderentur vt virtute plures, ſiue vt connotationes actus neceſſarij; ſiue vt modos extenſionis; at quomodocumque ſunt formalitates reales Deo intrinſecæ à ſubſtantia indiſtinctæ. Ergo ſicut ſecundum magis veram, & communem ſententiam non poteſt videri eſſentia Dei, non viſis attributis omnibus, & modis attributorum, & relationibus, & reſpectibus ad creaturas in particulari; vt peregi diſput. 50. Ita etiam neceſſario ex vi viſionis omnia decreta libera videnda ſunt a beato, poſito quod ſint formalitates reales in Deo exiſtentes indiſtinctæ ab ipſius ſubſtantia. Ergo qui illud primum nobiſcum docuerunt, vt ſunt authores, cum quibus diſputamus, hoc ſecundum fateri coguntur, ſi conſtanter ad ſua principia doceant. Nam ſi beatus poteſt videre vnum decretum liberum ſine alio, aut naturam ſine vllo decreto libero; iam viſio illa præſcindit inter formalitates reales inter ſe indiſtinctas, nec videt Deum, vt eſt in ſe, poterit etiam ſimili ratione 11

Qui libertatem Dei cõſtituunt intrinſecã affirmare debẽt, omnia libera Dei a quocumq; Beato neceſſario videri. Albelda diſp.3. ſect.3.

videre.

Digitized by Google

videre vnum attributum ſine alio, aut naturam ſine vllo ex attributis.

12 *Primum præcluditur effugium.* Nec ſatisfaciunt, qui dicunt, naturam neceſſario connecti cum attributis, & relationibus; non autem cum decretis liberis; quia ex hoc tantum fit attributa neceſſaria, & relationes videri poſſe in eſſentia ex vi viſionis tamquam obiecta ſecundaria, & indirecta, veluti in cauſa, a qua ſaltim logice emanant, non vero decreta libera: at non fit ratione identitatis, quæ tanta eſt inter decreta libera, & naturam, quanta inter relationes, & attributa comparata ad naturam non neceſſario eſſe videnda à cognitione intuitiua, cõtra cuius naturam eſt præſcindere inter ea, quæ ſunt idem in obiecto.

13 *Secundum etiam.* Nec etiam ſatisfaciunt, cum dicunt decretum liberum ad amorem neceſſarium addere connotationem ad obiectum, quæ connotatio ſine obiecto videri non poteſt; quod ſi beatus neceſſario videret omnia decreta libera, videret quoque omnes creaturas prætetitas, præſentes, & futuras; atque adeo videret, quidquid Deus videt ſcientia viſionis, quod eſt abſurdum; quippe id Chriſto ſoli conceditur vt ſpecialis prærogatiua. Non, inquam, ſatisfaciunt. Primo; quia ſi inferunt, abſurdum contra ſe inferunt. Ego ſolum contendo nullam connotationem poſſe non videri, ſi eſt ratio Deo intrinſeca. Quod ſi ex hoc abſurdum illatum ſequitur, ex hoc ipſo reuincuntur falſitatis propter hoc ipſum incommodum. Secundo; quia etiam omnipotentia eſt connotatio ad creaturas poſsibiles in particulari ſecundum dicta diſputatione ſuperiori cap. 3. & 6. & tamen, quia terminus connotatus eſt extrinſecus connotationi, poteſt diſtincte videri connotatio, non diſtincte cognito termino, vt confeci loco allegato: ergo pariter dici poteſt de connotatione decreti liberi cõparatione ſui termini. Probo hanc conſequentiam; quia non minus neceſſario reſpectus omnipotentiæ connectitur cum termino poſsibili, quam connotatio decreti cum exiſtenti.

14 Ijs tribus concluſionibus confeci, ni fallor, primam partem intenti propoſitam n. 5. quia ex eis conſtat nullam ex tribus illis ſententijs in prima claſsi, in qua procedunt, defendi poſſe, retentis ſuis principijs erga naturam cognitionis intuitiuæ.

15 *Ex proprijs principijs fit ſatis difficultati.* Accedo iam ad ſecundam partem, & dico quarto: quilibet beatus neceſſario videt ex vi viſionis totam liberam volitionem Dei in actu primo, ſeu libertatem ſufficienter in noſtra phraſi, de qua diſputatione 16. cap. 10. vbi diximus amorem Dei neceſſarium comparari ad diuinas perfectiones tum abſolutas, tum relatiuas; & ad creaturas poſsibiles: liberum vero ad creaturas exiſtentes, & hunc perfectionem addere ad neceſſarium; ſicut ſcientia poſsibilium in ſe ipſis addit perfectionem ad ſcientiam de ipſo Deo; vt diximus diſput. 5. cap. 4. Præterea hunc amorem comparatum ad creaturas ex ſua infinitate in ratione amoris amore actu proſequi omnia amabilia in creaturis, & odio omnia odibilia. Nam cum in Deo non ſit potentia voluntatis in actu primo nec re, nec ratione, vt probatum eſt diſp. 12. cap. 1. ponendus eſt amor ſubſiſtens per modum actus puriſsimi omnia amantis ſufficienter, & mala odio habentis. Vt voluntas noſtra eſt potentia ad amandum omnia bona, & ad odio habendum omnia mala; & vt voluntas libera per modum potẽtiæ; quia actio producens ſuos actus cum indifferentia egreditur a ſuo principio, non quia illos ſibi recipit, aut coniungit: nec enim hoc ei cõpetit ex conceptu libertatis; ſed ex conceptu vitalitatis imperfectæ, qua indiget redduci ad actum ſecundum per formam informantem. Ita volitio diuina abſoluta ab ijs imperfectionibus eſt libera per modum actus puriſsimi; quia productiones omnium rerum egrediuntur ab ipſa indifferẽter; vnde ipſa per ſe eſt principium liberũ per modum actus primi, & ſufficienter; efficaciter vero, & per modũ actus ſecũdi exercet libertatẽ, cũ creaturas producit, quin eas in ſe recipiat; quia hoc eſt propriũ libertatis per modũ potẽtiæ immanẽter operãtis, atq; reducentis ſe ad actũ ſecundũ per formã informãtẽ, quod mille ſcatet imperfectionibus. Quare omnino recognoſcenda ſunt, quæ dixi ea diſp. 16. *Quilibet Beatus ex vi viſionis videt omnem volitionem liberã ſufficienter.*

16 Ex ijs vero noſtra quarta cõcluſio manifeſta eſt, & probata ratione, qua vſi ſumus in tertia. Quoniã hæc volitio libera, vt a nobis explicata, eſt perfectio in Deo formaliter exiſtens, & nulla huiuſmodi perfectio latere poteſt videntem Deũ quidditatiue, & intuitiue. Nec cõtra hanc militãt incõmoda, quæ obijcere ſolent, qui negãt omnia decreta libera à quocũq; beato videri: nã loquuntur de libertate intrinſeca, & exercita, in qua iã relucent omnes rationes prouidẽtiæ Dei, & cũ qua exiſtentia creaturarum connexionẽ habet; at hæc volitio libera in actu primo, & ſufficienter indifferens eſt in ordine ad exiſtentiã creaturarum, atq; adeo in illa nihil creatũ exiſtens videri poteſt, vt dicebamus de viſione eſſentiæ in ordine ad decreta intrinſecè libera in prima concluſione. Immo addo: vt attributa, & relationes in eſſentia poſſunt videri propter neceſſariam cõnexionem, & quia ſe habet vt cauſa, a qua logicè emanãt; ita etiam hæc volitio libera, &c.

17 Dico quinto: nõ quicũq; beatus videt omnia decreta libera ſumpta efficaciter, & in exercitio

ex vi viſionis. Hæc concluſio concordat cum communi ſententia Thomiſtarũ ex S. Thoma cum in hoc art. 7. & 8. ait, beatos non videre in Verbo omnes rationes diuinæ prouidẽtiæ, per quas res variæ ad diſtinctos effectus ordinantur. Vide etiam 3. parte q. 10. art. 1. ad 4. & q. 8. de veritate art. 4. ad 12. vbi hæc pulchra verba. *Quamuis nulla cognitio creaturarum de ſubſtantia ſit beatitudinis, quaſi beatificans; tamen aliqua creaturæ cognitio pertinet ad beatitudinem, quaſi neceſſaria ad aliquem actum beati; ſicut ad beatitudinem Angeli pertinet, vt cognoſcat omnes, qui ſuo officio continentur; & ſimiliter ad Sanctorum beatitudinem pertinet, vt cognoſcant eos, qui eorum beneficia implorant, &c.* Suffragatur etiam Dionyſius lib. 3. *de diuinis nominibus*, in quantum affirmat, Angelos inferiores illuminari à ſuperioribus; quia non omnes noſcunt omnia diuina conſilia. Item quod hoc eſt priuilegiũ Chriſti Domini, quod intueatur omnia Dei conſilia.

Non quicumq; beatus omnia decreta libere efficaciter ſumpta videt. S. Tho. Dionyſ.

Et probatur hac ratione; quia libertas Dei ſumpta efficaciter, & in exercitio continet cõplexum ex volitione libera, & productione indifferenter procedente ab ipſa. Vnde ſi beatus omnia decreta libera, vt ſic ſumpta, videret, neceſſario intueretur omnes creaturas exiſtẽtes, & quidquid Deus videt ſciẽtia viſionis; hoc autẽ eſt abſurdũ, vt conſtat ex cõmuni Theologorum, & ex allegatis teſtimonijs; ergo, &c.

18 Dico ſexto, quicũq; beatus videt aliqua decreta libera efficaciter ſumpta. Hæc etiã cõcluſio eſt cõmuniter recepta, & probatur manifeſte ex teſtimonijs adductis in cõcluſione ſuperiori, & ex D. Bernardo lib. 5. de cõſideratione cap. 4. quem allegat Suar. in eo cap. 24. & fauet Concilium Senonenſe in decreto fidei decreto 13. ibi: *quã ſit hoc non modo veritati, ſed ſcripturis quoq; diſſonũ, intelliget, qui beatis per uium eſſe nõ ignorat diuinitatis ſpeculũ, in quo quidquid eorum interſit, illuceſcat.* Quæ verba pronũtiat damnans errorem quorũdam affirmantiũ, nõ eſſe orãdos beatos, propterea quod ignorant noſtras preces; ergo beati cognoſcũt, quidquid eorũ intereſt, & ad ſtatũ cuiuſcũque ſpectat; vt magis explico cap. 3. ergo vident aliqua decreta libera Dei efficaciter ſumpta per viſionẽ attingentẽ creaturas exiſtentes. Id difficile; an eas cognoſcant in Verbo? & quid ſit eas videre *in diuinitatis ſpeculo*? an eadem viſione, an diſtincta? & quanta ſit diſtinctio? quæ, quia pertinent ad cognitionem creaturarum exiſtentium, commodius explico cap. ſequenti.

Quilibet Beatus aliqua videt decreta libera efficaciter. D. Bernard. P. Suarez. Concilium Senonenſe.

Prius moneo, quæ dixi de volitione libera applicanda eſſe ſcientiæ liberæ, quæ eadem eſt cum ſcientia ſimplicis intelligentiæ, & cõditionata, & ſolum differunt per connotationes diuerſorũ ſtatuum in obiecto; vt explicui diſp. 9. cap. 2. Vnde quidquid vna cognoſcit, cognoſcit etiam altera in obiecto ſuo cõſtituto in diuerſo ſtatu. Dicendum ergo, totam ſcientiam viſionis ſufficienter ſumptam cognoſci à quocumq; beato; non vero totam ſumptam efficaciter. Vide diſp. 2. cap. 2. 19

Caput II. *De viſione Dei in ordine ad creaturas exiſtentes.*

20 DIFFICVLTAS hæc duplicem habet cõſiderationem. Prima de creaturis exiſtẽtibus, quot videat. Secunda, in quonam obiecto eas videat, & per quam viſionem? Prima conſideratio fere ex dictis capite ſuperiori explicata eſt. Nam ex eo conſtat, nec omnes videri à beato, nec nullas, ſed aliquas, & ſi quid reſtat difficultatis in ſecunda conſideratione expediendum eſt.

Duplex difficultatis conſideratio.

21 Dico primo: nulla creatura ex exiſtentibus poteſt videri in Deo tamquam in obiecto primario; ita vt creatura exiſtens ſit obiectum ſecundarium, & indirectũ. Probatur manifeſte ex proprijs principijs; quia nihil eſt Deo intrinſecũ, quod neceſſariam habeat connexionẽ cum exiſtentia creaturæ; ergo nulla poteſt videri in Deo tãquam in obiecto primario. Cõſequentia eſt manifeſta, & ſæpe probata. Antecedens probatur; quia ſi quid in Deo intrinſece exiſtens haberet connexionem neceſſariam cum exiſtentibus rebus, maxime decreta libera, & ſcientia viſionis; nam omnipotentiam indifferentem eſſe, omnibus conſtat; ſed nec in decretis liberis, nec in ſcientia viſionis, vt ſunt Deo intrinſeca videri poſſunt creaturæ exiſtentes, vt in obiecto primario; ergo, &c. Probatur minor quoad primam partem; quia decretum liberum ſecundum omne, quod eſt intrinſecum Deo, & ſufficienter ſumptum eſt indifferens ad hanc, aut illã creaturam exiſtẽtem, nec cum aliquã determinate habet connexionem neceſſariam; vt oſtendi cap. 1. quarta cõcluſione; ergo &c. Probo quoad ſecundam partem; quia ſciẽtia viſionis ſecundũ omnia, quę intrinſeca Deo ſunt, ſufficienter ſumpta eſt ſcientia omnis ſcibilis, & prorſus indiſtincta à ſcientia ſimplicis intelligentiæ, & conditionata; efficaciter vero ſumpta nihil addit intrinſecum Deo in ratione ſcientiæ, ſed tantum creaturam extrinſece exiſtentem; vt declaraui diſputatione 9. cap. 2. Ita quod ſcientia viſionis efficaciter ſumpta

Nihil creatum exiſtens in Deo videri poteſt, vt in obiecto primario.

Digitized by Google

ſumpta ſit complexum ex ſcientia,& obiecto. Reſtat ergo, quod ſi aliquæ creaturæ exiſtētes videntur a beato,tum ex præteritis , tum ex præſentibus,tum ex futuris in propria earum exiſtentia,quam in ſe ipſis habent, dum durāt, a beato videantur. Igitur ſcientia Dei videt creaturas poſsibiles in ſua omnipotentia ; futuras vero in ſe ipſis;ita ſcientia beatorū, quæ eſt æmulatrix diuinę,poſsibiles creaturas,quas videt,in omnipotentia videt: præteritas vero, futuras,& præſentes in ſe ipſis.

22 Quod ſi hoc verum eſt de omnibus creaturis exiſtentibus, ne dum id verum erit de peccatis,quorum Deus non eſt author per voluntatem,& de actibus liberis , ad quos non concurrit per voluntatem determinantem antecedenter,ſed cooperantem,& veluti conditionatam,de qua non eſſe medium ſufficiens Deo ad cognoſcēda hæc futura explicui ſatis diſp. 6.cap.3.

23 *Obiectio.*

Contra hunc modū dicendi militat teſtimonium decreti Concilij Senoſenſis allegatum n. 18.Vbi definire videtur,beatis,quæ ipſis inter ſunt,& preces,quæ ad ipſos diriguntur,& funduntur, illuſceſcere *in diuinitatis ſpeculo* illis peruio.Secundo obſtat ſententia Aug.lib. 13. *confeſsionum* cap .15. ibi ; *vident enim faciem tuam ſemper, & ibi legunt ſine ſyllabis temporum,quid velit voluntas tua.* In his verbis Aug. expreſſe affirmare videtur,& actus liberos , & obiecta actuū liberorū in eſſentia Dei videre, quod ſignificat per *legere ſine ſyllabis in facie Dei.* Idem indicauit lib. 63. quæſtionum q.26.ibi:*ipſa creatura plus videtur in arte,qua facta eſt,quam ipſa in ſe ipſa,quæ facta eſt.* In ijs verbis loqui de creaturis exiſtentibus negari non poſſe videtur,de quibus affirmat videri in arte,per quam facta ſunt; ars vero , per quam facta ſunt , in Deo eſt ; ergo videntur in Deo. Fauet Bernardus lib. 5. de conſideratione ad Eugenium cap.4.agens de Angelis, *vident*, inquit, *Verbum , & in Verbo facta per Verbum.* Alios Patres,qui nō tam expreſſe loquuntur, allegat P.Suar.in eo cap.24.

Aug. Bernard. P.Suar.

24 *Obiectio eſt omnibus cōmunis.*

Reſpondeo primo, hanc obiectionem fere ab omnibus ſoluendam eſſe. Nam qui etiā ponunt libertatem decretorum intrinſecam per connotationem ad creaturas exiſtentes, etiam dicunt,non ita poſſe cognoſci decreta,ſeu cōnotationem illam, quin creatura exiſtens in ſe attingatur ; ergo viſio creaturæ exiſtentis in Verbo eſt totum illud complexum ex decreto , & creatura pro obiecto:pariter,vt nos dicimus in noſtro modo dicendi , hoc maxime, & in omni rigore locum habet in voluntate concurrendi ad actus liberos , & permittendi peccatum, quæ nullam habet antecedentē cōnexionem,aut cum actibus , aut cum peccato.

25 *Satisfactio authoris.*

Secundo reſpondeo illud videri *in ſpeculo diuinitatis,& in Verbo* duplicem poſſe habere ſenſum.Primum tamquam in obiecto viſo Secundum,virtute diuinitatis,aut Verbi cauſaliter,hoc eſt, virtute diuinæ eſſentiæ in ratione obiecti viſibilis,quę tamquam effectiua cauſa ideam efficiat creaturæ , quam omnibus modis in ſua continet virtute , & exemplari ; hæc enim particula *in* non ſemel ſignificat dependentiam cauſæ efficientis,vt patet ex illis S.Petri verbis *in virtute Dei cuſtodimini per fidem.* In hanc rem egregia ſunt D. Bernardi verba ſermone 13.Vbi dicens, Dæmonē ante ſui caſum forte cognouiſſe futuros homines, & profecturos ad gloriam,ſcribit.*Si præſciuit , in Dei Verbo abſque dubio vidit, & in liuore ſuo inuidit homines,ſocios dedignatus.* Atqui Dæmonē nihil vidiſſe in Verbo tamquam in obiecto viſo, nec per viſionem beatam, certum eſt; ergo Bernard. ibi illud *in Verbo* cauſaliter accipit; videatur Caiet.q.57.art.5. & 2.2. q. 83. art.4. Ad hæc,ſi eadem viſione videantur, per quam vident diuinam eſſentiam,vel diſtincta;connexa tamen infallibiliter cum viſione Dei cum omni rigore ſermonis explicamus Sanctos Patres.

Videre creaturas in Verbo ſumitur dupliciter. D. Bernar. Caiet.

26 *Creaturæ exiſtentes eadē viſione,qua eſſentia diuina,videri poſſunt.*

Circa quod dico ſecundo:nō repugnat creaturas exiſtentes videri eadem viſione, qua eſſentia diuina. Ex.gratia pone Petrum videre in ijs,quæ ad ſuum ſtatum pertinēt,quatuor millia indiuiduorum ex quinquaginta ſpeciebus; Paulum etiam videre totidem;at diſtincta ſpecie:licet eas non videant in Deo tamquam in obiecto viſo,non vero repugnat, complexum illud ex Deo , & eis creaturis videri ſimplici actu viſionis. Probatur ; quia ſi propter aliquam rationem repugnaret; maxime quia illa inter ſe connexionem non habent ; nam ſi cōnexionem habent,vt creaturæ poſsibiles cum omnipotentia,vnica viſione videri poſſe, dixi diſp.51.cap.1.& 3. Sed ea inter ſe connexionem non habere,non obſtat;quominus ſimplici viſione videri poſsint.Ergo,&c.Probo minorem primum a ſimili ; quia Angelus per vnam cognitionem naturalem plures rerum ſpecies inter ſe non connexas cognoſcit quidditatiue;ergo id etiam poſſe cognoſcere beatum viſione ſupernaturali ſimplici, quæ longe perfectior eſt Angelica,negari non poteſt.

27 Secundo probo ratione a priori; quia duas res inter ſe non connecti,non poteſt eſſe cauſa,quare vna cognitione non repræſententur,ſi in facultate cognoſcendi eſt virtus ſufficiens ad eliciendam imaginem intētionalem vtriuſque; quoniam cognoſcibilitas vnius non repugnat cum cognoſcibilitate alterius in ordine ad eamdem viſionem.

28 Tertio etiam a priori ; quia omnipotentia

continet non tantum ſpeciem impreſſam eſſentiæ Dei, ſed etiam harum creaturarum; & non tantum in ordine ad cognitionem abſtractiuam quidditatiuam poſsibilium, ſed etiam ad intuitiuam quidditatiuam exiſtentium: ergo ſi omnipotentia concurrat inſtar ſpeciei, vt continet has omnes ſpecies impreſſas, & ſic determinet intellectum, poterit proculdubio producere viſionem ſimplicem omnium illorum.

29 *P.Suar.* *Cũ per viſiones creaturæ exiſtentes ſpecie diſtinctę videtur, ipſæ quoq; ſpecie Phyſica diſtinguuntur.*

Sed petes, quantum differant illæ viſiones? P.Suar.cap.illo 27.ait differre in indiuiduatione. Ego vtor diſtinctione, qua vſus fui diſp. 51. cap.5.& 49 c.4.ſi viſiones hæ rerũ exiſtētiũ habēt pro obiectis naturas ſpecie diſtinctas exiſtētes, ſpecie diſtinguũtur, nō ex primario obiecto, aut in ratione beatitudinis; ſed ex creaturis ab ipſa viſione eſſentialiter reſpectis. Quod ſi non reſpiciant naturas ſpecie diſtinctas, ſed ſolum inæquales in multitudine indiuiduali, diſtinguentur tantum indiuidualiter, cum eadem proportione; vti dixi de creaturis poſſibilibus loco allegato.

30 *Diſtinctis etiam viſionibus creaturæ exiſtētes, & Deus poſſunt videri.*

Dico tertio: nec repugnat videri eſſentiam, & creaturas exiſtētes diſtinctis viſionibus. Hęc concluſio clarior eſt, quam præcedens, & fere per ſe manifeſta. Nam poſito intellectum plures ſimul cognitiones per potentiam Dei elicere poſſe, quod indubitatum eſt: quid repugnabit duo obiecta tam diſtantia, vt eſt Deus, & creatura, in cognoſcibilitate non inter ſe connexa, ſed concomitanter ſe habentia duplici viſione videri? immo in magno numero viſiones multiplicari, in tanto, quot fuerint ſpecies, aut indiuidua viſa. Sed quia Deus decreuit omni beato manifeſtare, quidquid ſpectat ad ipſius ſtatum, vt dico cap.3. aduertere oportet viſiones harum creaturarum infallibiliter connecti cum viſione Dei ex prouidentia a Deo ſtatuta: nam ſi non connecterentur, laterent aliquo tempore beatum, quæ ſpectant ad ſuum ſtatum. Ex ijs duabus concluſionibus integrum erit Lectori, quam maluerit, eligere ad definiendam quæſtionem de facto: in neutra eſt alicuius momenti difficultas. Ego mihi eligo priorem n.26. quia ille modus videndi creaturas perfectior eſt, vtpote ſimplicior, & ſimilior ſcientiæ Dei, quã imitatur Beata viſio.

An vero beatus ab initio ſuæ beatitudinis ſimul omnia, quæ viſurus eſt, videat, vel ſucceſſiue aliqua de nouo cognoſcat, vel ſine mutatione viſionis, vel cum aliqua, & quãta? tractat S.Thomas in art. 10. in cuius commentario id breuiter declaro. 31 *S.Thom.*

Caput III. *Quæ de facto Beati videant.*

32

MVLTA incerta dicuntur ab authoribus in hoc cap. & non mirandũ, quia cum Deus taxet ſecundum ordinem ſuæ prouidentiæ habita ratione meritorum, & ſingularis ſtatus beati, & ceterarum circumſtantiarum, quantum vnicuique de creaturis exiſtentibus patefaciendum ſit, & homini in hac vita mortali degenti hoc non poſſit non eſſe occultũ; vix poteſt mens noſtra niti firmo principio. Quapropter breuiter ſolum enarrare decreui, quæ dicuntur a peritioribus Theologis, & ea probabili aliqua coniectura, quantum potuero, confirmare.

33 *Quid de natura Beatus videat.* *S.Thom.*

Dico primo: quicumque beatus de ſubſtantijs naturalibus videt huius mundi inferioris, & ſuperioris ordinem, & compoſitionem, penetrando naturas, tum incorruptibilium, tum corruptibilium rerum corporearum cum earum proprietatibus, & accidentibus. Ita S. Thomas 3.contra gentes cap. 59. & in hac 1. parte q.12.art.4.ad 8. Probat; quia in vno quoque eſt hoc deſiderium, & credibile eſt expletum iri a Deo. Hæc ratio impugnatur a quibuſdam. Vide P.Suar.lib.2.de attributis negatiuis cap.28.n 8. Ego alia vtor, nimirum ſi Angelo induntur omnes harum rerum ſpecies, & debetur harum rerum cognitio ex perfectione naturali intellectuali; quare dicamus id ipſum animæ beatæ eleuatæ ad viſionem creatoris, & ordinis rerum ſupernaturalium, (vt mox dico) & capaci iuxta ſuam naturam non concedi? cognitio ergo huius ordinis, & cõſonãtiæ cõceditur. Certe ad hoc negãdũ nulla conueniens ratio reddi poteſt; ergo id affirmãdũ eſt, maxime cum ita affirmet ſchola peritiorum Theologorum. Vide Suarium ſupra, & Valent.quæſt. 12.pun.6. §.de tertia quæſt. *P.Suar.* *Suar.* *Valen.*

34

Dubium moueri poteſt; an quilibet beatus videat omnia indiuidua ſpecierum, quæ conſtituunt hoc vniuerſum, vel tantum aliqua de incorruptibilibus naturis, quæ in vno tantum exiſtunt indiuiduo? dubium non eſt ea videre, ſi vident naturas. De corruptibilibus opus nō eſt omnia videre, ſed tantum ea, quæ ad beatum ſpectant aliqua ratione, & quæ neceſſaria fuerint ad ſatis penetrandam perfectionem ſpeciei.

35 *Quid de gratia.* *S.Thom.*

Dico ſecundo, quemcumque beatum videre omnia myſteria fidei, & ordinem gratiæ, & naturam entis ſupernaturalis. Hæc concluſio certior eſt, quam præcedens; ſignificatur a S. Thoma 1.part.q.1. art. 2. in quantum ait noſtram Theologiam, quæ innititur fide creditis, ſubalternari ſcientiæ beatorum; ita etiam 2.2. q.1.art.1.& 1.2.q.4.art.3. in quantum ait, noſtræ

Digitized by Google

træ fidei, quæ euacuatur per viſionem ipſam, in Patria ſuccedere. Et videtur affirmata a Paulo 1. ad Corinth. cap. 13. dum ait, *quod videmus nunc per ſpeculum, & in enigmate*, tunc viſuros facie ad faciem. Quaſi dicat myſteria, quæ credidimus obſcuro aſſenſu, & in hoc captiuantes noſtrum intellectum in obſequium fidei, merita cumulauimus, Deus illa in præmium reuelabit in patria: quia ſicut audiuimus in hac vita per fidei prædicationem; ita videbimus in Domo Dei noſtri. Secundo probatur ex eodem Paulo 2. ad Corinthios 3. ibi: *nos autem reuelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes in eãdem imaginem transformamur a claritate in claritatem*; quaſi dicat, nos, qui per fidem in lege gratiæ expreſſum, & firmum aſſenſum præſtitimus myſterijs fidei ex hac claritate, quæ ita appellatur fides comparatione velaminis veteris teſtamenti, transformamur ad maiorem claritatem in earumdem rerum imagine per facialem viſionem. Ita quoque loquuntur ſancti Patres. Ita Aug. expreſſe 20. de ciuitate cap. 21. ibi, *quid videbimus niſi Deum, & omnia illa, quæ nunc non videmus credentes?* In quibus non negat alia videri; ſed hæc nimirum Deum, & myſteria fidei certo videri. Ita etiam Ambroſius, & Anſelm. in Paulum, & ipſe Aug. alijs in locis. Ergo quicũq; beatus videbit in ſe modum, quo Verbum diuinum terminat naturã humanam Chriſti, & ſibi coniungit hypoſtaticè, ſiue ille modus videri non poſſit ſine extremis, ſiue poſſit; nam quicumque beatus videt extrema, modum etiam, quo exiſtit corpus Chriſti indiuiſiuiliter in Euchariſtia, naturam gratiæ, & habituum infuſorum, & donorum, & alia dogmata noſtræ fidei.

Paul. 1. ad Corin. c. 13.

Paul. 2. ad Corint. 3.

Explanatus Paul

Aug.

36 Dixi, certiorem eſſe hanc concluſionem; quia exiſtimo ſine temeraritate non poſſe negari; etenim a Paulo ſatis fuit ſignificata, a ſanctis Patribus expreſſe aſſerta, ab ſcholaſticis omnibus confirmata. Itaque beati erunt æquales in viſione quaſi extenſiua horum myſteriorum, ſicuti omnes ſunt æquales in omnibus formalitatibus Dei videndis, inæquales in claritate. Et quidem optima ratio pro hac concluſione reddi poteſt. Nam iure optimo deſiderat beatus clare, & quidditatiue cognoſcere ea, quæ obſcure credidit in hac vita fidens reuelationi diuinæ.

Cenſura cõtra negantem cõcluſionem.

Dico tertio: quicumque beatus videt in Verbo omnes actus liberos, & contingentes effectus, qui pertinent ad ſuum ſtatũ. V. g. Rex beatus, quæ pertinent ad Regnum. Fundator religionis ad Religionem. Epiſcopus ad Epiſcopatum. Prælatus ad prælaturam. Paterfamilias ad familiam. Ita S. Thomas 3. parte q. 10. art. 2. & in locis citatis pro prima concluſione. Ita Thomiſtæ omnes: maxime fauet Senonenſe ſæpe citatum in illo verbo, *quidquid eorum interſit*. Ex quo duo colligi poſſunt primo videre cogitationes omnes beatorum, in quantum ad beatũ ſpectant, vt ſe in ſuo ſtatu prudentiſsime credant, & iucundiſsime potiantur ſua beatitudine: non vero ideo omnium omnes cogitationes cognoſcent; etenim plura Anima Chriſti diſponit per voluntatem creatam; quæ tamen non omnia innoteſcunt; vt optime notauit P. Suar. cap. illo 28. n. 16. 37

Quid de ſtatu Beati.

S. Thom.

P. Suar.

Secundum cognoſcere illa, quæ in hac vita reliquit, & commiſſa erant ſuæ curæ, ſi permaneant in eo ſtatu, vt merito ſemper debeat eſſe ſollicitus, qualia ſunt illa, quæ in exemplũ adduxi ſtatuens concluſionem. 38

Hic etiam annumerari debent orationes, quæ in Eccleſia funduntur ad Sanctos. Ita S. Thomas 2. 2. q. 83. art. 4. & 3. part. q. 10. art. 2. & in 4. diſt. 45. q. 3. art. 5. & Thomiſtæ, & alij graues Theologi, & maxime fauet Senonenſe in eo decreto 13.

S. Thom.

Contra hanc concluſionem ſolum poteſt obijci; quod ſequitur ex illa, minus beatũ plura videre ratione ſtatus, & cõditionis perſonæ; quam magis beatus: conſequens videtur abſurdum; quia, quo beatior quiſque eſt, eo perfectius videt Deum, & plura in ipſo. 39

Obiectio.

Reſpondeo facile, a Deo aliunde compenſari hoc poſſe, aut claritate maiori comparatione Dei, aut etiam ex viſione aliarum creaturarum plurium, & meliorum.

Satisfactio.

Sed contra: quid ſi aliquis pauciora habet merita, & eis reſpondet minus lumen, quã neceſſarium ſit ad cognoſcendam vniuerſi machinam, & myſteria fidei, & res ad ſuum ſtatum pertinentes? 40

Reſpondeo, ita diſpoſuiſſe prouidentiam Dei erga beatos, vt cuicumque det merita, & lumen, quantum ſufficit ad omnia, quæ diximus videnda.

ARTICV-

Digitized by Google

VTRVM EA, QVAE VIDENTVR IN DEO, A VIDENTIBVS DIVINAM eſſentiam videantur per aliquas ſimilitudines creatas?

SAnctus Thomas reſpondet negatiue; quia ſentit, per ipſam eſſentiam Dei inſtar ſpeciei videri omnia, quæ videntur in Deo; quod ego quoque defendi diſp.42.cap.3.

ARTICVLVS X.

VTRVM VIDENTES DEVM PER ESSENTIAM SIMVL VIDEANT OMNIA, quæ in ipſo vident?

Art 10. Explanatio.

Confirmatio concluſionis S. Thomæ.

AFFIRMAT S.Thomas. Illud vero *omnia* non ſolum eſt referendum ad omnia diuina ipſi intrinſeca, ſed etiã ad omnia creata ex Aug. ab ipſo S.Thoma relato in argumento *ſed contra*, lib.15.de Trinitate cap.16. *Non erunt volibiles*, ait, *noſtræ cogitationes ab alijs in alia euntes, atque redeuntes, ſed omnem ſcientiam noſtram*, (hoc eſt, omnia ſcita) *vno ſimul conſpectu videbimus*. P.Vazq.diſp.54.cap.1.hoc teſtimonium Aug. infringere conatur dicens, Aug.nomine volubilis cogitationis intelligere laborioſam, & cum diſcurſu. Verum contra communem mentem agit erga Aug. intelligentiam: nec quæ in ipſo expendit, ſuam probant expoſitionem; vt attente legenti Auguſtinum conſtabit, quæ modo referre nõ vacat.

P.Vazq.

Omnia ſimul Beatũ cognoſcere.

Concluſionẽ vero S.Thomæ probo hac ratione Si non repugnat beatum omnia ſimul cognoſcere, tum de Deo, tum de creaturis ita affirmandum eſt; ſed non repugnat; ergo ita cognoſcit. Probo maiorem; quia hoc eſt magis conſentaneum ſtatui immutabili, & inuariabili beatitudinis, & eſt magis conforme ſcientiæ Dei, cui conformantur beati in ſua ſcientia. Minor probata eſt a nobis diſp.ſuperiori n.26. Vbi declaraui, quo pacto non repugnet videri creaturas exiſtentes eadem viſione ſimplici, qua videtur Deus. Quod nõ poteſt non intelligi, tum de naturis ſpecificis, tũ de indiuiduis; quia hęc ſunt, quæ per ſe exiſtũt. At quæ videtur eadem viſione, ſimul videntur: quoniam dicere, vt multi Thomiſtæ arbitrantur, nouiter res, vt exiſtunt, in Verbo relucere, atque videri, nulla facta mutatione in viſione, ſicut Deus ea videt per ſcientiam viſionis, percipi non poteſt. Nam ſi in beato exiſtit noua repræſentatio indiuidui nouiter obiecti, aliqua fiat mutatio in ea neceſſe eſt; quia hæc noua repreſentatio eſt aliquid reale diſtinctum a prçcedẽti; quod ſi nõ fiat noua repræſentatio, implicat per illam viſionem innoteſcere nouũ obiectum; quia vna forma manens inuariata in eodem ſubiecto non poteſt communicare nouum effectum formalem.

Sine noua mutatione in viſione non poteſt Beatus noua videre.

Quod adducitur de ſcientia viſionis Dei, nec eſt ad rem, nec conuenienter applicatur. Non eſt ad rem; quia Deus ex æternitate immutabiliter ſcientia ſua attingit omnes creaturas exiſtentes, tum præteritas, tum præſentes, tum futuras. Hoc ipſum nos dicimus cum S.Thoma de viſione beati, ab initio ſuæ beatitudinis omnia ſimul cognoſcere, quæ pertinẽt ad eſſentialem, & accidentariam beatitudinem ſecundum menſuram meritorum, & qualitates perſonæ, vt dicebam cap.3.diſputationis vltimæ. Non ideo negamus, nouas res beato a Deo reuelari non poſſe extraordinarie; tunc autem noua cognitione diſtincta a viſione beatitudinis opus erit.

Non bene applicari, patet; quia ſcientiæ Dei ratione infinitatis, & immutabilitatis competit actu ſcire, quidquid ſcibile eſt, vt ſi modo produceret alium orbẽ, illum videret ſine additione in ſcientia, vt dixi diſputatione 2.cap.2. At hoc conuenire non poteſt viſioni creatæ; quia mutabilis, & finita eſt.

Nec etiam probatur, quod alij dicunt, beatum

Nec per extenſionẽ modalẽ viſionis noua videt. tum ſucceſiue noua videre per extenſionem viſionis,& eam fieri per additionem nouæ modalis entitatis,per quam reſpicit noua obiecta. Quia omnis cognitio ex ſe qualitas vitalis eſt,imago perfecta obiecti,quod diſtincte cognoſcit;ergo ſi prima viſio rerum, quas ab initio cognoſcit,qualitas eſt perfecta; ita dicendum eſt de quacumque cognitione nouiter accedẽte, alias dicant,omnes cognitiones modos eſſe.

Obiectio. Sed obſtat primo:ſequeretur,AnimãChriſti ſimul videre infinita , quod fieri non poteſt ſine infinita viſione.

Satisfactio. Argumentũ hoc torquet Thomiſtas,quod putant, in ſuis principijs infinitum a re finita repræſentari non poſſe: ſed a nobis ſæpe hoc reiectum eſt. Vide diſp.36.cap.4. Vbi oſtendi infinitũ a finito repræſentari,& cognoſci poſſe

2.Obiectio Obijcies ſecundo: ſi beatus ſimul omnia cognoſcit, & preces, quæ ad ipſum fundendæ ſunt,ſingula cognoſcet imperfecte;quia ad ſingula attendere non poteſt mente finita diſtracta ad plura;item cognoſcet futura contingentia,quod eſt abſurdum.

Caiet. Sotus. Variant etiam Thomiſtæ.Inter eos Caiet.3. parte q.10.art.2.& Sotus in 4.diſt.49.q.3.art. 3.poſt 8.concluſionem.

Satisfactio authoris. Ego reſpondeo negando imperfecte cognoſci;quia eleuatio omnipotentiæ inſtar ſpeciei efficere poteſt, vt mens finita perfectiſsime attendat ad plura,quæ ſuperant eius capacitatem naturalem.*Futura cõtingentia Beatus cognoſcit.* Deinde concedo,futura cõtingentia a beatis videri non propria virtute, ſed eleuantis Dei.Hoc tamen non obſtat, quo minus Deus decurſu temporis reuelet beato noua, vt ipſi libuerit; vt Angeli inferiores illuminantur a ſuperioribus,de qua re exemplum habemus Danielis 10. Tunc vero beatus diſtinctam eliciet cognitionem a viſione, quam accepit in primo inſtanti ſuæ beatitudinis, tum comparatione Dei, tum comparatione creaturarum tam poſsibilium , quam exiſtentium,quæ aut ex natura rei , aut ex diuinã prouidentia connexionem habent.

ARTICVLVS XI.

VTRVM ALIQVIS IN HAC VITA POSSIT VIDERE DEVM PER eſſentiam?

Exod.33. NEGAT S.Thomas de homine puro ſecundum legem ordinariam. Id,quod eſt de fide certũ ex Exodo 33.*non videbit me homo, & viuet*.*Ioan.1.* Ex Ioanne cap.1. *Deum nemo vidit vnquam*. *1.ad Tim.6* Ex Paulo 1.ad Timotheum 6. *Quem nemo hominum vidit,ſed neque videre poteſt*.Duplex huius rei ratio eſt; altera phyſica ex S.Thoma;*Duplex ratio phyſica, & moralis.* quoniam in hac vita mortali ſecundum legem ordinariam omnia cognoſcimus dependenter a phantaſmatibus inſtar rerum corporaliũ,& quo Anima eſt magis immerſa corpori,eo eſt ineptior ad ſpiritualia in ſe videnda. Secunda moralis deſumpta ex diuina prouidentia; nam tempus huius vitæ ex lege ſtatuta Dei eſt tempus certaminis , peregrinationis, & meriti; non vero poſſeſsionis, & fruitionis.

Hoc etiã amplectuntur omnes Patres, quos erudite refert P.Valentia q.12.punct.7.in principio.*P.Valent.* At per potentiam abſolutam viſionem Dei in hac vita mortali homini puro communicari poſſe,etiam certum mihi eſt,& docet S. Thomas in hoc art.ad ſecundum.*S.Thom.* Immo de facto per priuilegium conceſſam fuiſſe eam viſionem ſentit cũ Aug.& alijs ſanctis Patribus non paucis, & id ſatis efficaciter probat,quod*Per potẽtiam abſolutam homo purus poteſt Deũ videre in hac vita.* Animæ Chriſti ea viſio fuerit cõmunicata ab inſtanti ſuæ conceptionis; quod vero prius fuerit vnita hypoſtatice Verbo Dei,non probat,homini puro communicari non poſſe per potentiam abſolutam:ſed tantũ Animę Chriſti connaturaliter debitam eſſe ratione vnionis;at cum vnio non tollat impedimenta, quæ in Anima eſſe poſſent, vt informatio Animæ, & vſus ſenſuum externorum,& phantaſmatis, non fit,præter Chriſtum homini etiam puro eam viſionem communicari non poſſe.Id certum,in viſionis talis elicientiam nullo modo concurrere facultates corporeas, & ita ſe mẽtem gerere debere per gratiam,ac ſi anima nõ informaret corpus.An vero natura viſionis talis ſit, vt non ſinat iam Animam vti ſenſibus corporalibus,propterea quod totam illam abſorueat,& in extaſsi conſtituat? mihi incertũ; Chriſtus Dominus , & beati poſt reſurrectionem nobis indicant,non eſſe eam naturam viſionis attenta natura rei, vt impediat naturales functiones naturæ, quippe vtuntur ſenſibus corporeis; item Angeli omni ſua naturali facultatẽ

Digitized by Google

cultate cognoſcendi,non ſecus ac ſi Deũ non viderent.Conſule P. Suar.in præſenti cap. 30. egregie de hac re diſſerentem.

An de facto in hac vita ab homine Deus viſus?
S.Thom.
S.Aug.
P.Vazq.
P.Valen.
P.Suar.

Denique erga hunc articulum diſputari ſolet, an de facto cum aliquo ex hominibus puris in hac lege ordinaria ſit diſpenſatum? D. Thomas in hoc art.ad 2. affirmat de Moſe, & Paulo propter loca ſacræ Scripturæ, quæ id ſignificare vidētur. Hāc partem ſequitur Aug. & alij Patres. Oppoſitam probabiliorem ducunt alij quā plures,vt bene referunt P. Vazq. diſp.55.P.Valen.ſupra puncto 7.P.Suar.cap. 30.Reſolutio huius rei maxime pendet ex rigoroſo examine teſtimoniorum ſacræ Scripturæ,atque adeo magis ſpectat ad Theologum expoſitiuum, quam Scholaſticum. Vtraque pars cenſeri ſolet probabilis:& mihi nihil ſpeciale dicendum occurrit, niſi quod non facile priuilegium hoc ad alios ſanctos extendendũ eſt, vt concionatores facere ſolent. Si cui ex ſanctis vnquam conceſſum eſt,potiori ratione beatæ Virgini concedendum erit.

In duobus articulis,qui reſtant ex S. Thoma,nimirum 12.& 13.agit de cognitione Dei per naturam,& per gratiam: & definit,per naturam,quippe quæ ſenſibus vtitur, non poſſe nos totam Dei virtutem cognoſcere, ſed ſolum ipſum eſſe,& primam rerum omnium cauſam eſſe;per gratiam vero altiorem Dei cognitionem haberi, quam per naturam. In quo nihil difficile, nec explanatione dignum. Hactenus de hoc tractatu.Dicta in eo, & in ceteris tribus ſubmitto correctioni Eccleſiæ Sanctæ Dei:& dico Regi ſæculorum immortali,& inuiſibili, cui omnis honor,& gloria.

***

Finis tomi primi.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRÆ,

QVÆ IN HOC TOMO PRIORI EXPLICANTVR.

Littera .D. indicat Diſputationem .N. numerum.

Ex Geneſi.

Ca.1. *In principio creauit Deus, &c.* D. 6. N. 71.

Ca.6. *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominũ eſſet in terra, & cũcta cogitatio cordis intenta eſſet ad malũ,* D.7. N.11

Ca.11. *Venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, &c.* ibidem.

Cæperunt hoc facere, nec deſiſtẽt à cogitationibus ſuis, donec opere eas cõpleãt, ibidé.

Ca.25. *Non ſolum autem illa, ſed Rebecca ex vno cõcubitu habẽs, &c.* D.23. N.43

Ca.45. *Pro ſalute veſtra miſit me in Ægyptum, vt ſeruemini, & eſcas ad viuendũ habere poſſitis,* D.17. N.76.

Ca.50. *Vos cogitaſtis de me malũ, ſed Deus vertit illud in bonũ, vt exaltaret me, &c.* ibidem.

Ex Exodo.

Ca.1. *Videns Pharao, quòd data eſſet requies, ingrauauit cor ſuum,* D.33. N.56.

Ca.7. *Multiplicabo portenta mea in terra, Ægypti,* ibid. N.59.

Ca.8. *Ingrauauit cor ſuum, & non dimiſit populum, ſicut, &c.* N.58.

Ca.9. *Et ingrauatum eſt cor eius,* N.56.

Ca.33. *Miſerebor, cuius miſerebor, & miſericordiã præſtabo, &c.* D.33. N.46.

Nõ poteris videre faciẽ meã, D.43. Cap.1.

Ca.34. *Ne poſtquam ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant filios ſuos in Deos ſuos,* D.7. N.52.

Ex Numeris.

Ca.12. *Ore enim ad os loquor ei,* D. 36. N.4.

Ca.23. *Non eſt Deus quaſi filius hominis, vt mutetur,* D 20. N.1.

Ex Deuteronomio.

Ca.5. *Deus locutus eſt Hebræis facie ad faciem,* D.36. N.4.

Ca.15. *Et erit tibi ſeruus in æternum,* D.24. N.27.

Ca.25. *Nõ alligabis os boui triturãti.* D.5. N.5.

Ca.32. *Ipſi me prouocauerũt in eo, qui nõ erat Deus, &c.* D.33. N.52.

EX LIBRIS REGVM.

Ex libro primo.

Ca.23. *Quod diſponat Saul venire in Zeilam, &c. ſi tradent me viri Zeilæ in manus eius, & ſi deſcendat Saul, & dixit Dominus, tradent,* D.7. N.13. *Expenditur teſtimonium.* N.30.

Ex ſecundo.

Ca.16. *Dimitte eum, vt maledicat: Dominus enim præcepit ei,* D.30, N.46.

Ex tertio.

Ca.11. *Certiſſimè auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos earum,* D.7. N.12.

A Ex

Digitized by Google

Ex quarto.

Ca.2.Rem difficilem poſtulaſti. Attamen ſi videris me,quãdo tollar à te,erit tibi,quod petijſti: Si autẽ non videris,nõ eris,D.7. N.14.

Ca.13.Si percuſſiſſes quinquies , aut ſepties, percuſſiſſes Syriã vſque ad conſummationem, D.7.N.15.

Ca.14.Venite,& videamus nos,D.36.N.4. Aſcenditq; Ioas Rex Iſrael,ibidem.

Ex Iob.

Ca.14. Numerus menſium eius apud te eſt, D.6. N.68.

Ca.19.In carne mea videbo Deum, D.43. N.4.

Ca.28.Ipſe fines mundi intuetur, & omnia, quæ ſub cælo ſunt,reſpicit,D.1,N.3.

Ca. 42.Audita auris audiui te; Nunc autẽ oculus meus videt te,D.43.N.4.

Ex Pſalmis.

Pſa.49.Et pulchritudo agri mecum eſt,D.6. N.68.

Pſ.58.Deus tu ſcis inſipiẽtiã meã,& delicta mea à te non ſunt abſcondita,D.8.Cap.2.

Pſ.77.In intellectibus manuum ſuarũ deduxit eos Dominus, D.2. N.29.

Pſ.93.Dixerunt,non videbit Dominus,neque intelliget Deus Iacob,D.1.N.7.

Pſ.103.Omnia in ſapientia feciſti, N.4.

Pſ.113.Deus autẽ noſter in cælo,omnia quæcũq; voluit,fecit,ſimulachra gentiũ,argẽtũ,& aurũ, D.11.N.1.& D.16.N.66.

Pſ.118.Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, D.2. N.29.

Pſ.138.Intellexiſti cogitationes meas à longè, D.1. N.2.

Forſitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis,N.3.

Ex Prouerbijs.

Ca.1.Conuertimini ad correctionẽ meã;en proferam vobis,&c. D.34. N.20.

Ca.8.Dominus poſſedit me,&c.D.6.N.71 fusè ex Auguſtino.

Ca.15.In omni loco oculi Domini contẽplãtur bonos,& malos, D.8. N.5.

Ca.19. Multæ cogitationes in corde viri. voluntas autem Domini in æternum manet, D.20. N.1.

Ca.30.Sapientia Dñi firmauit terram,&c. D.1. N.4.

Ex libro Sapientiæ.

Ca.6.Æqualiter eſt illi cura de omnibꝰ, D.21 N.12.

Ca.7. Spiritus ſapientiæ ſtabilis, D. 1. N.4.

Ca.8.Scit verſutias ſermonum,& diſſolutiones argumentorum;ſigna, & monſtra ſcit, antequã fiãt, D.8. N.5.

Ca.9.Cogitationes mortaliũ timidæ,& incertæ prouidẽtiæ noſtræ, D.22.N.29.

Ca.11.Nõ enĩ impoſſibilis erat manꝰ tua immittere illis multitudinẽ vrſorũ,&c.D.16.N.2

Ca.12.Non eſt alius Deus,quam tu,cui cura eſt de omnibus, ibidem.

Ex Eccleſiaſtico.

Ca.15.Vidẽs omnes ſine intermiſſione,D.1. N.2.

Appoſuit tibi ignẽ,& aquam, ante hominem vita, & mors; bonum, & malum, quod placuerit ei, dabitur illi,D.19.N.7.

Ca.23.Oculi Dei,& profũdũ abyſſi,& hominum corda intuentes in abſconditas partes, N.3.

Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolẽ, N.4.& D.6.N.2.

Ca.39.A ſæculo vſq; in ſæculũ reſpicit,& nihil eſt mirabile in cõſpectu eius, D.1.N.2.

Non

Digitized by Google

Non eſt quidquam abſconditum ab oculis eius, N.3.

Ex Iſaia.

Ca.5.*Nũc ergo habitatores Hieruſalem,& viri Iuda,iudicate inter me,& vineã meã, quideſt,q̃debui vltra facere,&c.* D.19N.8

Ca. 14.*Iurauit Dominus exercituum, &c.* *Hoc conſilium quod cogitaui,ibidem.*

Ca.40. *Fecit ventura,*

Ca. 49.*Ecce dedi te in lucem gẽtium,* D.29. N.28.

In tempore placito exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui,ibidem.

Ca. 64 *Sicut ſcriptũ eſt,quod oculus non vidit,neq;auris audiuit, &c.* D.43. N.1.

Ex Hieremia.

Ca.18.*Repẽte loquar aduerſus gẽtẽ, vt deſtruã illã,ſed ſi pœnitentiã egerit,&c.* D.7. N. 28.

Ca.31.*In charitate profecta dilexi te*, D.13 N.20.

Ca.38. *Si perfectus exieris ad Principes Babylonis,viuet anima tua,&c. Tu nõ efugies de manu eorũ,* D.7. N.16.

Ex Ezechiele.

Ca.3. *Non ad pcpulum profundi ſermonis tu mitteris,& ſi ad illos mittereris,ipſi audiẽt te,* D.7.N.17.

Ca. 33.*Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur,&c.* D.34. N.20.

Ex Daniele

Ca.3.*Poten eſt Deus nos de manibus tuis,ô Rex,liberare,quòd ſi noluerit,&c.* D.16. N.2.

Ca 7.*Dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum,&c. Vnde in nomine IESV omne genu flectatur,* D.29.N.28.

Ca.13..*Deus æterne,qui abſconditorũ es cognitor,* D.1.Cap.1.

Ex Habacuc.

Ca.1.*Mũdi ſunt oculi tui, ne videas, &c.* D.1. Cap.1. & D.8. N.5.

Ex Amos.

Ca.3.*Si erit malum in ciuitate,quod homo nõ fecerit,* D.8.Cap.2.

INDEX LOCORVM NOVI TESTAMENTI.

Ex Matthæo.

Ca.3.*Iuſtificati gratis per gratiã ipſius*, D.29 N.14.

Ca. 5.*Beati mundo corde, quoniã ipſi Deum videbunt,* D.36.N.2.

Ca.7.*Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam,* D.31.N.9.

Ca.8.*Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiã conſequẽtur,* D.26.N.14.

Ca. 10.*Veſtri autẽ capilli capitis omnes numerati ſunt,* D.21. N.12.

Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ,&c. D.26. N.14.

Ca.11.*Venite ad me omnes, qui laboratis,&c.* D.34.N.20.

Ita Pater, quoniam ſic placitum eſt ante te, D.29. N.27.

Si in Tyro,& Sydone,&c. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, D.7. N.18. *Vide* N.26, 27. & 28.

Ca.18. *Angeli eorum ſemper vident, &c.* D.36. N.2.

Ca.20.*Exponitur parabola operariorũ*, D.49 N.13.

Nonne ex denario diurno conueniſti mecum, D.27. N.14.

Digitized by Google

Ca.22. *Multi ſunt vocati, pauci verò electi*, D.31. N.9.

Ca.25. *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum, &c.* D.21.N.3 & D.23.N.51.

Ca.26. *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* D.11 N.1.

An putas, quia nō poſſum rogare Patrē meū, & exhibebit mihi, &c. D.16.N.3.

Ca.28. *Data eſt mihi omnis poteſtas*, D.34. N.20. & D.29.N.27.

Ex Luca.

Ca.1. *Exaudita eſt deprecatio tua, vxor tua pariet tibi filium*, D.17.N.76.

Ca 6. *Qua mēſura menſi fueritis, remetietur*, D.49.N.5.

Ca.12. *Nolite timere puſillus grex, quia cōplacuit, &c.* D.23.N.26. *fuſe declaratur.*

Ca.16. *Moyſē, & Prophetas nō audiūt, neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credēt*, D.7. N.19.

Ca.22. *Si vobis dixero, nō credetis mihi, ſi autē interrogauero, nō reſpondebitis, ibidem.*

Nō mea voluntas, ſed tua fiat, D.11.N.1

Ex Ioanne.

Ca.3. *Sic De⁹ dilexit mūdū, &c.* D.13.N.20

Ca.4. *Si ſcires donū Dei, &c. tu forſitan petiſſes*, D.7 N.21.

Ca.5. *Deū viuere à ſemetipſo, &c.* D.1.N.2

Ego veni in nomine Patris mei, & nō accepiſtis, ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis, D.7.N.22. & *ſeqq.*

Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi, ibidem.

Non quæro volūtatē meā, ſed eius, qui miſit me, D.11.N.1.

Ca.6. *Omne quòd dat mihi Pater, ad me venit, &c.* D.29.N.27.

Nōnè ego vos duodecim elegi, &c. N.28

Ca.13. *Sciēs quia omnia dedit ei Pater in manᵒ, & quia à Deo exiuit, &c.* D.29.N.27.

Ca.14. *Nūc dixi vobis, priusquā fiat.* D.1.N.2

Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum, &c. D.24.N.25. & 26.

Ca 15. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*, D.29. N.28.

Ca.17. *Manifeſtaui nomen tuū hominibus, quos dediſti mihi de mūdo, &c.* N.29.

Ego pro eis rogo, non pro mūdo rogo, ibidē.

Ca.18. *Quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam*, N.27.

Ex Actibus Apoſtolorum.

Ca.13. *Crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternā*, D.23. N.28. *declaratur ex profeſſo.*

Ex Epiſt. Pauli ad Romanos.

Ca.1. *Commutauerunt veritatem Dei in mēdatium, &c.* D.33.N.53.

Ca.2. *Secundùm duritiam, & impœnitens cor, &c.* N.54.

Ca.3. *Iuſtificati gratis per gratiā ipſius*, D.25 .N.77.

Ca.5. *Sicut per vnius delictum in omnes homines, &c.* D.35.N.3.

Ca.8. *Diligentibus Deū omnia cooperantur in bonum, iis, qui ſecundùm propoſitū vocati ſunt, &c.* D.23.N.30. & *ſeqq. ex profeſſo ex Patribus Græcis, & Latinis.*

Quos præſciuit, hos prædeſtinauit, ibidem.

Ca.9. *Cùm nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, &c.* D. 23. N.43. *ex profeſſo, &* D.33.N.42. & 43.

Vt oſtenderet diuitias gloriæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, N.53.

Homo tu quis es, qui reſpondeas Deo, & nūquid dicit figmētum, &c. D.33.N.45.

Dicit ſcriptura Pharaoni, quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam, N.46.

Ergo

Digitized by Google

Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat, N.52.
Miſerebor cuius miſerebor, &c. D.25. N.82.
Non ſolùm autẽ illa, ſed Rebecca ex vno concubitu habens, D.23. N.43.
Ca.10.*Ego ad emulationem vos adducam,* D.33.N.58.
Inuẽtus ſũ à nõ quærẽtib' me, D.25.N.78
Ca.11.*Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius,* D.1.N.5. *ex profeſſo.*
Non repulit Deus plebem ſuã, quã præſciuit, D.22.N.46.& 48.& D.23.N.56.
Vide bonitatem, & ſeueritatem Dei in eos quidem, qui ceciderũt, &c. D.23. N 58.
Ca.12.*Vt probetis, quæ ſit volũtas Dei bona, beneplacens, & perfecta,* D.11. cap.1.
Ca.15.*Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrũ fuiſſe circumciſiõnis,* D.27.N.15.
Ca.18.*Spes quæ videtur non eſt ſpes,* D.13. N.8.

Ex prima Pauli ad Corinthios.

Ca.2.*Si enim Dominũ cognouiſſẽt, nũquã Dominũ gloriæ crucifixiſſent,* D.7.N.24.
Loquimur Dei ſapiẽtiam, quã prædeſtinauit Deus ante ſæcula, D.21.N.3.& D.22 N.1.*ex profeſſo.*
Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profũda Dei, D.4.cap.1.
Ca.3.*Vnuſquiſq; autẽ ſuã mercedẽ accipiet ſecundùm ſuum laborem,* D.23.N.52.
Ca.4.*Quis eſt qui te diſcernit,* D.25. N.75.
Ca.9.*Ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar,* D.21.N.5.
Oculus non vidit, neq; auris audiuit, &c. D.23.N.53.
Nunquid de bobus cura eſt Deo, D.15. N.5.& D.21.N.13.
Ca.12.*Diuidens ſingulis prout vult,* D.16. N.2.
Ca.13.*Nunc autem manet fides, & ſpes, & charitas tria hæc: maior autem horum eſt charitas,* D,13.N.8.

Ex ſecunda.

Ca.3.*Nos autem reuelata facie gloriã Dñi ſpeculantes, &c.* D.52.N.35.
Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, &c. D.25.N.76.
Ca.4.*Quæ Dei ſunt, nemo nouit niſi ſpiritus Dei,* D.4.cap.1.N.3.
Ca.5.*Erat Deus in Chriſto mundum reconcilians,* D.35.N.3.
Ca.8. *Sed ſemetipſos dederunt primum Domino; deinde nobis per voluntaeem Dei,* D.2.N.29.
Ca.9.*Qui parcè ſeminat, parcè & metet, &c.* D.49.N.5.
Ca.13.*Oramus autem, vt nihil mali faciatis,* D.29.N.49.

Ad Galatas.

Ca.3.*Si autẽ hominis confirmatũ teſtamẽtũ nemo ſpernit, aut ſuperordinat: Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones, &c.* D.27. N.12.

Ad Epheſios.

Ca.1.*Secundùm propoſitum eius, qui omnia operatur ſecundùm conſilium volũtatis ſuæ,* D.11. N.1. & D.16. N.1. & 67. & D.19.N.22.
Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionẽ, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu, &c. D.23. N.41. *ex profeſſo, &* D.29.N.7.
Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, &c: D.29.N.36.

Digitized by Google

In quo etiam nos ſorte vocati ſumus prædeſtinati ſecundùm propoſitum eius, qui operatur omnia, & c. ibidem.

Ca. 2. *Quid ſit in Paulo, nos creari in bonis operibus, ibidem.*

Ca. 3. *Quæ ſit latitudo, longitudo, & ſublimitas, & profundum,* D. 1. *cap.* 1. *accuratè.*

Ad Philippenſes.

Ca. 1. *Qui cœpit in vobis bonũ opus, ipſe perficiet,* D. 25. N. 76.

Ca. 2. *Deus eſt enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere, ibidem,*

Ca. 3. *Si quomodo curram ad reſurrectionẽ, quæ eſt ex mortuis,* D. 24. N. 17.

Ex prima ad Theſſalonicenſes

Ca. 4. *Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur, &c.* D. 24. N. 23. & 24.

Ex prima ad Timotheum.

Ca. 2. *Qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire,* D. 17. N. 52. & D. 29. N. 12. & 13.

Ex ſecunda.

Ca. 1. *Deus vult omnes ſaluos fieri,* D. 23. N. 131. & *ſeqq. ex profeſſo;* & D. 34. N. 3.

Ca. 2. *Si quis ergo emundauerit ſe ab illis, erit vas in honorem ſanctificatum,* D. 23. N. 58.

Ca. 3. *Et ij reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem,* D. 23. N. 1.

Ca. 4. *Bonũ certamẽ certaui, curſum conſummaui,* D. 24. N. 21. & 22.

Ex Epiſtola ad Titum.

Ca. 3. *Apparuit benignitas, & non ex operibus, &c.* D. 23. N. 62.

Ad Hebræos.

Ca. 1. *Per quẽ fecit & ſæcula,* D. 6. N. 68.

Ca. 4. *Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius,* D. 1. N. 3.

Ca. 13. *Beneficẽtiæ autẽ, & cõmunionis nolite obliuiſci, talibꝰ enim, &c.* D. 26. N. 14.

Ex Epiſtola Iacobi.

Ca. 1. *Apud quem non eſt tranſmutatio, neque viciſſitudinis, &c.* D. 2. N. 13.

Ex prima Epiſtola Petri.

Ca. 1. *In quem deſiderant Angeli proſpicere, &c.* D. 36. N. 10.

Ex ſecunda.

Ca. 1. *Quapropter fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, &c.* D. 23. N. 57.

Ca. 3. *Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, &c.* D. 34. N. 20.

Ex Iuda.

Ca. 24. *Qui potẽs eſt vos conſeruare ſine crimine, & conſtituere ante conſpectum gloriæ,* D. 23. N. 41.

Ex Epiſtola Ioannis prima.

Ca. 3. *Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, &c.* D. 36. N. 3.

Ca. 4. *Deum nemo vidit vnquã,* D. 39. N. 5

Ex Apocalypſi.

Ca. 3. *Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam,* D. 23. N. 60.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM. CVM ALLEGO CAPVT, SIGNVM EST, REM IN EO EX PROFESSO TRACTARI.

Littera .d. indicat Diſputationem .n. numerum.

A.

Abaylardus.

Errauit negans viſionem Dei, d.36. n.1.

Accidentia.

Euchariſtica non exiſtunt modo poſitiuo, d. 48. n.40.

Accidentia non inhærentia agere poſſunt, d.41. n.11.

Actio.

Sine termino repugnat, d.42. n.34.

Actio diſtinguitur per principium & terminũ, d.13. n.34.

Actio voluntatis eſt immediatè libera, d. 16. n.58.

Actio ſpeciem ſumit à principio formali, d. 17. n.18.

Actio præuia producens volitionem, an ſit virtualis termini volitio, d.16. n.59.

Diſtincta actio ex volitione diſtincta Dei, d. 17. n.19.

Non eſt diſtinguenda actio ex diuerſo fine, n.20. & 21.

Actio reſtituens viſum non eſt quoad ſubſtãtiam ſupernaturalis, d.48. n.41.

Actus primus, liber naturalis, & ſupernaturalis.

Primus. *Actus primus an ſit in ſcientia Dei, etiam in ordine ad obiecta libera, d.2. cap.1. & 2. fusè.*

Actus primus nec ratione noſtra eſt in ſcientia Dei, cap.3.

Liber. *Actus liber eſt determinatio cauſæ liberæ, non antecedens, d.6. n.16.*

Actus liber Dei idem ſimul efficax, & inefficax, d.23. n.164.

Supernaturalis. *Actus ſupernaturalis immediatè procedit à noſtris potentijs, d37. n.15.*

Ferri poteſt ad obiectum naturale, d.38. n.13.

De actus ſupernaturalitate ſumus incerti, n,33.

Actus ſupernaturales quinam ſunt effectus prædeſtinationis, aut non, d.30. cap.3 fusè.

Actus ſupernaturales ſunt effectus prædeſtinationis in prædeſtinato, n.13.

Actus ſupernaturales, vt procedunt à libero arbitrio, ſunt effectus prædeſtinationis, n.15.

Actus naturalis poteſt applicare potentiam ad actum ſupernaturalem, d.38. n.46. Naturalis

Actus naturalis fertur ad obiectum ſupernaturale, ſub motiuo ſupernaturali, n.22.

Illuſtratur duobus exemplis, n.24.

Actus ſemper habet ſpeciem ab obiecto. d.38. n.16. Abſolut'.

Actus abſolutus, & efficax in quo diſtinguantur, n.23.

Actum vitalem produci actione non diſtincta probabile, d.42. n.38.

Actus liber in inſtanti, quo fit, habet duo ſigna rationis, d.7. n.44. Liber.

Actus liber Dei, & neceſſarius non diſtinguũtur ratione præſcindente, d.7. fol.157.

Actus malus attingitur à cauſa prima ſecũdùm omnem rationem, d.27. n.23. Malus.

Omnis actus, qui ſpectat ad gratiam, eſt quoad ſubſtãtiam ſupernaturalis, d.26. n.13.

Adamus.

Si Adamus perſeueraſſet in originali iuſtitia, ab ipſo deriuaretur in filios, d.29. n.9.

Æcius.

Errauit erga viſionem Dei per virtutem naturalem, d.44. n.1.

Æternitas futurorum.

Æternitati non coexiſtunt futura, d. 6. n.54. Ibi pars affirmans, & negans, vide n.74.

Quid ſenſerit diuus Thomas, n.57.

Æternitas, adæquatè ſũpta, omnia habet ſibi realiter præſentia, n.66. Æternitas.

Æternitatis inſtans explicatur, n.68.

In æternitate coexiſtunt contradictoria, n.72.

Duo exempla ſancti Thomæ explicata, n.70.

Ab æterno nihil creatum, n.71.

Æternitatis coexiſtentia quid interſit ad futurorum Futurorũ

Digitized by Google

rum cognitionem, n.76. & ſequentibus, vide n.102.

Æſtimatiua,

An ferri poſſit in Deum, d.43. n.39.
Non poteſt ferri abſtractiuè, n. 40.
Poteſt vt in obiectum materiale remotum, n.41.

Affectus.

Quot affectus proſecutionis in Deo erga creaturas, d.20.n.8.
Non eſt affectus in Deo ponendi in ſe perfectiones neceſſarias quantum eſt ex ſe, d.13.n.42. vide Amor.

Amor.

Amor ſtrictus, & ſpecialis, vt diſtinguitur à deſiderio, & gaudio, an ſit in Deo, d.13.cap.2. Hinc inde controuertitur.
Proceſſiones diuinæ non amantur amore ſtricto, n.19.
Amor ſtrictus comparatione Dei non conceditur à ſancto Thoma, n.20.
Non eſt concedendus Deo erga ſeipſum, n.25.
Ratione differt à gaudio, n.30.
Non eſt in Deo erga perfectiones abſolutas neceſſarias, n.41.
Neque erga perfectiones relatiuas, aut actus notionales, n.43.
Neque erga decreta libera, n.44.
Amor Dei de ſe eſſentialiter petit obiectum exiſtens, n.36.
Amor Dei de ſe eſt neceſſarius quoad exercitium, d. 14. cap. 1. Vbi diſcutitur an id demonſtretur.
Non omnino demonſtrari rationibus communibus, vt ex infinitate viſa obiecti, ex libertate Dei, ex proceſſione Spiritusſancti oſtendit Author, n.4. 5. & 6.
Demonſtrat Author numeris ſequentibus.
In quonis amore duplex reſpectus, n.11.
Amoris definitio, n.12.
Amor neceſſarius poteſt eſſe amicitiæ, & concupiſcētiæ, ibidem.
Amor Dei erga poſſibilia, d.18.cap.1.
An amet liberè, an neceſſariò, n.2.
Amat Deus poſſibilia in omnipotentia, n.3.
Deus amat creaturas propter ſe, n.12.
Eſt amor creaturarum in Deo propriiſſime, d.20. n.18.
Amare ſe Deum propter creaturas, non eſt inordinatio, d.15. n. 16.

Amicitia.

Deus eam habet cum hominibus, d.18.n.15.
Nec amicitia, nec concupiſcentia ſe amat Deus, d.14. n.12.
Quid amicitia propriè, n. 15.
An ſit inter diuinas perſonas, n.14.

Ambroſius Catherinus.

Conſtituit tres hominum claſſes in ordine ad prædeſtinationem, d.24.n.1. Vbi vſque ad ſeptimum eius doctrina, & fundamenta.

Sanctus Ambroſius.

Quid ſenſerit de viſione immediata Dei in ſe, d.36. n.43.

Angelus.

Perfectior accidente ſupernaturali, d.48.n.41.

Anomæi.

Qui, d.44. n.1.
Error eorum circa viſionem Dei, ibidem.
Confutati, d.36.n.6.

Appetitus.

De appetitu naturali ad viſionem Dei, d.37. per tria capita.
Appetitus quid, n.1.
Actiuus, & paſſiuus quid, ibidem.
Innatus, & elicitus, n.2.
Sententiæ Theologorum, n.7.
De appetitu innato indicium Authoris, n.10. Vbi mens ſancti Thomæ.
Appetitus innatus habet virtutem cauſæ, n.17.
Appetitus innatus naturalis non eſt ad viſionem, n.18.
An ſit aliqua ratione appetitus innatus actiuus, & paſſiuus ad viſionem, n.22.
Appetitus innatus vt diſtinguatur à capacitate, ibidem.
De appetitu elicito viſionis Dei, d 38. per ſex capita.
Appetitu elicito naturali viſio, vt ſupernaturalis appeti poteſt, n.1. & ſeqq.
An poſſit eſſe abſolutus viſionis, n.38.
Appetitus naturalis, & rationalis quid ex Caietano, d.11.n.5.
Appetitus in cognoſcentibus duplex, n. 7.
Inter appetitum, & cognitionem, an ſit connexio neceſſaria, n.10. & ſeqq.
Appetitus in cognoſcentibus ad obiectum, in non cognoſcentibus ad bonum intrinſecum, n.7.
De appetitu innato Dei ad ſe, d.22.cap.4.
Pater æternus habet appetitum innatum ad Filium, & Pater, & Filius ad Spiritumſanctum, n.37. Vide Viſio, Beatus, & Beatitudo.

Apoſtoli.

A puncto cōfirmationis in gratia impeccabiles moraliter, d.24.n.50.

Arauſicanum Concilium ſecundum.

Expenditur contra Semipelagianos, d.25.n.26.

Armeni.

Armenorum error de exiſtentia viſionis Dei, d.36. n.1.

Arnaldus.

Arnaldi error, d.36. n. 1.

Digitized by Google

Arnaldus de Villanoua Medicus Tarraconenſis propter quos errores damnatus ab Inquiſitoribus,d. 51.n.28.

Aſsiſtentia.

Potentiæ perfectior informatione ad concurrendū, & eleuandum comprincipium,d.24.n.21.

Attributum Dei.

Quid,& quid modus attributi,d.50.n.30.
Attributa Dei conſtituunt phyſicè eſſentiam ipſius d.3.n.5.
Nec ratione includuntur in eſſentia,num.6.

Attritio.

Cum Sacramento non pugnat cum veniali ratione reſpectus rationis,d.17. num.39.

Ariſtoteles.

Aut non cognouit creationem,aut eam ab æterno putauit,d 5.n.65.
Notatur inconſtantiæ in doctrina, ibidem.
Negat cognoſci à Deo infinitum cathegorematicum,n.64.
Errat in libertate Dei,& eſt ſibi contrarius,d.16. num.9.
Immerito ei tribuitur error negans Deo ſcientiam rerum,d 5.n.1.
Ariſtotelis tres errores circa futura contingentia abſoluta,d.6.n.99.
Errauit in prouidentia Dei,& immerito à quibuſdam vindicatur,d.21.n. 9.

Ariani.

Abuſi ſcientia conditionali,d. 7.num.72.

Auguſtinus.

Non negat præſcientiam futurorum,d.6.n.79.
Explicat vocationem congruam in ordine ad operationem,d.7.n.24.
Valde commendatus in materijs de gratia, & prædeſtinatione à Summis Pontificibus,d.23.n.61.
Auguſtinus an faueat electioni ante præuiſa merita prædeſtinatorum , an non , d.23. cap. 6. ex profeſſo.
Concordatur cum *Patribus Græcis,n.68.*
Auguſtini mens an obduratis adultis neget auxilium ſufficiens,d.34.cap.7.ex profeſſo.
Auguſtinus ſentit Ambroſium conceſsiſſe viſionem immediatam Dei,d.36.n.44.
De *Auguſtino an dubitauerit , poſsit ne Deus videri oculo corporeo,d.43.n.8.& ſequentibus.Vide num.35.*
Auguſtini mens de cognitione matutina, & veſpertina,d.51.num.9.& ſequentibus.
In mente Angeli *diſtinguit veſper , & mane ibidem.*
Auguſtinus gratiam congruam varijs illuſtrat nominibus,d.30.n. 5.
Eleganter diſtinguit naturam à gratia,n.23.

Auxilium gratiæ.

Auxilia ſufficientia ad ſalutem ſingulis adultis contulit Deus,d.23.n.83. Sufficiēs.
Nulli adulto negat auxilium ſufficiens, quantumuis obdurato,d.34.cap.4.ex profeſſo.
Non confertur ſingulis momentis,cap.5.ex profeſſo.
Nec adeſt dormienti,num.30.
An Deus paratus ſit dare auxilium ſufficiens ſingulis momentis,Ibi diſputatur.
Auxilia æqualia an dentur omnibus,n. 33.
Omnia præparata auxilia finita ſunt,& determinata,n.34.
Auxilium ſufficiens ad eſt,cum vrget preceptum, & tentatio,cap.6.ex profeſſo.
Auxilium ſufficiens nulli paruulo negatum, d.35. cap.2.
Duplex modus defendendi authoris,n.5.
Nec negatur filijs gentilium,n.7.
Nec infantibus,qui in vtero moriuntur,n.9.
In auxilio ſufficienti duplex negatio, d. 29. num. 33.
Auxilium efficax,& ſufficiens non diſtinguuntur phyſice,num.32. Efficax.
Auxilium efficax ex natura ſua petit efficacem intentionem ad prædeſtinationem , d. 23. n. 86.
Auxilium efficax ex natura ſua qui ponunt,negare videntur auxilium ſufficiens,n.88.
Auxilij efficacis congruitas eſt accidens eius, nu. 92.
Auxilium efficax vt efficax non poteſt intendi à Deo ſine intentione actus ſecundi,d.22.n.21,Vide gratia,& congrua.

Axioma.

De faciente quod eſt in ſe explicatur , d. 27. per quinque capita ex profeſſo.Vbi omnes Theologorum ſententiæ.
Explicatio ſpecialis authoris cap. 5.
Axioma hoc duos continere videtur errores,n.27.
Inter axiomatis aſſertores, & Maſsilienſes diſcrimen n.28.vide faciens.

B.

Baſilius.

Quid ſenſerit de viſione immediata Dei, *d. 36. n. 35.*

Bardaſeni.

Bardaſeni,& Baſilidis error de prædeſtinatione, d.25.num.3.

Beatitudo,& Beatus.

Beatitudo in communi ab omnibus amatur , d. 37. num.20. Beatitudo.
Beatitudo naturalis quid,num.28.
Beatitudo ſignificata per denarium diuinum in ſa-

 cra

Digitized by Google

cra Scriptura, d.49.n.31.

In beatitudine triplex inæqualitas conſiderari poteſt, n.26.

An ſit ſpecifica diſſeritur, n.27.

Beatus. *Beatus quid poſsit deſiderare, quid non*, d.13. n.38.

Beatus amicitiam habet cum viatore, n.39.

Beati liberé amant creaturas, d.18.n.11.

Producunt Verbum, d. 42. *cap.* 5. *ex profeſſo.*

Beatos aſſumendos in ſedes Angelorum, quid ſignificet, d.49.n.12.

Beatus videt reſpectus ad creaturas in particulari, d.50.n.16.

De facto videt quilibet Deum trinum, & vnum, n.20.& 21.

Videre poteſt creaturas poſsibiles in Deo, n.8.

Quicumque videt aliquas ex poſsibilibus, n.30.

Non omnes, & ſi id non repugnat, ibidem.

Non neceſſario videt creaturas poſsibiles in communi, n.42. & *ſeqq.*

Quilibet beatus videt neceſſariò omnem volitionem liberam Dei ſumptam ſufficienter, ſeu in actu primo, d.52.n.15.

Non ſumptam efficaciter, n.17.

Videt aliqua decreta libera efficaciter, n.18.

Quid de natura videat, n.33.

Quid de gratia, n.35.

Et quam ſit id certum, n.36.

Quid de ſtatu beati, n.37.

Omnia, quæ cognoſcit beatus, ſimul cognoſcit, in explanatione articuli 10.

Noua videre non poteſt ſine mutatione aliqua, ibidem.

Beatus videt futura contingentia, ibidem. Vide Viſio Dei, *vide* Cognitio.

Beguardi.

Negarunt neceſsitatem luminis gloriæ, d.45. n. 2.

Damnantur ex Concilio Viennenſi, ibidem.

Bonauentura.

Immerito notatur Semipelagiani erroris, d.26. n.2.

Bonitas.

Et malitia moralium actuū non diſtinguitur á ſubſtantia eorum, d.27.n.33.

Braſilus.

Hiſtoria mirabilis Braſili Ethnici erga axioma facienti, quod eſt in ſe, d.34.n.47.

Caietanus.

Videtur incidiſſe in Semipelagianum errorem, d.26.n.3.

Character.

Baptiſmi quare ſit ſupernaturalis, d.48. n.38.

Item Confirmationis. Item Ordinis, ibidem.

C.

Caluinus,

Caluini deſperata prædeſtinatio per quinque aſſerta, d.23. *cap.*1. *à n.*1.*vſque ad* 5.

Caluinus Deum facit authorem peccati, & obdurationis in eo, d.33.n.52.

Caluini alius error de prædeſtinatione, d.25. n.5.

Caſsianus.

Fuit Semipelagianus, d.25.n.21.

Concedit quoſdam præueniri à gratia Dei, n.46.

Non adſtruxit gratiam internam, n.47. & *ſequentibus. Vide* Semipelagiani.

Catherinus.

Malè diſtinxit tres hominum ordines, d. 21. *cap.*4.

Malè conceſsit quoſdam non prædeſtinatos ſaluari, n.5.

Cauſa prima, & ſecunda.

Cauſa ſecunda determinata petit concurſum cauſæ primæ determinatum, d. 6. n.21. *ad finem.*

Non eſt mutua prioritas inter cõcurſum cauſæ primæ, & ſecundæ, n.49.

Cauſa ſecunda aliquãdo petit connaturaliter eleuari á principio extrinſeco, d.42.n.18.

Cauſa prima aliquando connaturalius producit effectum cauſæ ſecundæ, quam hæc, n.22.

Cauſa.

Cauſas eſſe mutuo priores, repugnat, d.28.n.11.

Non tantum in eodem genere cauſæ, ſed in diuerſo, n.14.

Cauſa inſtrumentaria, & vicaria vt differant, d.40. n.80.

Cauſæ liberæ effectus diuerſo modo eſt poſsibilis, quàm neceſſariæ, d.9.cap.14.

Cauſa finalis, & meritoria diſtinguũtur, d.23.n.20 & 21.

Cauſa efficiens prior effectu in omni genere, n.22.

Cauſa per accidens quid, d.27.n.47.

De cauſa prædeſtinationis ex procedentibus à gratia, d.28. *per quatuor capita. Vide* Prædeſtinatio.

Cauſalitas.

Mutua repugnat in omni genere cauſæ, d.16. n.101.

Non autem in diuerſo modo ſignificandi, ibidem.

Chemnicius.

Verba Chemnicij contra doctrinam Ieſuitarum in materia de gratia, d.25.n.18.

Chryſoſtomus.

An cum Caſsiano ſenſerit, d.25. *cap.*7. *ex profeſſo.*

Caſsianum Diaconum ordinauit, n.52.

Poſtea

Digitized by Google

Poſtea ab illo expulſus, ibidem.
Elegans pro Chryſoſtomo teſtimonium, n. 53. & 54.
Chryſoſtomo fauent Hieronimus, Ambroſius, Hilarius, & ptatus Mileuitanus, n.55.
Defenſus ab Authore, n.59. & 70.
Admiſit gratiam internam, n.61.
Teſtimonia in fauorem diſcutiuntur, n.64.
Etſi generet ſuſpitionem, piè explicari poteſt. n. 61,
Nulla dignus eſſet cenſura, & ſi plus iuſto daret naturæ, ibidem.
Chryſoſtomus quid ſeſerit de viſione immedita Dei, d.36.cap.2.ex profeſſo.

Chriſtus Dominus.

In Chriſto ſcientia infuſa diſtincta ab ſpeciebus, d.42.n.4.
Chriſtus Dominus cum Patre celebrare potuit cōtractum iuſtitiæ, D 28.n.19.
Chriſtus Dominus cauſa meritoria omniū effectuū prædeſtinationis, d.29.n.2.
Meritum *Id probatur ex ſacra Scriptura*, n. 3.
Ex Concilijs, & Patribus, n.4.
Chriſtus Dominus cauſa meritoria prædeſtinationis, cap.2.ex profeſſo.
Probatur ex Paulo, n.7.
Meruit remiſſionem peccatorum, n.14.
Iuſtitiam, & gloriam, & remedium pro originali, & auxilia ſufficientia, ibidem.
Meruit dilectionem ſpecialem prædeſtinatorum propriam, etiam vt eſt electio, cap.3.ex profeſſo, *vide num.22.*
Specialiter applicuit merita ſua pro prædeſtinatis, n.26.
In ea applicatione finem habuit honeſtiſſimum, n. 35.
Voluntas humana. *Vt ſe geſſerit humana Chriſti voluntas cum voluntate* Dei in *negotio prædeſtinationis*, n.30.
Exiſtētia. *Chriſtus Dominus præuiſus fuit exiſtens, & merens indepēdenter à progenitoribus*, d.29. cap.4.ex profeſſo.
Duplici actione productus ſecūdùm aliquos, n.40. *Vbi iudicium Authoris.*
Chriſtus miraculoſè conſeruatus tempore paſſionis ſecundùm aliquos, n.42. *Vbi iudicium Authoris.*
Per duplex decretum Dei exiſtentiam habuit, n. 44.
Independenter à Patribus conſeruabatur, ex vno decreto, n.45.
Specialiter elegit prædeſtinatos antiquæ legis, n.46.
Potuit orare pro antiquis Patribus, ibidem.
Non orauit pro hominibus in confuſo, n.56.
Chriſti prædeſtinatio extra eſſentiam noſtræ prædeſtinationis, d.29 n.12.
Nō fuit prædeſtinatus in carne paſſibili ante præuiſionem peccati, d.30.n.47.
Chriſti humanitas videt infinita, finita viſione, d.36.n.71.
Chriſtus an inierit pactum infallibile cum Patre dandi gratiam facienti, quod eſt in ſe, d.27. n.2. & 3.
Chriſti carnis conceptio conceptioni fidei quam ſimillima, n.21. *Vide* Viſio, Cognitio, & prædeſtinatio.

Cyrillus.

Hieroſolymitanus diſtinguit cognitionem intuitiuam à comprehenſiua, d.4.n.17.
Quid ſenſerit de viſione immediata Dei, d.36, n.34.

Coexiſtentia.

Quid, d.6.n.61. & 73.
Coexiſtentia obiectiua quid, n.72.
Inter coexiſtentia non eſt rationis poſterioritas, ſi non eſt dependentia, d.28.n.25.

Cognitio.

Cognoſcit Deus actum liberum in decreto concurrendi cū cauſa libera, præſuppoſita ſcientia cōditionali, d.6.n.51. Dei.
Cognitio actualis fundat aliquando non repugnantiam ad cognoſcendum, d.2.n.27.
Cognitio Dei, vt ſe cognoſcit, non eſt diſtinguenda ratione præſcindente, d.4.n.6.
Inter cognitiones Dei, vt ſe cognoſcentes, non eſt proceſſus in infinitum per rationem, n. 10.
Cognitio Dei comparatur ad prædicata diuina quaſi tranſcendentia; ad attributa; ad proprietes perſonales, n.8.
Cognitio in alio ad quid determinetur, n.14.
Attingit vltimas differentias rerum, quas in alio cognoſcit, n.13.
Cognitio Dei in alio non eſt formaliter abſtractiua, ſed æquiualenter, aut virtualiter, n.15.
Cognoſcit Deus alia extra ſe, d.5.n.3. *Vbi eſſe de fide, & euidens.*
Cognitio infinita creata non eſſet ſufficiēs ad Deū comprehendendum, d.4.n.28. Creata, & in cōmuni.
Cognitionis duplex determinatio: alia formalis: alia obiectiua, n. 20.
Cognitio obiecti non poteſt ſcientificè, aut comprehenſiuè cognoſci, non cognito, aut præcognito obiecto ſcientificè, aut comprehenſiuè, d.5. n.26.27. & 28.
Inter cognitionem, & appetitum, quæ connexio, d.11.n.10. & *ſequentibus.*
Cognitio eſt ordo eſſentialis ad appetitum, n.12. & *ſequentibus.*
Cognitio aliqua proximè non excitat appetitum, remotè verò omnes excitant, n.18.
In cognoſcentibus duplex forma: altera natura: altera cognitio, n.7.
Cognitio diſtincta variat appetitum. d.38.n.12.
Vide Dei Cognitio; Cōprehenſio.

Concordia.

Prædeſtinationis cum libertate, d.31.n.4.

Color;

Digitized by Google

Color.

Lucidus ſupernaturalis fieri poteſt, d. 43. n. 18.
Coloratum cùm à longè videtur, quid reſpondeat potentiæ viſiuæ, d.50.n.13.

Complacentia Dei.

In ea cognoſcit Deus poſsibilia, d.5.n.31.
Magis complacet in creatura perfectiori, ibidem.

Comprehenſio.

Comprehenſionis definitio ex Auguſtino, d. 4. n. 24.
Comprehenſionis perfectæ duplex conditio ex Patribus, ex ſancto Thoma. n.25.26.& 27.
Comprehenſio corporea differt ab ſpirituali, n.31.
Comprehendi vna creatura ab alia poteſt, n.32.
Ad comprehenſionem ſui vnũquodque obiectum certam taxat perfectionem, n.33.
Quæ creatura aliam poſsit comprehendere regula generali expeditur, n.33.
Naturaliter non poteſt comprehendere ſuperiorẽ, ibidem.
Ad comprehendendam rem, non eſt neceſſaria comprahenſio potentiæ obedientialis, d. 5. n.50.
Creatura poteſt aliam ſuperiorem comprehendere ſupernaturaliter, d.4.n.33.
Non tamen potentiam obedientialem, aut vnionẽ hypoſtaticam, ibidem.
Creatura non petit comprehenſionem Dei ſecundum omnem perfectionem, n.32.
Comprehenſio comprehendi non poteſt, non comprehenſo obiecto, d.5.n.25. *Vide* Cognitio, *vide* Viſio Dei.

Concurſus.

Creaturæ nec ratione antecedit concurſum Dei in agentibus liberis, d.6.n.47.
In concurſibus cauſæ primæ, & ſecundæ, non eſt mutua prioritas, n.49.
Concurſus cauſæ primæ non terminatur ad rationem præciſam logicè, d.7.n.16. *Vide* Cauſa.

Conceptio BEATAE MARIAE Virginis.

Sine peccato originali, d.34.n.3.
Quantum ei ſententiæ ſuffragetur Eccleſia, ibidem.

Concupiſcentia.

Quid, d 14.n.15.
Concupiſcẽtia virtuali ſe amat Deus, n.13.
Concupiſcentiæ amor non eſt inter diuinas perſonas, n.17.

Confirmatio in gratia.

Confirmatio in gratia quid, d. 24.n.8.
Antiquorum ſententia, n.11.
Cõfirmati in gratia an efficaciter electi ante præuiſa merita, d.24.per tria capita.
Confirmatio in gratia non conſiſtit in reuelatione facta confirmato, n.13.
Confirmatio in gratia Beatæ Virginis explicata, ibidem, *Vide* Maria Virgo.

Connotata.

In doctrina connotatorum defendi poteſt ſpeciem Dei impreſſam eſſe impoſsibilem, d.40. n.85.
Connotata reprehenduntur, ibidem.

Connexio.

Infallibilis, & neceſſaria vt differant, d.31.n.5.
Connexio neque euitabilis, neque ineuitabilis chimærica eſt, n.6.
Connexio infallibilis quid, d.6.n.1.
Nulla eſt media inter neceſſariam, & contingentem, ibidem.

Contritio.

Non poteſt procedere à gratia, ad quam diſponit, d.28.n.25.

Continentia.

Creaturarum in Deo perfectio eſt, d.51. n.8.

Conditionata.

Vide Propoſitio. *vide* Futurum.

Creatura.

Creaturæ amantur à Deo propter ipſum, d. 18. cap 2. ex profeſſo.
Et propter ipſas, n.14.
Et gratia ſui, n.35.
Creatura petere poteſt Deum cooperatorem, vt particulare agens, d.48.n.52, *Vide* Omnipotentia, *vide* Non repugnantia, *vide* Scientia ſimplicis intelligentiæ.

Creatio.

Diſtinguitur ex principio, & termino, d.13. n.34.

Cumulus.

Auxiliorum non affert metaphyſicam certitudinẽ actus boni, d.22.n. 18.
In cumulo auxiliorum ſola poteſt hauriri cognitio confuſa effectus, n.19.

D.

Debitum.

Ex promiſsione non tollit liberalitatem, d.27. n.12.
Debitum legale quid, n.15.

Decretum. Dei.

In decreto concurrendi cum cauſa libera, an futura contingentia cognoſci poſsint, d.6.n.31. *Vbi pars affirmans, & negans*.
Non eſſe per ſe ſufficientem rationem cognoſcendi futura, n. 32.& 33.
Decreti Dei duplex conſideratio, ibidem.
Vt per decretum omnipotẽtia aſsiſtat cauſæ ſecũdæ, n.33.

Vt ter-

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Vt terminetur ad actum primum, & ſecundum creaturæ, n.34.& 35.
Decretum Dei non applicat ſuam omnipotentiam ad effectus in confuſo, n.36.
Voluntatem creatam non determinat, ſed adiuuat, n.37.
Decreto efficaci Dei reſiſti, magis repugnat, quàm phyſicæ prædeterminationi, ibidem.
Decretum efficax prædeterminans, non minus quàm interna præmotio prædeterminans, pugnat cum libertate, n.38.& 39. Vide d.19. vbi ex profeſſo. & d.28.cap.9.
Decretum efficax nõ eſt de prauis operationibus, d.6. n.40.
Si eas prædecerneret in quantum ens, eas prædecerneret, vt malas, n.41.
Decretum concurrendi cum libertate, accuratè declaratur, n.47.48.& 49. Vide d.19.cap.4.
Non eſt efficax antecedenter, ibidem. Vide d.19.ca.2. & 3.
Denominationem efficacis ab effectu ſumit.
Côditionale. *Decreta conditionalia de futuris contingentibus refutantur, d.7.cap.7.ex profeſſo.*
Qui ea refutauerint, n.35.
Qui hæretici ea admiſerint, ibidem.
Confutatio eorum, n.37.& ſeqq.
Inter hæc decreta, & ſcientiam conditionalium diſcrimen, ibidem.
Scientia in his decretis foret media, d.7. cap.7. ad finem.
Per decreta conditionalia redditur inanis obiurgatio Christi circa conditionalia, n.16.
Dei in cômuni. *Decreta libera Dei, vt futura, an cognoſci poſſint ab ipſo, d.7.cap.9.ex profeſſo.*
Decreta libera Dei non ſubeunt poſſibilitatem, nec ſecundùm rationem noſtram, n.51.
Nec ſubeunt futuritionem, n.54.
Nullum eſt decretum Dei conditionatè futurum, n.56.
Decreta quæ Dei coexiſterent data hypotheſi: nũquam tamen exiſtent, qua ſcientia cognoſcantur à Deo, ibidem.
Non cognoſci media, ibidem.
Cum decreto efficaci Dei componi non poteſt negatio operationis decretæ, d.29.n.12.
Decretum efficax antecedens impedit vſum indifferẽtem, & ſi non deſtruat indifferentiam intrinſecã liberi arbitrij, ibidem.
Decretum efficax antecedens Dei determinat principium indifferens per modum naturæ, n.19.
Actus efficaciter à Deo decretus liberè fieri non poteſt, nec Deus vellẽ, vt libere fiat, n.17.
Decretum efficax Dei ad obiectum vniuerſale terminari non poteſt, d.29.n 10.
Idem decretum efficax, & inefficax comparatione ad diuerſa, n.11.

Deſiderium.

Quid, d.13.n.18.
Deſiderium, & gaudium de eodem obiecto, n.34.
Deſiderium efficax, & inefficax quid, d.38 n.1.
Ad deſiderium elicitum viſionis non eſt opus reuelatione ſupernaturali, n.4.
Deſiderium an in Deo, d.20. n.19.

Deſperatio.

Non eſt in Deo, d.20.n.24.

Denarius.

Diurnus quanti valoris, d.27.n.14.

Deus.

Nomen Deus quid, d.3. n.12.
Cognoſcit creaturas in omnipotentia, d.5.n.15. Cognitio Dei ad. poſſibili.
Probatur ex Patribus, & ratione, n.16.
Cognoſcit poſſibilia ex ſe ipſo, n.55. ex profeſſo.
Cognoſcit poſſibilia in ſeipſo, & in ſeipſis, d.5.n.39.ex profeſſo.
Cognoſcit ſingularia, n.67.
Cognoſcit creaturas ſine vltima, non tamen infinitum cathegorematicum in phraſe Ariſtotelis, n.64. *Vide* Omnipotentia.
In continuo eſt actu cognoſcendi, d.2.n.1.
Omnia ſimul cognoſcit ex æternitate, d.1.n.2.
In tempore nihil de nouo cognoſcit, nec actum liberum nouum habere poteſt, d 2.n.13. Vbi difficilis ratio de hac rè redditur.
Deus futura contingentia abſoluta cognoſcit, d.6. n.2. Futurorũ
Vbi eſſe de fide, & probatur ex Patribus, an demonſtretur ratione naturali, n.3.
Non demonſtrari, n.4.5.6.& 7.
Ea non cognoſcere in cauſa proxima, d.6.n.11. & ſequentibus.
Id probatur ex ſancto Thoma, n.12.
Ex Thomiſtis antiquis, n.13.
Ex alijs authoribus, n.14.
Ex ratione, n.15. Vide Futura, *vide* Scientia, *vide* Cognitio.
Deus cognoſcit ſe per ſe ipſum, d.4.cap.1. ex profeſſo. Cognitio ſui.
Deus ſe cognoſcit in alio, cap.2. Vbi quid ſit in alio cognoſci, n.13.
Iudicium Authoris per tres concluſiones, à n.17.
In Deo non eſt ſimplex apprehenſio formaliter, n.18. ad finem.
Deus non ſe cognoſcit ex alio, cap.3.ex profeſſo.
Deus ſe comprehendit, cap.4.ex profeſſo. Vide Côprehenſio.
Deus futura contingentia conditionata cognoſcit, probato, & infallibiliter, d.7.ex profeſſo, vbi adducuntur ſeptem teſtimonijs veteris teſtamẽti n.11. 12.13.14.15.16.& 17. Côditionatorum.
Alijs ſeptem ex nouo teſtamento. Vide n.18.19.20. 21.22.23.& 24.
Propugnatores huius ſcientiæ Dei, n.7.8.& 9.
Ex Dominicana familia, n.10. Vide Scientia, *vide* Futurum.
Deus ſe amat præter creaturas, d.15.c.3. ex profeſſo, vide n.9. Dei amor

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Deus amat creaturas propter ſe liberè, n.1.
Deus non ſe amat, vt ordinatur ad creaturas, ſed vt eis conueniens, n.23.
Deus amat nobis bona temporalia, & quomodo, n.24.
Cùm Deus ſe amat propter creaturas, ipſæ non ſũt motiuum formale, ſed finis cui, ibidem.
Deus non ſe amat vt medium formaliter ad creaturas, n.26.
Nec Deus ſe amat vt obiectum materiale, & creaturam vt formale, n.27.
Deus non neceſſario vult optimum, d.20. cap.5. ex profeſſo.
Deus vult minus honeſtum, n.29.
Deus non poteſt velle, quòd liberè fiat actus ab ipſo efficaciter antecedenter decretus, d.19.n.17.
Deus gaudet libertate morali, d.18. n.39.
In Deo non eſt potentia intellectiua, radicalis, aut formalis, d.2.n.22.& 27. Vide Actus.

Conſtitutio Dei.

In Deo rationes quædam primariæ, quædam ſecundariæ, d.3.n.1.
Deus per quid conſtituatur, d. 3. per quinque capita.
Sententia negans intellectione conſtitui, & fundamenta, n.1.vſque ad quartum.
Sententia affirmans præfertur, cap.3 ex profeſſo. Vide Volitio Dei.
In Deo conſtitutio phyſica, & methaphyſica, d.12. cap.2.

Concurſ. & actio Dei.

Deus vt concurrat cum agentibus liberis, d. 19. per quinque capita.
In primo ſententia modernorum Thomiſtarum cum fundamentis affirmans concurrere decreto efficaci antecedenti, cap.1.
Refutatio eius ſententiæ, cap.2.ex profeſſo.
Solutio argumentorum, cap.3.ex profeſſo.
Sententia Authoris, cap.4.ex profeſſo.
Deus non concurrit concurſu communi Logice, d.19. n.34.
Deus concurrit ad actum malum; non verò eſt cauſa malitiæ, n.34.
Deus vult, & efficit malum naturæ, n.35.
Deus liberè concurrit ad viſionem: d.42.n.30.
Deus de facto efficit viſionem, non ſpecies impreſſa, cap.3 ex profeſſo.
Deus non complet actum primum per genus cauſæ formalis, d.41.n.8.
Deus non poteſt eſſe cauſa formalis, n.4.
Deus ſi naturaliter ageret, an produceret infinitum, d.40.n.46.
Deus Author naturæ, & gratiæ, per eamdem indiuiſibilem formalitatem, d.38.n 28.
Deus obdurare dicitur quinque modis, d.33.n.59.
Deus non produxit omnes gradus rerum, d. 48. n.49.
Deus non habet ordinem tranſcendentalem ſecundùm eſſe ad creaturas, d.51.n.8.
Deus non tentat diuerſa media prædeſtinationis ex eo modo, d.7.& 8.ex profeſſo.

Obiectũ.

Deus clarè viſus, non eſt obiectum connaturale creaturæ, d.36.n.78.
Deus cognoſcibilis abſtractiuè, intuitiuè, & comprehenſiuè, n.80.
Dei intelligibilitas vt ſit finita, & infinita, d.40. n.37.
Deus ſimul abſtractiuè, & intuitiuè cognoſci poteſt, d.48 n.50.
In Deo an deſiderium. d.20.n.19.
An deſperatio, n.24.

Differentia.

Ex differentijs completis non conſtituitur vna natura per ſe, d.12.n.18.
Differentia in compoſito naturali non ſumitur à ſola forma, ibidem.

Diſtinctio.

Diſtinctio virtualis duo habet, d.12. n.5.
Diſtinctio virtualis, & proxima, & remota, quid vtraque, ibidem.
Diſtinctione virtuali, Trinitatis myſterium, accipit lucem, n.6.
Diſtinctio virtualis non eſt inter diuinam voluntatẽ, & volitionem, ibidem.
Diſtinctio virtualis non eſt in Deo, niſi in ordine ad fecunditatem, n.12.
Diſtinctio virtualis inter diuina tantum, n.24. Vbi inter quæ diuina.
Diſtinctio virtualis alia inter naturam, & Paternitatem Dei; alia inter intellectionẽ, & volitionem, n.30.
Diſtinctio rationis duplex; alia præſcindens; alia non præſcindens, d.2.n.18.

Diſpoſitio.

Moralis eſt aliqualiter meritum, d.26.n.9.

Donatio.

Donationis puræ tres conditiones, d.25.n.81.

Driedo.

Notatus, d.33.n.36.

Durandus.

Durandi ſententia de viſione Dei per naturalia ſecluſis impedimentis, diſcutitur, & excutitur, d.44.n.8 & ſequentibus.
Conſentit Pelagio, & Veguardis. n.13.
Videtur incidiſſe in Semipelagianum errorem, d.26. n.2.

Dyoſpolitana Synodus.

Quare appelletur Concilium Paleſtinum, d.25.n.69.

E.

Effectus.

De effectibus prædeſtinationis, d. 30. per ſex capita.
Effectus prædeſtinationis conditiones, cap.1. ex profeſſo. Vide Prædeſtinatio.

Electio.

Electio quid ſignificet, d.17. & d.22.cap.5.n.37.
Electio inter bona, & perſona, ibidem.

Electio

Electio, & dilectio an actus diſtincti, n.39. Vbi qua ratione ſe habeant in nobis, & in Deo.
Electio inter æqualia ex libertate, n.40. & ſequentibus.
Etiam ſine efficaciori repræſentatione intellectus, ibidem.
Dei. *Electio in Deo non eſt ab intentione, vt á cauſa, d.17.n.82.*
Electio abſoluta gloriæ prædeſtinati an ſit in Deo ante præuiſa eorum merita, d.23. per quatuordecim capita.
Sententia affirmans, & negans, & vtriuſq; propugnatores, cap.3.
Quinque teſtimonia ſacræ Scripturæ diſcutiuntur pro ſententia affirmante, cap.4. ex profeſſo.
Electio duplex ex Auguſtino. n.73. & 83.
Electio gratioſa totius prædeſtinationis ex Auguſtino, n.74. & ſeqq.
Electionem poſt merita expreſsè docuit Auguſtinus, n.80.
Nec vnquam ſententiam retractanit, ibidem.
Electio abſoluta ante præuiſa merita non neceſſaria, cap.8. ex profeſſo.
Si ponitur omnino abſoluta antecedenter, pugnat cum libertate adquirendi, & amittendi gloriã, cap.9. ex profeſſo.
Ea non eſt in poteſtate prædeſtinati, n.99.
Excludit omnẽ conditionẽ ex parte obiecti, n.101.
Licet extrinſeca neceſſariò immutat modum operãdi principij indifferentis, n.103.
Pugnat cum voluntate concurrendi ad actũ oppoſitum, n.105.
Eſt ſuppoſitio antecedens comparatione actus futuri, n.106.
Neceſſariò habet cauſalitatem in finem, n.113.
Eſt improbata à Patribus, n.114.
Inter electionem abſolutam, & præſcientiam conditionatam diſcrimen, n.107. & 119.
Electio omnino abſoluta pugnat cum voluntate dãdi gloriam propter merita, cap.10. ex profeſſo.
Electio abſoluta ante merita, & non niſi per merita implicat, n.118.
Electio efficax Dei non habet pro obiecto diſiunctum, d.30.n.12.
Prædeſtinati. *Electio ſpecialis diſcernens prædeſtinatum à non prædeſtinato ante præuiſa merita admittenda, cap.13. ex profeſſo.*
Occulta eius natura ex Aguſtino, n.157.
Gloriam conſtituit in eſſe futuræ, n.183.
Non pugnat cum libertate prædeſtinati, n.190.
Quam habeat cõnexionem cum gloria futura prædeſtinati, n.192.
Habet logicam: non tamen eſt efficax antecedenter ex natura ſua, n.193.
Electio gloriæ efficax ex natura ſua non repugnat in eximiè prædeſtinato, & cõfirmato in gratia, d.14.n.36.
Electio hæc poteſt conſtituere mortaliter impeccabilem, n.37.
Poteſt conſtituere impeccabilem venialiter, n.38.
Vide Voluntas, aut Volitio.

Ens.

Abente, & non ente nihil præſcindit, d.16.n.41.
Ens non præſcinditur ab inferioribus, d.43. n.21.

Ens rationis.

Entium rationis duo genera, d.2.n.4.
An Deus cognoſcat, & fingat ens rationis, d.8. cap.1. ex profeſſo.
Duplex opinio, n.1.
Intellectus nõ format in obiecto materiali ens rationis efficienter, ibidem.
Deus non fingit ens rationis, n.2.
Deus cognoſcit ens rationis, n.3.
Voluntas poteſt fingere ens rationis, n.4.
Et Angelus, cap.1. ad finem.

Epiphanius.

Quid ſenſerit de viſione immediata Dei, d.36. n.31.

Eſſentia Dei.

Diſtinctio eſſentiæ Dei à natura non eſt recipienda, d.3.n.8.
Eſſentia Dei non eſt in rigore terminus, aut obiectum ſuæ cognitionis, licèt ſit cognita ab illa, d.4.n.5.
Eſſentia Dei an inſtar ſpeciei vniri poſſit cum intellectu beati, d.4. per quatuor capita.
Sententia negans, cap.1.
Affirmans, cap.2.
Non vnitur vt forma intellectui beati, n.8.23. & 42.
Nihil communicat ei creatum, aut increatũ, n.16.
Ne ſuppleat determinationem ſpeciei, n.18.
Non concurrit immediatè ad viſionem Dei, d.42. n.28.
Eſſentia Dei eſt ſui repræſentatio intentionalis, d.41.n.17. Vide Deus, & Dei conſtitutio.

F

Facultas cognoſcendi.

Facultates cognoſcendi noſtræ, non reſpiciunt obiecta in confuſo, d.36.n.53.
Inter facultates ſpirituales, & materiales diſcrimen, n.55.

Faciens.

An facienti quod eſt in ſe, Deus nõ deneget gratiam, d.37. per quinque capita. Vide iudicium Authoris cap.5. ex profeſſo.
Per facientẽ quantum eſt in ſe, quis intelligatur, Non eſt cauſa per accidens gratiæ, n.47.
Aliud eſt dare facienti gratiam, aliud dare, quia facit, n.49.
Diſcrimen inter facientem, & non facientem, n.52.

Digitized by Google

Faciẽs phyſicè melius diſpoſit', quàm nõ faciẽs, n.53
Eſt pactum inter Chriſtum, & Patrem comparatiõne facientis, quod eſt in ſe, n.55.
Facienti datur gratia ante nouũ peccatum, n.57.
Vide. Axioma.

Fauſtus Regienſis.

Semipelagianus, d.25.n.23.
Suſcitator erroris Semipelagiani, n.73.
Fauſti calliditatem detexit Fulgentius, ibidem.

Fides.

Ruſtici, & docti in quo differant, d.49.n.41.
Fidei ſupernaturali aliquale meritũ cõceſsit Auguſtinus, d.25.n.24.
Fides ſupernaturalis eſſe poteſt de obiecto naturali, d.38.n.20. Idem de amore, & ſpe, & aliȷs actibus, ibidem.

Filius Dei.

Non ſperat generari à Patre, d.13.n.11.
Pater, & Filius gaudẽt de generatione actiua, & paſsiua, n.21.

Finis.

Finis cuius gratia, & finis cui quid, d.15.n.17.
Finis qui, & finis cuius gratia, ſubdiuidũtur, ibidem Vide d.18.n.13.
Finis, vt finis diſtincto amore amatur, quàm formaliter medium, d.15.n.24.& d.23.n.16.& 17.
Finis petit amari propter ſe, d.17.n.81.
Finis vltimus conſideratur vt obiectum, & vt forma, d.37.n.24.
Finis vltimus eſt nobiliſsima operatio ad nobiliſſimum obiectum, ibidem.

Forma, & formalis cauſa.

Omnis forma neceſſariò tribuit ſuum effectũ formalẽ ſubiecto proportionato, d.16.n.56. & 57.
Sine forma non eſt effectus formalis, n.51.& 52.
Quædam formæ tribuunt connaturali ſubiecto effectum formalem independenter ab extrinſeco, quædam non, d.2.n.11.
Formalis cauſa quid ſit, d.41.n.5.
Quid primaria, & ſecundaria, n.6.
Formalis cauſa Deus eſſe non poteſt, n.4.

Fortè.

Particula Fortè, quid ſignificet in ſacra Scriptura ex Patribus, d.7.n.26. & 84.
Non eſt vox dubitantis, ſed ſermonem explet, ibid.
Aliquando eſt nota affirmationis, ibidem.

Franciſcus Romæus.

Magiſter Generalis Dominicanorum ſuffragatur doctrinæ Societatis Ieſu in materia de ſcientia Dei, idquè ex Patribus, d.10.n.4.

Fuga.

Fugæ quot affectus? d.20.n.22.
An in Deo? n.25.
Non eſt in Deo comparatione ſui, d.13.n.2.

Fulgentius.

Vide Fauſtus.

Abſolutũ Cõtingẽs. Futurum, & Futuritio.

Futurum quid, d.6.n.1.
Non poteſt certo cognoſci in aliquo antecedẽte actum ſecundum in voluntate, n.19.
Futurorum cognitio per ſupercomprehenſionem confutata, n.29.
Futuritio quid, n.85.
Sententia quædam, n.86.
Sententia Authoris, n.87.& 88.
Hæc enunciatio, Futurus eſt Petrus, impropria, n.89.
Hæc enunciatio, Res eſt futura, quia erit, propriè non eſt cauſalis, n.90.
Hæc enunciatio, quia eſt futura res, cognoſcitur à Deo, aliqua ratione cauſalis, ibidem.
Hæc enunciatio, futuritio eſt aliquando actu, implicat in terminis, n.92.
Futuritio præſens, & antecedens libertati contraria, n.91.
Futuritio neceſſario cõnexa cõ exiſtentia rei, n.92.
Nihil eſt futurum ſine decreto Dei, aut poſito, aut ponendò, d.7.n.81.
Futurum vt ſic, an ſit æternum, d.20.n.7. & 11.
Futurum ex decreto Dei, & ex creato, quomodo differant, ibidem.
Futurum contingens conditionatum, an certò cognoſcatur à Deo, d.7.per duodecim capita. Cõditionatum.
Controuerſiæ ſtatus cap 1. ex profeſſo.
Duplex rerum futuritio, alia efficiens, alia formalis, n.1.
Futurorum conditionatorum varia genera, n.5.
Variæ connexiones conditionis cum effectu, n.6.
De ijs futuris ſcientiæ Dei propugnatores, n.7.8. & 9.
Propugnatores ex Dominicana familia, n.10.
Scientia conditionalium probata ſeptem teſtimonijs veteris teſtamenti, n.11. 12. 13.14.15.16. & 17.
Alijs ſeptem ex nouo teſtamento, n.18.19.20.21. 22.23.& 24. Vide Scientia, Vide Obiectum.

G

Gabriel.

Videtur incidiſſe in Semipelagianũ errorẽ, d.26.n.2

Gaudium.

In Deo diſtingui debet ab amore ſtricto, d.13.n.30.
Gaudij proprium obiectum, n.34.
Gaudium, & deſiderium de vno obiecto eſſe poſſũt, ibidem.
Gaudium eſſe poteſt primus actus voluntatis, n.40
Gaudium eſt in Deo, d.20.n.21.
Non ſemper eſt æquale in actu libero Dei, n.28.

Generatio.

Proceſsio Verbi non erit generatio, ſi volitione cõſtituitur natura Dei, d.1.n.19.
Generatio in diuinis non ſumitur tam ex producta perſonalitate, quàm ex natura communicata, n.30.

Genus.

Non ſumitur à ſola materia, d.12.n.18.

Genus.

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Gennadius.

Fruſtra excuſat Fauſtum, d.25.n.23.

Geometrica proportio.

Et Mathematica quid, d.32.n.72.& d.43.n.37.

Gloria.

Eſt effectus prædeſtinationis, d.30.n.20.

Goteſcalcus.

Damnatus in Concilio Moguntino, d.25.n.5.

Gratia.

Iuſtificãs. *Iuſtificans, vt à Deo petat amari, d.4.n.32.*

Petit amari à charitate infuſa, ibidem.

Gratia iuſtificans eſt effectus prædeſtinationis, d. 30. cap 4. ex profeſſo.

Gratia iuſtificans reproducta eſt effectus prædeſtinationis, n.17.

Gratia iuſtificans primò infuſa, & per peccatum interrupta, an ſit effectus, n.18.& ſequenti.

Quantum gratiæ iuſtificantis per pœnitentiam recuperetur, n.17.

Gratia Adamo primo collata an ſit effectus, n.20.

Gratia à ſolo Deo fit, beatitudo etiam à nobis, d.40. n.83.

Gratia quos habitus ſupernaturales petat in Angelo, d.49.n.62.

Congrua, & efficax.

Congrua, & efficax. *Diſcrimen inter gratiam efficacem per prædeterminationem, & per vocationẽ congruam, d.7.n.16.*

Gratiam efficacem variè appellat Auguſt. d.25.n.85.

Gratia congrua metaphoricè eſt iuſtificatio, d.23.n.71.

Gratia congrua, & non congrua quid, d.30.n.5.

Gratiam congruam habent aliquando reprobi, n.6.

Gratia congrua prædeſtinati ſemper eſt effectus prædeſtinationis, ibidem.

Gratia congrua in reprobo an ſit effectus comparatione alterius, ibidem.

Gratiam non congruam habent aliquando prædeſtinati, & an ſit effectus, n.7.

In cõmuni. *Ad gratiam propriè duo neceſſaria, d.25.n.77.*

Gratiæ definitio ex Ariſtotele, ibidem.

Non eſt propriè gratia prima rei productio, ibidem.

Nec conſeruatio ſemper, ibidem.

Gratiam recipiens priuatus eſſe debet iure ad rẽ, ibidẽ.

Lex æterna non eſt propriè gratia, n.78.

Gratia eccleſiaſtica, & moralis quid, n.79.

Gratiæ dona Deus confert ex miſericordia, n.82.

Gratiæ extrinſecæ ſunt effectus prædeſtinationis, d.30 n.21.

Gratiæ gratis datæ ſunt effectus prædeſtinationis, ibidem.

Gratitudo.

Quid propriè, d.25.n.83.

H.

Habitus.

Non eſt in ſcientia Dei, d.2.n.28. Vide Scientia.

Hærucus.

Creatus Magiſter Generalis pro tuenda doctrina ſancti Thomæ, d.10.n.4.

Hieronymus.

Hieronymus explicatus in difficili loco in caput primum Habacuc, d.5.n.5.

Immeritò tribuitur illi error, ibidem.

Quid ſenſerit de viſione immediata Dei, d.36.n.32.

Honeſtas.

Obiecti non dat ſpeciem virtuti, niſi propter ſe ametur, d.23.n.176. Vide Obiectum.

I.

Iacobus.

Iacobi procreatio fuit effectus prædeſtinationis ipſius, d.30.n.24.& 28.

Idea.

In ideis Deus non cognoſcit futura, d.6.n.53.

Immaterialitas.

Vt ſit ratio cognoſcitiui, d.1.n.14.

Immaterialitas perfectio poſitiua, ibidem.

Imperium.

An imperium in intellectu, d.6.n.18.

Vide multa d.22.cap.4. Vbi an imperium ex parte intellectus neceſſarium ſit ad prouidentiam, & prædeſtinationem.

Imperium duplex, n.28.

Imperium ex Thomiſtis repellitur, n.29.

Imperium in mente non eſt, niſi aut ſimplex apprehẽſio, aut iudicium, aut diſcurſus, n.30.

Imperium ad facultatem executricem non neceſſariũ, n.32.

Imperium non eſt in Deo comparatione ſuæ omnipotentiæ, n.33.

Imperia duo intellectus, n.34.

Diſcrimen inter imperia rationis, & voluntatis, n.35.

Imperia, quæ in Deo, quæ non, n.36.

Immutabilitas.

Quid, d.20.n.6.

Immutabilitas diuinæ voluntatis bene cohæret cum libertate Dei in noſtris principijs, ibidem.

Vix conſiſtit apud defendentes libertatem Dei per rationem omnino intrinſecam, n.13.& 17. ad finem.

Immutabilitas rei eſt ſuppoſitio antecedens, n.15.

Indifferentia.

Potentiæ ad volendum, & nolendum non eſt in Deo, d.20.n.1.

Indiuiduum.

Indiuidua inæqualia in perfectione ſubſtantiali intra eamdem ſpeciem athomam, d.5.n.42.

Indiuiduus actus liber eligitur à Deo; non verò per actum antecedenter prædeterminantem. Vide Libertas.

Indiuiſibile.

Obiectum à diuiſibili cognitione poteſt cognoſci, d.43. n.26.

Indoles.

Bona poteſt eſſe effectus prædeſtinationis, d.30. n.27.

Induratio.

Quid, d.33.cap.8.ex profeſſo.

Non poteſt dici indurantis Dei, ſicut miſerentis, n.36.

Digitized by Google

Indurationis Deus non eſt cauſa, cap. illo 8. ex profeſſo.
An aliqua ratione cauſa dici poſsit, n.55.
Induratio eſt ipſum peccatum, n.56.
Induratio non eſt primi peccati permiſſio, n.53.
Indurat Deus permiſſiuè, n.57.
An induret poſitiuè, n.58.
Indurati, de quibus in ſacra Scriptura, habuerunt auxilium ſufficiens, d.34.n.21. vbi habes quædã loca Scripturæ explanata.

Infans.

Infantes, qui in vtero moriuntur, habent auxilium ſufficiens, d 35.n.9.

Infidelis.

Contrariè, & negatiuè quid, d.24.n.36.

Infinitum.

Cathegorematicum, & ſincathegorematicum quid ex Ariſtotele, d.5.n.62.
Qui defendant poſſe infinitum fieri à Deo, n.60.
Infinitum actu an Deus cognoſcat, n.61.63.& 64.
Infinitum produci á Deo nequit, n.67. Vide Dei cognitio, & cognitio Dei.

Inſtrumentum.

Quid, d.46.cap 1.& 2.
Variæ ſententiæ de inſtrumneto phyſico, & morali, n.14.
Inſtrumentũ non eſt quod immediatè attingit nobiliorem effectum, d.46.n.23.

Intellectio, Intellectus, Intellectiuus.

Intellectus pro intellectione in ſacra Scriptura, d.2. n.29.
Intellectione conſtituitur natura Dei, d.3.n.11.
In intellectu nihil antecedit, in quo futurum contingẽs cognoſci poſsit, d.6.n.17.
Dei. *Intellectio, & volitio Dei ſubſiſtunt vno termino. d.12 n.29.*
Naturaliter inclinatur ad Volitionem, ad Paternitatẽ, ad Spirationem actiuam, n.39. Vide Scientia Dei, cognitio Dei.
Creatus, *Intellectiuus gradus eſt ordo tranſcendentalis eſſentialiter ad appetitum, d.11.n.15.*
Intellectus, vt practicus, eſt facultas cognoſcendi, d.22. n.31.
Intellectus creatus ſumit aliquo modo ſpeciem a Deo clarè viſibili, d.36.n.82.
Propoſitio naturalis intellectus non eſt apta ad actũ voluntatis ſupernaturalem, d 38.n.47.
Intellectui vniri intelligibiliter quid, d.41.n.15.
Diſcrimen inter intellectum, & appetitum, d.42. c.3. ex profeſſo,
De intellectu an per naturalia Deũ videre poſsit, d.44 per duo capita.
Oſtenditur non poſſe, cap.1.ex profeſſo.
Intellectus non concurrit ad viſionem per naturalem virtutem, d.45. n.66.
Concurrit per obedientialem actiuam, ibidem.
Per vitalitatem intrinſecam, n.67.
Intellectus perfectior an efficiat perfectiorem viſionẽ, d.49.n.70.
Qua ratione id negari poſsit: ſed Author affirmat, d.49.ca.4.ex profeſſo. Vtraq; pars diſcutitur, n.37.
Intellectus an influat in viſionem, vt inſtrumentum, an vt cauſa partialis. d.46.per duo capita.
Intellectum concurrere vt cauſam partialem, cap. 2. ex profeſſo.
Intellectus an ſine auxilio intrinſeco eleuari poſsit ad viſionem Dei, d.47.per tria capita.
Sententia negans, & fundamenta, cap.1.ex profeſſo.
Sententia affirmans præfertur, cap.2.ex profeſſo.
Intellectus quicumque poteſt explere totam actiuitatẽ eleuationis. Vide Scientia, & cognitio.

Intentio.

Finis prout præcedit electionem in Deo, non habet exercitium antecedens libertatis, d.17.n.64.
Intentio finis in Deo diſtingui poteſt ratione ab electione medij, d.23.n.16.
Ex intentione finis ad electionem medii ſine imperfectione procedi poteſt in opinione conſtituente libertatem intrinſecam, n.17.
Intentio finis cum exercet munus cauſæ diſtinguitur ab electione, n.19.

Intuitio.

Intueri nõ poteſt à non intuẽte obiectum, d.5.n.25.

Ioannis Piſcator.

Hæreticus Caluiniſta negat voluntatem Dei cõcurrẽdi attemperatã libertati, d.7.cap.8 ad finem.

Iouinianus.

Iouiniani error de æqualitate viſionis, d.49.n.1.

Iſidorus.

Quid ſenſerit de viſione immediata Dei, d.36.n.28.

Iudæi.

Et Semipelagiani in eodem errore, d.23.n.65.

Ira.

An in Deo, d.20.n.25.& d.33.n.20.

Iudicium.

In iudicio indifferenti non eſt formalis libertas, d.6. n.24.
Iudicium diſcurſiuum differt à ſimplici, d.13.n.28.

Iuſtitia.

Non eſt inter Patrem, & Filium, d.14.n.20. vbi ex Ariſtotele.

Iuſtus.

Quæ auxilia prouideat Deus iuſto, d.34. n.32. Vide Gratia.

L.

Lex.

Æterna non eſt propriè gratia, d.25.n.78.
Ad legis rationem vt pertineat promulgatio, d.17. n.7.& 10.
Ad legem ponendam, & ſoluendam, neceſſaria eſt aliqua mutatio ad extra, n.8.
De ratione legis diuinæ eſt promulgatio aliquando. d.17.n.10.
Legiſlatiuæ voluntatis obiectum, d.6.n.35.

Digitized by Google

Legale.
Debitum quid, d.27.n.15.

Liber actus, libertas, liberum decretum.

Creata. *Libertati præiudicat futuritio præſens, & antecedens exiſtentiam rei futuræ, d.6.n.91.*
Libertatis noſtræ cum præſcientia Dei cōcordia, n.101
Libertas noſtra eſt de fide, d.6.n.1.
Libertas non eſt in productione actus neceſſario connexi cum principio, n.19.
Liber actus, cùm per ducitur liberum arbitrium, accipit radicalem futuritionem, d.7.n.2.
Liber actus ſimul eſt contingens in cauſa, & determinatus in ſe, d.7.n.88.
Non poteſt eſſe idem actus liber, & neceſſarius, etiam in ordine ad diuerſa principia, d.6.n.39.
In libertate creata vitalitas, & tendentia ad obiectū, contingentia ſunt, d.16.n.86.
Liber ad merendū poteſt eſſe nō liber ad peccandū, d.24 n.40.
Liber actus ſimul eſſe neceſſarius non poteſt, etiam ſecundùm diuerſam rationem, n.41.
Libertas meriti Chriſti Domini, ibidem.
Libertati non obſtat electio efficax determinati medij, n.46.
Liber actus pro ſingulis inſtātibus eſt indifferēs ad eſſe, & non eſſe, d.20.n.13.
Libertas duplex, alia à coactione; alia à naturali determinatione, d.23.n.96.
Libertas moralis eſt comparatione actuum in indiuiduo, d.18.n.39.
Diuina. *Conceptus cōmunes libertati creatæ, & increatæ, d.16. n.49.*
Liberū eſſe Deū eſt de fide, d.16.cap.1.ex profeſſo.
Demonſtratur ratione naturali, n.2.
In libertate Dei, quæ imperfectiones videantur impli cari, n.8.
In libertate Dei errat Ariſtoteles, & eſt ſibi contrarius, n.9.
Liber eſt Deus in ordine ad creaturas in cōmuni. n.10.
Libertati diuinæ non obſtat infinita inclinatio ad ſe cō municandum, n.12.
Liber actus Dei non eſt relatio rationis fundamentaliter, n.16.
Nec cōſtituitur, nec congruè explicatur per reſpectū rationis, d.16.cap.3.ex profeſſo.
Nec conſtituitur per prædicatum intrinſecum diſtinctum ab actu neceſſario contra Caietanum, cap.4.ex profeſſo.
Liber actus à neceſſario ſola ratione diſtinguitur, n.20
Liber actus, ſi eſt Deo intrinſecus, eſt perfectio, n. 24.
Libertas diuina non benè explicatur per diſtinctionem virtualem diuinam, d.16.n.48.& 49.
Libertatis diuinæ varij modi explicandi per extrinſeca connotata, d.16 cap.9.ex profeſſo.
Liber actus Dei non concipitur, vt elicitus, n.69.
In libertate diuina non eſt principium actiuū, nec paſſiuum, n.70.
Libertas tota in ſola egreſſione actionis, n.72.
Non eſt de ratione libertatis producere actum volūtatis, ibidem.
Nec potentiam volendi eſſe principium, n.73.
Libera volitio Dei, vt ſit principiū indifferēs, n.76.
Libera facultas, quare dicatur operari, quia vult, cùm operatur, n.77.
Diſcrimen inter cauſalem in ordine ad actum externū, & internum, n.78.
In libertate Dei nulla cauſalis in ordine ad actū internū, optima in ordine ad externum, n.79.& 80.
Libertas creata, & increata, in quo conueniant, & in quo differant, n.80.
Libertas Dei non benè defenditur per actum neceſſarium, extrinſeca connotata, n.82.
Libertatis diuinæ radix ſcientia ſimplicis intelligentiæ, n.83.
Libertas, & vitalitas in Deo, an diſtinguātur, n.87.
Vitalitas, & tendentia ad obiectum non diſtinguūtur in libertate Dei, n.89.
Non eſt exercitium libertatis in Deo ſine aliqua mutatione, n.90.
Eſt nihilominus immanens, ibidem, & n.95.
Deus viuit per ipſam, ibidem. Vt addat rationem trāſeuntem, n.96.
Non eſt compoſitio in diuina libertate, n.97.
Libertas non obſtat perfectioni infinitæ, n.98.
Non eſt in Deo libertas exercita, ſeu efficax ſine mutatione in rebus, d.17.n.2.
Liber actus in Deo an diuidatur in volitionem efficacem, & inefficacem, d.17.cap.3.ex profeſſo: vbi excutitur ſententia negans Recentioris.
Eſſe in Deo liberum actum efficacem, & inefficacem, fusè demonſtratur, n.52.
Ex Scriptura, n.53.
Ex Patribus, & Doctoribus, n.54. 55. & ſequentibus.
Libera volitio tantum inefficax non eſt in Deo, n.58.
Benè coniūcta cum efficaci, ibidem.
Libera volitio Dei in ſe quid, n.60.
Deus cū operatur ex libera volitione efficaci, & inefficaci ſimul, agit actione diſtincta, ibidem.
Duplex liber affectus Dei completur vna cauſalitate, ibidem.
Libera decreta Dei plura ſunt, quàm effectus, n.79.
Non vero plures effectus, quam decreta libera, ibidem.
Libertas Dei eſt cauſa negandi exiſtentiam purè poſſibilibus, d.18.n.6.
Libertas moralis in Deo comparatione indiuiduorum, n.32.
Liber actus Dei pro ſingulis inſtantibus liber eſt, d.20 n.16.
Liberum decretum in Deo non eſt intrinſecè cognoſcibile, d.52.n.9.
Qui libertatem omnino intrinſecam Deo dāt, affirmare coguntur omnia decreta libera à quolibet Beato neceſſario videri, n.11.

Digitized by Google

Liberalitas, & liberalis.

Liberalitatis proprium obiectum, d.23. n.123.
Liberalitas non limitanda ad bona externa. n.124.
Liberalis elargitio pugnat cũ remuneratoria, n.122.

Logica.

Anteceſſio quid, d.23.n.195.
Vt diſtinguatur ab anteceſſione naturæ, ibidem.

Lumen gloriæ.

Neceſſarió diſtinguitur ab ſpecie impreſſa, d.42.cap.1 *ex profeſſo.*
De luminis gloriæ functionibus, d.45 *per quatuor capita.*
Lumen gloriæ exiſtere in beatis quã ſit certum, cap.1. *ex profeſſo.*
An diſponat, & recipiat, cap.2.*ex profeſſo.*
Vt efficiat viſionem, cap.3.*ex profeſſo.*
Lumen gloriæ ad quæ comparandum, n.20.
An ſit diſpoſitio ad vnionem eſſentiæ Dei cum intellectu beati, n.22. & 23.
Propriè non eſſe, n.24.
Largè eſſe, n.25.
Non eſſe diſpoſitionem ad viſionem, n.29. & 33.
Lumen an ſit tota ratio agendi viſionem, n.51.
Non eſſe, n.53. & *ſeqq.*
Argumenta in contrarium, & ſolutiones vide cap.4. ex profeſſo.
Lumen gloriæ cauſa partialis viſionis, d.46 n.2.
Lumen gloriæ an connaturale eſſe poſsit alicui creaturæ, d.48.*per quinque capita. Vide* Subſtantia, *vide* Supernaturale.

Lutherus.

Lutheri error de prædeſtinatione, d.25.n.5.*Vide* Prædeſtinatio.
Lutheri error de æqualitate viſionis, d.49.n.3.*Vide* Viſio.
Lutheri, & Lutheranorũ error de libertate, d.25.n.16.

M.

Malum.

Mala omnia Deus cognoſcit, d.8.c.2. *ex profeſſo.*
Mala in triplici differentia, ibidem.
Si ratio mali poſitiua eſt, in ſe ipſa cognoſcitur à Deo triplici ſcientia, n.6.
Si priuatiua eſt, qua ratione cognoſcatur à Deo, n.7.
Malum Deus cognoſcit per bonum, & quo pacto, ibid.
Mala culpæ an Deus cognoſcat in omnipotentia. n.6.
Mala culpæ Deus cognoſcit per ſuam bonitatem, n.9.

Marcus heremita.

An Semipelagianus, d.25.n.72.
Probabilius eſt non fuiſſe, ibidem.

MARIA Mater Dei.

Maria Virgo vt confirmata in gratia, d.24. n.28.
Maria Virgo impeccabilis mortaliter, n.29
Etiã venialiter poſt conceptũ Verbũ Dei, n.32. & 49.
Concepta ſine peccato originali, ibidem.
Mariæ Virgini reuelata confirmatio in gratia, ibidẽ.
Mariæ Virginis dignitas Matris Dei, an per ſe pertineat ad myſterium incarnationis, d.29.n.43.

Martyrium.

Martyriũ quomodo remittat peccata venialia, d.17.n.41
Martyrium quid, ibidem.
Quæ diſpoſitio neceſſaria ad fructum martyrij in peccatore, ibidem.

Maſsilienſes.

Abuſi ſunt ſcientia conditionali, d.7.n.72.
Maſsilienſium error, d.25.n.19. & d.27.n.40.
Maſsilienſes monachi viri magnæ authoritatis, ibid.
Infauorem ſui erroris allegabant Patres antiquos, d.25.n.64. *Vide* Semipelagiani.
Maſsilienſium aliqui concedebant quoſdam præuenirí à gratia Dei, d.25.n. 46.
Maſsilienſiũ obiecta, & ſolutiones, d.25.c.9.*ex profeſſo.*

Materiale.

Materialis res ſupernaturalis fieri à Deo poteſt, d.43. n.18.

Matrimonium.

Matrimonij vinculum vt diſſolui poſsit à Deo per actum liberum, d.17 n.11.

Maxentius.

Cenſetur Eutichianus, d.25.n.23.
Maxentius contra Hormiſdam Pontificem *epiſtolam ſcripſit ignorantia affectata*, n.72.

Medium.

Formaliter vt tale diſtinctio actu amatur, quàm finis. d.15.n.14.*Vide* Finis, *vide* Intentio.

Mendacium.

Nemo habet de ſuo niſi mendacium, quomodo intelligendum, d.27.à num.36.*ex profeſſo.*

Meritum.

Nullum in actibus conditionatè futuris, d.7.n.74. & d.22.n.62.
Etiam in actibus ſupernaturalibus, d.7.n.74.
Meritum tribuere actibus conditionatè futuris Semipelagianum, d 23 n 38.
Meritum de cõgruo, & de condigno quid, d.25.n.20.
Meritum cauſa moralis præmij, d.25 n.8.
Meritum niſi exiſtat, valorem non habet, n.9.
Meritum ad cauſandum non minus quam efficiens exiſtentiam requirit, n.10.
Mereri nõ poſſumus per opera ſubſequentia, etiam ex pacto, n.19.
Meritum de congruo non acceptatum non tollit rationem gratiæ, d 25. n.90.
Meritũ gratiæ à natura aduerſatur Paulo, d.27.n.42.
Vide Chriſti meritum, *vide* Cauſa.

Modus tendendi.

Non diſtinguitur à tendentia, d.13.n.34. & 35.

Molina.

Quid ſenſerit de faciente quod eſt in ſe, d.27.cap.1.
Vindicatus ab impugnatione moderni Thomiſtæ, n.2.
Vide Faciens.

Moralitas, & moralis.

Moralitas in actib⁹ liberis eſt eorũ ſubſtãtia, d.16.n.31
Moralis actus nõ poteſt trãſire ad nõ moralem, ibidẽ.
Nec de bono in malum, ibidem.
Morales virtutes in Deo, d.18. n.16.

Prauis

Grauis obiectio in contrarium, n.18.& 19.
Non ſoluitur ex identitate perfectionum diuinarum, n.22. & d.15.cap.2.
Nec ex relatione actus imperati ab imperante, n.23.
Nec ex motiuis partialibus, n.37.
Authoris ſatisfactio, n.33.

Mutua prioritas.

Pugnat in omni genere cauſæ, d 23. n.11.

N.

Natura, & naturale.

Naturale quid, d.37.n.3.
Naturales res an ſint effectus prædeſtinationis, d.30. cap.5 ex profeſſo.
Vt ſint effectus, procedere debent ex ſpeciali prouidētia, n.23.
Naturalis ſubſtantia prædeſtinati poteſt eſſe effectus prædeſtinationis. Vide Subſtantia, *vide* Supernaturale.
Natura vt connectatur cum gratia, d.38.n.30.
Natura non poteſt ſe diſponere ad gratiam, d.26.n.5.
Nec exhibere poteſt moralem diſpoſitionem, n.9.
Nec phyſicam, n.13.
Naturā ſe diſponere ad gratiā cōgruā eſt cōtra Paulū, n.15
Natura intellectualis cauſa phyſica gratiæ præaliјs, d.27.n.50.
Natura poteſt ex ſe habere bonū opꝰ morale, d.26.n.7.
Dei. *Natura Dei nō conſtituitur per omnē perfectionem ſimpliciter ſimplicem, d.18.n.20.*
Natura Dei ſecundum conſtitutionem metaphyſicam, nō eſt aggregatum omnium perfectionū, d.12.n.21. Vide Eſſentia, *vide* Gratia.

Negatio.

Entis actu poſitiuo in ſe cognoſcitur, d.8.n.7.
Negationes vt exiſtant, d.41.n.10.

Neſtorius.

Neſtoriana, & Pelagiana hæreſis, vt cōnectātur, d.25. n.73.

Niſſenus.

Quid ſenſerit de viſione immediata Dei, d.36.n.36.

Nomen.

Nomina noua nouis rebꝰ aptè imponūtur, d.7.c.10.ad fin.

O.

Obiectum.

Non ſemper prius ratione, quàm ſcientia, d.5.n.16.& 20. Vide d.4.n.9.
Obiectum primarium qua ratione ſpecificet ſcientiam Dei, d.5.n.36.
Obiectū materiale, & formale ſciētiæ Dei quid, d.4.n.1
Obiectum ſcientiæ futurorum abſolutorū, & cōditionatorum, d.7.cap.8.ex profeſſo. Vide Cognitio, *vide* Deus, *vide* Scientia.
Obiectum naturale recipi poteſt ab actu ſupernaturaliter eſſentialiter, d.38. n.16.
Obiectū materiale an tribuat ſpeciem actui, d.18.n.31.
In obiecto ratio mouendi prior aliquo modo terminabilitate, d.40.n.52.
Obiectum primarium, & ſecundarium quid referāt ad dandam ſpeciem, d.43.n.33.
Vt diſtinguātur in ordine ad viſionē, d.51.n.16.

Obedientialis potentia.

Diſtinctarū ſpecie rerum ſpecie diſtincta, d.49.n.40.
Vide Potentia obedientialis.

Omnipotentia.

Omnipotentiæ Dei tres conceptus valdè notādi, d.5.n.8
Propriſſimus eius conceptus, ibidem.
Omnipotentia exiſtit; ergo naturæ non repugnant. *Conſequentia à priori, & in quo ſenſu, n.12.*
Omnipotentia eſt medium cognoſcendi Deo, creaturas poſsibiles, n.15.
Omnipotentia ſi diſtinguitur ab intellectione, & volitione, eas ſupponit ex propria ratione. n.20.
Omnipotentia vt ſit maxima Dei perfectio, n.47.& d.16.n.32.
Duplex eius conſideratio, n. 46.
Non eſt ordo tranſcendentalis ſecundùm eſſe ad creaturas, n.19.
Omnipotentia Dei continet malitias peccatorum, ſi poſitiuæ ſunt, d.8.n.7.
In omnipotentia eſt naturalis inclinatio ad creatūras, d.12.n.38.
Non tamen eſt violenta ex æternitate, ibidem.
Inter omnipotentiam, & ſcientiam Dei quanta rationis diſtinctio, d.12.n.39.
Omnipotentia ſubordinatur libertati Dei, d.16.n.11. & 16.& 47.
Omnipotentia Dei immediatè concurrit ad viſionē, nō eſſentia, d.42.cap.4.ex profeſſo.
Omnipotentia Dei primariò continet indiuidua, d.23. n.153.& d.51.n.15.& 46. Vbi beatis eſſe medium ad cognoſcendas creaturas poſsibiles. Vide Cognitio Dei, *vide* Potentia.

Oratio.

Pro *prædeſtinato neceſſario aut eſt effectus, aut cauſa prædeſtinationis eius, d.29.n.54. Vide* Chriſtus.

Ordo.

Intentionis, & executionis, d.17.cap.4. ex profeſſo.
Variæ ſententiæ, ibidem.
Authoris iudicium, n.74.
Defenditur is duplex ordo, n.75.& ſeqq.
Non eſt ſine aliqua mutatione in rebus, ibidem.
Non eſt ordo intentionis ſine aliquo executionis, n.76
Ordinare poteſt Deus vnam rem ad aliam ſine rerum ordine inter ſe, n.77.
De ordine decretorum liberorum Dei, d.17.cap.5. ex profeſſo.
Eſſe ordinem in decretis Dei liberis, eſt communis ſententia Theologorum, n.85.
Quando colligatur ordo in decretis ex rerum proportione, n.89.
Statuitur regula generalis, n.91.
Secundùm ordinem intentionis ſimul cauſalitate ſunt effectus, & cauſa, ibidem.
Ordo intentionis, & executionis quid, d.17.cap.4. & d.23.c.11.

Digitized by Google

Sine ordine executionis nihil reale exiſtit, vide n.126.
Ordo intentionis non eſt, cum Deus actu indiuiſibili elegit finem, & media, d.29.n.17.
Ordo in eſſendo, & repraſentando quomodo ſe habeāt, d.40.n.26.& 27.

O rigenes.

Origenis error de prædeſtinatione, & vnde damnandus, d.25.n.2.

Origo.

Originis prioritas à quo, quid, d.50.n.30.

P.

Pactum.

An ſit pactū inter Chriſtū, & Pātrē de dando infallibiliter gratiam facienti quod eſt in ſe, d.27.n.2.& 3. Vide Faciens, vide Axioma.

Pater.

Creatus. Increatus. Patrē eſſe, & Filiū quid in creatis, d.16.n.30.
Patris æterni memoria fœcunda quid, d.2.n.29.
In Patre æterno non eſt potentia generatiua in ordine ad generationem actiuam, ibidem.
Pater, & Filius æternus gaudent de generatione actiuā, & paſſiua, d.13.n.21.

Paruulus.

Si paruulis remedium pro originali applicari eſt impoſsibile, non eſt eis ſufficienter prouiſum de auxilio ſufficienti, d.33.n.29.
Nulli paruulorum applicatio remedij eſt impoſsibilis, n.35.
Paruulis an ſufficiens remedium prouiſum, d.36. per tria capita.
Defenditur pars affirmatiua, cap.2.ex profeſſo.

Peccatum, & peccati permiſsio.

Peccatum habituale quid, d.17.n.17.
Peccatū nō remittitur per ſuſpēſionē cōcurſus, n.25.
Peccatū extrinſecè cōdonari à Deo nō poteſt ſine variatione in rebus pugnāte cū peccato, ca.2.ex profeſſo.
Peccatū in pura natura vt remitteretur; n.26.
Remitteretur quadā qualitate, & cōtritione, & amore, ib.
Peccatum non poteſt Deus velle voluntate antecedenti, etiam inefficaci, d.30.n.34.
Peccatū non eſt effectus prædeſtinationis, d.30.n.29.
Nec dicuntur prædeſtinari, d.21.n.2.
Peccata vt ſubiaceant diuinæ prouidentiæ, d.21.n.12.
Peccatum poſsibile an ametur à Deo, d.18. n.9. Vbi reſolutio Authoris.
Peccatum ad mortem quid, d.34.n.36.
Originale Peccatum originale de facto remitti nequit ſine infuſione gratiæ, d.17.n.22.
Veniale. Peccatum veniale vt remitti poſſit, d.17.n.27.
Per quas formas, numeris ſeqq.
Quoties diſtincta peccata venialia remittit Deus, per incrementum gratiæ agit actione diſtincta, n.31.
Peccatū veniale & mortale ſimul, vt remittātur, n.33
Peccatum veniale in pura natura, vt foret remittendum, n.34.
Peccata venialia vt remittātur ex opere operato, n.35
Quæ ſit neceſſaria mutatio ex parte peccatorū, & ex parte rerū ad remittēda venialia, n.41.42. & 43.
Permiſſio Peccati permiſsio de facto non eſt effectus prædeſtinationis, d.30.n.42.
Peccati permiſsio poteſt habere rationē gratiæ, n.39.
Poteſt precibus impetrari, n.38.
Cognita ante peccatum poteſt eſſe effectus prædeſtinationis, n.35.
Peccati permiſsio quid, d.30.n.29.
Peccati permiſsio multiplex, d.27.n.10.

Perfectio.

Eſſe perfectum ſine imperfectione quid, d.15.n.10.
Perfectiones in Deo ſunt inæquales, n.12.
In Paternitate Dei non ſunt perfectiones æquiualentes eſſentiæ, n.14.
Perfectio Dei non colligitur à priori ex idētitate, n.9.
Perfectiones diuinæ ad ſe ipſas quomodo inclinentur, d.12.n.41.
Perfectio intrinſeca Deo non poteſt eſſe dependēs, d.18 n.24.

Perſeuerantia.

Perſeuerantiæ donū eſſe ex gratia oſtēdit Aguſt. d.23. n.70.

Pelagius.

Pelagij error, d.25.cap.2.ex profeſſo.
Vt intellectus à Concilijs, n.7.
Vt ab Auguſtino, n.8.
Vt ab alijs Patribus, n.9.
Vt ab ſcholaſticis Doctoribus, n.10.
Vt ab Hiſtoriographis, & Controuertiſtis, ibidem.
Inter Pelagium, & Auguſtinū, quæ cōtrouerſia, n.12.
Pelagius gratiā extrinſecā ſolū poſuit ad facilius, n.13
Pelagij gratia non dat poſſe; ſed adiuuat. n.14.
Pelagius negat gratiam intrinſecam, n.15.
Solùm adſtruit extrinſecam adiuuantem, ibidem.
Pelagius an negauerit concurſum cauſæ primæ, d.27. n.29. vide Semipelagiani.

Perſona diuina.

Inter diuinas perſonas an ſit amicitia, d.24.n.14.
Nec eſſe concupiſcentiam, nec amicitiam, n.17. & 18.
Eſt æquiualenter amicitia, n.19. Vide Amicitia.

Petrus Martyr.

Petri Martyris impoſtura in catholicos, d.25.n.18.

Philoſophus.

Prudens ex exiſtentibus philoſophari debet dē poſsibilibus, d.48.n.43.
Philoſophorum errores de prouidentiā Dei, d.22.ca.2.

Poſsibile.

Poſsibilia Deus cognoſcit in ſe ipſis, d.5.n.36.& ſeqq.
Opinio negans, n.33. & ſeqq.
Poſsibilium cognitio in ſe ipſis eſt maxima perfectio, n.38.39.& 44.
Poſsibiles creaturæ in ſe ipſis cognoſcibiles, n.37.
Cognoſci à Deo deberēt, & ſi cognitio nullam afferret perfectionem, ibidem.
Poſſibiles creaturas appellare obiectū primarium, & ſecundarium quoad rem parum refert, n.40.
Si creaturæ non eſſent poſsibiles, deeſſet Deo maxima perfectio, n.44.45.& 48.

Poſſi-

Poſsibiles creaturæ minus neceſſariæ, quàm perfectiones Dei, n.49.
A poſsibilitate rem extrahit affectus inefficax liber Dei, d.17.n.61.
Poſsibilia habent bonitatem, d.18.n.4.
In poſsibilibus eſt ratio mali, n.7.
Poſsibilia neceſſario amantur à Deo, n.4.& 11.
Poſsibile peccatum an ametur, n.9.
Poſsibilia liberè amantur à beatis, d.18.n.11.
Poſsibile præciſè duo includit, d.9.n.14. Vide Omnipotẽtia, vide nõ repugnãtia,& repugnãtia.

Præ.

Particula, Præ, quã anteceſsionem ſignificat, d.12.n.3.

Prædeſtinatio.

Prædeſtinationis variæ ſignificationes, d.21.n.1. & 2. quædam æquiuocæ, d.26.n.1.
Prædeſtinatio Dei eſt de fide, n.15.
Non demonſtratur ratione naturali, n.18.
Inter prædeſtinationẽ, & prouidentiam varia diſcrimina, n.19.
Prædeſtinatio ſẽper conſequitur finẽ particularẽ, n.20
Non eſt de ratione prædeſtinationis voluntas creandi ſubiectum, n 25.
Ad prædeſtinationẽ neceſſarij ſũt actus intellect⁹, & volũtatis Dei, d.21.cap.2.ex profeſſo, vide d.31.n.1.
Prædeſtinatio eſt actus immanẽs, & æternus Dei, ca.1. ex profeſſo.
Prædeſtinationis eſſentia, d.22.n.47.50.& 51.
Prædeſtinationis definitiones, n.54.
Prædeſtinatio hominum, & Angelorum quãtũ differant, n.66.
Prædeſtinatio pars ſubiectiua prouidentiæ, n.67.
Prædeſtinare ſolius Dei, n.68.
Prædeſtinationis ſeries tota, d.23.n.161.& 169.
Prædeſtinatio nõ opponitur directè reprobationi, d.32 n.11.
Non prædeſtinandi voluntas an habeat cauſã poſt originale, d.33.n.12.
Vt ſpectet ad iuſtitiam, & vt non, n.15.
Prædeſtinatio eſt præparatio mediorum, d.28.n.1.
Prædeſtinationi, & prouidentiæ communi effectus cõmunes, n.2.
Prædeſtinationis cum libertate concordia, d.31. cap.1. ex profeſſo.
Prædeſtinationis cauſa quoad omnes effectus, nõ eſt in poteſtate prædeſtinati, d.28.cap.4.ex profeſſo. Vide n.22. vſque ad 27.
Cauſa. De cauſa prædeſtinationis ex meritis aliorũ. d.29.per quinque capita. Vide Chriſtus, vide Purus homo.
De cauſa prædeſtinationis per meritum hominis puri, cap.5.ex profeſſo.
Iudicium Authoris, n.49.
Quod eſt cauſa effectus prædeſtinationis, eſt cauſa prædeſtinationis effectus, d.26.n.1.
Prædeſtinationis nec cauſa, nec cõditio ſine qua nõ cõſẽſus ſupernaturalis ſub cõditione futurus, d.7.n.79
Prædeſtinationis tres effectus, d.22.n.5.
Effectus. De prædeſtinationis effectibus, d.30.per ſex capita.
Prædeſtinationis effectus quatuor habet cõditiones, c.1. ex profeſſo. Vide Peccatũ,& peccati permiſſio, vide Gratia cõgrua,& nõ cõgrua,& gloria,&c.
In prædeſtinatione, vt ſe geſſerit Chriſtus, vt homo, cũ Deo, d.27.n.31.

Prædeſtinatus.

Prædeſtinati dicuntur electi, & dilecti in ſacra Scriptura, d.22.n.37.
Prædeſtinati an eligãtur à Deo efficaciter ante præuiſa eorũ merita, d.23.fuſiſſime per quatuordecim cap.
Prædeſtinatus liber eſt ad amittendam, & adquirẽdam gloriam, d.23.n.97.
In prædeſtinato diſtinguẽdi gradus gratiæ, quos recipit per ſacramẽta, & per propriũ meritũ, n.145.
Prædeſtinatus an condemnari poſsit ex ſuppoſitione prædeſtinationis, d.33.n.51.
Prædeſtinati eximiè an electi efficaciter ante præuiſa merita, d.24.per tria capita. Vide Confirmati in gratia.
Prædeſtinati an pauciores, quã reprobi, d.31.n.9.
De prædeſtinatorum numero, cap.2. ex profeſſo. Vbi opiniones Theologorum. Vide Electio, vide Reprobus, vide Prædeſtinatio.
Prædeſtinatorum error, d.25.n.5.

Prædiffinitio.

In prædiffinitione abſoluta Dei poteſt cognoſci certo actus liber futurus, d.6.n.52.
Prædiffinitio efficax antecedens de opere libero, & vt liberè fiat, pugnat in terminis, d.7.n.28.
Prædiffinitio operis honeſti ante cooperationẽ, ſi omnino abſoluta eſt, pugnat cum libertate, d.23. cap.9. ex profeſſo.

Prædeterminatio.

Compoſita ex vocatione, & temperamento ſubiecti impugnata, d.7.n.27.
A prædeterminationibus phyſicis alienus ſanctus Thomas in cõmentario articuli octaui ante d.19.
Prædeterminare, & præfinire nõ idem ſignificant poſt controuerſiam, d.19.n.20.
Prædeterminatores coguntur venire in ſcientiam conditionalium, d.22.n.17.
Prædeterminatio virtualis libertati cõtraria, n.24.
Prædeterminatio ad materiale peccati, an Deum faciat cauſam illius, d.33.n.52.

Præmotio.

Phyſica determinans ad malum refellitur. d.7.n.16.

Præſcientia.

Præſcientia propriè quid, d.6.n.61.
Præſcientia in Deo proprijſsimè ſecundùm fidei principia, n.81.
Præſcit Deus futura, & ſi ſcientia non duraſſet, vſque ad coexiſtentiam cum illis, ibidem.
Præſciẽtia Dei quatenus præcedit futura, an abſtractiua, an intuitiua, n.83.
Eſt intuitiua, n.84.
Præſcientiæ Dei, cum libertate concordia, d.6.n.111.
Præſcientia futuri actus liberi in proprio ſubiecto non impedit libertatem, d.7.n.44.

Digitized by Google

Præſcire quid in ſacra Scriptura, d.23.n.56. Vide Scientia, *vide* Cognitio, *vide* Futurum contingens.

Præueniens.

Præuenientes gratiæ quædam ſunt effectus prædeſtinationis, d.30.n.5.
Tam ex congruis, quàm ex non congruis, ibidem.

Pretium.

Quid propriè, d.28.n.19.

Principium.

Virtuale repugnat in Deo, d.12.n.9.
Principium naturale, & ſupernaturale quid in Deo, d.27.n.51.

Priuatio.

Priuationes Deus liberè vult, & actu poſitiuo, d.19. n.35.36.& 37.
Priuatio gratiæ poteſt eſſe effectus prædeſtinationis, d.30.n.36.

Pœna.

Remitti non poteſt à Deo extrinſeca cōdonatione, d.17 n.44.

Pœnitentia.

Nō poteſt eſſe finis honeſt' permiſſionis peccati d.30.n.31

Potentia.

Potentia factiua non ſupponit ſuum obiectum, non factiua ſupponit, d.5.n.50.
Potentia generatiua non eſt in Deo in ordine ad generationem actiuam, d.2.n.29.
Potentia obedientialis actiua, & paſsiua vniuerſalis neganda. d.16. n.34.
Potentia ſumit ſpeciē ab obiecto, ad quod eleuari poteſt, d.43.n.22.
Potentia non poteſt ferri extra adæquatum obiectū, d.36.n.28.43.& 51.
Potentiæ noſtræ, vt cauſæ partiales influunt in actus ſupernaturales, d.46.n.18.
Etiam cum agunt eleuatæ cum auxilio extrinſeco, vt poſſunt, d.46.n.25.
Potētia libera auxilio extrinſeco eleuari poteſt, d.47 n.17.
Potentia obedientialis ſpecie diſtinctorum ſpecie diſtincta, d.49.n.40.

Probabile.

Ex duplici ſententia probabili tertia improbabilis cōponi ſolet, d.16.n.31.

Propoſitio.

Abſoluta *Propoſitio de futuro contingenti abſoluto, an ſit determinatè vera, vel determinatè falſa, d.6.n.93.*
Pars affirmans eligitur, n.94.
Probatur ex Patribus, n.95.
Ex ratione, n.96.& ſeqq.
Quid ſenſerit Ariſtot. n.99.
Authores partis negantis, n.100.
Propoſitionis de præſēti, de futuro idē eſt obiectū. n.105
Hæ propoſitiones nō diſtinguūtur ſpecie, ibidem.
Vna numero propoſitio de præſenti, de futuro, & de præterito denominari poteſt, ibidem.
In his tribus propoſitionibus æqualis firmitudo veritatis, ibidem.
Propoſitio conditionalis, & neceſſaria, & contingens, & diſparata, d.7.cap.10.ex profeſſo. Conditionalis.
Earum veritas non menſuranda ex bonitate conſequētiæ, ibidem.
Conditionatæ diſparatæ omnes falſæ cum particula, Si, denotat illationem, d.7.n.61.& 62.
In propoſitionibus conditionatis, particula, Si, declaranda per particulam, Cum, vt ſint veræ, ibidē.
Conditionatæ connexæ affirmant ſimplicem veritatē, ibidem.
Hæc propoſitio, Quidquid Deus ſciuit, modo ſcit, *quomodo intelligenda, vt vera ſit, d.10.n.13.*
Propoſitio vocalis mutari poteſt de vera in falſā, d.10 n.13. Vocalis, & mētalis
Quid ſentiendum de mentali, ibidem.

Proportio.

Inter potentiam, & obiectum explicata, d.36.n.52.
Aliquo modo eſſe debet in ratione entis, n.62.
Proportio mathematica, & geometrica quid, n.68.

Proſper.

Proſperi mens an adultis obduratis neget auxilium ſufficiens, d.34.cap.7.ex profeſſo.

Prouidentia.

Prouidentiæ variæ ſignificationes, d.21.n.1.2.& 6.
De prouidētia Philoſophorū errores, cap.2.ex profeſſo.
Prouidentia Dei iuſtiſsima, n.14.
Nec Deus defatigatur in ea, ibidem.
Prouidentia naturalis in Deo demōſtratur poſitis quibuſdam principijs, n.16.
Inter prouidētiā, & prædeſtinationem diſcrimina varia, n.19.
Prouidētia nō ſēper conſequitur finē particularē, n.20
Sine vlla imperfectione in ea, n.23.
De ratione prouidētiæ non eſt volūtas credēdi ſubiectū, n.25.
Prouidentia Dei ſunt actus immanentes, & æterni, d.22.cap.1.ex profeſſo.
Sūt act' intellect', & volūtatis, c.2.ex profeſſo, & c.6.
Ad prouidentiæ perfectionem ſpectat ſcire euentū ex medio adhibito, n.25.
Prouidentiæ diffinitiones variæ, d.22.n.52.
Prouidentia pars prudentiæ, ibidem.
Prouidentia naturalis quid, n.53.
Moralis quid, n.54.
Prouidentia eſt genus ad prædeſtinationem, n.65.
Prouidentia perfecta non petit efficacem intentionem, d.23.n.86.
Nec ſi verſetur erga media efficacia, n.93.
Prouidētiæ Dei ſeries, & perfectio in reprobo, n.36.n.6
Prouidētia paruulorum, d.33.n.29.& 30.
Prouidētiæ diuinæ ordo poſt originale cōſiderādus, d.29 n.1
Prouidentiæ diuinæ decreta, vt ſint ordinanda, n.9.

Prudentia.

Prudētiæ partes ſubiectiuæ potētiales, & integrales, d.22.n.53.
Prudentiæ pars eſt prouidentia, n.52.

Purus

Digitized by Google

Purus Homo.

Primam vocationem alteri ſolum de congruo mereri poteſt,d.29.n.49.

Purus homo poteſt mereri alteri omnes effectus prædeſtinationis ibidem.

De facto tamen non meruit,n.50.

Si purus homo alteri mereretur omnes effectus,duplex in Deo decretum eſſet conſtituendum,n.51.

Ad homine puro poteſt in hac vita Deus videri per potentiam abſolutam in explanatione articuli vndecimi:vbi an defacto viſus ſit.

R.

Raymundus.

Errauit affirmans incarnationem non fuiſſe liberam,d.20.n.16.

Ratio.

Rationis duplex diſtinctio, alia præſcindens, alia non præſcindens,d.2.n.18.Vide diſtinctio.

Relatio.

R*elationes Diuinæ actus puri,d.12 n.10.*

Relationes diuinæ an ſint obiectum primarium viſionis, diſp.50.num.31.

Reprobus, & reprobatio.

Reprobus quid ſignificet in ſacra Scriptura, d. 32. n.1 & d.24.n.13.

Reprobationem eſſe in Deo eſt de fide,n.3.

Reprobationis ſeries tota,d.23.n.162.

Eſſentia. *Reprobationis natura,d.32.cap.2. ex profeſſo. Vide,n.6.*

In reprobatione qui actus intellectus,& voluntatis Dei contineantur ibid.

Reprobationis perfectio,n.6.

De eſſentia reprobationis an ſit voluntas permittendi peccatum,n.8. & 9.

Reprobatio non opponitur directè prædeſtinationi, n.11.

Reprobationis eſſentiã non ingreditur voluntas nõ prædeſtinandi,d. 33.n.38.

Reprobatio negatiua,& poſitiua quid,n.10.

Reprobatio virtualis logicè quid ibidem.

Reprobatio poſitiua,qua ratione ſit in poteſtate hominis,n.50.

Reprobationis quatuor conditiones,d.34.cap.1. ex profeſſo.

Reprobationis an ratio reddi poſſit,d.23.n.171.

De reprobationis cauſis per,8.capita.

Cauſa. *Reprobationis cauſam negant Thomiſtæ,n.4.*

Reprobationis negatiuæ nulla cauſa,n.11.

Reprobationis cauſa in adultis certiſsima cap. 3. ex profeſſo.

In doctrina contraria videntur contineri aliqui errores,n.16.

Probatio ex ſacra Scriptura,n. 20.

Ex Concilijs,n.21.

Ex Patribus,n.22.23.& 24.

Ex ratione,n.25.

De cauſa reprobationis in paruulis,cap. 4. ex profeſſo.

Peccatum ſemel condonatum non eſt cauſa reprobationis,d.34.n.3.

Reprobationis effectus eſt excluſio à regno, d. 34. n.4. Effectus.

Effectus reprobationis quatuor conditiones,n. 1.

Peccatum non eſt effectus reprobationis,n.2.

Mors in mortali aliquando eſt effectus,n.5.

Regulariter non eſt effectus,n.6.

Permiſsio primi peccati non eſt effectus,n.9.

An permiſsiones aliæ à prima ſint effectus,ex profeſſo,d.34.a n.10.Vſque ad finem capitis.

R*eprobi plures,quam prædeſtinati,d.31.n.9.Vide* Prædeſtinatio,*Vide* Permiſsio peccati.

Repugnantia,& non repugnantia.

Non repugnantia poſsibilium quid,d.5.n.6.

Non repugnantia rerum quomodo comparanda ad omnipotentiam,& ſcientiam Dei,ibidem.

Non repugnantia in quocumque ſtatu rei conuenit,n.7.

Non repugnantia medium quid inter priuatiuum & negatiuum,ibidem.

Non repugnantiæ tres conceptus notandi, ibidem.

Status non repugnantiæ,vt non dependeat ab omnipotentia,n.9.

Non repugnantia non eſt prior realiter omnipotẽtia,ibidem.

Non repugnantia eſt aliquis conceptus prior ratione omnipotentia,n.10.

Eſt etiam alius ratione poſterior,n.12.

Non repugnantia eſt vltima rei differentia,n. 13.

Repugnantia,& non repugnantia conceptus poſitiui,ibidem.

Non repugnantia natiua eſt in natura rationali ad dona ſupernaturalia,d.16 n.34.

Non repugnantia ad viſionem Dei quid,d. 36. nu. 83.

Non repugnantia variè explicata,n.84.Vide poſſibile.*Vide* potentia.*Vide* omnipotentia.

Reuelatio.

Comminatoria, & promiſſoria intelligenda ſub conditione,d.7.n.28.

Reuelatio quando neceſſaria ad deſideranda dona ſupernaturalia,d.38.n.12.

S.

Sacramenta.

Nouæ legis non ſunt phyſica inſtrumenta gratiæ,d. 43.n. 28.

Sunt moralia,& quomodo,d.46.n.16.

Satietas.

Animæ quid,d.37.n.26.

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Scientia Dei.

Scientiæ Diuinæ perfectiones,d.1.cap.1.
Scientia Dei ſubſtantia,& actus purus, num.4.
Nulla indiget ſpecie impreſſa,ibidem.Vide,d.2.n. 28.
Comprehenſiuè penetrat omnia,ibidem.
Inuariabilis, & ſummè certa ibidem.
Cauſa rerum omnium ibidem.
Scientia in Deo ratione probatur,n.7.& d.2.n.17.
De ſcientia Dei duo errores,diſp.2.num.17.
Scientia Dei eſt de fide. diſp.2.num.17.
Scientia Dei a natura non poteſt ſpeciem ſumere.d. 5.num.39.
Eſt actualis omnium ſcibilium , diſp.2. num.7.
Inter ſcientiam Dei, & creatam diſcrimen,d.2.n. 11.
In ſcientia Dei non eſt actus primus, num.22.
Nec ratione noſtra,num.23.& ſequentibus. Vbi ex profeſſo diſſeritur.
Libera,& neceſſaria *Inter ſcientiam Dei,& creatam diſcrimen in ordine ad obiecta libera,diſp.2.n.12.& d.5.n.43.*
Sciẽtia Dei certitudo infallibilis,d.6.n.103.& 105
Non eſt actus primus in ſcientia Dei nec in ordine ab obiecta neceſſaria,nec ad libera,d.2.n.1.2.3. & ſequentibus.
Scientia neceſſariorum eſt actualis contingentiũ, d.2.n.6.
Scientia libera nihil reale intrinſecum addit neceſſariæ,n.4.
Addere reſpectum rationis quomodo intelligendum ſit,n.5,
Scientia libera,& neceſſaria idem cognoſcit Deus d.5.n.43.& d.9.cap.2.ex profeſſo.
Scientiæ Dei *duplex conſideratio,d.5.n. 46.*
Scientiæ Dei duplex determinatio,alia obiectiua, alia formalis,d.4.n.20.
Scientiæ diuinæ attributa,d.2.n.1.
Poſsibilium. *Scientia Dei comparatur ad creaturas poſsibiles, vt ad puros terminos,d 5.n.5.*
Non ſumit ab eis ſpeciem ibidem.
Scientia poſsibilium maxima Dei perfectio,n.47.
Imperfecta eſſet,niſi poſsibilia in ſe ipſis cognoſceret,n.39.
An in ſua ſcientia Deus cognoſcat creaturas poſsibiles,d.5.n.22.
Pars,quæ affirmat,n.23.
Quæ negat,n.24.
Reſolutio authoris,n.26.
Scientiæ,& præſcientiæ diſcrimen,d.7.n.69. Vide omnipotentia,*Vide* cognitio Dei.
Scientia Dei non eſt diſcurſiua formaliter,eſt eminenter,d.5.cap.3.& 5.& d.10.n.11.
Scientia abſtractiua ſui non eſt in Deo,*d.13.num. 26.*
Simplicis intelligentiæ. *Scientiæ Dei diuiſio in ſimplicem intelligentiam, & viſionem,d.9.n.1.& 4.*
Scientia ſimplicis intelligentiæ an Deus cognoſcat exiſtentia,n.2.
Pars,quæ affirmat,defenditur,n.4.
In ſcientia Dei eſſet imperfectio,ſi exiſtentia non cognoſceret ſimplici intelligentia ibidem.
Scientia ſimplicis intelligentiæ an phyſicè influat, d.10.num.8.Vbi propria authoris reſolutio.
Scientia ſimplicis intelligentiæ radix libertatis diuinæ,d.16.n,83.
Principium exiſtentiæ rerum,d.18.n.6.
Scientia ſimplicis intelligentiæ neceſſaria ad prædeſtinationem,d.22.n.7,
Inter ſcientiam,& omnipotentiam quanta rationis diſtinctio,d.12.n.39.
Scientiam conditionalium qui defendant,d.7.n.7. 8.9.& 10. Conditionalium.
Scientia conditionalium putatur de fide a quibuſdam,n.15.
Probatur ex Patrum doctrina cap.4. ex profeſſo.
Ex quatuor Auguſtini teſtimonijs,n.21. Vbi refutatur aduerſariorum explicatio.
Scientiæ conditionalis obiectum,d.7.cap.8.ex profeſſo.
Non aliter explicandum,quam ſcientiæ abſolutorum contingentium,n.43.
An appellanda media,n.64.
Appellandam eſſe mediam ibidem.
Scientia conditionalis media inter naturalem, & liberam.Item media inter ſimplicis intelligentiæ,& viſionis,n.65.
Scientia conditionalium commodius reuocatur ad liberam,quam ad naturalem,d.9. cap. 1. ad finem.
Scientia conditionalium neceſſaria ad prouidentiam,& prædeſtinationem,d.22.cap. 3. ex profeſſo.
Eſt de eſſentia prædeſtinationis,n.57. & 58. Vide Dei cognitio,& cognitio Dei.
Non eſt cauſa proprij obiecti,d.10.cap.1. ex profeſſo.Vbi manifeſtè probatur ex Patribus. Viſionis.
Hæc cauſalis , ideo hoc ſcit Deus , quia ipſum eſt futurum,*qua ratione ſit vera,d. 10.n.3.*
Scientia viſionis ſolum eſſe poteſt practica in reproductione eiuſdem rei,n. 6.
Scientia viſionis omnium effectuum non eſt de eſſentia prædeſtinationis,d.22.n.63.
Scientia viſionis eſt conditio eſſentialis in ordine ad præmiantem,n.64.
Scientia viſionis prioris effectus an ſit practica comparatione poſterioris,d.22.n.9.
Scientiæ viſionis rationis ſigna,n.10.& 11.
Scientiæ Dei diuiſio in practicam,& ſpeculatiuã, d.9.cap.4.ex profeſſo. Practica, & ſpeculatiua.
Scientiam Dei comparatione actuum liberorum eſſe practicam aliqui cenſuerunt,n.17.
Confutatur ea ſententia n. 18.
Scientia Dei eſt prudentia,n.19.
Eſt practica,vt comparatur ad creaturas, n.20.
An vt comparatur ad purè poſsibilia,n.21.

Scientia

Digitized by Google

Alia diuiſio. Scientia Dei diuiſio trimembris,d.9.cap.2. ex profeſſo.
Triplex obiectum proprium triplicis ſcientiæ explicatur,n.11.12.13.14.& 15.

Scotus.

Videtur incidiſſe in Semipelagianum errorem, d.26.n.2.

Semipelagiani.

Semipelagianorum error de cauſa prædeſtinationis,d.25.a cap.3.vſque ad 9.ex profeſſo.
Semipelagiani partiti errorem Pelagij,n.19.
Non poſuerunt meritum de condigno in natura,n.20.
An poſuerint meritum de congruo cum lege infallibili, n.29.
Quid per incrementum fidei intellexerint, n. 33.
Non intellexerunt intentionem actus,n.34.
Nec modum actus,n.36.
Semipelagiani ponunt meritum de congruo gratiæ á ſolo Deo infundendæ,n.37.
An hoc ſit gratia iuſtificans incertum, ibidem.
Non agnouerunt gratiam internam præuenientẽ, n.38.
Nec ad actus neceſſarios,nec ad liberos,n.39.
An poſuerint meritum de congruo pro gratia efficaci,an pro ſufficienti,n.41.
Non pro gratia efficaci,n.42.& 43.
Semipelagiani initia omnium operum pietatis poſuerunt ex libero arbitrio,n.45.
Cur expreſſerint ſuam doctrinam in fide ibidem,
Non dixerunt á ſolo libero arbitrio effici actum ſupernaturalem ibidem.
Semipelagiani erroris compendium,n.50.
Semipelagianus error confutatus ex Arauſicano, 2.n.26.& cap.8.ex profeſſo.

Senſus diuiſus.

Senſus diuiſi, & compoſiti noua expoſitio refutata,d.19.n.26.
Senſus diuiſus,& compoſitus vt ſit intelligendus, d.6.n.22.
Ad ſenſum diuiſum,& compoſitum collocatio terminorum nihil intereſt, n.23.

Senſus externus.

Senſibus externis aliqui concedunt appetitum externum,d.11.n.13.
Iudicium authoris,ibidem.

Seuerus Sulpicius.

An ſemipelagianus,pænitentiam egiſſe probabile d.25.n.72.

Societas Ieſu.

Religio approbata a ſummis Pontificibus,d.25.n.18.
Societatis ſcriptores vt doctrinam profiteantur ibidem.

Sonus.

Quare videri non poſsit,d.43.n.23.

Species intentionalis.

Non eſt in ſcientia Dei,d.2.n.28.vbi quædam ſpeciei munera.
De ſpecie impreſſa Dei viſibilis,d.40. per octo capita.
Mens S. Thomæ vtrinque diſcutitur accuratè, c.2.
Species expreſſa obiectiua an negetur a S.Thoma, n.9.& 13.
Opinio negans poſsibilem eſſe ſpeciem impreſſam Dei viſibilis, & fundamenta ex Thomiſtis cap. 2.ex profeſſo.
Enodatio eorum cap.3.ex profeſſo.
In ſpecie expreſsa duplex reſpectus,n.25.
Per ſpeciem impreſsam inferiorem in eſſendo cognoſcitur obiectum ſuperius in eſſendo ibidem.
Species impreſſa nulla ratione eſt obiectum in eſſendo,n.30.
Species,& obiectum quantum diſtent.n.31.
Quantum conueniant,aut non conueniant,n.32.& 34.
Species impreſſa qua ratione actus purus in repræſentando,n.33.
Vt comparetur ad obiectum in immaterialitate,alia difficiliora fundamenta contra poſsibilitatem ſpeciei impreſſæ Dei viſibilis,cap.4.
Solutio primi,cap.5.
Species comprehenſiua vt diſtinguatur a non comprehenſiua,n.49.
Species impreſſæ libere producuntur á Deo, n. 50.
Effectiuè concurrunt ad cognitionem,n.53.
Vt ſint imagines obiectorum,n.54.
Vt determinent,& compleant potentiam,n.56.
Vt conſtituant in actu primo,n. 57.
Vt vniant obiectum cum potentia,n.58.
An ſe teneant ex parte obiecti, an ex parte potentiæ,n.59.& ſequentibus.
An pariant obiectum in eſſe intentionali,n.62.& ſequentibus.
An ſint Vicariæ obiectorum in ordine ad cognitionem,an non, n.70.& ſequentibus.
Etſi eſſent Vicariæ, adhuc poſsibilis eſſet ſpecies impreſſa Dei viſibilis,ibidem.
Quidam negant ſpeciem,& concedunt qualitatem pro videndo Deo immerito,n.73.
Inter ſpeciem,& intellectum diſcrimen notandũ, n.74.
Declaratur duplici exemplo,n.75.76. & 77.
Species ſubſtantiæ immediatè intelligibilis nonrepugnat, n.79.
Inter ſpeciem,& habitum diſcrimen,ibidem.
Species an inſtrumentum, & cauſa principalis viſionis,n.80.
Species impreſſa ad viſionem Dei diuinitus fieri poteſt,cap.8.ex profeſſo.
Species vnde limitetur,n.86.

Digitized by Google

Species vt ſic neque eſt forma, neque accidens, neque ſubſtantia; ſed præſcindit, d.41.n.17.
An ſpecies impreſſa, an Deus de facto concurrant ad viſionem, d.42.per quinque capita.
Species impreſſa diſtincta eſt à lumine gloriæ, cap.1.ex profeſſo.
Species de facto non concurrit; ſed Deus, cap.3.ex profeſſo.
Species eſt Vicaria in quibuſdam obiectis: non in alijs, d.42.n.16.

Spes.

Spei obiectum abſens, & arduum, d.13.n.8.
Species non eſt in Deo erga propria bona, d.12.n.1 & 11. & d.13.cap.1.
Ad ſpem non opus eſt ſperare à potentiori, d.13.n.6.
Non ſperat filius generari à Patre, d.12.n.11.

Subſtantia, & ſupernaturale.

De ſupernaturalitate actus ſumus incerti, d.38.n.33.
Supernaturalitas neceſſaria ad meritum, n.34.
De ſupernaturali ſubſtantia an fieri poſſit à Deo, d.48.per quinque capita.
Supernaturalia dona, quæ de facto ſunt, nulli ſubſtantiæ poſſunt eſſe connaturalia, n.2.
Subſtantiam ſupernaturalem poſſibilem eſſe, quædam probant, n.5.
De ſupernaturalitate vt ſic variæ ſententiæ, n.12. & ſequentibus.
De ſupernaturalitate quo ad ſubſtantiam, & quo ad modum ibidem, & d.25.n.36.
Supernaturalitas quoad modum duplex, d.48.n.13.
Quoad ſubſtantiam in quo conſiſtat, n.16.
Supernaturale nomen ab ſcholaſticis inductum, n.18.
Non conſiſtit ſupernaturalitas in ordine ad Deum vt Trinum, n.23.
Nec in participatione diuinæ eſſentiæ, n.25. & 27.
De ente ſupernaturali ſententia authoris, n.34.
Supernaturalitas Theologica, & Phyſica quid, n.39.
Sententia negans poſſibilem eſſe ſubſtantiam ſupernaturalem, d.48.cap.4.ex profeſſo. Vbi diſcutiuntur rationes negandi.
Supernaturalis ſubſtantia, ſi fieri poſſet, an negandus ei eſſet concurſus ad peccandum: n.57.
Subſtantia ſupernaturalis cum peccato quantum pugnet: n.58.
Subſtantia, & ſupernaturale *quare venire non poſſint in vnitatem, n.68.*
Modus ſubſtantiæ ſupernaturalis quare eſſe poſſit, n.65.
Non vero forma ſubſtantialis, n.66.
Supernaturalis intellectus fieri non poteſt, n.67.
Supernaturalitatem in modo multi Doctores conſtituunt, & qui, d.25.n.36.
Supernaturalitas ſi eſt modus actus, idem tranſire poteſt de naturali in ſupernaturalem, & è contra, diſp.27.num.52.

T.

Theodoretus.

Quid ſenſerit de viſione immediata Dei, d.36.nu.40.
Theodoretus an ſeſerit Angelos eſſe corporeos. Ibid.

Thomas.

S.Thomæ ratio probans in Deo ſcientiam, diſcutitur, & defenditur, d.1.n.10.11.12.13.14.& 15
S.Thomas quare exigat coexiſtentiam futurorum in æternitate ad eorum cognitionem, d.6.num.102.
S.Thomas refellit Auguſtinum ex Auguſtino erga conditionalia, d.7.cap.6.
S.Thomas agnoſcit ſcientiam conditionalium, n.32. & 33.
Non vero tam expreſſe docuit, quam modo traditur, n.86.
S.Thomas alienus a phyſicis prædeterminationibus diſput.7.numer.32.& diſput.22.num.18.& in commentariolo articul.8.ante d.9.
S.Thomas quid ſenſerit de diſpoſitione ad gratiam ex libero arbitrio, diſput.26.cap.3.fuſe.
Bene ſenſit de gratia non tantum in ſumma; ſed in libris ſententiarum, num.10.
S.Thomæ mens an ſcientia viſionis ſit cauſa rerū, diſput.10.cap.2.
S.Thomæ mens de cauſa reprobationis.
Hæc libuit notare in indice ex S.Thoma, ex pene infinitis locis, quæ ſunt in opere: *quia mentis ipſius continent ſpecialem, atque germanam explanationem.*

Timor.

An in Deo, diſput.20.num.23.

Tridentinum.

Expenditur contra Semipelagianos, d.25.num.76
Tridentinum explicatum in difficili loco ſeſſionis, 6.cap.8.diſp.25.num.88.& ſequentibus.

Trinitatis myſterium.

Accipit lucem ex quadam diſtinctione virtuali, diſput.12.numer.6.

Triſtitia.

Non eſt in Deo, diſput.20.numer.25.

V.

Valentinus.

Valentini error de prædeſtinatione, d.29.n.4.

Valentinum Concilium.

Sub Lothario imperatore, & Benedicto tertio in capite 3.expenditur, diſput.23.num.186.

Verbum

Verbum.

Produci intellectione affirmat S.Thom.d.39.num. 11.& .14.
Verbum quare appelletur a S.Thoma intentio intellectus,num.13.
Verbum formant beati,diſput.42.num. 39.
Inter verbum creatum,& diuinū diſcrimen,n.42.

Veritas.

Propoſitionis eſſentialiter connotat obiectum ita ſe habens, diſput 5 num.27.
Veritas mentalis in quo conſiſtat,diſp.10.num.12.

Viennenſe Concilium.

Explicatum,diſput.45.a num.2.ex profeſſo.
Viennenſe damnat duos errores,num.10.

Vincentius,

Monachus Maſsilienſis Semipelagianus,d.25.n.72.

Virtus.

Virtutis conditiones,diſp.38.num.34.

Viſio,& viſio Dei.

Viſio obiecti in ſpeculo eſt immediata obiecti, diſp. -5.num.53.
De viſione immediata Dei quid Patres ſenſerint, diſput.30.cap.3. ex profeſſo.
Videri Deum a creatura per gratiam non repugnat,cap.4. ex profeſſo.
Punctus difficultatis,num.51.
Ratio repugnantiæ ex infinitate diſcutitur,n.57.
Infinitam diſtantiam inter Deum,& viſionem nihil impedire,num.62.
Difficultas,quod fieret, Deum comprehendi poſſe, ſi videri poſſet,diſcutitur,n.65.& ſequentibus.
Viſio in ſe quidditatiua perfectioris ſubſtantiæ perfectior eſt,num. 68.
Viſiones inæquales eiuſdem obiecti num.69.
Viſio Dei perfectior omni creata poſsibili,n.70.
Viſio Dei ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, diſp. 37.num.19.
Viſio Dei inhoneſtè poteſt amari,diſp.38.num. 6.
Poteſt odio haberi,ibidem.
Viſionis Dei poſsibilitas an ratione naturali demonſtrari poſsit,diſp.39 per duo capita.
Sententia affirmans refutatur cap. 1.ex profeſſo.
Probabiliter tantum oſtenditur, cap.2.
Viſio Dei eſt actio producens terminum realem, diſput.40.num.20.
Producit imaginem Dei expreſſam,num.21.
Efficitur connaturaliter á beatis, diſput. 42. nu.6.
Viſio Dei an recipiatur in lumine gloriæ , diſp.45. num.39.
Non recipi,num. 43.
An producatur à ſolo Deo, num.49.
De viſionis Dei perfectione,& inæqualitate, diſp. 49 per quatuor capita.
Viſiones eſſe inæquales de fide eſt,cap.1.ex profeſſo.
Quanta ſit inæqualitas,cap.2.ex profeſſo.
De cauſis phyſicis inæqualitatis,cap.3.ex profeſſo.
Viſiones Dei an diſtinguantur ſpecie phyſica,n.27.
Sententia authoris,num. 30.
Viſionis cauſæ phyſicæ tres,num.35.
Viſio numquam perfectior vltra menſuram luminis,num 58.
De viſione vt eſt intuitio Dei in ſe, diſput. 50. per duo capita.
Viſione neceſſario videntur abſoluta Dei cap. 1.ex profeſſo.
Etiam relatiua cap.2. ex profeſſo.
Viſio finita infinita videt,num. 15.
Videri non poteſt eſſentia Dei ſine relationibus, num.21,
Inter viſionem Dei,& vnionem hypoſtaticam diſcrimen,num.28.
De viſione Dei in ordine ad creaturas poſsibiles, diſput.51.per ſex capita.
Videri in Deo poſſe creaturas poſsibiles,cap. 1. ex profeſſo.
Viſiones ſpecie phyſica diſtinctæ in ordine ad obiectum ſecundarium,num.18.
Videri omnes creaturas poſsibiles non repugnat, num.20 & ſequentibus.
Viſio Dei ſe ipſam cognoſcit in verbo , vt poſsibilem,num 27.
Viſio Dei á quanam cauſa proxima determinetur ad has potius,quam ad illas creaturas,n. 32.
Viſionis inæqualitas formalis eſt ipſa eiuſdem entitas,& indiuiduatio,num.33.
Cauſa efficiens inæqualitatis viſionis nec lumen, nec intellectus,num.34.
Eſt modus concurrendi eſſentiæ Dei,num.36.
De viſione Dei in ordine ad libera decreta , & creaturas exiſtentes,diſput. 52. per tria capita.
Variæ ſententiæ ſatis receptæ , & in quibus non ſit difficultati ſatis capit. 1. ex profeſſo. Vide num.5.
Ex vi viſionis nullum liberum decretum completum videri poteſt, num.7.
Neque aliquid creatum exiſtens in Deo vt obiectum,num 21.
Videre creaturas in ſpeculo diuinitatis quid num. 23.& ſequentibus.
Videre eas in verbo quid,num. 25.
Vna viſione Deum,& creaturas exiſtentes videri non repugnat,num. 26.
Viſiones tunc diſtinguuntur ſpecie phyſica, cum creaturæ exiſtentes viſæ ſpecie diſtinguuntur,num. 29.& 30.Vide ſcientia,cognitio, omnipotētia.

Viſus.

Corporeus an eleuari poſsit ad viſionem Dei, diſp. 43.per tria capita.

Non

Digitized by Google

Non poſſe per virtutem naturalem, cap. 1.
Nec per obedientialem, cap. 2.
Nec fieri poſſe potentiam materialem, quæ eleuari poſſit, cap. 3.

Vita.

Intellectualis ex ſe eſt perfectio. diſp. 5. num. 41.
Vita æterna quid in ſacra Scriptura, diſp. 23. n. 29.

Vitalis.

Semipelagianus fuit, diſp. 25. num. 72.

Vocatio.

Congrua explicatur ab Auguſt. per ordinem ad operationem, diſp. 7. num. 24.
Vocatio congrua prima gratiæ non poteſt cadere ſub meritum operum ſubſequentium, diſp. 28. n. 8.
Vocatio congrua quos habeat effectus, num. 27.
Vocatio congrua ex duplici ſcientia produci poteſt, diſput. 23. num. 194. Vide gratia. *Vide* auxilium, *Vide* prædeſtinatio.

Voluntas, & volitio Dei.

Voluntatem eſſe in Deo de fide eſt, diſp. 11. cap. 1.
Et euidens ratione naturali, ibidem.
Ratio D. Thomæ difficilis diſcutitur, & defenditur cap. 2. ex profeſſo.
In voluntate diuina non eſt conceptus actus primi in ordine ad volitionem, d. 12. cap. 1. ex profeſſo
Inter voluntatem Dei, & volitionem non eſt virtualis diſtinctio, num. 6.
Volitio Dei actus purus ſecundarius, num. 10.
Volitio diuina non indiget principio virtuali, nu. 14.
In voluntate Dei non eſt habitus, num. 16.
Volitio Dei non eſt de conſtitutione naturæ ipſius, num. 18, & 19. & diſp. 3. num. 16.
Volitio Dei ſubſiſtit termino intellectionis, n. 29.
In voluntate Dei qui affectus concedendi, qui negandi, diſp. 13. num. 1.
Volitio independens ab intellectione Dei, diſpu. 4. num. 1.
Voluntas Dei creandi liberum arbitrium connexa ex natura rei cum voluntate concurrendi ad actus ipſius, diſp. 6. num. 104.
Volitio Dei non tantum vult aſſiſtere omnipotentiæ; ſed etiam concurſum in actu ſecundo, diſp. 6 num. 47. & diſput. 9. cap. 4.
Voluntas pro volitione in ſacra Scriptura, diſput. 2. num. 29.
Volitio libera Dei non poteſt includi in neceſſaria, diſp. 16. num. 15.
Voluntas libera Dei vt ſit principium indifferens diſp. 16. num. 76.
Voluntas ſigni quid, diſput. 17. num. 10. & nu. 51.
Beneplaciti quid. ibidem.
Antecedens quid. ibidem.
Conſequens quid. ibidem.
Efficax, & inefficax quid. ibidem.
Voluntas efficax ab Auguſt. dicitur efficiens, n. 69
In volitione diuina in ſe nullus eſt ordo, num. 84.
Secundum terminationem eſt ordo aliquando realis, aliquando rationis, num. 85.
Volitio diuina prior ratione creaturis poſſibilibus vt eſt omnipotentia, diſput. 18. num. 4.
Non prior vt eſt volitio ibidem.
Volitio poſſibilium principium exiſtentiæ, num. 16.
Volitio Dei non ſumit honeſtatem ab obiecto, n. 33.
Volitio Dei vt completur per obiecta non eſt æqualiter honeſta, diſput. 18. cap. 5. ad finem.
Voluntas conditionata aliquando habet effectum, diſp. 19. num. 25.
Voluntas generalis actus boni, & mali quid, n. 30.
Voluntas generalis actus liberi prius eſt virtualis deinde concomitans, diſput 19. num. 28. & 31.
Voluntas Dei immutabilis, & æterna, diſp. 20. c. 1 ex profeſſo, Vbi ex ſacra Scriptura, & Patribus, & proponitur difficultas contra immutabilitatem Dei.
Volitio libera vt eſt efficiens, non eſt æterna, nu. 7.
Quomodo extrinſece mutari dicatur, n. 8.
Quomodo ſit æterna, & immutabilis, num. 9.
De libertate volitionis Dei, diſput. 16. per duodecim capita.
De volitione efficaci, & inefficaci, diſput. 17. per quinque capita Vide cap. 3.
De ordine liberorum decretorum vide cap. 5.
Voluntas Dei creandi ſubiectum extra eſſentiam prædeſtinationis, & prouidẽtiæ, d. 22. n. 53. & 55.
Voluntas conferendi media gratiæ de eſſentia prædeſtinationis, num. 65.
Voluntas Dei vt ſe gerat circa finem, & media, & circa merita, & præmia, d. 23. cap. 2. ex profeſſo
Voluntas Dei ſimplici actu ferri poteſt in finem, & media, & etiam diſtinctis ratione, n. 14. & 15.
Voluntas Dei ſimplici actu ferri poteſt in meritũ, & præmium, & etiam diſtinctis ratione, n. 17.
Voluntas Dei ferri poteſt in finem per media determinata, licet non exigantur a fine, num. 15.
Voluntas Dei non eligit media confuſe. num. 18.
Voluntas Dei cum fertur actu ſimplici ad finem, & media, tunc finis non proprie exercet rationem cauſæ, num. 19.
Voluntas meriti in Deo, vt diſtinguatur a voluntate præmij, num. 20.
Voluntas Dei ratio decernendi prædeſtinatum a reprobo, diſput. 23. num. 77.
In voluntate Dei proponente præmium eſt voluntas largiendi, num. 143.
Voluntas proponendi præmium eſſe poteſt remuneratoria, num. 144.
Voluntas efficax reſpicit obiectum in ſtatu, in quo poteſt exiſtere, num. 151.
Non verſatur circa ſtatum præciſiuum, num. 153.
Nec eſt de obiecto confuſo. num. 165.
Voluntas efficax gloriæ ante merita præuiſa ad varias virtutes pertinere poteſt, num. 151.

Volun-

Digitized by Google

Voluntas libera Dei aſsiſtendi ſuæ omnipotentiæ quid,diſp.41.num.9.
Voluntas Dei eiuſdem doni numquam maius beneficium,diſp.23.num.179.
Voluntas terminata ad cooperationem liberam an ſit conditionata,diſp.23.num.200.
Voluntas Dei dandi gratiam congruam, quaſi numero diſtinguitur à voluntatè dandi non congruam,diſp.29.num.34.
Voluntarium indirectum omiſsiuum non eſt in Deo diſp.18.num.21.& 34.
Voluntas indirecta actus boni non ſufficit,vt Deus ſit formaliter benefactor,diſp.22.num.25. Vide decretum liberum.

Voluntas creata.

Voluntatis creatæ effectus alij liberi immediatè, alij liberi mediatè,diſp.6.num.15.
Voluntas noſtra regulariter ſequitur vocationem attemperatam ſubiecto,diſp.7.num.76.
Voluntatis noſtræ influxus quomodo pendeat a Deo num.83.
Voluntas creata vt principium liberum non operatur immanenter,diſp.16.num.72.& 73.
Volitio creata infuſa a Deo quem tribuat effectũ ſubiecto cognoſcenti,& quem non cognoſcenti, diſp.16.num.57.
Voluntas cauſæ indifferentis non eſt voluntas effectus,diſp.22.num.24.
Inter voluntatem efficacem, & inefficacem diſcrimen,diſp.23.num.140.
Quid vtraque voluntas,num.158. Vide *d.17.c.3.*
Voluntas abſoluta,& conditionalis quid,diſp.23. num.160.
Voluntatis actus ſumit ſpeciem á propoſitione intellectus,diſp.26.num.3.

Votum.

Votum a Deo *vt relaxetur,diſp.17.num.4.*
Neceſſaria eſt reuelatio,num.5.
Contra votum diſpenſatum ante cognitionem vt peccetur,num.10.

Vt.

Particula vt *aliquando ſignificat euentum in ſacra ſcriptura,diſp.33.num.49.*

Vtor.

Vti fruendis,& frui vtendis quid,diſp.15.n.24.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google